
12
31 H
h 9



VIDI VIDII
FLORENTINI
ARTIS MEDICINALIS

Tomus Secundus.

IN QVO CONTINENTVR

De Curatione Generatim Partis Primæ Lib. XVII.
De Curat. Generatim Partis Secundæ Lib. XVII.
De Curat. Membratim VIDI VIDII Iun. Lib. XI.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.






Ex Legato Illustriss. Cocchi.

VENETIIS,

APVD IVNTAS, MDCXI.



INDEX LIBRORVM ET CAPITVM HVIVS OPERIS

DE CVRATIONE GENERATIM.

PARTIS PRIMAE De Curatione Generatim

LIBER PRIMVS

Qui est de Morbis, continetur Capitibus Octo:



LIBER SECVNDVS.

Qui est de morborum causis, continetur Capitibus Viginti vno.

LIBER TERTIVS

Qui est de sympromatibus, continetur Capitibus Quindecim.

LIBER QVARTVS.

Qui est de morborum differentijs, & causis ipsarum. continetur Capitibus Decem.

LIBER QVINTVS

Qui est de cognitione in homine, & in vniuersum, & proprie rerum præteritarum, continetur Capitibus Sex.

LIBER SEXTVS.

Qui est de cognitione morborum præsentium in homine ęgrotante. continetur Capitibus Decem.

LIBER SEPTIMVS

Qui est de signis tam causarum efficientium morbos, quam symptomatum. continetur Capitibus Vndecim.

LIBER OCTAVVS.

Qui est de differentijs morborum in homine recognoscendis. continetur Capitib. Nouem.

LIBER NONVS.

Qui est de prognosticis in vniuersum. continetur Capitibus Sex.

LIBER DECIMVS.

Qui est de prædictione futuri euentus. continetur Capitibus Septem.

LIBER VNDECIMVS.

Qui est de prædictione differentiarum euentus, scilicet temporis, modi, & stabilitatis. continetur Capitibus Octo.

LIBER DVODECIMVS.

Qui est de operibus ad curandum pertinentibus. Continetur Capitib. Vndecim.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

Qui est de differentijs scoporum, & indicationum: & de consensu, ac repugnantia eorundem. continetur Capitib. Quinque.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

Qui est de instrumentis Medicinæ. continetur Capitibus Quinque.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

Qui est de curatione morborum. continetur Capitibus Octo.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

Qui est de operis, & instrumentis ad curationem Causarum attinentibus. continetur Capitibus Tredecim.

Index Librorum,

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Qui eſt de curatione ſymptomatum, continetur Capitibus Tribus.

PARTIS SECVNDAE de curatione Generatim

LIBER PRIMVS.

Qui eſt de Febribus in vniuerſum. continetur Capitibus Nouem.

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt de Febribus diarijs continetur Capitibus Vndecim.

LIBER TERTIVS.

Qui eſt de his quæ in vniuerſum pertinent ad cognoſcendas febres in humoribus putribus reſidentes. continetur Capitibus Decem.

LIBER QVARTVS.

Qui eſt de ratione curandi febres ab humorum putredine ortas. Continetur Capitibus Octo.

LIBER QVINTVS.

Qui eſt de ſpeciebus Febrium in humoribus putribus conſiſtentium. continetur Capitibus Nouem.

LIBER SEXTVS.

Qui eſt de Febribus ſpurijs, compoſitis, & peſtilentibus. continetur Capitibus Octo.

De

LIBER SEPTIMVS.

Qui est de Febre Hectica, & tabe, continetur Capitibus Vndecim.

LIBER OCTAVVS.

Qui est de Morbis tota substantia pugnantib. cum natura nostra. continetur Capitibus Tredecim.

LIBER NONVS.

Qui est de curatione cuiusque Veneni speciatim. Continetur Capitibus Octo.

LIBER DECIMVS.

Qui est de morbo Gallico. continetur Capitibus Sedecim.

LIBER VNDECIMVS.

In quo inuestigantur species omnes tumorum præternaturam, & tractantur illi qui fiunt à spiritu, vel a substantia solida: tum generatim illi quoque, qui ab humoribus, & numerātur, & in suas species distribuuntur. cōtinetur Capitibus Sex.

LIBER DVODECIMVS.

Qui est de tumoribus grādioribus, ab humore profectis. continetur Capitibus Duodecim.

De

LIBER DECIMVSTERTIVS.

Qui est de tumoribus minutis. continetur Capitibus Quatuordecim.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

Qui est de curatione ossium à suo situ recedentium, continetur Capitibus Quatuordecim.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

Qui est de solutione vnitatis in carne, & partibus mollibus. continetur Capitibus Quatuordecim.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

Qui est de soluta vnitate in partibus medijs inter molles,& duras. continetur Capitibus Sex.

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Qui est de solutione vnitatis in osse,& cartilagine. continetur Capitib.Duodecim.

FINIS Indicis Librorum ac Capitum.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM AC VERBORVM
MEMORABILIVM,

QVAE IN HOC OPERE DE CVRAtione Generatim continentur.



Ali-

I N D E X.

Atro-

INDEX

B

C

Can-

I N D E X.

Ephe-

F

De Curatione Generatim.

I N D E X.

Fungo-

G

H

INDEX

I

K

L

mixta

N

neruo-

Q

R

repel-

semi-

stupe-

I N D E X.


sym-

T

INDEX.

FINIS.

A



VIDI VIDII

DE CVRATIONE GENERATIM,

B

PARTIS PRIMAE

Liber Primus;

Qui est de Morbis.

Necessitas curationis, & ordo in tractando. Cap. I.



Expetendorum duo esse genera docuit Arist. [a] alia vi sua, & per se expetuntur, alia, & si natura talia non sint, necessitate esse coguntur. Legibus.n.(inquit)& præmia posita sunt virtutib.& supplicia vitijs, Illa per se laudantur, hæc,quia ad beate viuendum necessaria sunt, in bonis atq.honestis habentur, pœnas cũ tristes sint,si fieri potuisset omittere legislatores,quam constituere maluissent. In medicina idem vsu venit, in qua præcepta dantur non solum per quæ sanitas præsens seruetur incorrupta, sed ea etiam, per quæ iam amissa restituatur. Contentus qui-
C dem esset medicus ijs quæ ad tuendam bonam valetudinem referuntur, alijs si fieri posset libentissime supersederet. Quod mihi nunc accidit, qui cum abunde in superioribus [b] libris sanitatis conseruationem tractauerim, finem scribendi facerem, si homines sani, atque incolumes vniuersam vitam agerent, neque inciderent in morbos, in quos sæpe incidunt, partim ex debilitate naturæ, partim ex varietate casus, partim ex vitioso genere victus. Habent [c] homines naturam patibilem, & commutabilem, plurimum tamen inter eos interest, cum [d] alij ita firmi natura sint, vt non facile morbis tententur, alij contra adeo imbecilles, vt ad morbos maxime sint propensi, & leui de causa, quasi tempestate quatiantur. Casus vero, [e] qui in sapientem possunt quoque incidere, multa apportant mala, sæpe euenit, vt ventis immoderatioribus, grauibus tempestatibus, nimio frigore, aut æstu vramur vel inuiti, magnos, & assiduos imbres habeamus, in caliginoso, ac pestilenti aere degamus, famem, aut sitim patiamur, humi strati cubemus, ita vt cubile nobis terra sit, contra valetudinis commodum laboremus, dies, noctesque vigilemus. Omitto incredibilia illa, quæ perferuntur in bello, ob quæ incommoda ad varia morborum genera non tantum debiles, sed etiam bene valentes compelluntur. Pauca hæc sunt præ illis, quæ oriuntur ex prauo genere victus, quo homines vtuntur non necessitate coacti, sed vltro: victi enim praua voluptate, damna quanta sunt minime prouident, sed blanditijs corrupti,
D quæ natura bona sunt, cum falsa quadam dulcedine careant, non satis cernunt. Quotus quisque enim est, qui in cibo, qui in potu, qui in Venere sibi temperet? Quot vinolenti, quot crudi ex conuiuijs auferuntur, qui postridie se rursus ingurgitant; & cum postea ægrotant, quoduis aliud causantur, deliciarumque patrocinium habent in accusationem non merentis stomachi? Quot item sunt, qui libidinibus ardentes venereis se liquefaciunt voluptatibus? Dij boni, quæ incommoda perferuntur ab iratis? Quæ ab amantibus? Quæ ab ambitiosis? Quæ ab auaris? Hæc illa sunt, quæ potissimum ex sanitate hominem deturbant. Incidunt morbi vitio naturæ. Incidunt aduersa fortuna, sed longe plura, ac grauiora eorum genera sunt, quæ nos nobismetipsis, & scientes, & lubentes comparamus. Omnibus igitur succurrendum est, ita vt non sufficiat sola sanitatis conseruatio, sed vt ars medicinalis absoluatur, addere morborum curationẽ oportet, & quasi scelerum pœnas ipsorum remedia tractare; nam quomodo (vt est apud Lucretium) [f] scelerisque luæla, carcer, & horribilis de saxo iactu deorsum, verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ. sic errantium in genere victus pœnæ constitutæ sunt morborum remedia, fames, sitis intolerabilis, illa esculenta, & poculenta, quorum est fastidium, medicamen-

[a] Arist. li. 10 ethi. c. 9.

[b] Vidus, in sex libris de tu. val. gen. & quatuordecim lib. de tuẽ. val. membr.

[c] Gal. 1. aph. comm. 1.

[d] Gal. de arte med c. 4. & c. 6.

[e] Gal. de arte med. ca. 85.

[f] Lucretius lib 3. 56.

ta non modo insuauia, sed sępe numero tetra, ac fęda, & tandem tormenta Chirurgici membra E
distendentis, secantis, vrentis, à quibus mens hominis maxime abhorret, neque tolerabilia iu
dicat, nedum expetenda, nisi vbi maxima necessitas vrget. Ad hanc igitur medicinæ partem
nunc aggredimur, eodem ordine illam persequuturi, quo sanitatis conseruationem antea per-
a Ga. lib. 9. meth. c. 14. sequuti sumus. Quæ enim tradenda [a] sunt primo generatim, deinde membratim trademus.
sunt autem tradenda quæcunque ad morborum curationem pertinent. Hæc perinde atque in
b Gal. li. de constit. art. c. 14. & lib. 5. de tu. va. c. 10. conseruatione sanitatis duo sunt, cognitio tractandorum, [b] & ratio tractandi, hoc est cognitio
curandorum, & ratio curandi. sed cum cognitio curandorum & absolute enarrari possit, & in
homine quasi recognito, prius agemus de cognitione absolute. Complectitur hæc res contra
naturam, has enim curare oportet, easdem igitur nunc primum inuestigabimus.

De rebus contra naturam, & primo de morbo. Cap. II.

RErum contra naturam eādem esse rationem, ac rerum secundum naturam, apparet
ex ijs, quæ scripsimus in institutionibus medicinæ. vtræque enim pertinent ad cor-
pus humanum, cum in eodem versetur virtus & vitium, eademque alio, atque alio
modo affecta secundum naturam, & contra naturam dicantur, sunt autem quæ re- F
c Gal. lib. 1. meth. cap. 7. & 2. met. c. 6. feruntur ad corpus humanum tria, [c] constitutio corporis, causæ quę ipsam efficiunt, & effecta,
quæ eandem sequuntur. Omnia tria, vbi naturæ conueniant, conseruari debent, quod quo pa-
cto fiat in superioribus libris exposuimus, vbi à naturali statu recedant tolli debent, id quod
nunc docere instituimus. Inde autem sumemus initium. Inter cōstitutionem corporis, causam,
& effecta, quæ nunc nobis proponuntur ea est communio, vt omnes contra naturam sint, quam
quam plurimum inter se dissident. Quæ sit inter eas distinctio, nobis patefacit definitio singu-
larum, id quod quasi inuolutum est euoluens. Constitutio corporis cum naturæ congruit, voca-
d Gal. lib. 1 de tu. vale. cap. 5. tur sanitas, [d] cum contraria est, morbus. sed cum contrariorum eadem sit ratio facile ex defi-
nitione vnius colligitur definitio alterius, cumque (vt vulgatū [e] est) rectum sit iudex sui & obli
e Arist lib. 1. de anim. qui, præstat ex sanitate intelligere morbum. Definiuimus sanitatem constitutionem secundum
naturam valentem ad munera exequenda, id quod [f] assensu omnium & communi quadam no
f Ga. lib de differ. mor. cap. 2. tione comprobauimus, vnusquisque enim se sanum esse dicit, cum solita munera exequi po-
test, non cum exequitur, quandoquidem & vincti, & dormientes sani existimantur, quod ha-
beant constitutionem secundum naturam, quæ exercere illa possit. Neque obstat, quod mune-
ra non exercentur primo à sanitate, sed à facultate, cum facultas quæ alioquin nos latet, ex mu
neribus patefiat, ita vt à sanitate iudicent vulgares non facultatem præbere, sed munera, seu
actiones. His ita de sanitate constitutis perspicua iam fit [g] definitio morbi, qui cum contrarius G
g Gal. li. de differ. mor. cap. 2. sit, sub eodem genere ab illa maxime distat. Definitur igitur morbus constitutio contra naturā
lædens actiones primo: quas definitionis partes si quid obscuri habēt, aperire oportet, & si qd
dubij soluere sigillatim. Cōstitutio, quæ sumitur vt genus in definitione tam sanitatis q̄ morbi,
h Gal. lib. 2 meth. c. 3. græce dicitur σύστασις & διάθεσις, estq. ex eorum numero quæ permanent, [h] & non fluunt, est. n.
morbus constitutio facta & non motus, per quem ipsa fit. Adduntur generi (contra naturam, lę
dens actiones, primo) ne definitio in alia a morbo transferri possit. Adiecimus igitur contra na
turam, quo dissideat à sanitate, quæ & ipsa constitutio est, sed secundū naturam, id est modera
i Arist. lib. 7. phys. tex. 18. ta, consistit. n. sanitas in quadam moderatione quam συμμετρίαν Aristoteles [i] vocat. at morbus
constitutio est contra naturam; id est, immoderata quā Aristoteles dixit ἀμετρίαν, tribuit enim
moderationem sanitati, immoderationem morbo: intelligitur aūt immoderata constitutio eo-
k Plato in Timæo, & primo de legib. in fin. rū ex quibus constat, nam & Plato [k] quoque in eiusmodi excessu consistere morbum iudicauit.
Est igitur morbus constitutio contra naturam, immoderata. Si quis aūt obijciat fretus authori-
l Arist. lib. 5. phys. tex. 56. tare [l] Aristotelis naturalem esse morbum perinde ac sanitatē. senectutem perinde atque ado-
lescentiam, interitum, perinde ac vitam, respondebimus eodem [m] auctore, naturam tribui tam
materiæ, quam formæ, ita vt posit aliquid naturale iudicari à nobis si materiam spectemus, q̄
m Ari. libr. 4. de gener. animaliū, cap. 4. spectantes formam contra naturam censebimus, huiusmodi est morbus, senectus, interitus, na- H
turalis enim dicitur habito respectu ad materiam, sed contra naturam, ad formam, lædit enim
morbus formā, & tandem corrumpit eam népe quæ corruptioni subijcitur, ita vt meritò cōtra
naturam dicatur. Alterum generi adiectum est (lædens actiones) vt separentur à morbo illæ cō
stitutiones præter naturam, atq. immoderatæ, quæ nondum lædunt actiones, plurimę enim cor
pus nostrum non ita à statu dimouent, vt desit officio suo, & muneri. Si quæuis immoderata cō
n Gal. li. ar. med. c. 8. stitutio, quantumuis parua morbus esset affligeremur ferè omnes perpetuo [n] morbo, Græci
εὐπάθειαν appellant, ergo tantum illa constitutio immoderata morbus est, quæ actiones lædit
consuetas. Lædit igitur morbus actiones non tamen omnes, sed aliquas, nisi enim eas læderet
non esset morbus, tantum autem abest, vt omnes lædat, vt quasdam etiam perficiat, nocet igi-
o Gale. lib. de sympt. differētijs, cap. 4. tur muneribus consuetis. At sequitur [o] ex morbo non tantum offensa actionis, sed etiam quali-
tatum corporis sensui apparentium, & eorum quæ excernūtur, ac retinentur. Sed eiusmodi of
fensæ eatenus à morbo fiunt, quatenus ipse actiones offendit, quarū duntaxat læsio rectè in de
finitione posita est. Tertiū generi adiectum fuit (primò) vt seiungatur morbus à causis, quæ in-
terdum

A terdum sunt constitutiones contra naturam immoderatæ, veluti obstructio accedens putredinem, ac febrem, & idcirco actiones offendens, non tamen primo, nam primo offenduntur à febre. Sunt qui obijciant colorem in oculo vt flauum, aut viridem, qui visum offendit, & tamen non est morbus, licet sit compositio seu dispositio contra naturam lædens actiones primo, sed decipiuntur existimantes à colore illo lædi visum, læditur enim vel à morbo ad numerum auctum pertinente, vel ab obstructione, quæ similiter morbus est, & differentiam habet respondentem colori obstruentis humoris, ita vt tantum morbus sit constitutio contra naturam lædens actiones primo; sed satis de morbo.

De causa morbi. Cap. III.



Causa quam secundo loco in rebus contra naturam numerauimus, nunc subijcienda est. In vniuersum autem causam dicimus [a] omne id per quod aliquid conficitur, [b] siue omne id, quod interrogati per quod respondemus, siue omne id quod [c] perfectionem affert ad conficiendum. Cuncta hæc quæ in definienda causa à medicis vel philosophis explicantur, eodem spectant, ita vt nihil intersit, qua ex illis definitionibus vtamur. Iam vero causarum genera [d] totidem sunt quot rerum ad quas ea definitio refertur: sunt autem
B hæc, materia, forma, finis & effectrix. nam si quod præter hæc quatuor causæ genus proponatur, commode ad aliquid prædictorum refertur, veluti instrumentum quod spectat ad effectricem, veluti & causa, quã appellant sine qua confici non potest, quæ est conditio quædam conficientis, nam exemplare, non esse necessarium satis aduersus Platonem probauit [e] Aristo. ergo contentus est philosophus quatuor generibus causarum materia, forma, fine atque effectrice: [f] eadem quatuor tractantur à medico, habet enim corpus humanum tanquam materiam, à qua recipitur sanitatis forma, spectat ad sanitatem tanquam ad finem, sed maxime versatur in causis effectricibus, adeo vt vbicunque causarum simpliciter mentionem faciat, effectrices accipiat, id quod potissimum facit, cum morborum causas prosequitur, quod nunc agimus, tantum enim effectrices perquirit. Hæc igitur sunt quæ in secundo genere rerum præter naturam ponuntur, morborum videlicet effectrices, sed quia nulla effectrix causa simplex & soluta potest siue morbum, siue aliud effectum producere, nisi habet certas definitasque conditiones, operæ precium est has explanare. Sic enim patefiet facultas causæ effectricis, & diluentur quæcunque ab Erasistrato, vel eius æmulis contra ipsam obijciuntur, quasi nulla sit, quia non semper ex ea sequitur effectio, sed tantum vbi concurrant [g] situs idoneus, spacium temporis debitum, vis valida efficientis, affectio materiæ ad recipiendum. Veniat in medium situs, hunc talem esse opor-
C tet effectricis & materiæ, vt proxime sint, & se coniungant. constat enim in vniuersa rerum natura sine contactu effectricis & materiæ, nullam sequi effectionem. Si qua vero efficere aliquid sine contactu videntur, vt nos calefacere vicinus ignis, refrigerare nix propinqua, scire licet effectionem non proficisci proxime ab igne vel à niue, prohibet enim loci interuallum, sed à medio aere, qui calefactus ab igne, contactu suo nos calefacit, refrigeratus à niue similiter contactu suo nos refrigerat. At non satis est ad efficiendum si effectrix proxime materiam tangat, sed requiritur certum temporis spacium, quo coniuncta maneat, non tamen æquale à quauis effectrice: quæ validior est celerius suam effectionem [i] perficit, & ideo breuiori tempore eget, contra quæ debilior est, in efficiendo tarda est, & idcirco postulat longius tempus: Debet autem temporis spacium efficientis causæ viribus respondere. Tertium quod necessarium est ad effectionem, est ipsa vis causæ effectricis valida [l] quæ debilis est, superatur à materia magis quam ipsam superet, & commutet. Eiusmodi robur, quod necessarium dicimus, quamuis dupliciter accipi possit, vno modo absolute in suo proprio genere, altero modo ex comparatione cum materia recipiente, si debet sequi effectio ex robore effectricis necesse est accipiatur respectu habito ad materiam. Sicuti cum in ægrotante colligere futurum euentum ex morbi robore no-
D bis propositum est, existimamus illud non absolute ac suo proprio genere, sed cum [k] naturæ robore conferentes. Eadem igitur est ratio virium effectricis, oportet enim hanc esse validam, non absolute, & suo proprio genere, sed compararam materiæ effectionem accepturæ: Debet vis effectricis superare vim materiæ, alioquin nulla [l] sequeretur effectio. Auxilia vero artis, [m] quæ æqualium facultatum dantur ad morbos curandos, non ideo dantur, vt quam in se habent [r] qualitatem impertiant corporibus nostris, (id enim esset commutare morbos, non sanare) sed vt contraria [o] facultate vim morbi temperent, & pristinam moderationem restituant; at causa illa effectrix, quæ quam habet formã expressura est ex materia, necesse est validior sit, & materie vim exuperet. Cõsistit vis [o] hęc effectricia in qualitate, magnitudine numero ac motu rei efficientis. valet qualitas, tum genere, tum gradu, genere primum, quandoquidem ex primis qualitatibus alię efficaciores [p] sunt, vt calor, & frigus, alię minus efficaces, vt humor & siccitas, ita vt his materia magis, illis effectio contineri videatur, quamuis tam hę quam illę efficiendi vim habeant. Ex secũdis etiam figurę quæ tenues finiuntur, [q] & acutæ, veluti pyramis, vehementiores in conficiendo sunt, cum alioqui res hebetes, & crassæ [r] ob maiorem molem vim maiorem habeant. Gradus autem in quolibet genere qualitatis [s] quatuor animaduertuntur,

a Plato in Cratillo.
b Aristo. 2. phys. text. 68 69.
c Gal. li. de diff. symp. c. 1.
d Arist. li. 1. de gen. an. cap. 1 & 2. phys. text. 68.
e Aristo. i 2 dist. tex. 18.
f Gal. 1. aph. comm. 1. & 2. li. de cau. c 9.
g Gal. li. de cau. morb. c. 2.
h Arist. li. 1. de gene. & cor. tex 43.
i Arist. 5. de gen. anim. c. 7. & Aristo 6. phys. text. 11. 12. & 13.
k Gal. li. de const. artis med. c. 18.
l Arist. 1. lib. de cœl. tex. 32. Arist. 4. meteor. c. 1.
m Gal. li. de constit. art. c. 13.
n Gal. 3. de nat. fac. c. 7 & 9. meth. c. 15.
o Gal. li. de cau. morb. c. 2.
p Gal. l. 7. de meth. med. c. 5. & Aris. li. 2. de gen. et cor. tex. 8
q Arist. li. 2. de cœl text. 44.
r Gal. 1. l. de cau. sympt. 6.
s Gal. lib 5. simpl c. 27.

primus vix sentiri potest. Secundus manifeste sentitur, tertius vitæ munera iam offendit, quartus hæc non modo offendit, sed etiam tollit, atque extinguit. Verum magnitudo, quam pertinere ad vim effectricis causæ posuimus, ad quamuis effectionem necessaria est, nam sine ipsa nulla consequeretur effectio. Fauilla, [a] quia minima est, non afficit quem attingit. Paulum mortiferi poculi tantum abest vt interitum afferat, vt nullam plane noxam faciat. Nequit igitur effectrix causa, quantumuis parua, aliquid efficere, sed certa magnitudo requiritur, consequitur autem effectionis magnitudo magnitudinem effectricis, quam non semper æquè magnam esse oportet, eum quæ gradu vel genere plurimum [b] valet etiam si non ita magna sit, possit suum effectum perficere, quod non euenit imbecilliori nisi cum insigni magnitudine coniungatur. Accedit numerus efficientium causarum, qui perinde ac magnitudo quo magis [c] augetur, eo magis earundem vim auget, remiges quo plures fuerint, eo magis videmus triremem impellere. De tempore superius egimus in secunda conditione ad efficiendum requisita, diximus enim contactum effectricis causæ & materiæ postulare certum tempus, nunc illud adijcimus quod ipsa vis effectricis causæ dum manet, & non exoluitur, quo diutius cum materia versatur, eo efficacior redditur. Illa remedia quæ adhibita leuiorem reddunt morbum, si frequententur [d] ex toto auferunt. Motus effectricis causæ plurimum quoque eius vim auget, nã & quæ calefacere & quæ refrigerare valet, vbi mouetur [e] longe magis ac citius id præstat, quã vbi quiescit. Vas in quo continetur vinum, si gelido fonti subijciatur, continuo frigidum redditur, at multo post si demittatur in aquam frigidam. Liquescunt metalla motu aeris per follem vel paruo admoto igne, quæ alioquin dura, & concreta manere videmus maioribus adhibitis flammis citra follis vsum. Satis multa de vi effectrice, pergamus ad quartam conditionem, quę superest ex ijs, quas proposuimus ad efficiendum necessarias. Est autem hęc [f] affectio materiæ ad accipiendum, docent enim [g] physici ad quamlibet effectionem necessariã esse materiam bene ad accipiendum affectam. Vocatur eiusmodi affectio Græce ἀπάθεια consistit autem ĩ eo, quod minimũ aut parũ aduersatur, ac repugnat causæ effectrici sicuti ἀντιπάθεια in contrario. Res externæ [h] paruæ, molles, tenues, raræ facilius effectionem admittunt, contra magnæ, duræ, crassæ, densę difficilius. Corpora nostra non tm̃ [i] magnitudine, & paruitate, crassitudine & tenuitate, causis morbum facientibus exponuntur aut aduersantur, sed sua etiam cõstitutione, quæ si optima sit, repugnat omnibus causis ipsam labefactantibus, si ab illa recedit his opportuna est, facultas enim quæ nostra corpora gubernat, vbi optima sit corporis constitutio, plurimum valet, ita vt quasi hostes nocentium causarum impetum longe arceat, atque depellat, id quod minus facere potest, vbi imbecillior fuerit propter deteriorem corporis constitutionem. Deterior est quę recedit ad optima, in qua & gradus, & genus animaduertitur, nam quod ad gradum attinet quæ magis recedit deterior est, & ob id magis exponitur lædentibus, quæ minus recedit, non ita deterior est, neque ita morbis tentatur. Genus aũt, aut simile est, aut dissimile causis effectricibus. Quod simile est, aptum [k] ad accipiendum, quod dissimile minus aptum, vt in reb. externis, ita etiam in corpore nostro. Sed de morbi causa hactenus.

a Ga. 3. lib. simpl. 23. Gal. 2. aph. c. 17.
b Gal. 1. lib. de semine c. 16.
c Gal. li. de cau. morb. c. 3.
d Gal. 6. li. de loc. aff. c. 2.
e Aristo. 2. meteo. c. 8.
f Gal. li. de cau. morb. c. 2.
g Ari. 2. lib. de anima. tex. 24.
h Arist. 4. li. phys. T. 76.
i Gale. lib. de opt. secta in fine c. 51. & 52.
k Arist. 2. li. de Genera. & cor. T. 49

E F G

De Symptomate. Cap. IV.


NVnc paucis videamus effectum morbi, quod restat ex tribus contra naturam superius propositis. Sequũtur sanitatẽ necessario effecta, quædã quæ Græce [l] συμβεβηκότα dicuntur, veluti consuetorum munerum functio, bonus color, atque hæc secundum naturam sunt. Sequuntur morbum [m] quasi vmbra corpus effecta contraria, dicunturque Græce συμπτώματα quo vocabulo & nos vtemur, quandoquidem apud Latinos nullum nomen inuenerunt, veluti læsio consuetorum munerum, veluti & color malus, quæ neque morbi sunt, neque morborum causæ, atque idcirco sub effectis comprehenduntur. Est igitur symptoma morbi effectum: quo autem discrimine tria hæc contra naturam inter se distent, satis ostensum est. Nunc proximum est, vt vnumquodque a summo genere ad imas species diuidamus exorsi a morbo. H

l Gal. li. de art. med. 8. & 1. li. meth. c. 9.
m Ga. li de diff. sympt. c. 2.

De Morbis partium simplicium. Cap. V.


ARtes quarum omne opus est in faciendo, quamuis singularia [n] tractent cum exercentur, suas tamen præceptiones dirigunt ad vniuersa. Singulares morbi, ad quos curandos adhibetur medicus, cum innumerabiles sint, comprehendi sub arte non possunt, sed comprehenduntur vniuersi, ad quos spectant præcepta curationis; neque enim sentiendum est cum Empiricis, qui vniuersorum cognitionem tollebant. sed quoniã vniuersa magis vel minus distant a singulis, quo propius ab illis absunt, eo facilius quæ de illis data sunt præcepta ad singula transferuntur. Quamobrẽ non est quod acquiescamus summis generibus rerum contra naturam iam expositis, sed præstat species quæ illis subijciuntur oẽs

n Arist. 1. di uin. c. 1.

vsque

A vſque ad imam perſequi. Incipiamus igitur à morbo, quem definiuimus [a] conſtitutionem præter naturam lædentem actiones primo. Quamobrem totidem illi ſpecies, quot ſunt eiuſmodi conſtitutiones ſubijciuntur. Colliguntur ſpecies conſtitutionis ex generibus partium, quibus corpora noſtra continentur. Harum [b] aliæ ſimplices ſunt, aliæ multiformes. Simplices conſtant ex elementis, diuiduntúrque in alias partes, quarum quælibet [c] retinet nomen, & definitionem totius, cuiuſmodi eſt caro, cuius quælibet pars & eſt, & dicitur caro: ſed differunt inter ſe affectionibus, [d] per quas efficiuntur aptæ ad multiformes partes componendas. Sunt autem multiformes [e] quæ ſecantur in partes, nec nomen, nec definitionem totius retinentes, vt brachium quod ſecatur in humerum, cubitum, manum, quæ partes neque ſunt, neque vocantur brachiū, componuntur vero ex ſimplicibus vt iam diximus. Differuntque [f] inter ſe muneribus, quorum cauſa natura ipſas corpori affixit. Propoſito duplici genere partium, & ita duplici genere conſtitutionis, ſequitur vt ſpecies vtriuſque referamus, & primo illius quod ſpectat ad partes ſimplices, quarum ſanitas, hoc eſt, conſtitutio ſecũdum naturã perficiens actiones conſiſtit [g] in elementorum ex quibus conſtant temperatione moderata. Quæ immoderata eſt, vbi nondum vitæ muneribus obeſt adhuc intra [h] ſanitatis fines conſiſtit, ſed vbi illa manifeſte offenduntur, iã morbus eſt, & conſtitutio contra naturam, quæ continetur exuperãtia alicuius illorum, ex quibus temperatur.
B Sunt autem elementa quatuor quæ nomine primarum qualitatum appellantur, vt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum. Horum quodlibet, vbi ita exuperet, vt actiones lædantur, ſequitur morbus in partibus ſimplicibus, cuius ſpecies tot [i] neceſſe eſt eſſe, quot elementorum, quæ immoderatam eam conſtitutionem poſſunt reddere. At ſtatuimus iam ea quatuor eſſe, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, totidem igitur & morbi ſunt ſpecies inter ſe diſſidentes, calidus qui ab exuperantia calidi elementi, & ita frigidus frigidi, humidus humidi, ſiccus ſicci nomen inuenit. Qui plures alias ſpecies enumerant [k] pro ſpecie differentiam accipiunt, veluti cum iungunt ſimul duorum elementorum exuperantiam, vt calidi & humidi, calidi & ſicci, frigidi & humidi, frigidi & ſicci, aut cum animaduertunt eiuſmodi exuperantias modo concretis partibus, modo ſuccis inhærere, tum vel æquales eſſe, vel inæquales, ſunt enim differentiæ non ſpecies, ſuntque ex numero illarum differentiarum, quæ in pluribus ſpecie diſſidentibus reperiuntur, neque enim conſtituunt ſpeciem, ſed aliquo pacto ipſam mutãt, ex quo intelligi poteſt tantum illas quatuor ſpecies morborum proprias ſimplicium partium noſtri corporis apertę inueniri.

a Sup. c. 2.
b Gal. li. de opt. corp. conſt. c. 2.
c Ariſt. li. 1. de hiſt. ani. c. 1.
d Ariſt. 2. li. de part. an. c. 2.
e Ariſt. li. 1. de hiſt. ani. c. 1.
f Ariſt. li. 2. de part. ani. c. 1.
g Gal. lib. 1. de tuẽ. val. c. 1.
h Gal. l. art. med. c. 8.
i Gal. lib. de diff. morb. c. 4. & 5.
k Gal. li. de diff. morb. c. 5.

C

De morbis illis partium ſimplicium qui tota ſubſtantia pugnant cum natura noſtra. Cap. VI.

PRæter morbos qui ad euidentem elementorum immoderationẽ referuntur, verſantur etiam in partib. ſimplicibus illi, qui tota ſubſtantia pugnant cum natura noſtra, neq. n. pertinent ad multiformes, niſi quatenus cõponuntur ex ſimplicibus, ad quas ſpectat συμπάθεια, hoc eſt, conſenſus cum quibuſdam rebus, & ἀντιπάθεια, hoc eſt diſſenſus ab alijs: conſentiunt aũt cibi, & potiones, adeo. n. ſimiles ſunt ſimplicibus partib. noſtri corporis, vt in ipſas [l] vertantur, & eaſdem alant. Diſſentiunt venena, quæ vel intus dantur, vel per morſum aut aculeum inſeruntur, à quibus illæ mutatæ in alienam naturam degenerãt: morbus autem à quo affliguntur, refertur [m] à medicis ad repugnantiam totius ſubſtantiæ, cum nõ ſpectet ad aliquam manifeſtam qualitatem: ita vero prauus eſt, vt vel hominem interimat, vel ægre ſanetur, afferatq. ſymptomata longe grauiora, quam afferri ſoleant ab alijs, qui vel æque magni videntur, vel ẽt maiores. Id quod maxime apparet vbi cum manifeſtis morbis ẽt paruis coniungitur eiuſmodi totius ſubſtantiæ inimicitia, veluti febris peſtilens, quæ quamuis leuio-
D rem [n] calorem præſeferat, deterior eſt quam ardens, veluti etiã plagæ, quæ à morſu, vel aculeo pernicioſæ alicuius beſtiæ infligitur, quæ quamuis ſæpe adeo exigua ſit, vt vix oculis ſubijciatur, adeo tñ exitialis eſt, vt plerunque celerrime hominem abſumat, mutata. n. ſubſtantia partium ſimplicium deſunt multiformes officio ſuo, & muneri. Species huius morbi tot ſunt quot cauſarum, à quibus proficiſcitur, vnaquæq. n. differentem ſpeciem efficit. Cæterum cauſę huius repugnantiæ (vt in ſequentibus tradenius qua de cauſis cuiuslibet morbi) aut contrahuntur in nobis, aut aduentitiæ ſunt, & externæ. In nobis contrahũtur humores, qui vel ſtatim praui sũt, vel proceſſu temporis praui [o] adeo fiunt, vt veneni modo naturæ noſtræ aduerſentur. Cauſæ externæ ſunt aer peſtilens, aſpiratio auerni, vapor exhalans à corpore ægrotantis. Venenũ, quod intus datur, aut extrinſecus adhibetur, vel ſolo contactu, vel etiam morſu, & aculeo. Quod intus datur multiplex eſt, cum à corporibus inanimatis, à ſtirpibus, ab animalib. varium ſuppeditetur. Quod inſeritur per morſum vel aculeum ſimiliter multiplex eſt. Cũ & quadrupedes morſu pernicioſæ ſint veluti canis rabioſus, & angues, [p] aculeo vero quidã piſces & nonnulla inſecta. Species igitur diſtinctæ repugnantiæ tot ſunt quot cauſæ: quot aũt ſunt ſpecies repugnãtię totidem ſunt & huius morbi, in quib. numerabimus febres peſtilentes, morbũ gallicum, & vulnera, quæ à telo venenato inferuntur. Atque hæ ſunt propriæ partium ſimplicium ſpecies mor-

l Gal. l. 3. de nat. fa. c. 7. & lib. 1. de tu. val. c. 1.
m Gal. l. de conſt. artis 19 & 66 epid. cõ 5. & Auic. lib 4. f. 6. tract. 1. c. 2.
n Gale. 1 6. epid. cõ 29. & Luct. l. 6 & Auic l. 4 f. 1. tract. 4. c. 2.
o Gal 1. lib. de diff. feb. 3 & 4. Gal. 5. aph. cõ. 1. & Gal. li. 6. de loc. aff 5
p Gal li de Theriaca ad Piſonẽ c. 8. & Gal. 1. ca ıageni c. 16. & 11. ſimp. c. de cãcris.

borum non secus atque illæ quatuor, quas antea numeranimus, nam solutio vnitatis, quamuis E & ipsa ad simplices partes pertineat, est tamen communis, etiam morbus multiformium, quãobrem de ipsa agemus vbi prosecuti fuerimus species proprias partium multiformium, ad quas nunc properamus.

a Gal. li. art. medic. c. 3. & l. de diff. morb. 11.

De morbis partium multiformium. *Cap. VII.*



IN eorum autem immoderatione consistit morbus partium multiformium, in quorũ moderatione est sanitas earundem. Sunt[b] autem illa primũ conformatio, quæ continetur figura, superficie, cauis, tum magnitudo, numerus, situs. Cuncta hæc dupliciter à moderatione recedunt, exuperantia videlicet, & defectu, ita vt sub vnũquodque duæ minimum morborum species subijciantur, vna spectat ad defectum, altera ad exuperantiam. Duplicato igitur numero eorum in quibus consistit moderatio partium multiformium, inueniuntur facile species morborum à quibus illæ tentari possunt. Intueamur nunc sigillatim vnumquodque, quo pacto è naturali statu dimoueatur & quam morbi speciem faciat. Figura cuilibet parti idonea, non tamen eadem omnibus partibus debetur, cum aliæ rectæ, vt tibia, & cubitus, aliæ flexuosæ, vt humerus, & femur à natura effingantur. Vbi ea figura F q̃ recta esse dẽt, distorqueatur, sequitur iã defectus rectitudinis, & vna morbi species in figura, contra vbi ea quæ naturaliter flexuosa est, contra naturam dirigatur (quod sæpe vsu venit, cum membra [e] fracta vel luxata componuntur) sequitur rectitudinis exuperantia, & altera morbi species in figura. Crura etiam quæ recta deorsum spectare debent, sæpe deprauata cernuntur, vel à primo natali [d] die, vel postea ob aliquod infortunium, ita vt vel in interiorem partem cõuertantur, dicunturque tunc græce ῥαιβὰ latine vara, vel in exteriorem, & vocantur à græcis βλαισὰ à latinis valga. Debet caput in priorem, & posteriorem partem prominere; si vel nihil, vel nimis, aut in vtranque partem, aut in alterutram promineat, eiusmodi prominentiæ exuperantia vnam morbi speciem constituit, sicuti defectus alteram, ita vt non difficile sit inuenire species morborum ad deprauatam figuram attinentium. Post figuram attenditur superficies in partibus multiformibus, quæ similiter moderata esse debet, non tamen aptatur eadem moderatio omnibus partibus, cum quædam factæ sint à natura læuiores, veluti fauces & oculi, quædam asperiores, veluti sinus tam ventriculi, quam vteri. Recedit tam læuitas, quam asperitas cuiusque partis, à debita moderatione, ita vt vtraque duplicem morbi speciem faciat, quatenus vel deficit, vel exuperat. Apparent hæc vitia maxime in cute, quę sepe patuis pustulis exasperatur, sæpe etiam læuior fit, veluti in mento, cum pilos remittit, quamquam non quæuis G asperitas, aut læuitas contra naturam morbus est, sed ea tantum quæ [e] euidenter consueta munera offendit, id quod accidit etiam temperationi immoderatæ in partibus simplicibus, quæ non continuo est morbus, sed tantum cum solitas actiones impedit. At dubium est quo pacto asperitas, & læuitas ad multiformes partes referantur, ita vt exuperantia vel defectu, morbos in illis efficiant, cum videantur magis ad simplices pertinere, quarum temperationem sequuntur; nam (vel auctore [f] Aristotele) læuitas humorem consequitur, asperitas siccitatem, quamobrem magis numerandæ videntur in effectis temperationum partium simplicium, quàm in ijs, quibus continetur constitutio multiformium. Ad hæc dicendum est asperitatem, & læuitatem conformationem quandam præ se ferre, & idcirco spectare ad partes multiformes, quamuis sequantur temperationem partium simplicium, tanquam effecta causam. At neque hoc perpetuum est, cum eadem manente temperatione possit superficies, & asperior fieri, & læuior, id quod fabri manifeste demonstrant, cum, suis instrumentis ligna modo asperiora, modo læuiora reddunt, quorum tamen temperatio non mutatur. Eadem similitudo est naturæ conformantis superficiem, nunc moderatam, nunc læuem, aut asperam, & non propterea temperationem ipsarum mutantis. Caua nunc sequuntur, quibus similiter conformatio continetur, huiusmodi sunt magna quædam receptacula, sinus, canales, & exigua foramina partium H multiformium. Quarum sanitas in his quoque postulat certam moderationem, à qua cum recedunt, duo sequuntur morborum genera, vnum consistit in exuperantia, alterum in defectu. Exuperant caua, quæcunque illa sint, cum vel noua [g] fiunt, vt in vtero protinus canalis à vesica fellis ad ventriculum tendens, aut in lucem editis fistula: vel quæ prius aderant, ampliora redduntur, & magis patent, quam conueniat. Deficiunt, cum vel penitus excæcantur, quæ adesse deberent, vel redduntur angustiora quæ magis patere consueuerũt, seu quod à tumoribus præter naturam astringantur, vel à crassis humoribus obstruantur. Sed dubitationem habet raritas, & densitas, cum parua scilicet foramina cutis vel nimis clausa sunt vel nimis patent, non enim videntur ad multiformes, sed ad simplices partes pertinere, cum sint affectiones quædam temperationem [h] consequentes, hanc enim calidam, & humidam sequitur raritas, frigidam, & siccam densitas, sed eadem ratio est harum atque asperitatis, & læuitatis, quæ similiter tẽperationem sequuntur, At diximus ijs contineri rationem quandã conformationis, quæ continetur etiam raritate, & densitate, quo nomine pertinent ad multiformes, ita vt dissoluta sit iam dubitatio. Hactenus de morbis ad figuram, superficiem, & caua, atq. idcirco ad conformationem attinen-

b Gal. li. de consti. artis c. 5. & 6. & Gal. lib. de diff. morb. c. 6. et Auic. l. 1. f. 2. doc. 2. c. 3.

c Gal. lib. 2. de off. med comm. 25.

d Gal li. de diff. morb. c 7.

e Gal. li de art. med. capit. 8.

f Arist. li. 2. de part. an. c. 1.

g Gal. li de diff. morb. c. 7.

h Arist. li. 2. de part. an. c. 1. Gal. 5. lib. simpli. c. 14.

A tinentibus: restant illi, qui ad magnitudinem, numerum, situm referuntur. Sumemus initium a magnitudine, quæ moderationem quandam habere debet in partibus multiformibus, a qua recedit, cum augetur, vel imminuitur. Vbi autem exuperantia, & defectus eo perueniant, vt solita vitæ munera offendant, duæ morborum species sequuntur, vna consistit in accessione, altera in imminutione magnitudinis. Augetur[a] magnitudo interdum in toto corpore, cum vastum sit & habitius, interdum in vna parte duntaxat, vt cum lingua ita intumescit, vt vix ore contineri possit. Minuitur similiter magnitudo vel in toto corpore, vel in aliqua parte, in toto quidem, vbi vniuersum corpus extenuatur, & gracile redditur, in vna parte veluti cum inarescit pupilla, ita vt exigua admodum appareat, aut in angulo oculi fit αἰγίλωψ ita vt aliquid ex eius substantia minuatur. At siue in toto, siue in parte appareat imminutio, sequitur interdum inanitionẽ, per quam licet imminui videatur, & magnitudo partis, nihil tamen detrahitur de substantia ipsius, sed tantum succi exhauriuntur: interdum collabitur ipsa substantia etiam succis non exhaustis, & ita imminuitur pars. Eadem ratio est magnitudinis auctæ quæ vel accessionem substantiæ consequitur vel succorum copiam distendentem, vt in tumoribus præter naturam. Numerus vero, & membrorum in toto, & partium in membro certus ad sanitatem necessarius est non minus quam magnitudo, atque vt hæc tum[b] exuperans, tum deficiens morbum facit, sic numerus cum aliquid redundat, aut deest. Vix autem discerni potest cum aliquid redũdat,
B aut deest ad magnitudinem ne, an ad numerum referatur, tãta est rei similitudo, videtur tamẽ cum pars tota accedit vel deest ad numerum pertinere: cum non tota pars, sed aliqua eius particula augetur, vel imminuitur, ad magnitudinem: at deest interdũ aliqua particula quæ cũ de magnitudine totius detrahat, ad magnitudinẽ referẽda videt͂, sed cũ tota pereat, videtur spectare ad numerũ, veluti in cole vbi circumciditur cutis qua glãs integitur. Ad vtrumuis autem referatur vitium imminutionis, pertinet morbus ad id quod superest, vt viuit, non ad id quod iam perijt, & abscissum est. Nam morbus non incidit nisi in id quod viuit.[c] Cæterum id quod redundat in numero, aut substantiam refert[d] naturalem, veluti sextus digitus in manu, aut a natura alienam, veluti calculus in vesica contra naturam contentus, neque refert tunc verum dicas vesicam male affectam esse ab eo quod redundat, an corpus, quod ipsa scilicet bene alioquin affecta sit. Eiusmodi. n. quæstiones inutiles sunt & nullo modo ad curationẽ pertinẽt.

Situs tandem partibus multiformibus non quiuis idoneus est, sed certus, siue absolute sedem spectes in qua collocatæ sunt, siue nexum cum alijs. Postulat enim & certam sedem, &[e] nexum non quemlibet, sed determinatum: vbi vel sua sede dimouentur, vel non retinent nexum, ita vt nequeant fungi muneribus consuetis, sanitatem perdunt, & continuo sunt in morbo. Sedes in corpore nostro sex animaduertuntur, ante uel pone, sursum vel deorsum ad dextram vel ad sinistram. Partes igitur multiformes, cum ex sede quam naturaliter habent in alienam depelluntur, veluti membra quæ franguntur, aut luxantur, ac veluti intestinum, aut omentum quod descendit in scrotum, incidunt in morbum tam varium, quam varia est sedes in quam veniunt. Nexus vero dupliciter variatur, siquidem aut amittitur pristinus, aut comparatur nouus. Cum cubitus a radio dehiscit, cum summum lati ossis scapularum a iugulo separatur, cum lingua ita hæret, vt attingere priores dentes non possit, perditur pristinus partium nexus. Acquiritur nouus cum vna à palato ita descendit, vt iungatur cum partibus, cum quibus antea minime iungebatur. Euenit interdum, vt non modo contra naturam partes iungãtur, sed simul etiam coalescant,[f] vbi vlceratæ sunt, veluti digiti inter se, aut labra, aut oræ genitalis muliebris, vel ani, quanquam hæc adglutinatio videtur non ad situm pertinere, sed magis ad vnitatem ad quam iam pergimus.

a Gal. li. de diff. morb. c. 9.
b Gal. li. de dif. morb. & Auic. li. 1. fe. 2. doc. 1. cap. 3.
c Arist. lib. de sensu & sensi. T. 4.
d Gal. li. de diff. morb. c. 8.
e Gale lib. diff. morb. cap. 10 & Auic lib. 1. f. 2. doct. 1. c. 3.
f Gal. li. de diff. morb. c. 10.

De vitio vnitatis communi partium simplicium & multiformium. Cap. VIII.

EA quibus proprie sanitatis tũ simplicium, tum multiformium partiũ cõtinetur quot morbi species faciãt, cũ à naturali statu recedit abũde in superiorib. dictũ est. Vnitas tm̃ superest, q̃ cõiter[g] pertinere diximus ad sanitatẽ vtrarũq. Hanc tractare nũc oportet, vt morbotũ qui ab ea proficiscuntur species patefiant. Duo aũt primo reuocantur in dubiũ. Vnum quod vnitas non videtur posse referri ad partes multiformes, alterũ quod neque etiã ad simplices, quæ vbi dissoluerimus propositas morborum species persequemur. Qui negant vnitatem referri ad partes multiformes, ea ratione adducuntur, quod illæ nõ sint per se vnæ,[h] sed per nexum & coniunctionem in vnum iunctæ teneantur, tantum. n. partes simplices per se vnitatem habent. Rursus quib. non placet vnitatem spectare ad sanitatem partium simplicium, obijciunt munera, veluti alendi, augendi, quæ a sola ipsarũ tẽperatione proficiscuntur, ita vt vnitas nõ videatur per se necessaria ad sanitatem ipsarum. Nos qui ad vtriusq. generis partium sanitatem pertinere vnitatem arbitramur, vtramque rationẽ diluemus: quod quidem primo affertur partes multiformes non esse per se vnas, sed per quendam nexum, facile concedimus. At non prohibet hoc quo minus vnitatem habeant: nam & vnæ quoque dicũtur illæ res, quæ per nexum tales sunt, veluti vniuersitas. Postulat igitur sanitas partium multiformium

g Gal. li. de arte medi. 8. superius in fine c. 6.
h Aristo. 6. phys. t. 26.

formium eam vnitatem, quam ipsę accipere possunt, atque vbi hæc pereat, necesse est ægrotét. E Ad alteram rationem, quæ obijciebatur, à sola temperatione perfici simpliciũ partium munera, dicimus sumi in ea pro confesso, quod controuersum est, neque enim cócedimus sufficere solam temperationem, quamuis maximi momenti sit, sed necessariam quoque esse vnitatem existimamus, quæ vbi perit, desunt officio suo, & muneri. Præcisa dubitatione statuamus vnitatem, similiter ad constitutionem tam simplicium, quam multiformium partium pertinere. Hęc vbi soluatur, tot species vt eiusmodi solutione nascuntur, quot sunt [a] species partiũ; sed cum hæ diuidantur primò, in simplices, & multiformes, deinde simplices in molles, & duras, nõ difficile est venari species solutionis vnitatis, & vocabula, quibus à veteribus appellẽtur. In partibus simplicibus, quæ molles sunt, vt in carne solutio continui [b] appellatur Græcè τραῦμα, & ἕλκος, Latinè vulnus, & vlcus; in venis ῥῆγμα, in neruis σπάσμα, & vbi solummodo pungantur νύγμα a Græcis vocatur: vt vbi soluatur vnitas in partibus duris, veluti in osse, & cartilagine, Græcè dicitur κάταγμα, Latinè fractura, si eiusmodi partes duræ erodantur, id vitium vocatur Græcè τερηδών, Latine caries; sed siue molles, siue duræ collidãtur, nec appareat manifesta vnitatis solutio, vocatur Græcè θλάσμα, & θλάσις: in partibus multiformibus vnitatis solutio, vocatur à Græcis ἀπόσπασμα, [c] verum vnitas non secus quam nexus, de quo ante locuti sumus, dupliciter à naturali statu recedere potest, & cum quæ prius aderat interit, vt iam ostendimus, & cum noua accedit, vt dictum est in digitis, & labris coalescentibus: sed morborum species habeant hunc terminum. F

a Gal. li. de diff. morb. c. 11.

b Gale. de diff. morb. c. 11.

c Galen. 4. meth. ca. 1.

VIDI VIDII
DE CVRATIONE GENERATIM,
Liber Secundus:

Qui est de Morborum causis. G

Quot sint species causarum efficientium morbum. *Cap. I.*



QValis sit vnaquæque res naturæ contraria morbus, causa, & symptoma, initio enarrauimus, deinde ad morbum aggressi, eius species omnes à summo genere vsque ad imas inuenimus, diuidendo morbum in differentias ab eius essentia ductus, quæ quot sunt, totidem morborum species constituunt. Nunc tempus esset alias morbi differentias persequi, quæ, si non proximè ab essentia depromuntur, aliquo certè pacto ad eam pertinent, cuiusmodi sunt illæ, quas magnitudo suppeditat, aut numerus, a quibus non constituuntur nouæ species, sed quæ iam dictæ sunt, aliquo modo mutantur, vt cum magnæ vel paruæ, simplices, vel multiplices fiunt, aut alia varietate distinguuntur. Hæc differentiarum varietas, cum bona ex parte oriatur a causis, & symptomatibus, non potest aperte explicari, nisi illa prius exponantur, quamobrem differentur ad eum locum: ante igitur ad causas pergemus; deinde ad symptomata quibus enarratis, demum ad propositas differentias reuertemur. H

Causæ morborum, quas nunc tractare instituimus effectrices sunt, harum primò species omnes, & differentias, diuidẽdo oportet indagare, deinde vim, quam singulæ habent afficiédi nostrum corpus exponere, & ex ijs tandem colligere à qua causa, quæuis morbi species oriatur. Indagabimus species causarum vbi ipsam effectricem causam diuidemus in differentias ab eius essentia sumptas, illæ autem maximè sumuntur ab essentia, quæ suppetunt nobis ex materia causarum: nam vt aliæ species subiectæ materiæ, hoc est partium nostri corporis, alias nobis differentias suppeditant ad morbi species constituendas, ita à diuersa materia rerum præbentium efficientes causas diuersæ ducuntur differentiæ, quæ diuersas ipsarum species constituunt. Subiecta igitur materia quæ causas præbet, sunt res externæ, [d] quæ extra nos sunt, vel internæ, quæ versantur in nobis. Quot enim causæ nostrũ corpus lædunt, aut ab ipso proficiscuntur, aut aliunde: illas internas, has nominabimus externas. Ordiemur ab externis, quæ euidentiores sunt, siue per se morbum efficiant, siue sint efficiendi sociæ, & occasiones potius, quam veræ causæ, vtrumque enim vsu venit. Dupliciter [e] autem nos lædere possunt externæ causæ, vel

d Gal. 2. de nat. hum. com. 5. & lib. de causis morborum. c. 2.

e Gale. lib. de causis morb. c. 2.

A vel lacerando, vt tela & ictus, vel mutando temperationem, veluti aer, cibi, potiones, medica-
menta tam epota, quam extrinsecus adhibita. Internæ causæ in duo genera [a] distribiun-
tur, quod aliæ permaneant, aliæ fluant, atque abuolent, fluunt motus corporis, & pertur-
bationes animi, tum vigilia, cum quibus numerare oportet etiam quæ illis cõtrario nomine op
ponuntur, vt ocium, tranquillitatem, [b] somnum: omnia enim hæc à corpore nostro proficiscũ-
tur, atque ipsum offendunt, vbi immoderate adhibeantur. At quæ permanent, vel tantum cau-
sæ sunt, vel simul etiam sub altero genere rerum contra naturam comprehenduntur, vt sub
morbo, aut sub symptomate, habent enim tam morbus, quam symptoma aliquando vim effe-
ctricem alterius morbi, nam immoderata temperatio quæ vnius partis [c] morbus est, afficere
alteram potest & in similem morbum compellere vicinam; si fuerit in corde caloris aut frigo-
ris excessus impertitur non tantum partibus vicinis, sed vniuerso [d] corpori. Affert etiam mor-
bus non modo similem morbum, sed etiam diuersum, vt calidus siccum, quod in febre ardente
conspicuum est. Exuperãs frigus cum coctioni aduersetur [e] immoderatum reddit humorem.
Tumor vt inflammatio inguinis febrem facit, ita vt plurima possint proferri exempla quæ com
probent morbum esse aliquando causam morbi, symptomata etiam vt actiones læsæ morbum
faciunt, velut dolor inflammationem. Sed hoc symptomatum genus non ponitur in permanen
B tibus, sicuti ponuntur quæ retinentur contra naturam, veluti semen, aut sanguis exuperãs, qui [f]
perspiratum prohibens calorem auget, & temperationem calidam reddit. Illæ igitur causæ,
quæ sunt simul etiam morbus, vel symptomata, satis explicantur, qua de morbis, & qua de sym
ptomatibus. Locus hic postulat vt de illis causis internis, & permanentibus agamus, quę so-
lummodo causæ sunt, neque vllo pacto, aut in morbis, aut in symptomatibus ponuntur. Harum
igitur duplex est genus, [g] cum aliæ ad plenitudinem, aliæ ad inanitatem referantur, quamvis
hæ etiam in excretis, & retentis poni posse videantur. Plenitudinem nunc pro copia, inanita-
tem pro inopia accipimus. Copia, morborum causa est, & ob multitudinem, & ob qualitatem,
refertur que vel ad spiritus, vel ad humores, vel ad partes magis concretas, nam hoc triplici [h]
genere partium continetur corpus nostrum. Complectitur spiritus sub se etiam vapores, vt eos
qui in cerebro vertiginem faciunt, & flatus, cuiusmodi sub abdomine versantur in ea specie hy
dropis, quæ quod tympani modo resonet, tympanites [i] vocatur. Humor qui redundat varius
est, nam aut est vnus ex quatuor succis vt sanguis, bilis flaua, vel atra: si redundet sanguis dun-
taxat, appellatur eiusmodi copia, plenitudo, [k] si alij succi, dicitur prauitas succorum: aut est
C aquosus ille, qui in sanguine, quasi serum in lacte deprehenditur, aut alius in quem cõuertitur,
veluti lac, & semen, nimia enim vtriusque copia morborum sæpe causa est: huiusmodi etiam est
pus. Sed esse tertio diximus plenitudinem concretę substantiæ. Hæc vel secundum naturam [l]
est, modo duntaxat exuperans, vt accessio carnis, vel præter naturam vt calculi, lumbrici, & ea
quæ in abscessibus versantur. Complures autem sunt morborum species, quæ ex copia oriũtur,
veluti temperatio immoderata quælibet, vitiosa figura, superficies præter naturam aspera vel
læuis, caua vel obstructa, vel nimis aperta, accessio nimia magnitudinis, numerus contra natu-
ram auctus, situs à naturali recedens, & tãdem vnitatis solutio, ita vt vix reperiri possit species
aliqua morbi, quam non efficiat redundantia. Omittimus copiam cibi & potionis, quam magis
vt externam causam, quàm vt internam spectamus, quamuis etiam ipsa cum in ventriculo est,
interna fit, & sæpenumero morbum afferat. Porrò inanitas est earum rerum inopia, quarum ni-
miam copiam facere morbum ostendimus, spiritus videlicet, humoris, & solidioris substantiæ,
inopia enim spiritus in arterijs, ac vaporis in cerebro, inopia succorum, inopia carnis, aut alte
rius substantiæ solidæ plures effici morbos manifestum est. Quis neget ab inopia spiritus & ca-
lidorũ succorum morbũ frigidum nasci? Ab inopia frigidorũ morbum calidum, vt humidorum
D humidum, siccorũ siccum? Mutatur ex inopia figura, mutatur superficies, conniuent caua, immi
nuitur magnitudo, ac numerus, veluti cum ex oculo secto, aut perforato effluit humor ille, qui
similitudinem refert albi oui: mutatur tandẽ & situs partium, cum ob inanitatem cõtrahuntur.

De differentijs causarum efficientium morbum. *Cap. II.*

Differentiæ, quæ ab effectricium causarum essentia ducuntur, tot ipsarum species con
stituunt, & internarum, & externarum. Aliæ, quæ non omnino aduentitiæ sunt, ne-
que omnino ducuntur ab essentia, sed aliquo pacto ad ipsam pertinent, non consti-
tuunt species causarum, sed in iam constitutis siue internis, siue externis aliquam
mutationem efficiunt, vocanturque à [m] physicis modi causarum. Pertinent autem
ad plures species, neque proprie ad vnam referuntur. Multiplices verò sunt, ita vt non possint
unica diuisione comprehendi, sed multiplex afferenda sit, id quod multiplicibus rebus præce-
ptum fuit [n] ab Aristotele aduersus Platonem, & obseruatum à Theophrasto in libro de histo-
ria stirpium quæ è terra nascuntur, vbi alio atque alio nomine, multas earum diuisiones tradi-
dit. Ergo proximum est, vt post species persequamur has differentias seu modos causarum ef-
fectricium. Sit autem hæc prima diuisio, quod aliæ sunt præsentes, ita ut suam effectionem præ
stent, atque hæ ueræ causæ [o] dici possunt, quæ ad præsens tempus referuntur, aliæ non sunt
præsentes, sed uel præteritæ, & ad præteritum tempus, uel futuræ, & ad futurum referuntur.

Intuetur

a Gal. li. de causis morborum c. 2.
b Ga. lib. 6. de tu. vale. capit. 5. & Gal. de arte medica: cap. 85.
c Gal. lib. 6 de loc. aff capit. 5. & 5. de loc. aff 7.
d Galen. de art. medic. 29.
e Ga. lib. 2. de Tempe: c. 2.
f Gale. lib. 1. de caus. puls cap. 1.
g Gale. li. 2. apho. com. 22.
h Gal. li. 1. de diff. feb. 1. & Hipp. 6. ep. Tex 7
i Gal. lib. 2. prog. com. primo.
k Gal. li. de plenit. 11. & Gale. 13. met. c. 4.
l Ga. lib de diff. morb. cap. 8.
m Arist. 2. phys. & lib. 5. Diuinorũ in tract. de causis.
n Arist. lib. 1. de Partib. anim. in fi.
o Aristo 2. Post. 11.

a Gal. li. 4. meth. c. 3. b Hipp. & Gale. 1. lib. præsagioru ab initio. c Aris. li. 3. physi. 37. d Gal. 1. de ca. puls. 1.

Intuetur a medicus primo in præsentes, vt has tanquam res contra naturam auferat; deinde in futuras, ut eas procul arcens prohibeat, morbum efficere, postremo etiam in præteritas, ut ex illis quæ præsentia sunt, colligere possit. Quę uel præterierunt uel futurę sunt, ijsdem generib. subijciuntur atque pręsentes, cæteris uidelicet, & internis. E

Quæ præsentes sunt, aut efficienter c iam adsunt, ita vt iam corpus nostrum afficiant, aut nõdum afficere ipsum cęperunt, & sunt magis res præsentes, q̃ causæ, atque hæ vbi internæ sint, dicuntur a d medicis antecedentes, illæ verò quæ iã afficere corpus nostrum cęperunt, & simul cum exitu iunguntur, interdũ totam efficientiam in se cohibent, ita vt effectio accedat, & recedat vna cum ipsis, vocatę autem sunt a latinis Continentes, a Græcis præsertim a stoicis συνεκτικαὶ e interdum quãuis recedant, relinquunt tamen effectionem, ita vt nõ dicantur continentes. Morbus cũ sit res facta, f sequitur antecedentem effectionem, manetque g post ipsam, ita vt non videatur necti cũ causa continente, cuius id proprium g est vt secum auferat effectionem: nam tunc desinit effectrix efficere, cũ materia iam effectionem accepit, id accidit vbi morb. iam adest, materia enim tunc effectionem accepit, ita vt non roller amplius causa continens. Sed si rẽ diligenter æstimare velimus, inueniemus h quosdam morbos, qui non ita facti sunt, vt nõ fiant adhuc, & retineantur a causa, qua recedente soluuntur, & nõ amplius manent. Hos morbos, necesse est necti cum causa continẽte, huiusmodi est obstructio, quæ ita nectitur cum humore obstruente, vt eo præsente adsit, eo recedẽte recedat. Sed morbi ex toto facti, nullo pacto iungũtur cum causa continente. Cũ duplex causarum genus posuerimus, externum, & internum, cõtinens causa, quamuis a veterib. referatur maxime ad internum, potest tamẽ tribui & externo, cum & hoc interdum tale sit, vt in se cohibeat efficientiã, ita vt simul cum effectu accedat, atque recedat: nimius frigoris, uel caloris appulsus, corpus nostrũ afficiẽs, sæpe ubi cessat, secum aufert noxã quam afferebat, interdũ tamen hæc relinquitur quamuis ille finiatur, quemadmodum in lignis ab igne calefactis, vt sit etiã externa causa ex genere continentium, non tamen perpetuo; telum enim quo vulnus illatum est, quamuis euellatur, vulnus tamen relinquit, & venenũ seu sumatur, seu per morsum vel aculeum inferatur, quamuis extrahatur, plerũq. relinquit morbum tota substantia pugnantẽ. Internæ etiã causæ quamuis præsentes sint, & cum eo iungã tur, non tamen necessario totam efficientiam in se cohibent, ita vt dici possint continentes, cũ eductis succis qui immoderatam temperationem faciebant eã interdum maneat, quamuis sæpenumero cum ipsis finiatur. Cęterum causæ continentes internæ i duæ sunt duntaxat, plenitudo, & inanitas, quas supra esse tantum causas diximus, nec subijci alteri generi rerũ cõtra naturã. Plenitudo id est copia, retinet quos efficit morbos in corpore nostro, & simul secũ aufert cũ detrahitur spiritus, humor, aut substantia solida, a cuius redundantia morbus proficiscebatur. Inanitas, vbi deest spiritus, similiter aut humor, aut substantia concreta pręsens morbũ retinet, siue tẽperationem immoderatam, siue alium quemuis. Sed cum cessat, statim finitur morb. vapores cerebrum naturaliter obstruere debent, vt somnum faciant, ita vt ea obstructio tempestiue facta secundum naturam sit, inanitas eorum vaporum morbum facit obstructioni contrarium, quem vigilia contra naturam sequitur: manet ille morbus quamdiu vapores desunt, sed vbi rursus vaporibus cerebrum impletur, recedit cum inanitate morbus, & vigilia simul. G

e Gal. li. cõ. Iulian. c. 6 f Gal. 2. Meth. 3. g Aris. 5. diuin. 3. h Ga. cõtra Iulian. c. 6. & 7. i Galen. 2. aph. cõ. 22.

F

Sed cum alio, atque alio nomine eandem rem multipliciter diuidẽdam esse statuerimus, causa quæ morbum facit, non solum diuiditur in internam, & externam, in præsentẽ, præteritam, & futurã, in continentem & antecedentem, vt iam ostensum est, sed rursus k in euidẽtem, & abditam. Euidentem appello, quæ sensui manifesta est, abditam, quæ sensum latet, & ratione tantũ cõprehenditur. Externæ omnes causæ sub sensum cadunt, & euidentes sunt, internæ vero non omnes abditæ sunt, sed distingui debent, quatenus fluunt, vel permanẽt: quæ fluunt, vt motus, & quies corporis, animi perturbatio & tranquillitas, somnus & vigilia, omnes euidentes sunt. Quæ permanent maxima ex parte sensum latent, veluti succi, qui morbum afferunt, ita vt ratione cõprehendi debeant, interdum tamen sensu diiudicantur, quemadmodũ l bubones, qui cum in corpore nostro versentur, habendi sunt in causis internis, & tamen euidentes sunt, ex quo colligi potest euidentes causas non omnes esse externas, sed aliquas versari in corpore nostro, quas nonnulli q̃ euidentes sint sicut externæ in externarũ numero reposuerunt. Separantur ẽt causæ morbum efficientes in proximas, & remotas: proximæ sunt, quæ per se vim habẽt conficiendi, remotæ, quæ per aliud. Externæ m causæ per aliud morbum faciunt, cum sunt occasio mouens internas atque antecedentes, veluti calidus, aut frigidus aer pituitam in cerebro contentam, per se vero cum ipsæ lædunt corpus, ita vt temperationem mutent, veluti refrigerãdo, aut calefaciendo. Internæ etiam causæ vel proximæ sunt, veluti succi putres, qui febrem accendunt, vel remotæ, quemadmodum illi qui obstructionem faciunt, & nondum putrescunt. H

K Gal. li. de fi. medic. p. 46. & Cor. Celsus li. 1. in Procem. l Hippo. & Gale. 4. lib. aph. 55. m Gal. li. 1. de ca. puls. 64.

Diuiduntur item causæ in communes n & proprias, externæ communes sunt, veluti aer pestilens: propriæ sunt cibi, nam alijs alij vescuntur, at causæ internæ propriæ sunt, & non communes, ueluti succi, neque enim vt idem aer, ita idem propriè succus complures lædit, nisi eundem genere, aut specie dicas, possunt & complures aliæ differentiæ animaduerti in causis morbum facientibus, his tamen contenti sumus maxime ad rem nostram pertinentibus.

n Aris. 5. di uin. c. 3.

Aer

A

Aer quo pacto nostrum corpus afficiat. Cap. III.



FActa distinctione causarum efficientium morbos in varia differẽtiarũ genera, tempus est vniuscuiusque seorsum vim exponere. Ordiemur ab externis, & non necessarijs. Sunt autem res fortuitæ,[a] tela & ictus, medicamenta deuorata, seu epota, aut extrinsecus adhibita, venena item, neque enim cum his necessario versamur, sicuti cum aere, cum cibo, & potu, quæ causæ prorsus externæ sunt, nam motus & quies, somnus & vigilia, animi perturbatio & tranquillitas, excreta & retenta, cum quibus necessario versamur, non sunt ex genere externarũ causarum, cum ad corpus nostrum pertineãt, de quibus agemus, si prius vere externas exposuerimus. Omittemus autem in externis eas quæ fortuitæ sunt, quæ, & quod fere innumerabiles,[b] & quod vulgo etiam manifestę sint, sub artẽ non cadunt, nisi vim ictus, aut teli æstimare velis, ictus enim quatenus imbecillior, aut vehemẽtior magis, aut minus perrumpit partes quas attingit, telum vero si retusum, & hebes fuerit, collidit, si acutum, punctim, vel cæsim ferit, sed hoc etiam omnib. in aperto est, quamobrem omissis causis fortuitis pergemus ad necessarias, & primo ad aerem; in quo non solum necessario,
B sed assidue[c] etiam versamur, nam sine eo, aut statim interit homo, aut non multo post, quamobrem Aristoteles ab[d] ijs qui oppida condunt maximam habendam esse aeris, & aquæ rationẽ voluit, quod ijs plurimum vtamur. Versamur autem in aere pluribus modis, & quatenus nobis circumfusus est, ita vt attingat partes nostras, & quatenus per arterias, quæ ad cutem terminantur, attrahitur, sed maxime, cum respiramus, ex quo veteres aerem[e] animabilem, spirabilemque dixerunt.

Sed quomodocunque illo vtamur, afficit nos substantia, vel qualitate sua, loquamur primo de substantia, hæc[f] pura esse debet, ac tenuis, quæ talis est, non solum non nocet nobis, sed plurimum confert tum ad alia, tum ad spiritus[g] conficiendos, sine quibus vita constare nó potest: præclare igitur cum illis agitur, qui sereno ac tenui aere fruuntur: at non quouis loco, aut quouis tempore talis habetur, sed caliginosus, nebulosus, & in nubes concretus, crassus, ac grauis, pestilens, & interdum tota substantia alienus sæpe nos circumfundit, id quod euenit[h] ob aspirationes, quę cum ipso commiscentur, colligens enim humorem redditur nebulosus, atque obscurus, ob quem redditur etiam crassior, sed crassitudinem eius augent anhelitus terræ, carbo-
C nis extincti,[i] calcis paulo ante illitæ. Fit etiam aer grauis ex odoribus, qui vel a suffimentis vel a stirpibus exhalant, vt a buxo, iuglande, populo, brassica. Putrescit interdum, vel quod perflatu careat, vel quod putres ad ipsum ascẽdant afflatus[k] e terra, veluti ob multa cadauera inhumata: Contrahit vim veneni aer, & tota substantia nobis aduersatur, propter prauas aspirationes, quales exhalant ab auernis, qui inde nomen duxerunt, quod sint sine auibus, nam (vt scribit Lucretius)[l] quæ inde transeunt statim pereunt. Recedit igitur aer ab optimo statu suo propter ista, cum quibus miscetur, quæ cum varia sint, varie ipsum mutant: at quo pacto afficiat corpora nostra cum mutatur, iam exponendum est. Qui nebulosus, & caliginosus[m] est, spiritus similes in nobis procreat, suppeditat enim aer materiam ad spiritus procreandos, quos necesse est, vel perturbatos, vel serenos esse pro aere, ex quo aluntur. Qui crassus est, adeo interdum respirationi obest, vt hominem non aliter strangulet quã si in aqua demergeretur. Qui ob odores[n] quos contraxit grauior efficitur, caput lædit, partim cerebri temperationem immoderatam reddens, partim obstruendo spiritibus itinera intercludens. Qui putris[o] est ac pestilens, pestilentes febres efficit, & contage sua interdum putredinem impertit solidioribus partibus cordis: postremo qui tota substantia nobis aduersatur, veneni modo nos lædit.

De substantia aeris hactenus: videamus nũc de qualitate eiusdem. Aeris qualitas aut mode-
D rata est, aut a moderatione recedit exuperãtia vnius, vel alterius qualitatis, ita vt sit calidus, frigidus, humidus, aut siccus: tũ calidus & humidus, calidus & siccus, frigidus & humidus, frigid[9] & siccus. Proficiscit̃ hæc qualitatũ varietas vel a cælo, vel a regione: q̃ proficiscit̃ a cælo, soli potissimũ & lunæ[p] accepta refert̃. Efficit sol suo accessu ad nos discessuq. quatuor anni tẽpora, nã vbi ad solstitiũ accedit, facit æstatẽ, quæ calida est & sicca, deinde antequam ad brumam accedat, autumnum, qui frigidus & siccus est, inæqualis tamẽ: cũ ad brumam peruenit facit hyemẽ, quæ frigida est & humida, deinde paulatim ascẽdẽs cum ad mediũ peruenit, ver, quod vel paulo calidius & humidius est, vel potius moderatũ. Efficit item sol luce diffusa diẽ, & cũ ad occasum venit noctem. Diuiditur spacium diei, & noctis in quatuor partes, quę respondẽt quatuor[q] temporib. anni. Matutina pars, quæ tẽperata est, respõdet veri; meridiana, quæ calida & sicca æstati; vespertina, quæ frigida & sicca autũno: nocturna, quę frigida & humida, hyemi. Hẽt &[r] luna, vtpote vltima cælo, citima terris non mediocrẽ facultatem mutandi hæc inferiora, id q̃ facile patet ex dieb. quos in ægrotantib. crisimos nominamus, ex ostreis, & conchylijs, quæ cũ luna crescunt, pariterq. decrescunt, ex arborib. vbi non cæduntur rẽpestiue, ex aere tandem, quem manifeste mutat quatuor tẽporib. mensis, vt.n. sol annum,[s] ita luna mensem gubernat, & lunæ cursus menses nominantur, quia mensa spacia conficiant. Efficit igitur luna accretione luminis calorem, sicuti diminutione frigus: respondent quatuor tẽpora mensis quatuor tẽporibus

bus

a Galen de ar. med. 85.
b Gal. lib. ar. med. 85.
c Gal. li. de art. med. c. 85. & Gal. ad Thras. 18
d Arist. li. 7 Polit. c. 11.
e Cicero li. 2. de nat. Deorum.
f Gal. li. 1. de tu. val. c. 11.
g Gale. 11. met. 3. & 7. li. de vsu p. c. 8.
h Gal. 1. li. de tu. vale. c. 11.
i Ga. lib. 7. de vsu par. c. 8.
k Gal. 1. de tu. ual. c. 11 & 1. lib. de dif feb. c. 4
l Luc. li. 6.
m Ga. 1. primi epi. c. 8. & 7. de vsu p. c. 8.
n Gal. li. 1. de tu. vale. c. 11.
o Gal. li. 3. de præsag. ex pul. c. 3. & Gal. lib. 1. de dif. fe. 2. & c. 4.
p Gal. li. 3. de dieb. cri. c. 2. & c. 5.
q Gale. 1. 6. epi. cõ. 15.
r Gal. li. 3. de dieb. cri. c. 5.
s Ga. li. 3. de dieb. dec. c. 5.

bus anni: primum tempus mensis ver ipsum imitatur, cum luna digreditur à sole: secũdum eũ tota ab ipso collustratur æstatẽ: tertium cum diminutione luminis decrescens senescit, autumnum: quartum cum solem iam consequuta est, & cum ipso congreditur, hyemem. At non tantũ a cælo, sed etiam a regione proficisci varias qualitates [a] aeris diximus. Attenditur in regione aspectus cæli, & genus loci: quæ maxime spectat ad septentrionẽ, adeo frigida est, vt niue obrigeat; quæ maxime ad meridiem, adeo calida, vt appulsu solis exarescat. Sed siue solis ortum, siue occasum cõspiciat, nõ fit propterea calidior, aut frigidior. Eadẽ est ratio oppidi, & domus quæ regionis, quatenus enim ad meridiem vel septentrionem spectant, eatenus calidiores, aut frigidiores redduntur. At multa etiam sunt, quæ inter locum & locum plurimum differunt. alius enim demissus & palustris est, qui frigidum & humidum aerem reddit, alius montosus, qui siccum, calidum vero, aut frigidum prout ad meridiem vel septentrionem vergit. Qui planitiem incolunt cælum omni parte patens, atque apertum intuentur: vtuntur autem aere magis, aut minus calido, prout ea regio magis vel minus sub septentrione vel sub meridie posita est. Ad loci varietatem referuntur venti, qui ad ipsum spirant. Aquilo reddit aerem [b] frigidum & siccum. Auster calidum & humidum, Eurus matutinus, calidior sicut & Zephyrus vespertinus sentitur. Mutant autem aerem venti, & per eas [c] quas afferunt expirationes, & per qualitatem, quã acquirunt a locis vnde veniunt, magis vel minus a sole illustratis. Qualitas, quam aer habet, vndeconque illam habeat, similem efficit in nobis qualitatem. nam calida nos calefacit, frigida refrigerat, humida madefacit, sicca exsiccat, & hoc pacto morbum affert calidum, humidum, frigidum, aut siccum, vel ex duplicis qualitatis immoderatione compositum. At cum mutatis primis qualitatibus mutentur reliquæ, reddit aer calidus & humidus corpora [d] nostra laxiora, & eatenus foramina cutis nimis aperit, frigidus & siccus nimis densa reddit, & idcirco eadem efficit angustiora. Succi itẽ ab aere calido liquescunt, a frigido cõcrescunt, quo fit, vt vel nimis per corpus fundantur, vel nimis hæreant, & vtroque nomine morbum faciant. Sed quæ de aere dicenda erant; satis explicata sunt, nam vberius, & de hoc, & de causis, quas nũc subijciemus, vt de cibo & potu, motu & quiete, somno & vigilia, animi perturbatione & tranquillitate, agemus in opere de instrumentis medicinæ, qua de ratione victus.

E F

a Galen. 5. met. c. 5.
b Hipp & Gal. 3. lib. aph 5.
c Hip. li. de aere aquis & locis.
d Gal li de cau. morb. c. 3.

De cibo, & potu. *Cap. IV.*

IN genere causarum externarum post aerem sequitur cibus, & potus, vtriusque nunc vim, quam habent afficiendi corpora nostra persequemur. Habent autem in se primo vim alimẽti per quam id restituunt quod ex substantia nostra [e] a calore tãm interno quam externo assidue absumitur. Continetur corpus nostrum triplici genere [f] partium, solidis, succis, & spiritibus, solidæ partes maxime reficiuntur a cibo, sicuti succi a potu, & spiritus ab aere, quanquam omnes ab omnibus recreantur. Cibus igitur quatenus alimentum est, neque afficit, [g] neque mutat corpus nostrum, sed ab illo mutatus reficit substantiam, quam assidue absumi diximus. Proprium enim est medicamenti non cibi mutare corpus nostrum, quædam tamen sunt, quæ vtramque vim [h] habent, & alendi, & mutandi, & ideo partim in cibis, partim in medicamentis haberi debent, nam & alimento inesse vim medicamenti docuit [i] Hip. cibus autem qui partim mutat corpus nostrum, partim mutatur ab ipso, mutatur ob substantiam, quam habet similem, & idoneam ad alendum, mutat ob qualitatem aliquam exuperantem, ob quam vim obtinet medicamenti, & simul etiam causæ lædentis, ob eã enim, contrariam exuperantiam remperat in corpore existentem, quasi medicamentum & similem efficit temperationem in corpore alioquin sano, atque hoc pacto morbi causa est. Quod attinet ad substantiam, quamuis idonea sit ad alendum, & eatenus quod absumptum est, reficiat, potest tamen modo, tempore, ordine, non idoneo corpus nostrum offendere, & morbi causa fieri, nam quod spectat ad modum, si nimis multus sit cibus (teste Hipp.) [k] morbum facit, veluti temperationem frigidam, immoderatam, cum innatum calorem obruat, a multis [l] enim fomentis extinguitur calor noster debilis, perinde ac paruus ignis a multitudine lignorum, præterquam quod distendendo, atque implendo & solutionem continui facit, & morbos in conformatione. Contra si nimis paucus sit cibus, siccitatem, ac tabem efficit, si non sua vi, ac propter se; certe propter calorem absumentem, ob quem necessarius est cibi modus idoneus. At non modo solum, sed etiam tempore alieno cibus datus [m] morbum efficit. nam vt tempestiuè datus, & bene coquitur, & reficit, quod absumptum est, sic cum intempestiue datur, nec bene concoquitur, nec reficit, vnde contrahuntur succi crudi, qui deinde & obstructionem, & alios morbos afferunt. Quod si plures, ac varij dentur cibi, vt tenues, crassi, lenes, acerbi, necesse est certo [n] ordine sumantur. Tenues enim ac lenes prius sumi debent, deinde crassi, atque acerbi, nam sic, illi qui prius concoquuntur expeditam viam habent, per quam descendant, alij qui relinquuntur, & longius tempus postulant ad coctionem, manere possunt in ventriculo, dum concoquantur. Quod si prius sumantur crassi, & acerbi, deinde tenues, ac lenes, ij cum breuiori tempore conficiantur, vbi confecti sint descendere non poterunt, propter crassos atque acerbos, qui re-

G H

e Gal. li. 1. de tu. vale. c. 2.
f Gal. li. 1. de diff. feb. c. 1. & Hippoc. 6 ep. 7
g Gal. li. 3. de nat. fac. c. 7.
h Gal. li. 3. de tẽp. c. 4.
i Hipp. lib. de alimẽto.
k Hip 2. li. aphor. 17.
l Hippo. 1. aph. T. 14.
m Gal. li. 3 de c. symp. c. 1.
n Gal. 2. li. de alim. fa. cap. de prunis, pficis, & moris.

sideot

A ſident in fundo ventriculi. Retinebuntur igitur & putreſcentes febrem accendent, caput ten-
tabunt, & alios facient morbos complures, cum per venas diſtribuentur. Cibus igitur ſubſtan-
tia idonea nos alit, ſed ſi vel qualitate, vel modo, tẽpore aut ordine peccet, cã morbi efficitur.
Potus autem vel nullam alendi vim habet, vt aqua, [a] quæ tantum confert ad diluendũ ac di
ſtribuendum cibum, vel alere poteſt quemadmodum vinum, quod tamen magis ſuccos [b] refi-
cit, quam ſolidas partes: mutatur autem à corpore noſtro, & in eius ſubſtantiam conuertitur,
quatenus ei ſuppeditat alimẽtum; ſed per qualitatem, quam habet quilibet potus, calidam, fri-
gidam, humidam, aut ſiccam, mutat corpus noſtrum, atque hoc pacto fit cauſa morbi calidi, fri
gidi, humidi, aut ſicci, & remedium contrarij, tanquam medicamentum. At poteſt etiam potus
perinde ac cibus, cum modo, tempore aut ordine alieno ſumitur, facere morbum, vt cum ni-
mius, [c] vel paucus ſit, cum intempeſtiue vel præpoſtere datur. Sed vires tam cibi quam potus,
& genera vtriuſque fuſius ſcribentur à nobis in opere de ratione victus, nunc tantum adijci-
mus quemuis cibum ac potum, & quantumuis moderate ſumptum continuo corpus [d] noſtrum
refrigerare, & vim caloris remittere, ſed cum iam concoqui cœpit, calidiorem reddi, & ita cale
facere, quemadmodum & ligna, quæ igni ſuperimpoſita primo eius vim minuunt, ſed cum iam
inflammantur, ipſum augent: idem euenit cibo & potui, qui pro genere magis aut minus cali-
B do, magis, aut minus nos calefacit, vbi iam concoctus eſt, & in ſanguinem verſus.

De ſomno & vigilia, motu & quiete, animi perturbatione ac tranquillitate, excretis & retentis. Cap. V.

AEr, cibus, & potus, cum quibus neceſſario verſamur, in externis cauſis numerantur,
ſumuntur enim aliunde, & non à corpore noſtro ſicuti quæ nunc ſubijcimus, ſom-
nus & vigilia, motus & quies, animi perturbatio & tranquillitas, cum à nobis pro-
ficiſcantur, internæ cauſæ cenſentur, fluunt tamen, & abuolant, non permanent, [e] vt
ea quæ retinentur, ac detruduntur, quæ ſimiliter ſunt cauſæ internæ, cum quibus neceſſario
verſamur. Perpendamus igitur quam vim habeant ſigillatim omnia hæc. Vigilia igitur per ſe
à natura inſtituta eſt, non ſecus atque actio, ſomnus nõ per ſe, ſed ob neceſſitatem, vt [f] reficiã
tur inſtrumenta, quibus vtitur facultas ſentiendi, & mouendi, quæ cum nõ ſint perpetua, vt cor
C pora celeſtia, defatigantur, cum exercẽtur, ſed recreãtur per ſomnum: hoc pacto tam ſomnus,
quàm vigilia ſecundum naturam ſunt, neque morbum efficiunt, niſi vbi à mediocritate [g] rece-
dunt. Vigilia calorem euocat [h] ad partes externas, & propterea confert ad alimentum diſtri-
buendum: ſed vbi immoderata fit, externas partes nimium calefacit, & ſimul internas refrige-
rat, auget [i] flauam bilem, exſiccat corpus [k] & aſsum reddit. At ſomnus reuocãdo calorem ad
viſcera & partes internas, coctionem perficit, ſed nocet præſertim vbi nimius fit, implendo ca-
put, augendo [l] viſcerum inflammationem, & vaſorum obſtructionem, refrigerat partes exter-
nas, [m] & adeo madefacit corpus, vt (auctore [n] Hippocrate) ipſum quodammodo elixet, atq.
effem[i]net. Hoc igitur pacto tam ſomnus quàm vigilia morbi cauſa fiunt.
Quemadmodum autem cum ſomno, & vigilia neceſſariò verſamur, ita cum motu, & quiete:
neceſse [o] enim eſt quieſcamus, aut moueamur: neceſsarius quidem eſt motus ad munera vitæ
exequenda, non tamen poteſt eſse continuus ſine vlla intermiſſione, ſicut nec poteſt eſse con-
tinua vigilia ob cauſam ſuperius dictam, propter inſtrumenta. ſ. quæ defatigantur. Vbi aũt mo
tus, & quies moderatè adhibeantur, præter vſum iam dictum conferunt ad coctionem quidem
quies, [p] quatenus non auertit calorem à partibus internis, ad diſtributionem alimẽti motus,
qui calorem euocat ad partes externas. Sed vbi immoderate aut quieſcamus, aut exerceamur,
D in morbos incidimus, quies [q] enim tabifica eſt, nam partes quæ non exercentur, extenuari vi-
demus, quemadmodum membra fracta, & luxata, quę dũ ſaneſcant, & confirmentur, quieſcere
oportet, quo tempore gracilia admodũ redduntur, & eorum ſubſtantia exſiccatur. Eſt etiam
quies cã contrariæ temperationis, videlicet nimis humidæ, quo partes quieſcentes frigidiores
reddantur, & idcirco [r] plurimum contrahant humoris, quẽ calor abſumere ſolet in ijs qui exer
centur. Ab eiuſmodi autem humore non ſolum redditur temperatio immoderata, ſed fiunt ẽt
obſtructiones & alij morbi. Motus autem vbi nimius ſit, nimium calefacit, & [s] exſiccat, nam ali
mentum, quod ob eius vim attrahitur, ob eandem quoque abſumitur, ita vt noceat motus ni-
mius: at nocet etiam vbi intempeſtiue [t] adhibeatur, quemadmodum vbi ſucci aut crudi ſunt,
aut etiam praui, atque acres: qui crudi ſunt, vt concoquantur, egent quiete, ſic enim contactu
caloris innati magis coctionem acquirunt, quam vbi moueantur. Adde quod ob motum attra-
huntur per venas anguſtiores vbi obſtructionem faciunt, [u] acres verò ſucci maiorem noxam
afferunt, & magis partes noſtras exulcerant, vbi moueamur, quam vbi quieſcamus.
Sequitur animi pertutbatio, & tranquillitas, cùm alterutra [x] enim neceſse eſt aſſidue ver-
ſemur. Iuuat autem, & nocet perturbatio & trãquillitas, quemadmodum vigilia & ſomnus, mo
tus & quies; reſpondet tranquillitas ſomno & quieti: reſpõdet ptutbatio vigiliæ & motui. Hoc
tamen intereſt, quod per vigiliam [y] & motũ, calor ab internis partibus ad externas perpetuo

a Gal. lib. 4 de vſu par. cap. 5.
b Gal. 1. de tu. va. c. 2.
c Ga. 2. aph. comm. 17. Galen. 3. de cau. ſympt. cap. 2.
d Ari. li. 2. de anima Tex. 44. Gale. 3. de temp. ca. 2. & c. 4.
e Galen. li. art. med. c. 85.
f Gal lib. 1. de cau. ſymp. c. vlt. & Ari. lib. de ſomn. & vigilia.
g Hip. 2. li. aphor. 3.
h Gal. lib. 3 de cau. pul. c. 9. & Hip. 4. 6 epi. 14.
i Galen. 7. aph 18.
k Galen. 2. acu. cõ 55. & 4 6. epi. 20 & 7. meth c. 6.
l Gal. 2. lib. aph. com. 1
m Ga. 3. de cau. pulſ 9.
n Hippo 2. acut. 55.
o Gal. de arte me. c. 85.
p Galen. 4. acu. cõ. 44.
q Hip. lib. 3 de offi. 28.
r Ga de ar. med. 85.
s Gal. 3. de cau pul. 13.
t Gal. de cibis boni, & mali ſucci, c. 3
u Gal. lib. 2 de cauſ. ſymp c. 5.
x Ga. de ar. med. 85.
y Gal 1. de cau. pul. c 9

euocatur. Sed per animi perturbationem, quamuis semper moueatur, non tamen semper à partibus internis euocatur ad externas, sed per metum, & tristitiam, magis [a] contrahitur calor ad partes internas, quamuis per lætitiam & spem feratur ad externas, per iram autẽ feruet, & accenditur magis in [b] corde. Tranquillitas nimia eatenus potest effici causa morborum, quatenus non excitatur calor à perturbatione, eosdem autem affert, quos à quiete diximus afferri. Perturbatio verò nimia, quæcunque illa sit, spiritus tandem absumit, ita vt temperationẽ immoderatam faciat, magis autem, aut internas, aut externas partes lædit, prout hæ, aut illæ magis destruũtur calore: ira [c] verò ipsum auget primum in partibus internis, deinde in externis. E

a Gal. 4. de cauf. pulsu. c. 3. 4. & 5.
b Gal. 4. de cau. puls. a.
c Gal. 4. de cau. puls. 2.
d Ga. de ar. med. 85.
e Supra in c. 2.

Postremò in his cum quibus necessario versamur, reponũtur ea quæ in corpore retinentur, [d] aut ex eodem detrudunrur: secundum naturam debent retineri ea à quibus alimur, debẽt detrudi aut quæ modum exuperant, aut quæ alendi facultatem non habent. Vtraque vbi a mode ratione recedant, morbi causa efficiuntur, veluti si retineantur quæ detrudi deberent, faciunt enim obstructionem, deprauant figuram, putrescunt, febrem accendunt, & complura affetunt mala, veluti temperationem immoderatam similem qualitati quam in se habent exuperãtem. Quod si detrudantur quæ retineri deberent, inopia alimenti corpus tabescit, sed referũtur excreta ad inanitatem, retenta ad plenitudinem, quas duas causas diximus [e] esse continentes ex internis. Sed quam vim habeat vtraque seorsum nunc exponemus, sumpto initio ab inanitate. F

De inanitate quos morbos faciat. Cap. VI.

f Gale. 1. de differ. febr. 1. & Hip. 6. epi. 7.
g Galen. 11 meth. 1. & 3.
h Galen de nat. huma. com. 25.
i Gal. lib. 1. de na. hum. com. 1.
k Arist. primo physic. 60.
l Aristot. 5. diuinorum c. 2.



INanitas cuius rei esse debeat, vt morbum faciat, primo perpendendum est, deinde an morbos facere possit, & quos. Debet igitur inanitas esse earum rerum absentia, quarum præsentia sanitatem efficit. Continentur hæ res sub triplici [f] genere partium, ex quibus constant corpora nostra, sub spiritibus videlicet, succis, & partibus solidis, quæ omnia vbi qualitate & modo mediocritatem seruent, nõ solum sanitatem, sed et [g] virium robur præstant. Spiritus aur vitales sunt, aut animales, aut naturales, quibus continetur sanitas, & vitæ munera exercentur, quæ languent, aut cessant, vbi illi vel exhauriũtur, vel immoderatam qualitatem acquirant. Succi [h] verò quatuor sunt, sanguis, vtraque bilis, & pituita, qui respondent quatuor elementis, ex quibus non solum constamus, sed etiã alimur. Hi, modo qualitate, mediocritatem retineant, ad sanitatem conducunt. Solidæ etiam partes necessariæ sunt ad vitam, siue sint veræ solidæ, & quæ semine gignuntur, siue non veræ, vt quę ex sanguine. Has similiter oportet tam qualitate, quam modo moderationem retinere, vt sanitas cõseruetur. At placuit veteribus [i] medicis nonnullis ab inanitate non posse morbos afferri, siquidem ꝙ nõ est, non potest esse causa morbi, partes illæ ex quibus constamus, cum exhauriuntur, aut aliquo pacto detrahuntur, non sunt amplius. quamobrem inanitas, quę est carentia ipsarum, non videtur vllo pacto posse morbum afferre. Diluitur hæc dubitatio eodem modo, quo illa quæ nascitur, cum priuatio ponitur inter principia, quæ tamen ponenda non videretur, cum non sit. Respondent [k] physici eo modo priuationem esse principium quo modo priuatio est: esse autem ipsam dicunt per aliud, hoc est, per materiam cui nectitur. Eadem ratio est inanitatis, quæ non est causa per se morbi, sed sicut absentia gubernatoris [l] causa est naufragij. Inanitas igitur, hoc est absentia partium eatenus morbi causa est, quatenus præsentia earundem sanitatem efficiebat. His ita constitutis de inanitate, quarum partium sit, & quod possit morbos facere, intueamur, qui nam ab ipsa proficiscantur. Da primum exhauriri spiritus, cum ijs contineatur calidum innatum, necesse est ipsum minui, & tandem interire. Constat autem exhauriri spiritus non modo aperta vena, vel arteria, & sanguine misso, sed quacunque via corpus nostrum exinanitur. Quod cum intelligeret Hippocrat. [m] præcepit, ne subito vel totus aquosus humor ex abdomine, vel vniuersum pus ex thorace educeretur. At cõsistit calidum innatum etiam in sanguine & succis, quare, vbi plurimũ sanguinis effluat, refrigeratur corpus, & in alios morbos incidit, qui frigoris exuperantiam consequuntur, sed vbi educantur humores frigidi, incidit in morbos calidos. Semen etiam si ex frequenti concubitu nimis effundatur, refrigerat [n] corpus, & vires conuellit. Substantia solida siue ex semine, siue ex sanguine constet, vbi imminuatur, nõ solum imminuitur calidum, & fit temperatio immoderata, sed læditur sæpe etiam figura ac magnitudo. Propositum ergo iam est ab inanitate complura morborum genera excitari, quam parit cum inedia, tum quicquid quouis modo ex corpore nostro exhauritur.

m Hippo. 6 aph. 27.
n Gal. primo 3 epid. 4. & 4. de tu. val. c. 11

De Plenitudine quos morbos faciat. Cap. VII.

ALtera causa interna cõtinens, plenitudo est, quæ cuius materię sit, & quos faciat morbos, nunc persequi propositũ est, si illud ante adiecerimus, ꝙ vocabulo plenitudinis non tãtũ multam materiã significamus, sed eam quoq. quæ contra naturã est, quantacunq. illa sit, vt venenũ per morsus, cibos, potiones, corporibus nostris insertum, aut in ipsis contractũ. Vt autem

sub

A sub triplici genere materia comprehendi, aut enim est substantia concreta, aut humor, aut spiritus. Cæterum substantia concreta, aut [a] naturalis est, aut contra naturam: quæ naturalis est, vbi nimium increscat, auget magnitudinem, vt caro vlceribus supercrescens, vel auget numerum vt sextus digitus, vel caua obstruit, vt polypus nasum. Eiusmodi [b] substantiam naturalem præstat & copia alimenti, & vis effingens valida. At substantia concreta contra naturam multiplex esse potest, vt arena, calculus, lumbricus, aut aliquid melli, adipi, seu pulti simile, vnde nascuntur morbi ad exuperantem magnitudinem, vel ad numerum auctum pertinentes. Redundat eiusmodi substantia concreta contra naturam, vbi adest, & copia materiæ crassæ, glutinosæ, & calor aduentitius putrefaciens exiccans, vel adurens. Vbi humor redũdet, est aut vnus ex quatuor succis, sanguis nimirum, flaua, vel atra bilis, pituita aut serum: qui humores in venis distinguuntur, cum facta est secunda coctio in iecinore. Potest & alius humor ex tertia coctione quæ fit in partibus solidis, redundare, siue naturalis, vt semen, & lac, siue contra naturã, vt sanies siue medius inter [c] vtrunque, vt pus. Videamus primo quem morbum faciat humor ex tertia coctione redundans. Si fuerit secundum naturam, veluti semen copia duntaxat alienum calorem strangulat. [d] & affert frigidum morbum, id quod facit etiam in mammis redundans lac, nam, quamuis obstruendo retineat calidam expirationem, & eatenus calefaciat, processu tamen temporis, cum nimis augetur copia, minuit, & tandem extinguit calorem suffocan-
B do. Pus, & sanies, [e] dum fit, febrem accendit, sed postea vnitatem soluit, atque exulcerat, obstruit, & magnitudinem auget. Ex secunda coctione, quæ fit in iecinore, redundant quatuor succi, vna cum sero, seu aquoso humore. Quamuis Praxagoras non contentus sanguine, pituita, & vtraque bile, & quibus Hipp. nos procreari, atque ali tradidit, septem alias succorum species adiecit, quæ tamen omnes ad aliquam [f] ex quatuor dictis referuntur. Significat plenitudo quam Græci πληθώραν [g] dicunt) copiam horum quatuor succorum, & similiter etiam fieri, sed vbi omnes quatuor æquabiliter redundent, dicitur tunc redundare sanguis, cũ quo necessario alii tres miscentur. Nam cum ex sanguine, aut procreari, aut ali nostra corpora dicimus, accipimus cum sanguine reliquos tres succos, quos habet naturaliter admixtos. Huiusmodi autem sanguinis redundantis copia Græcè, πλῆθος, & πληθώρα nominatur. Verum vbi [h] alij tres succi, aut serum redundent, ita ut mediocritatem exuperẽt, eam copiam Græci κακοχυμίαν appellant. Incipiamus à copia sanguinis.

Sanguinis copia moderationem exuperãs bipartita [i] est, nã refertur vel ad vasa, hoc est ad venas, & arterias, in quibus continetur, vel ad facultatem. Vtraque autem aut per vniuersum corpus [k] diffusa est, aut occupat aliquas partes duntaxat. Quæ ad vasa refertur, eodẽ modo ipsa distendit, quo distendi videmus vtrem à multitudine humoris iniecti. Copia sanguinis, quæ
C ad vires refertur, non tanta est vt distẽdat, sed solum onerat facultatem retentricem, & partibus sentiẽtibus pondere molesta est. Ille sanguis, qui vasa distẽdit adhuc integer est, oriturq; ea distẽtio nõ solum à causis ipsum cõtrahẽtibus, quas mox subijciemus, sed etiã ab [m] ijs, quæ eundem colliquãt, ac fundunt. At ille, qui facultatem onerat, licet nõdũ vitiosus sit, ita ut cacochymiam faciat, q̃ diximus, & restitui [n] amplius ad pristinum statum non possit, non tñ ex toto integer est, atq; incorruptus, nactusque est hominem imbecillum ob temperationem solidarũ partium immoderatam, & idcirco oneri est, facilè autem putrescit, & morbos illos affert, qui oriri ex putredine consueuerunt. At sanguis, qui vasa distendit, nunc perpẽdẽdus à nobis est, vt intelligamus quot species sub se cõplectatur, a quibus causis fiat, & quales afferat morbos. Accipitur sanguis [o] interdum pro quarto humore, qui purus est, & diuersus ab alijs tribus succis, atque hic calidus est, & humidus, mediũ autẽ locum obtinet, inter pituitam, & [p] vtramque bilem: nam pituita parum, bilis tam flaua quam atra nimis cocta est, sanguis moderatam, ac perfectam coctionem est adeptus: habet aũt ruborem aspectũ [q] ab igne in humore cum terrena & aerea substantia, auctore Platone in Timæo. Sed sanguini tam in venis, quam in arterijs miscẽtur tres alii [r] succi, à quibus ratione magis, quam re ipsa separatur, qui cũ iustũ modum seruant, dicitur sanguis abundare, atque hoc pacto multitudo, quæ vasa distendit, intelligitur
D nõ puri sanguinis, sed mixti, cũ iusta portione aliorũ triũ succorũ. At sanguis non semper æq; bonus est, etsi alij, qui cum eo miscentur, modũ seruent, sed interdum debitã temperationẽ obtinet, quæ moderatè calida & humida est, interdũ ea recedit, fitque iusto calidior, frigidior, humidior, aut siccior, nec exquisitè rubrum colorem retinet: sæpe etiã ex albo flauo, aut atro ruber conspicitur, & tñ sanguis adhuc manet. Plures igit̃ species hẽt: sed pergamus ad eas, à quibus eius copia contrahitur, inde exorsi, quod in rerũ natura duo maxime quærenda sunt, vnũ, quæ materia sit, ex qua quæque res efficiatur, alterum quæ res sit quæ quidque efficiat: has igitur duas causas inquiremus. Videtur causa sanguinẽ efficiens esse calor [s] moderatus, cum ab immoderato cõtrahatur flaua bilis, à magis adhuc immoderato atra, à debili ac paruo, pituita. Redũdãt plurimo [t] sanguine, & adolescẽtes, & qui tẽperationẽ nacti sunt moderate calidã: redundant & iuuenes, & qui calidiorẽ naturam habent, bile, sicut senes & frigidi, pituita. Febris illa, quam sanguinis multitudo efficit, tãtum adolescentes [u] boni habitus tenet. Ad eiusmodi calorem moderatũ referũtur causæ quæ ipsum talem reddunt, aut conseruãt a quatuor [x] locis cõmunibus causarum ductæ, quæ sunt, vt somnus & vigilia, motus & quies, animi

a Gal. li. de diff. morb. c. 8.
b Gal. li. de cau. morb. c. 8. & 9.
c Galen. 5. simp. c. 6.
d Gal. 6. de lo. aff. c. 5. & 6. & li. 3. de dyspnœa in fine.
e Hip. li. 2. aphor. 47.
f Gal. 2. li. de nat. fac. c. 9.
g 2. Aphor. 22. & 2. de nat. huma. com. 1.
h Galen. de plen. c. 11.
i Gal. li. 13. met. c. 6.
k Gal. li. de plenit. c. 2. & li. de venæ sect. c. 4.
l Gal. li. de plen. c. 6.
m Gal. 10. meth. c. 10.
n Gal. 2. aphor. cõ. 17.
o Gal. 2. 6. epi. cõ. 38.
p Gal. li. 4. de tuẽ. val. c. 4.
q Gal. li. 5. de pla. c. 7. & Plato in Timæo.
r Gal. li. de multit. c. 10.
s Gal. 2. de nat. fa. c. 9.
t Gale. 3. aphor. cõ. 27.
u Galen. 9. meth. 4.
x Gal. 1. de tu. val. vlt. & li. 5. de tu. ua. c. 10.

perturbatio ac tranquillitas. Quæ offeruntur vt cibi, potiones, & medicamenta intus sumpta. Quæ extrinsecus incidunt, vt aer circunfusus, vt balneum, vt medicamenta quæ illinuntur, & extrinsecus admouentur. Quæ retinentur, ac detruduntur, vbi intra moderationis fines consistant, omnia hæc eiusmodi causam effectricem iuuant. Suppeditatur materia ad sanguinē procreandum ab internis, vt à pituita, quæ [a] cum sit imperfectè cocta, vbi perfectam coctionem assequitur, vertitur in sanguinem; quod non euenit bili flauæ, aut atræ, cum terminos excesserint coctionis ob caloris excessum. Esculenta autem & poculenta mutantur in pituitam, vel pituitę similem substantiam, prius quam sanguis efficiantur, ita vt pituita, quæ in corpore collecta est, non magno negocio verti in sanguinem possit, id quod per inediam maxime euenit. Sed suppeditat materiam sanguini procreando maxime cibus, & potus abundè sumptus, si boni succi substantiam habeat, & [b] qualitatem moderatam, non crassam, non tenuem, nō nimis fragilem, aut duram, vel glutinosam. Quæcunque [c] autem esculenta macerata, vel elixa statim intumescūt, facile concoquuntur, & aptissima sunt ad contrahendam sanguinis multitudinem. Præbent nobis stirpes primo triticum, vnde cōficitur panis, deinde hordeum, ex quo paratur ptisana, præbent & legumina; sed hæc non æquè [d] vtilia sunt ad gignēdum sanguinem bonum, ac triticū, & hordeum. Ab animalibus præbetur materia ad sanguinis generationem, vt ex auibus, à pullis [e] gallinaceis, perdicibus, fasianis, turturibus, turdis, passerculis montanis, sed præbent etiā aues nobis oua, quæ vbi probe fuerint parata, sanguinis copiam augent: id quod faciunt ex quadrupedibus [f] sues, vituli, hædi: ex piscibus teneri & fragiles, veluti saxatiles gobij, aselli: sed lac quod ab animalibus boni succi sumitur, maximè idoneum est ad sanguinem generandum, sicut [g] & potus vini præsertim dulcis ac rubri, aut flaui & lenis. Ab eiusmodi ergo effectrice causa, & materia procreatur magna vis sanguinis. At potest multus colligi, quamuis nonnimis multus gignatur, id quod euenit, vbi non absumatur qui naturaliter absumi solet, [h] vel quod membrum aliquod abscissum fuerit, & maneat in corpore pars sanguinis, à qua illud ali solebat, vel quod retineatur ille qui certis temporibus reddi consueuerat, ex venis narium, vteri, aut ani, vel quod tempestas nimis humida sit, & nō permittat sanguinem digeri, sic enim fit vt multus colligatur, quamuis mediocris eius copia procreetur. Morbi autem à sanguine ita redundāte, vt vasa distendat, & plurimi, & grauissimi nascuntur, abrumpuntur, [i] vt in alijs partibus, ita & in pulmone vasa ob nimiam sanguinis multitudinem distenta, vnde sequitur tabes, obruitur cerebrum adeò interdū à multitudine sāguinis, vt homo [k] attonitus reddatur, & tandē intereat: affert & multitudo sanguinis obstructionem, & primo calorem immoderatum reddit, deinde prohibito perspiratu ipsum extinguit: affert & febres & tumores, atque inflammationes, de prauat figuram, ita vt multiplicis, ac perniciosi mali sæpe causa sit.

a Gal. 2. de na. fac. c. 9.
b Gal. li. de cibis boni succi, ca. 2. & 3.
c Ga. lib. de cibis boni succi c. 5.
d Gal. li. de cibis boni succi c. 7.
e Galen. de cibis boni c. 3. & 4.
f Galen. de cibis boni succi ca. 4.
g Gal. lib. 5 de tu. valet. c. 5.
h Gal. 3. de caus. symp. c. 2.
i Galen. 1. apho. cō. 3.
K Hippo & Gal. 4. acu. 23.

De Cacochymia, id est prauitate humorum. Cap. VIII.

SVperant interdum alij succi, siue plures, siue vnus debitum modum: eiusmodi abundantiam (vt supra ostendimus) Græci vocant [l] κακοχυμίαν, id est prauitatem succorum & non πλῆθος, hoc est plenitudinem, nisi cum adiunctione nominis huius vel illius succi. Offendit prauitas succorum facultatem, distendit & interdum vasa, non tamen ita vt molem corporis augeat, quemadmodum sanguis, nam bilis tam flaua, quam atra prius hominem necaret, quam ad tam ingentem copiam perueniret. Verum pituita in ea specie Hydropis, quæ λευκοφλεγματίας vocatur, [m] molem corporis non mediocriter auget. sed pituita, cum nondum adepta sit perfectam coctionem, & adhuc cruda maneat, non comprehenditur sub plenitudine sanguinis: at neque etiam sub prauitate succorum, nisi quæ iam corrupta est vt acida vel salsa, nam dulcis potest in sanguinem conuerti, vbi vlterius coquatur; at si placet, potes ad prauitatem succorum referre, quicquid non est bonus sanguis, & ideo quamlibet pituitæ speciem. Aquosus autem humor qui cum sanguine, quasi serum cum lacte miscetur ad prauitatem [n] succorum ipse quoque refertur. Gignitur succorum prauitas duobus [o] modis, vno vbi superat debitam portionē, alius humor cum sanguine mixtus, veluti flaua, vel atra bilis, pituita, aut serum: altero ex corruptione sanguinis, quam Græci διαφθοράν [p] vocant. putrescit enim interdum & corrumpitur, sed tunc [q] etiam mutatur in alios succos, nam pars ipsius quæ tenuis est, in flauam bilem, quæ crassa in atram degenerat. Vtrouis modo fiat prauitas succorum, causas referre nunc oportet efficientem videlicet, & materiam. Vbi succorum prauitas fiat ex succis, qui cum sanguine miscentur modum superantibus efficiens causa est temperatio immoderata viscerum, quam adiuuant externæ causæ, quæ fiunt scilicet, quæ offeruntur, quæ extrinsecus incidunt, quæ retinentur, & vacuantur. Materiam [r] suppeditant eiusmodi prauitati cibi & potus qui aut mali succi sunt, aut immoderata quapiam qualitate præditi, sed à quo genere rerum petantur tales cibi ac potus, abunde exponemus in opere de ratione victus. Quod si succorum prauitas ex corruptione oriatur, causa efficiens est calor [s] externus putrefaciens, ille autem, qui propter obstructionem exitum non habet, vim externi habet, ita vt sanguinem corrumpat, sic putrescit ille qui inflāmationem facit. Materiā

l Ga. 3. li. de Tu. valet. 9. & 13. meth. cap. 6.
m Gal. 3. de loc. aff. c. 7.
n Galen. 13. meth. c. 6.
o Gal. 3. de temp. c. 3.
p Gal. 2. de diff. fe. c. 9.
q Gal 4. de tu. va. c. 4.
r Ga. 2. aph. com. 36.
s Galen. 11 meth. c. 4.

putredini

A puttedini præbet sanguis, vna cum aliis humoribus, quos admixtos habet. Accidit hæc putredo [a] potissimum vbi sit plenitudo onerans facultatem; nam ille sanguis non potest diu incorruptus seruari. Morbi, quos praui [b] succi faciunt, partim ad totum corpus pertinẽt, partim ad hanc, aut illam partem, fiunt enim febres cõplures erysipelata, tumores articulorum, varia tuberculorum, ac pustularum genera, & tandem vlcera. Sed seorsum de vnoquoque prædictorũ humorum inquirere oportet qualis sit, & a quibus causis oriatur, & quos faciat morbos.

Pituita [c] primò in medium veniat, quæ est succus frigidus & humidus, quicunque verò talis est, sub ea comprehenditur, est autem cruda, quod in iecinore non vertatur in sanguinem, sed primam coctionem quæ fit in ventriculo tantum [d] assequitur, in eo enim gignitur, cui cum plures species [e] subiiciantur, vna naturalis est, atque hæc dulcis cum sit sanguis, sed imperfecte coctus, tres aliæ salsa, acida, insipida, non sunt secundum naturam, neque colliguntur in homine sano: quæ salsa est, iam computruit, quæ acida, magis frigida est quam naturæ cõueniat, sed longè magis adhuc quæ insipida, appellaturque proprie humor crudus, quamuis cruditas cõmunis sit cuilibet pituitæ, hæc tamen quæ insipida est commune nomen crudi suum fecit, quod maximè talis sit, hæc eadem crassa est, veluti id quod in vrina [f] subsidet: vbi non solum crassa, sed etiam glutinosa sit, vitrea dicitur a s Praxagora. Humor qui à capite per nares & palatum destillat, non est inter [h] species pituitæ sed materia pituitæ similis, quæ superat in cerebro, il

B la etiã quã gypsi modo concretã in articulis aliquando cernimus, non est amplius pituita, imò neque humor, cum non comprehendatur sub liquore. Sed pergamus ad causas à quibus pituita contrahitur, ad efficientem videlicet, & materiam. Auget pituitam [i] vltra modum facultas concoquens, vbi debilior sit, id quod euenit ob temperationem frigidiorem, siue illud frigus cum humore, siue cum siccitate iungatur, cum non perficiatur tunc coctio, multa gignitur pituita, quo nomine senes admodum pituitosi sunt, [k] nam si pueris abundat pituita, id non fit [l] ob inopiam caloris, sed quod plura deuorent, quam vt à facultate concoquente etiam valida superari possit. Feminæ [q] etiam quia maribus frigidiores sunt, plus pituitæ contrahunt. Adiuuant hanc viscerum frigidam temperationem, à qua pituitam effici diximus, causæ aliæ refrigerantes, veluti quæ offeruntur, vt esculenta & poculẽta refrigerantia, quæ extrinsecus incidunt, vt aer frigidus, neque obstat quod ventres hyeme calidissimi sint natura, vt traditum est ab [n] Hippocrate; nam & in membris ob frigus colligitur pituita, & in ventre, etiam, si diu perseueret frigus: quæ fiunt eatenus refrigerant, quatenus non excitant calorem vt debent, veluti [o] ocium, & tranquillitas, quæ retinentur & detruduntur, vbi sic se habeant, ut retineantur succi frigidi, detruduntur calidi, similiter refrigerandi vim habent, & idcirco conferunt ad colligendam pituitam.

C Speciatim vero quæ dulcis est, fit à minore frigore, seu à calore [p] minus debilitato, à maiore frigore fit quæ acida est, sed a longe maiore adhuc, quæ cruda, aut etiam vitrea. Sed salsa [q] redditur pituita quæ dulcis erat, vbi putrescit, vel vbi mixtum [r] habet serum. Materia ex qua pituita fit ad cibum & potum refertur, qui maximè tunc idoneus est ad ipsam gignendum, vbi similem qualitatem habeat, hoc est vbi frigidus & [s] humidus sit, præterea, ubi vel ob copiam, crassitudinem, duritiem, ac ueluti uiscum non possit probè confici: quæcunque autem magis talia fuerint, magis crudam pituitam prębent. A quibus autem stirpibus, aut belluis petatur eiusmodi materia, in opere de ratione uictus exponemus. At colligitur interdum pituita multa, quamuis non nimis multa gignatur, quod uel non absumatur [t] (vt consueuit) labore, atque exercitatione, uel non educatur ex corpore [u] uomitu, aut deiectione, siue sponte, siue auxilio artis. Morbi autem à pituita fiunt vel in toto corpore, ut febris quotidiana, hydrops, vel in aliqua parte vt tumores, seu in articulis, seu in alijs locis. Sed uaria pituitæ species uariam morbi speciem facit, nam à dulci oritur quotidiana [x] febris, ab acida illa quam bepialam [y] uocant, à salsa [z] fit secunda species febris ardentis, fit & τεινεσμὸς ulcus cum inflammatione in recto intestino. Varia etiam pituita [a] in cerebro uaria mala affert, nam dul

D cis facit somnum grauem, sed grauiorem adhuc quę cruda est: salsa somnum mixtum cum uigilia, siue somnum, quem vigilem dicunt.

Bilis, quę Græce χολὴ uocatur, ex omnibus [b] succis maximè calida & sicca est, respondetq; igni [c] non solum calore, sed etiã siccitate; habet enim uim siccandi, quamuis liquida sit & humida uideatur, quamobrem & pręsens sitim facit, & ubi exhauritur, magis eandem extinguit, quam potus aquę [d] frigidę. Est autem gustatu amara, ita ut non tantum bilis simpliciter, sed etiã bilis [e] amara fuerit appellata: huiusmodi est quilibet succus calidus & siccus, cui cũ multiplex sit, multę [f] quoque species bilis subijciuntur, quæ colore inter se dissidẽt, ut pallida, flaua, ut quę uitelli oui, ęruginis ęris, isatidis herbę, porri colorem refert, tũ cęrulea, fusca, nigra, rubra. Ex his una tantum naturalis est, pallida uidelicet, uel flaua; pallida quidem aquoso humore diluta est, deprehenditurque in homine minus calido, sed flaua crassior est, & ob igneam vim splendens magis in homine calidiore cõspicitur. Alię species sunt à natura nostra alienę, atque idcirco non dicuntur simpliciter [g] bilis, sed cum adiectione, ut fusca, nigra, rubra. A naturali propius abest illa quam à similitudine uitelli oui iuniores medici nominant uitellinam, quæ vt nimiam [h] coctionem, ita etiam crassitudinem adepta est. Lõgissimè abest à naturali ni

a Gal. 2. de dif. feb. 5.
b Ga. de ven. sect. c. 4. & 3. de tem pe. c. 2.
c Gal. li. de cau. morb. c. 6 & 1. de nat. humana com. 36.
d Gal. li. de atra bil. c. 8.
e Gal. 2. de na. fa c. 9.
f Ga. 1. crisi. 12. & 1. prog. com. vlt.
g Gal. 4. de tu. val. c. 4.
h Gal. li. 2. de na fa. c. 9.
i Gal. 8. de plac. c. 6. & 4. de tu. ual. c. 4.
k Gal. 2. de temp. c. 6.
l Gal. 2. de temp. c. 2.
m Ga. 3. de ca. puls. c. 2.
n Hippo. 1. apho. 15.
o Gal. 4. de tu. va c 4.
p Galen. 3. aph. cõ. 12.
q Gal 2. de na. fa. c 9.
r Gale. 2. de dif fe. c. 6.
s Galen. de plenit. c. 11.
t Gal. li. de plen c. 6.
u Gal 5. de vsu par. c 4
x Galen. de dif feb c 4.
y Gal. 2. de dif. feb. c. 6.
z Hippo & Gal. 4. acutor. 13.
a Gal. li. de plen c. 10.
b Gal. p. ad Glauc. c. 9.
c Gal. 8. de Plac. c. 4.
d Gal. 2. de na fa. c 9.
e Gal. 8. de Plac. c. 5.
f Gal. lib. 4. de tu. ual. c. 4 & 5. 6. epid. 14.
g Gal. 1. de nat. humana com. 37
h Gal 2. de na. fa. c. 9.

grã,reliquæ omnes quas diximus his interiectæ sunt,sed vitellinam proximè sequitur quæ æru
ginem æris colore imitatur,dein cœrulea,tum quæ isatidis herbæ colorem habet, & tandẽ fu- E
sca,quæ nigræ proxima est:at non videtur in his reponenda illa quam à porri colore [a] πρασοειδῆ
Græci appellant,contrahitur enim in ventriculo partim ob prauos cibos,partim ob calorẽ im-
moderatum,non in venis,vt reliquæ species:neque rubra, etiam in illis numerari debet, quæ
mixtum quoddam est ex flaua & sero [b] sanguinis,videturque esse tenuis quidã sanguis, à quo
tamen distat,quòd effusa non concrescat, quemadmodum concrescere quemlibet sanguinem
cernimus.Sed tempus iam est de causis dicere quæ bilem augent,de effectrice videlicet & ma
teria, Efficiens est immoderata [c] temperatio viscerum ob exuperanriam caloris ac ficciratis:
quo autem magis increscit hic calor,eò magis concoquit,& tandem vrit bilem:qui non multũ
à moderato recedit,flauam efficit:qui magis adhuc recedit,magis concoquens facit vitellinã:
qui magis adhuc increscit,ita vt vrat,efficit reliquas omnes species vsque ad nigram,quæ ma-
ximè vsta est,variatur enim color in bile pro calore à quo efficitur,quod & medicamentis vsu
venit,cum coquuntur,vt emplastra quæ viridia, cærulea, fusca, & tandem atra redduntur vbi
diutius ad ignem admota manserint. Immoderatum hunc viscerum calorem, à quo varias bi-
lis species effici diximus,adiuuant aliæ causæ, vt quæ offeruntur si qualitatem [d] habeant cali-
dam & siccam veluti esculenta,& poculenta,tum si parcius sumantur,inedia enim eatenus ca
lorem auget quatenus non remittitur eius vis ab humore cibi, vt deberet. Quæ fiunt,vt [e] vigi-
lia diututnior, vehemẽs [f] labor,magna animi perturbatio, præsertim ira. Quæ extrinsecus inci F
dunt,vt aer [g] calidus & siccus,cuiusmodi æstiuus est,medicamenta similia extrinsecus imposi-
ta.Quæ retinentur calida eductis frigidis,cuncta hæc augendo calorem viscerum ad bilem gi
gnendam conducunt.Materiam præbent partim interna partim externa,ex internis tenuis ac
pinguis sanguis,cum nimis [h] incalescit,aut putrefit, in bilem conuertitur, id quod etiam eue-
nit recenti carni,atq; adipi cum liquantur,vt voluit Plato. [i] Ab externis esculentis,& poculẽ
tis suppeditatur abundè materia ad bilem gignendam idonea,primum vbi calida & sicca fue-
rint, [k] atque acria,deinde etiam vbi dulcia,aut pinguia,hæc enim cum nimium calefiant red-
duntur amara. Sed cum plures sint species bilis,quæ calidior est, ex calidiore ac ficciore ma-
teria gignitur. Morbi verò à bile,& in toto corpore oriuntur,vt febres [l] tertianæ,& ardentes,
& in vna vel pluribus partibus,vt erysipelata, [m] vlcera,pustulæ. Oriũtur & alia mala,vt phre-
nesis,vt morsus in ore vẽtriculi,singula autem grauiora vel leuiora sunt,pro sæuiori vel mitio-
ri specie bilis,sæuiorem dico,quæ magis,mitiorem,quæ minus recedit à naturali.

Verum bilis nigra non omnis naturæ aliena est,neque omnis ob vim caloris vrentis contra-
hitur,sed quædam [n] naturalis est, quam veteres iudicarunt non esse appellandam μέλαιναν χο-
λήν: nam hoc nomen vsurparunt ad significandum illam duntaxat quæ vsta est, sed naturalẽ di G
xerunt χυμὸν μελαγχολικόν,nos hunc humorem melancholicum, illam, quæ vsta est, vocabimus
atram bilem,ne nominis ambiguitas legentis intelligentiam perturbet. Resident [o] vt in vino
fæx, ita in sanguine humor melancholicus,cuius pars illa,quæ magis confecta est,cum sangui-
ne mixta per corpus distribuitur ad eas partes alendas, quæ eiusmodi crassum, ac terrenum
sanguinem postulant,vt ossa,reliqua pars quæ confici non potuit, neque iecinoris coctionem
admisit,à liene [p] attrahitur,vbi rursus conficitur,sed quod superat ad ventriculũ, [q] & intesti-
na detruditur,vt cum deiectione expellatur. Excitat autem contrahendo appetitum, cum ad
os ventriculi fertur,idem cum [r] terrenus sit, frigidam & siccam temperationem habet. Sed
atra bilis,cum ex aliis succis vstis gignitur,retinet aliquid caloris,sicuti quæ putrescũt, & quæ
vruntur,ita vt non sit planè frigida, sicuti nec cinis,nec acetum: differunt ergo humor melãn-
cholicus & atra bilis, quod hæc à natura [s] est aliena, ille naturalis, hæc item cum frigore re-
tinet aliquid igneæ facultatis,ille simpliciter frigidus est. Color autem quamuis communis sit
niger videlicet,in atra bile,splendorem habet adiunctum, [t] nam humor melancholicus sine
vllo splendore niger conspicitur; sapor item in humore melancholico est particeps acerbita-
tis cuiusdam, qualis in liene quadrupedum gustatur, sed in atra bile acidus simul est, & [u]
acerbus; hæc etiam radit, & fermentat terram, atque adeo praua est, vt ne à musca quidem H
gustetur,quod non euenit humori melancholico. Crassitudo maior est in hoc, quam in illa,
quæ tenuior fit cum acidum saporem acquirit. Causæ hoc est efficiens, & materia, à quibus
contrahitur atra bilis,superius expositæ sunt,illæ tantum restant,a quibus gignitur humor me
lancholicus. Efficit igitur hunc quicquid facere potest sanguinem magis terrestrem, & craf-
sum.Eam vim habet calor exsiccans [x] non tamen adeò vehemens,vt vrat:nam hic efficit atrã
bilem,frigus quoque cum vim habeat exsiccandi exprimendo humorem, terrenum quoque
reddere sanguinem uidetur,& ita efficere humorem melancholicum,vt quibusdam [y] medicis
videtur,sed maxima ex parte efficitur à calore cum siccitate,& idcirco in ea ætate [z] quæ pro
ximè iuuentutẽ sequitur. Adiuuant effectricem hanc causam quæcunque calefaciunt, & sic-
cant, non tamen ita ut adurant: nam hæc magis (ut ante ostendimus) atram [a] bilem effi-
ciunt, quam humorem melancholicum. Percurre quæ offeruntur, quæ fiunt, quæ extrinsecus
incidunt,quæ retinentur,ac detruduntur, ubi calefaciant & siccant, nondum tamẽ urant,ad-
iuuant omnia causam efficientem,quam proposuimus. Materia ex qua gignitur humor melan

cholicus,

a Galen. 2. prog. com. 39.
b Gal. 5. 6. epid. com. 14.
c Gal. 4. de tu. valet. 4. & 6 de tu. val. c. 3.
d Galen. 8. meth. c. 7.
e Gale. 1. 6. ep. com. 10.
f Gal. 4. de tu. val. c. 4.
g Gal. 1. de nat. humana com. 34
h Galen. 2. Crisium c. 12. & 2. de dif. feb. c. 9.
i Plato in Timæo.
k Galen. 8. met. c. 7. & 5. 6. epid. com. 14.
l Galen. 2. prog. 46. & 3 apho. cõ. 21.
m Ga. li. de atra bile c. 5
n Gal. 2. de nat. fac. c. 10.
o Gal. li. de atra bi. c. 9.
p Gal. 1 de tu. vale. ca. 12.
q Gal. li de atra bile. c. 6 & Gal. 4. de vsu par. 15. & 5 de vsu p. c. 4
r Gal. 8. de plac. c. 4.
s Gal. 2. de na. fa. c. 9.
t Galen. 4. aph. cõ. 23.
u Gal. li. de atra bi. c. 6. & 4. aphor. 21. & 23. com.
x Gal. li. de curat. per venæ sect. c 11.
y Auic. lib. 1. fen. 1 ca. de humor.
z Gal. 2. de nat. fa. c 9. & li. artis med. c. 59.
a Galen. 4. aph. cõ. 21.

A cholicus, aut interna est, aut externa, interna est crassior pars sanguinis, [a] cum putrescit, quandoquidem hæc ex putredine vritur, ita vt conuertatur magis in atram bilem, in quam conuertuntur etiam & flaua bilis, & humor melancholicus vbi vritur: pituita vero priusquam conuertatur in atram bilem, videtur in alios succos degenerare. Sed redeo ad materiam humoris melancholici, quæ magis externa est quam interna, petitur enim à cibis crassis, terrenis interdum multũ caloris & parum humoris habentibus. Eiusmodi sunt legumina [b] ferè omnia, maxime lens, & ex oleribus brassica, ex carnibus, bubula, caprina, leporina, tum cochleæ, thũni, caseus vetus, & quæcunque sale seruantur: potus etiam vini nigri crassi abunde eiusmodi materiam suppeditat. Colligitur humor melancholicus, etiam si non multus gignatur ijs quibus retinentur [c] quæ detrudi consueuerant, vt mulieribus menstrua, & viris sanguis per venas ani. Morbi tam ab humore melancholico quam ab atra bile, & in toto corpore, & in partibus vna vel pluribus fiunt, in toto quidem vt quartana, [d] siue intermittens, siue assidua, in parte vt cancer, [e] elephas, carbunculus, melancholia: qui morbi mitiores sunt, cum ab humore melancholico nascuntur: sæuiores, cum ab atra bile.

a Gal. 2. de diff. feb. c. 9
b Gal. 3. de loc. aff. c. 7.
c Gal 2. ad Glauc. c. 10. & 3. de loc. aff. c. 7.
d Gale. li. 4. aphor. 2. & Hip. 5. aph. 22.

Humor aquosus, qui cum sanguine quasi serum cum lacte miscetur, ἰχὼρ ab Hippocrate [f] & Platone dicitur, vbi nimium redundet ad prauitatem succorum refertur, vt ex superioribus patet, sed si intra modum consistat, vtilis est, nam bilem temperat, & sanguinem ita diluit, vt quá-B uis [g] crassior sit penetrare queat per vasa angusta, & ita distribui singulis partibus, sed cum continenter colligatur eiusmodi humor aquosus, continenter etiam à renibus attrahitur ex venis & arterijs, vnde per canales eiusmodi vsui inseruientes ad vesicam descendit, & vrina efficitur, atque expellitur: at non gignitur in ventriculo, veluti pituita, aut in iecinore, quemadmodum sanguis, & vtraque bilis, sed præbetur ab esculentis, & poculentis, quorum pars illa quæ aquosa est, & neque concoqui, neque in alimentum conuerti potest. attrahitur per venas ad iecur, & tandem ad renes, & vesicam, postquam vtilitatem illam attulit, quam diximus ad sanguinem distribuẽdum. Sanis autem adeo expurgatur, vt aperta vena [h] nullus, vel exiguus admodum exeat, id quod interdum in ægrotantibus quoq; conspicimus. Species huius tenuis & aquosi humoris totidem sunt, quot [i] species succorum in venis; sed cum hæc quatuor sint, totidem quoque aquosi humoris species versari in corpore necesse est, & ob id vrinam varie colorari, a sanguine enim exhauritur tenuis hic humor rubri coloris, à pituita albi, à flaua bile flaui, ab humore melancholico vel atra bile fusci. Hic humor (vt iam diximus) cum non gignatur in corpore nostro, sed externus sit, non est quod quæramus causam à qua fiat, neque enim efficitur in corpore, sed accipitur in eo per esculenta, & poculenta: quod si plurimum redundare ipsum videas, vbi [k] iecur frigidius sit, existima tunc non genitum, sed collectum esse, C quia non fuerit vel expulsus, vel digestus in vapores ob inopiam caloris, vt expelli ac digeri solet cum temperatio moderata est; quo nomine plurimus contrahitur propter causas illas omnes quæ refrigerare corpus nostrum possunt.

e 3. de loc. aff. 7. & 2. ad Glauc. cap. 10.
f Gal. 8. de plac. c. 5.
g Galen. 3. apho com. 15. & 4. de vsu par. c. 5.
h Galen. de plenit. c. 11.
i Gal. 4. de tu. val. c. 4. & 2. 6. epi. com. 38.
k Gal. 5. de loc. aff. 7 & 3. de caus. sympt. 2.

Suppeditant aquosi humoris copiam primo potus præsertim aquæ deinde cibi, in quibus eiusmodi substantia tenuis humida [l] maxime redundat, ciborum enim alij magis aquosi sunt, alij substantiam habent magis idoneam, quæ in sanguinem, bilem, humorem melancholicum, aut pituitam vertatur. Fructus & olera multo aquoso humore continentur, sed pauco frumenta, legumina, carnes. Est autem hic, causa multorum malorum, nam facit in toto corpore eam speciem hydropis, quæ vocatur [m] ἀσκίτης, in diuersis partibus, tumores, pustulas, veluti paruulas vesicas, & [n] vlcera, quæ tanto deteriora incidunt, quanto magis prauus fuerit aquosus ille succus, à quo nascuntur. Hic autem si ex atra bile proficiscatur (teste [o] Platone) maxime ferus est; si ex sanguine mitissimus, medium locum obtinet qui à flaua bile, & qui à pituita emanat. Hactenus de succorum prauitate.

l Gal. 3. de sympt. c. 2.
m Gal 5. de loc. aff 7.
n Gal. 3 6. epid. 37.
o Plato in Timæo.

De Spiritu & flatu. Cap. IX.

D RESTAT ex ijs quæ plenitudinem faciunt spiritus, [p] superius enim bipertitò diuisimus causas continentes internas in inanitatem videlicet, & plenitudinem, vtranque etiam referri diximus ad tria genera partium, quibus corpora nostra continentur, ad solida, humores, & spiritus, quorum absentia inanitatem, præsentia plenitudinem facit. Absoluimus inanitatem, deinde aggressi ad plenitudinem, de ea primum egimus quam faciunt solida, tum de ea quam humores, & primo sanguis, deinde prauitas succorum, sub qua complexi sumus pituitam, bilem, humorem melancholicum, & tandem serum. Superest tandem ea plenitudo, quam spiritus facit, de qua nunc agendum est. Illud autem in primis ignorare non oportet quod spiritus alius tenuis est, & secundum naturam, qui purum, ac [q] serenum aerem repræsentat, atque hic neque nimis implet, neque distendit partes nostras, alius vero crassus, atque impurus, qui cum caliginoso, ac nebuloso aere comparari potest. Est autem eiusmodi spiritus a natura alienus, vocaturque Græce [r] πνεῦμα φυσῶδες, vel φῦσα, Latine dicimus spiritum flatuosum, vel flatum. Varius autem de-

p Supr. c. 1.
q Gal. 3 de nat. fac. 14.
r Gal. 2. ad Glauc. c. 6.

prehenditur,

prehenditur, [a] interdum enim siccus est,& cum educitur ex corpore edit sonum acutum, interdum humidus,qui cum expellitur grauem sonum reddit,eumque paruum. Causæ, quæ flatum gignunt,nunc perpendendæ sunt,effectrix videlicet, & materia. Existimant medici effectricem [b] causam flatus esse imbecillitatem facultatis concoquentis: cernunt enim contrahi magnam vim flatus in ijs qui non probe cibum concoquunt. Verum gignitur flatus non a facultate concoquente debili, sed à causa continente ipsius: continetur enim facultas concoquens calore,qui vbi debilitatur,illam quoque debilitari necesse est.Quamobrem ita accipienda est eorum sententia,vt per facultatem intelligant calorem quo facultas continetur: hic ergo vbi debilis est,male concoquit,& flatum gignit,frigus nullam excitare [c] expirationem potest,& idcirco neque flatum gignere nisi pro frigore debilem calorem accipias, at calor validus [d] excitat quidem, sed dissipat id quod excitauit, adeò vt non contrahat flatum: eadem enim ratio est flatus in corpore nostro, quæ venti in aere, quem nec sub magno æstu, nec sub ingenti frigore validum sentimus. Materia ex qua flatus excitatur [e] crassa est, & frigida, atq; hæc vel interna,vt pituita,& humor melancholicus,vel externa, vt cibi & per se crassi, & non bene cocti,veluti frumenta,& legumina,potissimum faba: quanquam & triticum elixum abunde suppeditat materiam flatus, id quod faciunt etiã bulbi,tum potus vini dulcis, sed maxime musti, quod ob multitudinem flatus sæpe dolia abrumpit. Morbi [f] quos flatus excitat, sunt [g] φυσήματα, idest, inflationes, [h] tum ea species [i] hydropis quæ tympanites dicitur, quod tympani modo sub ea venter resonet, tum vnitatis solutio. Quæ de causis in vniuersum dicenda erant ad exitum iam venerunt. Quæ vero speciatim ad singulos morbos attinent, proxime explicabuntur.

a Gal.3. de cau.sympt. cap.2. b Gal.5. de loc. aff 6.& 3. de caus. sympt. c.2. c Galen. 4. acut.42. d Gal.2. ad Glauc.6. e Ari.2.lib. meteor. c.5 f Gal. 3. de sympt cau. cap 2. g Gal. 1. 1. epi. com.9 h Gale. 14. meth.7. i & libr. de plen. 10. & Gal.4. aph.

E F

De Causis morbi calidi. Cap. X.



Quemadmodum in morbis attenduntur genera,& species,ita & in causis: respondet autem genus causæ generi morbi,species,speciei,quod quidem causa sit externa, vel interna,antecedens, aut continens, generatim attinet ad morbos, sicut & vis afficiendi corpora nostra,quam habet vnaquæque de quibus in superioribus diximus.Sed quod nunc subijciendum est, à quibus scilicet causis quisque morbus nascatur proprie ad species pertinet morborum, quas eodem ordine quo primum inuentæ sunt nunc repetemus, diligenter in vnaquaque causã à quibus oriantur inquirentes. Exordiamur ab illis,quæ faciunt morbum calidum, seu immoderatam temperationem calidam, nam hæc morbi species primo proposita fuit. G Cum natura ita comparatum sit, vt non modo substantiæ, sed etiam quæ [k] substantijs accidunt vim habeant efficiendi in materia similem formam,calidum morbum à calidis causis oriri necesse est, adeo vt solus contactus rerum calidarum videatur posse calefacere. Videmus tamen tam [l] res externas quam corpora nostra calefieri, ob motum,putredinem,retentionem calidæ expirationis,copiam quasi alimenti quo calor pascitur,quamuis non sint res calidæ,à quibus materia similem formam accipiat.Motus quidem res omnes adeo calefacit, vt Plato [m] crediderit omnia ob motum conseruari, quatenus conseruantur à calore,qui per ipsum excitatur. Monet [n] Aristoteles tantam calefaciendi vim motui inesse, vt plumbum sagittarum quæ emittantur,in aere liquescat. Lapidum conflictu atque ictu elici ignem videmus, & non tantum lapidis, sed etiam ossis [o] leonis,& ligni lauri. Calefacit igitur manifeste motus res externas, idque perpetuum est, si duo concurrant. Vnum vt illæ [p] concretæ sint & non liquidæ, nam quæ liquida sunt, non solum motu non incalescunt, sed exhalantibus calidis vaporibus perdunt si quid contraxerunt caloris, quod vsu venit aquæ calidæ. Alterum,vt motus aptetur rei quæ mouetur, nam (vt præclare monuit [q] Poeta ille) H

Mollis alit flammas, grandior aura necat.

Ex motu moderato accenditur magis ignis,ex immoderato ac maiore [r] extinguitur. Quæ maiora sunt,maiorem motum sustinent.De nobis quid attinet dicere,qui ob motum & laborẽ adeo incalescimus, [s] vt incurramus in febrem, & non tantum ob motum corporis, sed etiam ob animi perturbationes,præsertim ob iram, adeò vt perspicuum fit motum habere vim calefaciendi,quamuis non sit res calida. Putredo [t] in rebus externis tantum affert caloris,vt interdum flammam excitet, & comburat: fumat, & vbi tangitur immoderate calidum percipitur stercus putrescens, proprie autem a columbino legimus [u] ædes aliquando fuisse combustas. Corpora etiam nostra ob putredinem ita calescunt, vt in febrem incidant, quod illis euenit, quibus inflammatio,vel alius tumor [x] suppurat. Retentione calidæ expirationis valde calidum redditur conclaue,vbi accenso igne ianuæ & fenestræ clauduntur,quod non accidit vbi patefiant.Nostra etiam corpora,cum stragulis vestibus, aut amictu bene teguntur,abunde calescunt,quod retineantur calidæ [y] expirationes,quæ alioquin exhalarent. Parua cutis foramina,vbi [z] clauduntur,ita calorem augent,vt febrem accendant. Postremò materia,qua calor quodammodo pascitur,non mediocriter ipsum auget, id quod perspicuum fit, vbi velligna

k Ar. lib.7. diui.tex.32 l Gal. li. de caus.morb. cap.2. m Plato in Theæteto. n Aris. 2.li. cęli tex.42 o Arist.2.li. de par. ani. cap 9. p Arist.1.li. mete.c.4. q Ouidius. r Galen. de caus.morb. cap.5. s Galen. de caus. pul.3. li.c.13.& 1. li.de tu val. cap.8. t Gal. li. de caus.morb. cap.2. u Gal. 1. de diff feb.c.5 x Hipp. & Gal.2. aph. 47. y Galen. 2. simpl. c.24. z Gal. 8. li. meth. c.2.

A gna igni adijcias, uel lumini oleum instilles: proportione enim ignis ac luminis quàm multis fomentis docet [a] Hippoctates calorem extingui. Homines etiam cum satures, aut ebrij sunt, plus satis calescunt, modo non obruatur ac strangulerur calor à nimia copia cibi & potus. Omnia hæc, quæ recensuimus calidum morbum efficiunt, quamuis calida non sint. Sed si diligenter singulas perpendamus, competiemus ab illis calorem non proxime, sed aliquo interiecto medio augeti. Quod non aliud est, quam res calida, quæ proxime similem formam gignit. tantummodo igitur quæ calida sunt proxime calefaciunt, cætera uero quatenus ad rem calidam referuntur. Effectrix enim causa omnis, quæ neque per se, neque proxima est, uecesse est ad eam redigatur, quę proxima sit & per se. Retentio caloris non calefacit proxime, nam id faciunt expirationes calidæ retentæ, per quas retentio calefacit. Materia quę calori quasi alimentum suppeditat, non calefacit proxime, sed quatenus conuertitur in rem calidam, auget calorem similem formam efficiendo. Putredo est adhuc remotior causa caloris, eatenus enim calefacit, quatenus per ipsam internus humor elicitur ad partes externas, vbi calorem puttefacientem nutrit, & tanquam res calida ipsum auget. Motus atterit, atque extenuat materiam, & eatenus reddit idoneam, quæ similiter calorem nutriat, & tandem vt res calida calefaciat. Sed præter has causas à quibus accenditur calor pariter in rebus externis, & in corpore nostro, videtur
B inedia [b] nos calefacere, adeo vt interdum afferat febrem. At neque per se calida est, neque ad rem calidam videtur posse redigi, cum neque retineatur per inediam calida expiratio, neque nutriatur calor, sed potius destituatur alimento: reducetur tamen ad rem calidam, si statuamus id quod in confesso est apud omnes, siccitatem [c] esse veluti cotem caloris, cuius vis nimia humoris [d] copia hebescit. Per inediam igitur cum assumatur humor, calor redditur siccior, atque ob id acrior, & tanquam res magis calida, magis calefacit. Quicquid igitur morbum calidum facit, proxime calidum est, quæ calida non sunt, vt motus, putredo, retentio calidæ expirationis, materia qua pascitur calor, & tandem inedia, non per se, neque proxime, sed quatenus ad rem calidam rediguntur, calefaciendi vim habent. Vicinia autem ignis, aut radiorum solis, non aliud est quam contactus [e] rei calidæ, aer enim à sole, vel ab igne calefactus proxima causa est augendi calorem in re quam attingit.

a Hippoc. t. aphor. 14.
b Gal. li. 10 meth. c. 5.
c Gale. 10. meth. med. c. 5.
d Auic. li. 1. c. de cóplexionibus.
e Gal. li. de cau. morb c. 2.

De causis morbi frigidi. *Cap.* *X I.*

C INuentis causis calidi morbi, non difficile erit, quæ frigidum faciunt inuenire, nam sicuti ea quæ calida sunt, contactu suo calefaciunt, ita quæ frigida refrigerant; quamobrem quicquid proxime refrigerat frigidum est. Sed multa videmus refrigerandi vim habere, quæ tamen non tanguntur frigida, huiusmodi [f] est alimenti aut inopia, aut nimia copia, aut vitium aliquod, præterea nimia densitas, & nimia raritas, tum immoderatus motus, aut quies, à quibus omnibus constat & res externas, & corpora nostra refrigerari. Ex contactu quidem aeris frigidi extinguitur flamma, [g] vbi parua fuerit. Ex potu, vel balneo aquæ frigidæ extinguitur in nobis feruor [h] febris ardentis, cum frigidiores sunt partes etiam nostri corporis alias refrigerant quas attingunt. Inopia alimenti calorem extingui cernimus, vt in lucerna, vbi oleum desit, & in igne, vbi ligna consumpta sunt: tum in corpore nostro, vbi ob quamuis causam nō satis alatur, licet ob inediam primo calidius fiat. Sed sub ea tandem frigidum redditur, ita vt ætate iuuentutis incidat in senum [i] temperationem, quę frigida est & sicca. Ad eiusmodi inopiam attinent quæ nimium ex corpore educuntur. Nimia alimenti copia calorem extinguit, quemadmodum vbi nimis multa [k] ligna igni addantur, aut affatim oleum superinfunditur lucernæ. Hoc etiam nobis accidit, cum multitudine esculentorum & pocu-
D lentorum calor obruitur, siquidem (vt monuit [l] Hippocr.) à multis fomentis extinguitur calor: vitium alimenti calorem similiter aut minuit, aut etiam extinguit, veluti cum ligna viridia igni superimponuntur, aut cum homo sumit cibum & potum, si non tactu frigidum, certe qui refrigerandi [m] vim habeat. Densitas vero quamuis retinendo calidam expirationem, & prohibendo perspiratum calorem augeat, eundem tamen extinguit vbi nimia sit, quod & lucernæ accidit, cum tegitur, & homini cum strangulatur, calida enim illa expiratio quæ retinetur, primo calorem auget, deinde absumens totum alimentum quod paratum est, causa est, cur calor vniuersus deficiat. At raritas, quæ densitati contraria est, nimis exhalare calorem sinit, ita vt deficiat. Postulat lucerna vt accensa seruetur, duplicem [n] motum flammæ, vnum sursum, alterum deorsum, vbi vel utroque, uel altetutro priuetur, necesse est extinguatur, prohibito enim motu sursum per operculum flamma deorsum reuertitur, & totum statim absumens alimentum ob inopiam deficit, sed si sursum tota flamma secedat, quod euenit ubi nimia raritas, auolat, quo fit ut calor extinguatur, quod euenit paruæ lucernæ prope magnam facem, aut in aere nimis calido, statim enim extinguitur, quod ob nimiam raritatem priuetur motu flammæ deorsum; corpora etiam nostra, ubi nimis raram cutem habeant, nimium exhalante calida expiratione, frigida redduntur, quod accidere solet ob diuturnam moram in balneo. [o] Motus vero cum proportione respondet rei quæ mouetur, calorem auget; sed si nimis uehe-

mens

f Galen de caus. morb. 3.
g Arist. l. de iuuen. & senect. c. 3. & 3. cæli 52.
h Gale. 11. meth. c. 9.
i Gal lib 10 meth. c. 10.
k Gal. lib. 1. apho. com. 14.
l Hippoc. t. aphor. 14.
m Gale. de caus. morb. c. 3.
n Gal. de v. l. resp. c 3
o Ga 3. l. de cau. puls ca pit 14.

a Gal. 3. de cauf. pulf. cap 13. b Aristo. 5. probl. tex. 2 c Hippo. 4. 6. epid. tex. 15. d Arist. 7. diuin. 30.

mens a fit, eundem extinguit: exigua flamma si leniter ventiletur, crescit, si vehementer, extinguitur: qui vt hostium manus effugiant, velocissime currunt, primò incalescunt, sed tandem intereunt b refrigerati, quod nimis calor in corde contractus statim deuoret quicquid alimenti fuerat præparatum, quo fit vt cor frigidum relinquatur non secus atque illis qui ex ardente febre moriuntur. Idem præstant etiam animi motus, vbi validissimi fuerint, primo enim calorem augent, sed tandem reddunt corpus frigidius. Verum vt nimius motus, ita & nimia quies frigefacere potest tam res externas, quam corpora nostra. Carbones accensi vbi minime ventilentur extingui solent. Nobis vero cum nimis calidi sumus præcepit c Hipp. vt quiescamus, vt qui censeat quietem refrigerare posse, si non alio nomine, saltem quatenus non excitatur calor à motu, & expiratio calida retinetur, retentaque absumit quicquid erat alimenti præparati, quo cum destituitur, calor euolat. Constat igitur & res externas & corpora nostra refrigerari ab illis etiam quæ non percipiuntur tactu frigida, sed quomodo id fieri possit perpendendum superest, nam ante qua de causis morbi calidi, sumpsimus pro confesso tam substantias, quam quæ substantijs d accidunt a simili causa proxime fieri, quamobrem necessarium est propositas causas omnes aliquo pacto redigi ad res frigidas, & eatenus refrigerandi vim habere, alimentum vitiosum minus idoneum est quod in substantiam calidam vertatur, quamobrem frigidum remanet, & vt res frigida refrigerat. At reliquæ causæ, vt copia vel inopia alimenti, raritas vel densitas, motus vel quies, non facile possunt redigi ad res frigidas, neque enim videntur substantiam frigidam contrahere per quam proxime refrigerent, sicut diximus causas calefacientes contrahere substantiam calidam per quam proxime calefaciant, quam dubitationem diluemus, si reuocemus in memoriam quæ ab Aristotele tradita sunt de frigore, voluit enim ex duobus contrarijs in vno consistere habitum, in altero priuationem, & proptie a calore notari habitum, a frigore priuationem caloris, priuari verò rem calore, vel quod extinguatur e à frigore contrario, vel quod deficiat ob inopiam alimenti, quo retineri deberet. Quotquot igitur causæ, quamuis frigidæ non sint, refrigerandi vim habent, ad inopiam alimenti referuntur, ob quam priuatur res calore. Hoc nomine paucum alimentum calorem minuit, cum desit materia, à quo retineatur, ac foueatur. Sed magna copia f calorem strangulat prohibendo perspiratum, & motum sursum, quamobrem deorsum reuertitur, & vniuersum absumit alimentum quod paratum erat. Eodem spectat & densitas, & quies, a quibus similiter perspiratus aufertur: nimius motus similiter nimis calefaciendo alimentum absumit, quemadmodum & raritas. Ex quibus colligi potest omnes causas refrigerantes, quæ ad res frigidas reduci non possunt, redigi ad inopiam alimenti, neque valet in causis refrigerantibus, quod statutũ erat in calefacientibus, quæ omnes ad substantiam calidam (vt diximus) necessario rediguntur, quandoquidem frigus cum consistat in priuatione caloris, & hæc non tantum a contrarijs nempe a frigidis, sed etiam ab inopia alimenti nascatur, & quicquid frigidum est, & quicquid affert inopiam alimenti, frigus afferre.

e Arist. de respiratione. & 2. de anima tex. 41. & 3. cæli tex. 52. f Galen. & Hip. 1. aph. 14.

De causis morbi humidi. *Cap. XII.*

g Gal. li. de caus. morb. cap. 5. h Gal. li. de diff. morb. cap. 5. i Gal. 3. de præsa. pul. cap. 8. k Gal. li. de arte med. c. 32. & 40. l Arist. 7. diuin. 30.



Orbus humidus, idest, temperatio partium simplicium, in qua humidum elementum ita reliqua superat vt actiones lædat, à multis causis oritur, vt ab esculentis, & g poculentis pluribus, atque humidis, a securitate, quiete, balneo aquæ dulcis, à pluuiarum multitudine, à somno, ab humidis qui retinentur, & siccis quæ exhauriuntur vltra modum, à copia pituitæ, vel diffusa per vniuersum corpus, vel detenta in aliqua parte. Sed hanc quasi syluam causarum densam distinguere oportet, & ad certos locos cunctas redigere, vt qua ratione vnaquæque madefaciẽdi vim habeat, & humidum morbum facere possit exponamus. Sumuntur causæ omnes, siue madefaciant, siue aliud efficiant (vt in superiore libro monstrauimus) vel ab externis, vel à corpore nostro. Externa sunt aer, cibus, potus, medicamenta, siue extrinsecus imponantur, siue intus dentur. Ad corpus nostrum referuntur, & quę in motu consistunt ac fluunt, & quæ permanent. Fluunt autẽ somnus & vigilia, motus & quies, animi perturbatio & tranquillitas, retentio & effluxio. Permanent humores, & qualitates, a quibus omnibus potest madefieri corpus nostrum; Aer enim ex pluuiarum multitudine, vel austro flante reddit corpora nostra non mediocriter humida: idem facit cibus h & qualitate humidus, & large sumptus. Potio item, quæ vim humidam habeat, & multa sit, balneum aquæ dulcis, oleum vel adeps vbi illinantur, & tandẽ ex externis medicamenta oĩa vndecunq; petãtur madefaciendi vim habentia. Inter ea vero quæ ad corpus nostrũ attinẽt, ex ijs quæ fluunt, somnus, i quies, animi trãquillitas, retẽtio humoris nimia, corpus nostrũ humidius efficiunt: ex ijs quæ permanẽt qualitas humida k vnius partis humidã reddit alterã quã attingit, succi etiã humidi, vt pituita plurimũ madefaciũt partes in quibus versantur, vt patet ex tumore pituitoso, vel ex ea specie hydropis, quã vocãt λευκοφλεγματίαν Huiusmodi igitur sunt causę humidũ morbũ efficientes; sed qua ratione ipsum efficiant subijciamus. Quicquid proxime madefacit necesse est humidum esse, hæc. n. qualitas non secus ac cæteræ l gignitur à simili. Aer humi-

dus,

A dus,balneum aquæ dulcis,medicamenta humida,& ex internis, qualitas vnius partis humida, humidus item succus veluti pituita,per se ac proxime vim habent reddendi corpus nostrum humidum,ob similem qualitatem quam habent. Cibus vero & potus, non modo ob qualitatē humidam madefaciunt,sed etiam quod vertantur in alimentum, & substantiam nostram humidam. Retentio humoris qui deberet excerni,ad humidum succum pertinet, qui vt res humida,proxime nos madefacit. At somnus,quies,animi tranquillitas ad humoris retentionem referuntur,& eatenus madefaciunt,humor enim qui ob vigiliam,exercitationem, animi perturbationes digeri ac dissipari solet,propter somnum diuturniorem, propter animi tranquillitatem,retinetur, & vt res humida corpus nostrum madefacit. Sed præter hæc omnia inquirere oportet quo pacto frigus madefaciēdi vim habeat, quādoquidē in aere frigido,ēt si sit moderate humidus redduntur corpora nostra humidiora,sicut in senectute,quæ frigidam [a] temperationem habet iunctam naturaliter magis cum siccitate quam cum humore. Dicendum est frigus proxime,& per se non habere vim madefaciendi, sed cum esculentorum & poculentorum humorem concoqui ac digeri non permittat, (postulant enim hæc calorem) contrahere multam vim pituitæ,quæ vt res humida,proxime & per se corpus nostrum humidum efficit. a Gal. 6. de tu. va. c. 3.

B *De causis morbi sicci. Cap. XIII.*

SIccus morbus,siue temperatio,in qua elementum siccum adeò reliqua exuperet, vt euidenter vitæ muneribus obsit,nascitur à causis [b] compluribus, quemadmodum ab aquis illis quæ calidæ emanant metallica vi aliqua præditæ, à medicamentis siccandi vim habentibus,à multitudine, eorum quæ exhauriuntur, & paucitate refectionis,ab abstinentia,à labore immodico, à sollicitudine mœrore, vigiliā, à febre rabifica, balneo diuturno, à vehementi frigoris vel caloris appulsu. Hanc siccantium causarum syluam distribure tractare oportet, eo ordine quem proxime tenuimus in causis madefacientibus. Sit igitur hæc prima distinctio, quod causæ quæ corpus nostrum siccant, aut sunt res externæ, aut attinent ad nos. In externis ponuntur aer siccus, qualis est in regione montosa aquilonari,balneum aquæ dulcis diuturnius,vsus aquæ marinæ, aut metallicam vim aliam habentis,admotio medicamentorum siccam vim habentium, cibi & potus, & parcius sumpti & siccandi facultate præditi. Externa hæc omnia, vbi valde calida aut frigida fuerint,siccitatem quoque possunt afferre. b Gal. li. de caus. mor. cap. 4.

Ea quæ ad nos attinent,vel fluunt,vel permanent: proprie autem ex ijs, quæ fluunt,siccum
C morbum facit vigilia diuturnior, motus ac [c] labor immoderatus, assidua & vehemens animi perturbatio, vt cura, metus, mœstitia, tum expirationis, & fluxionis multitudo cum refectione pauca. Ex ijs quæ permanent, siccum morbum afferunt & qualitates, & succi. Ex succis proprie flaua bilis, & pituita salsa, in quibus tanta inest siccandi vis, vt sitim faciant intolerabilē. Ex qualitatibus siccitas in vna parte corporis siccitatē affert in altera [d] quā attingit: nimius calor ob febrem vel ardentem, vel diuturnam rabificus est, sicut & frigus vbi immoderate versetur in corpore nostro. Constat autem ab his omnibus effici morbum siccum, sed qua ratione, nunc exponere ingrediar. Quod proxime ac per se siccat, siccum esse necesse est, siquidem, vt calor, frigus, humor, ita etiam siccitas proxime gignitur à simili: [e] quicquid ergo ex iam dictis siccum est, proxime ac per se morbum siccum facit. Aer siccus qualem diximus esse in regione montosa, aquilonari, vsus aquæ marinæ, vel alterius habentis vim metallicam, admotio siccorum medicamentorum, esculenta & poculenta sicca, tum vicinæ partis siccitas, succus retentus similis, & flaua bilis, vel pituita salsa, omnia cum sicca sint, merito haberi debēt in ijs quæ proxime siccum morbum faciunt. Cætera non proxime siccant, sed quatenus absumunt humorem, quo cum priuentur corpora redduntur sicca, quemadmodum quæ calore priuantur frigida fieri diximus, nam vt calor, ita humor notat habitum quendam: & rursus, vt frigus
D notat priuationem caloris, ita siccitas priuationem humoris. Quæcunque igitur humorem absumunt, cum eo priuent partes nostras, exsiccant, quamuis sicca non sint, & propterea non efficiant similem qualitatem: priuant humore quæ calefaciunt extrahendo, quæ refrigerant exprimendo, vt præclare traditum fuit ab Aristotele, [f] priuat humore effluxus nimius vndecunq; sequatur. Appulsus aeris nimis calidi, vsus calidorum, siue sint medicamenta, siue esculenta & poculenta, febris vel ardens, vel diuturna, tabem ac siccitatem affert extrahendo ac digerendo, atque absumendo humorem, sicut aer frigidus exprimendo, vigilia, labor, animi affectus calefaciunt, & eatenus absumunt humorem. Multitudo fluxionis, atque expirationis similiter priuat humore. Frigus non solum exprimendo id facit, sed quatenus non permittit partes alimentum conficere ac nutriri, ita vt reddat substantiam sicciorem, quamuis ob cruditatem contrahat [g] succum humidum, vt pituitam, vt supra ostensum est. Durum cubile eatenus siccat, quatenus exprimit humorem, non secus ac frigus. Quamobrem omne id quod siccat, & non est siccum, humore priuat quemadmodum monstrauimus.

c Gal. l. 3. de præsag. pul. cap. 8.
d Gal. li. ar. med. c. 31.
e Arist. 7. diuin. tex. 30.
f Aristot. 4. met. c. 8. & 2. de partu. cap. 4.
g Galen. 1. de tu. vale. ca. 1. & 68. de ui va. c. 3.

De causis morborum tota substantia pugnantium cum natura nostra. Cap. XIV. E

MOrbus qui ad repugnantiam totius substantiæ refertur si adhuc sit, causam continentem habet, quæ sola dici verè causa potest cum efficiat, nam in aliis abutimur vocabulo causæ, vt in his quæ vel non amplius efficiunt, vel nondum cœperunt efficere. Est autem causa continens vel intus genita, vt succi adeo vitiati vt nobis tota substantia inimici sint, siue tales contracti statim sint ex prauis cibis ac potionibus, siue boni fuerint, & postea corrupti sint: vel aduentitia, vt venena quæ dantur, aut per morsum, seu aculeum insetuntur: si facta est eiusmodi repugnantia, & impressa in partibus solidis, causæ iã antegressæ sunt, referuntur autem omnes illæ quæ aduentitiæ sunt, & non gignuntur in corpore nostro, ad aerem pestilentem, ad aspirationem auerni, ad vaporem qui exhalat ex corpore ægrotantis contaminato, ad venenum quod vel intus datur, vel extrinsecus imponitur & solo contactu lædit, vel per morsum & aculeum infunditur. Aer quidem pestilens eos adeo lædit quos circumfundit, vt febrem pestilentem excitet, quæ tota substantia nobis aduersatur: vel fouea tritici nuper aperta: ex auerno vapor cum hauritur hominem interimit: ille etiam quẽ inhalat corpus contaminatum febre pestilente seu morbo gallico, in altero per contagionem morbum similem efficit similiter tota substãtia alienum. Venena autem siue intus sumpta, siue extrinsecus imposita, aut per plagam infusa, morsu, aculeo, telo venenato, medicamentis perniciosis, si maxima ex parte exitialia sunt ob repugnantiam totius substantiæ. Plurima autem sunt, cum perantur a corporibus inanimatis, à stirpibus, à belluis. F

De causis morborum ad conformationem attinentium, & primo ad figuram. Cap. XV.

EXpositis causis morborum ad simplices partes attinentiũ, illas nunc persequi oportet à quibus nascuntur morbi multiformium, conformatio videlicet, magnitudo, numerus, aut situs, ita a naturali statu recedens, vt consueta vitæ munera offendat. In vniuersum autem scire licet morbos partium multiformium non fieri proxime à causa simili, [a] sicuti fieri diximus immoderatas temperationes quę versantur in simplicibus. Sequuntur autem morbi partium multiformium, vel temperationem immoderatam simplicium, vel materiam modo aut qualitate peccantem, vel vitium aliarum partiũ cui illæ congruunt, quæ detinentur propositis morbis: vel impetum, impulsum, ac violentiam aliquam; quarum causarum nulla est similitudo cum morbis quos diximus, nisi dicas figuram deprauatam quæ sub conformatione læsa continetur similem sequi figuram generatoris, perinde atque eam quæ secundum naturam habet. Sed hoc neque aliis vitiis euenit, neque figuræ etiam deprauatæ perpetuo, vt nunc subiiciemus, causas vniuscuiusque propositorum morborum persequentes, sumpto initio à conformatione læsa, quæ complectitur sub se figuram, superficiem, & caua. Singula hæc, cum ex naturali statu deturbantur ægrotant partes [b] multiformes: capiamus exordium à figura. G

Deprauatur figura, vel in vtero, vel iam in lucẽ editis, & adhuc teneris, vel iis qui firma ætate sunt. In vtero [c] protinus causari oportet uel facultatem effingentem, uel uitium materiæ: facultas effingens, cum imbecilla est, male suum munus exequitur: unde sequitur deformitas, distortio, aut deprauatio partium fœtus. Quod malum, accidere etiam potest uitio materiæ, quãuis facultas idonea sit, quæ benè suum officium faciat. Si quidem [d] ubi uel nimis multa sit, uel pauca, uel minus apta ad accipiendam effectionem, non potest bene effingi. At potest figura alioquin bona lædi ex partu, quod uiolenter comprimatur ab angustia oris uteri: hoc maximè accidit, & primo partu, & fœtu grandiore. Læditur interdum [e] ab obstetrice statim, interdum postea a nutrice, cum negligenter tractant corpus infantis, adeo tenerum ac molle: facile enim peruertuntur tunc ac distorquentur partes ipsius: id quod accidit etiam cum intempestiue incipit ingredi, nequeunt enim crura ob teneritatem ac mollitiem, sustinere pondus totius corporis, sed sub grauiore onere comprimuntur, & ideirco praua fiunt. Eiusmodi prauitatis omnis est causa uiolentus impulsus, & compressio nimia. At distorquentur etiam membra, siue tenera, siue firma ætate, cum uel loco mouentur, [f] uel franguntur, quod similiter ad impulsum uiolentum refertur. Sed restituuntur ad pristinam figuram opera Chirurgi: [g] quod si uel malè componantur ab ipso, uel moueantur antequam confirmata fuerint, in prauitate perseuerant. Ob copiam uero, uel inopiam materiæ mutari figuram facile nobis demonstrãt partes quæ uel nimis crassę, uel nimis graciles redduntur. Siquid autem uel tantillũ abscindatur, aut alio modo pereat, deformitatem sequi clarius est quam ut exponi debeat. Deprauantur postremo partes quod congruant affectibus aliarum cum quibus iunguntur, nam hę cum uel à siccitate, uel a plenitudine distenduntur, aut ob copiam humoris relaxantur, uel ob inopiam rugosę fiunt, deformitatem afferunt illis cum quibus nectuntur. Sed satis de figura, accedamus ad superficiem. H

[a] Arist. 7. dium. Te. 18

[b] Gal. li. de diff. morb. 6. & lib de const. ar. 5.

[c] Gal. l. art. med. c. 17. & de caus. morb. ca. 7.

[d] Gal. ibid.

[e] Gal. 4. de ar. ab initio & l de cau. morb. c. 7.

[f] Gal. li. de cau. morb. c. 7.

[g] Hippo. 6. aph 39 Gal. 1. de cau. mor. c. 7.

A

De causis morbi in superficie nimis aspera vel leni. *Cap. XVI.*

MOuetur superficies de statu suo naturali ob nimiam asperitatem [a] ac lenitatem, id quod tam externis, quam internis partibus, accidit. Interna superficies [b] ventriculi adeo interdum lenis fit, vt non possit retinere cibum, sicut & interna vteri ob lenitatem nequit aliquando attractum semen retinere. Fit asperitas [c] in faucibus, fit & in palpebris interdum tanta, vt vitæ muneribus obsit. Vtriusque mali nunc in quacunque parte accidant causas perquirimus. Sunt igitur asperitas & lenitas, secundę qualitates, quæ primarũ temperationem sequuntur. Docet enim Arist. [d] ab ea temperatione in qua siccum elementum reliqua superat, fieri superficiem asperam, contra vero lenem ab ea in qua humidum. At potest etiã fieri asperitas & lenitas in corpore nostro, vt in lignis, lapidibus, metallis, efficitur a fabris: aspera enim superficies inæqualitatem quandam habet, quam fabri detrahendo, atque adimẽdo comparant, reddentes inæquale id quod æquale erat. In nobis etiam idem fieri potest vel a natura in vtero effingente superficiem inæqualem, vel postea ex detractione, quam maxime efficiunt ea quæ detergendi, [e] abradendi, distendendi, aut nimis comprimendi vim habent, siue sint esculenta & poculenta, siue etiam medicamenta intus sumpta, vel extrinsecus admota, siue succi contracti in corpore nostro, veluti pituita salsa, flaua [f] aut atra bilis, a quibus constat non tantum exasperari, sed exulcerari [g] etiam intestina. B Præter hæc fumus, & puluis tam oculos quam fauces [h] sæpe adeo exasperant, vt actiones lædant. Detrahunt omnia hæc, & absumunt molliores atque humidiores particulas, ita vt asperitatem faciant.

Lenitas non modo sequitur temperationem illam humidam quam diximus, sed formatur, effingiturque in vtero interdum nimia, ijs vero qui in lucem editi sunt, superficies quæ aspera esse deberet, efficitur lenis, quod inæqualitas quam habebat remoueatur. Tollunt fabri asperitatem, & æqualitatem efficiunt, vel addendo, vel detrahendo, nam dolabra, aut ascia, aut scalpello partes magis extantes adimunt, & ita reddunt superficiem læuem: id quod faciũt etiam adijciendo, gummi enim aut aliquid simile illinunt, quod partes magis desidentes æquet. Eadem ratio est in corpore nostro, in quo licet superficies lenis fiat maxima ex parte ab humore [i] vim quandam visci in se habente citra omnem facultatem detergentem, cuiusmodi pituita est, a qua potissimum fit lenitas immoderata, (particulæ enim magis desidentes ea opplentur, & æquantur cum alijs magis extantibus.) Fieri tamen potest lenis per detractionem, quemadmodum effici solet a medicis curantib. asperitatem palpebrarũ per ea quæ detergunt, & alioquin abradunt atque exasperant, quibus vtuntur donec detrahant partes magis extantes. Quanquam maxima ex parte ad asperitatem tollendam vtantur medicamentis, quæ vocantur [k] ἐμπλαστικά, C hęc omni morsu carent, & facile illinuntur, siue humida sint, vt album oui, siue sicca, vt terra lemnia, eiusmodi.n. medicamẽta asperã superficiẽ reddunt æqualẽ ac lenẽ. Fit igitur lenitas, vbi partes æquãtur, hoc autẽ cum vel detrahuntur quæ extant, vel aliquid adijcitur illis q̃ desidẽt.

a Gal. li. de cau. morb. c. 7.
b Gal. 6. de loc. aff. c. 2.
c Gal. li. de diff. morb. c. 7.
d Arif. 2 li. de ortu & interitu T. 10.
e Gal. li. de cau. morb. c. 7.
f Galen. 2. acut. 18.
g Gal. li. de cau. morb. 7.
h Gal. li. de cau. morb. c. 7.
i Ga. 4. sim pl. c. 5.
k Arist. de ortu, & interitu. c. 2. & 2. de p. ani. c. 1.

De causis morborum attinentium ad Caua. *Cap. XVII.*

IN morbis qui ad conformationem referuntur, numerauimus patefactionem, & interclusionem cauorum, siue illa sint parua foramina, siue canales, siue sinus & receptacula: cuncta enim & patefieri, & intercludi contra naturam diximus: subiecimus & noua fieri interdum caua penitus a naturali statu aliena. Vtriusque morbi causas referri ad temperationem posse à philosophorũ [l] fontib. hauritur, scribunt enim raritatem & dẽsitatem esse qualitates secũdas, quæ sequuntur primas. Sequitur raritas calorem & humorem, densitas, frigus & siccitatem, quod præsertim in paruis foraminibus vsu venit, quanquam magna etiam caua ob immoderationem caloris & humoris redduntur laxiora, frigoris & siccitatis, angustiora. Verum idem accidit raritati, & densitati, quod asperitati & lenitati, quas non D solum a temperatione, sed ab alijs quoque causis monstrauimus proficisci. Videamus nũc seorsum præter temperationem, a quibus causis aperiri aut claudi caua possint. Loquamur primo de ijs quæ aperiendi vim habent, hac distinctione facta, quod patefactio cauorum quorumcunque maior quam naturæ conueniat, & adiunctio eorundem cõtra naturam, aut fit in vtero protinus, aut postea in ijs qui iam sunt in lucem editi. In vtero causabimur [m] vel materiam minus idoneam, vel vitium facultatis effingentis. At ijs qui iam sunt in lucem editi noua fiunt caua, quod soluatur vnitas, vel ob succos acres [n] & rodentes, quod perspicuum est in abscessibus illis qui citra sectionem aperiuntur, vel ob plagam, quam seu hostis, seu casus, seu chirurgus inflixerit. Sed põt eadẽ vnitatis solutio, caua quæ prius secundum naturam aderant, iusto ampliora reddere. Medicamenta [o] aeria, perinde ac succi acres ac rodẽtes quos diximus, nõ solũ naturalia caua ampliare possunt, sed noua ẽt efficere, modo crassarum partium sint, nam tenues, partes non rodũt, cũ non hæreant diutius eodẽ loco, sed statim penetrent ad vlteriorem. Iam vero halitus retentus, tanta vi interdũ partes nostri corporis distendit, vt non solũ dilatet pristina caua, sed disrumpendo ẽt noua faciat, ita vt præter causas iam dictas, ipse quoque vnitatẽ

l Ga. 5. sim pl. 14.
m Ga. 1. ar. med. c. 14.
n Ga. li. de cau. morb. cap. 7.
o Ga. 5. sim pl. c. 14.

soluat. Euenit interdum ut facultas retinens imbecilla sit, & non bene claudat atq. adstringat E
ora uasorum ac sinuum, contra quæ [a] expellit, magno impetu excitetur ad detrudendū quæ molesta sunt, quo fit, vt patefiant quæ solebant esse clausa. Postremo in causis aperientib. numeratur absentia illorum quæ secundum naturam uias claudere solebant, patent enim tunc cum intercludi deberent, id quod perspicuum est in cerebro, cuius viæ per quas aditum habent spiritus ad instrumenta [b] sensus & motus, certis temporibus claudi debent interiectu vaporum exhalantium a ventriculo, cum esculenta & poculenta concoquuntur: quem aditum interclusum naturalis somnus consequitur. Quod si non gignantur eiusmodi vapores, vel statim geniti absumantur, patet aditus spiritibus diutius, quam conueniat, neque homo vicissim dormit & vigilat, sed assidue citra somni vicissitudinem vigilat. Absentia igitur eorum, quæ naturalem interclusionem facere debebant caua aperta seruat diutius, quam naturæ conueniat.

a Gal. li. de cau. morb. c. 7.
b Ari. li. de somno, & vigilia.

Sed pergamus ad causas alterius morbi cauorum, cum clauduntur, vel minora fiunt. Quicquid autem hoc efficit, vel adstringendo, vel obstruendo efficit, ita vt ad alterutrum modū spectet causa omnis quam tractamus. Adstringendi [c] vim habet frigus, & siccitas, de quib. supra locuti sumus, densandi.n. vim habet siccitas, vt humor relaxandi. Frigus tantā densitatem affert, vt non modo claudat parua foramina, sed etiam magna: supprimitur enim sanguis per refrigerātia medicamenta adstricto ore vasis ex quo effunditur. Sed omissa tēperatione, ac primis qualitatib. alijs quoque modis caua adstringuntur, vt a medicamentis adstringentibus, quamnis horum facultatem referre ad temperationem frigidam & siccā posse videamur. Concidunt ēt & quasi conniuent, cum non aluntur partes quibus insunt, sed & hoc quoque ad temperationē, & proprie ad siccitatem refertur. Oræ caui alicuius vbi exulceratę [d] coalescunt, tunc quoque adstringuntur, quod temperationi tribuendum nō est, sicuti neq. compressio, siue fiat a rebus externis, vt a laqueo, vel fascia, siue a reb. internis, vt ab osse, vel fracto, vel luxato quod cōtra naturā vrgeat partem in q̄ venit, vt a tumore itē partiū quæ iuxta sunt. Facultas quoq. retinens, [e] vbi nimis suo munere fungatur, caua nimiū adstringit, præsertim si expellens simul imbecilla fuerit. Obstructio restat cauorū quā efficiunt primo succi multitudine, [f] visco, crassitudine modum superantes, nimis autem crassi fiunt, vel concreti a frigore, vt piruita, vel vsti a calore, vt atra bilis: sed gignuntur etiam crassi ex cibis qui crassi sumuntur, quos uitare oportet siue boni, siue mali succi sint, præsertim ab illis qui vasa naturaliter habent angusta, & nō multum exercentur, sicut vitare exercitationem oportet statim postquam sumpti sunt cibi, quicūque illi fuerint: attrahitur enim eorum succus adhuc crudus a calore, & angustiora vasa nō mediocriter obstruit. Præter succos afferunt obstructionem aliæ res adhuc magis cōcretæ, [g] vt calculus, vt caro quæ contra naturā in cauis creuerit. Sed mihi videor satis causas ostendisse conformationis læsæ, proximum est ut doceam eas quæ magnitudinem mutant. F

c Gal. 5. li. simpl. c. 14.
d Gal. li. de caus. morb. cap. 7.
e Gal. li. de cau. morb. c. 7.
f Gale. 11. meth. ca. 4.
g Gal. li. ar. med. c. 95.

G

De causis morborum ad magnitudinem attinentium. Cap. XVIII.

POstulat sanitas partium multiformium magnitudinem idoneam ad munera exequēda, quæ si nimis augeatur aut minuatur, hominem ægrotare necesse est, & non satis facere suum officium. Spectemus primo a quibus causis augeatur, deinde a quib. minuatur. Augetur in partibus multiformibus modo ipsa substantia simplicium, modo humor, aut flatus. Incipiamus a substātia simpliciū, quæ vbi habitior atq. vasta fiat, aut retinet figuram & materiam idoneam, aut alterutram, vel vtramq. alienam accipit, si tam figura, quā materia (excepta tamen magnitudine immoderata) secūdum naturā sint, causari oportet materiæ nimiam [h] copiam cum facultate effingente valida, siue id in vtero protinus, siue postea euenerit: superfluum enim alimentum alioquin bonum causa est eiusmodi uastitatis, siue in toto corpore, siue in aliquibus partibus. Si figura aliena sit, materia vero secundum naturam, causabimur similiter nimiam boni alimenti copiam, sed simul etiam facultatem effingentem debilem. Sed quæcunque fuerit figura, si materia mala sit, ueluti in eo morbo [i] quē Elephantem dicunt ab illius belluæ similitudine, multitudinem praui alimenti, causam esse dicimus immanis eiusmodi magnitudinis. At augetur eadem sæpe ob nimiam copiam humoris, partibus simplicibus iustum modum seruantibus, siue id accidat in toto corpore, ut in ea specie hydropis quā [k] λευκοφλεγματίαν appellant, siue in una parte, ut in uario genere tumorum. Proxima autem causa eiusmodi vitii, est nimia copia humoris quicunque ille fuerit. Ille ob quem uniuersum corpus intumescit pituitosus & aquosus est, nam alter prius mortem afferret, quam turgidum redderet corpus: sanguis ante putresceret, & prohibito perspiratu calorem extingueret aut venā disrumperet: bilis, siue flaua, siue atra, prius sua prauitate uires conuelleret, cum ad eas reficiēdas minime sit apposita: uerum causas, ob quas tam aquosus humor, quam pituita contrahatur, effectricem uidelicet & materiam, in superiore libro aperuimus, cū de causis continentib. & proprie de plenitudine ac de prauitate succorū ageremus: augetur a copia nō solū pituitæ & aquosi humoris, sed cuiusuis ēt alterius succi magnitudo in parte vna uel plurib. cum fiunt tumores, tubercula, pustulæ, q̄ mala uaria sunt [l] pro uaria specie humoris, siue simplicis, siue mi- H

h Gal. li. de cau. morb. c. 9.
i Gal. li. de Tum. præt. nat. 14.
k Ga. 2. meth. ca. 2. de Tum. præt. nat. c. 16.
l Gal. li. 13. meth. c. 4.

sti

A sti cum alijs. Hinc fiunt inflammationes, Erysipelata, Cancri, atq. vbi magis concreti sunt eiusmodi succi [a] στεατώματα, ἀθερώματα, μελικηρίδες, & alij abscessus complures. Sed fiunt tumores etiã a solo flatu, a quo sæpe inflari palpebras cernimus, & distendi turgentem ventrem in ea specie hydropis, quam dicunt [b] τυμπανίτην. Redduntur igitur partes tumidæ, & ab humore, & a flatu tanquam a causa proxima: contrahitur tam humor quam flatus, & ob causam effectricem, & materiam, quas similiter persequuti sumus non solum generatim, sed & speciatim in vnoquoque humore. Nunc tantum superest, vt causas inuestigemus, ob quas humor iam in corpore cõtractus magis subsidat, & tumorem faciat in vna parte quam in alia. Inde autem sumemus initium, quod humor vel paulatim coit in parte, vel subito ad eam concurrit. Coit paulatim, cum natura partis ob immoderatam temperationem adeo [c] imbecilla est, vt nequeat aut alimentũ conficere; aut quod ex iam confecto superfluum est detrudere: cum materia ipsa quæ detrudenda est ob gluten & crassitudinem ita hæret, vt non facile expellatur: cum aditus per quẽ exeat interclusus est, & nullo modo patet. His igitur de causis remanet humor, ac paulatim coit in affecto loco, sed concurrit ad ipsum duobus modis, [d] cum transfertur scilicet, & cum attrahitur, transfertur a parte valida in qua redundat ad imbecillam, non quidem simpliciter ad imbecillam, sed ad eam quæ maxime talis est, nam aliæ quæ validiores [e] sunt declinant quod noxium est, donec tota vis materiæ se conferat ad maxime debilem, quam debilitatem non cognoscit natura, est enim vis quædam sine ratione ciens motus in corporibus necessarios. Sed vis de-

B clinandi quod alienum est, quamuis omnibus partibus insita sit, non tamen æqualiter, sed quæ validiores [f] sunt, maiorem vim habent expellendi quod noxium est, ita vt perueniatur (quemadmodum diximus) ad maxime imbecillam, quæ quamuis idem tentet, nihil proficiet, cum a cunctis alijs reijciatur validioribus, vel potius non admittatur, quod molestum est. Eiusmodi imbecillitas, vel naturalis est, vel ex morbo oritur: naturaliter [g] glandulæ maxime imbecillæ sunt, & idcirco appositæ ad recipiendum quicquid ab alijs validioribus exppellitur, præsertim a visceribus, quo fit vt facile intumescant. Concitatur humor ad locum affectum, quamuis non transmittatur ab alijs partibus tanquam molestus: cõcitatur [h] autem vel a calore, vel a dolore. Vim quam habet calor attrahendi demonstrant cucurbitulæ cum admouentur, demonstrant & mẽbra nostra, cum ob exercitationem, vel balneum incalescunt, euidenter enim implentur. Verum dolor propterea humorem concitat ad locum affectum, quod natura impetum faciens ad expellendum id quod molestum est, eo erumpit, sed cum spiritu & humore nitatur, necessario impletur locus, atque hoc pacto inflammantur partes quæ dolent.

Imminuitur magnitudo, vel in toto corpore, vel in aliqua parte: quod in vtero [i] accidit, vel postea. Exilitas, siue totius, siue partis alicuius ab vtero, causam habet [k] inopiam materiæ: hæc si iungatur cum vi effingente [l] valida, bonam figuram accipit, si cum debili, prauam. Ijs qui iam

C in lucem editi sunt vbi vel pars aliqua, vel vniuersum corpus minus augescat quam par sit, causari similiter oportet inopiam materiæ, id est, alimenti. Sed causatur [m] Aristoteles præter hãc, locum angustum. Educantur catuli in olla, ne augeantur, sed paruuli in delitijs sint, quod ad loci angustiam refertur. Sed tam ad hanc, quam ad inopiam pertinet gracilitas, quam mulieres comparant, quæ (vt inquit Terentianus [n] ille Chæreas) deducunt cibum, ac vincto pectore fisias reddunt curatura iunceas; ob easdem causas etiam grandiora corpora & iam adulta tenuantur, ac minuuntur. Sed proprie imminuitur magnitudo in vna vel pluribus partibus quauis ætate, vbi aliquid ex carne, osse, cartilagine, aut omnino ex simplici substantia intereat. Nã vbi perit particula multiformis, eiusmodi imminutio magis ad numerum quam ad magnitudinem pertinet. Causa cur simplex substantia intereat, est interdum sectio, siue casu, siue ab hoste, siue a Chirurgo: interdum [o] vstio, siue ab igne, siue a medicamentis vrendi vim habentibus: interdum putredo, quam efficit aut vis illorum medicamentorum quæ σηπτικὰ græcè nominantur, aut frigus extinguendo calorem, aut multitudo, aut prauitas succorum, quemadmodum in gangræna. Ab omnibus igitur his causis imminuitur magnitudo.

D

De causis morborum ad numerum attinentium. *Cap. XIX.*

NVmerus partium multiformium ad vitæ munera exequenda certus necessarius est, ita vt homo omnes partes suas habeat incolumes, nihil redundet, nihil desit ex ijs in quibus vita consistit, quarum præsentia necessaria est ad consueta munera perfectissime absoluenda. Quamobrem duplicem morbum referri ad numerum diximus, perinde atque ad magnitudinem; vnum cum aliqui redundat, alterum cum deest. Vtriusque causæ nũc nobis proponũtur perquirẽdæ. Finge primum in descriptione partium aliquid superuacuum esse distinguendum est, an id ab vtero profectũ sit, an postea superuenerit: si ab vtero aliquid tale sit, vt si homo vno digito redundet, [p] causa est nimia copia materiæ vtilis cũ facultate effingente valida: sed si postea superuenerit, vbi subam ac formam habeat naturali similẽ, tribuendũ est similiter copiæ materiæ vtilis & roboris facultatis effingẽtis: vbi vero nec formam, nec substantiam secundum naturã habeat, sed omnino alienam, causabimur copiam

[a] Gale. lib. 14. meth. c. 12.
[b] Gale. lib. Medic. c. 13 & lib. de Tum. prę̨t. nat. 16.
[c] Gal. 2. de diff. febr. c. 11. & Gal. de caus. morb. c. 5.
[d] Gal l. 13. meth. c. 3.
[e] Gal. 2. de diff. feb. 11. & loc. citato.
[f] Gal. locis dictis.
[g] Gal. 2. de diff. feb. 11.
[h] Gal. ibi. & 13. meth. c. 6.
[i] Gal. li. de cau. morb. c. 9.
[k] Aristo 4. li. de gene. ani. c. 4.
[l] Gal li. tertius med. ca. 11.
[m] Arist. li. 10. Probl. probl. 12.
[n] Teren. in Eunucho.
[o] Gale. de caus. morb. c. 9.
[p] Gal. li. de caus. morb. c. 8.

materiei inutilis, & immoderationẽ caloris exsiccantis vt in calculo, aut frigoris cogentis, vt E in humoribus grandinis modo concretis.

Si quid desideretur natura aptum à primo natali die, id vitium vel ab inopia vtilis [a] materiæ oritur, vel ab imbecillitate facultatis effingentis, vel ab vtraque simul. Sed vbi id postea superuenerit, ita vt cadat, extinguaturque aliquid eorum in quib. vita consistit, perinde atque in magnitudine imminuta, necesse est id vel sectum fuisse, vel vstum, [b] vel frigore, aut putredine interijsse.

a Arist. li. 4 de gen. anima. c. 4. & Gale. li. de arte medi. c. 11.
b Gal. li. de cau. morb. c. 8.

De causis morborum ad situm attinentium. Cap. XX.



X causis morborum in partibus multiformib. restant illæ quæ ad situm contra naturam pertinent. Ostendimus autem hunc dupliciter [c] lædi, cum partes dimouentur sua sede, & cum non retinet nexum quem cum alijs retinere debent. Vtrouis autem modo lædatur, in vtero protinus causa est vitium facultatis effingentis, vel materiæ ineptæ, quamquam potest vis aliqua externa, vt ictus in ventre prægnantis partes fœtus suo loco dimouere, sicuti & postea dimouet. Quid.n. (vt docet [d] Hip.) subita vis non expellit? F ita vt ob hanc excidant suis sedibus partes, & in vtero, & postea. Sed excidunt etiam quod abrumpantur vel relaxetur ea quibus tenebantur, abrumpuntur ab iis quæ vnitatem soluere possunt, relaxentur cum nimio humore irrigantur. Vbi tunica peritonæum abrumpatur aut relaxetur, intestina in scrotum delabuntur. Mouentur articuli suis sedibus, cum [e] ligamenta a quib. contineri debebãt similiter abrumpuntur aut relaxantur. Sed causa cur naturalis nexus partium cum alijs non seruetur, hoc est cur recedant a partibus quas deberent attingere, vel illas attingant a quibus deberent deduci, est similiter quod relaxentur, vel abrumpẽtur [f] ea à quibus tenebantur, vel quod eadem contrahantur, siue ob plenitudinem, siue ob siccitatem. Quod si partes inter se glutinentur, referendum id magis est (vt primo libro tradidimus) ad vnitatem contra naturam, quam ad nexum: eiusmodi vnitatis occasio est vlcus, coalescunt enim partes vlceratæ, cum se contingunt & molles sunt, opera caloris.

c Gal. li. de caus. morb. c. 10.
d Hip. 3 de fract. 63.
e Galen. 6. apho. com. 59. & 60.
f Gal. li. de cau. morb. c. 10.

De causis morborum ad vnitatem attinentium. Cap. XXI.

G



Ausas illorum morborum qui proprij sunt seu simplicium seu multiformium partium, abunde in superiorib. persequuti sumus, Illæ nunc sequuntur, quæ faciunt morbum communem vtrarumque, videlicet solutionem continui, vel vnitatem eorum quæ soluta esse deberent. Solutionis species primo libro enarrauimus varias pro varietate partium ægrotantium, non solum quatenus simplices sunt aut multiformes, sed etiã quatenus molles, aut duræ. Cum causis autem vnitatem soluentibus præstat affectionem partis solutioni opportunam exponere, neque enim omnes æquabiliter patent eiusmodi offensæ: quæ laxæ sunt, cum cedant, vt ossa puerorum, colliduntur magis quam abrumpantur. Coria, quæ laxa sunt, non [g] facile transfiguntur a sagittis, sed tensa, & dura facile impetum excipiunt, atque abrumpuntur. Causa quamobrem partes tendãtur ac duræ fiant, partim est temperatio immoderata frigida, vel sicca, partim plenitudo. Tenduntur venæ, vbi sunt infarctæ, & leui de causa [h] rumpuntur. Frigus & siccitas reddunt instrumenta duriora, quæ nisi prius molliantur, lacerantur cum vehementer exercentur, quemadmodum instrumenta vocis vbi clamorem profundunt, [i] priusquam leni voce incalescãt ac molliantur: id quod euenit [k] etiam musculis, vbi repente ac vehementer moueantur. Constat igitur non omnes partes æquè patere solutioni vnitatis, sed quæ duræ sunt magis perrumpi, quæ minus duræ, collidi: quamuis vtrisque euenire H vtrũque possit. At causæ efficientes distinguendæ [l] sunt in externas; & eas quæ attinent ad corpus nostrũ: quæ distinctio licet accõmodetur ad inuestigandas causas singulorũ morborũ, magis tamen necessaria est vbi causæ multæ sunt & cõfusæ, quales sunt quæ nobis proponũtur, vt ex inordinatis in ordinẽ adductæ vnũ sub aspectũ subijciantur. Loquamur primò de externis.

Continentur hæ sub duplici genere, sub immoderatione scilicet tẽperationis, & sub impetu violẽto. Vtrũque enim dissoluere vnitatem potest. Immoderata temperatio siue calida, siue frigida, insignem habet vim soluendæ vnitatis, sicca obscuram, humida nullã. Quæ calida sunt, nõ simpliciter continuũ soluunt, sed vbi valde talia fuerint, eiusmodi sunt quæ adurũt, veluti [m] cãdentia ferramenta, veluti etiam medicamenta, quæ [n] καυστικὰ Græce vocantur, vt calx, atramentũ sutoriũ, misy, chalcitis: quo referri ẽt possunt ea quæ σηπτικὰ dicuntur, quibus inest vis putrefaciẽdi quam habent sandaracha, cantharides, quæ ẽt ab immoderato calore proficiscitur. Frigus immodicũ videtur magis in vnum cogere, quam vnitatem dissoluere, adeo tamen cogit partes quas attingit, vt ab alijs separentur, quo nomine docuit [o] Hipp. inimicũ esse pectori; concitat enim sanguinis spută venas in Pulmone abrumpendo, præterquam quod (vt iã dictum est) reddit illas idoneas quæ abrũpantur: tenendi .n. ostẽdimus quæ frigida sunt, & idcirco opportuna

g Gal. 2. de vsu p. c. 2.
h Galen. 5. meth. c. 3.
i Gale. 4. de loc. aff. c. 8.
k Gal. li. de caus. morb. c. 11.
l Auic. li. 1. f. 1. d. 2. c. 1. & Gal. lib. 2. de natu. hum. com. 5 & lib. de cau. morb c. 2. & li. de. cau. morb. c. 11.
m Gale. 4. simp. c. 2. & li. 12. meth. c. 7. & li. 1. de cau. sym pt. c. 6.
n Ga. 5. sim plic. c. 15. & Gal. 7. sim pl. c. de cedro.
o Hippo. 5. aph. 24.

tuna esse solutioni vnitatis. Impetus externus multiplex est, vt cum partes fune, laqueo, aut ali
A quo tali violenter distenduntur, [a] cum graui pondere opprimuntur, cum ab ictu colliduntur, perforantur, incidnntur, siue homo decidat, vt qui vel ex equo cadunr, vel lubrica via ingressi prolabuntur, siue aliquid in ipsum incidat, siue lapide, igne, metallo, aut quopiam duro percutiatur, ad ictum refertur, ac telum. Sunt autem interdum pro telo membra percutientis, cum pugnis, calcibus, dentibus, aut vnguibus certat, quo spectant laniatus ferarum, morsus bestiarum, ictus serpentium. Debet autem durum esse telum, alioquin plagam nó inferet, quod hebes ac retusum fuerit, collidet, [b] si mucronem acutum habeat, perforabit, [c] si acutam aciem, incidet partes, quæ plagam accipient.

a Auic. lib. 1. f. 2. d. 4. c. 16.

b Auic. ibi. & Ga. li. de cau. morb. c. 11.

c Gale. 1. 1. epid. 9.

Causa attinens ad corpus nostrum, aut in motu consistit, aut permanet, vtraque potest vnitatem soluere. Consistit in motu impetus omnis quem homo facit, vt saltatione, lucta, & quauis violenta corporis contentione, quemadmodum in expellendis quæ superant, in profundenda voce. Permanet flatus, qui distendendo, partes perrumpit: neque mirum si hoc facit in corpore nostro, quando [d] & dolia quoque plena musti ob vim flatus sæpenumero abrumpuntur. Permanet & humor, qui multitudine adeo venas distendit, [e] vt scindantur. Verum ob vim acrem ac
B rodentem exulcerat humor non solum partes [f] internas, velut intestina in dysenteria, sed etiã externas, vt cutem ipsam. Huiusmodi est pituita salsa, bilis flaua, vel atra: si cum acrimonia iungatur crassitudo, cutis non solum vlceratur, sed simul etiam intumescit, nam tenuis & acer humor solummodo exulcerat, id quod facit ob febrem ardentem sanguis in venis narium, ex qui bus erumpit. Ergo quicquid soluere continuum potest, sub propositis causis comprehenditur, maior autem offensa validiorem causam consequitur, siue externam, vt appulsum frigoris & caloris, vt telum & ictum, siue internam, vt impetum, vt flatum aut succum, multitudine, vel acrimonia lædentem. Vnitatis præternaturam acquisitæ in vtero, causa est materia glutinosa: in lucem editis vlcus. Sed constituamus aliquando finem causarum morbi.

d Gal. li. 5. meth. ca. 3.

e Gal. li. de cau. morb. c. 11.

f Gale. 1. 1. epid. 9.

VIDI VIDII

C

DE CVRATIONE GENERATIM,

Partis Primę Liber Tertius:

Qui est de Symptomatibus.

Quot sint genera symptomatum. Cap. I.

Retum contra naturam, tot esse genera diximus, [g] quot earum quæ secundum naturam. Sunt autem hæc tria, constitutio corporis quæ sanitas dicitur, causa, & effectum eiusdem. His totidem naturæ contraria respondere monstrauimus, constitutionem corporis, quę morbus vocatur, causas, & effecta eiusdem,
D quas oés tractare instituimus. Tractauimus primo libro morbos, secundo causas; proximum est vt ad effecta pergamus, quæ similiter a summo genere, vsque ad imas species partiemur. Effecta, si secundum naturam sunt ac sanitatem consequantur ἐνεργήματα, si contraria & oriantur a morbo, συμπτώματα Græce nominantur, vt in superiorib. ostendimus. Sunt igitur symptomata, quæ nobis proponuntur, morborum effecta, quorum tot genera sunt quot effectorum secundum naturam: hæc autem (vt docuimus [i] in opere de tuenda valetudine generatim) sub quatuor generibus comprehenduntur. Nam aut actiones sunt, quemadmodum motus, visus, respiratio: aut opera, quæ sunt permanentia, & stabilia, quo nomine differunt ab actionibus, quæ continenter labuntur, & fluunt. Vt autem [k] artes aliæ tantũ ad motionem aliquam instituuntur, veluti palæstra: aliæ sua opera opus aliquod fabricantur, veluti pictura: ita facultates nostri corporis, aliæ nullum opus efficiunt, sed ipsa actione terminantur, aliæ præter actionem aliquod opus proferunt, quemadmodum facultas gignens, nutriens, augens, quæ post actionem relinquunt opus, vt fœtum, sanguinem, [l] incrementum, aut quæ sub sensum cadunt, quemadmodum color, sonus, odor, sapor, & qualitates, quę tactui subijciuntur, aut sunt ex ijs quæ vel retinentur, vt sanguis & succi ad alendum idonei, vel detruduntur, vt quæ ex aliméto superflua sunt. Ad quatuor igitur genera referũtur effecta oĩa sanitatis,

g Sup. li. 1. c. 2.

h Gal. li. artis med c. 8

i 1. meth. c. 9.

13. li. de tu. ual. gen. c. 1

k Gal. li. de const. art. c. 1.

l Ga. 1. li. de na. fac. c. 4.

quamobrem ad totidem referri effecta morbi necesse est; symptomata nimirum, continentur enim sub actionibus,ª sub operibus, sub ijs quæ sensibus subijciuntur, sub ijs quæ retinentur aut detruduntur, ita ut non solum totidem, sed etiam eadem sint genera effectorum sanitatis & morbi: hæc enim quatuor vbi secundum naturam habeant, sunt effecta sanitatis, vbi contra naturam, effecta morbi. Actione igitur (quocunque modo lædatur) vnum ᵇ genus Symptomatum continetur, alterum opere diuerso ab eo quod perfici solet tempore sanitatis, tertium ijs quæ sub sensum cadunt & in corpore nostro a statu naturali recedunt, quartum ijs quæ retinentur ac detruduntur, vbi naturalium dissimilia fuerint. Ex propositis ᶜ Symptomatibus aliqua fluunt & continenter labuntur, aliqua permanent: quæ fluunt παθήματα a Græcis nominantur, quemadmodum actiones omnes, & illa quæ audiru percipiuntur: quæ permanent vocantur διαθέσεις: huiusmodi sunt quæ cæteris sensibus subijciuntur, præterea quæ retinentur ac detruduntur: sed siue fluant, siue permaneant, omnia quatuor nunc nobis proponuntur exponenda, cum omnia contra naturam sint & effecta morbi. Illud tamen ignorare non oportet, quod cū effecta contra naturam dico, non ita accipio contra naturam, vt cuiuslibet hominis naturæ intelligam necessario esse contraria. Possunt enim quæ vni homini secundum naturam sunt, esse alteri contra naturam, veluti motus voluntarius, qui debilis est secundum naturam in sene, sed in iuuene, debilis contra naturam erit ac symptoma, & effectum morbi: ex operibus, sanguis qui gignitur & alij succi, frigidiores sunt secundum naturam seni, tales in iuuene sunt effecta morbi: ex iis quæ sub sensum cadunt, color in genis ᵈ rubicundus, quibusdam naturalis est, quibusdam contra naturam, & sequitur morbum, veluti inflammationem pulmonis: quæ retinentur ac detruduntur, vt vrina, vt deiectio, neque habitum, neque colorem eundem habent in diuersis naturis atque ætatibus, ita vt quod vni secundum naturam est, alteri contra naturā sit. Quædam tamen effecta adeo contra naturam sunt, vt omnibus sint contraria, veluti cum actio ex toto perit, cum color sit ex toto niger, cum quæ excernuntur odorem exhalant maxime fœdum, Idem vsu venire pulsui videmus, qui interdum nullum rhythmum seruat ᵉ ἄρυθμος Græce dicitur: interdum seruat quidem, sed alteri naturæ aptum, & vocatur ἑτερόρυθμος. Agemus de actionibus læsis, de ijs quæ sensui subijciuntur a naturali statu recedentibus, de ijs quæ retinentur ac detruduntur naturæ contrarijs; seorsum enim omnia diuidemus a summo genere vsque ad imas species. Omittemus opera, nam hæc vel ad actiones læsas referentur a quib. emanant, vel ad causas. Sunt enim ex causis internis morborum, quas supra enarrauimus, vt succi, vt calculi, vt arenæ. Tantum igitur diuidemus actiones læsas, ea quæ sensibus subijciuntur mutata, quæ contra naturam retinentur, aut detruduntur: sed priusquam hæc in suas species diuidere ingrediamur, communiter de causis omnium ipsorum agemus.

a Gal. li. de diff. sympt. c. 2. & 3.
b Gal. li. de dif. sympt. c. 2.
c Gal. li. de diff sympt. c. 1. & 3.
d Gal. li. 1. de loc. aff. c. 5.
e Gal. 1. de dif. pul. c. 9.

E F G

De causis symptomatum in vniuersum. Cap. II.



Cum Symptomata definiantur morborum effecta, non difficile est intelligere à quibus causis oriantur, oriuntur enim ab illis quarum sunt effecta, ex quo videtur con fici, causas symptomatumᶠ morbos esse: & cum apud medicos legimus causas symptomatum postulare curationem, morbos intelligi. Ergo causæ symptomatum nō sunt adijciendæ tanquam quarta res contra naturam, nam omnes comprehendun tur sub tribus iam dictis, sub morbis, sub morborum causis, sub symptomatibus. Causæ igitur a quibus oriuntur symptomata, sunt ipsi morbi, quos sequuntur quasi vmbra corpus, vt præclare veteres ᵍ tradiderunt. Illud tamen huic sententiæ aduersatur, quod complura symptomata ʰ oriuntur à symptomatibus. Offensa actionis concoquentis, sequitur offensam retinentis. Ventriculus non concoquit cibum quem non retinet. Rursus læsa coctione recedit deiectio a naturali statu, detruduntur que cruda ac liquida, & multa, quem affectum Græci λειεντερίαν dicunt. Sequitur etiam retentionem læsam ⁱ strepitus quidam in ventriculo, ita vt ab vno symptomate, tanquam a causa multa emanent, & cuiuslibet generis. Sed emanant etiam a loco affecto, vt respiratio difficilis, offensis instrumentis respirationi inseruientibus, cæcitas & hebes visus, offenso oculo. Emanant quædam a facultate debili, quemadmodum animi defectio, quæ non accidit nisi debilitetur facultas vitalis. Emanant tandem & a causa ᵏ morbi: cibus, si nimius sit, distendendo: si acris, rodendo ventriculum, dolorem affert. Eundem affert & gladius secans, candens ferramentum vrens: plenitudinem sequitur grauitas, aut distentio. Quamobrem non solum a morbis, sed etiam a symptomatibus, a loco affecto, a facultate imbecilla, a causis morborum, symptomata proficiscuntur. Ad hanc dubitationem tollendam magnum pondus accceder, si aperiamus quo pacto symptomata morbum sequantur quasi vmbra corpus: neque enim accipi hæc similitudo debet, vt quemadmodū vmbra semper a corpore efficitur, ita symptomata semper a morbo efficiantur. Sed hoc modo valet, quod sicut vmbra non fit sine corpore, ita symptoma non fit sine morbo: at non propterea morbus semper est causa symptomatis: concedendum enim est quod probauimus, ab alijs etiam causis interdum oriri; sed cum vnaquaque iungi morbum necesse est, alioquin nō fieret symptoma, sed συμβεβηκὸς, ˡ quod est effectum sanitatis.

f Gal. li. de sympt. diff. c. p. & 2.
g Gal. li. de diff. symp. c. 1.
h Gal. li. de symp. diff. c. 4. & 3. de nat. fac. c. 4
i Gal. ibid.
k Gal. 3. de cau. symp. c. 1.
l Gal. li. artis med. c. 8

H

A tatis. Cum vnum symptoma ab altero oritur, illud alterum efficitur à morbo, adeo vt cum eo concurrat [a] morbus, veluti etiam cum loco affecto, cum facultate debilitata, cum causa morbi, quæ omnia si diligenter perpendas, concludes symptoma nunquam nasci sine morbo, & ita ipsum sequi, vt sequitur vmbra corpus. At nondum profligata & penitus ad exitum adducta quæstio est, cum definierimus symptoma effectum morbi, ex quo colligitur (vt initio diximus) causam symptomatis esse morbum. Cui loco satisfaciendum putauimus statuentes non semper id verum esse, sed maiori ex parte: maxima enim pars symptomatum à morbis oritur, tanquam à causis, vnde dicta sunt omnia symptomata morborum effecta, quamuis quædam licet sequantur morbos, [b] proxime tamen oriantur ab alijs causis, vt ante docuimus. Huc itaque confugientes omnem contentionem tollimus. Sed domum redeamus, hoc est ad species symptomatum inueniendas, & primo actionis læsæ.

a Gal. li. de diff. sympt. c. 5. & 6.
b Gal. li. de diff. sympt. c. 5. & 6.

Quot modis lædantur actiones. *Cap. III.*

CVm quæuis actio multis modis offendi possit, præstat hos primo exponere, deinde ipsam diuidere in suas species, vt omnes modos offensæ intueri in vnaquaque possimus. Occurrit statim in animo duplex [c] modus, vnus cum actio nullo modo fit, al-
B tercum fit quidem, sed aliter quam naturæ conueniat. Cum nullo modo fit, est priuatio actionis, & apud Græcos vocatur nomine actionis addita α litera. Vnde priuatio respirationis dicitur [d] ἄπνοια, [e] priuatio pulsus ἀσφυξία, [f] priuatio alimenti ἀτροφία, priuatio coctionis ἀπεψία: [g] sed cum actio aliter fiat quam naturæ conueniat, vocatur à Græcis nomine suo, sed adiecta syllaba δύς, vt δύσπνοια [h] respiratio contra naturam, δυσπεψία [i] coctio aliena. Hic secundus modus k offensæ bipartito diuiditur: quandoquidem actio vel debilior ac minor fit quam secundum naturam conueniat, & vocatur imminutio, vel vitiose ac praue fit, & non tantum debiliter, appellaturque deprauatio. Vbi non cernuntur oculis, quæ remota sunt, visus debilitatus atque imminutus est. Vbi cernuntur res alterius coloris, aut figuræ quam sint, deprauatus. Actioni deprauatæ subijciuntur, quæ nonæ contra naturam fiunt, veluti motus [l] horroris, palpitationis, tussis, sternutamenti, agitatio labri inferioris, neque enim talis actio ablata est aut imminuta, sed deprauata; quoniam praue ille motus fieri dicendus est, qui omnino à natura alienus est, neque conspicitur in homine sano, sed tantum in ægrotante, quemadmodum enim caua quæ noua fiunt in morbis spectantibus ad caua patefacta retulimus, item referre nunc oportet in actionibus deprauatis nouos motus omnino à natura alienos. Opponunt iuniores [m] actionem auctam contra naturam, cuiusmodi est motus delirantium nimis vehemēs,
C insatiabilis cibi vel potionis appetentia, hoc est fames & sitis intolerabilis, diuturnior vigilia, quæ omnes sunt actiones auctæ, ita vt præter imminutam & deprauatam, adiūgi aucta debeat actionibus quæ fiunt alio modo, quam naturæ conueniat. At veteres [n] contenti fuerunt imminuta & deprauata, nam eiusmodi auctum naturæ contrarium ad deprauationem retulerunt; neque enim perficitur cum nimis augetur actio, sed deprauatur. Quamobrem non opus est alium actionis læsæ modum addere, & neque eos qui sunt duo modi, tres facere: imperfectæ atque imminutæ opponitur ea quæ perfecta est, quæ nimis aucta est, iam deprauata est, vt diximus. Modi igitur actionis læsæ sunt primo priuatio, deinde imminutio, postremo deprauatio. Sed à modis læsæ actionis pergere tempus est ad species, quas partiendo venabimur. Nulla autem est vtilior aut aptior partitio ad species inueniendas, quam illa qua vsi sumus in opere de tuenda valetudine [o] generatim, cum Galenum [p] secuti tripartito distribuimus actiones secundum naturam, alias enim posuimus naturales, alias vitales, alias animales, nam cum in eodem rerum genere consistat virtus, & vitium, necesse est actiones quæ læduntur, esse naturales, vitales, aut animales. Vnicuique rursus plures species subsunt actionum, atque omnes auferri, imminui, ac deprauari possunt, id quod perspicuum fiet si singulas persequamur. Sumemus
D initium à naturalibus.

c Gale. 1. de diff. sympt. c. 3.
d Gal. 1. de ca. symp. 2.
e Gal. li. de diff. sympt. c. 4.
f Galen. 12. meth. c. 1.
g Gal. li. de diff. sympt. c. 4.
h Gal. 1. de diff. resp. capit. 1.
i Gal. lib. de diff. sympt. c. 4.
k Gal. l. 1. de diff. sympt. c. 3.
l Gal. lib. de diff. sympt. c. 3.
m Argen. li. de diff. c. 4. & de art. med. com. c. 41.
n Gal. li. de diff sympt. c. 3.
o Lib. 3. de tu. val. gen. c. 2.
p Gal. 5. de loc. aff. 1. & 5. de pl. c. 4.

De læsione actionum naturalium. *Cap. IV.*

NAturales actiones appellantur illæ quæ proficiscuntur [q] à facultate naturali, hoc est à natura, quæ non aliud est quam anima communis hominum, belluarum, & earum stirpium quæ e terra nascuntur. Huius munera quædam præcipua [r] sunt, quædam præcipuis inseruiunt: præcipuum naturæ munus triplex [s] est quandoquidem alit, auget, gignit: atq; nequeūt hęc perfici nisi cōcurrat [t] attractio, retētio, coctio, expulsio, & præter has [u] appetitio, atque vsus veneris ob procreationem. Ergo actio naturalis in tot species distribuitur cum læditur, in quot diuisa est, cum perficitur, primum in præcipuas, & ministras, præcipuæ in tres, quæ triplici facultati respondent, nutrienti, augenti, gignenti. Ministra similiter complectitur sub se attractionem, retentionem, coctionem, expulsionem, & prætere appetitionem, atque vsum veneris: sed quo pacto vnaquæq; harū tripliciter lædi possit, sigillatim perpendamus sumpto initio à præcipuis. Aufertur nutriēdi munus, cum partes [x] nostræ

q Gal. l. 1. de nat. fac. c. 1 & libro de diff. sympt. c. 3.
r Gale. 1. de nat. fac. c. 5 & 6.
s Gale. 1. de nat. fac. c. 5 & 9.
t Gale. 3. de nat. fac. c. 9
u Gal. 1. de cau. sympt. c. 7.
x Gal. li. de diff. sympt c. 4.

ftræ penitus priuantur alimento, imminuitur, vbi non fatis nutriuntur, deprauatur, vbi quod apponitur, atque agglutinatur, prauum eft. Verum fi priuentur ex toto alimento, non viuent: tandiu enim viuimus, quamdiu alimur, vt Phyfici [a] docuerunt. Quo pacto igitur ἀτροφίαν, id eft priuationem alimenti ponunt medici [b] in fymptomatibus cum fymptomata fequantur morbos, morbi autem ad viuentes partes, & non ad mortuas referantur? nam quod mortuum eft, non amplius ægrotat. Hanc dubitationem foluemus, fi priuationem alimenti non ratione, fed fenfu æftimemus, quo diiudicamus non nutriri partes quas indies tabefcere cernimus, quamuis reuera alantur, nam non viuerent, fed id alimentum adeo paruum eft, vt fenfum lateat. Hoc pacto igitur accipiemus auferri munus alendi, proprie autem imminui ipfum dicemus, cum non ex toto tabefcent partes, fed graciliores reddentur, deprauari, cum fubftantia partium noftrarum quæ reficietur, non erit fimilis naturali, veluti in vitiligine. Augendi munus ipfum quoq; tripliciter læditur, nam vel penitus aufertur incrementum, vel exiguum accedit, vel prauum, & cōtra naturam. Auferri ex toto incrementum in vtero non poteft, non enim ederetur infans, fed fieret abortus, nam fine incremento totius materiæ, fœtus nequeunt partes effingi. Sed neque in lucem editis ftatim videmus auferri incrementum, fiquidem corpora quæ νανώδη vocantur, exilitatem illam nō retinēt cū qua edita funt in lucem, fed craffiora, longiora, latiora efficiuntur. Tantum ergo auferri dicemus incrementum in iis qui adolefcunt, cum defiuunt augeri priufquam ad ætatem perueniant exactæ adolefcentiæ. Imminuitur incrementum, cum augentur quidem, fed minus quam deberent. Deprauatur incrementum partim nimia magnitudine, partim qualitate aliena: increfcunt quædam partes & vaftæ adeo funt, vt minime habiles fint ad vitæ munera exercenda: quædam non tantum incrementum accipiunt nimis magnum, fed etiam alienum quemadmodum in eo vitio, quod ὑπεραύξησιν [d] appellant. Tertium munus præcipuum ad procreationem refertur, quod non fecus ac reliqua duo iam propofita tripliciter læditur: aufertur enim in ipfa fterilitate, cum nulli procreantur liberi: imminuitur, cum pauci, exiles, imbecilli, & cum fœminæ magis quam mares: deprauatur vbi gignuntur monftra, quæ non referunt fimilitudinem parentum. E F

a Arif. 2. de anima tex. 14. & 15.
b Gal. li. de diff. sympt. c. 4.
c Arift. lib. de fenfu, & fenfili text. 40.
d Gal. li. de diff. fymp c. 4.

Actionibus miniftris accidit item triplex modus offenfæ; attractio enim vel cibi à ventriculo, vel fanguinis à fingulis partibus interdum ex toto ceffat, fi rem (vt fupra diximus de alimento) non ratione, fed fenfu iudicemus. Videntur enim partes noftri corporis interdum nihil attrahere materiæ qua alantur, & propterea priuari etiam alimento, interdum attrahere quidem, fed parum, & non quantum neceffe eft ad id reficiendum quod abfumitur, & tūc dicimus attractionem imminutam: deprauatam verò, vbi attrahunt cum moleftia: idem vfu venit attractioni feminis ab vtero, quæ ita interdū aufertur, vt nulla fiat penitus: interdum imminuitur, vbi & lentè, & non quantū oportet femen allicitur, aliquando etiam deprauatur, ita vt cū dolore, & moleftia fiat. Retentio etiam tripliciter offenditur, ex toto enim aufertur, veluti cū cibus in ventriculo ne punctum quidem tēporis confiftit, fed ftatim crudus euomitur, aut deijcitur: fimiliter cum aquofus humor ftatim à renibus attractus defcendit ad veficam, aut cum femen ftatim atque in vtero eft effluit. Imminuitur retentio bifariam, cum partes quæ retinere aliquid debent, vt ventriculus cibum, vterus femen, retinent quidem, fed aut [e] non bene complectuntur arctè ipfum comprehendentes, aut non quantum fatis eft tēporis ipfum continent, ita vt illud ante perfectam coctionem effluere permittant. Deprauatur [f] retentio, vbi cum dolore fit, ita vt partes retinentes onerari, diftendi, aut morderi videantur, & interdum palpitēt, & conuellantur: quod licet accidere omnibus partibus fentientibus poffit, maximè tamen cōfpicuū eft in ventriculo & vtero. Eadem ratio eft coctionis, quę interdum interijt ex toto, quod vitium Græci ἀπεψίαν [g] appellant, interdum imminuitur, quod βραδυπεψίαν dicunt, fiue quod tardus, fiue quod minus conficiatur, interdum etiam deprauatur, δυσπεψίαν nominant, quod euenit cum in uentriculo corrumpitur, aut putrefcit cibus, aut cum fanguis in iecinore vritur. Appetitio cibi vel potus, quibufdam adeo interit, vt mori [h] malint, quā cibi aliquid fumere, quibufdam vero ita imminuitur, vt & parum cibi expetant, [i] & ex longo interuallo, quibufdam praua fit, adeo, vt vel infatiabilis reddatur, vel omnino aliena percupiat. Reftat, veneris munus, quod neceffarium effe ad procreationem oftendimus, hoc penitus priuātur homines, cum vel maribus nullo modo tenditur coles, vel cum a fœminis genitali claufo non admittitur: imminuitur eadem actio cum aut non fatis tenditur coles a mari, aut non fatis admittitur à fœmina, deprauatur vbi cum dolore tenditur, vel admittitur. Sed fatis de fymtomatibus ad naturales actiones attinentibus. Veniamus ad ea quæ pertinent ad vitales. G H

e Gal. li. de diff. fympt. c. 4.
f Gal. ibid.
g Gal li. de diff. fympt. c. 4.
h Gal. 3. 2. epid. cō. 58
i Gal. 1. de cauf. fymp. c. 7.

De fymptomatibus ad vitalem actionem attinentibus. Cap. V.



Vitalis facultatis actio confiftit in conferuatione vitæ, atque idcirco caloris innati quo vita continetur: refidet hic in [k] corde, a quo tanquam a fonte emanat ac funditur per arterias in vniuerfum corpus. Conferuatur autem tam in corde quam in toto [l] corpore, à facultate vitali, cuius domicilium eft in corde vnde impertitur etiam arterijs. Huius facultatis actio, motus eft per [m] quem dilatantur & contrahuntur tam

k Gal. 6. de vfu pa. c. 7. & li. de vfu pulfuum.
l Galen. de pul. vfu ca. 5. & 8.
m Gal. 4. d diff. pul. 2.

arteriæ

A arteriæ quam cor. Cum dilatantur, attrahunt aerem frigidum, cum contrahuntur, expellunt calidum, ac veluti [a] fuliginem. Vtroq; autem nomine refrigeratur ac temperatur calor innatus, qui alioquin nimium crescens, absumeret statim quicquid præsto esset alimenti, atque vna cũ vita deficeret. Appellatur hic duplex motus tam cordis quam arteriarum, pulsus, [b] qui perinde ac cæteræ actiones offenditur tribus modis, nam vel aufertur, ita vt homo priuetur pulsu, quam priuationem [c] ἀσφυξίαν Græci nominant, nunquam tamen penitus deficit pulsus, neq. vnquam ex toto desistit cor suo munere, nisi cum è vita [d] excedimus, sed ita interdum exiguus est pulsus vt sub sensum minime cadat, atque hunc vocamus ablatum. Continetur autem vnica specie. At imminuto, & deprauato quamplurimæ subijciuntur, quas vt ordine recenseamus, necesse est in memoriam redigere ea quæ secundum naturam in pulsibus attenduntur, in illis enim consistit tam imminutio quam deprauatio.

Pulsus duobus motibus contrarijs continetur, siquidem cor, & [e] arteriæ, quæ pulsant, dilatãtur & contrahuntur: at duobus motibus cõtrarijs necesse est interiecta sit quies media. Quam obrem, vt duplici motu, ita etiam duplici [f] quiete pulsus continetur. Sed habet effectricem causam vitalem facultatem, quę vtitur & corde & arterijs, tanquam instrumentis. Ad hæc quatuor ad motum scilicet, ad quietem, ad vitalem facultatem, ad instrumenta referuntur quæcunque attendi in pulsibus debent, in motu [g] attenditur magnitudo & paruitas ad triplicem dimensionem spectans,
B ad longitudinem, latitudinem, altitudinem: attenditur & qualitas, quæ in celeritate & tarditate consistit, in quiete [h] attenditur tempus longum vel breue. In facultate attenditur robur & [i] imbecillitas. In instrumentis mollities, durities, plenitudo, inanitas, calor, quæ omnia absolute considerãtur, nam ex comparatione intuemur in pulsu [k] æqualitatem & inæqualitatem, ordinem ac rhythmum, à quib. omnibus emanant differentiæ pulsus secundum naturam, & idcirco etiam quæ contra naturam, & symptomata, cum ijsdem versentur virtus & vitium. Ex differentijs autem pulsus, scire licet [l] quasdam esse simplices, quasdam compositas, simplices ad vnam tantum ex propositis animaduersionibus pertinent, compositæ ad plures, siue sint actiones secundum naturam, siue contra naturam, & symptomata, quæ nunc nobis proponuntur. Secundum naturam igitur in omnibus illis animaduersionibus mediocritas esse debet, ita vt ille pulsus secundum naturam sit, qui in magnitudinę & paruitate, in celeritate & tarditate motus, in longitudine & breuitate temporis, quietis, in robore atque imbecillitate, in mollitie & duritie, in plenitudine atque inanitate, & tandem in calore à mediocritate non recedit. Verum non est eadem hæc in quauis natura, ætate, regione, consuetudine, in quouis tempore anni, in quouis genere victus. Sed vbi hæc moderata sint, exquisite media est, alioquin recedit à vere medio, & tamen adhuc dicitur immoderata, relata ad hominem natu-
C raliter à mediocritate recedentem. Hinc secundum naturam fiunt pulsus nõ solum medij, sed magni, & parui, vt longi, breues, lati, angusti, alti, humiles: præterea celeres, tardi, tum frequentes, vbi quietis tempus breuę est, rari vbi longum: vehementes item, vel imbecilli, pleni & inanes, calidiores, minus calidi. Cæterum æqualitas & ordo tantum secundum naturam sunt, nam inæqualitas & ordinis perturbatio, præter naturam, rhythmus in alijs alius apparet. Sed hæ species simplices sunt, ex quibus facile colliguntur compositæ. Pergamus nunc ad symptomata. Colliguntur species symptomatum ad pulsum attinẽtes ex partitione actionis læsæ, in ablatam, imminutam, deprauatam: siquidem & actio pulsus ijsdem tribus modis offenditur, cum auferatur, imminuatur, deprauetur. Sed quod spectat ad ablatam, reuocare in memoriam oporret quod ante ostendimus, actiones [m] nimirum ad vitam retinendam necessarias, nunquam ex toto interire cum animal viuit, nã vbi penitus intereunt, statim decedit, veluti cum ali desinit, tamdiu enim viuit, quamdiu alitur. Eadem ratio est pulsus ablati, tam in corde, quam in arterijs, tunc enim vita [n] finitur, cum primum cor non fungitur suo munere. Quamobrem pulsus nunquam ex toto perit dum vita manet, [o] sed adeo obscurus interdum est, vt sensum lateat, medicus autem, qui actionis noxam metitur ex ijs quæ sensu percipit, vocat einsmodi pulsum ablatum, quamuis ratione intelligat, nunquam ex toto auferri dum vita superstes est.

D Imminuitur pulsus, quod primo animaduertimus in triplici dimensione arterię, quam moueri sentimus cum distenditur & contrahitur, nam spacium quod ab ipsa conficitur, redditur aut breuius, aut angustius, aut humilius Cum minuitur [p] in omni dimensione, vocatur paruus, cum in longitudine breuis, cum in latitudine angustus, cum in altitudine humilis. Minuitur qualitas motus, cum minus celer percipitur quam naturæ conueniat. Imminuitur & numerus ictuum motus, vbi longius trahitur tempus quietis, tunc enim fit pulsus minus [q] creber, quam secundũ naturam soleat. Imminuitur tandem & robur cum pulsus minus vehemens atque imbecillior euadit quam ante. Solæ igitur hæ differentiæ, paruitas, tarditas, raritas, imbecillitas, faciunt actionem pulsus imminutam, nam aliæ magis ipsum deprauant. At differẽtiæ, per quas imminui ipsum diximus, sæpe plures simul concurrunt, tuncque imminutio non est simplex, sed composita. Illud etiam ignorare non oportet, quod medius pulsus refertur interdum ad imminutum, veluti cum ille qui solebat esse naturaliter magnus, vt longus, latus, altus, aut celer, aut creber, aut validus, efficitur mediocris, tunc enim imminutus existimabitur.

Deprauatur pulsus, cũ à naturali recedit, non tamen imminuitur. Consistit prauitas in omni-

bus illis,

a Gal. li. de pul. vsu c. 3
b Gal. 4. de diff. pul. c. 2
c Gal. li. de diff. sympt. c. 4
d Gal. 1. de diff. resp. capit. 8.
e Gal. li. de puls. vsu capit 4.
f Gal. lib. de pul. vsu c. 6
g Gal. lib. 1. de diff. pul. c. 5.
h Gal. 1. de diff. puls. 3.
i Gal. ibid.
k Gal. ibid.
l Gal. ibid.
m Gal. lib. 1. de diff. respir. c. 2.
n Gal. li. de marc. c. 5.
o Gal. lib. 1. de præsag. pul. c. 3.
p Gal. 1. de diff. pul. c. 5
q Gal. 1. de diff. pul. c. 7

bus illis, quæ attendi in pulsu monstrauimus, in dimensione arteriæ, quam moueri sentimus, in E
qualitate motus, in tempore quietis, in robore, in tunica cauoque arteriæ. Sed hæc omnia abso
lute considerantur in pulsu, nam ex comparatione attenditur etiã in eo ęqualitas, ordo, rhyth
mus, in quibus similiter deprauatio consistit. Ordiamur à dimensione, seu magnitudine pulsus,
debet hæc secundum naturam esse mediocris, qualem postulat temperatio, ætas, habitus homi
nis, tum ratio victus, tempus anni, regio, præsens cęli constitutio, in alijs enim alia longitudo,
latitudo, altitudo censetur mediocris: quod si pulsus ab ea recedat, ita vt augeatur, vbi omnes
tres simul dimensiones spectes, [a] magnus dicitur, sed si solam longitudinem, longus, [b] si solam
latitudinem, latus, si solam altitudinem, altus; sed siue magnus simpliciter, & absolute, siue lon-
gus, siue latus, siue altus appareat, eiusmodi mutatio deprauatio est, siue ad contractionem, si-
ue ad distentionem arteriæ referatur. At qualitas motus cum mutatur, siquidem minuatur, fa-
cit pulsum paruum, sed si deprauetur celerem magis quam naturæ conueniat. Cum tẽpus quie-
tis longius est, rarum effici pulsum diximus, & ita imminui motum, quatenus minus frequens
sentitur: sed cum breuius est tempus quietis, crebriorem motum esse necesse est, quod crebri-
tatis incrementum spectat ad deprauationem. Augetur interdum & robur pulsus contra natu
ram, neque enim semper secundum naturam est incrementum roboris, sed interdum [c] accidit,
vt omnes vires contentioni pulsus inseruiant, quo vrgenti necessitati succurrant, veluti vsu ve- F
nit ijs qui aut irascuntur, aut [d] vehementer exercentur, [e] aut vinolenti [f] sunt, quorum pulsus ve
hementior redditus in deprauatis haberi debet. Tunica arteriæ, vbi secundum naturam ha-
beat neq; mollior neque durior sit, pulsum reddit moderatum: quod si illa aut mollior fiat aut
durior, pulsus similem qualitatem præsefert, vt mollitudinem, vel duritiem, id quod ad depra-
uationem similiter referri potest, sicuti etiam cum calidior arteria sentitur quam partes quæ
iuxta sunt, & cum cauum arteriæ quod mediocriter infarctum esse debet, nimis plenũ, aut ina-
ne sentitur. [g] Tot sunt igitur pulsus deprauationes simplices sumptæ ab ijs quæ in pulsu abso-
lute, & non ex comparatione attenduntur. Compositæ verò ex ijs quam plurimæ inueniuntur,
quas per te facile inuestigabis, coniungens plures deprauationis species simul.

a Gal. 1. de diff. pul. c. 5
b Gal. ibid.
c Gal. 4. de diff. pulſ. c. 1
d Gal. 4. de cau. pul. c. 2
e Gal. 3. de cau. pul. 13.
f Gal. ibid. c. 16.
g Gal. 1. lib. de diff. pul. c. 10.

Ex comparatione attendi in pulsu diximus æqualitatem, ordinem, rhythmum, quæ pro sin-
gulis mutationibus singulas deprauationis species in eo efficiunt. Secundum naturam in pulsu
debet esse æqualitas, ita vt inæqualitas contra naturam sit, & deprauatio. Consistit æqualitas [h]
in omnibus illis quæ in pulsu animaduertuntur, vt in magnitudine, & paruitate, in celeritate,
& tarditate, in frequentia, & raritate, in robore, atq. imbecillitate, in mollitie & duritie, in calo
re maiore, aut simili, in plenitudine & inanitate, siue moderata sint, siue à moderatione reced-
dãt. Absolute æqualis pulsus dicitur ille qui in oĩb. æqualis est, sicuti absolute inæqualis, qui in
oĩb. inæqualis. Ille vero qui in vno, aut pluribus, & non in omnib. æqualitatẽ, aut inæqualitatẽ G
præsefert, æqualis dicitur non absolute, sed cum adiunctione, vt in magnitudine, in celeritate,
in frequentia, in robore, aut in aliquo alio. Eundem autem poteris & æqualem, & inæqualem
nominare, spectans nunc ad vnam, nunc ad aliam ex propositis animaduersionibus vbi scilicet
non fuerit absolute æqualis, aut absolute inæqualis. Refertur etiam tam æqualitas quam inæ-
qualitas modo ad plures ictus, modo ad vnum duntaxat. Vtraque item siue ad vnum, siue ad
plures referatur, vbi diu similis perseuerat, ita vt ad habitum perducatur, ἕξις Græce nomina
tur: quæ dissimilis est, non gaudet eo nomine, cum non vertatur in habitum.

h Gal. ibid.

Sed præstat inæqualitatem in pluribus ictibus, & in vno perpendere. Finge primum inęqua-
litatem in pluribus ictibus, nam longe euidentior est quam in vno. Si ad magnitudinem respi-
cias, inuenies pulsus vario modo inæquales esse, nam alij nunc augentur, nunc minuuntur, alij
pergunt augeri semper, alij semper imminui. Pulsus vbi imminui semper videtur, & minor fie-
ri, vocatur Græce μύουρος, ducto vocabulo ab illis quorum figura in acutum terminatur: [i] si perse-
ueret deficere μύουρος ἐκλείπων, idest, deficiens dicitur. Sed si de integro augeatur & rursus defi-
ciat, vocatur [k] μύουρος καὶ παλινδρομος, id est recurrens. Sed præter magnitudinem, inæqualitas quæ
in pluribus ictibus attenditur, referri etiam potest ad qualitatem motus, ad tempus quietis, ad
robur, ad tunicam, & cauum arteriæ, & in vniuersum ad omnia quæ in pulsu attendi monstra- H
uimus. Erit autem simplex inæqualitas, vbi in vna tantum consistat ex propositis animaduersio
nibus, sed composita vbi in pluribus simul.

i Gale. 1. de diff. pul. 11.
k Gal. ibid.

Inæqualitas etiam, quæ in vno [l] ictu consistit, & simplex & cõposita percipitur: quæ simplex
est, aut ad vnam & eandem arteriæ partem refertur, aut ad diuersas; si ad eandem necesse est
partiri tempus eiusdem ictus, nam in vna parte temporis vno modo, in altera altero modo se
ostendet. Exempli gratia, qualitas motus, si diuidatur tempus vnius ictus in duas partes, non
reperietur similis in vtraque, siue eiusmodi motus vnius ictus continuus sit, siue interpelletur
quiete, siue recurrat, quemadmodum ille quem Archigenes [m] δίκροτον, quasi bis pulsantem voca
uit: sed multiplicatas inuenies species huius inæqualitatis vbi vnam partem temporis motus
cum altera conferes in qualitate; siue prior, siue posterior pars celerior, aut tardior comperia-
tur. Sed longe plures adhuc species inæqualitatis venaberis, si tempus vnius ictus, non tantum
in duas, sed in plures partes separaueris. At in diuersis partib. arteriæ [n] in eodem ictu, & eodẽ
tempore potest sẽtiri pulsus inæqualis, siue ad magnitudinẽ respiciamus, siue ad robur, siue ad
tunicam,

l Gal. 1. l. de diff. pulſ. capit. 13.
m Gal. 1. li. de diff. pul. c. 7.
n Gal. 1. lib. de diff. pul. c. 10.

A tunicam, siue ad situm arteriæ, in singulis differentijs loci, sed maximè ad qualitatem motus. Nam potest hic in vna parte arteriæ sentiri celerior, in altera tardior, cum diuersis digitis tágitur: prout autem pluribus aut paucioribus digitis sentitur eiusmodi inæqualitas celeritatis & tarditatis, ita plures species efficiuntur: possunt etiam diuersæ partes arteriæ, vnum & eundem ictum non simul incipientem ostendere, sed vna prius, altera posterius, vnde fiet inæqualitas in raritate & frequentia. Potest etiam inæqualitas esse in rhythmo, de quo in sequentibus loquemur. Componitur aliquando inæqualitas pulsus ex pluribus inæqualitatibus, vt si & vna pars prius quam altera moueatur, & non teneant omnes partes arteriæ eundem situm, quemadmodum in pulsu vndoso, vermiculante, formicante, conuellente, aut in eo quem serrinum, vibrantem, caprinum, trementem, appellant. Vndosum [a] vocant illum, in quo non videtur tota arteria simul distendi, sed primo prima eius pars, deinde secūda, mox tertia, ac deinceps quarta cum elatione quadam in speciem vndarum, sic vt sequens vnda subinde priorem excipiat, idq; continuo, non post aliquod tempus, vt in pulsu qui interpellatur, nulla enim pars temporis sine motu apparet, sed finis vnde videtur similis quietis, nam non quiescit prorsus prior vnda, sed breuem quendam motum retinet cum secūda accedit. Vermiculās [b] vndosum refert, sed minor est, si fingas vndosum paulatim minui, degenerabit in vermiculātem, neque enim separantur specie motus, sed magnitudine vndarum. Incipit autem vnda a superiori parte arte-
B riæ, & finitur ab inferiori, ac modo recta est, modo obliqua, interdum longior, interdum sublimior, aliquando validior, aliquando imbecillior. Formicās pulsus à formica [c] bestiola dicitur, cuius paruitatem ac speciem motus imitatur: est enim hic pulsus minimus omnium, sed maxime languidus, tum creber, non tamen creberrimus, at neque etiam celer. Vibrans & conuellens [d] ad eam inæqualitatem pertinet quæ consistit in arteriæ situ vario, cum scilicet sursum & deorsum sentitur, ita vt modo attolli, modo demitti videatur, id quod plurimum euenit vibranti, sed conuellenti parū: in hoc enim sentitur arteria maximè tendi, & ab vtroque extremo contrahi. Serrinum [e] vocant illum, qui secantis speciē præsefert, & non nihil habet vibrantis, cum alia pars arteriæ videatur attolli, alia non, quod durior sit: hic pulsus creber est, non tamen perpetuo magnus. Caprini pulsus [f] nomen ducitur à similitudine motus: Capra enim cū salit, principio lente mouetur, deinde parumper quiescens celerius ac vehementius: huiusmodi motum repræsentat propositus pulsus; sentitur enim principio paruus ac tardus incipiens, qui deinde parua interposita quiete vehementior ac celerior finitur. Habet etiam tremens multiplicem ictum, quemadmodum motus voluntarius musculorum in tremore, cum vicissim facultas tētat attollere, & ob imbecillitatem opprimitur ab ipsa grauitate. Sed tam caprinus quam tremens ad dicrotos, hoc est bis pulsantes refertur.

a Gal. 1. de diff. puls. c. 26.
b Gal. ibid.
c Gal. lib. 1 de diff. pul. cap. 27.
d Gal. 1 de diff. puls. c. 28.
e Gal. 4 de caus. puls. cap. 7.
f Gal. 1. de diff. pul. ca. 29.

C Vt autem æqualitas & inæqualitas, ita ordo & perturbatio, in pulsu attenditur. Æqualitas & ordo, secundum naturam sunt, inæqualitas & perturbatio, contra naturam, ita vt referantur ad symptomata, & proprie ad deprauationem actionis pulsus. Cæterum pulsus æqualis perpetuo est ordinatus, sed inæqualis [g] potest & ordinatus & inordinatus esse: præterea, vt æqualis, & inæqualis, vel in omnibus talis est, vel in aliquibus; qui in omnibus est talis, absolute dicitur æqualis aut inæqualis, qui in aliquibus æqualis, vel inæqualis dicitur cum adiunctione talis, vt in magnitudine, celeritate, robore, ita si ordinatus, & inordinatus in omnibus talis sit, absolute dicitur, si in aliquibus cum adiunctione. Inæqualitas [h] ordinata semper eodem modo procedit, inordinata varietatem quandam, & ordinis perturbationem præsefert.

g Gal. 1. de diff. pul. c. 10.
h Gal. ibid.

Deprauatur rhythmus, cum non seruatur, qui seruari deberet in pulsu. Est autem rhythmus proportio temporis. Qui solam distentionem sensu percipi posse existimant, volunt [i] rhythmum constare ex tempore interualli, & tempore ictus. Sed quicunque contractionem quoque sentiunt, ponunt rhythmum [k] in proportione temporis vtriusque quietis, & vtriusq. motus, distentionis scilicet & contractionis. Comparatur enim vel tempus quietis, cum tempore motus, vel tempus vnius motus, cum tempore alterius, vel tempus vnius quietis cum tēpore alterius. Est autem cuiusq. naturæ atque ætatis suus rhythmus, siue par, siue impar sit tempus quod cum
D altero confertur. Hic [l] vbi seruetur, pulsus Græcè dicitur εὔρυθμος, vbi non seruetur, sed lōgius sit hoc aut illud tempus quam naturaliter conueniat, vocatur pulsus ἄρυθμος, id est sine rhythmo, qui non retineat debitam proportionem: vbi autem uertatur pulsus in rhythmum uicinæ naturæ, dicitur παράρυθμος, distantis autem ἑτερόρυθμος: [m] sed si nulli naturæ conueniat rhythmus, pulsus appellatur [n] ἔκρυθμος. Eiusmodi omnes mutationes species sunt pulsus deprauati. Sed satis de symptomatibus ad pulsum attinentibus, & idcirco ad uitalē actionem, siue in corde siue in arterijs inspiciatur.

i Gal. lib 1 de diff. pul. 8.
k Gal. li. de diff pul. c 9
l Gal. ibid.
m Gal. ibi.
n Vide lib. 7 de tu. va'. gen. c. 3.

De symptomatibus ad actiones animales attinentibus. *Cap. VI.*

Restant actiones aīales, quarū symptomata exponenda sunt: lædūtur aūt nō secus ac cæteræ trib. modis, auferuntur ex toto, imminuuntur, deprauantur, id quod planū fiet ubi singulas species seorsū perpendamus actionū aīalium: distribuuntur [o] aūt (ut traditū est in libris de tuenda ualetudine) in pcipuas, sensum, & motū. Præcipuæ ternæ sunt, q̄ à ternis facultatib. mentis proficiscuntur, ab intelligētia uidelicet, ratione & memoria: intelligētia est illa uis q̄ notas facit nobis res sub sensum minime cadentes, q̄ uim ingenium quoq; noīare licet,

o Gal. li. de diff. sympt. cap. 3.

eius

a Gal. ibid. b Gal. ibid.

eius actio vel ex totò aufertur, vel imminuitur, vel deprauatur. Aufertur [a] ex toto, cum homo nihil prorsus animo concipit, sed obstupefactus videtur, & omnino indocilis. Imminuitur cum ingenij hebetis est ac tardi. Deprauatur cum comprehendit res aliter ac sint. Ratio est per quā coniectura valemus, disserimus, ratiocinamur, cogitamus, consilium capimus. Aufertur rationis actio, cum homo stupidus est, nihil mente percipit, nihil cogitat. Imminuitur in eo qui tardus est & parum idoneus ad cogitandum: sed deprauatur, vbi homo esse existimat quæ nullo modo esse possunt, pessime sibi consulit, & in insaniam tandem ac furorem incurrit. Memoria veluti thesaurus est cæterarum animi partium, quæ nisi custos inuentis excogitatisque rebus ac verbis adhibeatur, intelligimus omnia esse peritura. Memoriæ [b] actio interdum ex toto perit, atque homo ita omnium obliuiscitur, vt neque se ipsum cognoscere possit: interdum imminuitur, veluti in illo oratore qui cum aliquoties tria proposuisset, aut quartum adderet, aut tertiū quæreret. Deprauatur, veluti cum homo rerum quidem meminit præteritarum, sed alio modo, tempore, ac loco, quam fuerint, ita vt confundat, & peruertat omnia. Sed satis de symptomatibus ad præcipuas actiones animales attinentibus. E

c Gal. ibid. d Arist. lib. de somno, & vigilia.

Venio ad sensum, qui duplex est, communis & [c] proprius, ad communem [d] refertur vigilia, per quam patent viæ à communi sensu qui in cerebro est, ad instrumēta sensuum singulorum, ita vt impertire suam vim illis possit, & percipere quæcunque sub ipsos cadunt. Actio igitur F communis sensus vigilia est, quam tamen debet interpellare somnus, ne instrumenta vigilando nimium defatigentur. Secundum naturam igitur vicissim post vigiliam somnus, post somnū vigilia sequi debet. Læditur vigilia tribus modis, aufertur enim, cum somnus non solum nimis longus, sed etiam grauis hominem opprimit. Imminuitur, vbi & intempestiua, & summa propensio est ad somnum, & vbi homo assidue somniculosus est. At deprauatur cum ereptio penitus somno continuata est. Sensus etiam proprij seorsum singuli tripliciter offenduntur, aufertur visus ijs qui oculorum sensu omnino carent, veluti cæci. Imminuitur, cum hebes fit, vbi non satis perspiciunt quę propinqua sunt, vixque cernuntur quę non valde distant. Deprauatur ijs qui res cernunt alterius figuræ, magnitudinis, multitudinis, coloris, quam sint. Audiendi sensus aufertur surdis: imminuitur surdastris, qui paruos sonos non percipiunt: deprauatur ijs qui externum sonum exaudire sibi videntur, cum nullus talis sit. Odoratus aufertur, cum nullus percipitur odor, minuitur cum vix percipitur, deprauatur, cū res aliter olere videtur quam oleat, vt cum fœtidum videtur quod minime male olet. Gustatus aufertur cum nihil mouetur suauitate, vel insuauitate esculentorum, imminuitur cum parum ab ijsdem afficitur. Deprauatur cū alio modo ab ipsis mouetur, atque illi qui bene valent. Tactus aufertur, cum non percipit ho- G mo illa quæ tractat, minuitur cum vix ea percipit, deprauatur, vbi cum dolore sentit.

e Gal. 2. de cau. sympt. c. 2. & lib. de differē. sympt. c. 3. f Hipp. 1. li. progn. text. 15. & Gal. ibid. g Cels. li. 3. c. 23. h Gal. ibid. & libro de diff. sympt. c. 8. i Ga. de dif. sympt. c. 3. k Gal. ibid. & Paulus, l. 3. c. 20. l Gal. lib 2. de cau. sym. c. 2. m Gal. li. de diff. sympt. c. 3. n Galen. 6. aph. cō. 46 & Paul. li. 3. c. 9.

Accedit tertio animalibus actionibus motus voluntarius, qui similiter læditur trib. modis, siue in toto corpore, siue in aliqua parte. In toto quidem aufertur motus [e] voluntarius, vbi homo attonitus est, quod symptoma nominatur à Græcis ἀποπληξία. Imminuitur, cum mouere sua membra, & ex vno loco ad alium transferre vix potest, quod moribundis accidit, qui iacētes, subinde ad pedes delabuntur. Deprauatur cum conuellitur, concutiturque corpus vniuersum [f] quod symptoma Græci [g] ἐπιληψίαν, Latini [h] morbum comitialem vocant. Quod si non in toto corpore, sed in aliqua parte, siue vna, siue pluribus, voluntarius motus lædatur, potest quidem auferri, quod symptoma Græci [i] παράλυσιν, Latini neruorum resolutionem vocant. Potest imminui, diciturq. à Græcis νάρκη, à Latinis torpor. Potest deprauari, vocaturq. Græce σπασμὸς, Latine distentio neruorum. Verum vbi deprauetur in omnibus partibus capiti subiectis tam prioribus quam posterioribus, Græci τέτανον, [k] Latini neruorum rigorem nominant: si in priorib. duntaxat, nominatur Græce ἐμπροσθότονος, si in posterioribus ὀπισθότονος. Proprie [l] autem deprauatio motus voluntarij in oculis στραβισμὸς, in cole πριαπισμὸς à Græcis nuncupatur. Ad motum voluntarium attinet respiratio quam præstant musculi thoracis: aufertur hęc ex toto, cum ita exigua H est vt sensum lateat (id quod de pulsu quoq. ablato in superioribus dictum est.) Minuitur vbi tarda, exigua, & ex longo interuallo fiat. Deprauatur vbi nimis augeatur: deprauationem respirationis quamlibet Græci [m] δύσπνοιαν vocant: proprie autem, vbi nimis frequens sit [n] ἆσθμα, quæ vbi tanta sit vt homo cogatur erectis ceruicibus respirare, appellant ὀρθόπνοιαν. Sed satis multa & de symptomatibus ad actiones animales attinentibus, & in vniuersum de primo genere symptomatum, quod in actionibus læsis continetur.

De symptomatibus ad ea quæ sub sensum cadunt attinentibus. Cap. VII.



IN secundo genere symptomatum, sunt quæ obijciuntur sensui à naturali statu recedentia, siue vnius sensus propria sint, siue plurium cōia, ac siue ab ipso ægrotante, siue à medico & assidentib. percipiantur. Distant autem ab actionib. sensuum deprauatis quas cōmemorauimus, nam mutatis ijs quæ subijciuntur sensibus, nō læditur actio, sed inuiolata perseuerat, vbi deprauatur, læditur cum sensus aliter res percipiat quā sint. Spectemus primo quæ subijciuntur proprie vni sensui. Veniant in mediū quæ proprie sub aspectum cadunt, veluti colores, qui tales seruari debent, quales cuique homini secundum naturam conue-

A conueniunt, habita ratione temperamēti, ætatis, sexus, generis victus, regionis, temporis anni, præsentis cæli constitutionis. Quod si mutentur, manente adhuc sanitate, non ponūtur in symptomatibus, sed vbi homine iam ægrotante alieni apparent, symptomata censentur, modo nō sequantur aliquam causam euidētem, vt laborem, balneum, vt animi perturbationes, per quas calor vel accenditur, sicut in ira, vnde fit homo magis ruber, vel cōtrahitur vna cum sanguine ac spiritu ad partes internas, vt in metu ac mœrore, vnde fit pallidus, vel reuocatur ad partes externas, vt in spe & lætitia, vnde efficitur magis ruber. Eiusmodi enim coloris mutatio, quæ ab euidenti causa proficiscitur ad symptoma minimè refertur, cum [a] accidere bene valentibus possit. Ergo vbi abditas causas & morbum ipsum sequatur [b] coloris mutatio, symptoma est, nisi sit opus naturæ, quæ interdum detrudens succos molestos ab intimis partibus ad extimas, colorem mutat. Color itaque mutatus in ægrotāte, vbi neque sit opus naturæ, neq; à manifesta causa oriatur, symptoma est.

a Galen. 1. meth. c. 9.
b Gal. li. de diff. sympt. c. 5.

Ad sensum aurium refertur sonus, qui non est qualitas permanēs, sicuti ea quæ sub reliquos sensus cadunt, fluit enim sonus & non permanet, vt permanere qualitates plerasque videmus. Quodsi vel mutetur naturalis sonus, & diuersus fiat, vt in voce, vel nouus percipiatur, qui ex sanis audiri non consueuerat, veluti [c] crepitus, veluti etiam murmur in intestinis, sub hoc genere symptomatum continetur. Crepitus quoque dentium, licet ab actione deprauata musculorum maxillam mouentium proficiscatur, quatenus subiicitur auditui contra naturam in his
B quoque symptomatibus poni debet.

c Gal. li. de diff. sympt. c. 5.

Odor, cum ex homine alius exhalat quam secundum naturam soleat, symptoma [d] est quod ad odoratum mutatum refertur. In iis etiam quæ detruduntur ab ægrotante, veluti in vrina, deiectione, sudore fœtor attenditur contra naturam, qui referri debet ad tertium genus symptomatum, quod complectitur ea quæ retinentur ac detruduntur. Sed nunc sub hoc secundo genere ea tantum continentur quæ sensibus subiiciuntur a naturali statu [e] recedentia. Huiusmodi est odor mutatus, veluti fœtida expiratio, quam ægrotans inhalat.

d Gal. ibid.
e Gal. li. de diff. sympt. c. 5.

Sapor gustatu non sentitur recedere à naturali, nisi in ijs quæ ex corpore effluunt, vt in saliua, sputo, vomitu, sudore qui destillat interdum à fronte in os, hæc. n. gustari necesse est: quod si contra naturam amara, salsa, aut acida percipiātur, mutatus videtur sapor. Sed quia hic pertinet ad ea quæ detruduntur, sub tertio genere comprehenditur: in hoc autem secundo genere, quod ea quæ sub sensum cadunt mutata complectitur, nihil reperitur quod ad gustatū referatur mutatum, neque enim sapor partium nostri corporis percipitur.

Sub tactum multa cadunt quæ in ægrotante aliena [f] sentiuntur & nullo pacto secundum naturam, ac primo quidem calor, & frigus, debet enim vniuersum corpus æquabiliter calidum esse, quod si aliquæ partes frigidæ, aliquæ calidæ sint, eiusmodi mutatio symptoma est quod ad
C tactum mutatum refertur, si tanta esset mutatio vt læderet actiones, eatenus non tantum symptoma [g] diceretur, sed etiam morbus. Humor & siccitas, mutantur etiam à naturali statu, sed eatenus subiiciuntur sensui tactus, quatenus mollitudinem, vel duritiem efficiunt. Ex humore [h] fit mollities, quę sensu deprehenditur, sicuti durities, quæ consequitur siccitatem: sunt hæ qualitates tractabiles, sicuti & tensio, & laxitas, quas mutari similiter constat à statu naturali, ita vt sint symptomata, & ad tractabilia referantur, nisi sint naturæ opera, quę partes tendit, per quas expellere quod noxium est conatur, alias vero laxiores relinquit.

f Gal. li. de diff. sympt. c. 5.
g Gal. de arte med. c. 8.
h Gal. li. de diff. sympt. c. 5.

Supersunt quæ communia dicuntur, quod sub plures [i] sensus cadant, vt sub aspectum, ac tactum simul cuiusmodi est figura, & numerus, cum à naturali statu recedit, ita tamen, vt actiones nondum lędat: est enim tam numerus quam figura tunc morbus cum actiones lædit, alioquin ad hoc genus symptomatū refertur. Mutatur figura sæpenumero, & quod obliquum esse deberet, dirigitur, quod rectū, efficitur obliquū, & alio modo partes nostræ deprauātur: Mutatur numerus cum aliquid interit, veluti cum capilli fluunt, aut cum nouum aliquid cōtra naturam accedit, vt cum glutinosus quidam humor dentibus inhærescit. Præter figuram & numerum, magnitudinem quoque mutatā huic generi symptomatum subiiciemus, vbi nondum læ-
D dat actiones. Imminuitur hæc interdum, vt in gracilibus veluti in cadauerosa illa facie, quam Hippocrates [k] in prognosticis describit. Interdum augetur, quemadmodum in ijs quibus vel totum corpus obesum redditur, vel pars aliqua cōtra naturam intumescit, quamq; tumor partium facit: aliquando naturæ opus est [l] transferentis redundantes succos à partibus internis ad externas. Sed tunc homo leuior fit, & facilè tolerat eiusmodi succorum translationem; nam vbi tumor symptoma sit, nec leuatur ægrotans, nec facile ipsum tolerat. Intueri etiam oportet quales succi sint, qui tumorem faciunt, namq; vbi sint illi qui morbum in partibus internis faciebant, censebitur opus naturæ, alioquin symptoma. Perpendendus & modus est tumoris, nā vbi ingens sit, ita vt nō facile feratur, ad symptoma referri debet: similiter vbi ita exiguus est vt nihil proficiat; nā vbi sit opus naturæ, tumor nec exilis est, nec nimia magnitudine excedit. Specta & locum in quo fit tumor, nam vbi fiat in parte ignobiliori, in parte remota è regione loci affecti, censebitur opus naturæ, in parte vero nobiliori propinqua, vel contraria, censebitur symptoma. Quæ de secundo genere symptomatum dicenda erant satis explicata sunt.

i Arist. lib. de sensu, & sensil. c. 1.
k Hip. 1. li. progn. 6. & 7.
l Hippo. & Gal. 6. aph. 25. & 7. apho. 49. & Gal. 3. li. de crisibus.

De symptomatibus ad retenta pertinentibus. *Cap. VIII.* E



TErtium genus [a] symptomatum consistit in ijs quæ retinentur ac detruduntur: hæc siquidem vbi secundum naturam sint, effecta [b] sanitatis censeri debent, sed vbi contra naturam sunt, & sequuntur morbum, in symptomatibus habẽtur. Persequamur primo quæ retinentur, deinde pergamus ad ea quæ detruduntur. Necesse est in corpore nostro secundum naturam retineri quædam, veluti [c] cibum in ventriculo dum cõcoquatur, & in intestinis vbi iam concoctus est, dum succus per venas quæ ibi sunt attrahatur ad iecur, vbi & retineri debet, dum gignatur sanguis. Hic rursus, cum iam genitus est distribuitur per venas & arterias totius corporis, vbi retinendus est ad singulas partes alendas. In ijs quæ secundum naturam retinenda sunt, ponitur etiam semen, quod non solum retineri oportet in vasis, vnde postea in concubitu eiiciatur, sed & post concubitum in vtero, [d] vt procreetur fœtus, & tandem edatur infans. Omnia hæc, quæ retinenda esse monstrauimus, vtilia sunt sed retineri quædam etiam debent ad certum tempus, quamuis alioqnin sint inutilia & omnino detrudenda, veluti deiectio & vrina, dum arbitratu nostro opportune depellãtur. Impedimento enim essent muneribus vitæ si assidue expellerentur, atque (vt præclare [e] docuit Plato) priuarent hominem musis. Sed omissis quæ naturaliter retinentur, pergamus ad retenta contra naturam, & ad ipsa Symptomata. Inde autem initium sumemus, quod quæ cõtra naturam retinẽtur, possunt mobum exuperantia [f] dũtaxat infesta esse, quamuis toto genere vtilia sint, huiusmodi sanguis est qui singulis mensibus mulieribus expellitur. Sed plerunque retinentur contra naturam, quæ non tantum copia, sed etiam genere male hominem habent, vt deiectio, vrina, sudor. Eiusmodi retenta, quamuis causam habeant actionem læsam, vt expulsionem ablatam, vel retentionem nimis auctam, in hoc tamen tertio genere symptomatũ ponũtur, quod retenta & expulsa pręter naturam complectitur modo non sint opera naturę, nam sic nullo pacto [g] in symptomatibus haberentur, veluti cum vrina, aut deiectio retinetur, quod natura contendat per sudorem expellere quæ molesta sunt, & ad cutem vniuersa conuertatur; veluti etiam cum retinetur sanguis menstruus, siue ad fœtum [h] augendũ atq; alendum, siue ad procreationem lactis & alimentũ infantis. Verum vbi quę retinentur ad opus naturę spectãt, discernuntur ex leuatione morbi, & facilitate tolerantię [i] vbi ad symptoma, tantum abest vt ęgrotans leuetur aut facile ferat, vt magis etiam opprimatur, & grauius ægrotet. Adde alia signa, quę opus naturę patefaciunt, vt coctionem, vt diem, & quaternarium [i] præcedentẽ a quo monstratur eiusmodi retentio futura, & septenarium, in quo illa iam præsentia se ostendunt. Quæcunque enim aut cum cruditate, aut non denunciata à die indice quaternario, aut in nõ septenario retinentur, symptomata existimanda sunt. Sanguis etiam vbi retineatur ad fœtum vel infantem alendum atque augẽdum, iudicari debet naturæ opus, sed vbi nulla sit eiusmodi necessitas, iam symptoma est in retentis, quod multiplex apparere potest, cum aliquando ex toto retineatur, aliquando ex parte duntaxat, cum ex parte etiam detrudatur.

a Gal. 1. li. de dif. sym. c. 4. b Galen. 1. meth. ca. 9. c Gal. 3. de na. fac. c. 4. d Gal. 3. de na. fac. c. 3. e Plato in Timęo, & Gale. 4. de vsu p. c. 17. f Gal. li. de dif. sympt. c. 6. g Galen. 3. crif. 11. & lib. de diff. symp. c. 6. h Gal. 14. d' vsu par. 8. i Hippo. ac Gal. 2. aph. 24.

F G

De symptomatibus attinentibus in vniuersum ad ea quæ detruduntur. *Cap. IX.*



SEd iam tempus est ea persequi quæ detruduntur, ergo cum homo bene valet, vt quædam retinentur, ita etiam quædam expelluntur secundum naturam, atque hæc sunt effecta sanitatis. Sed cum homo ægrotat, [k] rursus, vt quædã retineri, ita etiam expelli quædam contra naturam solent, in quibus symptomata consistunt. Expellũtur [l] secundum naturã, quæ superant in corpore nostro, siue toto genere, siue copia dũtaxat aliena sint. Existimantur toto genere aliena, quæcunq; verti in alimentum non possunt, quemadmodum deiectio, quæ superat facta prima coctione esculentorum & poculentorum in ventriculo, tum vrina post secundam coctionem quæ fit in iecinore, & tandem sordem post tertiã quæ in partibus solidis. Alienus copia duntaxat est sanguis, qui alioquin idoneus est ad alendũ, sed adeò redundat, vt expellendus sit, id quod vsu venit nõ solum fęminis ex vtero, sed maribus etiam ex intestinis, & ex illis venis quæ in ano sanguinem fundũt (Græci [m] αἱμοῤῥοΐδας dicũt) & ex naribus. Eiusmodi expulsa cũ naturaliter sequũtur, effecta sanitatis, & naturæ opera censeri debent. Sed quæcũq; cõtra naturã depellũtur, in symptomatibus habenda sunt. Recedunt autẽ à natura, vel substantia, [n] vel accidentibus, vel vtrisque: sumamus initiũ a substãtia, quę si sit materia deiectionis, vrinę, aut sudoris, solita expelli tẽpore sanitatis, non refertur ad symptoma, nisi propter accidẽtia, quę mox subiiciemus. Sed si expellatur substãtia solita retineri vbi homo sanus est, sicuti sanguis cũ non nimis redundat, eiusmodi expulsum iam [o] symptoma est. Pręter sanguinẽ, potest alia substantia ęgrotantibus cõtra naturã expelli, & facere symptoma, quę vel solita erat retineri sanis vbi adesset, vel de integro gignitur in ipso morbo. Aderat ante morbum & retinebatur substãtia partiũ solidarũ, cutis, carn., mẽbranę, quæ ęgrotantibus interdum resoluuntur, ac detruduntur quemadmodum stratum tunicę ex intestinis,

k Gal. li. d' dif. symp. 6. l Gal. 1. de tu. val. c. 3. m Gal. li. de diff. sympt. cap. 6. n Gal. li. de diff. symp. c. 6. o Gal. ibid.

H

squamę

A squamæ [a] ex vesica, carûnculæ [b] ex renibus. Versantur etiam in corpore tempore sanitatis præter sanguinem alij succi, qui retinentur, neque expelluntur nisi paulatim cum vrina, deiectione, aut sudore admixti: ijdem ægrotantibus soli ex varijs locis erumpunt, & synceri & mixti, tũ modo multi simul, modo vnus duntaxat eijcitur. De integro gignitur substantia in ægrotantibus quæ nusquam in sanis deprehenditur, vt calculus, arena, pus, sanies, & quicquid in tabificis morbis effluit liquefactum. Quicquid ergo expellatur ægrotantibus non solitum expelli sanis, symptoma facit, quod ad substantiam refertur expulsi toto genere alienam.

a Gal. 1. li. de loc. affe. c. 1.
b Hippo. 4. aph. 76.

Consistit etiam symptoma in accidentibus eorum quæ detruduntur à naturali statu mutatis, quæcunque substantia expellatur. Comprehenduntur accidentia expulsorum sub primis illis generibus ab Aristotele [c] enarratis, sub quanto, quali, loco, tempore, sub genere item agendi & patiendi, quæ omnia si sigillatim perpendamus, comperiemus quo pacto recedere singula à naturali statu possint, & ad symptomata referri. Exordiamur à quanto: cum sanitas est, natura ita modum adhibet ijs quæ detruduntur, vt neque plura, neque pauciora sint quam conueniat, si quidem vrinæ, deiectionis, & sudoris multitudo, multitudini [d] respondet esculentorum & poculentorum, copia etiam sanguinis, quem reddi secundum naturam diximus, respondet copiæ sanguinis redundantis, ita vt nec nimis multa sit, nec nimis pauca. At ægrotantibus, B in expellendo quæ superant, sæpe non seruatur modus, cum nunc plura, nunc pauciora quam par sit, detruduntur. Metiebamur copiam eorum quæ naturaliter detruduntur, copia redundãtium, cui respondere debet: sed in ægrotantibus, vbi maior aut minor sit & contra naturam, nõ licet amplius ipsam metiri modo ingestorum, cum paulatim longo tempore ante fuerint ingesta; sed neque expectare etiam oportet, quam multa sint quæ expellantur, sed [e] qualia, & an leuetur æger, & facilè ferat, nam si purgentur [f] qualia purgare oportet, leuatio sequitur & tolerantia: contra vbi purgentur qualia non oportet non solum non leuatur æger, aut non leuiter fert, sed magis opprimitur, & deterius se habet, ita vt quantum ex quali æstimetur, & tunc symptoma censeatur, vbi non quale conuenit detruditur, nec leuatur æger, nec facile fert. Multitudini quidem expulsorum potest vtrumq; accidere, vt & symptoma sit, & naturæ opus, paucitas nunquam in ægrotante secundum naturam est; sed perpetuo in malis habetur, & symptoma iudicatur vbi paulum quid detrudatur.

c Aristo. in Prædic.
d Hippo. 2. progn. 13.
e Hippo. 1. aph. 23.
f Hippo. 1. aphor. 2. & 23.

Qualitates [g] sequuntur expulsorum, quæ variæ sunt, & varijs sensibus comprehenduntur, vt visu, olfactu, gustatu, tactu, si quidem auditui subijcitur nõ qualitas, sed sonus, qui fluit & nõ C permanet, vt in superioribus ostensum est. quanquam hic etiam in expulsis attenditur, naturaliter enim expelli sine strepitu debent, vbi cum strepitu reddantur, qualem sentimus per sternutamentum, vomitum, tussim, aut per deiectionem cum crepitu, eiusmodi symptoma in expulsis ad sonum contra naturam referendũ est. Si emisso sono, spectemus in expulsis quæ reliquis sensibus subijciuntur, hoc est qualitates, quo pacto à naturali statu mutent, & symptoma efficiant. Debet igitur color eorum quæ expelluntur respondere temperamento, ætati, sexui, generi victus, tum regioni, tempori anni, præsenti constitutioni. Est enim suus vniuscuiusque color qui ubi non seruet, prout intenditur, uel remittitur, ita expulsa magis aut minus colorata se ostendunt quã conueniat, vtrumuis accidat, cõtra naturam est, & symptoma, quod ad expulsorum genus refertur. Olfactu percipitur odor in expulsis, qui ubi secundũ naturã est, licet nõ sit suauis, non tñ sentitur ualde fœtidus: quod si male admodũ oleant quæ detrudũtur, eiusmodi symptoma ad olfactum spectat, ad quem spectat etiam ex toto carentia odoris in ijs quæ expelluntur, quod similiter symptoma est, & à cruditate proficiscitur, non secus quàm [h] fœtor à putredine. Ad gustatum pertinet sapor eorum quæ detruduntur. Hæc licet magna ex parte nõ gustentur, gustantur tamen velimus nolimus quæcunque linguam attingunt, veluti saliua, sputum, vomitus, tum sudor qui à fronte destillat in os. Omnia hæc vbi alienum saporem præseferant, symptoma faciunt, quod ad expulsorum gustatum refertur. Tactui subijciuntur & primæ D qualitates vt calor, frigus, humor, siccitas, & quę has consequuntur, vt lenitas, & acrimonia. Ergo, vbi quæ expelluntur calidiora sint quam conueniat, aut frigidiora, id quod interdum sudori accidit, aut humidiora, veluti cùm nimis fluunt, & liquida sunt, aut sicciora, veluti cum nimis dura sunt, atque hærent, eiusmodi symptoma ad tactum refertur, non secus atque vbi vel acriora, vel leniora quã soleant sentiuntur, eiusmodi enim omnes qualitates tractabiles sunt, & symptoma efficiunt, cum ægrotantibus mutantur. Præter illa quæ vno tantum sensu comprehendũtur in expulsis, attenduntur & alia, quæ sub plures cadunt, quemadmodum figura, spuma, habitus, quæ non tantum aspectui, sed tactui etiam subijciuntur.

g Gal. li. de diff. sympt. 6.
h Hippo. 2. progn. 17.

Animaduertitur figura ab Hippocrate in [i] deiectione, respondere enim debet cauo intestinorum vnde educitur, si non seruetur talis, eiusmodi symptoma in expulsorum figura tam visu quam tactu deprehendi potest. In sputo naturaliter nulla debet esse figura, cum liquidum sit, & quæ talia sunt figurentur à continente, quod si rotundum appareat sputum contra naturam est, & symptoma ad expulsorum figuram attinens. Sub figura comprehẽdi aliquo pacto spuma potest, & debent quæ expelluntur carere spuma secundum naturam, aliquando tamen ob agitationem, aut feruorem admiscetur aer cum humore, quo fit, vt quæ expelluntur bullas excitent, & spumantia se ostendant. Subijcitur spuma tactui simul & aspectui.

i Hippoc. 2. præsag. 16.

a Hippo. 2. progn. 14. & 16.

Habitus [a] expulsorum naturaliter moderationem quandam crassitudinis & tenuitatis desideE tat, vbi aut tenuiora, & nimis liquida, aut crassiora, & nimis cõcreta expellantur, eiusmodi habitus contra naturam symptoma facit, & non solum cerni, sed etiam tangi potest.

Locus etiam attenditur in ijs quæ expelluntur, hic vbi detruduntur quæ secundum naturam superant, certus est. Detruditur vrina ex ceruice vesicæ, deiectio ex intestinis, sudor ex cute, sanguis menstruus ex vtero, quædam etiam ex ore, naribus, auribus, oculis detruduntur naturaliter. Sed vbi morbus est, non sufficiunt hi loci sæpenumero humoribus expurgandis: nouos enim aditus natura moliri sæpius cogitur, id quod conspicuum est in abscessibus & fistulis. Ergo vbi quæ expelluntur, alia via expellantur quam secundum naturam soleant, siue illa via ob morbi vim patefacta sit, quæ prius nullo modo patere solebat, siue patebat ante, sed ad alium vsum accommodata, vt gulæ canalis ad cibum, & non ad vomitum, symptoma fit in expulsis, quod ad locum refertur.

Gal. li. 1. de nat. fac.

Tempus etiam animaduertitur in ijs quæ expelluntur, natura enim primò concoquit, deinde fruitur ijs quæ vtilia sunt, & detrudit quæ inutilia, ita vt tempus idoneũ expellendi sit post concoctionem, quæ tardius vel citius detruduntur, symptoma faciunt quod ad tempus expulsionis refertur. Probat Hippocrates [b] deiectionem quæ consueto tempore redditur, quod quidem post coctionem est. Natura [c] etiam cum in ægrotantibus expellit quæ superant, non quibuslibet diebus, sed certis, quos crisimos vocãt, id molitur: quæ extra hos dies expelluntur, nõ sunt opus naturæ, sed symptoma, quod similiter ad tempus refertur. F

b Hipp. 2. prog. 15. c Hipp. lib. 2. aph. tex. 24. Gale. 1. de dieb. decr. c. 7.

Ad genus agendi & patiendi spectat modus expulsionis: quædam enim secũdum naturam expelluntur a nobis, quum libet, vt vrina, & deiectio cum sani sumus: eadem expelluntur aliquando præter voluntatem, & symptoma faciunt, quemadmodum etiam lachrymæ, cum præter voluntatem [d] fluunt: quanquam hoc symptoma ad expulsionem deprauatã pertinere videtur, magis quam ad expulsa. Hactenus in vniuersum de symptomatibus ad expulsa attinentibus. Accedamus nunc ad vnumquodque seorsum exponendum, & primo ad deiectionem.

d Hippo. 1. progn. 10.

De symptomatibus ad deiectionem attinentibus. Cap. X.

CIbus cum primum confectus est in ventriculo descendit ad intestina, vbi quod ex eo liquidũ est à venis attrahitur ad iecur, reliquiæ depelluntur ab inferiori parte alui, & quod deorsum eiiciantur, deiectiones a Latinis dicuntur. Has secũdum naturam docet [e] Hippocrates reddi molles, figuratas, consueto tempore, & respondentes G modo eorum quæ ingesta fuerint. Horum cum aliquid deest ijs quæ deiiciuntur, contra naturam sunt, & symptoma pertinens ad expulsa. Ne quę vero prætereat mutatio, quæ antea animaduertimus in expulsis in vniuersum, substantiam & accidentia, nunc in deiectionibus sigillatim perpendemus. Ergo quod attinet ad substantiam, quicquid præter cibi reliquias crassiores deiicitur, est substantia contra naturã, siue illa prius adfuerit homini sano, sed retineretur, siue postea genita fuerit cum ægrotat. Cum homo sanus est, integra seruatur interna intestinorum tunica, cuius frusta deiici sæpe [f] videmus, cum torminibus vexatur, sicuti & caruncul as, & adipem, quæ retineri solebant. Deiicitur interdum sanguis, cuius substantia similiter sanis retinetur neque expellitur, nisi vbi nimis redũdat, id quod accidit, cum propter membrum abscissum superuenit affectus ille quem [g] Hippocrates cruentam dysenteriam vocat. Ægrotantibus autem deiicitur sanguis aliquando ob vim morbi, quod symptoma efficit expulsis, aliquando ob vim naturæ expellentis quæ molesta sunt, quod non in symptomatibus sed in operibus naturæ ponitur. Alij etiam succi præter sanguinem retinentur sanis, neque seorsum expelluntur, sed mixti duntaxat, cum materia deiectionis aut vrinæ paulatim detrudũtur. Iidem, cum morbus est, & magis redundant, & vbi etiam modo pares sint, magis lædunt vim retinentem, ita vt etiam separati a materia deiectionis, aut vrinæ detrudantur, siue sinceri, siue inter se mixti, & siue vnus tantum, siue plures simul deiiciãtur. Eiusmodi deiectio symptoma est, [h] nisi sit opus H naturæ tempestiuè depellentis quæ molesta sunt. Verum sequitur tunc leuatio morbi, & facilitas tolerantiæ, vt ante de expulsis in vniuersum tradidimus. At deiiciunt sæpe etiam ægrotantes substantiam quę prius non aderat, sed per morbum cõtracta est, eiusmodi sunt pus, sanies, liquor ex partibus tabescentibus, lumbrici, [i] quę deiectio similiter contra naturam est, & ad symptomata in substantia expulsorum refertur.

e Hipp. 2. progn. 13.

f Hippo. & Gal. 4. aph. tex. cõ. 26. & 4. de loc. aff. c. 5.

g Hip 4. li. ar. tex. 40. & Ga. 3. de caus. symp. c. 2.

h Gal. li. de diff. sympt. c. 6.

i Hipp. 2. progn.

Accidentia eadem quę in expulsis in vniuersum à naturali statu mutari possunt, mutantur etiam in deiectione, & faciunt symptoma. Spectabimus primo quanta sunt quę deiiciuntur, debent enim secundum naturam respondere modo esculentorum, [k] quę plura vel pauciora sunt, contra naturam sunt & symptoma, nisi sint opus naturę. Id quod euenit, vbi plura deiiciãtur, & qualia oportet: nam sequitur tunc similiter leuatio morbi, & facilis tolerantia: quod cõtra se habet, vbi deiectionis multitudo symptoma sit. Paucitas deiectionis cum morbo nunquam censetur naturę opus. Attendi etiam debet in deiectione qualitas multiplex, vt in aliis expulsis: hęc vbi à naturali recedat symptoma est, sed cũ multiplex sit, sub varios sensus cadit,

k Hippo 2. progn. 13.

quædam

quædam sub vnum tantum, quædam sub plures. Sub sensum auditus (vt ante monstrauimus) A cadit sonus, qui cum non permaneat, non est qualitas: debet deiectio secundum naturam reddi citra [a] sonum, quæ cum sono exit contra naturam est, & symptoma. Quæ subijciuntur (aliis sensibus excepto auditu) in deiectionibus animaduersa, qualitates sunt, subiiciuntur enim visui color, qui debet in deiectione secundum naturam esse [b] ruffus ob flauam bilem quæ assiduè à iecinore ad intestina detruditur, & cum ea miscetur. Vbi autem deiectio non sit talis, aut retinet colorem esculentorum, aut nimis colorata est, ita vt flaua, viridis, liuida, nigra, aut alterius coloris [c] alieni conspiciatur, vtrum vis accidat, contra naturam est, & symptoma. Odor deiectionis secundum naturam insuauis est, non tamen adeo, vt intolerabili fœditate assidentes longe depellat. Quamobrem [d] vbi valde fœtida sit, neque id ab esculentorum fœtore proficiscatur, contra naturam est, & symptoma, sicut etiam, vbi quod deiicitur omnino expers odoris est. Tactu percipiuntur & primæ qualitates, & quæ has consequuntur. Sentitur deiectio sæpenumero calidior, interdum tamen frigidior, id quod Galeno euenit, qui cũ colico dolore torqueretur, [e] iniecto in aluum ex inferiori parte oleo ruta condito pituitam deiecit tactu frigidam. Deiiciuntur sæpe humidiora, aliquando etiam sicca, interdum acriora, inter- B dum nimis lenia & morsus omnino expertia, quæ tractabiles qualitates vbi mutentur a naturali statu, symptoma in expulsis efficiunt. Mutantur quædam in deiectione, quæ pluribus sensibus simul percipi possunt, veluti cum non retinetur figura, quod deiectio liquida sit, huiusmodi est etiam habitus cum nimis coacta, aut nimis liquida deiectio est, præterea [f] cum spumans apparet: omnis enim talis mutatio, & sub tactum, & sub aspectum cadit. Locus vnde secundum naturam deiectio redditur, est imum recti intestini, quod si aut vomitu reddatur, vt in pernicioso illo vitio quod Græcè vocatur [g] εἰλεός, aut ex vulnere abdominis, contra naturam est, & symptoma. Tempus secundum naturam consuetum, quod Hippocrates probat, [h] post coctionem est, si vel anteuertat, vel diutius moretur, contra naturam est. Ad tempus referri etiã potest dies, nam in ægrotante secundum naturam, vbi succi superantes depellantur, debent expelli [i] die crisimo, quæ alio die expelluntur, contra naturam sunt, & symptoma efficiunt. Postremo attendi in deiectione debet modus, qui sub genere agendi, vel patiendi ponitur, secundum naturam licet deiectionem retinere, id quod in potestate nostra est, vt expellamus, cum commodum est, si inuitis nobis deiectio effluat, contra naturam est & symptoma. Sed satis de deiectione, pergamus ad symptomata in vrina,

a Hippo. 2. prog. 24.
b Galen. 2. progn. 17.
c Hippo. 2. progn. 20. ad 23.
d Hippo. 2. progn. 22.
e Gal. li. 2. de loc. aff. c. 5.
f Hippo 2. progn. 20.
g Gal 6. de loc. aff. c. 2.
h Hippo. 2. progn. 25.
i Galen. 3. cris. c. 3.

C

De Symptomatibus in vrina. Cap. XI.

QVemadmodum deiectioni materiam præbent reliquiæ cibi crassioris ad intestina descendentes, ita vrinæ, reliquiæ potionis, & cibi humidioris, quæ tanquam inutiles ad alendum à [k] renibus attractæ ad vesicã delabuntur. Cõstat autem vrina primũ tenui humore, quẽ præbẽt eiusmodi reliquiæ, deinde alia materia crassiore, quę cũ ipso depellitur, & expulsa in eodẽ subsidet: sed tam in humore tenui, quã eiusmodi materia attẽdere & substantiam oportet, & accidentia perinde atque in aliis expulsis. Exordiamur ab humore tenui. Hic in venis [l] vna cum sanguine, & vtraque bile, ac pituita continetur, veluti serum in lacte. Quamobrem cernitur innatans in sanguine, cum missus ex venis aliquandiu in vase aliquo resederit. Inest hic poculentis & esculentis humidioribus, neque gignitur in ventriculo, vt pituita, neque in iecinore, vt sanguis & vtraque bilis. Est autem pars aquosa ac tenuis eorum quæ ingeruntur, quæ nullo modo verti in succum, aut alimentum potest, atque idcircò expellitur, non tamen inutilis est dum continetur in corpore nostro. Diluit [m] enim primum in D ventriculo crassiorem cibum ita vt facile concoquatur: diluit [n] deinde succum qui ex cibo cõfecto in ventriculo attrahitur per venas ad iecur, efficitque vt facilius penetret; diluit postremo sanguinem ipsum qui dilutus non solum ex angustis venulis iecinoris ad cauam venam facilè fertur, sed per exiles etiam venulas [o] totius corporis distribuitur, quos omnes vsus, vbi attulit, tandem efficitur vrina, & ad uesicam fertur. In totidem [p] autem species separatur, quot sunt species succorum, cum non modo sanguis, sed etiam pituita, & utraque bilis aliquid eiusmodi aquosi humoris in se contineãt, atque idcirco cum redditur, modo huius succi, modo illius mixturam præsefert, neque enim ex toto aquosus ac tenuis secundum naturam detruditur, sed cum aliqua portione huius uel illius succi mixtus: atque hæc est naturalis substantia tenuis humoris quo urina cõtinetur, quæ tunc contra naturã efficitur & symptoma, cum plusquam sanis conueniat succorum secum trahit aquosus, ac tenuis humor.

k Gal. 4. de vsu par. c. 6
l Gal 1. de tu. val 12.
m Gal. 4. de vsu par. c. 5 & c. 6.
n Gal. 1. de tu. ual 12.
o Gal. 4. de tu. ual. c. 4.
p Galen. 1. cris. 12.

Præter substantiam attenduntur in aquoso humore accidentia. Spectamus enim quam multus reddatur & qualis, tum quo loco, quo tempore, quo modo. Debet igitur secundum naturam aquosi humoris copia respõdere copiæ eorũ quæ sumũtur, præcipue aũt potionis, vbi maior aut minor eius copia reddatur, contra naturã est, & symptoma, quanquam multitudo interdũ est opus naturæ educentis hac uia quæ superant & molesta sunt. Sed sequitur tunc leuatio morbi & facilitas tolerantię. Cum symptoma est, tãtum abest ut leuetur morbus, aut ęger

facile ferat vrinæ multitudinem, vt etiam deterior fiat,& magis opprimatur. Qualitas aquoſi humoris multiplex eſt, alia ſub vnum ſenſum, alia ſub plures cadit. Aſpectui ſubijcitur color, dum fit coctio, redditur vrina pallida: vbi iam perfecta [a] eſt, redditur ruffa, ſubruffa, qui ab hoc recedit color contra naturam eſt,& ſymptoma; recedit autem vbi remittitur, aut intenditur, remittitur cum ex rufo fit pallidus, aut ex pallido albus. Intenditur, cum fit flauus, viridis, liuidus, niger, aut ruber. Hi colores (vbi non proficiſcantur à ſuccis, qui à natura contendente depellere quæ moleſta ſunt, cum vrina detrudantur) ſymptoma efficiunt, neque enim ſequitur tunc leuatio morbi, aut facilitas tolerantiæ. Odor vrinæ talis ſecundum naturam eſt, qualem ſentimus cum redditur ab homine ſano: quæ vel nihil penitus, vel male [b] olet, contra naturam eſt,& ſymptoma, cum hæc putredinem, illa cruditatem ſequatur. Guſtatu nulla percipitur qualitas in vrina, [c] magis enim fœda eſt quam vt guſtari debeat. Qualitates quæ ad tactum pertinent, aut primæ ſunt, vt calor & frigus, aut ſequuntur primas, vt lenitas & acrimonia: vbi vrina aut calidior, aut frididior, aut acrior, aut lenior ſentiatur quam ſecundum naturam ſoleat, ſymptoma eſt. Ex ijs quæ ſub plures ſenſus cadunt, figura nulla attenditur in humore aquoſo, cum figuretur à continente: habitus autem mediocris [d] in eo eſſe debet, quamobrem vbi tenuior, aut craſſior,& tactui,& aſpectui videatur, ſymptoma eſt, niſi ſit opus naturę depellentis quæ redundant & moleſta ſunt. Sub aſpectum & tactum ſimul cadit etiam ſpuma, qua carere vrina ſecundum naturam debet, vbi ſpumans ſit,& bullas excitet, ſymptoma eſt. Locus per quem expellitur vrina, maribus eſt coles, fœminis genitale ſecundum naturã: ſi aliũde expellitur, quemadmodum cum ceruice veſicæ vlcerata effluit ex ea regione quæ inter anũ eſt & partes genitales, contra naturam eſt,& ſymptoma. Tempus, quo ſecundum naturam expelli debet eiuſmodi humor aquoſus, eſt poſtquam attulit vſus ſuperius expoſitos: quod ſi ſtatim expellatur, quemadmodum ſolet in eo affectu quem [e] *diabeten* græci dicunt, contra naturam eſt & ſymptoma. Modus expellendi, ad genus agendi, & patiendi pertinet, expulſio vrinæ ſecundum naturam eſt in voluntate noſtra, vbi ſine voluntate prorumpat, contra naturam eſt & ſymptoma. Habes de humore tenui, cognoſce de ijs quæ cum eo educuntur, & in vrina ſubſident.

Subſidentium in vrina ſubſtantiam, & accidentia ſpectare ſimiliter oportet. Cernimus igitur ſecundum naturam in vitro vbi vrina aliquandiu reſederit, ſubſtantiam quandam craſſiorem in aquoſo humore ſubſidentem, quaſi nubem in aere. Subſtantia hæc, quamuis aliquo pacto mutetur,& alba fiat a partibus [f] ſolidis, adhuc tamen [g] cruda manet magis quam pituita, ita vt nequeat in ſanguinem atque alimentum conuerti, quamobrem depellitur à natura ex venis vna cum aquoſo humore. Huiuſmodi igitur eſt ſubſidẽtium ſubſtantia ſecundum naturam: ſed contra naturam eſt & ſyptoma, vbi vel nulla omnino ſubſidat in [h] aquoſo humore, vel diuerſa ab ea quam ennarrauimus. Si nulla appareat, aut prorſus non adeſt, queãdmodũ vbi vrina valde cruda eſt, aut ſi adeſt, adeo permiſta eſt, vt non diſtinguatur ab humore aquoſo, quod euenit, vbi vrina turbida eſt. Apparet ſæpe alia ſubſtantia,& non cruda illa quam diximus. Apparet autem, vel omnino diuerſa, vel aliquo pacto ſimilis, nam pituita cruda, pus, [i] materia veluti aranearum [k] tela coacta, aliquo pacto ſimilis eſt eiuſmodi ſubſtantiæ crudæ, ſed omnino diſſimilis eſt ſubſtantia illa quæ refert [l] furfurem, ſquamas, farinam craſſiorem, pilos, [m] carunculas, arenam, calculos, aut aliquod aliud prorſus alienum & contra naturam.

Accidentium in ijs quæ in vrina ſubſident, hæc ratio eſt, copia reſpondere debet copiæ cruditatis ſecundum naturam, quamobrem maior [n] eſſe debet, quibus magis cruditas redundat, veluti pueris, atque illis qui multos, duros, & coctu difficiles cibos ſumunt, & non multò poſt balneo vtuntur, aut vehementer exercentur, præterea pituitoſis. Bilioſis vero, vt minus [o] redundant eiuſmodi ſubſtantia cruda, ita minus ſubſidere in vrina debet. Quod ſi minor copia quam ſecundum naturã conuenit, ſubſidat, contra naturam eſt, & ſymptoma. Qualitas ſubſidentium varia eſt,& ſub diuerſos ſenſus cadit, proprie autem ſub aſpectum color qui ſecundũ naturam [p] eſt albus, vbi vero flauus, ruber, [q] liuidus, ater, olei ſimilis, aut alterius coloris conſpiciatur, contra naturam eſt, & ſymptoma, Sub olfactum cadit odor, qui nullus exhalat ab eiuſmodi materia cruda ſecundum naturam, quamobrem vbi fœtida ſentiatur præter naturã [r] eſt,& ſymptoma. Pluribus ſenſibus ſimul ſubijcitur figura, quæ vbi planam, & æqualem ſuperficiem repræſentet, ſecundum naturam eſt, alioquin contra naturam,& ſymptoma. Habitus ſimiliter pluribus ſenſibus ſubiicitur, vt aſpectui, & tactui: debet autem eſſe mediocris: [s] vbi craſſior aut tenuior fuerit, contra naturam eſt,& ſymptoma. Situs reſtat ex accidentibus: in vrina ſecundum naturam, [t] ſubſtantia hæc cruda innatans ſubſidere in fundo debet, ubi uel in medio, uel in ſummo innatet, contra naturam eſt,& ſymptoma. Hactenus de urina, pergamus ad ſudorem.

a Gal. ibid
b Hipp. 2. prog. 32.
c Auic. lib. 1. f. 2 doct. 3. cap. 1.
d Gal. 1. de criſ. 12, & Auic. lib. 1. f. 2. doct. 3. cap. 3.
e Gal. 1. criſ. 12. & li. de diſ. ſympt. cap. 6.
f Galen. 1. prog. commento vlt.
g Gal. 1. de criſ. 12.
h Hipp. 2. prog. 34.
i Hipp. 4. aphor. 81.
k Hipp. 2. progn. 35.
l Hipp. 2. prog. 28.
m Hipp. 4. aphor. 76.
n Gal. 1. criſ. 12.
o Gal. ibid
p Hipp. 2. prog. 26.
q Hippo. 2. prog. 33. & Gal. 1. criſ. 12.
r Gal. 1. criſ. 11. & 2. pro. 32.
s Galen. 1. progn. vlt.
t Hipp. 2. progn. 26. & 36.

A

De symptomatibus ad sudorem pertinentibus. Cap. XII.

SVdor quoque ex genere expulsorum est, sed interdum contra naturam & symptoma, interdum secundum naturam, licet Diocles [a] voluerit nunquam naturaliter ipsum expelli, & sanis vbi moderato victu vtutur, negauerit sudorem apparere, quod discutiatur materia quæ superat in partibus externis, & abeat in vapores, atq. hoc pacto exhalans sensum lateat, & non vertatur in sudorem. Verum si rem magis [b] sensu quam ratione æstimemus, iudicabimus secundum naturam sanis quoque qui moderate viuunt, effluere interdum sudorem. Statuamus igitur ipsum naturalẽ esse, perinde atque vrinam, & deiectionem, vbi tam substantia, quam accidentia secundum naturam in eo se ostendant, vbi vero mutentur ægrotantibus contra naturam esse, & symptoma. Secundum naturam [c] substantia sudoris eadem est quæ vrinæ, aquosus videlicet ac tenuis humor, & proprie ea pars ipsius quæ per exiles venulas cum sanguine fertur ad alendas partes externas, neque enim ex superficie attrahitur amplius à renibus, neque ad vesicam descendit, sed ex cutis exiguis foraminibus [d] emanat. At vbi sudore non aquosus ac tenuis humor, sed altera substantia educatur, potest esse & opus naturæ, & symptoma: tunc autem est opus naturæ, vbi quæ superant, & molesta sunt, ea via detruduntur, sequiturque leuatio morbi, & facilitas tolerantiæ. Sed cum [e] contrarium accidit, sudor symptoma est, proficisciturque à vi morbi exitus eiusmodi substantiæ alie- **B** næ, veluti cum sub tabifico morbo tabescentibus partibus nostri corporis liquor sudore detruditur.

a Galen. 1. apho com. 15. & li. de diff sympt. c. 6.
b Gal. ibid.
c Ga. 1. lib. de iuen. va. 12.
d Gal. ibid.
e Gal. li. de diff sympt. cap. 6.

Accidentium sudoris hæc ratio est, respondet secundum naturam multitudo sudoris multitudini aquosi humoris superantis in partibus externis. Vbi autem videatur multitudo modum exuperare, potest & opus naturæ censeri, & symptoma. Cẽsebitur opus naturæ, cum ea via detrudentur quæ superant, & infesta sunt, atque æger facilè cum leuatione morbi eiusmodi multitudinem feret, sed tunc censebitur symptoma, cum [f] retinente vi labefactata non poterunt cõtineri quæ vtilia sunt. Paucitas vero sudoris nunquam secundum naturam est in ægrotante, sed perpetuo symptoma, siue ex toto corpore fluat, siue ex partibus superioribus [g] duntaxat. Qualitas sudoris, visu, olfactu, gustatu, aut tactu percipitur, aut etiam pluribus sensibus simul. Visui subijcitur color, hic secundum naturam respondet colori aquosi humoris. At aquosus humor (vt ante scripsimus [h] qua de vrina) inficitur aliquo pacto colore succi superantis, & ita alius cernitur in alijs pro succo superante. Verum vbi vltra mediocritatem homini sano conuenientem redundet, & succus aliquis, vltra mediocritatem quoque coloratur aquosus humor, & coloratus apparet sudor, id quod in symptomatibus habendum erit, vbi non sit opus naturæ ex- **C** pellentis ea via quæ molesta sunt. Odor sudoris secundum naturã non debet esse malus, quamobrem vbi fœtidus sit à putredine proficiscitur, & symptoma est. Sapor sudoris, in viris etiam ægrotantibus percipitur, cum à fronte [i] in os delabitur, quod si valde amarus, valde salsus, aut valde acris gustetur contra naturam est, & in symptomatibus habetur. Sub tactum cadit calor & frigus. Naturaliter sudor redditur [k] calidus, vbi reddatur frigidus contra naturam est, & symptoma. Pluribus sensibus subijcitur habitus sudoris, quem secundum naturam necesse est esse tenuem, nam non posset euadere ex paruis foraminibus cutis si non esset tenuis. Cœterum tenuitas latius patet, ita vt possit sudor, magis & minus tenuis reddi quam conueniat. Vtrumuis accidat contra naturam iudicari potest & symptoma. Locus vnde emanat sudor secundum naturam, est cutis totius corporis. vbi emanet ex partibus superioribus [l] duntaxat præsertim de capite & ceruicibus, contra naturam est, & symptoma. Tempus quo ægrotantibus sudor expellitur, secundum naturam est, cum materia aut iam concocta est, aut euidenter concoquitur, si cum cruditate expellatur, contra naturam est, & symptoma, sicuti vbi expellitur in die [m] non crisimo, ille enim qui est opus naturæ, die aliquo crisimo emanat. Sed linquamus sudorem, & videamus vomitum.

f Galen. 1. cris. c. 12.
g Hippo. & Ga. 1. prog. 26.
h Supra ca. 11.
i Gal. 4. de iu. val. 4.
k Hippoc. 1. progo. 26.
l Gal. ibid.
m Hip. ibi.

D

De Vomitu. Cap. XIII.

REuocari in dubium potest sit ne vomitus perpetuo symptoma, an aliquando naturæ opus, quemadmodum deiectio, sudor, vrina, si quidem natura bene valentibus, quę superant videtur alia via magis quam vomitu detrudere. Verum si diligenter rem intueamur, iudicabimus aliquando etiam euomi à [n] natura quæ molesta sunt, & sequi leuationem morbi, ac facilitatem tolerantiæ, ita vt vomitus, tunc eatenus cẽsendus sit symptoma, quatenus natura [o] mouetur à causa aliena, eatenus vero opus naturæ, quatenus ipsa ad expellendum excitatur. Tunc autem omnino symptoma, & nullo pacto naturæ opus existimari vomitus debet, cum retinens facultas adeo imbecilla est, vt nequeat quæ vtilia sunt complecti, vel quæ aliena tamdiu continere dum concoquantur. Tunc & magis in symptomatibus habendus est vomitus, cum tam substantia, quam accidentia eorum quæ eromuntur magis à natura recedunt, & minor inde sequitur conferentia, & tolerantia, nam quo magis secundum na-

n Hippo. & Gal. primo aphor. 2.
o Gal. 2. de caus. symp. cap. 1.

turam

turam sunt,eo magis æstimari debent naturæ opus,& facilius tunc fertur.Substantia, quæ euo E
mitur,aut est cibus,& potio,aut succus.Quod si euomatur cibus & potio, vitio facultatis reti-
nentis debilitatæ,symptoma est,sed si esculenta,& poculenta multitudine, vel prauitate, vim
expellentem excitent ad vomitum, æstimabitur eatenus opus naturæ, quatenus à natura mo-
uetur.Sed eatenus symptoma,quatenus natura irritatur à causa aliena.Eadem ratio est succo
rum,qui si euomantur ob vim retinentem debilem,pertinent omnino ad symptoma,si ob vim
expellentem validam,quæ detrudat molesta,habebitur partim in operibus naturæ,cum à na-
tura moueatur,partim in symptomatibus, quod causa irritans sit contra naturam. Sed tanto
magis contra naturam censebitur vomitus,quanto substantia succi deterior erit. Sanguis qui-
dē & pituita,mitis est,deterior est flaua bilis & humor melācholicus, deterrima bilis atra: [a]
succi qui non synceri sunt,sed misti cum [b] alijs mitiores sunt,& minus à natura recedunt.

Inspicere in vomitu accidentia quoque oportet, & primo quā multa sunt quæ euomuntur:
nimis multa [c] conuellunt vires, sed pauca nihil proficiunt.Ex qualitatibus, sub aspectum ca-
dit color,qui respondet colori succorum vomitu eiectorum, & ita eos repræsentat,& mitis aut
prauus est pro vt illi sunt.Vomitus ater, [d] perniciosus censetur propter atrā bilem quæ euo-
mitur.Odor vomitus,vbi [e] fœtidus sit,maxime perniciosus est,veluti cum olet stercus,quem- F
admodum in eo affectu quem Græci εἰλεὸν vocant. Sapor, vbi euomitur cibus nondum confe-
ctus,non est contra naturam,cum ille idem sit quem cibus præ se fert;at vbi euomantur succi,
respondet sapori ipsorum,qui si plurimum a natura recedant,veluti pituita salsa,aut bilis vsta,
gustatum salsedine,aut acrimonia mouebunt. Hi sapores contra naturam sunt,perinde atque
succi in quibus insunt.Tactu percipitur calor in vomitu,qui interdum à naturali mediocrita-
te recedit,veluti cum euomitur bilis valde acris : percipitur & frigus, interdum enim pituita
quæ vomitur,frigidior sentitur quam conueniat.Sub plures sensus cadit,vt [f] sub aspectum &
tactum,habitus,qui debet esse mediocris,non tenuis, non crassus : quanto autem magis à me-
diocritate recedit, tanto magis contra naturam est.Inter accidentia spectare quoque tempus
oportet;quæ tempestiue euomuntur,hoc est post coctionem, opus naturæ censentur : quæ in-
tempestiue,hoc est adhuc cruda euomuntur,omnino contra naturam sunt, & symptoma. Sed
satis de vomitu,pergamus ad sputum.

a Hipp. 4. aphor. 22.
b Hippo. 2. progn. 38.
c Gal. ibid.
d Hipp. 2. progn. 39.
e Hipp. 2. prog. 41
f Hipp. 2. prog. 38

De sputo. Cap. XIIII.

SAnis vt non accidit vomitus, ita neque sputum. Redditur quidem saliua ore, cum G
sanitas est,quæ tamē non est vere sputum,siquidem hoc ex thorace,pulmone,aspe-
ra arteria,cum tussi educitur,& vbi coctum est,vocatur græce [g] πτύελον, vbi crudū
πτύσμα: qui sani sunt,vt non tussiunt, ita non expuunt, quamobrem tam tussis quam
sputum contra naturam videtur, & symptoma, quatenus non accidit sanis, sed sequitur cau-
sam alienam,quamuis possit vtrumque, & opus naturæ censeri, quatenus ea via detruditur à
natura quod molestum est. Sed quemadmodum in vomitu, ita in sputo spectare substantiam
& accidentia conuenit eorum quæ redduntur, quanto enim minus à natura recedent, tanto
magis æstimabuntur naturæ opus.Quod expuitur,aut substantia concreta est,aut humor:sub-
stantia concreta,veluti frustum [h] partis alicuius solidæ,quæmadmodum tunicæ,vel cartilagi
nis,maxime contra naturam est,cum debeat omnino retineri. Humor qui expuitur [i] aut pus
est,aut aliquis ex quatuor succis:pus vbi coctum sit,magis secundum naturam est, sed vbi cru
dum ac tenue, veluti sanies, maxime contra naturam. Ex succis, mitissimus est sanguis, mitis
etiam pituita,deterior flaua bilis,deterrima quæ atra est;quicunque autem extussiatur, dete-
rior [k] est syncerus & crudus,quam mistus,& concoctus.

Sed omissa substantia sputi,transeamus ad accidentia:debet eius multitudo respōdere mul
titudini eorum quæ in thorace,pulmone,aspera arteria redundant. Vbi nimis multum [l] est, H
contra naturam est,& vires conuellit,quod potissimum vsu venit, vbi spuitur sanguis:vbi pau
cum sit,nihil proficit:vbi minimum,iam strangulatur homo, ita vt maxime cōtra naturam sit.
Ex qualitatibus,color sputi refert colorem [m] succi qui extussitur,ita vt eiusmodi qualitas sub
stantiam monstret,& eatenus à natura recedat,quatenus recedit substantia succi, quam ante
narrauimus.Odor sputi tunc maxime contra naturam est, cum fętidus est. [n] Sapor, saporem
refert succi qui spuitur,quod si alienus sit, quemadmodum salsus, monstrat substantiam succi
alienam,& contra naturam.Figura in sputo nulla esse debet secundum naturam, cum liquidū
sit,si rotundum conspiciatur, vt recedit a liquido, ita à naturali statu. Habitus in sputo debet
esse mediocris,quod [o] valde crassum,aut valde tenue spuitur,contra naturam est.Debet item
sputū carere [p] spuma quod spuma contra naturā est.Tēporis hæc ratio est,quanto celerius [q]
redditur sputum,tanto mitior est affectus,& tanto minus a natura recedit,præsertim si cum fa
cilitate reddatur, nam qui cum difficultate,contra naturam est,& symptoma. In vniuersum
autem censebitur opus naturæ,cum sequatur morbi leuatio,& facilitas tolerantiæ.

g Galen. 1. cris. 5. & 10 li. simpliciū
h Gal. 1. de loc. aff. c. 1. & meth. c. 12.
i Ga. 1. cris. cap. 5
k Hippo. 2. prog. 46.
l Hippoc. 2. progn. 48.
m Gal. 5. de loc. aff 3.
n Hipp. 5. aphor. 11.
o Ga. 1 cris. cap 5.
p Hipp. 2. prog. 47.
q Hip. 1. aphor. 12. & Gal. 1. cris. c. 5. & Hip. 2. prog. 43.

A

De fluxu sanguinis. *Cap.* XV.



SAnguis alimentum est partium nostri corporis,& idcirco retinendus est: vndecunq; autem fundatur, videtur esse contra [a] naturam & omnino symptoma. Quod tamen non perpetuum est, cum sæpe sit opus [b] naturæ expellentis eum, qui superat, siue naturaliter redundet, vt menstruus,& qui effluit à partu, siue contra naturam, vt ille, qui contrahitur propter cibum ac potum liberalius sumptum, propter exercitationem omissam, propter membrum aliquod abscissum. Sed maxima ex parte fluxus sanguinis habendus est in symptomatibus; nam non consequitur leuatio morbi aut facilitas tolerantiæ, sicuti cum est opus naturæ. Sed æstimare substantiam quoque & accidentia oporter in fluxu sanguinis,& inde colligere, quando æstimandum sit naturæ opus, & quando symptoma. Substantia sanguinis, quæ naturaliter redundans [c] ex vtero detruditur, siue menstrua spectes, siue purgationem à partu, non æque bona est, atque ea quæ ad alendum retinetur. At si non modo non sit bona, sed praua omnino appareat contra naturam iudicabitur,& symptoma. Eadem ratio est illius sanguinis, qui ex venis ani (quas [d] græci αἱμοῤῥοΐδας vocāt) funditur. Solet enim
B subniger effluere, vbi niger fit ac deterior, similiter symptoma censebitur ob prauitatem. Ille etiam qui [e] ob membrum præcisum, ob exercitationem omissam, ob cibum & potum liberalius sumptum, bonus effluere solet, si prauus educatur symptoma censebitur. Sed præter dictum sanguinem, qui naturaliter quibusdam redundat,& expellitur, ægrotantibus etiam contra naturam aliquando redundat,& expellitur, id quod vel omnino symptoma est, vel partim symptoma partim naturæ opus. Est omnino symptoma cum vi morbi educitur, siue bonus quemadmodum vulneratis solet, siue prauus, quemadmodum febricitantibus, aut inflammatione detentis, cum retinens facultas ob imbecillitatem, vel retinere omnino vtilem, vel inutilem dum concoquatur, non potest. Existimabitur autem partim opus naturæ, ille [f] qui ob vim expultricem validam detrudetur, cum detrudatur à natura, quæ à causa contra naturam vt à multitudine vel prauitate sanguinis mouetur.

Accidentia verò in fluxu sanguinis, quanto magis à natura recedunt, tanto magis monstrāt ipsum etiam symptoma. Copia respondere debet sanguini redundanti, vbi maior fit, vires conuellit, vbi minor, nihil proficit, vbi [g] minima, perniciosa censetur. Qualitas sanguinis, vbi ex toto secundum naturam sit, veluti color, odor, sapor (gustatur enim cum effluit ex ore) color non
C semper opus naturæ existimari debet, cum possit esse symptoma vulneris. Sed neque vbi qualitas sanguinis praua est omnino symptoma est, cum possit etiam esse opus naturæ detrudentis quod prauum est, erit tamen catenus symptoma, quatenus prauus,& contra naturam est sanguis qui detruditur. Huiusmodi sæpe est ille qui ex vtero funditur, nam [h] albus, flauus, ater, aut alterius alieni coloris percipitur, interdum etiam fœtidus est, præterea nimis tenuis, & aquosus, aut nimis crassus, quo nomine in symptomatibus ponitur, quanquam cum eiusmodi qualitate mutatur etiam substantia sanguinis, quam diximus. Locus vnde naturaliter fluit sanguis, vterus est, quilibet alius contra naturam est, nam siue ex naribus, siue ex ore, siue ex recto intestino, siue ex venis ani, siue ex quauis alia parte vulnerata profluat, symptoma est propter locum contra naturam, quamuis possit etiam esse opus naturæ. Tempus expellendi sanguinem sanis quidem est cum redundat, ita vt non possit amplius à facultate retinente quamuis valida contineri: ægrotātibus vero post coctionem: quod si aut præuertat, aut tardius detrudatur, symptoma iudicabitur. Hactenus de symptomatibus, quæ hoc tertio libro amplexi speciatim omnia sumus, nam in secundo egimus de causis, in primo de morbis, ita vt res omnes præter naturam absoluerimus.

D



[a] Gal. 3. de cau. symp. cap. 2. & de diff. sympt. cap. 6.
[b] Gal. ibid.
[c] Gal. 3. de caus symp. cap. 2.
[d] Gal. lib. 1 de caus. symp. c. 2.
[e] Gal. 3. de caus symp. cap. 2.
[f] Gal. 3 ep. com. & primo prorrh. com. 1.
[g] Gal. 3. de caus. symp. cap 4.
[h] Gal. 3. de caus. symp. cap 4.

VIDI VIDII
DE CVRATIONE GENERATIM.
Partis Primę Liber Quartus:
Qui est de Morborum differentijs, & causis ipsarum.

Vnde sumantur morborum differentia. Cap. I.

P



I res quæ eidem speciei subijciuntur vndique similes essent, frustra viterius inquirerentur differentię: sed quia dissident inter se pluribus modis, pręstat eum qui rerum species tractat, tractare quoque differentias ipsarum: quod nobis nunc vsu venit, qui cum species morborum, causarum & symptomatum, & idcirco rerum omnium contra naturam hactenus persecuti sumus, differentias nunc adijcere operæprecium iudicauimus, quibus differunt inter se quæ sub eadem specie morbi, causæ, aut symptomatis continentur, cum permagnum momentum habeant ad curandum. Contenti autem erimus differentiis morborum duntaxat, ex quibus illæ colligi paruo negocio poterunt, quæ ad causas vel ad symptomata referuntur. Diligenter igitur & morborum differentias, & causas earundem hoc libro persequemur, quas veteres medici negligentius tractauerunt. Ne qua autem prætereat morbi differentia, methodum repetemus in institutionibus medicinæ à nobis traditam, qua omnes facile venabimur. Sumatur inde initium. Differentiæ [a] constituunt speciem, aut in ea quæ constituta est mutationem faciunt: quæ speciem constituunt, primo libro [b] expositæ sunt, cum morborum species persequemur. Earum quæ mutationem faciunt duntaxat, duplex est genus, nam aliæ sunt omnino aduétitiæ, [c] quæ cum nihil ad curationem pertineant [d] omittuntur, aliæ aliquo nomine ad formã G rei atque essentiã spectant, quas nunc tractare instituimus. Forma si spectetur per se sine subiecto, hoc est sine materia in qua recipitur, similis vndique est, neque illis distinguitur differentijs, id quod Arist. [e] de iustitia, de sanitate, ac de alijs qualitatibus tradidit, singulæ enim formæ eatenus distinguuntur, quatenus vt subiecto inhærentes considerantur, & eatenus etiam differentias admittunt. Si quidem aut subiectum ipsum animaduertitur, aut modus quo informatur, aut quod consequitur ipsum informatum, aut causa à qua informatur, aut effectũ quod ab eodẽ proficiscitur, ab ijs sumuntur differentiæ omnes, ita vt quotquot ad formam spectant eatenus ad eam referantur, quatenus in subiecto recipitur. In morbo igitur cum sit forma quædam in subiecto, eadem attenduntur, subiectum videlicet, modus quo formam recipit, quæ ipsam consequuntur, tum causæ, & effecta: atque hi sunt loci qui nobis differentias suppeditãt morborum, quas nunc sigillatim perscribemus: exorsi ab illis quæ vel a subiecto sumuntur, vel à modo quo informatur.

a Porphyrius c. de diff.
b Supr. li. 1. a c. 5. ad finem lib.
c Gal. 1. de diff. feb c. 1 & primo ad Glauc. c. 1.
d Galen. 2. meth. ca. 2.
e Arist. 12. diuin.

De differentijs morborum sumptis vel a subiecto vel a modo quo informatur. Cap. II.

H



Vbiectum quod morbum recipit materia est, non quidem illa prima expers omnis formæ, ex qua omnia expressa & effecta sunt, sed quam secundam dicunt, iam informata, nempe corpus [f] humanum, quod licet eiusdem speciei sit, non tamen ex toto simile est in singulis hominibus, sed multis nominibus distinguitur, præsertim ætate, sexu, temperatione, viribus, vnde plures sumuntur morborum differentiæ. Ob ætatem differunt morbi quod alij sint pueriles, ut [g] comitialis, alij iuueniles, vt febris tertiana, alij seniles, vt ea species febris ardentis quæ oritur à pituita salsa, apoplexiæ [h] asthmata, articulorum dolores. Trahunt autem nomen hæ morborũ differentiæ ab illa ætate quam plerunque affligunt, quamuis nonnunquam in altera conspiciantur. Sexus eas nobis differentias morborũ suppeditat quod alij sunt viriles, viriles, vt febres biliosæ, alij muliebres, vt pituitosæ, licet hæ sæpenumero viris, illæ non rarò mulieribus accidant. At quod morbi qui colem occupant viriles sint, qui [i] vterum, muliebres, apertius est quam vt exponi debeat. Sed hi non transferuntur ad alienum sexum, quemadmodum febres biliosæ, aut pituitosæ, cum nec vtero viri, nec mulieres

f Ga. 1. aph. com. 1.
g Hipp. lib. de Aere, aquis, & locis, & Gal. 1. 6. ep. cõ. 5
h Hippo 3. aphor. 31.
i Hip. li. de morb. mu.

mulieres cole vnquam laborent. Ob temperationem vatiam corpotis ægrotantis ſuppetunt
A nobis differentiæ, quod alij morbi congrui, [a] alij non congrui cenſeantur, qui ſimiles ſunt, congrui cenſentur, vt calidi in homine calido, frigidi in frigido, qui diſſimiles, non congrui. Quanquam poſſunt eædem differentiæ ad alia quoque referri, vt ad ætatem, ad [b] tempus anni, ad genus vitæ, quibus morbi congrunnt vel non congruunt, hoc eſt ſimiles ſunt, aut diſſimiles. Sed quia hæc omnia ad temperationem corporis ſpectant, ab ea merito videntur ſumēdæ differentiæ morbi congrui, vel non congrui. Suppeditantur etiam nobis differentiæ morborum à viribns ægrotantis, quod morbi alij magni, alij parui, ad ipſas [c] collati exiſtimentur, ijdem enim motbi qui collati cum viribus hominis validi habentur in paruis, ſi conferantur cum viribus imbecillis quas longe ſuperant, magni iudicabuntur. Illa verò magnitudo & paruitas morbi quæ ad ſuam eſſentiam non ad vires refertur, in ſequentibus à nobis exponetur cum eas differentias perſequemur quæ ſumuntur ab ijs quæ conſequentur formam in ſubiecto; nunc ſatis de illis quæ deptomuntur à ſubiecto.

a Hippo. & Gal. 2 aph. 34.
b Hippo. 3. aph à 18. ad 24.
c Gal. li. de conſt. artis cap. 18.

Modus quo ſubiectum, id eſt humanum corpus morbo informatur multiplex eſſe poteſt, quādoquidem ipſo implicatur perfecte vel imperfecte, æqualiter, vel inequaliter, per ſe, vel alio interiecto medio, primario, vel ſecundario, per eſſentiam, vel per conſenſum, à quibus omnib. modis morbi differentiæ deptomuntur. Perfecte quidem implicatur corpus cum morbus abſolutus eſt, & ita illi hæret vt penitus inſitus ſit, neque facile dimoueri poſſit. Hanc differentiam
B Græci [d] καθ᾽ ἕξιν dicunt, quod habitum conttaxerit, & morbos ἑκτικοὺς appellant, latinè ſtabiles, ſeu fixos vocabimus. Sed tales atiam dicuntur qui ijdem perſeuerant, & non mutantur in alios: imperfecte verò cnm morbus nondum inſederit, neque abſolutus ſit, ſed facile tolli poſſit; eiuſmodi morbos latine inſtabiles dicimus, græci [e] κατὰ σχέσιν hanc differentiam appellant, & illi conttario nomine opponunt, quam καθ᾽ ἕξιν dicunt. Aequalitatis & inæqualitatis hæc ratio eſt, partes corporis ægrotantis, aut æqualiter morbo implicantur, quod euenit cum vno atque eodem afficiuntur, aut inæqualiter, quod accidit vbi varius ſit. Vbi idem ſit, dicitur æqualis, vbi varius, inæqualis, veluti [f] cum morbus calidus & frigidus ſimul hominem detinet. Implicatur autem per ſe corpus noſtrum morbo, cum ille partibus ægrotātibus proprie inhæret, quemadmodum immodetata temperatio caloris, frigoris, humoris, aut ſiccitatis, partibus ſimplicibus. Alio interiecto medio, cum partes laborantes non proprie ægrotant, ſed quatenus componuntur ex alijs quibus per ſe morbus inhæret, veluti cum multiformes laborant immoderata temperatione, quatenus [g] conſtant ex ſimplicibus quibus illa inhæret. Hinc ſumuntur differentiæ, quod alij morbi per ſe dicuntur, alij aliquo interiecto medio, hoc eſt per aliud. Implicatur rurſus corpus noſtrum morbo primario, aut ſecundario, vnde oriuntur differentiæ, quod quidam dicuntur primarij, quidam ſecundarij. Primarij ſunt [h] qui primo afficiunt par-
C tes noſtri corporis, ſecundarij qui deinde ſupetueniunt alijs partibus, velut, cum primo laborare ventriculus incipit, deinde impertitur morbus iecinori, aut capiti. Implicatur iādem corpus noſtrum morbo, vel per eſſentiam, [i] vel per conſenſum, vnde aiij morbi per eſſentiam dicuntur, alij per conſenſum. Illi quos primarios vocauimus, ſunt per eſſentiam, neque enim ſuperueniunt pet conſenſum, cum primo oriantur. Sed ſecundarij, hoc eſt qui prioribus ſuperueniunt omnes oriuntur per conſenſum, quod partes quæ ſecundario afficiuntut, congruāt morbis partium primo affectarum, veluti cum laborante [k] vtero male afficitur cerebrum. Verum vbi ſecundarius morbus qui per conſenſum oritur, adeo inſideat vt maneat curato primario, quamuis ortus fuerit per conſenſum, factus [l] tamen eſt per eſſentiam. Quamobrem primarij omnes morbi per eſſentiam ſunt, non tamen omnes per eſſentiam ſunt primarij, cum ſecundarij etiam vbi ſederint, tales fiant, quamuis incipiant per conſenſum. Cæterum conſenſus in eo conſiſtit quod partes ſecundo ægrotantes congruant aliarum primo ægrotantiū affectibus, [m] quatenus aut non capiunt ab illis quod ſolent commodi, aut accipiunt incommodum ꝙ non ſolent. Huiuſmodi igitur ſnnt differentiæ quæ ſuppeditantur nobis a modo formæ in ſubiecto.

d Galen. 2. meth. c. 2.
e Gal. ibid. & ad Thraſyb. c. 6. & 8. meth c. 3.
f Gal. li. de inæquali intemperie.
g Gal. li. de diff. morb. cap. 13.
h Gal. 1. de loc. aff. c. 3.
i Gal. ibid.
k Gal 6. de loc. aff. c 5.
l Gal. 1. de loc. aff. c 2. & 3.
m Gal. 1. de loc. aff. c. 7.

D

De differentijs morborum ſumptis ab ijs quæ conſequuntur formam in ſubiecto. Cap. III.

FOrmam in ſubiecto neceſſe eſt conſequatur magnitudo [n] vel paruitas, multitudo vel paucitas, præterea locus, motus, tempus, ex quibus omnibus morborum differētiæ depromuntur, magnitudine enim & paruitate dicti ſunt alij motbi magni, alij parui. Verum magnitudinis & paruitatis pluta genera ſunt, ſi quidem viribus [o] ægrotantis intetdum ipſam metimur, ad quas cum ſpectamus eundem morbum magnum cenſemus vbi ſint debiles, paruum vbi validæ, id quod ante docuimus, [p] cum de motbotum differentijs egimus quæ a ſubiecto ſumūtur. Aliud magnitudinis & paruitatis genus refertur [q] ad eſſentiam morbi, quæ vel multum, vel parum à naturlai ſtatu recedit, & ita interdum magna eſt, velnti calor febris atdentis, vnde magna febris exiſtimatur, intetdum parua, veluti cum calor eſt lenior, vnde parua febris cenſetur. Tertium genus magnitudinis & paruitatis ad ſpaciū pertinet quod morbo, implicatur, morbus ille magnus dicitur, qui magnum [r] ſpacium occupat,

n Galen. 3. meth c. 10.
o Gal. li. de totius mor. temp. cap. 5 & libr. 7. meth. c. 12.
p Supr. in c. antecedēti.
q Gal. ibid.
r Galen. 4. meth. c. 6. & 7. meth. cap 12.

occupat, veluti vulnus, quod longum, latum, atque altum est: paruus quod paruum, quemadmodum plaga quæ breuis angusta atque in summo est, sed spacium refertur ad locum; E quamobrem magnitudinis & paruitatis differentiæ ad locum quoque videntur referendæ. Quo similiter referri potest quartum magnitudinis & paruitatis genus, cum morbos qui partem nobilem [a] afficiunt, existimamus magnos, qui ignobilem paruos. Potest & [b] quintum genus magnitudinis addi, vt morbus magnus dicatur qui grauiora affert symptomata, paruus qui leuiora quam suæ essentiæ conueniens videatur, quæ differentiæ pertinent ad effecta. Multis igitur modis existimari possunt morbi & parui & magni. Multitudo & paucitas refertur ad numerũ, ex quo illæ morborum differentiæ inueniuntur, quod alij simplices [c] sunt, alij multiplices. Simplex morbus ille dicitur qui vnus est, neque iungitur cum alio morbo, aut morbi causa, aut symptomate insigni, cuiusmodi est diaria febris, quæ inter omnes simplicissima est. At multiplex siue compositus appellatur ille, qui cum alio morbo, aut causa, aut symptomate iungitur, quales febres sunt quæ a succorum putredine oriuntur, neque enim cum causis, aut symptomatibus duntaxat, sed cum alijs quoque febribus interdum componuntur, quemadmodũ duæ tertianæ simul, aut tertiana cum quotidiana. Vbi autem febres cum febribus alterius generis cõponantur, si non eadem hora accedant, facile discernuntur, appellanturque [d] complicatæ, sed si aduenіant eadem hora ita confunduntur vt vix discerni possint, & idcirco dicuntur confusæ, cuiusmodi illa est [e] quam appellant ἡμιτριταῖον. F

a Galen. 4. meth. c. 6.
b Gal. ibid.
c Gal. li. de diff. morb. c. 12. & 13.
d Gal. 2. de differ. feb. c. 8. & 2. de crif. c. 7.
e Gal. 1. de diff. febr. c. 7. & 8.

Locus etiam nobis supeditat morborum differentias: siquidem vel omnes corporis partes eo implicantur, vel non omnes, sed vna aut plures. Vbi omnes, morbus dicitur communis, [f] veluti febris, ob quam immoderatè [g] incalescunt omnes corporis partes: vbi nõ omnes, sed vna vel plures, dicitur morbus proprius, veluti cum est inflammatio, aut erysipelas. Si locus affectus non sit vniuersum corpus, suppetunt nobis complures aliæ morborum differentiæ. Attenditur enim dimensio & præstantia, dimensio loci vbi morbus versatur, aut magna est, aut parua, vnde talis redditur morbus: non est præterea eadem omnibus partibus præstantia, sed vna nobilior est, altera ignobilior. Morbus qui versatur in parte [h] nobili magnus censetur, qui in ignobili paruus, quẽadmodũ paulo supra narrauimus. Verũ dimensio præter magnitudinis & paruitatis differentias, cũ triplex sit, & ad longitudinẽ, altitudinẽ atq; latitudinem referatur suppeditat nobis sex loci differentias, ut sit superior [i] vel inferior, dexter [k] vel sinister, anterior [l] vel posterior, vnde totidem oriuntur morborũ differentiæ his respondentes; sed ex sex dictis quicunque sit locus affectus, potest esse internus & externus: quamobrem & morbi qui in eo versantur, interni aut externi dicentur. Postremo animaduertimus an locus affectus ille G penitus sit cui solet accidere propositus morbus, an vicinus aliquis. Hinc enim morbus exquisitus aut spurius censetur, exquisitus quidem vbi locus sit ille idem penitus qui proposito morbo implicari solet, veluti interna membrana [m] succingens costas in pleuritide exquisita: spurius vero, vbi non ille, sed vicinus locus affectus sit, vt externa membrana in pleuritide spuria. Quanquam exquisitus & spurius morbus maxima ex parte iudicatur ex succo syncero, aut mixto, à quo proficiscitur, id quod in sequentibus patebit, cum illas morborum differentias persequemur, quæ sumuntur à causis internis. Sed cum differentiæ propositæ eædem possint pluribus partibus conuenire, plurimum interest in quibus insint, ita vt intelligere quæ propriè affecta sit, oporteat.

f Gal. li. de venæ sect. cap. 19.
g Gal. li. de caus. morb. cap. 2.
h Galen. 4. meth. c. 6.
i Hippo. 2. acut. tex. 10. & 11.
k Hippo. 1. prog. 19. & Hip. 3. prorreth. T. 87.
l Hip. 5. aphor. 69.
m Gal. 5. li. de loc. af. 3

In motu, attenditur qualitas, & modus. Qualitas celeritate & tarditate continetur; nam motus, aut concitatus est, vnde celer, aut lentus, vnde tardus dicitur morbus: quod si medius sit motus inter concitatum & lentum, medius quoque censebitur morbus inter celerem & tardum. Sed quia celeritatem necessario consequitur breuitas, tarditatem longitudo, necesse est morbos celeres esse breues, tardos vero longos. Eiusmodi differentiæ longitudinis, & breuitatis in morbo, quamuis oriantur à qualitate motus, spectant tamen ad tempus. Morbi ergo H celeres breues sunt, quod si vel cum periculo iungantur, vt voluit Archigenes, [n] vel cum assiduitate febris, vt Hippocrates, nominantur acuti, nam si periculo vacant, aut assiduitate febris tantũ breues dicuntur. Ex acutis alij sunt simpliciter acuti, alii peracuti ex alij recidiua. Simpliciter acuti sunt illi qui [o] decimoquarto die finiuntur, peracuti, qui ante decimumquartum vt 11. 9 aut 7. quod si 4. terminentur, non solum peracuti dicentur, sed summe [p] peracuti. Acuti ex [q] recidiua sunt qui post 14. terminantur, non tamen producuntur vltra 40. verum non maneut [r] vniuersum tempus acuti, hoc est concitati cum periculo, sed [s] incipiunt acuti, postea fiunt lenes, & rursus redeunt acuti; quam ob causam [t] nominantur acuti ex recidiua. At morbi longi, vltra 40. diem trahuntur, non tamen par est omnium diuturnitas, nã [u] alij 60. alij 80. alij 100. alij centesimo & vigesimo die terminantur, nonnulli perueniunt ad septem menses, nonnulli ad septem annos, quidam manent maribus [x] vsque ad pubertatẽ, fœminis dum menstrua erumpant. Modus multiplex est, quem in motu attendi diximus, nam vel vnus perseuerat à principio ad finem, neque vnquam interea desinit, neque reuertitur, vel circuitibus distinguitur. Vbi motus vnus perseuerat, morbus dicitur σύνοχος, [y] vbi non solum vnus, sed etiam æqualis continuetur ὁμότονος, [z] vbi vnus, sed inæqualis, si semper increscat ἐπακμαστικὸς, si semper imminuatur παρακμαστικὸς [a] græcè dicitur. Quæ differentiæ apud latinos

n Gal. 2. de diebus decret. c. 12.
o Hipp. 1. acut. 8.
p Hippo. 2. aphor. 12.
q Gal. 2. de dieb. decr. c. 12
r Gal. ibid.
s Gal. ibid.
t Gal. 4. aph. com. 36
u Gal. 3. aph. 28.
x Gal. ibid.
y Gal. 2. de diff. feb. 2.
z Gal. ibid.
a Hippo. & Gal. 1. aph. 21.

A latinos nullum nomen inuenerunt: at morbus, cuius motus circuitibus distinguitur dicitur græce περιοδικὸς, [a] ἀπὸ περιόδου circuitum significat, cum post certum temporis spacium eadem repetuntur, veluti ludi olympij post quinquennium; maximè autem se ostendunt in febre circuitus: hoc nomine notatur vniuersum tẽpus quo illa augetur, ac remittitur. Vbi circuitus eundem ordinem teneant, ordinati, vbi non eundem, inordinati morbi dicuntur. Mutatur autem non solum ordo, sed interdum etiam forma, locus, magnitudo, tempus, vnde inconstantes morbi [b] dicuntur, contra vero constantes, si ea omnia seruentur similia. Morbi forma interdum eadẽ perseuerat, interdum in alterã degenerat: Locus interdum idem perpetuo afficitur, interdum nõ idem quemadmodum in pleuritide, quam Hip. & [c] ascendentem, & descendentem animaduertit. Maguitudo interdum eadem apparet a principio ad finem morbi, interdum mutatur. Quidam enim morbi incipiunt parui, & finiuntur magni, quidam contra incipiunt magni, & [d] finiuntur parui, quidam initio parui sunt, deinde augentur, ac postremo remittũtur. Tempus circuituum interdum idem est, ita vt eadem hora reuertantur, interdum nõ idem [e] sed anticipãt, vel tardantur. Quot modis igitur inconstantia accidit, totidem in morbis inconstantibus inueniuntur differentiæ. Sed reuertamur ad circuitus ordinatos, qui aut quotidie redeunt, & quotidiani vocantur, aut tertio quoque die, & dicuntur tertiani, aut quarto quoque die, & appellantur quartani, quibus differentijs morbi quoque distinguuntur potissimum febres, cum aliæ sint

B quotidianæ, aliæ tertianæ, aliæ quartanæ. Vbi circuitus longiores sint, dicentur [f] quintanæ, septimanæ, aut nonanæ, quarum etiam veteres mentionem fecerunt, quamuis raro adeo conspiciantur vt possint magis nouæ febres existimari, quam reditus earundem. Morbi in quibus ordinati tres circuitus apparent, quotidiani scilicet, tertiani, aut quartani, si nullo interuallo [g] interiecto persenerent, dicuntur assidui, si interuallum habeant, intermittentes.

Ad tempus spectat longitudo & breuitas, nouitas & vetustas, & tandem ætas morborum. Significat longitudo spacium temporis multum, vt breuitas paruum. Differentiæ quæ hinc sumuntur, paulo ante enarratæ sunt, cum de qualitate motus, hoc est de celeritate & tarditate ageremus, ibi enim de morbis tum breuibus atque acutis, tum longis abunde locuti sumus. Ex nouitate & vetustate inueniuntur quoque morborum differentiæ, spectamus enim quam multo, vel non multo ante inceperint: qui non multo ante inceperunt, noui seu recentes [h] dicũtur, qui multo ante etiam inueterati sunt, appellantur vetusti, seu longinqui. Aerate vt hominum, belluarum, atq. earum stirpium quæ è terra nascuntur, totum illud spacium temporis notatur quo viuunt, quorum similitudinem arripientes medici [i] ætatem traducunt ad id totum spaciũ quo morbi manent. Quamobrem vt inferiora hæc quæ viuunt omnia ætate distinguũtur, quod alia incipiant, alia augeantur, alia vigeant, alia senescant, atq. imminuãtur, ita morbi inter se [k]

C distant, quatenus incipiunt, increscunt, vigent, ac remittuntur: nam belle respondent quatuor ætatibus viuentium, quatuor hæc morbi tempora, principium, incrementum, vigor, & remissio. Vocatur [l] principium totum id tempus quod antegreditur incrementum quo terminatur, quãuis interdum etiam significet primũ temporis momentum, interdum spacium duorum, aut triũ primorum dierum, quib. morbus incepit. Post principium proxime sequitur incremẽtum quod manet vsque ad vigorem, quanquam [m] Atchigenes omisso incremento totum tempus vsq. ad vigorem appellat principium. Sed satis euidenter discernitur tempus quo morbus incipit, ab eo quo augetur. Vigor ea ætas est qua morbus [n] summe viget inter finem incrementi & initium remissionis, duobus n. motibus cõtrarijs necesse est interiectam esse mediam [o] quietem, atque hæc est ipse vigor. Quarta morborum ætas appellatur remissio, cum post vigorem imminuuntur dum ex toto recedant. In morbis salubribus necessario sunt hæ quatuor ætates, mortiferi carent remissione, [p] quod prius hominem interimant, siue dum vigent, siue ante dum augẽtur: tunc autem non solum remissione carent, sed etiam vigore: siue salubres morbi sint, siue mortiferi, ætates non sunt necessario pares temporis diuturnitate, sed sæpe eiusdem morbi alia longa est, alia breuis, & vsque adeo interdum, vt (quasi [q] nulla sit) sensum fugiat. Ex ætate igitur inueniuntur morborum differentjæ, quod alij incipientes, alij increscentes, alij vigentes, alij iam

D inclinari, ac remissi appellentur. Eædem quatuor ætates quæ ad vniuersum morbum referuntur, pertinent etiam ad circuitus, vbi plures sint, quemadmodum in febribus, [r] illis fere omnib. quas accendit humorum putredo. Quilibet. n. incipit, augetur, viget, remittitur, sed cum bipertito distribuatur vniuersus circuitus, prior eius pars (quæ Græce παροξυσμὸς, Latine accessio dicitur) ex tribus ætatibus [s] constat, principio, incremento, vigore: altera remissionem duntaxar cõplectitur, atque hæc in morbis assiduis, veluti in febribus continentibus indiuidua est, in intermittentibus vero diuiditur in remissionem tantum & intermissionem. Remissio est cum inclinata iam febris est, sed adhuc tamen manet intermissio: interuallum est ante initium noui circuitus, quo ad integritatem peruentum est. Respondent quatuor hæc tempora totius morbi proxime enarratis, quod vberius tractabitur qua de febribus. Nunc illud satis sit, quod non solum morbi, sed [t] morborum quoque circuitus quasi animalia quatuor ætatum differentijs inter se distinguuntur. Huiusmodi sunt differentiæ quas suppeditant nobis ea quæ consequuntur fotmam in subiecto.

a Hippo. 3. aphor. 8.
b Hippo. 2. acut. 11.
c Gale. 2. de dieb. c. 12.
d Gal. 2. de cris. c. 3.
e Hippo. 1. apho. 12. & Gal. 2. cris. c. 2.
f Gale. 3. 1. epid. cõ. 2. & Hipp. 3. 1. epid. tex. 17.
g Gal. 2. de dif. feb. vlt.
h Galen. 4. meth. c. 4.
i Gal. lib. de tot. morb. temp. c. 1.
k Gal. ibid.
l Gal. 1. cris. c. 4. & 19.
m Gal. l. de temp. mot. 2.
n Gal. 1. aph. com. 8.
o Aristot. 8. phys. text. 61.
p Galen. 3. cris. 5. & 9.
q Hippoc. 1. aphor 7. & 10.
r Gal. lib. de temp. mot. c. 2. & c. 7.
s Gal. li de temp. mot. c. 6.
t Gal. li. de morb. tem. c. 2.

De Differentijs morborum quæ sumuntur à causis. *Cap. IV.*



Illæ nunc sequuntur quæ sumuntur à causis subiectum informantibus, hoc est facientibus morbum. Causæ autem quæ morbum faciunt [a] aut externæ sunt, aut internæ. Ex externis potissimum animaduertitur aer, quem mutare complura possunt, vt quatuor anni tempora, vicissitudines dierum ac noctiũ, ex quibus colliguntur morborum differentiæ: alij enim morbi ab hyeme dicuntur hyemales, alij verni à vere, alij æstiui [b] ab æstate, alij autumnales ab autumno: cuique autem tempori suos assignauit morbos [c] Hippocrates in tertio libro earum sententiarum quas inscripsit ἀφορισμούς: alij præterea morbi interdiu magis hominem affligunt & appellantur [d] diurni, alij noctu magis, & dicuntur nocturni: quæcunque autem sit externa causa, siue aer, siue aqua, siue quoduis aliud, consideratur ét vt vel communis est, vel propria. A propria causa morbos Latini proprios dicunt, Græci σποράδας, quo nomine illas res significare solent, quæ dissipatæ sunt, vt stellas, [e] insulas, venas, quæue nec simul aptantur, neque cum alijs conueniunt ad efficiendum aliquid. Communes causæ sunt quæ eandem morbi speciem faciunt in multis, vnde morbi [f] communes dicuntur. F Sed reuocare in memoriam oportet (quod supra [g] ostensum est, cum ageremus de differentijs sumptis à loco) communes morbos etiam dici qui occupant vniuersum corpus, proprios, qui aliquam partem tantum. Nunc autem cum ad externas causas spectemus, morbos illos vocamus communes qui communiter multos afficiunt, ita vt eadem specie morbi complures implicentur, proprios verò illos qui diuersæ speciei apparent in diuersis ægrotantibus. Morbi hoc pacto communes vocantur à Græcis [h] πάνδημοι, & παγκοίνοι, sed vbi in vno populo vagentur ἐνδημοι, vbi in vna regione ἐπίδημοι, quod si non tantum communes, sed praui etiam sint & perniciosi, dicuntur λοιμώδεις, sed Latinè [i] pestilentes. Ex causis igitur externis hæ nobis morborũ differentiæ suppetunt.

Causa interna differentias morborum suppeditans materia est, hæc non inuenitur in omnibus morbis, si abest, morbos facit sine materia, cuiusmodi sunt immoderatæ temperationes illæ, quæ solidis partibus proxime sunt insitæ: dicũtur enim sine materia, sed vbi adest, facit morbos cum [k] materia, cuiusmodi sunt aliæ temperationes immoderatæ, quæ succis primo inhærent, ac per hos deinde [l] partibus solidis quæ illos continent. Sed cum materia adest, complures aliæ sumuntur morborum differentiæ, pro specie, qualitate, motu, exitu ipsius. G Materia multiplex esse potest, tenuis, crassa, media, qua morbi inter se differunt. Si tenuis materia sit, veluti flatus, tumor qui ab ea proficiscitur [m] φύσημα Græcè dicitur, nam φῦσα, flatus notatur, distatq. à tumoribus quos alia materia excitat, sicuti & τυμπανία species hydropis ab alijs differt quod fiat à flatu [n] non ab aquoso humore, aut à pituita quemadmodum aliæ duæ species. Materia crassa dissident etiam inter se tumores, dicuntur [o] enim ἀθερώματα, vbi ea referat speciem pulticulæ, στεατώματα vbi adipis, μελικηρίδες vbi mellis. Si materia media sit, cuiusmodi est humor, pro diuersa specie eius differunt inter se morbi inde profecti, nam alij fiunt à sanguine vt synocha [p] inter febres & inter tumores inflammatio, [q] alij à flaua bile, vt febris [r] tertiana, & erysipelas, [s] alij à pituita, vt quotidiana febris, & ea tumoris species quæ Græcè vocatur οἴδημα, [t] alij ab humore melancholico qualis est febris quartana, [u] & inter tumores cancer. Nominantur [x] eiusmodi morbi nomine humoris à quo oriuntur, vt biliosi, melancholici, pituitosi. Facit etiam aquosus humor suam morbi differentiã, vnde hernia quæ ab ipso oritur, vocatur, [y] ὑδροκήλη: sed species succorum quæ morbos faciunt, interdum simplices sunt interdum mistæ, vbi succus [z] simplex sit, morbus dicitur syncerus, vbi mistus, morbus appellatur spurius, quamuis à loco etiam (vt ante diximus) morbi & synceri, & spurij appellentur. At distant etiam morbi qualitate materiæ, primo quatenus vel cruda vel cocta est, vnde alij morbi [a] appellantur cocti alij crudi. H Quatenus item bona, vel praua est, vnde alij dicuntur εὐήθεις, hoc est boni moris, alij κακοήθεις hoc est praui moris. Motu rursus materiæ distant inter se morbi, quatenus vel fertur ad certum locum, vel vagatur per corpus: si vagetur, morbi tunc dicitur Græcè [b] ὀργᾶν hoc est turgere, per translationem à belluis, quæ magno impetu incitãtur ad venerem. Sed vbi materia moueatur ad certum locum, non dicuntur turgere. Exitu tandem materiæ differunt inter se morbi, quatenus illa vel retinetur, vel assidue effluit, vbi retineatur, dicunt aridi, vbi effluat, humidi, dicimus enim lippitudinem [c] ac plenitudinem, [d] & aridam, & humidã, pro vt humor à quo dependet assidue effluit, aut retinetur. Tum quatenus exhalant, vel non exhalãt halitus adeo putres vt contagione sua afficiant quos attingunt. Hinc differunt inter se morbi quod alij lædunt, alij non lædunt contagione sua illos cum quibus ægrotantes versantur: qui lædunt, vocantur à recentioribus contagiosi, quemadmodum febres pestilẽtes, lippitudo, [e] scabies: qui non lædunt, non contagiosi, cuiusmodi est maxima pars morborum.

a Gal. li. de caus. morb. cap. 2. & 2. de nat. humana commento 5.
b Hippó 3. aph. a 20 ad 23. & Hippoc. 2. apho. 25.
c Hipp. 3. 1. epid. tex. 6.
d Gal. 1. acut. 9. & 1. primi epid. in proce.
e Aristot. 1. meteor. c. 8
f Ga primo 1. epid. 1.
g Supra ca. 3. & Gale. lib. de ven. sect. c. 9.
h Galen. 1. 1. epid. 1.
i Gal ibid. & 1. acutorum com. 9
k Gal. li. de diff. morb. c. 5. & 1. de diff. feb c 1
l Gale. lib. ar. med. 95.
m Gale. 2. ad Glauco. c. 6.
n Galen. 4. aph. cõ. 11.
o Gale. 14. meth. 12.
p Galen. 9. meth. 3. & 4.
q Gal. 2. ad Glauc. c. 2.
r Gal. 1. ad Glauc. c. 9.
s Gal 2. ad Glauc. 1.
t Gal. lib. 1. de Tu. præt. nat. c. 9. & 2. ad Glau. 3
u Gal. 2. de diff. febr. 1. & 5.
x Galen. de Tum. præt. c 7.
y Gale. de Tum. præt naturã 15.
z Gal. 1. de diffe. feb. c. 8. & Ga. 14. meth. c 1.

De Diffe-

a Hippocr. 4. acut 22 & 1. aphor. 22. b Hippocr. 1. aphor. 22. & Galen. in eodem commen. c Hippocr. 3. aphor. 24. d Hippocr. acutor. 22. e Galen. 1. de differ. feb. cap 2.

A *De differentijs morborum quæ sumuntur ab effectis.* *Cap.* *V.*

EFfecta, quibus morbi inter se dissident, symptomata sunt vt actiones læsæ, quę contra
naturam retinentur ac detruduntur, quæ varijs sensibus subijciuntur à naturali sta-
tu mutata in corpore ægrotantis, de quibus tertio loco egimus abundè. Spectatur
in his non solum numerus, sed vis etiam ac magnitudo, quæ magna ex parte respon
dent essentiæ morbi, nam maiorem morbum plura & grauiora symptomata consequuntur, mi
norem pauciora & leuiora. Vbi autem hoc pacto consequuntur nullam morbis addunt diffe-
rentiam, præter illas quæ iam expositæ sunt. Quod si grauiora sint quam ab essentia proposita
expectanda fuisse videantur, morbus ᵃ magnus censebitur, si leuiora, paruus, quamuis alioquin a Galen. de
non videatur talis, quemadmodum supra docuimus, cum ageremus de differentijs morborum const. artis
sumptis ab ijs quæ consequuntur formam in subiecto, & proprie à magnitudine ac paruitate. 18.
Sed potest hæc quæ à symptomatibus oritur magnitudo & paruitas ad morbi morem referri,
ille enim qui ob symptomata magnus est, mali, qui paruus, boni motis existimatur. Verum dif-
ferentiæ quæ spectant ad morem bonum, vel malum, non solum sumuntur à symptomatibus,
sed etiam à causis internis, vt ab humoribus qualitate bonis, aut prauis quemadmodum paulo
ante ostendimus. ᵇ Illud etiam de symptomatibus ignorare non oportet, quod vbi non solum b Galen. 4.
B grauiora sunt, sed etiam grauissima ita vt ferri à viribus minime possint, morbus non modo meth. c. 6.
prauus, sed & perniciosus ᶜ est ac mortifer: contra vbi non solum leuiora sint, sed etiam leuis- c Superius
sima, morbus non solum boni moris est, sed etiam ᵈ periculo vacat. Proprie autem si conside- c. 4.
rentur singulæ symptomatum species, inuenietur aliæ morborum differentiæ, quemadmodum d Gal. li. de
in expulsis, si appareat adeps, morbus dicetur liquefaciens, ᵉ si ex affectibus corporis sequatur const. art.
morbum summa gracilitas, dicetur tabificus. 18. & 2. pro

gn. 6. & 4. de præs. puls. c. 11.

A quibus causis fiant differentiæ morborum. *Cap.* *V I.* e Hippo. 2. progn. 35.

QVemadmodum morborum differentiæ ducerentur à subiecto, à modo formæ, à con-
sequentibus ipsam, à causis, & effectis satis explicatum arbitror in superioribus. Se-
quitur nunc vt causas ascribam à quibus singulæ fiunt, quod iam aggrediar, si prius
in memoriam reuocauero communem regulam, ad quam causæ differentiarum cu-
iusque rei diriguntur. Ea ᶠ autem est, quod illæ ipsæ causæ quæ aliquid faciunt, differentiam quam f Gale. 1. de
in se habent, in eodem efficiunt, id quod valet etiam in morbis quorum differentiæ fiunt à simi cau. puls. 3.
C li differentia causarum ipsas efficientium, oritur enim magnus morbus à magna causa, paruus
à parua. Cæterum similitudo, cum ad morbum conficiendum plures causæ concurrunt, non ne
cessaria est in omnibus, sed ᵍ sufficit si in vna insit duntaxat, si non patentius & expeditius, cer- g Gal. ibid.
te implicite, & abscondite, neque enim semper euidens est similitudo differentiæ in causa, sed
interdum latet, atque abdita est. Morbi continentis (exempli gratia) causa continens, intermit
tentis, intermittens aperte similis est, celeris vero & tardi non item, neque enim tribuitur cau-
sæ celeritas & tarditas euidenter, sed implicite, quatenus habet in se vim celeritatis & tardita
tis efficiendæ. Hæc duo ʰ si seruentur, vt scilicet similitudo si non in omnibus causis, certe in ali h Gal. ibid.
qua, tum si non aperte & expedite, certe latenter & abscondite insit, regula stabilis ac perpe-
tua reperietur, quod perspicuum fier si sigillatim singulas differentias persequamur eodem or
dine quo ipsas inuenimus, repetentes scilicet eas ex suis locis, qui maxima ex parte vim ha-
bent ipsas efficiendi, & materiam suggerunt causarum.

De Causis illarum differentiarum quæ sumuntur à subiecto & à modo quo recipit formam. *Cap.* *V I I.*

D

VEniant primo in medium differentiæ quas monstrauimus sumi à subiecto, & à modo
quo formam accipit. Subiectum quod morbo implicatur, esse diximus corpus hu-
manum, in quo maxime attenduntur ætas, sexus, temperatio, vires. Aetate differre
inter se morbos monstrauimus, quod alij pueriles sint, alij iuueniles, alij seniles, qua
rum differentiarum causa est similis differentia in causis morborum. Morbus puerilis, fit à cau-
sa puerili, si non aperte, certe implicite, puerilem causam appellamus illam quæ frequenter
solet esse in pueris, vt ⁱ succorum cruditas, à qua fit morbus puerilis, veluti comitialis, qui i Ga. 3 aph.
maxime pueros tentat. Iuuenilis morbus fit à causa iuuenili, veluti tertiana febris à flaua bi- com. 26 &
le, si quidem tam febris tertiana quam flaua ᵏ bilis, iuuenilis dici potest, quod maxima 2. de tem a
ex parte iuuenibus insit. Eadem ratio est morborum senilium. Differentiæ quæ sumuntur à k Galen. 3.
sexu, vt quod alij morbi viriles sunt, alij muliebres, à simili differentia in causa proficiscun- apho. com.
tur: morbus virilis, qui fere calidus est, fit à causa calida, vt à flaua bile: muliebris qui frigidus, 29.
fit à frigida, vt à pituita: eiusmodi tam morbi quam causæ viriles aut muliebres eatenus cen-

E sentur, quatenus viris aut mulieribus sæpe insunt. Quod spectat ad temperationem corporis ægrotantis, dicuntur morbi ᵃ congruentes, vel non congruentes, qui similes illis sunt, congruentes dicuntur, qui dissimiles, non congruentes. Ergo conuenientia causæ, conuenientes, hoc est congruentes morbos efficit, discordia ac dissidium, non congruentes, & ita similitudo differentiæ morbi refertur ad causam, si non proprie ad effectricem, certe ad materiam, quæ efficiendi socia est: concurrit enim ad efficiendum ᵇ habilitas recipientis subiecti, quod pro vt magis vel minus facile informatur, hoc est pro vt simile vel dissimile est, ita morbus qui in eo recipitur congruens vel non congruens iudicatur. Cum viribus ægrotantis morbum conferri diximus, differreque magnitudine & paruitate pro robore, vel imbecillitate ᶜ ipsarum. Idem morbus qui vbi vires validæ sint, paruus censetur, existimatur magnus vbi eædem sint debiles: causa autem huius magnitudinis & paruitatis est similitudo differentiæ, latens tamen in causa recipiente, hoc est in subiecto, quod vbi debile sit, habet in se vim magnitudinis morbi, vbi validum, vim paruitatis.

Modus quo forma recipitur in subiecto, multas suppeditat morborum differentias, vt ante ostendimus. Quatenus enim perfecte, vel imperfecte accipitur, eatenus morbus absolutus vel F non absolutus est, hoc est penitus insitus ac stabilis (ἐκτικὸς ᵈ Græce appellatur,) vel instabilis, vt qui nondum insederit, neque absolutus sit. Causa huius formæ absolute vel non absolute, est similis causa morbi, quæ habet vim absoluendi, vel non absoluendi morbum: quæ enim diuturna est, aut ᵉ valida, morbum absoluit ac stabilem efficit: contra quæ debilis est, vel paruo tempore manet, non potest morbum absoluere, ita vt neque firmiter hæreat, neque stabilis sit.

Modus item formæ suggerit morbi differentias, quod aliqui morbi æquales sint, aliqui inæquales: huius æqualitatis & inæqualitatis causa est æqualitas & inæqualitas causæ efficientis, vel recipientis, ᶠ quæ similem differentiam efficit in forma morbi. Accipitur etiam forma in subiecto per se, hoc est proxime, vel per aliud, hoc est alio interiecto medio, vnde morbi dicuntur per se ᵍ vel per aliud. Fiunt autem hæ differentiæ à differentia causarum habentium in se similem vim efficiendi morbum per se, vel per aliud. Causæ enim quæ immoderatam temperationem efficiunt, per se quidem habent vim ipsam efficiendi in partibus simplicibus, per aliud in multiformibus. Implicatur subiectum forma morbi primario, vel secundario, vt cum primo ventriculus ægrotat, deinde ab eodem afficitur ʰ caput, causa tunc quæ ventriculum lædit & primarium morbum facit, primaria est, quæ afficit caput secundaria. Similis igitur est differen- G tia causæ, illi quam cernimus in morbo.

Per consensum tandem, vel per essentiam recipitur forma in subiecto, hoc est morbus in corpore nostro, vnde alius per consensum, alius per essentiam dicitur. Causa autem est similis differentia in causis, quæ tales facere morbos possunt. Facere possunt morbum per essentiam causæ illæ quæ primarium efficiunt, tum ex illis quæ secundarium, quæcunque diurius manent, nam licet faciant morbum per consensum, diuturnitate ⁱ tamen ipsum adeo confirmant, vt per essentiam efficiatur. At per consensum efficiunt morbum causæ secundarium facientes, referuntur autem non modo ad effectrices, sed etiam k ad subiectum. Inest in effectricibus vis consensus, cum ob partem prius affectam pars quæ secundario afficitur aut non capit amplius ˡ incommodum quod solet, veluti spiritum & alimentum, aut accipit incommodum quod non solet, veluti immoderatam qualitatem, aut copiam vel prauitatẽ humorum: magis autem impertitur ei calor quam frigus, vapor quam humor, & ex humoribus qui tenuior est quam qui crassior. Quod attinet ad ᵐ subiectum, si debile est, si aut vicinum est loco prius affecto, aut cum eo nectitur, præsertim per canales debiles ac laxos, si acrem sensum habet, maximè habile est quod afficiatur & congruat aliarum partium morbis, vt cerebrum ⁿ morbis vteri ac ventriculi, ventriculus iecinoris. Inest igitur vis quædam similitudinis latens tam in effectricibus causis quàm in subiecto, ob quam fit morbus per consensum. H

a Hippo. 2. aphor. 34.
b Gal li. de cau. morb. c. 2.
c Gal. li. de const artis ca. 18. & 4. de præsag. pull. 11.
d Galen. 2. meth. 2. & Gale. lib. 3. de loc. affe. c. 2.
e Ga. lib. de cau. morb. c. 6.
f Gal lib. de inæquali intẽperie, c. 6 & 7.
g Gal. li. de diff. morb. c. 12.
h Gal ibid.
i Gal. 3. de loc. aff. 8. & 5. de loc. aff. 6.
k Gale. 1. de loc. aff. c. 3.
l Gal. 1. de loc. aff. c. 7.
m Gal li. de cau morb. 6. & Gal. 2. de diff. feb. c. 11.
n Gal 5 de loc. aff. c. 6.

De Causis illarum differentiarum quæ sumuntur à consequentibus formam in subiecto. Caput VIII.



SEd pergamus ad causas earum differentiarum quas duci monstrauimus ex consequentibus formam in subiecto, id est ex magnitudine & paruitate, multitudine & paucitate, loco, motu, tẽpore. Magnitudo & paruitas ad multa refertur, ita vt multis modis dicãtur morbi magni & parui: si referatur ad vires ægrotantis, causa paulo ante exposita est, si ad propriam essentiam, causam habet similem essentiam in causa morbi; si ad spacium magnum vel paruum, aut ad nobilitatem vel ignobilitatem loci, causari oportet morbi causam pertinentem ad magnum vel paruum spacium, ad nobilem, vel ignobilem locum: si ad grauitatem uel leuitatem symptomatum, causa non multo post explicabitur, cum agemus de causis illarum differentiarum quæ sumuntur ab effectis.

Ex multitudine & paucitate depromi diximus eas differentias quod morbi simplices sint aut multiplices. Causa autem similis est, simplex ᵒ uidelicet, uel multiplex, si non aperte, saltem lateuter.

o Gal. li. de cau. morb. c 6. & 10.

A iacteret. Locus in quo versatur morbus, aut est vniuersum corpus vnde dicitur communis, [a] aut aliqua pars, vnde proprius censetur. Causari autem oportet similem differentiam in causa morbi, quæ vel communis est, ita vt lædere potuerit vniuersum corpus, vel propria, ita vt aliquam partem duntaxat. Eadem ratio est si locus sit magnus vel paruus, nobilis vel ignobilis, tum si dexter vel sinister, superior vel inferior, anterior vel posterior, internus vel externus, præterea si ille ipse qui solet proposito morbo lædi, vel vicinus, ita vt morbus exquisitus sit, aut spurius, quemadmodum supra ostensum est. Omnes eiusmodi differentiæ à causa simili oriuntur, hoc est quæ potuerit non solum facere morbum, sed etiam in tali loco: cui præsertim opem tulerit patientis corporis seu partis dispositio.

a Galen. de venæ sect. c. 19.

In motu diximus attendi qualitatē & modum, qualitate vero motus differre morbos, quod alij celeres sint, alij tardi. Causa celeritatis, est vis quædam similis in causis efficientibus morbos, & in corporibus ægrotantibus. Inest vis celeritatis efficienti valido, nam quod [b] validius est, celerius effectionem suam perficit quam quod debilius, tum quod calidius, quam quod frigidius, præsertim si tenuius. Vtroque autem nomine flaua bilis in efficiendo celerrima est, contra tardissimus humor melancholicus.

b Gal li. de diff. feb. capit. 11.

Quod spectat ad corpora ægrotantia, quæ mollia sunt & raræ cutis, conferunt ad celeritatē motus, sicuti quæ dura & densa ad tarditatem: celeritatem & tarditatem sequitur longitudo

B & breuitas, à qua proficiscuntur tanquam à causa. Supra autem ostendimus multos esse gradus longitudinis & breuitatis, quibus morbi inter se differunt, nam quidam [c] maxime breues sunt, vt qui quarto die finiuntur, quidam maxime longi, veluti qui terminantur ad pubertatem. His multæ sunt differentiæ interiectæ, nam summe peracutos proxime sequuntur peracuti simpliciter, qui ad septimum diem perueniunt, hos vero simpliciter acuti, qui terminantur quatuordecim diebus, tum acuti ex recidiua, qui vsque ad quadragesimum diem producuntur, inde lōgi incipiunt, quorum quidam ad sexagesimum, quidam ad octagesimum, quidam ad centesimū & vigesimum trahuntur: qui longiores sunt perueniunt ad sex menses, [d] qui maxime longi ad septem annos, quos omnes medios esse monstrauimus inter summe breues & summe longos. Ergo vt differunt gradus longitudinis & breuitatis morborum, ita differunt gradus celeritatis & tarditatis, à quibus tanquam à simili causa proficiscuntur.

c Gal. lib. 2. de dieb. decret. c. 12.
d Hippo. & Gal. 3 aph. tex. 28.

A modo etiam motus qui multipliciter accipitur, multas duci morborum differentias in superioribus ostendimus, & primo quatenus motus morbi vel idem perseuerat à principio [e] ad finem; Græce dicitur σύνοχος, vel distinguitur circuitibus, & vocatur περιόδικος. Causa vtriusque est differentia similis in causa faciente morbum, vt in materia, quæ si tota simul sit, ita vt morbus constet ex ipsa tota, vnico tantum motu à principio ad finem continetur. Docet enim A-

C ristoteles [f] mundum esse vnum, quod constet ex tota sua materia. Febris quam [g] sanguinis multitudo aut putredo accendit, vnica est, ac sine circuitibus, quod causa vnica sit, hoc est quod constet ex tota sua materia, hoc est sanguine, qui continetur in venis vbi residet veluti focus febris. Illæ item differentiæ febris carentis circuitibus quas supra narrauimus, quod scilicet perpetuo [h] aut augeatur, aut minuatur, aut eadem maneat à principio ad finem, fiunt à simili differentia in causa, hoc est in materia, quæ vel magis augetur, quam exhauriatur, vel magis exhauritur quam augeatur vel æqualiter augetur & exhauritur, respondet enim differentia morbi simili differentiæ causæ. Verum vbi materia non sit tota simul in foco febris, sed per certos [i] circuitus ad eum influat, motum efficit similem, hoc est non vnicum à principio ad finem, sed pluribus circuitibus distinctum. Modus hic motus qui circuitibus distinguitur, ordinatum vel inordinatum efficit morbum, & talem qualis ipse est. Inordinatum motum efficit inordinata [k] causa, vt varia victus ratio, quæ vario tempore variam succorum copiam contrahit, ordinatum ordinata. Est hæc translatio humorum à loco vbi cōtrahuntur ad focum febris, transferuntur autem à natura expellente quod molestum est copia, vel qualitate, ubi enim talis ac tantus humor contractus est ut ferri amplius non possit, transmittitur [l] per circuitus, qui breuiores aut longiores sunt, pro ut post breuius, uel longius tempus contrahitur copia,

D uel qualitas humoris lædentis. Pituita, qui breui a tempore multa contrahitur, multa etiam in corpore redundat; quotidie transfertur à ui expellente, & idcirco circuitus facit quotidianos, flaua bilis non multa [m] contrahitur; quamobrem licet acris sit, fertur à natura usque ad initium tertiæ diei, deinde expellitur, & idcirco facit tertianos circuitus. Humor melancholicus, qui & paucus est, & non multum acris non expellitur nisi ad initium quartæ diei, & ita facit quartanos circuitus, nulli autem alij præter hos tres conspiciuntur in morbis certi & ordinati, quia non sunt alij succi à quibus fiant tanquam à causis præter dictos tres, nam sanguis ut ante ostensum est, febrem facit [n] carentem circuitibus. Ad modum motus pertinere diximus constantiam & inconstantiam morbi, quæ proficiscitur à simili differentia in causa morbi, id quod Hippocrates monuit cum scripsit, temporibus constantibus fieri morbos constantes, temporibus inconstantibus fieri incōstantes, quod ualet etiam in alijs causis non tantum in temporibus: constantia autem & inconstantia uel ad formam pertinet, uel ad magnitudinem, uel ad tempus, uel ad quoduis aliud ex ijs quæ in morbo considerantur. Præterea ubi sint circuitus, differunt morbi modo motus, qui uel assiduus est, uel habet interuallum, unde morbi

e Gale. 2 de diff. feb. 11.
f Arist. 1. cœli. c. 9.
g Galen. 9. meth. ca. 3. & 2. de diff. feb. c. 11. in fine.
h Gal. 2. de diff. feb. c. 2
i Gale. 2. de diff. feb. c. 11
k Gal ibid.
l Gal. ibid.
m Gal 2. de diffe. feb. in fine.
n Hippo. 3. aphor. 8.

assidui vel intermittentes dicuntur, quemadmodum febres, quarum differentiarum causa est si- E
milis differentia in causis morbi, præsertim in putredine succorum, quæ facit febres assiduas
a Gal. 2. de diff. feb. 11. vbi [a] assidua fit, veluti cum residet in venis, tunc enim initium nouæ accessionis præuertit inter
missionem prioris. Eadem putredo si intermittit, veluti vbi ex venis expellitur, quum exhalet
ex corpore, & ita finiatur antequam altera accessio redeat, facit febrem intermittentem. Mul-
titudo autem & paucitas materiæ magis facit longam vel breuem accessionem quam intermit-
tentem, aut assiduam, ideo referri debet ad tempus, ad quod iam pergimus, hoc enim tantum
restat ex ijs quæ consequuntur formam in subiecto.

Ad tempus spectare diximus longitudinem & breuitatem, nouitatem & vetustatem, & tan-
dem ætates ipsas. Retulimus longitudinem & breuitatem, ad celeritatem & tarditatem mo-
tus, cuius causas paulo ante perquisiuimus. Nouitatē & vetustatem morbi constat fieri à simili
differentia causæ, hoc est à nouitate & vetustate effectionis, nam si causa paulo ante morbum
effecit, morbus recens est, si multo ante, vetustus. Aetate monstrauimus distare morbos, cum
alij incipiant, alij crescant, alij vigeant, alij remittantur. Oriuntur hæ differentiæ à simili diffe-
rentia in causis morborum, quarum effectio quatenus incipit, augetur, viget, remittitur, eate-
b Gal. li. de temp. mor. c. 2. nus & similiter variat morborum ætates. Conspiciuntur etiam in circuitibus [b] eædem ætates F
quæ in toto morbo, proficiscunturque à simili differentia in causa circuituum, veluti in mate-
ria quæ putrescit, cuius effectio similiter incipit, augetur, viget, remittitur, aut intermittit. Hu-
ius enim ætatibus respondent quoque ætates circuituum.

De causis illarum differentiarum quæ sumuntur à causis morbi.
Caput IX.

INter locos vnde suppetunt morborum differentiæ, posuimus causas, quas in exter-
nas separauimus & internas. In externis spectauimus maxime aerem, ad quem re-
tulimus & quatuor anni tempora, & diei ac noctis vicissitudines à quibus maxime
mutatur. Ex anni temporibus eas morborum differentias depropmpsimus, quod alij
sunt verni, alij æstiui, alij autūnales, alij hyemales: ex vicissitudine vero diei ac noctis, quod a-
lij diurni sunt, alij nocturni, quarum differentiarū causa manifeste similis est differentiæ in cau
sa morbi externa, vt in aere verno, æstiuo, autumnali, hyemali, diurno, nocturno. Eædem causæ
c Gal. 1. de diff. feb. c. 4 & 1. 1. epid. cō. 1. & 1. acut. cō. 9 externæ, quatenus [c] communes vel propriæ sunt, id est vel multos communiter lædunt, vel ali-
quos duntaxat, faciunt similes morbos, communes videlicet, vel proprios, ita vt similitudo dif- G
ferentiarum quæ in morbis conspicitur, in causis quoque euidenter se ostendat. Sed quia mor-
bi communes aut sunt pestilentes, hoc est perniciosi, aut salubres: causa quoque communis si-
milem habet differentiam, nam quæ pestilens & perniciosa est, facit morbos pestilentes, quæ
non est talis, salubres. Quod igitur attinet ad morborum differentias sumptas à causis exter-
d Sup. c. 4. nis, differentia causarum manifeste similem differentiam efficit in morbis.

A causa interna sumi eas differentias diximus, [d] quod alij morbi sine materia sint, alij cum
materia, id quod proficiscitur à simili differentia in causis habentibus vel non habentibus in se
vim materiæ. Vbi materia fit, suppetere complures differentias docuimus, non solum pro gene
re, siue tenuis sit vt flatus, siue crassa vt ea quæ frequenter in abscessibus repetitur, siue media,
vt humor, sed etiam pro specie, pro qualitate, pro motu, pro exitu. Pro specie enim diuersa fiūt
morbi diuersi, vt pituitosi, biliosi, melancholici, tum exquisiti vbi syncerus sit humor, spurij vbi
mixtus, quarum differentiarum aperte causa est ipsius humoris differens species. A qualitate
autem quatenus crudus vel coctus est, suppeditari morbos crudos & coctos tradidimus, qui a-
perte similem differentiam causæ, hoc est humoris sequuntur. Sed quatenus bonus vel prauus
est facit morbos similes, boni vel praui moris. Consistit bonitas & prauitas partim in specie hu
e Galen de atra bile ca pit. 3. moris, nam sanguis bonus est, atra bilis [e] praua, inter hos sunt flaua bilis & pituita, partim in to
ta substantia, quæ vel similis est naturæ nostræ, vel omnino aliena. H

Redduntur etiam pro motu humoris vel per corpus vagantis, vel ad certam partem tenden
tis, turgentes vel non turgentes morbi, sed in his manifeste oritur differentia morbi à simili dif
f Galen. 1. apho. com. 22. ferentia causæ, hoc est humoris, qui dicitur turgere, [f] vbi incerte per corpus vagatur, non turge
re, vbi tendit ad certum locum. Ad exitum humoris spectat morbus humidus vel siccus: humi-
dus enim est in quo humor assidue effluit, siccus vero in quo retinetur. Latet hæc differentiæ si-
militudo in causa morbi, hoc est in humore, qui habet in se vim exitus, aut retentionis; qui co-
ctus est, magis effluit, qui crudus, magis retinetur. Sed hæc vis pertinet etiam ad locum, hoc est
g Hippo. & Gal. 2. aph. 9. ad foramina [g] vnde exire humor debet, quæ si interclusa sint, humorem retinent, si pateant ef-
fluere illum permittunt. Ad exitum vaporis spectat contagio, nam si putris valde & glutinosus
exeat, contaminat eos qui proximi sunt, & pannos etiam quos tractant, alioquin non nocent
alijs.

De

A

De causis differentiarum quæ sumuntur ex effectis morborum.
Cap. X.

SVpersunt inquirendæ causæ illarum differentiarum quas duci in morbis monstrauimus ex effectis, hoc est ex symptomatibus, quæ vbi grauiora sint, quam essentiæ conueniat, morbi magni censentur, & praui moris, vbi leuiora, parui & boni moris. Fiunt autem tales a simili differentia in causa morbi, quæ vim habet si non expeditam, certe latentem efficiendi morbos cum grauioribus vel leuioribus symptomatibus, & ideo boni, vel mali moris. Interna causa, hoc est humor (vt paulo ante dictum est) quatenus bonus est, velut sanguis, facit [a] morbum boni moris, quatenus prauus, velut atra bilis, facit morbum [b] praui moris: sed maxime talem efficit repugnantia quædam totius substantiæ humoris naturæ nostræ omnino aliena. Cum efficiente numerare oportet affectam partem, quæ interdum talis est, vt cum læditur, morbum reddat boni moris, sicuti cum vulneratur pars musculi carnosa, interdum talis vt reddat morbum prauum, & cum grauioribus symptomatibus, veluti cum vulneratur articulus, aut extremus musculus. Vbi autem symptomata non solum grauiora, sed etiam grauissima conspiciantur, morbum esse mortiferum, vbi [c] non solum leuiora, sed etiam leuissima vacare periculo scripsimus. Proficiscitur hoc a causa quatenus in se habet vel non habet vim periculi. Sed cum causa concurrit locus affectus, nam vulnus in corde [d] mortiferum est, & grauissima affert symptomata, vt animæ defectionem, in media vero parte musculi grauibus symptomatibus pariter ac periculo caret. Si quæ aliæ differentiæ ex proprijs symptomatibus ducuntur, vt quod morbi liquefaciant vel non liquefaciant solidas partes, causam habent similem differentiam, non euidentem, sed implicitam in causa morbi, quæ vim habet morbum efficiendi qui possit vel non possit tabefacere partes nostri corporis. Sed finem differentijs & differentiarum causis, simulque huic libro commode statuamus.

a Galen. 2. prog. com. 27.
b Hippo. 4. aph. 24.
c Galen. de constit. art. 18. & 2. prog. cō. 6.
d Gal. 5 de loc. aff. c. 2.

B

VIDI VIDII
DE CVRATIONE
GENERATIM,
Partis Primæ Liber Quintus:
Qui est de Cognitione in homine, & in vniuersum, & proprie rerum præteriarum.

C

Cognitio in homine quibus contineatur. *Cap. I.*

D

NIhil arte tractari posse nisi prius [e] cognoscatur, clarius est quam vt demonstrari debeat. Si quis autem ea tractare tentauerit quæ non nouerit, vbi fiat voti compos, id non arti sed fortunæ [f] acceptum referat. Valet hoc etiam in medicina, quamobrem [g] medicus priusquam rationem tractandi, hoc est curandi aggrediatur, necesse est intelligat quæ curanda sunt, res nimirum contra naturam, morbos, causas, symptomata, vna cum differentijs earundem, quæ omnia superioribus quatuor libris complexi sumus. Nunc quia non satis est absolute cognoscere quæ tractanda sunt, sed necesse est eadem agnoscere in subiecta materia, veluti res contra naturam in homine ægrotante: sequitur vt ad recognitionem pergamus in homine qui curatur. Ad hanc vt via cum ratione perueniamus, rei naturam repetere oportet, quam tribus capitib. contineri in institutionib. medicinæ [h] proposuimus, rebus cognoscendis, rebus per quas cognoscimus, & modo cognitionis, de quibus ea sigillatim trademus quæ ad huius libri institutum pertinent. Incipiemus à rebus cognoscendis.

e Galen. 1. acut. com. 3. & 13.
f Aristo. 2. physic. 50.
g Ga. locis dictis, & 5. de tu. uale. c. 10.
h Vidius li. 3. de inst. c. 6.

De rebus cognoscendis in homine ægrotante. Cap. II.

a Ga. 1. aph com. 1. b Gale. de cōst. ar. 15.

E



Væ in ægrotante cognoscenda sunt, non alia sunt quam quæ ad corpus humanum at tinent, hoc enim est [a] quod tractatur. Sunt autem illa primo compositio ipsius corpo ris, [b] tum causæ quæ illam efficiunt vel conseruant, dein effecta quæ ab eadem profi ciscuntur, postremo horum omnium differentiæ. Quicquid ergo in homine co gnoscendū est, siue præsens, siue prætetitum, siue futurū sit, necesse est ad horum ali quid teferatur. Sed cum constet inter omnes medicos [c] oportere meminisse præteritorum, præsentia cernere, & præuidere futura in homine qui curatur, videamus primo quorsum que que pertineant, deinde quæ ex præteritis, quæ ex futuris tenere potissimum oporteat, & num omnia illa quæ spectare ad corpus humanum diximus, cuiusuis temporis sint, æqualiter teneri debeant. Ordiamur iam vtilitatem explicare quam affert recognitio, siue præsentium, siue præ teritorum, siue futurorum spectantium ad hominem qui curatur. Statuemus autem illud in pri mis, quod omnia quæ inquiruntur a medico, aut ad salutem hominis, aut [d] ad authoritatem suæ artis, aut ad vtrunque referuntur. Salus seu [e] sanitas finis est ad quem potissimum dirigit medicus quicquid intuetur, aut efficit. Authoritas artis, quamuis ad medici existimationem ac gloriam referatur, ad quam fertur optimus quisque (trahimur enim omnes studio laudis) non tamen ipsa propter se expetenda est, sed propter sanitatem ægrotantis, qui se medico [f] curan dum facile dabit, quem cum admiratione & honore dignum putet cuius authoritate ducatur: huius itaque præceptis parens longe facilius ac celerius sanabitur. Huc spectans [g] Hippocra tes authoritatem artis quantum potuit cum ægrotantis salute coniungauit. Sed redeamus vn de digressi sumus. Cognitio quam consequi in ægrotante medicus contendit, ad sanitatem si mul & authoritatem artis refertur, quamuis præsentia magis ad sanitatem, præterita ad au thoritatem [h] artis, futura pariter ad vtrunque referenda esse videantur. Quæ curari debent præsentia sunt, ita ut necessario [i] cognoscenda sint ad bonam valetudinem comparādam. Sed augent etiam authoritatem artis illæ res præsentes cognitæ, quæ quamuis sentiantur ab ægro tante, veluti dolores, sensum tamen aliorum latent, ita vt medicus coniectura quadam ad eas ducatur, quas postea cum enarrat, plurimum authoritate [k] valet apud ægrotantem, & assiden tes. Præteritorum cognitio [l] non ita vtilis est, eo tamen spectat vt ex illis intelligantur præsen tia quæ curanda sunt, & per quæ curari debent. Recensentur autem præterita partim ab ægro tante, partim a familiaribus, quæ tamen si medicus coniectura per se inuestiget, [m] authoritatē & gloriam sibi atque arti non mediocrem adiunget. Futura prædicenda sunt vt institui ratio curationis possit: nam victus exempli gratia dirigitur ad vires sustinendas, quas æstimamus ha bita ratione futuri [n] vigoris ipsius morbi, hic quo magis distat minus debilitandas esse vires iuedia demonstrat, & idcirco postulare victum pleniorem. Via item qua detrudentur quæ [o] mo lesta sunt, si prænoscatur, non prohibebitur natura fungi suo munere, & longe tutior curatio se quetur. Sed præter hanc vtilitatem quam affert præsagitio, amplificat artis gloriam, vt si quid aliud, cum medicus non solum prodidet exitum futurum, sed diem, horam ac prope momen tum coniectat. Hanc facultatem veteres vtpote diuinam Dijs tribuentes diuinationem appel larunt, per hanc effugitur [p] calumnia cum homo interit: si medicus multo ante tanquam ex ali qua specula futuram tempestatem, interitum prouidet, neque ad curationem [q] aggreditur, ne quid de authoritate artis ac remediorum detrahat, sed exitium prædicit familiaribus, nunquā tamē ægris dicet eos illo morbo esse morituros nisi animo adeo [r] forti extiterint, vt iniecto ter rore mortis non horrescant; vbi vero nullum periculum subest, vacuos reddit metu tam ægros quam familiares. Quamobrem constat prædictionem ad authoritatem & dignitatem artis re tinendam plurimum conducere. Sed satis de vtilitate quam præbet cognitio rerum artinentiū ad ægrotantem: spectemus nunc quæ nam illæ sint quæ ad præsentia, ad præterita, ad futura, maxime pertineant.

c Hippo. 1. progn. in proœ. Hip. a. 1. epi. 48.

d Galen. 1 prog cō 4. e Gal. li. de sectis c. 1. & li. de consti. art. c. 3. f Hippo. & Ga. 1. prog. in proœ. & com. 4. g Hip. loco d. h Gal. ibid. & lib. art. med. c. 7. i Ga. 1. acu. com. 3. K Galen 1. prog. cō 4. l Gale. lib ar. med. c. 7 m Hip. loco d.

F

n Hippo. 1. aph. 9. o Hipp. & Gal. 1. aph. com. 21.

G

p Hippo. 1. progn. 4.

q Gale. 11. meth. c. 9. r Gale. 2. 6. epid. com. 43.

s Gal. li. de constit. ar. 15.

H

Præsentia, quorum cognitionem consequi medicus debet in ægrotante, tria illa sunt quæ [s] ad eotpus nostrum pertinent, compositio, causæ, & effecta vna cum suis differentijs, quæ maxime cognoscenda sunt, vbi contra naturam sint, quemadmodum morbus, causa, & symptoma cum differentijs ipsorum, si quidem hæc sunt quæ tractantur, hoc est quæ curantur, de quibus abun de egimus superioribus libris. Eadem igitur opus est recognoscere in ægrotante: at non pro ptetea præteriri debeat eadem [t] tria quatenus in eo secundum naturam sunt, sanitas videli cet, causæ, & effecta eiusdem vna cum suis [u] differentijs, quandoquidem remediorum modus respondere debet modo recessus a naturali statu, qui si magnus est, magnis remedijs tollitur, si paruus paruis. Vt autem intelligatur quantum compositio corporis a naturali statu recesse rit, intelligete illam oportet quæ secundum naturam est. Eadem ratio est causarum & effecto tum, ex quibus similiter naturaliter se habentibus coniectura fit eorum quæ contra naturam sunt. Verum in homine ægrotante tria hæc secundum naturam iam præterierunt, & non am plius adsunt, cum reddita sint contra naturam. Esto igitur necessaria cognitu sint in ægrotan te quæ secundum naturam, non tamen comprehenduntur sub præsentibus, de quibus nunc agi mus, sed sub præteritis, de quibus proxime agemus. At restant in ægrotante aliqua etiam secū

t Galen 9. met. c. 14. u Gal. 5. de ru. val. c. 2. & c. 10.

A dum naturā, vt aliquarū partium compositio, causæ aliquæ, aliqua item effecta, si non ex toto, certe aliqua ex parte, alioquin non maneret vita, quæ medicus intelliget vt præsentia, de quibus faciet coniecturā viriū naturæ, a qua vel expectanda sanitas est, vel certe sanantium remediorū tolcratio. Patet igitur ex præsentib. recognoscenda esse a medico cōpositionem corporis, causas, & effecta cum suis differentijs, & non solū quatenus a naturali statu recedūt, sed ēt quatenus secundū naturam sunt. Ex præteritis ad ægrotantem pertinentib. cognoscere potissimum causas oportet contra naturā, ex quib. capitur coniectura de morbo quē fecerūt. Sed expedit eas ēt intelligere quæ secundum naturam præterierūt, solitæ homini opē ferre, vt auxilia quib. consueuit illius sanitas defendi, aut restitui. Inde.n. colligemus quib. vri remedijs ad curandum præstet. Compositio corporis præterita vtiliter ēt perquiritur, ea.n. quæ secundum naturā fuit, metimur ea quæ contra [a] naturā est, cognoscimusq. quantū recesserit a statu naturali. At vbi ea quæ præterit frequenter cōtra naturā fuerit, monstrat hominem morbosum, qui etiam ob leuem causam de sanitate potuerit deturbari, quæ cognitio ad prædicendum pariter & curandum summopere conducit. Effecta vero præterita non inquiruntur per se, sed vt nobis eam compositionem patefaciant a qua profecta sunt, quam vbi medicus coniecerit, non est q de effectis vlterius laboret. Restant futura quæ præsagire [b] necesse est cum hominem curamus B propter vtilitatum quas diximus vbertatem. Ex reb. autem futuris, maxime dare operā oportet vt compositionem præsentiamus, quandoquidem causæ rerum futurarum non vt futuræ, sed vt præsentes [c] intelligi debent, sunt enim natura [d] & morbus, quæ adsunt, & ad effectionem iam aggrediuntur. Effecta uero rerum futurarum talia expectabimus, qualis erit compositio futura quā præsagire sufficit, illa enim satis per se effecta monstrabit sibi respondentia. Sed omissis rebus cognoscendis, pergamus ad ea per quæ cognoscimus, hoc est ex quibus intelligimus quæ ad ægrotantem attinent.

a Hipp lib. de offic. med. in proœmio.
b Hippo. i. progn. in proœm.
c Galen. i. progn cō. 4
d Gal. li. de const. art. c. 18.

De rebus per quas cognoscimus quæ ad ægrotantem attinent in uniuersum. *Cap. III.*

QVicquid percipitur a nobis, aut sensu, aut [e] mente percipitur, hoc est, aut sentitur, aut intelligitur. Sentimus ignem calere, niuem esse albam, dulce mel: quorum nihil rationibus comprobatur, tantum satis est sensui obijcere quod sentiendum est, C quemadmodum in [f] institutionibus medicinæ diximus, vbi demonstrauimus locos ex quibus signa depromuntur, eosdem nunc in memoriam redigere operæprecium est. Ergo, quæ sub sensus cadunt, celeriter, expediteque comprehēduntur, maxima autem in illis veritas est si sani sunt & valentes, atque omnia remouentur quæ obstant, & impediunt, sic enim sunt incorrupti atque integri testes, neq. [g] vnquam mentiuntur. Ad eas igitur res percipiendas quorum iudicium positum est in sensibus, satis est commoueri nos, nihil attinet doceri, nihil opus est rationibus. Illa vero quæ sensum fugiunt & mente duntaxat comprehendi possunt, bipartito distribuuntur, [h] alia enim prompta & aperta sunt, veluti pronunciata, Græce ἀξιώματα, quæ mediocri animaduersione iudicantur, vt quod totum maius sit sua parte, quod æqualia sunt si ab æqualibus æqualia detraxeris: alia vero occulta atque inuoluta, quæ rationes postulant a quibus patefiant ac demonstrentur. Huiusmodi sunt quæ inquirūtur in homine ægrotante vbi sensum lateant, & mente percipienda sint, rationibus enim opus est, quæ ex rebus perceptis ad id quod perceptum non est adducant. Sumuntur rationes omnes ex quibus necessario aliquid concluditur atque efficitur, ex ijs quæ cum ipso maxime coniunguntur. Huiusmodi sunt, vel effecta ex quibus causa colligitur, vel causæ ex quibus effectum, vt enim alterum ad alterum refertur, ita alterum ab altero demonstratur. Duo igitur tantum sunt [i] loci, ex quibus D firma testimonia sumuntur, causæ & effecta, quæ, quod res abditas mōstrent ac significēt, signa a medicis vocantur. Si quid aliud ponatur in signis, eatenus vim affert, quatenus ad causas, vel ad effecta referrur, quemadmodum quod cōiter vagatur, [k] & quod iuuat, [l] aut nocet: rū facilis vel difficilis lapsio in morbum, [m] & eiusdem morbi aduentus subitus aut lentus. Si quidem ex eo quod cōiter vagatur, veluti ex morbo quo multi alij implicantur, facile coniectura fit illum qui nondum patet, & quo nuper tentari homo cœpit, consimilem esse. Vtebatur hac coniectura [n] Archigenes, in qua duo latent argumenta, vno colligitur causa ex effectu, altero effectus ex causa. Nā eū argumentamur hominis febrem exempli gratia, tertianam esse, quod alij qui nūc ægrotant tertianam habeant, intelligimus idcirco valere argumentum, quia causa tertianæ cō muniter vagatur, ita vt tertiana quæ cōis effectus est, cōis causæ sit indiciū, atq. hęc rursus monstret effectum, hoc est morbum ad quē curandum adhibemur, proposito ægrotanti cōem esse, cum multis alijs. Quicquid autem iuuat aut nocet, proptcrea signum est quod in ipso includitur commodum aut incommodum; hoc sibi voluit Hipp. cum dixit (manifesta vero sanatio, [o]) id deinde corporis compositionem denunciat tanquam causam, si non conficientem, certe quæ vim afferat ad conficiendum, proprie enim commodum vel incommodum afferunt quæ adhibentur: sed necesse est concurrat corporis [p] habilitas, si quidem illa tunc commoda sunt, cum nacta sunt corpus idoneum quod ex illis vtilitatem percipiat, incommoda, cum non idoneum.

e Hip. li. de off. med. in proœm. & Galen. i. de loc. aff. c. i.
f Vide 3. lib. instit. c. 7.
g Aristo. 4. de uin. 24. & 2. de anim.
h Aristot. i. post.
i Gal. 3. catamp. a pri cipio.
k Gal. i. ad Glauc. c 5.
l Ga. de ar. med. 63. & 65.
m Galc. de ar. med. 2.
n Galen. 2. crit. c. 3.
o Hippo 2. aph. 17.
p Gal. d' ca. morb ca. 2.

neum. Homo sanus gaudet similibus, læditur contrarijs, æger gaudet contrarijs, læditur simili- E
bus. Vtilitas quæ sequitur ex remedijs ad sanum adhibitis, monstrat compositionem corporis
habilem, huiusmodi est temperatio similis, nam si illa calida fuerint, calidam temperationem
monstrant, quod si calida noceant, monstrant temperationem qua sanitas continetur contra-
riam esse, hoc est frigidam, quod contra vsu venit ægrotanti, cui si commoda sint quæ adhiben
tur calida, monstrant morbum, hoc est compositionem corporis contrariam, vt frigidam, si in-
commoda, similem, vt calidam. Ex quo intelligi potest id quod iuuat, aut nocet eatenus signũ
esse, quatenus continet in se vim commodi aut incommodi, a quo tanquam ab effectu, denun-
ciatur qualis sit siue ægrotantis, siue sani corporis compositio, hæc enim causa est si non effi-
ciens, certe efficiendi socia, sine qua minus prodessent aut obessent quæ admouentur. Licet au
tem habilitas sit propria materiæ, refertur tamen ad efficientem, tanquam conditio sine qua
non sequeretur effectio, quamobrem spectat hic quoque locus ad effecta quę suam causam de-
nunciant. Eadem ratio est facilis vel difficilis lapsionis in hunc vel in illum morbum, quam cõ
spicimus [a] in homine sano, quidam enim facile ac leui de causa in morbum aliquem incidunt,
a Gal. li. de ar. medi. c. 82.
quidam difficulter & non nisi ob magnam causam, monstrat facilitas habilitatem hominis, &
ita similem temperationem, contra difficultas habilitatis absentiam, & ideo temperationem
contrariam. Homo naturaliter calidus, facile corripitur a calidis morbis, difficulter a frigidis.
Quamobrem hic quoque locus ad effecta spectat, a quibus denunciatur habilitas, quæ si non
efficit, certe vim affert ad efficiendum. Aduentus vero subitus aut lentus, morbi speciem idcir F
co patefacit, quia est effectus causæ celerem vel tardam effectionem in se cohibentis. At eius-
modi causa morbum quem efficit, similem demonstrat. Non longe abieris, subitus immodera-
tæ temperationis aduentus, causam indicat calidam vel frigidam, ijs enim præcipue inest cele
ris vis effectionis. Quicquid autem calidum aut frigidum est, vt facit, ita etiam monstrat morbũ
similem. Sed lentus causam significat humidam vel siccam, quæ non nisi post longum tempus
suam absoluite ffectionem. Humida vero causa, aut sicca similem morbum afferat ac denũciet
necesse est. Quotquot igitur suppeditant nobis signorum materiam, ad causas vel ad effecta re
feruntur. Causæ (vt intelligi potest ex ijs quæ proxime diximus) accipiendæ sunt efficientes, si-
ue externæ, siue internæ, vna cum habilitate materiæ recipientis. Habilitas in quo consistat,
primo libro exposuimus [b] cum de causis ageremus. Indicãt igitur causæ efficientes omnes vna
b Sup. li. 1. de curatio. gen. c. 3.
cum habilitate materiæ effectum similẽ, inest enim omnibus vis efficiendi aliquid simile. Quã-
quam similitudo non est in omnibus aperta & expedita, quemadmodum in calefacientibus,
refrigerantibus, madefacientibus; aut siccantibus, sed in quibusdam est implicita & abscondi
ta, vt in ijs quæ non per se, sed alio interiecto medio aliquid faciunt, siue immoderatam tempe
rationem, siue mutationem figuræ, superficiei, cauorum, magnitudinis, numeri, situs, siue solu- G
tionem vnitatis: sunt enim hæ omnes latenter similes effectui quem faciunt, nam inclusa ipsis
inest vis eiusmodi effectus, hoc modo igitur causæ dant nobis signa. At effecta denunciant in
homine tanquam causam, compositionem corporis quam sequuntur. Comprehenduntur effe-
c Gal. li. de diff. sympt. c. 2.
cta omnia sub tribus generibus, [c] videlicet sub actionibus, sub ijs quæ percipiuntur sensu, sub
ijs quæ retinentur ac detruduntur. Quæ tria si secundum naturam se habeãt, sunt effecta sani-
tatis, & ipsam denunciant: si contra naturam, sunt symptomata & effecta morbi, quem osten-
d Sup. lib. 3. c. 3.
dunt. Actiones quales essent, & quot modis læderentur, tertio libro docuimus, [d] cum de sym-
ptomatibus ageremus, nunc illud tantum addimus, quod non solum species actionis læsæ, sed
modus etiam potest morbi speciem demonstrare, ablata enim, frigidi morbi index est, depra-
e Gal. 3. de loc. aff. c. 5. & lib. 2. de cau. sympt. c. 7.
uata, calidi, siquidem frigus immoderatum aufert aut [e] minuit actiones, veluti motum, calor ni
mis auget atque deprauat. Quod attinet ad species, vbi validæ sunt actiones, monstrant vige-
re qualitatem qua gaudent, vt coctio, calorem, appetentia, frigus. Quamobrem vbi lædantur,
contrarias qualitates, vt ablata coctio, [f] frigus, appetitio, calorem indicant. Mores vero referri
f Gal. li. ar. med. 62. & 63.
ad actiones debent, sunt enim quasi actiones hominis frequentatæ, & propterea corporis com
positionem indicant, quæ in indicijs ponuntur, attinent ad actiones animales. Sensibus subij-
ci monstrauimus non modo quæ proprio aliquo sensu percipiuntur, sed quæ plurium sensuum H
testimonio iudicantur, vt tactus, & oculorum. In ijs vero quæ retinentur ac detruduntur, de-
clarauimus attendi primo substantiam, deinde accidentia. Substantiam quæ detruditur, dixi-
g Superius li. 3. c. 9.
mus, [g] solitam esse expelli, aut retineri secundum naturam, aut nec expelli, nec retineri, quod
non reperiatur vbi sanitas est. Accidentia multorum generum animaduertimus, vt multitudi-
nem & paucitatem, vt qualitatem quæ oculis, naribus, olfactu, gustatu, aut tactu comprehendi
tur, vt sonum qui sub auditum cadit, præterea habitum crassum, vel tenuem, figuram, spumã,
quæ pluribus sensibus comprehenduntur. Adiecimus & alia genera accidentium, vt quando,
vbi, quomodo, quibus ordo accedit cum diuersa detruduntur. Attendimus enim quo ordine
singula detrudantur, hoc est quæ prius, quæ posterius, & an mista sint an separata. Ea igitur
quæ retinentur ac detruduntur hoc pacto per substantiam & accidentia suam causam denun-
ciant. Sed satis de locis signorum in vniuersum, spectemus nunc seorsum res præsentes, præte-
ritas, & futuras, quibus signis, & vnde petitis denuncientur.

De

A

De rebus per quas in vniuersum significantur in ægrotante præsentia, præterita, & futura. Cap. IV.

PRæsentia quæ ad ægrotantem attinent, seu corporis compositiones, seu causæ, seu
effecta, tum siue a naturali statu mutata, siue secundum naturam, celeriter expedi- a Gal. 1 de
teque percipiuntur, vbi sub sensum cadunt, quemadmodum quæ hærent [a] partib. loc. aff. c. 1.
externis, neque opus est ratione: vbi lateant sensum, & mente comprehendi de-
beant, necessariæ sunt rationes, quæ (vt in superiorib. dictum est) [b] a causis, vel ab effectis du- b Superius
cuntur. Nam hæ solæ sunt sedes signorum omnium, & idcirco illorum etiam quæ indicant in c. 3.
ægrotante res præsentes. Quo pacto autem quod communiter vagatur, quod iuuat aut nocet
facilis vel difficilis lapsio in morbum, aduentus subitus aut lentus, ad causas vel effecta referri c Superius
posset, non multo ante [c] explicauimus. Sed relictis præsentibus, pergamus ad præterita & futu c. 3.
ra quæ sub sensum minime cadunt, tantum enim indicat hic quod præsens est atque adest, præ
teritorum, ac futurorum particeps est sola mens cuius cum expertes [d] sint belluæ, tantum præ d Arist. lib.
B sentia cernunt, non recordantur, non præsagiunt. Quæcunque igitur vel præterierunt, vel futu 1. de histor.
ra sunt, necesse est sola [e] mente percipiantur, colliganturque ex signis. Sed statuimus signum an. c. 1. & li.
omne depromi vel ex causis, vel ex effectis: intueamur ab vtris magis denuncientur, a causis da Memoria, & Re.
ne vel ab effectis, primo quæ præterierunt, deinde quæ futura sunt. Præteritorũ causæ iam præ c. 1. & ult.
terierunt, & fere magis medicum latent q̃ ipsæ res præteritæ, ita vt non possit coniectura ab il e Arist. 3. de
lis ad id quod dubium & incertum est peruenire. Clariora enim debent esse testimonia, quam ani. 53.
illæ ipsæ res quarum fidem faciunt. Relinquitur igitur vt ex effectis [f] præteritæ res intelligan- f Gal. 1. ad
tur, nisi si quando earum causæ in aperto fuerint. Futurorum præuisio dicitur diuinatio, huius Glauc. c. 2.
autem duo genera sunt, vnum quod arte caret, & a quadam animi concitatione, aut soluto li-
beroque motu proficiscitur, quod somniantibus & vaticinantibus contingit, sed [g] hoc tanquã g Arist. lib.
inane, ac minus ad rem nostram faciens prætermittendum est. Alterum rationis est particeps, de diu. per
quod arte continetur, nititurque coniectura, obseruatis ac notatis signis consequentia decla- somnum.
rantibus, quod nunc agimus. Inquirimus enim vnde sumantur eiusmodi signa, Constat autem
non posse sumi ab effectis, quæ multo magis abdita sunt, quandoquidem si non sunt res futurę,
& ideo nos latent, multo minus sunt effecta ipsarum, & multo magis nos latent, ita ut nequeãt
significare & patefacere quod abditum est. Sequitur igitur ut futurorum signa depromantur
ex causis duntaxat, id autem quod iuuat aut nocet, nihil ad rem attinet, cum ei quod nondum
est, nihil inueniri possit quod commodum sit aut incommodum. Ex communiter vagantibus
C eatenus consequentia intelligi possunt, quatenus communis causa intelligitur, quæ monstrat
consequentia communia esse homini cum alijs ægrotantibus. Futura igitur intelliguntur ex so
lis causis, in quibus condita sunt, non secus atque in seminibus vis inest earum rerum quæ ex
ijs progignuntur. Adsunt autem causæ rerum futurarum, [h] & præsentes sunt, licet non cernan h Hipp. 50.
tur, cernuntur tamen signa ipsarum, hoc est incipientia effecta, ex quib. colliguntur causę quas prog. 3.
qui tenet, necesse est teneat quæ futura sunt. Colligit igitur medicus res futuras ex causis præ-
sentibus, has autem ex incipientibus effectis perinde [i] ac peritus agricola ex nuper exeuntib. i Gal. li. 1.
herbis segetes fœcundas. Causæ autem præsentes in ęgrotante ex quibus colligi exitus debet, prorrh. cõ 1.
k duæ sunt, natura, & morbus, vtraque autem dat signa futurorum quatenus ad suam effectio- k Gale. de
nem iam aggreditur. Res igitur siue præsentes, siue præteritæ, siue futuræ suis signis declaran- const. ar 18
tur. Vnde autem hæc sumenda sint, abunde iam ostensum est. & 2. prog.
Differentiæ restant rerum tam præsentium, quam præteritarum, & futurarum. Vbi res sub cõ. 6 & 4.
sensum cadant, quẽadmodum præsentes interdum solẽt, [l] differentiæ ipsarum sensu quoq. de- de præsag.
prehenduntur, neque debent rationibus confirmari. At vbi sensum res fugiant, & ex signis in- pul c. 11.
telligendæ sint, eadem quoque signa assumpta simili differentia rerum differentias indicant. l Gal. 1. de loc. aff. c. 1.
D Cæterum similitudo non semper aperta & expedita est, sed interdum abdita & implicita, quã
si explicemus, propositam regulam valere in omnibus intelligemus, ita vt perpetuum sit rerũ
differentias ex signorum similibus differentijs colligi: magnũ signum rem magnam significat,
vt paruum paruam, sed similitudo hæc perspicua est. At res celeres denunciantur a celeri si-
gno, in quo tamen celeritas latet, atq. implicita est. Hactenus de rebus per quas cognoscimus.

De modo cognoscendi quæ ad ægrotantem attinent. Cap. V.

MOdus cognitionis restat, quem tertio loco proposuimus in ijs quæ ad cognitionem
in homine diximus attinere. Hic autem duplex est, vel certus, vel coniecturalis ac
fallax, si quidem rerum tam præsentium quam præteritarum, & futurarum vel cer
ta sumitur scientia, vel coniectura, qua qui vtitur vltra progredi non potest, ea ta-
men fallitur fortasse nõnunquam, sed ad veritatem sæpissime dirigitur. Ea quæ sen m Arist 4.
su accipiuntur, vera sunt ac firma, maxima enim est in sensib. veritas si sani [m] sint, & omnia re- diui. T. 25.
mouean-

a Gale. 12. meth. ca. 7. & 5. de tu. vale ca. 11.
b Aristo. 1. Rhet. c. 2.

moueantur quæ impediunt. Quæ percipiuntur mente ex signis colligi debent, ex quibus plerũque sumitur coniectura, scientia non sępe, interdum tamen signa adeo certa sunt, ut medicum ad satis stabilem scientiam perducant, veluti quæ pulmonis aut a membranæ costas succingentis inflammationem, veluti etiam quæ intestinorum difficultatem denunciant. Quæ huiusmodi sunt τεκμήρια ab Aristotele[b] dicuntur: duo autem habent, vnum, vt insint omnibus illis quæ subijciuntur rei cuius signa sunt, alterum, vt in nullo altero inueniantur: quæ vtrumque habent sic reciprocantur, vt si adsint vel non adsint, adsit quoque vel non adsit res significata, atque vbi hæc adest, illa quoq. adsint, absint vbi hæc abest: vbi vtrumque desit, signa sunt omnino incerta, atque arte penitus carent. Vbi alterutrum adsit duntaxat, plus virium habent ad faciendam fidem quæ nusquam inueniuntur nisi in re cuius sunt, signa, quam quibus insit duntaxat illud, vt scilicet appareant in illis omnibus quæ rei subijciuntur. Ex ijs autem quæ ita propria sunt, vt non possint in aliam rem transferri, concludimus vbi adsint, necessario rẽ adesse quam significant, at non propterea ubi non adsint, adesse illam prorsus negamus, finximus. n. illa tantũ esse propria rei significatæ, non tamen communia omnibus quæ sub ipsa cõprehenduntur. Quod si contra accidat, vt communia sint eorum omnium, non tamen attineãt ad rem illam vnam tantum quam significant, vbi non adsint, negamus omnino rem adesse, at non propterea vbi adsint concludimus necessario adesse. Niti autem medicus debet vbã liceat, signis maxime certis, hęc si non sint, minus certis, ex quibus attingat aliquid verisimile, quando longius mens humana progredi non possit: Nulla autem pars medicinæ minus certa est, & magis coniecturalis hac ipsa quam agimus, ac διαγνωστικὴν, & σημειωτικὴν[c] Græci[d] appellant. Sed cum signa omnia ad causas vel effecta referri ostẽderimus, effecta magis solida & expressa indicia sunt, & magis fidem faciunt quam causæ, quamobrem his vtimur frequentius, tantum autem in significando valent, vt significationum nomen [e] apud nonnullos medicos inuenerint. Verum siue causa, siue effectũ sit signũ, raro euenit vt idẽ per se sufficiat, quamobrem plerunq. vbi res non potest vno proprio signo declarari, vtendum est concursu multorũ (Empirici[f] συνδρομὴν appellarunt) quæ si singula fidem non faciunt, vnita tamen & connexa inter se testimonia firma sint, quemadmodum in definiendo cum non inuenitur proprietas, quæ addita generi rei notionem explicet, declaratur frequentia [g] communium, ex quib. proprium quid sit elucęat. His ita de cognitione in vniuersum constitutis, quod spectat ad res cognoscẽdas, ad res per quas cognoscimus, ad modum cognoscendi, iam tempus est ad id quod instituimus accedere, videlicet ad rerum præsentium, præteritarum, & futurarum species agnoscendas in ægrotante. Agemus primo de recognitione præteritorum, quæ & priora sunt, & indicant nobis res præsentes ac futuras: quibus expositis finem huic libro faciemus.

c Gal. li. de part. artis, c. 2. & 1. de offic. med. com. 1.
d Auic. lib. 1. f. 2. d. 3. c. 1.
e Gal. li. 5. de tu. uale. c. 10.
f Arist. lib. 2. posterior.
g Hippo. 1. progno. in procem.

De cognitione rerum præteritarum in ægrotante. *Cap. VI.*

h Galen. 4. meth. c. 3.
i Gal ibid.
k Hipp. 1. prog 8.

PRæterita ad ægrotantem attinentia, teneantur a medico [h] necesse est, non vt curentur, nam quod non est,[i] curationem non postulat, sed vt ex illis fiat de pręsentibus [k] coniectura, quemadmodum in superioribus docuimus, vbi potissimum intelligi debere diximus causas antegressas: adiecimus etiam non omittendum esse corporis compositionem præteritam, sed effecta, vt quæ hac perspecta, facile intelligantur. Sed cum accipi cognitio præteritorum [l] possit de ægrotante, & familiaribus, quos interrogare licet qualia fuerint, expeditius esse monstrauimus, vt ars plus habeat auctoritatis, si hæc quantum possunt coniectura inuestigentur, quæ sumitur maxime ex effectis, quod causæ rerum præteritarũ fere magis obscuræ sint quam ipsæ res præteritæ. Intueamur nũc relictis effectis quo pacto & cõpositio corporis, & causæ quæ præcesserunt indagari queat. Indicat igitur præteritã corporis compositionem in ęgrotante, ea quæ pręsens est iuncta cum suis effectis, hæc siquidem si nõ semper, saltem maiori ex parte sequitur habilitatem corporis pręcedentem, & eandem monstrat. In morbum calidum [m] incidunt aut omnino, aut magna ex parte homines calidi, in frigidum frigidi, & ita habilitas quæ est compositio corporis præterita intelligitur ex compositione pręsenti tanquam ex effectu. Sed colligitur etiam ex alijs effectis, quę adhuc secundum naturam seruantur, vt ex habitu, & figura corporis, ex venarum amplitudine, ex pilis, & similib. At causæ quæ morbum fecerunt, & tam ęgrotanti, quam familiaribus non ignotę, maxime debent coniectura inuestigari a medico, & colligi ex pręsentibus effectis quos reliquerunt, qua ratione hoc fiat, iam exponere sigillatim aggrediot. Ducuntur hę causę omnes a quatuor [n] locis, ab ijs, quę fiunt, quę offeruntur, quæ extrinsecus incidunt, quę retinentur aut expelluntur. Ad ea quę fiunt, attinent somnus & vigilia, motus & quies, animi perturbatio & tranquillitas: ad ea quę offeruntur esculenta, & poculenta, tum medicamenta & venena epota: ad ea quę extrinsecus incidunt, aer circumfusus, balnea, vnguenta, fomenta & cętera de genere eodem, pręterea tela, & ictus: ad ea quę retinentur, aut expelluntur, quæcunque contra naturam retẽta aut educta fuerint. Huiusmodi igitur sunt causæ antegressę, quarum omnium signa nunc sigillatim persequemur, exorsi ab ijs quę fiunt, & primum a vigilia, & somno.

l Gal. 1. ad Glauc. c. 2. & 5. d loc. aff. c. 7.
m Ari. 2. de gen. & corrup. T 25.
n Gal. 1. de tu. val. ca. vlt. & 5. d tu. va. c. 10.

Vigi-

A Vigilia & ſomnus vbi in morbum hominem compulerint, conijcies ex [a] effectis quos reliquerint, ſed quales hi ſint, colliges ex vi vtriuſq; quam 2. lib. explicauimus cum de morborum cauſis ageremus, oſtendimus autem vtriuſque mediocritatem conferre [b] ad bonam valetudinem defendendam, ab immoderatione vero morbum afferri. Vigilia calorem euocat ad partes externas, & ſimul refrigerat partes internas, auget flauã bilem, ſiccat corpus, & aſſum reddit: quamobrem vbi immoderata anteceſſerit, [c] apparet ex actionibus [d] pulſus paruus, quod ſpiritu & ſanguine ab internis partibus ad externas excitato, imminutus fuerit cordis calor vna cum facultate vitali. Apparent etiam poſt longam vigiliam animales actiones debilitatæ, ſenſus vix fungi ſuo munere poteſt, motus voluntarius languet, munera mentis, vt ratio, intelligentia, memoria, minus vigent. Inter naturales actiones coctio maxime debilitatur, cum viſcera magna ex parte fuerint à calore deſtituta. Ex qualitatibus quæ in ægrotante ſub ſenſus cadũt, color pallidus aſpicitur, quod diuturnitate vigiliæ tandem exhauriatur vis illa ſanguinis quæ bonum colorem faciebat. Ob eãdem cauſam intumeſcit facies quæ prius gracilior reddita fuerat vna cum palpebris, exhauſto enim ſpiritu redduntur eiuſmodi partes frigidiores, vnde vapor ac flatus non amplius digeritur, ſed colligitur, & eas partes inflat. Ex ijs quæ expelluntur, vrina cruda eſt, quod coctio in partibus internis minus perficiatur ob cauſam iam dictam. Quod ſi indicium quoque ſumendum eſt à commodo, vel incommodo quod ex remedijs capitur, B iuuat tunc hominem dormire.

a Galen. 1. prog. com. 8. & 1. ad Glauc c. 2.
b Supra li. 2. c. 5.
c Gal. locis citatis.
d Gal. ibi.

Somnus contra reuocat [e] calorem ad viſcera, & partes internas, perficit coctionem ſed implet caput, viſcerum inflammationem & obſtructionem auget, refrigerat partes externas, atque vbi longior fuerit adeo madefacit corpus vt ipſum [f] effœminet, & quodammodo elixet. Hanc eius vim conſequuntur effecta à quibus facile denunciatur, ac primo ex actionibus, pulſus ſentitur plenus, mollis, atque imbecillus. Implentur enim arteriæ multitudine vaporum qui excitantur, redduntur molliores quod nimis madefiant humore non abſumpto, vt ſecundum naturam ſolebat, quo fit vt non remittantur, cum premuntur, & ita pulſum [g] debilem præſeferant. Quod attinet ad actiones animales, ſenſus redditur hebes, videtur homo eneruatus, mens torpet. Quod ſpectat ad naturales coctio perficitur. Ex qualitatibus ſenſui ſubiectis color bonus eſt, partes corporis externæ cum tractantur, molliores ſentiuntur quam par ſit. Eorum quę expelluntur, vrina licet cocta ſit, non tamen nimis colorata eſt. Quod ſi homo vigilet, non mediocrem percipit vtilitatem. Motus & quies pertinent ad munera vitæ, ille per ſe, hæc quia inſtrumenta aſſidua exercitatione defatigantur: confert & quies [h] ad alimenti coctionem, vt motus ad diſtributionem, quod calorem excitet ab internis partibus ad externas. Sed vbi immoderate aut exerceamus, aut quieſcamus, plurimum lædimur: nimius enim motus nimium [i] nos C calefacit & exſiccat, abſumitq. alimentum quod ad externas partes euocauerat. Tum vbi [k] intempeſtiuus fit caua obſtruit, & impedit coctionem. Præteriti motus immoderati notæ ſunt effecta quæ relinquit, ac primo inter actiones [l] pulſus qui exercitationis initio augetur, ſed diuturno labore cum abſumatur ſpiritus, & minuatur facultas, imminuitur, cumque exſiccetur arteria, ſentitur durus. Conqueritur æger de laſſitudine, anhelitus [m] nonmodo calidior apparet, ſed etiam auctus, primo autem augetur magnitudo & celeritas, ſed tandem ſequitur laborem crebritas inſignis: præterea coctio minus perficitur. Ex qualitatibus quæ ſub ſenſum cadunt in corpore ægrotantis, cutis calet & dura eſt, ac magis colorata. Ex ijs quæ à corpore detruduntur, ſentitur vrina calidior, tenuior, & magis ruffa. At dignoſci etiam labor præteritus poteſt ex ijs quæ proſunt, aut obſunt affectui quem reliquit, hic enim primo mõſtratur, ex quo deinde labor colligitur: docuit aũt Hippocrates laboris [n] remediũ quietem eſſe. Sed prodeſt etiam frictio multa manibus oleo inunctis, prodeſt & cibus, obſunt quæ his contraria ſunt.

e Gal. 3. de cauſ. pulſ. c. 9.
f Hippo. 2. acut. 55.
g Gal. 3. de cauſ. pulſ. com. 9.
h Gal 4. acu. com. 44
i Gal 4 de cauſ. pulſ. 13.
k Gal. li. de cibis boni, & mali ſucci c. 3
l Gal. li. de cauſ. pulſ. 13.
m Ga. 2. de tu. vale. c. 2
n Hippo. 2. aph. 48.

Quies vbi immoderata fit, tabifica [o] eſt, partes enim quę nõ exercentur extenuari cernimus, quemadmodũ mẽbra fracta, & luxata, quæ dũ ſaneſcant & confirmentur quieta ſeruãtur, quo tempore gracilia admodũ redduntur, ita vt videatur eorũ ſubſtantia exſiccari. Eſt etiam quies cauſa cõtrariæ temperationis, videlicet nimis humidæ, [p] quod partes quieſcentes refrigerentur, D & idcirco plurimũ colligant humoris ſuperantis, quẽ calor abſumere ſolet in ijs qui exercẽtur: ab eiuſmodi humore non ſolum redditur temperatio immoderata, ſed fiunt etiã obſtructiones, & alij morbi. Ex his oriuntur effecta, quæ antegreſſam denunciant quietem, huiuſmodi eſt pulſus: paruus, tardus, rarus, mollis. Ex frigore & humore contracto ob quietem mens torpet, languet motus voluntarius, ſenſus hebes eſt, imminuitur diſtributio alimenti, extenuatur corpus, niſi tanta colligatur vis humoris vt tumeat, quemadmodum in ea ſpecie hydropis quam vocant λευκοφλεγματίαν, pallet cutis, & cum tractatur, mollis percipitur, vrina parum colorata eſt, & plerunq. [q] craſſior, q plurimũ craſſioris humoris cũ tenui aquoſo miſceatur. At põt fieri ẽt coniectura de nimia quiete pterita ex ijs quæ vel pſunt, vt exercitatione, inedia, vel obſunt, vt ocio, & ſatietate. Rñdet motui corporis, animi perturbatio, hoc tamen intereſt, quod p motum corporis, calor ſemper ab internis partibus corporis excitatur ad externas, ſed per ai per [r] turbationẽ feruet interdũ & augetur, interdũ à partibus externis ſecedit ad internas, vt per metũ, & mœrorem: interdum ab internis reuocatur ad externas, vt per [s] ſpẽ & gaudiũ. Dat quæuis pturbatio ſigna ex quibus vbi non multo ante præceſſerit facile conijciatur, huiuſmodi ſũt

o Hip 3. li. de off. 28.
p Gal. de arte medi. ca. c. 85.
q Galen. 1. criſ c. 12.
r Gal. 4. de cauſ. pulſ. c. 3. & c. 4.
s Gal. ibid.

a Gal. 4. de cau. pul. 2.

potissimum effecta quæ relinquit in homine ægrotante. Sequitur præcedentem iram [a] pulsus E
magnus, plenus, elatus, vehemens, quod auctus calor sit, & in corde, & in corpore vniuerso, &
vis tota intendatur in motu cordis & arteriarum, sed apparet etiam facies rubra, nisi cum ira
iunctus fuerit timor, nam tunc pallida magis conspicitur, oculi turgent, & ardere videntur, vri-
na redditur calidior, & flaua magis. Sed colligi etiam præcedens ira potest ex ijs quæ prosunt

b Gal. 4. de caus. puls. c. 4. & 5.

aut obsunt, prosunt quæ refrigerant corpus, obsunt quæ calefaciunt. Metu, & mœrore cõtrahi
calorẽ diximus ad partes internas, [b] hanc contractionẽ sequitur pulsus inæqualis & vehemẽ-
tior, nisi tanta fuerit, vt vires debilitauerit. Sed præ se ferunt oculi metum, & mœrorem manife-
stum, videntur. n. perterriti, ac tristes, vixq; aperiuntur, facies pallet, vrina rufa est. Per spem
& gaudium ostendimus excitari calorem ab internis partib. ad externas, quamobrem pulsus
rarior fit ac tardior, manet tamen magnus nisi adeo effundantur spiritus, vt vis vitalis conuel-
latur, facies rubet, oculi sunt hilares. Prodest aũt tam in spe & gaudio, quam in metu & mœro-
re ad contrarias cogitationes animum traducere. Tranquillitas animi respondet quieti corpo-
ris, videturq; eodem modo ipsum afficere vbi longior sit, quãquam non adeo implet humore.
Quamobrem sequuntur ipsam & pulsus magis moderatus, & reliqua omnia minus à naturali
statu mutata quam vbi præcesserit diuturna corporis quies. Quæ offeruntur, siue cibi sint & po-
tus, siue medicamẽta sæpe morbum faciunt, colliguntur autem similiter ex effectis, quæ in cor- F
pore ægrotantis apparent, & ex ijs quæ prosunt, aut obsunt. Cibi & potionis copia vbi nimia

c Gal. 3. de caus. puls. c. 16.

præcesserit, colligitur ex plenitudine corporis, sed si recens adhuc sit, & nondũ plenitudinẽ at-
tulerit, ventriculum onerat, pulsum [c] vehementem & magnum efficit, non tñ durũ, cutem red-
dit molliorem, vrinam minus coloratã, prodest tunc inedia. Sed proprie ebrietatem sequitur
pulsus elatus, celer, vehemens, tum vel somnus, vel magna ad somnum propensio, delirium, ru-
bor faciei, prodest aquæ potio: quod si qualitas vel cibi, vel potionis à moderatione recesserit,
relinquit similẽ immoderationẽ in corpore ægrotantis, id quod faciunt ẽt medicamenta epo-
ta, aut deuorata, ita vt deprehendantur ex signis temperationẽ illam monstrãtibus. Venena ẽt
sumpta conijciuntur ex certis notis, quæ nõ solũ in corpore ægrotantis, sed etiam in cadauere
se ostendunt, quas persequemur suo loco speciatim, vbi curationẽ in vniuersum absoluerimus.

Quę extrinsecus incidunt sunt primo aer circumfusus, deinde balneum, medicamenta, ictus
& telum etiam venenatum. Aër si tota substantia hominem læserit vim habuit veneni, cuius si-
gna vt dictum est, alibi tractabimus. Si qualitate immoderata, vt ęstu, frigore, dat corpus tunc
signa euidentia, nam si præcesserit æstus, adest grauitas capitis, anhelitus maior, sitis lenior, ita
vt non respondeat calori corporis. Feruet cutis & squalida sentitur, rubent oculi, & calidi sunt G
ac sicci, venæ tam in illis quam in tota facie distenduntur, exit vrina calidior & magis colora-
ta, sed balneum aquæ dulcis tunc mirabiliter prodest. Quod si homo vim frigoris pertulerit,
pulsus apparet velox & durus, non tamen paruus, nisi adeo vehemens fuerit frigoris appulsus,
vt ad partes quoque internas permeauerit, neque illi potuerit obsistere caloris cõtractio: ocu-
li caui conspiciuntur, nisi ob vaporis copiam inflentur, vrina exit alba, interdum tamen com-
presso intus calore redditur rufa: sed tam ex caloris, quam ex frigoris appulsu repletur caput,
vnde sequitur raucedo, & grauedo, ab vtro autẽ profecta fuerit ex alijs notis quas posuimus,
colligitur. Verum si humore aut siccitate aer morbum attulerit, signa in homine se ostendunt
vtriusq; immoderationis, quę perscribentur à nobis cum ad signa morborum præsentium per-
uenerimus, ex quibus similiter apparebit, qualia præcesserint medicamẽta externa, quæ tem-
perationem effecerint immoderatam. Balneum euocat calorem cum humore ad partes exter-
nas, cuius vsus nimius vbi præcesserit, externæ partes calidæ & molles sentiũtur: apparet [d] pul-

d Gal. 3. de caus. puls. c. 14.

sus elatus, celer, & vehemens, nisi vbi spiritus exsoluantur, & vitalis facultas debilitetur. Tela
vero & ictus conijciuntur ex plaga quam intulerunt: monstrat. n. hæc vim ictus, & teli speciẽ.
Colligit Hippocrates in libro de vulneribus capitis, fracturę speciem ex specie teli, & vi, & im- H
petu ipsius ictus, ita vt ex causis intelligat effectum. Licebit nobis similiter ex effectis, vt ex vul-
neribus conijcere causam, ictum videlicet, & telum, quod si venenatum fuerit, siue arte siue
natura, vt morsus scorpionis, ictus ferarum, indicatur ex signis quæ venena denunciant.

Restant quæ contra naturam retenta fuerint, vel depulsa, hæc vbi morbum fecerint, qua ra-
tione intelligantur, paucis explicabimus. Retentionem contra naturam sequitur grauitas cor-
poris, atque interdum tensio, & præcipue illarum partium in quibus materia versatur; turgẽt
enim hæ magis ac distenduntur, pulsus inæqualis est, prosunt quæ educẽdi vim habent. At vbi
immoderate corpus exhaustum sit, siue effluxu quouis, & idcirco ægrotet, pulsus apparet debi-
lis, paruus, subdurus, quod facultas vitalis debilitata sit, & arteria exsiccata. Habitus corporis

e Hippo. ac Gal. prog. 8.

cõspicitur gracilior, cutis [e] squalida, exit vrina colorata magis, cum calor reddatur validior,
neque humore amplius remittatur. Prodest cibus, vbi fames, potus vbi sitis præcesserit, vbi ni-
mio effluxu fuerit corpus exhaustum, prodest simul vtrunque. Causæ igitur antegressæ, vel ex
effectis deprehenduntur quæ relinquunt, vel ex commodo, aut incommodo, quod afferunt
quæ adhibentur, monstrat enim hoc proxime quo pacto corpus sit affectum, ex quo tanquam
ex effectu conijciuntur causæ quæ præterierunt. De præteritis itaque in homine ęgrotante di-
gnoscendis satis dictum videtur.

A

VIDI VIDII
DE CVRATIONE GENERATIM,
Partis Primę Liber Sextus:

Qui eſt de Cognitione Morborum pręſentium in homine ægrotante.

B

Morbi in ægrotante quo pacto in vniuerſum agnoſcantur. Cap. I.



QVibus contineatur ea cognitio quam medicus inquirit in homine ægrotante, tum qua ratione conijci res præteritæ poſſint, ſatis explicatum arbitror libro ſuperiori. Præſentes nunc ſequuntur in eodem recognoſcendæ, ſiue ſecũdum naturam ſint, ſiue contrariæ, quæ vbi ſecundum naturam ſint, quo pacto recognoſci poſſent, ſatis in a opere de tuenda valetudine docuimus. Tantum ergo agendum ſupereſt de recognoſcendis ijs quæ contra naturam ſunt, cuiuſmodi monſtrauimus eſſe morbum, cauſas, ſymptomata vna cum ſui differentijs, quæ perſequi nunc inſtituimus, vt quæ proprie ad curationem pertineant nobis propoſitam. Qua ratione autem recognoſcantur ſpeciatim exponemus, ſi prius in memoriam reduxerimus id quod ſupra diximus de rebus præſentibus, quæ ſenſu, aut mente percipiuntur. Res quę ſub ſenſum cadunt, vt comprehendantur, indicia non poſtulant, ad ea enim duntaxat quæ mẽte percipiuntur, vtendum eſt argumentis, quæ vel ex cauſis, vel ex effectis depromantur, nã b habilitas corporis ægrotantis, quod communiter vagatur, quod prodeſt aut obeſt, aduentus morbi ſubitus aut lentus, referri vel ad cauſas, vel ad effecta euidenter monſtrauimus. Hæc

C quæ de rebus præſentibus communiter agnoſcendis tradita ſunt, valent proprie in morbis, in cauſis, & ſymptomatibus, atque in ipſorum differentijs, id quod luce clarius apparebit, ſi ſeorſum vnumquodque perpendamus. Ordiemur autem à morbo, qui ſi c tenet partes externas, adeo ſenſui ſubijcitur vt non neceſſaria ſint ſigna ex quibus intelligatur, ſi internas, ſenſum latet, & ideirco colligi debet ex argumentis, quæ ſumantur à cauſis, vel ab effectis, ſiue expedite, ſiue implicite, ſicut illa quæ nobis ſuppeditantur ab ægrotantis corporis habilitate, ab eo quod communiter vagatur, ab eo quod prodeſt, aut obeſt, ab aduentu ſubito, aut lento. In vnaquaque enim ſpecie morbi ſenſum latentis indicia perſequemur, quæ ſiue aperte, ſiue latenter ex cauſis, vel effectis depromantur.

a Vidus li. 4 de tu. val. gener. c. 1.

b Supr. lib. 5. cap. 3.

c Gal. 1. de loc. aff. c. 1.

De ſignis cuiuslibet temperationis immoderatæ. Cap. II.



SVmamus initium à temperatione immoderata, quæ ſi calida ſit aut frigida, in partibus externis continuo ſenſui ſubijcitur, ſiu humida vel ſicca, opus eſt ratione, nam humida ex mollitudine d cutis, ſicca ex duritie colligitur. Percipit. n. ſenſus mollitudinẽ, & duritiẽ, ſed mẽs ratiocinatur mollitiẽ ab humoris copia proficiſci, & nõ

D à calore liquefaciente, duritiẽ à ſiccitate, e non a frigore cogente, & ita ex mollitie humorẽ, ex duritie, ſiccitatẽ exuperantẽ intelligi. Immoderatæ vero temperationis partiũ internarũ iudiciũ, nõ eſt amplius poſitũ in ſenſibus, ſed neceſſariæ ſunt rationes, quas nobis ſuppeditãt loci quos proxime retulimus. Sed ſpectemus vnãquamq; immoderationem ſeorſum, illud ante de oĩbus adijcientes ꝙ ſigna quæ naturalẽ alicuius hominis immoderatam tẽperationem denunciant, eandẽ quoq; denunciant contra naturam, vbi alteri ſuperueniãt, & non ſint naturalia.

Temperatio igitur, cum ita calida eſt vt actiones lædat, ſi partibus externis ineſt, ſub tactũ cadit, ſed ſi partes internas teneat, colligi debet ex ſignis, quæ petitur ex locis iã dictis, ac primum ex habilitate corporis patientis, ꝙ vbi naturaliter habeat calidiorem temperationẽ ſiue totum, ſiue pars, morbum calidum indicat in quẽ facile incidit. Quod ſi cõmuniter morbus calidius vagetur f conſimilẽ eſſe illũ denunciat quo implicatur ægrotans. Quod ſi ea proſint quę refrigerãt, monſtrant morbum contrarium, nempe calidũ, ſi ea obſint quæ calefaciunt; monſtrant morbum ſimilem, & idcirco ẽt calidum. Subitus aduentus magis monſtrat calidũ aut frigidum, nam humidi vel ſicci morbi aduentum conſtat eſſe lentum, ſed celerius caleſcit corpus

d Gal. de arte med. c. 54 &

e Ari. 4. meteor. c. 4.

f Gal. 1. ad Glauc. c. 5.

quam refrigeretur, ita vt maxime subitus, caloris immoderationẽ demõstret. Aperte autem ex E
efficientibus causis colligitur calidus morbus, quandoquidem vbi calefaciendi vim habeant,
siue externæ sint, siue ad corpus nostrum attineant, calidum morbum significant. In externis
ponuntur primo quæ extrinsecus incidunt, vt aer circumfusus, balneum, medicamẽta quæ ad
externas partes adhibentur. Aer, vel æstiuus, vel ob regionem, præsentemve constitutionẽ ca-
lidus, aut alioquin calefactus, balneum quoduis calidius, medicamenta calida, quibus exter-
næ partes illinuntur, vnguntur, aut aliquo modo fouentur, monstrant morbum calidum quem
efficiunt. Habentur in externis etiam quæ offeruntur, eorum.n. eadem ratio est vbi calefacien-
di vim habeant, siue sint esculenta, veluti quæ aromatibus copiose condiuntur, siue poculẽta,
veluti vinum vehemens vetus meracius large sumptum, siue medicamenta calida, aut epota,
aut deuorata. Sed quæ attinent ad corpus nostrum, aut fluunt, vt somnus & vigilia, motus &
quies, animi perturbatio & tranquillitas, aut manent, vt qualitates, vt succi, vt ea quæ reti-
nentur ac detruduntur. Ex ijs quæ fluunt atque abuolant, motus, [a] calefacit tã externas quã
internas corporis partes, quemadmodum & ira, somnus [b] vero tantũ internas, sicut & timor,
& tristitia, vigilia solũ externas, perinde ac spes, & gaudium, quies & trãquillitas, neutras. Ex
ijs quæ manẽt qualitates corporis, vbi validæ in aliqua parte fuerint, eã quæ [c] proxima est, vel
per insignes canales coniuncta, similiter afficiũt, quamobrẽ vbi calidę sunt, calefaciũt, id quod F
euenit ẽt calidis succis, veluti flauæ bili. Vbi aũt quæ retinentur calida fuerint, & quæ detrudũ
tur frigida, corpus relinquũt calidius. Ex ijs igitur oĩbus causis coniectura fit de calido morbo
quẽ afferũt. Habemus ẽt effecta, quasi signa quædã, & notas quibus morbũ calidũ iudicemus,
& primo actiones læsas, in quibus nõ solum speciẽ, sed & læsionis modũ animaduertimus, vt.n.
gaudent quædam actionũ species calore, veluti [d] coctio, ita quædã frigore, veluti appetẽtia.
Vtraq; aũt facile contrario offenditur. Quamobrẽ appetentia læsa, calidum morbũ declarat
tanquã causa à qua læditur. Modus læsionis varius est, cũ actiones interdũ auferantur, interdũ
minuantur, interdũ deprauentur: auferuntur, vel minuuntur frigore, propter q̃ partes nostri
corporis [e] vel omnino immobiles redduntur, vel vix moueri queunt, deprauantur calore, qui
nimiam efficit mobilitatem. Monstrat ergo læsionis modus eã tẽperationis immoderationẽ à
qua maxime oritur. Quod vero spectat ad effecta, quæ in corpore ægrotãtis sub sensum cadũt,
vbi cutẽ aspicimus minus albam, & magis coloratã, eandemq; [f] tangimus calidiorẽ, morbum
calidũ conijcimus, à quo eiusmodi qualitates mutãtur. Restant quæ detruduntur, vt vrina, vo-
mitus, deiectio; hæc vbi magis colorata sunt, & nimis cocta potius quã cruda, similiter calidũ
morbũ mõstrant à quo proficiscuntur. Multa igitur signa morbi calidi impertiũtur ab effectis. G
Frigida temperatio immoderata vbi externas partes occupet, percipitur sensu [g] tactus, in in-
ternis vero colligitur ex signis quæ depromũtur ex locis proxime ostẽsis, sed cõtrario modo se
habẽtibus, atq; in calida, ac primũ ex habilitate corporis, quod vbi naturaliter frigidũ sit, faci
le incidit in morbũ cõsimilẽ, & eũdẽ significat: deinde ex eo q̃ cõmuniter vagatur, nã vbi alij
tũc frigido morbo tenentur, iudicamus frigido quoq; ægrotantẽ implicari. Ex ijs præterea quę
prosunt aut obsunt, nã si cõmoda sint quæ calefaciũt, indicãt morbũ frigidũ, hoc est similẽ. Su
bitus aduentus monstrat vt calidũ, ita ẽt frigidũ morbũ, magis tñ calidũ quã frigidũ, hęc tñ ad
causas & effecta referũtur vt in superioribus ostensum est. Intueamur nũc quæ euidẽter causæ
sint aut effecta ex quibus colligatur frigida tẽperatio immoderate, ac primo externas, vt aerẽ
frigidũ, siue ob tẽpestatẽ, regionẽ, præsentẽ cœli constitutionẽ per se talis sit, siue arte fuerit re
frigeratus: balneũ præterea frigidũ in quo quis diutius manserit: medicamenta frigida quouis
modo extrinsecus adhibita: præterea quæ offerũtur [h] frigida, vt cibos, olera, cucurbitam, cucu
merẽ, vt potiones, veluti aquã frigidã, vt medicamẽta refrigerãdi vim habẽtia. Ostendunt.n.
oĩa hæc immoderationem quã reddunt immoderate frigidã. Idẽ faciunt ẽt causæ quæ ad cor-
pus nostrũ attinent, seu fluant, seu permaneant; nam ex ijs quæ fluunt, corporis [i] quies & ani- H
mi tranquillitas refrigerãt tã externas partes quã internas, somnus vero, tristitia & [k] metus,
solas internas: vigilia, spes, gaudiũ; externas dũtaxat. Ex ijs quæ permanẽt, qualitas valde fri-
gida vnius partis [l] coniũctã similiter afficit: succus frigidus, vt pituita, similẽ impertit qualita
tẽ loco in quo versatur: q̃ detruduntur [m] calida & q̃ retinẽtur frigida, reddũt similiter corpus
frigidũ. Causæ igitur oẽs tam internæ quã externæ refrigerandi vim habẽtes, similẽ effectũ fa-
ciunt ac demonstrant, atque idcirco temperationem immoderate frigidam. Huius ab effectis
quoque multa signa dantur, & primo ab actionibus læsis. Earum nõnullæ species demõstrant
frigus à quo offenduntur, veluti [n] coctio & attractio: modus quoque læsionis, frigidi morbi fa
cere fidẽ potest à quo auferuntur aut imminuuntur magis quã deprauẽtur: redditur enim mo
tus difficilis [o] imminuiturque; cum contra a calore augeatur ac deprauetur: minuitur etiam à
frigore respiratio [p] & pulsus. Ex qualitatibus quæ in corpore ægrotantis sub sensum cadunt,
color albus conspicitur, cutis si tãgatur percipitur frigidior: quę expellũtur, vt vrina, vomitus,
deiectio cruda sunt & minus colorata. Huiusmodi igitur sunt effecta ex quibus deprehẽditur
tẽperatio immoderate frigida. Humida tẽperatio, vbi immoderate externas partes teneat, ca
dit sub sensũ tactus, quo percipitur [q] mollities tñ, sed rõne opus est qua discernamus nũ ea ca
lorem liquefacientem consequatur, nã vbi hic non adsit, coniiciemus eius causam esse nimium
humorem,

a Gal. li. de caus. morb. cap. 2.
b Gal. li. 3. pe cau. pul. 9. & 4. de caus. pul. 4. & 5.
c Gal. li. de caus. morb. cap. 2.
d Gal. li. artis med. c. 62.
e Gal. 3. de sympt. cau. cap. 2.
f Ga. de ar. med. c. 62.
g Galen. de art. med. c. 63.
h Galen. de caus. morb. cap. 3.
i Gal. ibid.
k Gal. 4. de caus. pul. 4. & 5.
l Gal. 4. de caus. puls. 3
m Gal. de cau. mor. 3.
n Gal. 3. de cau. sympt. cap. 1.
o Galeo. 1. prorrhet. com. 20.
p Ga. l. 1. de caus. puls. ca. 6.
q Ga. li. ar. med. c. 55.

A humorem,& ita ex mollitie intelligemus temperationem esse immoderate humidam: at vbi re
neat internas partes,mente duntaxat percipitur,ita vt necessaria sint argumenta. Ducuntur
hæc primo ab ægrotantis habilitate,qui si humidior natura fuerit,indicat morbum esse similē:
tum à communiter vagantibus,nam si plerique ægrotantes tunc humido morbo laborent,ve-
risimile est consimili laborare eum ad quem curandum adhibemur.Preterea ab ijs quæ prosūt
aut obsunt, nam si prosint sicca, obsint humida, denunciant morbum esse humidum: tum ab
aduentu morbi,nam lentus,morbum humidum vel siccum monstrat, calidus aut frigidus, ma-
gis subito aduenit,sed magis lente aduenit humidus quam siccus. Venio ad signa quæ proprie
ducuntur à causis efficientibus & primo ab externis:quę extrinsecus incidunt,vt aer humidus
ob hyemem,ob pluuiarum a multitudinem,ob paludes,aut ob aliam quamuis causam: balneū a Gal.li. de
aquæ dulcis;medicamenta quæ extrinsecus dantur madefaciendi vim habentia:præterea quę caus morb.
offeruntur,vt cibus multus,humidus,elixus:potio multa facultatem habens madefaciendi:me ca.5.
dicamenta similia,eiusmodi omnes causæ externæ vt patere,ita etiam ostendere morbum hu-
midum possunt. Idem euenit causis illis quæ attinent ad corpus nostrum, siue fluant siue ma-
neant,omnes enim cum madefaciendi vim habent,humidum morbum demonstrant, veluti ex
ijs quæ fluunt,somnus,quies, b tranquillitas: ex ijs quæ permanent, qualitas humida alicuius b Galen.de
partis,humor aquosus,aut pituitosus:quæ detruduntur pauca & sicca,multa vero atque humi- caus.morb.
B da quæ detinētur.Hoc pacto igitur ex causis tam internis quam externis humidus morbus col cap.5.
ligitur.Sed grauissimum argumentum sumitur ex effectis,& primo ex actionibus læsis pro spe-
cie ac modo.Ex actionibus animalibus languet c intelligentia,ratio,memoria: tum sensus he- c Gal 3. de
bes redditur,debilitatur motus.Ex vitalibus,pulsus redditur mollis ac languidus. Ex naturali loc. aff.5.
bus,minuitur retentio,augetur ac deprauatur expulsio.Ex alijs effectis & proprie ex qualitati
bus corporis,percipitur tactu d mollities,etiam tanquam effectum morbi humidi partium in- d Gal.li.ar.
ternarum.Ea vero quæ expelluntur,vt vrina,deiectio,sputum,copiosa sunt,& tenuia.Huiusmo med. c.55.
di ergo sunt effecta à quibus humor exuperans demonstratur.

Sicca temperatio immoderata vbi partibus externis insit,tactu sentitur,quo quidem perci-
pitur e durities duntaxat,sed adiungitur ratio, qua distinguimus num eiusmodi durities à sic- e Gal.li.ar.
citate proficiscatur,an à plenitudine,an à frigore. Distendit plenitudo partes illas in quibus med. c. 54.
colligitur,adeo vt duras efficiat:frigus cogendo duritiem affert, quod tamen accidere nequit
homini f viuenti nisi cum in propinquo mors est,ita vt pene extremum spiritum exhalet,alio- f Gal. 2. de
quin non potest frigus adeo cogere nostri corporis partes, vt illas reddat duras: quamobrem temp.c.3.
vbi tactu duras illas percipimus,ratiocinamur num durities illa siccitatem immodicam sequa
tur quam nunc agimus,an potius plenitudinem aut frigus.Sed vbi siccitas versetur in partibus
C internis,sola mente intelligitur, necessariaque sunt signa quæ nobis suppeditant loci iam di-
cti,ac primo habilitas ægrotantis,qui si naturaliter siccus fuerit,facile incurrit in morbum sic-
cum,& eundem ostendit:dein quod cōmuniter vagatur, nam si alij ægrotantes tunc sicco mor
bo laborant,consimili laborare par est hominem ad quem accersimur:quod idem prodest aut
obest,nam si commoda fuerint quæ madefaciendi,incommoda,quæ siccandi vim habent, indi
cant morbum esse siccum:Aduentus vbi lentus sit, monstrat temperationem immoderatam es
se humidam aut siccam,minus tamen lente aduenit sicca quam humida, quandoquidem non
solum fit à siccis, sed etiam à calidis quibus inest siccandi vis vehemens. Sed spectemus signa
quæ proprie a causis efficientibus ducuntur,ac primo ab externis.Quæ extrinsecus incidunt,
vt aer g ob tempus anni,regionem,præsentem cœli constitutionem, aut quouis modo siccus: g Gal.li.de
balneum aquæ salsæ aut sulphureæ:medicamenta quæ quouis modo adhibentur ad partes ex- caus.morb.
ternas siccantia:quæ offeruntur,vt cibus paucus, assus, aut facultate exsiccans,potio pauca & cap.4.
siccans,vt vini veteris vehementis aut austeri, medicamenta h siccantia epota aut deuorata, h Gal ibid.
siccitatem quam afferunt patefaciunt: id quod euenit etiam illis quæ ad corpus nostrum atti-
nent,vbi siccandi vim habeant,quemadmodum ex ijs quæ fluunt, vigilia i diuturnior, motus i Galen. 7.
validus ac celer,vehemens animi perturbatio,ex ijs quæ permanēt, qualitas sicca alicuius par meth.6.
D tis,humor siccus cuiusmodi est flaua vel atra bilis,aut pituita salsa: præterea quæ expelluntur
vbi multa sint & humida,quæ autem retinentur pauca & sicca. Mittamus causas, veniamus ad
effecta,quæ multa nobis signa dant immoderatæ temperationis siccæ, & primo actiones læsæ
pro specie & modo læsionis.Mēs acrior fit,delirat tamen vbi nimium augeatur siccitas: sensus
fit acrior,quanquam & ipse quoque læditur processu temporis sicut & motus,qui licet ob sicci
tatem initio fiat validior,ita tamen ea aucta læditur vt deprauetur:pulsus redditur durus, ex-
pulsio imminuitur,retētio nimis augetur ac deprauatur:ex qualitatibus quæ in corpore ęgro-
tantis sub sensum cadunt,tactu sentitur k durities:quæ detruduntur pauca sunt & crassa: ex k Gale.lib.
his ergo effectis colligitur temperatio immoderate sicca. Hactenus de signis illorum morborū art. medic.
qui immoderatę temperationi subiiciuntur. c.54.

De signis morborum tota substantia repugnantium. Cap. III.

E


Nter morbos quos habent simplices partes, sunt illi etiam qui non euidenti qualitate, sed tota substantia ipsis repugnant atque aduersantur: hoc igitur recognoscere in ægrotante similiter opottet, quod nunc genetatim agemus, differentes recognitionem speciatim ad curationem magis proptiam, quam persequemur postquam hanc absoluerimus in vniuersum nobis propositam. Iudicium motbi tota substantia aduersantis, siue internas, siue externas partes teneat, non est positum in sensibus quemadmodũ tempetationis immoderatæ partium externarum, sed pertinet ad menrem, ita vt opus sit argumentis à quibus patefiat: suppetunt hæc ex locis iam dictis. Habilitas corporis ægrotantis raro indicium facit eiusmodi morbi, quandoquidem causæ à quibus affertur, plerunque adeo efficaces sunt, vt nulli homines illis obsistere posse videãtur: Vetum plurimum interest intet illos; nam qui corpora obstructa habent & prohibitum perspitatum prauisque succis redundant, facile in perniciosam [a] puttedinem incurrunt, & in febres pestiferas, vbi aer pestilens suetit: cũ contra constet illos defendi quibus pura sunt corpota, & canales ac foramina patent. Quid quod venena quantumuis mortifera, non offendunt æqualiter omnes? illi enim qui aut paulatim veneno assuescunt, aut ptius antidotum sumunt, adeo inuiolati seruantur, vt cum mottem F sibi consciscere volunt, eo epoto etiam inuiti euadant [b] incolumes. Non sunt igitur contemnenda illa indicia propositi morbi quæ ab ægrotantis habilitate ducuntut: vetisimilius enim est ab eiusmodi malo magis teneti corpus quod opportunũ sit, quam quod illi minime pateat. Quod communitet vagatur, si tale fuerit vt tota substantia repugnet, nõ leue testimonium est, veluti in pestilentia, quæ vt alios attingit ægrotantes, ita hunc attingere par est, ad quem curãdum medicus adhibetur. Quæ prosunt aut obsunt, ipsa quoque morbum tota substantia alienum denũciant, siquidem vbi prosint antidoti, aut olea & cætera præsidia quæ vel sumpta, vel extrinsecus imposita eiusmodi malo obsistere ac mederi consueuerunt, indicant id ipsum esse: quæ obsunt, veluti quæ colligunt copiam prauotum succorum & exhalare vapores non sinũt, non nihil etiam ad hanc cognitionem conferunt, quãquam communia sunt complurium aliorum morbotum, & idcirco non multum firma. Maximam fidem faciunt causæ effectrices, vt [c] aer pestilens, aspitatio auerni, ictus à telo venenato, morsus viperæ, aspidis, scotpionis, canis rabiosi, succus collectus in corpore ægtotantis admodum ptauus, veluti bilis tam atra quam quæ à colore vocatur ætuginosa: Venenum denique comesum, vel epotum, siue ab altero datũ fuerit, siue imprudentet sumptum, cuiusmodi inesse solet quibusdam cibis alioquin suauibus, veluti [d] fungis, veluti etiam radicibus à quibus quamuis dulcibus scribit Theophrastus, non- G nullos [e] aliquãdo fuisse interemptos: si qua ergo eiusmodi causa antegressa est, denunciat morbum tota substantia alienum. Restant effecta, quę varia oriuntut ex varia specie ipsius, in vniuersum tamen symptomata longe pluta & gtauiota appatẽt, quam soleant in alijs morbis manifesta qualitate lædentibus, siquidem actiones fere omnes læduntur, ptæsertim quæ præcipuę sunt, sicut vitalis, accedit animæ defectio, supptimitur anhelitus, mentis intetdũ sequitur alienatio: quæ expelluntut, vt deiectio, vrina, deterrima sunt; quod spectat ad qualitates corporis quæ sub sensum cadunt, tactu percipiuntur exttema frigida, visu cutis liuida, aut etiam nigra, intumescit corpus totum & ptæcipue ventet. Hæc fere sunt effecta quæ morbum tota substantia inimicum plerunque consequuntut.

a Gal. 1. de diff. feb. 4.
b Gal. li. de Thiia. ad Pis. cap. 16
c Ga. lib. 1. de dif feb. cap. 4.
d Dios. lib. 4. c. 78.
e Theoph. lib. 9. de hist. plant. cap. 13.

De signis morborum ad figuram attinentium. Cap. IV.


Equitur recognitio illorum morborum qui spectant ad partes multiformes, fere autem sensui subijciuntur [f] cum tenent externas, sed cum versantur in internis, intel- H ligi debent ex signis, quæ magis speciem morbi seotsum in singulis partibus quam communiter in omnibus denunciant, neq. facile dirigi ad certam normam possunt, vt illa à quibus immoderata temperatio demõstratur, pro viribus tamen ad artem redigere ipsa nitemur. Ordiemut autem à figura, quæ secũdum naturam pattibus multiformibus certa debetur; hæc cum mutatut, in partibus quidem externis sensu percipitur, quemadmodũ vbi ctura valga aut vara fiunt, aut vbi nasus redditur simus, neque opus est signis à quibus patefiat: in internis vero vel sensum penitus latet, ita vt mente comprehendenda sit, vel si quando sub sensum cadant, necesse est concurrat ratio simul, veluti cum ventriculus, iecur, lien, aut vterus recedit à figura natutali, sensu enim percipimus externam cutem mutatam, & contra natutam: verum docti ab Anatome ratiocinamut, id vitium non pertinere ad cutem, sed ad subiecta viscera: at vbi figuta internarum partium mutata, nullum det sui specimen in cute externa, non est amplius positum aliquo pacto eius indicium in sensibus, quamobrem necessatium est sola coniectura id vitium assequamur. Admonebimut igitur partim habilitate ægrotantis, quem procliuem esse ad id intelligimus, partim eo quod communitet vagatur in alijs ægrotantibus si con-

f Gale lib. artis medi. c. 70.

simile

A ſimile fuerit, partim eo quod experiemur commodum vel incommodum, ſi non continuo vitia tæ figuræ, ſaltem cauſæ a qua retinetur. Sed redeamus in memoriam cauſarum à quibus figura naturali ſtatu dimouetur, nam hæ quoque multa dant eius indicia, modo non fuerint in vtero protinus, nam ſic nullam liceret ex ipſis facere coniecturam. Ergo vbi vitium poſt primum natalem diem ſuperuenerit, aliquod infortunium cauſamur, quod vel per ſe, vel alio interiecto figuram vitiauerit: per ſe quidem compreſſus, ictus, diſtorſio, & tardem, violentia deprauat figuram, præſertim ætate tenera, ſed alio interiecto & tanquam medio, inanitas, ſiccitas, temperatio immoderate humida, plenitudo: Maxime autem mutari figuram perſpicimus in ijs qui immodice exhauriuntur aut replentur, itaque vbi tales præceſſerint cauſæ, vitiatam figuram demonſtrabunt. Huius ſigna quoque ex effectis ducuntur, vt ex actione læſa, quemadmodum ex attractione vteri, huius enim figura vbi peruertatur, non attrahitur amplius ſemen vt côuenit: præterea ex ijs quæ expelluntur, vbi enim peruertantur canales per quos educi debent quæ ſuperflua ſunt, non facile exeunt: quamuis hæc mutationi ſitus magis quam figuræ tribuenda eſſe videantur. Ex his omnibus intelligi poteſt, coniecturam quam gerit figura cum naturali ſtatu dimouetur, in intimis partibus non admodum perſpicuam eſſe. a Gal. li. de cauſ. morb. cap. 7.

B

De ſignis morborum ad ſuperficiem attinentium. Cap. V.



SAnitas partium multiformium ſuperficiem poſtulat mediam inter aſperam & lęuē, mediam inquam non abſolute & ſimpliciter, ſed vt cuiuſque naturæ conuenit, neque enim debet eſſe æquabilis omnibus, ſed alijs paulo læuior, alijs paulo aſperior, quemadmodum in ſuperioribus oſtēſum b eſt: quod ſi plus iuſto fuerit aſpera vel læuis, iam morbus adeſt: Hunc quo pacto agnoſcere in ægrotante oporteat, tempus eſt explicare. Fac primo ſuperficiem aſperiorem eſſe, in partibus quidem externis duorum ſenſuum teſtimonio agnoſcitur, aſpectus videlicet & tactus, vterque enim percipit illam inæqualitatem; in internis vero cum nequeat percipi ſenſu, mente inueſtiganda eſt, & idcirco ex ſignis colligenda quæ ex locis ante expoſitis petantur, & primo ex habilitate ægrotātis: hæc ſi non efficit efficiendi ſocia eſt, & eatenus etiam ſignificandi: veriſimilius enim eſt ſuperficiem exaſperatā eſſe in illo homine in quo facile exaſperari poteſt, quam in altero: facile autem poteſt, vbi alioquin aſperior fuerit, procliuius enim quodlibet eſt ad ſimilem morbum quā ad cōtrarium, quanquam id quod læue eſt, facile propter mollitiem iniurijs patet & exaſperatur: dein ex eo quod communiter vagatur, ſi quidem vbi alij tunc immoderata aſperitate laborent, par eſt conſimili laborare ægrotantem qui tractatur: tum ex illis quæ proſunt aut obſunt, quandoquidem, vbi commoda ſunt quæ læuitatem, incommoda quæ aſperitatem faciunt, ſignificant morbum conſiſtere in ſuperficie contra naturam aſperæ: ex cauſis item exaſperantibus, cuiuſmodi c eſſe diximus ſiccitatem immoderatam, tum quicquid detergit, abradit, exulcerat, violenter digerit, aut comprimit, ſiue cibus ſit aut potus, ſiue medicamentum, ſiue ſuccus, vt pituita ſalſa, vt flaua, vel atra bilis, monſtrant eiuſmodi cauſæ omnes aſperitatem quam efficiunt. Quod ſi hanc natura effinxerit in vtero protinus, cūm nos cauſa lateat, non poteſt effectum patefacere. Poſtremo ex effectis depromuntur ſigna aſperitatem monſtrantia, nam vox aſpera, ſequitur aſperitatem arteriæ ac faucium quam denunciat, ſentit æger in loco exaſperato ſenſum quendam inæqualitatis: ſed quæ expelli ſolent, magis ac diutius retinentur, atque interdum cum difficultate redduntur vbi ſuperficies fuerit exaſperata. b Supr. li. 1. cap. 6. C c Gal. li. de cauſ morb. cap 7.

Læuitas vbi contra naturam teneat ſuperficiem, in partibus quidem externis ſenſui ſubijcitur, nam & ſub aſpectum cadit, & ſub tactum: in internis vero neceſſe eſt intelligatur ex ſignis quæ ab iiſdem locis ducantur. Habilitas ægrotantis concurrit cum cauſa efficiente læuitatem, & idcirco ipſam monſtrat, veriſimilius enim eſt eam ſuperficiem valde læuem fieri quæ alioquin lęuior naturaliter fuerit, incurrimus enim (vt ante dictum eſt) facile in morbos naturæ conſimiles: quod ſi communiter vagetur eiuſmodi morbus, monſtraret eo implicitum eſſe hominem quoque qui curatur: ſi proſint exaſperantia, obſint lenientia, læuitatem ſimiliter contra naturam denunciant. Quod ſpectat ad cauſas, ſi læuitatem immoderatam ſuperficiei natura ipſa in vtero formauerit, cum abditæ tunc ſint, nequeunt effectum patefacere & ſuperficiei immoderatam læuitatem oſtendere, ſed ſi poſtquam fœtus eſt in lucem editus, reddatur nimium læuis ſuperficies partium internarum, poterit conijci ex cauſa, quæ potiſſimum eſt nimia copia pituitoſi d humoris quo illinitur, quamobrem vbi hāc alicubi collectam eſſe ſuſpicemur, ſuſpicabimur quoque ibidem ſuperficiem factam eſſe nimis læuem. Ex effectis monſtratur hæc maxime à retentione læſa, nam vbi læuior fuerit ſuperficies vteri, non retinetur ſemen: vbi ventriculi, non retinetur cibus, vnde ſequitur deiectio cruda læuitatem e ſimiliter indicans. Sed ſatis de ſignis morborum ad ſuperficiem attinentium, tranſeamus ad ea quæ monſtrant morbos in cauis. D d Galen. de cauſ. mor. cap 7 e Gal. 6 de loc. aff. c. 4.

De ſignis

De signis morborum ad caua attinentium. *Cap. VI.* E

Aua in corpore nostro intelligimus, vel exigua foramina cutis, vel canales simul & receptacula magna, sanitas (vt supra traditum est) moderationem postulat tam in his quam in illis, ita vt nec exuperãtia adsit, nec defectus: Exuperare dicuntur cũ vel noua cõtra naturam fiunt, vel quamuis naturalia sint, nimium patent: deficiũt, cum vel penitus excæcantur, vel redduntur angustiora quæ patere deberent. Consideremus quo pacto recognoscatur in ægrotante tam patefactio quam interclusio contra naturam, ac primo in exiguis, deinde in maioribus cauis. Ergo vbi exigua foramina cutis a moderatione recedant, si nimis patent, raritatem, si nimis clauduntur, densitatem vocamus. Videtur tum raritas tum densitas sub sensum cadere cum insit externis foraminibus cutis, sed hæc adeo exigua sunt vt non satis ostendant patefactionem vel interclusionem quam contra naturam habent: quare necesse est mente quoque comprehendantur, intelliganturq; ex signis. Sit primo raritas, ita vt nimis pateant exigua foramina, colligitur hæc habilitate ipsa ægrotantis, nam si cutis fuerit naturaliter rara, magis in raritatem contra naturam incidit quam si densa. Ex simili item vitio communiter vagante, tum ex ijs quæ iuuant aut nocẽt, vbi scilicet illa densandi, hæc laxandi vim habent: sed magis adhuc ex causis ipsam efficientibus, quemadmodum ex im- F
moderato [a] calore atque humore simul iunctis; maxime vero ex effectis & potissimũ ex ijs quę depelluntur, vt ex vapore & sudore, qui longe copiosius effluunt quam solẽt, cum sanitas est. Contraria indicia contrarium vitium, hoc est densitatem ostendunt, cutis nimirum naturaliter densa, hæc siquidem idonea est quæ facile ad vlteriorem densitatem perducatur: idem vitium cum in aliis ægrotantibus reperitur: quod prodest si laxandi vim habeat, quod obest si densitatem faciendi, causa densitatem efficiens, vt frigus vel per se vel iunctum cum siccitate, vt adstringentia omnia: effecta denique vt retentio vaporis & sudoris qui soliti erant effluere.

a Gal. li. de caus. morb. ca. 7.

Maiora vero caua, qualia sunt canales & sinus vbi contra naturã aperiantur & claudantur, si externa sint, eorum iudicium positum est in sensibus, si interna, mente comprehẽdi debent, ita vt opus sit argumentis quæ suppeditantur ab ijsdem locis: nam si nimium patefacta sunt, deprehenduntur ex habilitate ægrotantis in quo naturaliter ampla sint, si quidem talia idonea sunt quę ampliora fiant: ex consimili vitio, vbi videlicet communiter vagetur eiusmodi cauorum patefactio: Ex iis quæ vel commodum afferunt claudendo quocunque modo claudãt, vel incommodum aperiendo quocunque modo aperiant: Ex causis, quarum duo genera sunt, vnum ad absentiam, alterum ad præsentiam materiæ contra naturam pertinet. Cõsistit absentia in facultate illorum quæ naturaliter replere caua debito tempore solent, quemadmodum G
vapores, qui dum cibus coquitur a ventriculo ad cerebrum feruntur: vacuitas ergo ab ijs, patefactionem cõtra naturam efficit, quo tempore adesse deberẽt: quod spectat ad præsentiam materię, vbi multa sit vel acris, caua nimium patefacit, partim per se distendendo, partim excitando nimis naturam ad expellendum. Restant effecta ex quibus patefactio quoque intelligitur, nam si materiæ absentiam & vacuitatem sequatur aufertur somnus, vigilia diuturnior fit, & ita actio deprauatur; sed si idem vitium à præsentia materiæ contra naturam proficiscatur, læditur retentio & idcirco etiam coctio, nam quod non [b] retinetur concoqui non potest; detruduntur etiam plura liquida & cruda magis quam secundum naturam soleant. Contrarium vitium vbi scilicet caua clauduntur, indicatur à contrariis signis, & primo ab ipsa habilitate ægrotantis in quo naturaliter angusta fuerint, quæ enim talia sunt, leui de causa clauduntur, dein à simili morbo quo consuet communiter alios implicari, tum ab ijs quæ vel prosunt quocunque modo patefaciendi vim habentia, vel obsunt quocunque modo ad claudendum apta sint. A causis item claudentibus, quas monstrauimus consistere, & in ijs quæ obstruunt, [c] & in ijs quæ adstringũt: illa quæ obstruunt interponũtur in canalibus, vt humor multus, crassus, lentus, sanguis concretus, calculus, caro quæ supercreuerit. Illa quæ adstringũt, angustiam faciũt, quemadmodum quæ siccant, quæ comprimũt, siue externa siue interna sint: illa etiam quæ nimis exhauriunt exhausta enim vasa concidunt, & ita redduntur angusta. Ab effectis denique vt ab actionibus, vt a molestia in attrahendo & retinendo ea quæ naturaliter attrahi & retineri solent. Præterea à retentis contra naturam, vbi scilicet retineantur quæ expelli deberẽt, vt vrina, deiectio, sanguis menstruus. Sed cum duplicem posuerimus morbum esse interclusionis causam, obstructionem videlicet quam affert interiectus materiæ, & adstrictionem, necessariũ est distinguere ab vtro clausa sint caua: hoc autem facile distinguemus, si causas perpẽdamus, ab aliis enim monstrauimus obstructionem, ab aliis astrictionem afferri: præterea quæ iuuant, prosunt enim vbi obstructio sit, illa quæ materiam interiectam transferũt aut ducunt, vbi astrictio, illa quæ relaxant, nocent contraria. Effecta etiam licet eadem maxima ex parte sint, tamen vbi sit obstructio, maior grauitas sentitur quam vbi adstrictio. Hactenus de causis, pergamus ad magnitudinem. H

b Galen. de diff. sympt. c. 4.

c Gal. li. de caus. morb. c. 7.

De

A

De signis morborum ad magnitudinem attinentium. *Cap. VII.*

Ad sanitatem partium multiformium pertinere quoque diximus magnitudinem moderatam, à qua cum recedunt, ægrotant, siue nimis increscant, siue nimis imminuantur, ac siue omnes, siue aliquæ. Vtrumq; vitium si partibus externis insit, duorum sensuum testimonio iudicatur, aspectus & tactus: si internis, mente comprehenditur, conijciturque ex signis, quod quo pacto fiat videamus, ac primo de accessione magnitudinis. Vbi internæ partes nimium increscant, nequit ea magnitudo sensu percipi nisi cutis attollatur, sed tunc quoque necessaria est ratio, qua discernamus attineat ne eiusmodi accessio ad ipsam cutem, an ad ea quæ subsunt, quemadmodum tradidimus [a] cum de recognoscenda figura vitiata in partibus internis egimus. Ergo vbi nimis augeantur partes internæ, siue cutis excedat, siue non excedat suis finibus, necesse est ex signis intelligantur. Ducuntur hæc primum ex habilitate ægrotantis, cuius partes si facile intumescant, vt quibusdam intumescere ventriculus, iecur, lien, aut vterus solet, aliquam fidem faciunt magnitudinis auctæ: dein ex communiter vagantibus, nam si alii qui tunc ægrotant, hoc morbo laborant, verisimile est eodem teneri hominem ad quem curandum medicus accersitur: tum ex ijs quæ prosunt aut obsunt,
B
vbi enim commoda sunt quæ augendi, incommoda quæ minuendi vim habeant, magnitudinis accessionem denunciant. Ex causis item magnitudinem nimiam augentibus, si non accesserit in vtero protinus (nam tunc abditæ sunt) sed postea superuenerit, colligitur magnitudinis incrementũ: huiusmodi [b] est multitudo cibi & potionis, sed maxime copia humorum, qui vel in aliqua parte paulatim colligantur, vel aliunde influant, siue translati, siue attracti. Ex effectis etiam conijcitur accessio magnitudinis, vt ex molestia quam affert grauitas aut distentio, ex ijs quæ canalibus clausis retinentur solita alioquin expelli, ex qualitatibus mutatis in externa superficie, quæ partim sub tactum cadunt, vt mollities, durities, calor, frigus, partim sub visum, vt colores: Plerunq; autem magnitudinis accessiones ad tumores præter naturam spectant, de quibus agemus [c] cum absoluta curatione generatim, quasdam morborum species seorsum persequemur.

a Sup. c. 4.

b Gal. li. de diff. morb. c. 7.

c Vidus in 2. parte de cur. gen.

Imminutio magnitudinis, si teneat partes externas, vel aliquas, vel omnes, quemadmodum vbi corpus nimis gracile est atque exile, sensu percipitur, si internas, necessaria sunt signa ex quibus colligatur; huiusmodi sunt primo habilitas ægrotantis, qui molli habitu sit & temperatione calidiore atque humidiore, facile in eiusmodi morbum incurrit atque eundem indicat. Morbus qui communiter vagatur si eiusmodi sit in aliis ægrotantibus, suspicari debemus
C
consimilem esse in homine qui curatur. Quæ iuuant, si augendi, quæ nocent, si imminuendi vim habent, imminutam magnitudinem similiter denunciant: id quod faciunt etiam causæ a quibus imminuitur, modo non acciderit hoc vitium in vtero protinus, (nã tunc abditæ sunt) sed postea superuenerit. Habent vim imminuendi [d] quæcunque quouis modo corpus exhauriunt, & idcirco imminutionem demonstrant: sed eadem maxime ex effectis colligitur, vt ex molestia quæ percipitur in continendo quæ maiora sunt, veluti cum vterus paruus grandiorem fetum continet, [e] paruus ventriculus cibi aut potionis multitudinem, paruum iecur copiam humoris attracti. Magnitudinis igitur imminutio in partibus internis [f] si non penitus exploratur, ex ijs certe conijcitur, attingiturque quod verisimile est, quando longius progredi mens humana non potest.

d Gal. l. de cau. morb. c. 9.

e Gal. l. artis medi c. 71.

f Ga. l. artis med. c. 70.

De signis morborum ad numerum attinentium. *Cap. VIII.*

D

Sequitur numerus, qui & membrorum in toto & partium in membro certus esse debet, perinde ac magnitudo: quamobrem vbi vel exuperet vel deficiat, iam morbus adest: hic vt ad magnitudinem [g] refertur si particula duntaxat desideretur, sic si vel integrum membrum, vel tota aliqua eius pars desit refertur ad numerum, vt dictũ est in superioribus. Fac primo superesse aliquid, si externum sit eius indicium omnino est in sensu, sin internum, mente duntaxat percipitur: sumitur autem ex signis coniectura magis quam certa scientia ipsius. Habilitas ægrotantis si virium fuerit a primo natali die, nulla penitus est, quemadmodum vbi homo redundat [h] eo canali qui a vesica fellis ad ventriculum pertinet: sed vbi illud postea superuenerit, facere habilitas aliquam ipsius fidem potest: eos enim qui calidiores [i] sunt, & crassos ac glutinosos succos colligunt, cum idonei sint ad calculum gignendum, calculo redundare magis verisimile est quam eos qui contrario modo sunt affecti. Quod communiter vagatur, non videtur ad rem pertinere, vix enim sequitur hic morbus tempestatem, ob quam communiter multos teneat, nisi forte dicas sequi regionem vnã magis quã aliam, & idcirco in homine qui eam regionem incolat, magis existimandum esse versari quam in eo qui lõge diuersam. Id autem quod iuuat, si tale sit vt proposito morbo soleat aduersari, & quod nocet, si alioquin eundem augere possit, non leue etiam indicium facit. Quod attinet

g Gale. de dif. morb. 9

h Gal. l. ar. us med ca. 74. & 2. de sépe c. 5.

i Gal. li. de renum affect. c. 3.

ad causas, si id vitium in vtero protinus effecerint, cum nos lateant, nihil significare possunt: si iam in lucem editis illud attulerint, id ipsum quoque denunciant: sed cum duæ causæ maxime sint quærendæ, vna quæ sit materia ex qua quæque res efficitur, altera quæ vis sit quæ quodq; efficiat, diuersam esse vtramque constat vbi diuersum sit quod superat, nam si substantiam habeat secundum naturam, [a] veluti sextus digitus in partibus externis, ita etiam in internis, caussari oportet alimenti copiam & naturam ipsam effingentem quæ valida sit: sed si substantia fuerit a natura aliena qualem in calculo cõspicimus, aliena quoque materia est, vt humor crudus, crassus, [b] ac glutinosus, aliena & vis effectrix, vt calor admodum immoderatus: ergo si eiusmodi causæ fuerint, propositi morbi abunde fidem faciunt. Eundem quoque denunciant effecta: læditur exempli causa retentio [c] ventriculi vbi redundet canali ducto à vesica fellis quem diximus, qualitas aliqua insueta tactu percipitur in loco vbi continetur quod contra naturam superat; sæpe etiam retinentur quæ expelli deberent, sicut vrina cum calculus opponitur ceruici vesicæ: quo pacto igitur deprehendatur in partibus internis cum aliquid contra naturam superatiam ostendimus. Contenti autem esse debemus verisimili, cum progredi longius non licet & cum non dantur certa signa. E

a Ga. li. de caus. morb. c. 8.
b Gal. li. de renũ affe. c. 2.
c Gal. li. de arte medi. c. 74.

At si absit aliquid quod adesse debeat, in partibus quidem externis sensu euidentissime cõprehenditur, in internis vero non solum sensum latet, sed vix etiam mente percipi potest, neq; enim quicquam ad cognitionem conducit habilitas ægrotãtis, cum non sint aliqui magis idonei qui in eiusmodi defectum incurrant quam cæteri: neque vagatur idem in aliis vt capi eius coniectura possit ex simili: sed eum ne suspicemur quidem adesse, nũ tentabimus etiam remedia, neque ex eo quod afferunt commodum vel incommodum, indicia sumemus, quemadmodũ in aliis morbis fecimus. Causæ prætere a abditæ sunt à quibus vel in vtero protinus, vel postea efficitur, vt inopia materiæ & debilitas facultatis effingentis. Ac vix vlla etiam reperies effecta quæ satis ipsum demonstrant. Quid quod neq; fortasse reperitur defectus partis internæ quæ alicuius sit momenti: nam si reperiretur non consisteret vita. Ergo aut non reperitur, aut adeo obscurus est vt auguri, vati, cõiectatori somniorũ relinquẽda eius cognitio videatur. F

De signis morborum ad situm attinentium. Cap. IX.



Vperest ex morbis partium multiformium ille qui pertinet ad situm, siue referatur ad [d] sedem in qua collocatæ sunt, siue ad nexum quo cũ aliis copulãtur, vbi enim adeo vel loco moueantur, vel nexum amittant vt nõ satis suum officium facere possint, iam laborant morbo nunc proposito: hic si externæ sint, sensui subiicitur, [e] ita vt non opus sit signa inquirere: si internæ, aut admodum intimæ sunt, aut prope cutem: hæ vbi vel sua sede dimoueantur, vel naturalem nexum non retineant, sensu similiter deprehenduntur, præsertim si conferantur cũ [f] parte simili sana alterius lateris, veluti cum articuli luxãtur, aut in scrotum delabitur [g] intestinum vel omentum: sed necesse est cum sensu simul concurrat mens, quæ vbi cauum tumorem aut quidpiam aliud cõtra naturam senserimus, ratiocinemur hanc aut illam partem vel suo loco motam fuisse, vel separatam ab altera cum qua naturaliter iungebatur. Facile autem hoc ratiocinari poterit ille qui versatus fuerit in cadauerum sectione: intimæ vero partes non facile nexum aut sedem mutant, cum minus opportunæ sint externis iniuriis, incidere tamen & ipsæ aliquando possunt in hoc malum. Dimouetur aliquãdo ex ictu aut saltu fibra iecinoris [h] sua sede: eiusmodi vitiũ vbi accidat, sensum omnino latet, quamobrem colligi ex signis debet ex quibus non certa scientia sed incerta & fallax coniectura capitur: sed quando vlterius progredi non licet, necesse est id velle quod fieri possit. Signorũ igitur hæc ratio est: habilitas ægrotantis consistit in habitu molliore simul ac graciliore, facilius enim intimæ partes huic iniuriæ exponuntur, si habitus plenus sit ac firmus, magis renituntur. Quod communiter vagatur nihil ad eiusmodi conditionem conducit, non enim occupat morbus multos eodem tempore, sicut ille qui fit vitio tempestatis, ita vt nequeat ex simili cõiectura fieri: quod iuuat aut nocet, non multum quoque ad rem pertinet, cum vix suspicemur adesse hunc morbum & vix remedia tentemus, vbi tamen iuuent quæ illi succurrere solent, aut noceant ea quæ augere ipsum possunt, coniiciemus tunc adesse. Causæ [i] quæ id efficere possint, siue internæ, vt nimia humoris copia, siue externæ, vt subita aliqua vis aliquam ipsius faciunt coniecturam; at neque firma etiam sunt signa quæ sumuntur ab effectis, sed valde incerta, vt quod sentiatur grauitas aut distẽtio insueta eo loco, vbi partes magis idoneæ sunt quæ suo loco dimoueantur, aut naturalem nexum perdant. G H

d Gale. de diff. morb. c. 10.
e Gal. de arte me. c. 70.
f Hip. 3. de off. 24. & 1. de Arti 34.
g Galen. de caus. morb. c. 10.
h Gal. 1. de cau. morb. c. 10.
i Gal. li. de caus. morb. c. 10.

De signis morborum ad vnitatem pertinentium. Cap. X.

Qvemadmodum agnosci possunt in ægrotãte proprii morbi simplicium aut multiformium partium, satis expositum est in superioribus; sequitur nunc vt ad eos transeamus qui com-

A communes sunt vtrarumque. Scripsimus autem [a] primo libro naturaliter quasdam partes con a Supra lib.
iunctas esse, quasdam disiunctas: contra naturam vero se habere atque ægrotare, vbi vel hæ cō 1. cap. 8.
iungantur & agglutinentur, vel illæ soluantur ac separentur, ita vt duæ morborum species prę
dictis accedant, vna in coniunctione, altera in solutione præter naturam consistit. Quo pacto
autem vtraque in ægrotante recognoscatur, explicare nunc aggrediemur inde orsi, quod vtra
uis externis partibus accidat, duorum sensuum testimonio iudicatur, aspectus videlicet & ta-
ctus: sed si fiat in internis, comprehenditur mente atque ex signis colligitur. Ordiamur ab vni-
tate seu coniunctione contra naturam earum partium internarum quæ sunt naturaliter sepa-
ratæ. Hæ igitur interdum inter se coalescunt, veluti cum agglutinatur fibra aliqua pulmonis
cum membrana tegente costas: Vitium hoc nullam gerit perspicuam coniecturam qua facile
ad ipsum perducamur. Habilitas ægrotantis nequit eam coniunctionem patefacere, cum non
constet qui magis ad ipsam sint habiles: At nec vagatur illa communiter vt capi cōiectura pos
sit ex simili, neque enim multi sunt qui eodem tempore hoc morbo implicētur. Non tentantur
auxilia cum nulla fere sit eius suspicio: quamobrem nihil licet conijcere ex eo quod afferat cō
modum vel incommodum. Causæ si ipsam in vtero protinus effecerunt, nos omnino latent, ne-
que aliquam ipsius fidem faciunt: at neque satis perspicuum indicium colligitur ex causis quæ
post primum natalem diem hunc morbum attulerint, licet quidem conijcere vbi vlcus præces
B serit in partibus internis agglutinata quædam simul esse contra naturam quæ naturaliter sole
bant esse separata. Effecta denique ipsa parum ponderis habent in significando, vt quod respi
ratio lædatur vbi pulmonis fibra nectitur cum membrana costas tegente, quia pari modo ab in
numeris alijs occasionibus offenditur. Sed missam faciamus coniunctionem contra naturam,
quam diuinatione potius quam coniectura persequi oporteret, pergamus ad recognoscēdum
contrarium vitium in partibus internis, hoc est vnitatem solutam.

Vnitas igitur vbi soluta fuerit in partibus externis, visu ac tactu deprehenditur adeo vt non
opus sit argumentis ex quibus intelligatur; in internis vero distingui debet, nanque vbi aditus
pateat per quem demitti specillum possit, percipitur etiam tactu, sed necesse est cum eo cōcur
rat ratio qua distinguamus inane illud spacium in quod specillum penetrat naturale ne [b] sit, b Celsus li.
an à causa contra naturam factum, vt à telo, vt ab erodentibus succis, conijciamusq. quatenus 8. cap 4.
plaga perueniat, id quod optime discernūt qui in anatome sunt exercitati: si nullus pateat adi
tus specillo, neque via sit per quam demitti possit, nullo pacto sub sensum cadit intima eiusmo
di solutio vnitatis, sed coniectura prorsus inuestigāda est. Colligitur primo ex habilitate ęgro
tantis, nam vt quædam partes, ita etiam quædam corpora opportuna sunt vnitatis solutioni:
quæ tenuia & mollia sunt, magis violantur quam quæ dura & crassa: capit Hippocrates [c] in li- c Hip. li. de
bro de vulneribus capitis coniecturam de soluta vnitate caluariæ alioquin latente, ex habilita vulne. cap.
C te ipsius, magis enim frangitur in vertice qui mollior & tenuior est, quā in occipitio quod durū
& crassum: magis etiam exulcerantur ab erodentibus succis partes molles quam duræ. Sed os-
sa quæ dura sunt, ab ictu & telo grauiore magis perrumpuntur, quæ mollia, magis colliduntur.
Eadem autem ratio est totius corporis quæ partium. Ex habilitate igitur ægrotantis aliqua su-
mi coniectura potest de solutione vnitatis in partibus internis. Ex eo autem quod communi-
ter vagatur, si vulnus ab ictu & telo fuerit, nullum sumitur indicium, sed si ab interna causa in-
ternum vlcus proficiscatur, vbi id communiter vagetur, siue in intestinis, siue in ventriculo, siue
in alia eiusmodi parte, potest consimile vitium denunciare in homine, qui curatur. Ducuntur ēt
signa interni vlceris ex ijs quæ iuuant aut nocent, nam si prodesse videamus quæ siccant, aut de
tergunt, obesse quæ madefaciunt aut exasperant, conijciemus solutam esse vnitatē in illis par-
tibus ad quas eiusmodi præsidia peruenerunt. Colligitur item hoc vitium ex causis, vt ex suc-
cis erodentibus, veluti [d] cum ex pituita salsa destillante à capite conijcimus vlcerari pulmo- d Gal. 4. de
nem; ex telo item & ictu, quod ad internas partes potuerit penetrare, quo indicio etiam vti- loc. aff. c. 8.
tur [e] Hippocrates ad caluariæ fracturas dignoscendas. Accedunt effecta, nam ex dolore con-
iecturam facimus solutam esse vnitatem in partibus dolentibus. Qualitates vero internarum e Hippo. li.
D partium non apparent, si quid autem in externis se ostendat, magis inflammationem quæ se- de vuln. ca.
quitur, quam ipsum vlcus patefaciet. Sed firma indicia nobis dant interni vlceris, quę detrudū 15.
tur, veluti sanguis, pus, crusta, aut particula aliqua [f] solida, vt carnis, cartilaginis, membranæ. f Gal. ibid
Sed attendere etiam oportet quæ expelluntur à partibus alioquin integris, congruentibus ta- & 1. libr. de
men ijs quæ violatæ sunt, id quod facit Hippocrates in eo libro vbi breuiter comprehensis gra loc. aff. c. 1.
uissimis sententijs, quasi oracula edidisse medicinæ dicitur, ἀφορισμοὺς appellat. Sumitur enim
indicium [g] vulnerati cerebri ex vomitu bilis. Sed quibus rationibus recognosci possint morbi
& proprii partium seu simplicium, seu multiformium, & communes vtrarumque, satis dictum g Hippo. 6.
est: deinceps (ut erat propositum) de recognoscendis ipsorum causis dicatur. aphor 50.

VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM,

E

Partis Primæ Liber Septimus:

Qui est de signis tam Causarum efficientium morbos, quam Symptomatum.

Quas morborum causas recognoscere oporteat & qua ratione. Cap. I. F



Tsi tantum dici veræ causæ debēt quæ præsentes sunt, & cum præsenti effectio ne iunguntur, ea tamen consuetudo inualuit, vt illæ quoque quæ præterierunt causarum nomen inuenerint: sed cum in ægrotante necesse sit vtrumque ipsarum genus agnoscere, qua ratione agnoscantur antegressæ, abundanter docuimus cum tractauimus [a] signa rerum præteritarum: consequens nunc est vt ad præsentes pergamus, ad quarum cognitionē aggressi hinc capiemus exordiū. Præsens morbi causa omnis [b] aut externa est, aut attinet ad corpus: quæ externa est, veluti appulsus frigoris aut caloris, accipitur sēsu, ita vt celeriter & expedite cognoscatur, quæ attinet ad corpus nostrum, si fluat & non maneat, vt somnus & vigilia, motus & quies, animi perturbatio & tranquillitas similiter sub sensum cadit: si maneat, sed versetur in parte aliqua corporis subiecta sensibus, quemadmodum inflammatio [c] inguinis quæ febrem facit, eius iudicium similiter positum est in sensibus: sed si intus abdita est quemadmodum interna qualitas aliqua immoderata, plenitudo, inanitas, sensum omnino latet, quamobrem necesse est cōiectura inuestigetur, ad q̄ nunc accedimus. Omittemus aūt signa ex quibus immoderata qualitas intelligatur, vt pote quæ satis [d] supra explicata sunt qua de signis temperationis immoderatæ: persequemur igitur nunc ea quæ mōstrant plenitudinē & inanitatē dūtaxat, ordiemur à plenitudine. G Efficit hanc [e] magna ex parte humor, interdū tamen aliquid tenuius, veluti vapor, spiritus, flatus: interdum aliquid crassius, vt arena, calculus, & cōcreta illa quæ in abscessibus inueniuntur. Cognoscetur plenitudinis species, vbi intelligatur materia qua continetur; sumamus initium ab humore, qui vel à prima & secunda coctione in vētriculo ac iecinore proficiscitur, vt sanguis, pituita, flaua bilis, humor melācholicus, & aquosus ille qui est quasi serum sanguinis, vel à tertia quæ fit in partibus solidis, quemadmodum lac, semen, pus; quicunque aūt humor plenitudinem facit, cum sub sensum non cadat, debet colligi ex signis. Suppetūt aūt nobis ex iisdem locis ex quibus suppetere morborum signa monstrauimus, [f] ex habilitate ægrotantis, ex cōmuniter vagātibus, ex iuuātibus & nocētibus, ex causis & effectis; quanq̄ superiores tres loci ad duos postremos, ad causas videlicet & effecta referuntur, omnibus tn̄ vtimur seorsum, vt magis in promptu sit signorum copia. Sed progrediamur ad signa speciatim cuiusq; humoris, si tamen prius in vniuersum, quo pacto ex locis propositis cuiusq; succi redundantis depromi signa debeant explicauerimus. Habilitas igitur ægrotātis ad naturā spectat quæ idonea sit ad hunc vel illum succum colligendū; hæc aūt non alia est quam effectrix causa quæ illum succum demonstrat quem maxime efficit. H Succi qui communiter vagantur, hoc est quibus redundant alii ægrotantes, monstrant consimili ægrotare hominem qui tractatur, & ita effectū communē, quatenus denunciant communem causam. Quæ iuuāt aut nocent, vt duplici nomine id faciunt, ita duplici nomine indicia fiunt succi redundantis, adiiciendo videlicet vel detrahendo siue copiā siue qualitatē ipsius; iuuant.n. quæ superantis succi copiam minuūt, & qualitatem remittunt, ac temperant, nocent contraria, hoc est quæ uel copiam augent, uel qualitatem intendūt ac magis immoderatā efficiunt. Causæ vero quæ succorū copiam monstrāt, sunt duæ illæ quæ ad ipsos contrahendos necessario cōcurrunt, materia & vis efficiēs, mōstrant.n. succū quem gignunt. Materiam succorū aliquādo [g] præbent alii succi, qui in aliam speciē degenerant, sed maxima ex parte esculenta [h] & poculenta magis ad hunc vel illum succū gignēdum apta. Vis effectrix est natura ipsa ventriculi & iecinoris, quæ prout temperatione [i] continetur varia, ita hos vel illos succos contrahit. Huc spectāt quæ offeruntur, vt medicamēta, cibi ac potiones pro qualitate quā habēt; quæ fiunt, vt somnus & uigilia, motus & quies, animi perturbatio & tranquillitas, pro facultate qua prædita sunt calefaciendi, refrigerandi, madefa-

ciendi,

[a] Superius l.5.c.6.

[b] Gal.li.de cau.mor.2. & 2.de natura humana comento 5.

[c] Hippo.4. apho.55.& Gale.1.de diff.feb.5.

[d] Superius l.6.c.2.

[e] Superius. l.2.c.7.

[f] Superius. l.5.c.3.

[g] Gal.2.de nat.fa.c.9. & lib.de atra bile c.8.

[h] Gal 2.de nat.fa.8.

[i] Gal.2.de na.fac.c.8. & c.9.

A ciendi,ficcandi:quæ extrinfecus incidunt,vt aer, balneum,medicamenta quouis modo extrinfecus impofita pro varia temperatione:quæ retinentur ac detruduntur,pro vt calida vel frigida funt,omnia hæc ad vim internam efficientem teferuutur quatenus ipfam mutant. Indicantur etiam fucci a tribus generibus effectorum,& primo ab actionibus varijs quæ varie læditur pro fucco fuperante.Sub actionibus, & proprie fub animalibus comprehenduntur infomnia, [a] ex quibus etiam tedundantes fuccos licet conijcere,afferunt enim imagines ac fimilitudines quafdam dormientibus a quibus plurimum demonftrantur, præcipue vbi homo non fumpferit [b] paulo ante cibos aut potiones fimiles,nam tunc fimulachra quæ appatent, poffunt magis proficifci a ventriculo quam a venis in quibus fucci redundant. At neque valeut infomnia cũ acceffio [c] incipit,vel cum viget,nam frigida quæ repræfentantur acceffionis principio,aut calida cum viget acceffio, magis impetum ac vim eius fequuntur,quam fuccum fuperantem. Ad actiones etiam pertinent mores,qui pro fuccorum tedundantium [d] varietate mutantur. Ex fecundo genere effectorum funt qualitates corporis, quæ fimiliter monftrant fuecum fuperantem,fiue oculis accipiantur, vt [e] colores,qui monftrant in cute fuccos in venis contentos nifi in interiotes partes fecefferint,fiue tactu,vt mollities,duritıes,calor,frigus,fiue guftu, vt fapores:eodem fpectant morbi qnos proprie efficit in corpore noftro quilibet fuccns cum redundat. Maxime autem inter omnia effecta indicantur redundantes fucci ab ijs quæ detruduntur,præfertim ab vrina:fluit enim hæc a venis,& idcirco indicat [f] quales fucci in illis contineã-
B tur,nam fudor [g] eft indicium illorum duntaxat qui collecti funt in habitu totius corporis. Sed infpicere etiam oportet deiectionem,fputum, & fanguinem vndecunque effluat vel mittatur, ab omnibus enim oftenditur fuccus qui fuperat,& morbum facit. In vniuerfum igitur colliguntur figna cuiuslibet fucci ex propofitis locis quo modo monftrauimus, [i] id quod clarius apparebit vbi fingulas fpecies perfequemur.Sed cum vel vnus fimplex ac purus redundare poffit,vel multi fimul,ac mifti,fimplicium duntaxat figna exponemus, ex quibus inter fe iunctis iunctorum quoque fuccorum figna fumuntur: vbi cæteri æqualitatem fetuent, fed copia omnium fimul augeatur, [h] æqualiter dicitur redundare fanguis,& ea copia plenitudo nominatur,refertur que [i] vel ad vafa diftenta,vel ad facultatem oneratã: vbi fuperent alij fucci, fiue vnus,fiue plures,vocatur græce κακοχυμία, hoc eft prauitas fuccorum.

a Hipp. & Galen. 3. 1. epid. 1.
b Ga. in eodem com.
c Gal. Ibid.
d Gal. 1. de natu. hum. com. 39.
e Ga. 1. aph. com. 2.
f Gal. 4. de tu. val. 4.
g Gal. ibid.
h Gal. 2. de natu. hum. com. 1.
i Gal. li. de plen c. 2.

De fignis fanguinis redundantis. Cap. II.

C SAnguis(vt ab hoc ordiamur)fi redundet,cum includatur venis,fenfu accipi nequit, quamobrem conijci debet ex fignis quæ ducuntur a locis proxime explicatis, & primo ab habilitate corporis, quod vbi moderatum habeat temperamentum & bonum habitum, [k] fanguinis copiam denunciat quam folet colligere:tum ab eo quod communiter vagatur,nam fi eo tempore alijs quoque redundet fanguis, eundem quoque redũdare monftrat homini qui tractatur: dein ex eo quod iuuat aut nocet minuendo vel augendo copiam & qualitatem,quicquid enim fanguinem minuit vel manifefte, vt fectio venę,uel obfcure,vt inedia,labor,vigilia,animi perturbatio,æftus: quicquid item moderate refrigerat,commodum affert:contra incommodum quicquid fanguinis copiã auget, uel aperte vt ebrietas & fatietas,uel obfcure,vt ocium,retentio eius qui expelli confneuetat:quicquid item immodice calorem auget ,fanguinis copiam collectam indicat. Eandem monftrant magis adhuc caufæ quæ ad ipfam colligendam concurrunt,efficiens videlicet & materia. Confiftit vis efficiens in temperatione moderata [l] vifcerum,vt ventriculi & iecinoris, ad quam refertur adolefcentia, [m] quæ ob id multum fanguinem colligit,neque ipfum pueritiæ modo abfumit in corporis incremento: iuuentns vero ad flauam bilem ob calorem immoderatum, ad pituitam fenectus contrahendam potins idonea eft quam ad fanguinem. Ad eandem vifcerum moderatam temperationem tanquam efficiendi fociæ fpectant caufæ aliæ,veluti quæ offeruntur, cibi, po-
D tiones, [n] & medicamenta a media temperatione non recedentia: quæ fiunt, ut fomnus & vigilia, motus & quies, animi perturbatio & tranquillitas, ubi mediocritatis fines non excedant:quæ extrinfecus incidunt, vt aer,balneum, medicamenta extrinfecus impofita moderatam qualitatem habentia:& tandem quæ retinentur aut expelluntur, vbi inter mediocritatis fines confiftant, omnia enim hæc effectricem vim augent, & eatenus monftrant fanguinis copiam.Materia minus proprie fuppeditari dicitur quatenus non exhauritur, [o] fiue quod retineatur manifefte,fiue quod non digeratur illa quæ digeri & exinaniti ex corpore confuenit, quod euenit ijs qui ociofam vitam degunt: proprie vero materiam ad fanguinem procreandam fuppeditant fueci [p] crudi ac pituitofi, qui manentes in corpore vertuntur in fanguinem, fed maxima ex parte efculenta & poculenta boni fucci & copiofa, modo concoqui poffint,media item inter craffa & tenuia, glutinofa & fragilia: huiufmodi funt panis [q] optime præparatus,priffana,caro vituli aut hædi,pulli gallinacei,aut columbini,perdices,aniculę,oua forbilia, pifces faxatiles,tum [r] vinum lene,non vetus,non muftum.Sed omiffis caufis perfequamur effecta ex quib.potiffimũ mõftratur fanguinis copia:fpectemus primo actiones fub quib.compre-

k Galen. 9. meth. c. 3.
l Gal. 2. de nat. fac. c. 8 & 9.
m Hipp ac Gal. 3. aph. 29.
n Ga. li. de cibis boni fucci ca. 2. & 3.
o Hippo & Ga. 3. prot rhet. text. 39.
p Ga. de atra bile. 8.
q Ga. de cibis boni fucci, c. 4. & 1. de ali. fac. c. 2
r Gal. 5 de tu. ual. c. 5.

hendi diximus et iam mores: exordiamur ab animalibus, ad quas etiam insomnia referuntur. E
Mens hebes est,[a] sensus tardus, somnus grauior ac diuturnior, motus difficilior ac minus expeditus, visa somniorum [b] rubra obrepunt. Ex vitalibus pulsus plenus est, magnus ac vehemens, nisi tanta fuerit plenitudo vt facultatem opprimat: naturales vero magis perficiuntur, eum & vberius homo alatur, & tenera ætate plutimum augescat, ac firma magis idoneus sit ad liberos procreandos. Sed quod attinet ad mores, qui multo sanguine redundat, hilaris est, benignus, [c] simplex, minime callidus. In secundo genere effectorum sunt qualitates quæ varijs sensibus percipiuntur: harum hæc ratio est. Cutis & rubicunda cernitur, [d] & calida taugitur, leni tamen calore, venæ apparent latæ, habitus [e] fere medius inter gracilem & crassum, qui graciles sunt, raro redundant multitudine sanguinis, rarius qui crassi: huc spectant morbi, vt febris illa quã synocham dicunt, quæ fit cum sanguinis copia aut nimis calefacta est, aut etiam putrescit. Ex tum oribus, inflammatio quoque significat sanguinem superantem. Restant quæ detruduntur, nam si rubra sunt, veluti vrina sæpe aut sputum cernitur, tũ si sanguis qui vel mittitur vel quonis modo effluit bonus iudicatur, non flauus, niger, aut aquosus, monstrat similiter sanguinis multitudinem. Frequentia autem signorum quæ ex propositis omnibus locis depromi docuimus, non fallacem coniecturam, sed satis certam eius scientiam facit.

a Galen. de plenit. c. 1. & de natu. hum. cõ. 39
b Gal. 3. p. epi. com. 1.
c Gal. li. 1. de nat. hu. com. 29.
d Gale. 1. apho. com. 2
e Gal. 2. de tempe. 4.

De signis pituitæ redundantis. *Cap. III.* F



EAdem ratio est pituitæ redundantis, quæ cum lateat sensum & mente comprehendenda sit, exploratur facile ex signis quæ ex eisdem communibus locis depromuntur. Habilitas ægrotantis pituitam superare tunc nobis denunciat, cum homo idoneam naturam habet quæ ipsam contrahat, hoc est cum temperamento [f] frigidiore fuerit, seu cum humore, seu cum siccitate frigus coniuugatur: quod communiter vagatur, vbi eodem tempore alij quoque ipsam contraxerint, dat nobis signa euidentia ipsius: qđ iuuat, si vim habeat pituitam purgandi, quemadmodum medicamenta quæ græce [g] dicuntur φλεγμαγωγὰ, vel incidendi, extenuandi, calefaciendi: quod nocet si ipsam vel retineat, aliove modo augeat, vel refrigeret, crassamque ac glutinosam reddat, eandem euidenter patefacit: euidentius adhuc pituitam significant causæ quæ ad ipsam contrahendam concurrunt, efficiens videlicet & materia. Efficit pituitam proxime, temperamentum [h] frigidum ventriculi primũ in quo gignitur, deinde iecinoris quod non vertit ipsam in sanguinem cum nequeat perficere, neque enim aliud est pituita quam sanguis [i] imperfecte coctus. Ad eiusmodi temperamentum spectat cum sexus, tum ætas: Mulieres cum frigidiores [k] sint, merito redundant pituita, quemadmodum & [l] senes, qui similiter frigidi sunt: pueri vero quamuis calidi, multum tamen eiusmodi humorem [m] colligunt & propter edacitatem, quod plus sumant quam concoquere possint, & propter consumptionem multi alimenti, quod augeantur, ob quam uenæ succos adhuc crudos alliciunt & pituita implentur. Ad eandem vim efficientem, hoc est frigidam viscerum temperationem, pertinent quæ offeruntur vbi frigida sint, siue esculenta & poculenta, siue medicamenta quæ extrinsecus incidunt, vt aer, balneum, medicamenta externis partibus imposita refrigerandi vim habentia: quæ fiunt, vt ocium & tranquillitas, eatenus enim refrigerant quatenus corpus non calefit a motu vt debet: quæ retinentur ubi frigida fuerint, & ubi quæ detruduntur calida similiter refrigerandi vim habent, & monstrando vim efficientẽ, monstrant quoque copiam pituitæ. Materiam suppeditant non succi (neq; .n. ex alijs gignitur pituita) sed cibi & potiones quibus insit qualitas frigida & humida, nam facile ob similitudinem uertuntur in pituitam, in quã vertuntur etiã vbi multa, ubi crassa, vbi dura [n] fuerint, nã cũ imperfecte coquãtur, pituitam faciunt, quemadmodũ legumina, [o] radices, bulbi, castaneæ, caro bubula, cochleæ, pisces fere omnes, sed potissimum duri & glutinosi. Suppeditant hæc omnia abunde materiã ex qua pituita gignatur, & idcirco eius multitudinem monstrant. Maxime vero ex effectis intelligimus redundare hominem pituita. Ex actionibus enim mens parum perspicax est, cum rõ, intelligentia, [p] memoria languescant, sensus admodum hebes est, & homo somniculosus, [q] cernit autem visa insomniorum frigida & alba, quemadmodum niuem, grandinem, [r] glaciem, segnior est ad motum: at pulsus minor, tardior ac mollior apparet: naturalis facultas minus perficit sua munera, sed cum expellit hanc ad cutem, facit horrorem. Voluit Gal.[s] pituitam nihil conducere ad mores, sed cum frigidiorem sanguinem reddat mixta cum ipso, cor quoque refrigeret necesse est, vnde sequitur lenitas [t] animi, & tarditas ad iram. Ex qualitatib. corporis quæ sub sensum cadunt, cutis aspicitur alba [u] tangiturque frigida & mollis. Morbi qui pituitæ copiam sequuntur, sunt febris quotidiana [x] & tumor laxus, qui græce vocatur οἴδημα: ex ijs quæ expelluntur, vrina cruda est & [y] alba, siue tenuis, siue crassa, cruda item deiectio & pituitosa, sicut & sanguis qui quocunque modo ex corpore effluit. Signa hæc omnia demonstrant redundare pituitam, non tamen quamlibet, sed eam quæ naturalis est & dulcis: quod si acida vel salsa fuerit, non eodem modo se habent signa a quib. ostenditur atque ubi dulcis est. Finge acidã esse & crudã magis; Habilitas corporis hoc est natura iecinoris & ventriculi nõ modo frigida

G

H

f Galen. 9. meth. ca. 3. & 4.
g Gal. 4. de tu. ual. c. 4. & 2. de tẽpe. in fine.
h Gal. li. de atra bile. c. 8.
i Gal. 2. de nat. fac. ca. vlt.
k Ga. 3. de cau. puls. c. 2. & 2. de sem. c. 4.
l Gale. 5. de tu. val c. 8.
m Gale. 1. aph cõ. 14.
n Gal. li de cibis boni succi c 2.
o Gal. 1. de natu hum. com. 36.
p Gal. 3. de loc. aff. c. 5.
q Ga. li. de ple. in fine.
r Gale. 3. 1. epi. com. 1.
s Gal. 2. de natu. hum. com. 39.
t Galen. de arte med. c. 35.
u Gal. li. de plen. c. vlt.
x Gal. 2. de diff. feb. 4.
y Gal. 1. ad Glauc. c. 7.

A est, sed [a] valde talis: vagatur communiter in alijs non pituita simpliciter, sed pituita acida: iuuat non quod simpliciter calefacit aut purgat pituitam, sed quod plurimum calefacit extenuat & incidit, ac deinde purgat ipsam, nocet etiam magis quod refrigerandi vim habet aut pituitam contrahendi, quam vbi redundat dulcis. Causa efficiens temperatio est iecinoris ac ventriculi non simpliciter frigida, sed admodum frigida, ad quam referuntur quæ validam vim habent refrigerandi: Materiam suppeditant esculenta non solum crassa & dura ac frigida, sed valde crassa & valde dura aut glutinosa, quemadmodum ostrea, & esculenta omnia quæ ex farina parantur excepto pane. Ex effectis mens, sensus, motus, adhuc magis stupent, pro somno [b] fit veternus, nisi pituita adeo cruda sit vt nulli excitentur ex ea vapores qui cerebrum impleant, quanquam talis non amplius acida est, sed magis expers saporis. Pulsus magis languet, & tardior ac minor apparet, minus perficiuntur opera naturę, non fit [c] horror, quod ea ob crassitudinem non possit vehementer expelli, homo ad iram tardissimus est, cutis apparet & alba & frigidior, morbi qui sequuntur sunt febres quotidianæ, & illæ præsertim quæ calorem distinctum habent frigore in quibuslibet partibus, græci nominant [d] ἀτάκτους: quę expelluntur, vrina, sputum, deiectio, cruda admodum apparent, sanguis cum secatur vena, & frigidus & crassus adeo est vt mitti vix possit. Quod si pituita fuerit salsa, propositorum signorum hæc ratio est,

a Gal. 2. de diff. febr. 6.
b Galen. de mult. c. vlt.
c Gal. 2. de dif. feb. c. 6
d Gal. 2. de dif. feb. c. 6

B habilitas corporis consistit in iecinoris ac ventriculi temperatione frigida quidem, non tamẽ valde, cum aliqua ex parte etiam calida sit: vagatur communiter & in alijs pituita salsa: quæ iuuant non simpliciter calida sunt, sed talia vt aliqua ex parte etiam refrigerent, madefaciant ac temperent illam salsedinem. Nocent quæ nimis exsiccant, sicuti quæ nimis calefaciunt aut refrigerant. Causa efficiens iam exposita est in ipsa habilitate. Est enim temperatio ventriculi & iecinoris frigida, sed cum aliqua inæqualitate caloris. Causæ omnes efficiendi sociæ conferunt ad eiusmodi inæqualitatem, materia similiter inæqualis est non tantum frigida, sed etiam aliqua ex parte calida, quanquam potest materia frigida ob calorem efficientis in salsam pituitam conuerti, sicut & materia calida vbi vis efficiens frigidior fuerit. Ex effectis, actiones animales minus torpent, consopitur homo oculis apertis & somno conniuentibus: Ad actiones animales refertur [e] sitis, quæ fere intolerabilis est ob pituitam salsam. Cutis minus frigida tangitur quam vbi redundet alia pituita, tum prurit. Eandem sequuntur morbi, vt species illa febris ardentis [f] quæ non proficiscitur aut a sanguine aut a flaua bile; præterea vlcus cum inflammatione in recto intestino, quod vitium græci [g] [illegible] appellant. Quæ expelluntur non omnino cruda sunt, sed partim cruda, partim mordacia. Hactenus de signis cuiusuis speciei pituitæ redundantis.

e Galen de multi. c. vl. & 4. acu. 13
f Hippo. & Gal. ibidẽ.
g Gal. 3. de caus. symp. c. 2. & 3. ep. com. 70.

C

De signis flauæ bilis redundantis. *Cap. IV.*

PRoxima est flaua bilis, quæ cum inclusa sit in venis, non subijcitur sensui, sed conijcitur ex signis quæ ex ijsdem locis ducuntur, vt ex habilitate ægrotantis, nam vbi homo natura calidior [h] & siccior fuerit, flauam bilem quam colligit multam etiam demonstrat. Ex eo quod communiter vagatur, siquidem in alijs quicunque ægrotant, redundare flauam bilem constat, verisimile est eandem superare in homine qui curandus suscipitur. Ex eo quod iuuat aut bilem detrahendo, quemadmodum medicamenta quæ χολαγωγὰ græce nominantur, aut refrigerando ac madefaciendo, temperandoque calorem & siccitatem ipsius. Ex eo quod nocet eandem uel augendo vel acriorem reddendo, satis firmum indicium sumitur flauæ bilis redundantis. Sed firmius adhuc ex causis, ex efficiente nimirum & materia: efficit flauam bilem natura iecinoris [i] calidior & siccior, ad quam spectat & sexus, & ætas: Mates enim longe magis biliosi sunt quam fœminę, & iuuenes [k] quam senes aut pueri, quia calidiores [l] & sicciores sunt:
D Ad eandem calidam & siccam temperationem iecinoris referuntur aliæ causæ, quæ si non efficiunt flauam bilem, saltem sunt efficiendi sociæ si calefaciendi & siccandi vim habeant, quemadmodum quæ offeruntur, vt [m] esculenta, poculenta, & medicamenta calida & sicca: quę fiũt, vt [n] vigilia multa, labor vehemens, & assidua animi perturbatio: quæ extrinsecus incidunt, vt aer calidus, veluti æstiuus, balneum calidum valde, medicamenta quæ extrinsecus imponuntur vim habentia calefaciendi & siccandi: quæ retinentur & expelluntur, vbi scilicet retineatur quod calidum est, veluti flaua bilis solita educi, detrudatur quod frigidum, quemadmodũ pituita. Materiam vero suppeditant succi, nam [o] sanguis cum nimis incalescit, vertitur in flauã bilẽ: sed maxima ex parte cibi & potus vbi qualitate fuerint calidi [p] & sicci, nã sic facile vertũtur in flauã bilẽ, aut ẽt vbi dulces, dulcia enim si nacta sint hominem calidiorem, amara [q] fiunt & biliosa, sed q̃ calida & sicca sũt facultate, veluti aromata, veluti vinũ vetus vehemẽs merũ, vertuntur in flauã bilẽ etiã si natura hominis non fueit valde calida & sicca: sed ubi talis ciborũ & potionum qualitas absit, paucitas magis idonea est ex qua flaua bilis gignatur q̃ multitudo, ab hac .n. vis caloris ac siccitatis iecinoris frangitur ac remittitur. Maxime vero ex effectis declaratur copia flauæ bilis, vt ex actionib. aĩalibus, intelligentia, rõne, memoria, quæ acriores

h Gal. 1. ad Glau. c. 5.
i Gale. 2. de nat. fac. c. 9
k Aui. li 1. fu. c. de cõplex
l Galen. 3. aph. cõ 29.
m Ga. 2. de nat fa. c 8. & 9.
n Gal. 7 apho. cõ 28. & 1. 6. epi. com. 10.
o Gal. 2. de dif. feb c. 9
p Gal. 1. ad Glaut. c. 5.
q Ga. 3. ac. com. 2.

sunt; ex sensibus quod probe suo munere funguntur, ex somno [a] breuiori ac leuiori, ex insomnijs flammarum atque incendij, ex motu voluntario celeri atque expedito: accedunt actiones vitales, vt pulsus velox, frequens, & magnus, ni si bilis tanta fuerit & adeo feruens vt cordis vires debilitet. Accedunt & naturales, coctio magis deprauatur quam minuatur vel auferatur, facile enim corrumpuntur quæ [b] sunt in ventriculo & nidorem exhalant: pro fame fastidium adest, sitis plurimum augetur, magisque finitur vomitu bilis quam potione aquę frigidæ. Quod spectat ad mores, homo consilijs præceps est & pronus ad iram. Qualitatum vero corporis quę sunt in secundo genere effectorum hæc ratio est, color cernitur [c] flauus, cutis tangitur calidior, lingua percipit amaritudinem, morbi incidunt & in vniuerso corpore, vt febres tertianæ, siue intermittentes siue cōtinuæ, aut etiam ardentes; & in parte aliqua, vt erysipelata, vlcera intestinorum, ac tormina. Quæ expelluntur biliosa sunt, deiectio, vrina, sudor: sanguis siue sponte effluat, siue mittatur, similiter biliosus apparet. Testantur signa hæc omnia redundare in homine flauam bilem. Sed cum inter flauam & atram plures sint [d] species bilis, veluti illa quam vitellinam a vitellis ouorum, & quam æruginosam ab ærugine, quod similem colorem habeat, tum cærulea, scire licet vbi redundent ex iisdem signis intelligi, ex quibus flauam conijci docuimus, eo tantum interposito discrimine, quod cum dictę species omnes inter flauā & atram, calidiores & ficciores sint quam flaua, ea signa a quibus monstrantur, calidiorem quoque & ficciorem in se vim [e] habent, veluti habilitas corporis ægrotantis calidior & ficcior; quod communiter in alijs vagatur simile: quod iuuat si refrigerandi & madefaciendi facultate maiori præditum sit. Causa efficiens & materia similiter si calidior & ficcior fuerit. Effecta in triplici genere validiora sunt cum acriorem bilem sequantur, siue sint actiones, siue qualitates corporis, siue quæ depelluntur; quanquam hæc per colorem bilis, speciem quæcunque redundet inter omnia signa maxime denunciant. Est & alia species bilis quæ porri colorem repræsentat & fere in ventriculo [f] gignitur, hæc vbi redundet, cognoscitur ex habilitate, vt ex ventriculo calido & sicco, ex eo quod vagatur communiter; ex eo quod iuuat, vt ex vomitu eiusmodi bilis ex causa efficiente, vt ex temperatione ventriculi quam diximus; ex materia, vt ex cibis praui succi, cuiusmodi sunt allia, cępe, bulbi; ex effectis, vt ex anxietate & morsu in ore ventriculi, ex vomitu aut deiectione eiusmodi bilis porri colorem referentis. Vbi flaua bilis misceatur cū sero [g] sanguinis subrubra efficitur, discernitur aūt maximę ex vrina subrubra. Sed satis de signis monstrantibus flauam bilem.

E

F

a Gal. li. de mult. c. 10.
b Gal. 3. 1. epid. cō. 1.
c Galen. de art. med. c. 81.
d Galen. 1. aph. cō. 2.
e Galen. 2. prog. com. 38. & 39. & 5. 6. epid. com. 14.
f Galen. & Hippoc. 2. progn. 39.
g Gale. 10. simpl. c. de felle.

De signis atra bilis redundantis. *Cap. V.*

G

EX quatuor succis, de trium cognitione iam egimus, quartus est humor melancholicus, qui vbi redundat, cum contineatur in venis, sensum latet, & idcirco conijci debet ex signis ad quæ iam aggredimur. Sumuntur autem ex iisdem locis, & primo ex habilitate ipsa ægrotantis: consistit hæc in natura quæ cum siccitate [h] iunctam habeat inæqualitatem caloris & frigoris, nam quæ talis est, vt melancholicum humorem contrahit, ita etiam denunciat: deinde ex communiter vagantibus, nam si in alijs ægrotantibus eo tempore redundare hic succus videatur, indicio est eodem quoque opprimi ægrotantem qui tractatur. Tum ex iuuantibus & lædentibus, nam si ea quæ commoda sunt, vel madefaciendi ac moderate calefaciendi & refrigerandi vim habeant, vel hunc humorem purgent, (μελαναγωγὰ Græce nominantur) contra vero si ea quæ incommoda sunt, aut eundem humorem colligant, aut iam collectum calefaciendo ac siccando exasperent, id ipsum quoque testantur. Demonstratur item ex causis, vt ex efficiente & materia a quibus colligitur. Efficiens est iecinoris temperatio inæqualis, non valde calida [i] aut frigida, sed admodum sicca, in qua etiam consistere habilitatem diximus: spectat ad hanc ætas consistentium, [k] qui medij sunt inter iuuenes & senes; ij si quidem ficciores & frigidiores iam sunt, retinentque nonnihil caloris ex iuuentute superantis. Causæ quæ efficiendi vim habent, vel efficiendi sociæ sunt, ad eandem temperationem referuntur, veluti [l] ex ijs quæ fiunt, vigilia, labor, animi perturbatio, ac præsertim mœstitia: ex ijs quæ offeruntur, cibi, potiones, & medicamenta quibus insit similis temperatio, ex ijs quæ extrinsecus incidunt aer, qualis est [m] autumnalis, balneum aquarum siccantium, & simul etiam calefacientium, medicamenta extrinsecus imposita eadem facultate prædita: ex ijs quæ retinentur atque expelluntur, namque vbi retinentur calidiora & ficciora, expelluntur quæ humida sunt, siue frigida, vt pituita, siue moderata, ut sanguis, humorē melancholicum denunciant. Materia vero suppetit interdum ex sanguine, [n] qui cum nimis siccescit, atque magis terrestris fiat in hunc succum conuertitur, sed maxima ex parte ex cibis & potionibus [o] crassis terrenis ac siccis, vt ex frumentis vitiosis, ex leguminibus, ex brassica, ex carne bubula, ex piscib. durioribus salitis, ex vino nigro, crasso austero. Maxime autem ex effectis depromuntur signa humoris melancholici superantis. Intelligentia, ratio [p] & memoria viget, nisi ob nimiam copiam obruantur, ita [q] vt mens insaniat, sensus acris est, somnus breuis ac difficilis, insomnia conspicua, motus tardus, pulsus (qualis [r] vbi cor frigidū & siccū est) paruus

H

h Gal. li. artis med. 3. c. 59.
i Ga. de arte me. c. 59.
k Galen. 3. aph. cō. 30.
l Galen. 3. aph. cō. 22.
m Gale. 3. aph cō. 22.
n Gal. 2. de differ. feb. com. 9.
o Gale. de atra bile c. 4. & 2. ad Glauc. 10. & 3. de lo. aff. c. 7.
p Arist. 30. sect. probl. 1.
q Gal. 3. de loc. aff. c. 7.
r Gal. li. de plen. c. 11.

cardus rarus ac subdurus, adest appetitio cibi. Sed quod attinet ad mores, apparet stabilitas & constantia [a] cum tarditate ad iram, quæ siquando hominem perturbauerit, inueterata vertitur in odium, neq. facile sedatur, timor adest [b] & mœstitia præter rationem, color fuscus, [c] subniger, aut plumbeus conspicitur, cutis tangitur durior, non tamen valde calida aut frigida, lingua percipit saporem subdulcem & austerum, qualem præ se fert lien quadrupedum. Morbi qui ab hoc humore fiunt, sunt [d] quartana, cancer, tumor lienis, melancholia, siue per se insederit in cerebro, siue quod fuligines ex præcordijs ad ipsum ascendant. Varices, pustulæ nigræ, & id vitium quod a similitudine illius belluæ nominatur [e] elephas. Ex ijs quæ expelluntur, vrina tenuis est, cruda & subliuida, deiectio & vomitus nigrior, sanguis quomodolibet ex corpore effluẽs crassior & ater conspicitur. Huiusmodi igitur signa sunt quæ humorem melancholicũ superantem denunciant. At hic naturalis est, licet supra modum collectus fuerit, atra vero bilis, contra naturam, neque [g] enim naturaliter gignitur ex cibis & potionibus, sed ex alijs succis cum contra naturam putrescunt, atque [h] vruntur. Ergo etiam vbi hæc redundet cognoscenda est: sed cum sensum lateat, coniectura inuestigari debet; sumitur autem ex ijsdem signis sed paulum mutatis. Habitus ægrotantis [i] qui & siccior fuerit & valde calidus sine illa inæqualita-
B te frigoris superare atram bilem demonstrat: eandem indicat quod communiter vagatur, vbi videlicet alij qui tunc ægrotant, copiose ipsam collegerint: iuuant quæ magis ipsam temperant refrigerando ac madefaciendo, quam quæ illam educunt, nocent quæ exsiccandi & calefaciendi facultatem habẽt. Reprehenditur Galenus ab [k] Alexandro Tralliano, qui morbis ab hac profectis medeatur per ea remedia quę siccant & calefaciunt, atque idcirco, ipsam exasperant. Causa quæ & efficit & demonstrat atram bilem, est natura iecinoris admodum calida & sicca, nam calidior & siccior, efficit flauam bilem, sed maxime calida & sicca, atram. Ad hanc spectat ætas consistentium cum iuuentus quæ præcesserit, admodum calida fuerit. Ad eandem vim effectricem referuntur quæ fiunt, quæ offeruntur, quæ extrinsecus incidunt, quæ retinentur, & vacuantur, vbi plurimum calefaciendi & siccandi facultatem habeant. Materiam suppeditant alij succi, nam [l] cibi & potiones antequam vertantur in atram bilem & vrantur, in alios succos conuersi fuerint necesse est. Quilibet igitur trium reliquorum succorum materiam suppeditat atræ bili, maxime autem humor melancholicus. Effecta quæ hanc denunciant, non dissimilia sunt illis a quibus denunciari humorem melancholicum diximus, nisi quod alioquin validiora sunt: mens adeo viget vt in [m] furorem incidat, homo vix capere somnum potest, insomnia terribilia sunt, motus exigua admodum quiete interpellatur, fames adeo augetur vt canina fiat, accedit metus & tristitia incredibilis præter rationem, aspectus teter est, color niger, cutis dura & calidior, lingua percipit saporem acidum, morbi fiunt [n] longe sæuiores, veluti can-
C cer vlceratus, & difficultas intestinorum [o] quæ non sanantur: quæ expelluntur, cum nigritie splendent, mordent, aceti modo terram [p] fermentant atque abradunt. Sed satis de cognitione humoris melancholici & atræ bilis, pergamus deinceps ad humorem aquosum.

De signis monstrantibus humorem aquosum. *Cap. VI.*



AD secundam coctionem dum conficitur sanguis in iecinore diximus pertinere non solum quatuor succos quos proxime tractauimus, sed [q] aquosum etiam illum humorem qui mistus est cum sanguine quasi serum cum lacte: hic (vt ante ostensum est cum de morborum causis ageremus) in iecinore non gignitur, sed separatur ab alijs: cuiuslibet enim cibi & potionis aquosa pars quæ nec concoqui potest, nec in succos conuerti, cum eo quod coctum est in ventriculo per uenas [r] attrahitur ad iecur ex ventriculo & intestinis, & cum ibi secunda coctio fit, seiungitur a quatuor succis, & per uenas emulgentes allicitur a renibus, ita vt tandem fiat vrina, non tamen ita semper redditur, ut non redundet ali-
D quando & fiat morbi causa, quod vbi accidit, quo pacto recognoscatur, exponere nunc tẽpus est. Ergo cum sit abditus in partibus internis, sub sensum non cadit, quamobrem coniectura illum necesse est persequi: signa autem ex ijsdem locis depromũtur, ac primo ex habilitate ægrotantis, qui vbi mollis, subpallidus & frigidior fuerit, hunc aquosum humorem quem plurimũ colligit, denunciat. Idem facit quod communiter vagatur, si alijs qui tunc ægrotant redundare aquosi humoris copiam cõstet. Quæ prosunt etiam aut obsunt, aquosi humoris indicia sunt, cum commoda sunt ea quæ ipsum purgant ὑδραγωγὰ Græcis nominãtur, [f] aut quæ per vrinam vel sudorẽ eundẽ educunt, vel quouis modo digerunt, incommoda vero quæ ipsum retinẽt aut plurimũ in se continent, sicuti cibus & potus aquosus. Quod spectat ad causas, cum non gignatur (vt ante ostẽsũ est) in corpore nostro, sed insit esculentis & poculentis quæ sumuntur, nõ est quod requiramus efficientem, sed satis videri debent externa illa in quib. cõtinetur, nisi forte si dixeris ab illis causis colligi in corpore nostro a quib. retinetur, quamobrem ubi neq. per sudorem, neq. per urinã educatur, vbi itẽ non digeratur, quod euenit corporib. natura frigidioribus & humidioribus, plurimus & colligitur & demonstratur. Materiam suppeditãt quæcunq. ipsum in se continẽt, & primũ potio multa præsertim aquæ, deinde etiã cibi, & fructus [t] & olera:

a Ga. 2. de nat. huma. com. 39.
b Gal. 3. de loc. aff. c. 7. & Hip. ac Ga. 6. aph. 23.
c Gal. li. de plen. ca. 11.
d Gal. li. de atra bile c. 5. & Hipp. & Gale. 3. aph. 22. & Galen. 3. aph. 22. & de 3. lo aff. c. 7.
e Gal. 1. de tum. præt. nat. c. 14.
f Gal. 1. ad Glauc c 7.
g Gal. 3. de loc. aff c 7.
h Gale. de atra bile c. vlt. & c. 3.
i Gal. 2. de na fac. c. 9.
k Alexan. Trallianus li. 12. c. 8.
l Gal. 2. de nat fa. c. 9.
m Gal. 1. 3. ep. com. 5.
n Galen. de atra bile. c. 5.
o Hip. 4. aph. 24.
p Galen. 4. aph cõ. 23.
q Superius li. 2. c. 8.
r Gal. 4. de vsu p. ca. 5.
f Gal. li. de atra bile c. 6.
t Gal. 3. de sẽp. cau. c. 2 & 5. de loc. aff. c 7.

ra:hæc vbi sumpta fuerint abunde, monstrant in homine aquosum humorem redundare. Reli- E
quæ causæ eatenus illum monstrant, quatenus reddunt corpus frigidum & humidum, neque
permittunt ipsum absumi, quemadmodum quæ offeruntur frigida & humida: quæ fiunt, vt
ocium, animi tranquillitas, somnus: quæ extrinsecus incidunt, vt aer, balneum, medicamenta
externis partibus imposita si refrigerandi & madefaciendi vim habeant, quæ retinentur, si fri-
gida sint & humida, & quæ detruduntur, si calida & sicca. Supersunt effecta, ex quibus etiam
facile idem conijcitur, nam quod spectat ad actiones, male corpus nutritur, cum non genere-
tur bonus sanguis [a] refrigerato iecinore propter huius humoris multitudinẽ: adest & sitis pro-
a Gal. 5. de loc. aff. c. 7. pter salsedinem, quam lixiuij modo admixtam habet. Ex qualitatibus corporis quæ sub sen-
sum cadunt, color pallidus est, cutis tactu mollis. Morbi qui inde proficiscuntur, sunt aqua in-
b Gal 5. de loc. aff c. 7. tercus, [b] Hydatides, hoc est veluti vesicæ plenæ [c] aquæ, tumores aquosi, aquosæ item [d] pustulæ.
quæ vero expellũtur, aquosa sunt, vt vrina, deiectio, sputum, sanguis vndecunque perfluat vel
c Hippo. ac Gal 7. aph. 37. mittatur maxime aquosus apparet. Huiusmodi igitur signa sunt quæ aquosi humoris copiam
in vniuersum denunciant. Species autem ipsius, quas totidem [e] esse mõstrauimus quot sunt suc
d Gal. 1. catatop. ca 7. & 8. ci, ex ijsdem signis colliguntur, addita simili differentia quæ suam speciem monstret. Si aquo
sus humor qui redundat, si serum [f] sanguinis, in eo homine colligitur qui alioquin sanguine
redũdet. Eadem ratio est si sit serum flauæ bilis, aut pituitosæ, aut humoris melancholici: redũ
e Superius li. 2. c. 8. dat enim in eo homine qui plurimũ colligit eum succum, ita vt intelligatur partim ex signis cõ
f Gal. 4. de tu ual c. 4. munibus aquosi humoris, partim ex signis proprijs huius aut illius succi. Sed duo inter hæc F
sunt quæ maxime speciem aquosi humoris denunciant, vnum est color eorum quæ detrudun-
g Gal. ibid. tur præsertim [g] vrinæ, quæ si rubra fuerit sanguinis; si flaua, flauæ bilis: si alba, pituitæ: si subni-
gra, humoris melancholici serum demonstrat. Alterum est illud malum quod proficiscitur ex
eiusmodi copia, eadem enim ratio est vniuscuiusque speciei aquosi humoris, quæ cuiusque suc
ci, mitiora mala afferuntur a sanguine, deinde a pituita: sæuiora a flaua bile, maxime sæua ab
atra. Quamobrem vbi malum quod ab aquoso humore affertur mitius fuerit, monstrat se-
h Plato in Timæo. rum sanguinis aut pituitæ: vbi sæuius, bilis flauæ vel atræ: atræ enim serum Plato [h] prauum
esse testatur & erodendi vim habere, ita vt ex malo leuiore aut grauiore indicetur species
aquosi humoris.

De signis humorum ex tertia coctione redundantium. *Cap. VII.*


Vmoribus quos ex prima coctione quæ fit in ventriculo & secunda quæ fit in iecino
re, diximus superare, adiecimus illos q proficiscũtur a tertia ad partes solidas atti G
nente: hi autem vel secundum naturam sunt sicuti lac & semen, vel præter naturã
vt pus & sanies. Cæterum lac & semen vt plurimum copia morbos afferunt, sed
pus & sanies potissimum qualitate. Iudicium cuiusuis horum humorum non est po
i Gale. 1. de semi. c. 16. situm in sensibus, sed spectat ad mentem, ita vt colligatur ex signis quæ ex iuuantibus [i] & nocẽ
ex causis, ex effectis depromemus: omittemus quod communiter vagatur, neque enim hu-
iusmodi humores tales sunt: omittemus & habilitatem ęgrotantis, sub causis enim ipsam com-
plectemur. Si redundet lac, versatur in mammis, quamobrem expedita eius cognitio
est, iuuant quæ ipsum aut manifeste educunt, sicut sugentes, siue infantes, siue alij, aut la
tenter exhauriunt, quemadmodum digerentia medicamenta: nocent quæ ipsum retinent aut
k Ga. 14. de vsu p. c 8. cogunt, sicuti quæ vehementer calefaciunt aut refrigerant. Hoc pacto igitur denunciatur ex iu
uantibus & nocentibus: ex causis vero, hoc est ex efficiente & materia, veluti in puerperis [k] cũ
non erumpit amplius sanguis ex vtero, sed conuertitur ad mammas, tunc enim neque materia
deest neque vis efficiens: at effecta quoque dant signa, vt sensus grauitatis & distentionis in
mammis, durities cum tangũtur, tumor venarum pectoris, & lac ipsum quod ex papilis effluit,
vel quod antea retentum fuerit.
l Gale 6 de loc aff. 5. At ubi seminis copia [l] morbum afferat, conijcitur ex iuuantibus & nocentibus: commodus H
m Ga. li. artis med. ca. 47. est concubitus, incommoda continentia: tum ex causis, ex vi efficiente scilicet & materia. Effi-
ciens causa est ipsa natura testiculorum, quæ si aut moderata sit, aut paulo [m] calidior & humi-
dior, plurimum seminis & colligit & demonstrat. Materiam præbet copia sanguinis redundan
tis præter illum qui ad alendum necessarius est, quæ ubi adsit, monstrat quoque adesse copiam
n Gal. 6 de loc aff. c. 5. seminis. Ex effectis vero eadem intelligitur quod homo ardeat libidine, quod incidat in dif-
o Gal. 3. de caus. symp. c. 4. ficultatem anhelitus [n] cum calor strangulетur, quod turgeant partes [o] genitales, quod reten-
tũ sit præter consuetudinẽ semen diutius, q̃d insomnia obrepant venerea ita vt semen effluat.
Contra naturam vero diximus redundare pus & saniem, quem humorem conficiunt par-
p Galen. 1. prog. cõ vl. tes [p] solidæ; uideamus primo signa puris. Iuuant vbi adsit pus quæcunque ipsum vel discu-
tiunt, vel manifeste educunt: nocent quæ conficere idem possunt aut retinere, & idcirco ipsum
q Ga. ibid. & Aristo 4 met. ca. de coctione. demonstrant: quod multo magis faciunt causæ, efficiens videlicat & materia. Efficit ous tem-
peratio ipsa partium solidarum, quæ contineatur calore [q] medio inter naturalem & contra na
turam, calor partium solidarum sanguinem vertit in substantiam sibi similem, sed qui omnino

contra

A contra naturam est eundem adeo corrumpit vt vertat in saniem, qui inter vtrũque medius est, neque in substantiam similem mutat neque putrefacit, sed conuertit in pus: id quod euenit vbi inflammatio suppurat, cum calor non nimium à naturali recedat. Materiam suppeditat maxima ex parte sanguis qui ex venis in loca quæ iuxta sunt confluxit. Medius autem hic est inter eum qui vertitur in alimentum, & eum qui in saniem, non integer vt ille, non ex toto corruptus vt hic est. Sequuntur effecta ex quibus etiam pate fit pus, [a] nam dum fit, aduenit febris & dolor maior quam postquam factum est, accedit etiam rigor, vbi vero iam factum est, locus in quo residet mollior tangitur, atque vbi prematur circumfluere percipitur pus. Quod spectat ad ea quæ expelluntur, si pus contineatur in partibus internis, viam sibi facit erodendo, ita vt detrudatur & in conspectum veniat, siue expuatur, siue deijciatur, siue reddatur cum vrina. Si versatur in partibus externis, sæpe etiam erodendo exitum sibi parat, quod vbi non accidat, tãdem à medico educitur scalpello aperiente locum qui suppurauit, tunc autem ipsius non amplius coniectura sumitur, sed certa scientia. Quod si pro pure sit sanies, deprehenditur primo ex ijsdem iuuantibus & nocentibus, tum ex causis, efficiens enim est calor qui plurimum recedit à naturali & non parum, veluti ille à quo confici pus diximus. Materiam suppeditat sanguis omnino vitiosus ac prauus: deprehenditur etiam ex effectis, quæ longe deteriora sunt quam quæ B sequuntur pus, cum & maior sit febris & dolor grauior nisi ob prauitatem humoris extinguatur sentiendi vis. Si tangatur locus, sentitur mollior & lubricus magis, ceditq. cum premitur & sanies cum tenuior sit cum quodam quasi murmure deuoluitur, cum iam effluit, euidenter discernitur, quod non sit puris modo alba, læuis, æqualis, sed tenuis inæqualis coloris varij atque omnino alieni. Quæ de humoribus dignoscendis dicenda erant habeant hunc terminum.

a Hippo. 2. aph. 47.

De signis monstrantibus flatum. Cap. VIII.

Materiam quam plenitudinis causam esse monstraturus, triplicem proposuimus, mediam inter crassam & tenuem, qualem diximus esse humorem, cuius signa iam enarrauimus, & tenuẽ, cuiusmodi est flatus & vapor, de quo nunc agemus, tũ crassam quam postea subijciemus. Flatus igitur seu vapor aut spiritus ipse quoque morbi causa est vbi redundet ac partes distendat, vel aliquo modo contra naturam impleat. Sed cum sensum lateat, colligi debet ex signis: sumuntur hæc primo ex habilitate ægrotantis cui calor insit [b] debilior, & multitudo crudorum succorum, hic enim maxime idoneus est qui flatum C colligat. Tum ex eo quod communiter vagatur, si constet alios qui tunc ægrotant flatus multitudinẽ contraxisse. Deinde ex iuuantibus [c] quæ discutiendi vim habeant & calorem augere possint, ex nocentibus quæ calorem imminuant, & succos crudos gignant. Ex causis item & primo ex efficiente, quæ est imbecillitas facultatis concoquentis profecta ab imbecillitate caloris, nam frigus [d] nullum excitare flatum potest, calor validus excitat quidem, sed digerit id quod excitauit adeo vt non relinquat flatum. Ex materia etiam ex qua flatus excitatur, quæ crassa [e] & frigida est, siue sit interna, vt pituita & humor melancholicus, siue externa, vt cibi & per se crassi, & non bene cocti, veluti frumenta & legumina, [f] potissimum faba, triticum elixum, præterea potus vini dulcis, præsertim musti. Postremo intelligitur flatus ex effectis, excitat enim [g] dolorem distendendo vbi occupet partes sentientes: affert & [h] palpitationem: insomnia [i] caliginis: sentitur locus tensus ac durior in quo versatur, & si percutiatur, tympani [k] modo sonum edit, tumefacit partes, quæ pressæ [l] non relinquunt digitorum vestigia, sicuti cum tument ob pituitam: quæ deijciuntur flatum quendam præseferunt, neq. enim compacta sunt, sed repræsentant deiectionem [m] bubulam, apparent in vrina [n] bullæ. In vniuersum igitur flatus ex propositis indicijs denunciatur. Species vero seu differentiæ, quatenus vel humidior est vel siccior, intelliguntur ex simili differentia addita signis enarratis, vbi enim D calor ille debilis à quo gignitur cum humore iungatur, humidum, vbi cum siccitate, siccum flatum excitat. Eadem ratio est materiæ, quæ si pituitosa sit, excitatur flatus humidus, si melancholica, siccus, Ex effectis à sicco fit maior distentio, & ideo excitatur dolor grauior & maior somnus, ab humido minor distentio, dolor leuior, minor somnus, & quasi bombus quidam, ita vt non sit difficile discernere inter vtrunque.

b Gal 14 de meth c.7.
c Gale. ibidẽ & 2. ad Glauc. c.6.
d Gal. ibid. & 3. d cau. sympt. 2.
e Gal locis dictis.
f Gal. de cibis boni succi c.4. & 1. acut. 18.
g Gal. 2. ad Glauc. c.6. et 12. meth. c 8.
h Gal 2 de cau. sympt. c. 2.
i Gal. 3 1. epid. com. 1
k Galen. 4. acut. com. 3
l Galen. 14. meth c 7.
m Gal. 1. de loc aff c.4.
n Hippo a c Gal. aphor. 37.

De signis materiæ crassæ redundantis. Cap. IX.

Supererest materia crassa ad plenitudinem attinens, cuius persequi nunc cognitionem oportet, est autem hæc substantia magis concreta quam humor, interdum similis naturali, veluti cum caro aut nimium increscit in vlceribus, aut alienis locis innascitur, vt in gula, vt in canali colis per quem exit vrina & semen: interdum ex toto aliena, huiusmodi est arena, calculus, lumbricus, & quicquid in abscessibus inuenitur. Loquamur primo de illa quæ naturali similis est, hæc vbi versetur in partibus externis, duorum sensuum

A humidiores. Tum ex communiter vagantibus, vbi reliqui ægrotantes tunc morbis laborent ab
inanitate profectis: dein ex iuuantibus & lædentibus, iuuant enim quæ succos reficiunt [a] vel a Gal. ibid.
per se, vt cibi & potiones boni succi, vel quatenus non sinunt illos exhauriri, quemadmodum & primo ad
adstringentia à quibus retinentur: nocēt quæ quouis modo siue aperte siue obscure ipsos edu- Glau. c. 14.
cunt atque absumunt. Ex causis item efficientibus, quemadmodum ex purgatione, sanguinis
missione, ex fluxu vrinæ aut sudoris immoderato, ab his enim vt efficitur, ita etiam ostenditur
succorum inanitas. Ex effectis tandem vt ex actionibus, siquidem debiliores sunt, cum ad earū
robur [b] non modo spirituum sed succorum quoque concurrere debeat copia moderata, appa b Gale. 11.
ret corpus squalidum atque extenuatum, tangiturque calidior cutis, si non nimis magna fuerit metho. c. 1.
succorum inanitas, nam vbi admodum ingens præcesserit refrigeratur, & tunc etiam quæ ex- & 2.
pelluntur minus cocta sunt, quæ alioquin magis cocta cernuntur, vbi non fuerint ita copiose
exinaniti, reliqua erat inanitas partium solidarum, quæ vbi externis partibus accidat sensu de
prehenditur, vbi internis, opus est coniectura: sed siue pereant partes, siue extenuentur dunta
xat, iam morbus est qui ad paruitatem refertur, quamuis & idem possit esse causa alterius mor
bi: vbi enim partes solidæ extenuentur, refrigerantur etiam, nam licet maneat eadem qualitas
caloris, copia tamen minuitur, ita vt res ad temperationem iusto frigidiorem reuertatur. Fac
igitur in partibus internis inesse gracilitatem, & ideo inanitatem [c] crassioris substantiæ, cōij-
ci poterit ex ijsdem signis ex quib. colligimus inanitatē humorū, præcipue ex causis extenuan c Gal. li. de
B di vim habentibus, ex ijs quæ reficiendo iuuant, absumendo nocent, ex effectis, vt ex imbecilli diff. morb.
tate actionum, ex duritie cutis & colore non bono, ex ijs quæ cruda aut præter modum depel- c. 9.
luntur. Sit iam finis signorum morbos vel morborum causas demonstrantium.

De symptomatibus in ægrotante cognoscendis. Cap. XI.

SEquuntur effecta morborū hoc est symptomata, quę quo pacto recognoscenda sint,
aperire nunc nitemur. Quorundam igitur symptomatum iudicium positum est in
sensu, siue in vno siue in pluribus, ac seu ægrotantis, seu ministrorum & medici, quo
rundam in sensu simul & ratione, quorundam in sola ratione; quæ ex ijsdem locis
sumitur ex quibus monstrauimus sumi signa morborum, & causarum, nimirum ex habilitate
ægrotantis, ex communiter vagantibus, ex iuuantibus & nocentibus, ex causis, ex effectis, quā-
quam habilitas ægrotantis, quod communiter vagatur, quod iuuat aut nocet, vt supra [d] etiam d Superius
diximus, sub causis & effectis comprehenditur, sed hos quoque locos seorsum persequemur, vt l. 5. c. 3.
euidentius signorum copia suppetat. Monstrat igitur habilitas ægrotantium symptoma, quan
C do eos maxime verisimile est in illud incidere ad quod maxime sunt propensi: alij enim alijs
symptomatibus patent, vt coctioni deprauatæ, retentioni vrinæ, alui profluuio. Quod commu-
niter vagatur symptoma, indicat aliud consimile versari in ægrotante, veluti in febre pestilen-
te appetentia cibi quidem ablata, [e] potionis vero aucta. Quæ iuuant illud symptoma mon- e Hippo. &
strant cui contraria sunt, aut cuius causis medentur, contra quæ nocent, illud cui similia sunt, Galen. 3. 3.
vel cuius causa augent. At sunt etiam signa symptomatum causæ ipsæ à quibus proficiscuntur, epid. 58. 59
siue sint morbi, quod plerunque accidit, siue morborum causæ, siue etiam symptomata à qui-
bus sæpe alia symptomata nascuntur. Postremo ex effectis quoq; depromuntur signa sympto-
matum, neque obstat quod symptomata ipsa sint effecta, siquidem effectum vnum potest esse
causa alterius. Denunciantur igitur symptomata interdum è suis effectis, hæc autem sunt vel
morbi, sicuti immoderata temperatio frigida & sicca quæ sequitur priuationem alimenti, vel
causæ, sicuti succorum [f] prauitas quæ oritur ex coctione deprauata, vel symptomata, sicut co- f Gal lib. de
ctio [g] ablata quæ ex ablata retentione proficiscitur. Omnes igitur hi loci signa nobis suppedi diff. sympt.
tant ex quibus intelligi ea symptomata possint quæ abdita sunt & sensum latent. Cæterum c. 4. & 1. de
quæ genera aut species symptomatum sensum postulent, aut rationem, aut vtrunque, nunc per- cau. symp.
spiciemus, & generatim & speciatim, omnia persequentes eodem ordine, quo tertio libro à no c. 1.
D bis proposita fuerunt. Sumemus autem initium ab actione læsa. g Gal. locis supradictis

Subijciuntur actiones omnes naturalibus, vitalibus, animalibus. Veniant primo in medium
naturales, quæ vel principales [h] sunt, vel ministræ. Principalibus nutrimur, augemur, procrea- h Gal. 1. de
mur, hæ autem omnes sensum latent: sed perspicua sunt effecta ipsarum, nam vbi actio qua ali nat fac. c. 9
mur bene habet, partes nostræ pristinum habitum retinent, neque extenuantur inopia alimen
ti: vbi ea qua augemur, conspiciuntur partes nostri corporis debito tempore quantum conue-
nit auctæ: vbi ea qua procreamur, apparent liberi propagati. Si lædantur, contraria indicia ex-
tant, tabescit homo, nō augetur vt debet, sterilis est. Licet ab ęgrotantis habilitate, ab eo quod
communiter vagatur, à iuuantibus & lædentibus etiam signa sumere, sed hæc quæ ducta sunt
ab effectis proprijs, adeo solida atque expressa sunt, vt alijs supersedendum esse videatur, ne
vtamur in re non dubia testimonijs non necessarijs. Cæterum actiones naturales ministræ ha-
rum trium principalium quatuor sunt (vt supra [i] ostendimus) attractio, retentio, coctio, expul- i Superius
sio, quibus adijci quinta potest, appetentia scilicet cibi & potionis, quæ similiter ministra est l. 3. c. 4.

princi-

principalium, licet videatur ad sensum pertinere. Perpendamus igitur speciatim vnamquam- B
que, ablatam, imminutam, deprauatam, sic enim pate fiet quo pacto singulæ recognoscantur.
Finge ablatam esse attractionem, cum abdita sit, conijci debet ex habilitate ægrotantis, cuius
a Gal. 3. de cau. symp. c. 3. attrahens facultas refrigerata [a] temperatione non fungatur amplius suo munere: tum ex eo
quod communiter vagatur, si in alijs scilicet ægrotantibus deprehendatur eadem attractio
ablata: ex eo item quod iuuat, vbi calefaciat, & quod nocet vbi refrigeret. Ex causa efficiente,
quæuis enim temperatio cum maxime immoderata est attractionem aufert, sed potissimum fri
b Gal. ibid. gida, [b] atque idcirco eandem ostendit, quod maxime faciunt effecta, vt si partes non alantur
ob inopiam alimenti quod non attrahitur si squalidæ sentiantur: si expellantur ea quæ attra-
hi deberent, veluti sanguis. At vbi attractio imminuatur, eadem signa se ostendunt, sed mino-
ra. Vbi deprauetur, si quidem cum molestia fiat, sensu ægrotantis percipitur. Sed si nimia at-
que immoderata sit, potest ex causa percipi, vt ex calore nimis aucto: plurimum tamen valent
effecta, vt quod retineantur plura quam conueniat, neque expellantur vt solent: quod ite pars
quæ nimium attraxit tumida cernatur. Altera actio ministra, retentio est, quæ cum aufertur, sa-
tis pate fit ex solis effectis, & proprie ex ijs quę depelluntur, & modum superant, & longe ante
uertunt. Sed cum imminuitur, discernitur ex ijsdem depulsis, non tamen ita multis aut ita cele- F
riter, sicuti cum aufertur. Vbi deprauatur, vel retinet cum dolore, de quo æger ipse conqueri-
tur, vel diutius & plus retinet, id quod monstrant ipsa depulsa, cum pauciora, tum tardius red-
dita. Eiusmodi notæ adeo insignes sunt vt non necessaria sint alia indicia, quę sumi possent a
causis, a iuuantibus & lædentibus, a communiter vagantibus, ab habilitate ægrotantis. Coctio
est tertia facultas ministra, quæ similiter sensum fugit, sed vbi auferatur, conijcitur ex habilita
c Gal. 3. de symp. caus. c. 3. te ægrotantis qui naturam frigidiorem [c] habeat, & minus idoneam ad concoquendum; ex eo
quod communiter vagatur, si idem symptoma tunc insit alijs ægrotantibus, ex ijs quæ iuuant,
vbi immoderate calefaciant augeantque calorem innatū, ex ijs quę nocent, vbi contraria sint,
ex causa, hoc est ex vi caloris adeo imbecilla vt non idonea sit ad concoquendum, præsertim
vbi ea quæ sumuntur multa fuerint, frigida, dura, crassa, aut glutinosa: ex effectis, & maxime ex
ijs quæ detruduntur, monstrat enim vrina vbi cruda fit, ablatam coctionem in venis, sicuti deie
ctio in ventre, sputum in thorace, sed alia quoq. effecta, vt qualitates, vt actiones mutatæ ean-
dem coctionem ablatam indicare possunt, contenti tamen sumus ijs quæ excernuntur. Si eadē
coctio minuatur, colligitur ex ijsdem signis, sed imbecillioribus à quibus significari diximus
ablatam: si deprauetur, ostenditur ab ægrotantis habilitate, qui valde calidus sit, ab eodem G
symptomate communiter vagante, à iuuantibus temperando calorem, & nocentibus nimis
ipsum augendo, à causa, vt à visceribus immoderate calidis, & simul etiam à cibis & potioni-
bus prauis, ab effectis, denique, vt à prauo colore, & alijs vitijs cutis, ab ijs quæ detruduntur,
non enim cruda apparent, sed praua. Quartæ actionis ministræ, expulsionis videlicet iudicium
non est positum in sensibus, sed in mente, ergo vbi auferatur, mitto alia omnia signa, vel ea tan
tum quæ excernuntur firmam eius fidem faciunt, vbi enim retineantur quæ quouis modo de-
trudi debent, vel sola demonstrant expulsionem ablatam, eadem si imminuantur imminutam
denunciant, si plura sint quam conueniat, denunciant deprauatam, adeo vt non opus sit cer-
tiore nota ipsam explorare. Appetentia cibi & potionis, quam inseruire præter quattuor di-
ctas ministras tribus præcipuis naturalibus diximus, siue auferatur, siue minuatur, siue depra-
uetur, sentitur ab ipso ægrotante, ita vt non opus sit exquisitis rationibus ipsam inuestigare.
Percipit enim homo se vel non expetere, vel parum expetere cibum & potionem, vel praue,
d Gal. 1. de cau. sympt. c. 7. quod vel nimia [d] cupiat, vel aliena: sed cōcurrit simul etiam ratio, quæ & supra modum esse,
& à natura abhorrere iudicet illa quæ appetuntur. Sensus autem medici per se non discernit
ægrotantis appetentiam læsam, nisi quatenus cernit ipsum aut fugere quæ persequi, aut perse
qui quæ fugere deberet. Sed transeamus ad actiones vitales, quæ spectant ad facultatem cor- H
e Gal. li. de vsu pul. c. 2 & 4 de dif. puls. c. 2. & 1. ad Glau. 14. in fine. dis, præstat enim hæc pulsum [e] cordis & arteriarum, & eatenus tuetur calidum innatum &
vires corporis, vbi auferatur, minuatur, deprauetur, nequit sensu discerni, sed colligitur potis-
simum ex effectis, ablatam enim demonstrant eiusmodi actionem, pulsus tam cordis quam ar-
teriarum [f] ablatus, vires totius corporis deficientes. Eadem vbi imminuantur, imminutam
actionem vitalem monstrant: vbi deprauentur, hoc est vbi fiant alio modo quam secundum na
f Gal. li. de diff. sympt. c. 4. turam conueniat pulsus videlicet cordis & arteriarum, monstrant deprauatam actionem vita
lem. Sentitur pulsus tam arteriarum quam cordis cum molestia interdum ab ægrotante, qui
manifestum indicium est vitalis actionis deprauatæ. Percipit medicus mutationem pulsus, &
ex hac discernit vitalem actionem deprauatam, id quod non potest ægrotans iudicare nisi me
g Gal. li. de diff. symp. c. 3. dicus sit, aut alioquin exercitatus in pulsibus dignoscendis. Restant actiones animales, quæ [g]
vel ad præcipuas referuntur, ut intelligentiam, rationem, memoriam: uel ad sensum, uel ad mo
tum uoluntarium. Vbi lædtur actiones præcipuæ, nequeunt sensu deprehendi, sed necesse
est comprehendantur mente, partim ab ægrotante, partim à medico & ministris.
Vbi intelligentia læsa est, intelligit interdum æger se non intelligere: ubi memoria, non re-
cordari; sed ubi læsa sit ratio, non intelliget se non bene ratiocinari ac dijudicare. A medico
uero & ministris mente conijciuntur eiusmodi læsiones, intelligentiæ, rationis, memoriæ, uel
ex so-

A ex ſolis effectis, ut ex dictis & factis quæ non decent, neque congrua ſunt: diſcernũt enim tunc facile hominem non intelligere, non bene ratiocinari, aut non meminiſſe, niſi ægrotans ſtulti-tiam ſimulet, vt ſcriptum legimus Solonem Athenienſem ſimulaſſe ſe furere, quo tutior eius vi-ta eſſet, & plus aliquanto reipublicæ prodeſſet. Sed difficilis erit diuturna ſimulatio, poteritq. à medico diſcerni [a] ex cauſis quæ hominem impulerint ad amentiam ſimulandam. Senſus di-uiditur in communem & proprios, aufertur vis communis ſenſus in nimio ſomno, minuitur in propenſione ad ſomnum, deprauatur vbi diuturnior ſit vigilia. Deprehenduntur hæc non ſolũ à medico, ſed à miniſtris & aſſidentibus ex effectis ſomni, & vigiliæ: quanquam poterit aliquã do æger ſomnum ſimulare, manere immobilis, ſtertere, tenere oculos clauſos, diſſimulare ſe nõ audire quæ audit, quæ ſunt effecta ſomni, ſed vigiliam ſimulare nulla poterit ratione. Sẽſus pro prij, cum auferuntur aut minuuntur ab eodem ægrotante ſenſu deprehẽdetur, quoniam vt pręclare ſcriptum eſt ab [b] Ariſtotele idem ſenſus qui ſentire ſolet, vbi non ſentiat, ſentir ſe non ſentire: ſed ſi deprauetur, nequit ab ipſo ęgrotante diſcerni prauus, cum non ſit amplius iudex idoneus, quamobrem neceſſe eſt mente id aſſequatur, ratiocinabitur enim ſe decipi ex ijs quæ alij ſe dicent ſentire: at medicus poterit ex effectis ſingulorum ſenſuum læſionem comprehen-

B dere, quam percipiet etiam ex cauſis vt ſi cernat vel effoſſos eſſe oculos, vel contuſos ac lacera tos, vel valde etiam perturbatos, intelliget hominem non videre, id quod notum eſt etiam im-peritis: ſed licebit medico etiam alias cauſas inueſtigare lęſionum, & inde colligere ſymptoma quod ab illis proficiſcitur. Tertia [c] actio animalis, motus videlicet voluntarius aufertur, vt cũ reſoluuntur nerui, minuitur, cum torpent, deprauatur, cum diſtenduntur. Symptomata hęc probe ab ęgrotantibus & ab aſſidentibus ſenſu deprehenduntur: veniunt enim in conſpectum, ni-ſi æger ea ſimulet, & eo pacto decipiat aſſidentes, id quod ex cauſis ſimulationis conijci aliquo pacto poterit. Hactenus de recognoſcendis actionibus læſis.

Alterum genus ſymptomatum conſiſtit in mutatione eorum quæ ſub varios ſenſus cadunt, & vel vno, vel pluribus iudicantur: ſub viſum cadunt colores, ſub auditum ſonus, crepitus, ſub olfactum fœtor, ſub guſtum ſapor, ſub tactum calor, frigus, mollities, durities: ſub plures ſimul, vt ſub aſpectum & tactum, figura, numerus, magnitudo, quæ omnia cum mutantur in ægrotante ſubijciuntur ſenſibus, partim ipſius, partim medici & miniſtrorum, tantum ſapores alieni guſtatu ægrotantis percipiuntur, quamobrem non opus eſt rationibus exquiſitis, ex quibus ſymptomata hæc intelligantur, quæ ſenſibus ſubijciuntur.

Supereſt tertium genus ſymptomatum, quod pertinet ad ea quæ retinentur ac detruduntur contra naturam. Cadunt ſub ſenſum tam ægrotantis quam aliorum quæ retinentur, quatenus non cernuntur expulſa, vt ſecundum naturam ſolent; cadunt ſimiliter ſub ſenſum quæ expel-

C luntur, vbi vel modum ſuperent, vel qualitate aliena ſint, aut etiam tota ſubſtantia, ita vt depellatur quod retineri deberet, veluti ſanguis: ſed quatenus à naturali ſtatu recedat, diiudicat medicus mente, metitur enim hæc ex eo quod illis naturaliter eſſe deberet. Verum tam retenta quam depulſa præter conſuetudinem videntur interdum ſymptomata, quamuis ſint opera naturæ, ſed diſtinguuntur à medico, qui intuetur an ſequatur leuatio morbi, & facilitas tolerantię ex his enim diiudicat, ea eſſe opera naturæ, ſicut ex contrarijs ſymptomata. Sed ſatis de recognitione trium contra naturam, morborum, cauſarum & ſymptomatum.



D

VIDI

---

a Ga. lib. de præſag. ad Poſt. & libro proprio quomodo ſimulantes malũ diiudicentur.

b Ariſ. 2. de anima tex. 96.

c Ga. lib de diff. ſympt. c. 3.

VIDI VIDII
DE CVRATIONE GENERATIM,

Partis Primæ Liber Octauus:

Qui eſt de Differentijs morborum in homine recognoſcendis.

F

Quæ differentiæ recognoſcendæ ſint, & quo pacto recognoſcantur. Cap. I.



a Superius lib. 4. c. 1.

b Superius ibid.

c Superius ibid.

CVm non tantum res, ſed rerum quoque differentię [a] animaduertendæ ſint à medico, ſiue tueri, ſiue reſtituere bonam valetudinem contendat, neceſſe eſt illis quæ de ipſarum rerum recognitione ſcripſimus, proxime ſubijciamus qua ratione recognoſci poſſint rerum quoque differentiæ, ſi tamen pauca quædam ad noſtrum inſtitutum pertinentia prius in memoriam reduxerimus. Dictū eſt in ſuperioribus [b] differentiarum alias constituere ſpeciem, alias in ea quæ iam conſtituta eſt mutationē facere: illæ pertinent ad ſpecies, hæ vel omnino aduentitię ſunt (quas relinquimus cum nihil ad curationem ſpectent,) vel aliquo nomine ad rerum eſſentiam referuntur, de quarum cognitione, vt abſolute prius egimus, ita nunc in homine ægrotāte agemus. Sumi autem eas [c] oſtendimus, vel à ſubiecto, vel à modo quo informatur, vel ab ijs quæ ipſum informatum conſequuntur, vel à cauſis à quib. informatur, vel ab effectis quæ ab eodem informato proficiſcuntur, à quibus locis tanquam à fontibus emanant differentiæ omnes, quas et ante abſolute conſiderauimus, ita nunc in homine ægrotante perſequemur, oſtendentes quo pacto agnoſci ſingulæ queant. Sed cum ſpectent ad morbos, ad cauſas, ad ſymptomata, tātum illas quæ pertinent ad morbum explicauimus, cum eas abſolute tractaremus. Eaſdem nunc in ægrotante recognoſcendas proponemus, reliquas prætermittemus, cum ex ijs colligi nullo negocio poſſint. Quo pacto autem rerum omnium ſeu præteritarum ſeu præſentium, ſeu futurarū differentiæ agnoſci poſſint, declarauimus ſupra: Oſtendimus enim rerum quæ ſub ſenſum cadunt, differentias quoque ſenſu dijudicari, raro enim opus eſt rationibus aut ſignis a quibus confirmentur, vt patebit cum ſingulas perpendemus. earum vero rerum quæ ſenſum latent & intelligendæ ſunt ex ſignis, diximus ijſdem quoq. aſſumpta ſimili differentia differentias [d] patefieri, quamquam ſimilitudo non ſemper aperta eſt & expedita, ſed interdum abdita & implicata, quæ ſi explicetur, valebit in omnibus regula, vt rerum differentiæ intelligantur ex ſignis rerum accipientibus ſimilem differentiam. Eadem regula nunc vtemur in ſingulis morborum differentijs recognoſcendis, quas eodem ordine quo inuentæ fuerunt, pertractabimus. Sumemus initium ab ijs quæ ducuntur à ſubiecto,

G

d Gal. 1. de cauſ. pulſ. c. 1.

De recognitione differentiarum quæ ſumuntur à ſubiecto. Cap. II.

H



e Superius lib. 4. c. 2.

f Superius c. 1.

SVbiectum, hoc eſt corpus humanum quod morbo implicatur, varium eſt, diſtinguitur enim [e] ætate, ſexu, temperamento, viribus, vnde multæ ſumūtur morborum differentiæ, vt ab ætate, quod alij morbi ſint pueriles, alij iuueniles, alij ſeniles: à ſexu, quod alij muliebres, alij viriles: à temperamento, cum alij congruunt, alij non congruunt: à viribus, cum quibus comparati alij parui, alij magni exiſtimantur. Hę differētiæ quas ante explicauimus abſolute, nunc in homine recognoſcendæ ſunt, qui morbos quos frequenter verſari in eiuſmodi corporibus cernit, tales iudicat. Quod ſi tantum in illis ſubiectis ineſſent à quibus nomen trahunt, vt pueriles, ſolum in pueris, iuueniles in iuuenibus, ſeniles in ſenibus, viriles in viris, muliebres in mulieribus, non opus eſſet ratione, aut ſignis, ſed diſcernerentur differentiæ morborum ſimul cum differentijs ſubiecti, hoc eſt corporis ægrotantis: ſed quia alijs etiam accidunt, neceſſe eſt colligantur ex ſignis illis à quibus ſignificantur morbi, aſſumpta tamen ſimili differentia, ſi non aperte & expedite, ſaltem implicite & latenter, vt paulo [f] ſupra dictum fuit. Ergo pueriles morbi cognoſcuntur ex habilitate, vt ex ætate puerili, vel alia quę ſimilem tamen pueris naturā habeat, ex cōiter vagantibus, quod ſcilicet tunc alij illis morbis laborent quibus implicari pueri ſolent, ex iuuantibus & nocentibus, quod iuuent ea quæ commoda eſſe pueris conſtat, ex cauſis ſiue externis, vt ex victu, & edacitate puerorum, ſiue in-

ternis, vt ſuccorum cruditate: ex effectis, hoc eſt ex ſymptomatibus & actionibus læſis, quali-
E tatibus corporis mutatis, ijs quæ contra naturã retinentur, aut expelluntur, vbi talia ſe oſtẽdãt
qualia eſſe in pueris conſueuerunt: fit ex his omnibus magna ſignificatio morbum eſſe pueri-
lem. Eadem ratio eſt iuuenilis & ſenilis, muliebris & virilis. Suppetunt enim ex ijſdem locis ſi-
gna ex quibus conijciantur: at congruentes vel non congruentes, diſcernuntur ex ſola habili-
tate corporis ægrotantis: conſiſtit hæc in hominis temperatione, cui ſimiles morbi dicuntur [a] a Hippo. ac
congruentes, diſſimiles, non congruentes. Sed magni vel parui, collati cum viribus deprehen- Gal. 2. aph.
duntur: cognita enim magnitudine tam morbi quam virium facile intelligemus vtra maior ſit. 34.
Æſtimamus autem magnitudinem virium ex eſſentia qua continentur, hoc eſt temperatione
moderata, quo ſpectat ætas & ratio victus ſimiliter moderata, tũ ex iuuantibus, vbi ea quæ prodeſ
ſe parũ ſolent plurimũ proſint, ex nocentibus vbi ea quæ obeſſe plurimũ ſolent, parũ obſint:
ex effectis, hoc eſt ex ſymptomatibus quæ ſub tribus generibus cõprehendũtur, vbi non mul-
tum à naturali ſtatu recedunt: vbi talia appareant, notant vires [b] magnas comparatas cum
morbo, & idcirco morbum paruum. Quod ſi contraria ſe oſtendãt, vt naturalis temperatio im b Gal. li. de
moderata, ætas infirma, ratio victus praua, quæ prodeſſe ſolent aut non proſint aut obſint: quæ conſtit. art.
parum nocere conſueuerunt plurimum noceant, ſymptomata grauia cernantur, monſtrant vi- c. 18.
res imbecillas, & idcirco morbum magnum ſi cum illis conferatur. Hactenus de differentijs
F ſumptis à ſubiecto.

De recognitione differentiarum quæ à modo formæ in ſubiecto ſumuntur. *Cap. III.*

A Modo formæ in ſubiecto depromi complures differentias oſtendimus, [c] quod mor-
bi perfecti vel imperfecti ſint æquales vel inæquales: per ſe vel per aliud: primarij c Superius
vel ſecundarij: per eſſentiam vel per cõſenſum. Quarum omnium recognitionẽ per lib. 4 c. 7.
ſequemur nunc in homine ægrotante, exorſi à perfectis & imperfectis. Has differen
tias accipere ſenſus non poteſt, diſcernit enim nouitatem aut vetuſtatem morbi, ſed non neceſ
ſe eſt perfectum omnino & abſolutum eſſe eum qui vetuſtus eſt, imperfectum & ſolũmodo in-
choatum eum qui nouus: poteſt enim hic penitus eſſe inſitus, ita vt effectus ſit ſtabilis: poteſt
etiam ille nondum ſtabilitatem acquiſiſſe, quamuis inueterauerit. Quamobrem opus eſt ſignis,
hæc ſunt illa ipſa quæ morbos notant, eadem enim (vt [d] dictum eſt) aſſumpta ſimili differẽtia
ſignificant vt alias differentias, ita & has, id quod apparebit ſi percurramus ſigillatim locos vn d Superius
de morborum ſigna duximus. Veniat in medium primo habilitas ægrotãtis, cuius corpus ſi ido c. 1.
G neum ſit quod perfecte morbo implicetur, quemadmodum bilioſum [e] & gracile febre hecti-
ca, monſtrabit morbum eſſe hecticum, hoc eſt perfectum & abſolutum: ſi contra ſe habeat, ita e Gale. 10.
vt morbus non facile in eo confirmari poſſit, imperfectum nunciabit & nõdum hecticum. Mor meth. c. 5.
bi vero qui in alijs communiter vagantur, prout perfecti vel imperfecti ſunt, ita perfectum vel
imperfectum eſſe demonſtraut illum qui curatur. Quod ſpectat ad iuuantia & nocentia, ſi ea
quæ prodeſſe plurimum ſolent parum proſint, ea quæ parum obeſſe, plurimum obſint, indicant
morbum perfectum, ſi contra ſe habeant, imperfectum. At cauſæ quæ morbos efficiunt, vbi vali
diores aut diuturniores præceſſerint, oſtendunt morbum perfectum: vbi autem debiliores fue-
rint aut breui tempore manſerint, imperfectum. Febres enim quæ ex ſuccorum putredine accẽ
duntur, hominem compellunt in hecticam, cum aut vehementes fuerint [f] aut diuturniores, quod
non accidit ſi contrario modo ſe habeant. Signa igitur quæ ab his omnibus locis ſumuntur, ea- f Gal. 1. de
tenus monſtrant morbum perfectum vel imperfectum, quatenus in ſe differentiam ſimilem cõ diff. feb. c. 9
tinent, ſi non aperte, ſaltem latenter.

Æqualis morbus dicitur qui æqualiter aut totũ corpus aut locũ affectum occupat, vt immo-
deratio vnius qualitatis tantũ, puta frigoris, aut caloris: inæqualis vero ille qui varius eſt, ſicuti
cum aut totũ corpus, aut affectus locus calore ſimul & frigore immoderato laborat. Cadunt
H hæ differentiæ ſub ſenſum & medici qui tangit interdũ medias partes nimiũ calefactas, extre-
mas frigore rigentes, & ægrotãtis qui cõqueritur ſimul de frigore & calore, veluti cũ illa febre
affligitur quam Græci nominant ἠπίαλον. Poſſunt [g] tamen & eædem differentiæ comprehendi
mente ex ſignis habentibus in ſe æqualem vel inæqualem vim, ſiquidem habilitas ægrotantis g Gal. 2. de
vel æqualis vel inæqualis eſt, eiuſmodi etiam eſt quod communiter vagatur, quod iuuat aut no diff. feb. c. 4
cet, cauſa ſiue externa ſiue interna, effectum, hoc eſt ſymptoma cuiuis trium generum ſubij-
ciatur. Cuncta enim vbi æqualia fuerint, monſtrant morbum æqualem, vbi inæqualia,
inæqualem.

Per ſe autem vel per aliud, hoc eſt alio interiecto medio morbus mente comprehenditur, vt
quod immoderata tẽperatio quæ per ſe ineſt partibus ſimplicibus, per ipſas & idcirco per aliud
inſit etiam multiformibus. Ducuntur ſigna ab ijſdem locis, aſſumuntq; ſimilem differentiam,
aut aperte, aut implicite: prout enim habilitas ægrotantis idonea eſt ad accipiendos morbos
vel per ſe vel per aliud, prout item morbi qui communiter vagantur ſunt per ſe vel per aliud,
prout ea quæ proſunt aut obſũt idonea ſunt quę morbis per ſe vel per aliud proſint aut obſint,

prout causæ habent vim faciendi morbum vel per se vel per aliud,prout item effecta pendent E
à morbo per se vel per aliud,ita similem morbum denunciant.Sed cum ille morbus qui per se
est simplicium partium,per aliud sit multiformium, & ex contrario idem habita ratione diuer
sarum partium & per se & per aliud iudicabitur. Si quis autem nouerit quibus morbis per se
implicentur partes simplices,& quibus multiformes,cognita morbi specie,statim dijudicabit
quarum partium sit per se, & quarum per aliud, neque signa vlterius requiret.

a Gal. 1. de loc.aff. c.3.

Primarij [a] morbi sunt qui primo hominem tenent,secundarij qui illis superueniunt:depre-
henduntur autem sensu, qui quem morbum cognoscit primo hominem inuadere, primarium
judicat;quem superuenire cernit,secundarium. Sed cum morbus sensum latet, latet quoque
differentia: mente igitur comprehendi debet & colligi ex signis quæ in se similem differentiã
habeant;nam morbus cuius causæ primo hominem tentarunt,& cuius effecta primo apparue-
runt,primarius significatur, contra secundarius ille cuius causæ secundo hominem vexarunt,
& cuius effecta postea superuenerunt.Per essentiam item & per consensum morbi fieri dicun-

b Gal.ibid.
c Superius li.4.c.2.

tur,ille enim per consensum [b] vocatur,qui nondum ita insitus est in parte vt non dependeat
à morbo alterius partis, sed qui ita hæret in parte vt non dependeat ab altero, per essentiam
censetur. Primarius [c] omnis morbus proprius est & per essentiam partis in qua versatur,ita vt
nunquam addubitationem afferat,si quis norit primo aduenisse. Sed si non constet ex duobus F
morbis vter prior aduenerit,non constat etiam vter pendeat ab altero, quando vnus per essen
tiam fuerit,alter per consensum.Morbus secundarius non semper à primario proficiscitur,at-

d Superius li.4.c.2.

que vbi etiam proficiscitur non tamen semper pendet ab ipso cum possit effici [d] proprius par
tis in qua versatur,& non esse amplius per consensum, sed restare etiamsi primarius tollatur.
Quamobrem opus est signis ex quibus discernatur qui per essentiam est ab eo qui per consen-
sum:Hæc quatenus in se habent huius vel illius vim,eatenus hunc vel illum denunciant.Suma
mus sigillatim signa ex vnoquoque loco, & primo ex habilitate ægrotantis : quod si pars læsa
habilis fuerit ad accipiendum morbum per essentiam, quemadmodum vẽtriculus cum à cibis
& potionibus læditur,morbum quem accipit,primarium, proprium, ac per essentiam denun-
ciat:si idonea sit quæ afficiatur ab altera,& alterius morbis congruae,indicat morbum per cõ-

e Gal. 2. de dif.feb. vlt.
f Gal. 5. de loc.aff. c.6.

sensum,in quem facile incidit. Illæ autem partes maxime [e] afficiuntur ab alijs quæ cum im-
becillæ sint,validis aut proximæ sunt,aut coniunctæ per neruos, venas, vel arterias.Cerebrũ [f]
facile afficitur à pulmone,à ventriculo,ab vtero:cor ab ore ventriculi.Quod communiter va-
gatur,monstrat morbum similem,seu per essentiam,seu per consensum. Iuuantia & nocentia,
monstrant illam partem ægrotare per essentiam,cui primario ac per se prosunt aut obsunt:per
consensum vero illam quæ non primo nec per se capit commodum à iuuantibus,aut incommo
dum accipit à nocentibus,sed quod afficiatur a parte prius læsa. Ex causis illæ monstrant mor G
bum per essentiam,quæ non facile impertiuntur, vt humores frigidi, crassi, contra quæ facile
transferri ex vna parte in alteram possunt, vt flatus, vapores, succi calidi ac tenues monstrant

g Gal. lib. art. med.c. 6.29.& 37.

consensum.Impertitur interdũ sola qualitas sine materia,vt calor,aut frigus vnius partis [g] al-
teri quæ vicina sit: Sed siue materia, siue sola qualitas communicetur necesse est magna sit,
alioquin non communicaretur alteri parti.Postremo deprehenditur ex effectis, hoc est ex sym
ptomatibus morbus per essentiam, vel per consensum: in qua enim parte prius aduenerint,
monstrant morbum per essentiam,in qua posterius,per consensum. In qua item parte prius re
cesserint,indicant morbum per consensum, per essentiam vero in qua diutius manserint, ple-
rumque etiam grauiora sunt symptomata in parte læsa per essentiam,quam in ea quæ per con
sensum afficitur, quod tamen non perpetuum est. De ijs hactenus,pergamus ad differentias
quæ sumuntur à consequentibus formam in subiecto.

De recognitione illarum differentiarum morbi quæ sumuntur à magnitudine & numero. Cap. IV.

h Supr. lib. 4.c.3.

MVlta igitur supra docuimus [h] consequi formam in subiecto, vt magnitudinem, nu- H
merum,motum,locum,tempus,à quibus omnibus complures duci differentias ostẽ
dimus,Agamus primo de recognitione illarum quæ sumuntur à magnitudine & nu
mero;diximus autem sub magnitudine comprehendi etiam paruitatem, sicuti sub
numero multitudinem & paucitatem,& idcirco differre morbos,quod alij magni sint,alij par
ui,ac rursus, quod alij simplices, alij compositi. Loquamur primo de magnitudine & parui-

i Supr. ibi.

tate, refertur vtraque interdum ad uires [i] ægrotantis,cum quibus si comparẽtur morbi, ma-
gni aut parui existimantur,sed hoc paulo supra tractauimus, cum persequeremur signa diffe-
rentiarum illarum quæ ex subiecto depromuntur.Refertur item magnitudo & paruitas ad lo-
cum affectum,qui si magnus sit uel ob spacium, uel ob præstantiam, dicitur morbus magnus:
contra si paruus,siue ob spacium paruum siue ob ignobilitatẽ,dicitur paruus. Huiusmodi ma-
gnitudinis & paruitatis signa in sequentibus tradentur, cum ad eas differentias quæ perti-
nent ad affectum locum peruenerimus. Refertur etiam magnitudo & paruitas morbi ad
symptomata,dicitur enim magnus,qui grauia parit symptomata, paruus, qui leuia. Hæc ma-

gnitudo

A gnitudo & paruitas, cum spectet ad effecta, tractabitur cum eas differentias persequemur quæ ducuntur ab effectis. Restat ea magnitudo & paruitas, quæ refertur ad essentiam, forma enim morbi quæ in subiecto est, aut multum recedit à statu naturali, & ideo censetur [a] magna, vel paruum, & idcirco parua existimatur; de cuius recognitione nunc agendum est. Quod si morbi iudicium positum sit in sensu, hæ quoque ipsius differentiæ sub sensum cadunt, veluti magnus aut paruus calor, magnum aut paruum frigus. Si morbus sensum latet, ita vt colligendus sit ex signis, ex ijsdem quoque assumpta simili differentia siue expedite, siue implicite, ipsius differentiæ magnitudinis & paruitatis colliguntur. Signum quod sumitur ex habilitate ægrotantis, vt morbum monstrat, ita etiam morbum magnum, cum vim in se magnitudinis contineat, vel paruum, cum vim paruitatis. Inest habilitati vis magnitudinis, cum contraria est morbo qui hominem tenet, vis paruitatis, cum similis, nam cui de causa in similem incidit, qui quod non multum recedat ab ea paruus est, difficulter ægrotat, quæ contraria est, morbusque cum illi contrarius sit multum recedit, & propterea magnus est. Talem igitur morbum denunciat habilitas [b] ægrotantis, qualis est opportuna. Quod vero communiter vagatur malum, pro ut magnum, vel paruum est, ita magnum, vel paruum morbum ostendit. Inest etiam vis magnitudinis aut paruitatis in eo quod iuuat aut nocet, nam vbi id quod iuuare solet, aut nocet, [c] aut nihil fere iuuat, & non nisi magnum fuerit, vbi quod parum nocere solet, plurimum nocet,
B continet in se vim magnitudinis, & ideo magnum morbum denũciat, sed vbi quod parum prodesse consueuit, multum profit, vbi quod multum obesse, nihil aut parum obest, continet in se vim paruitatis, & ideo paruum morbum demonstrat. Huc accedunt causæ efficientes, quæ si magnæ sint, monstrant magnum morbum quem efficiunt, si paruæ paruum. Magnitudinem vero & paruitatem causæ, vt plenitudinis & inanitatis, appulsus frigoris & caloris, metimur comparantes eum alijs causis sui generis. Effecta denique hoc est symptomata si magna sint, vt actiones, & præcipuæ, & plures, valde læsæ, vt qualitates corporis, & quæ obijciuntur vni vel pluribus sensibus admodum dissimiles sanis, quæ retinentur ac detruduntur, plurimum à natura recedentia, magni morbi sunt indicia, sicuti parui cum contrario modo se habent, ita vt paucæ actiones & non præcipuæ læsæ sint, & parum: qualitates corporis non sint multum dissimiles, neque multum à natura recedant quę retinentur ac detruduntur. Sed satis de signis magnitudinis & paruitatis.

Multitudo & paucitas, spectãt ad morbos simplices & compositos, docuimus [d] enim quosdam morbos simplices esse vt non iungantur cum symptomatibus insignibus, cum causis, & cum alijs morbis, quemadmodum febres diariæ, quæ propterea simplicissimæ [e] censentur: quosdam vero compositos, quod iungantur cum symptomatibus, aut cum causis, aut cum alijs
C morbis, quemadmodum solent febres quæ à succorum putredine proficiscuntur. Frequenter enim concurrunt plures simul, ita vt dicantur compositæ, si accessiones diuersis horis hominem inuadunt, nam si eadem hora, dicuntur non solum compositæ, sed etiam [f] confusæ. Videamus primo qua ratione recognosci morbus possit, & vbi simplex fit, & vbi cum alijs morbis iungatur. Vbi morbus sub sensum cadat, eodem sensu iudicamus vnus ne sit an multiplex, hoc est simplex ne sit an compositus: sed vbi sensum latet, ratione discerni debet. Vtemur igitur ijsdem signis quæ morbum significant, assumpta tamen simili differentia. Habilitas ægrotantis pront vni morbo vel pluribus patet, ita vnum vel plures ostendit. Quod communiter vagatur si simplex sit, simplicem indicat morbum, si compositum, compositi quoque indicium est. Quæ prosunt aut obsunt, quatenus simplicia vel composita sunt, hoc est quatenus vim habent afferendi commodum aut incommodum vni aut pluribus morbis, eatenus vnum vel plures demonstrant. Causæ morbum efficientes, si simplices sunt, hoc est si vim habent efficiendi vnum morbum duntaxat, vnum ac simplicem indicant, sed si fuerint compositæ, hoc est si vim habuerint efficiendi multos, compositum & multiplicem ostendunt. Eadem ratio est effectorum, hoc est symptomatum, quæ si simplicia sint, monstrant morbum simplicem, si composita, monstrãt
D compositum. Voco autem simplicia symptomata, non vbi pauca sunt, sed vbi talia sunt vt ab vno & eodem morbo proficisci possint, quamuis sint multa. Voco item composita, nõ quæ multa sunt simpliciter, sed quæ non possint ab vno morbo proficisci. Quamobrem symptomata simplicia simplicem morbum; composita compositum indicant. Hæc autem omnia signa vndecunque sumantur, si non solum composita sint, sed etiam confusa, indicant morbum non solum cõpositum, sed etiam confusum.

De recognitione differentiarum quæ sumuntur à loco affecto. *Cap. V.*

Differunt morbi ob diuersitatem loci affecti, quod vel totum corpus ægrotet & dicuntur communes, & uel aliqua pars, & nominantur proprij: atque ubi pars aliqua laboret, quod morbus magnus aut paruus est, habita ratione cuiusuis trium dimensionũ, cum latis, uel angustis finibus concludatur: qđ itẽ uel magnus est ob nobilitatẽ, uel paruus ob ignobilitatem partis ægrotãtis: præterea quod superior, vel inferior, dexter, uel [g]

a Galen. 4. meth. c. 6.
b Hippo. & Gal. 2. aph. 34.
c Galen. 2. aph. com. 1.
d Supra lib. 4 c. 3.
e Gal. lib. 8. meth. c. vlt. & primo ad Glauc. c. 3.
f Gal. 2. de diff. feb. c. 8
g Supra lib. 4. c. 3.

sinister, anterior, vel posterior pro parte affecta, quæ vel ante est, vel pone, vel sursum, vel deorsum, vel ad dextram, vel sinistram: quocunque autem ex his locis fuerit, vel interna est, vel externa, vnde similiter differt morbus, quod alius internus est, alius externus. Sed cum quædam morbi species in certo quodam loco plerunque versari soleat, vbi in tali versetur, dicitur exquisitus, vbi in eo qui vicinus est, vocatur [a] spurius. Postremo cum plures sint partes nostri corporis, ad quas eædem differentiæ pertinent, ita vt sint nobiles vel ignobiles, superiores vel inferiores, anteriores vel posteriores, dextræ vel sinistræ, internæ vel externæ, inuestigare medicum oportet quæ proprie sit affecta, quod qua ratione facere possit iam nunc ordiemur explicare. In vniuersum igitur vbi morbus sensui subijcitur, [b] sensu quoque accipiuntur propositæ loci differentiæ ad ipsum spectantes, sed vbi sensum lateat, ita vt ex signis colligi debeat, ex ijsdem quoque signis assumentibus differentiam expedite vel implicite similem, colligendæ quoque sunt loci differentiæ. Agnoscere autem non potest hanc similitudinem differentiæ medicus, nisi cadaneribus [c] secandis atque aperiendis perceperit cuiuslibet partis finem, hoc est actionem seu vsum, & compositionem idoneam ad eum finem. Ex substantia & accidentibus, vt magnitudine, qualitate, situ ac nexu, quibus instructus facile signis vtetur, & ex simili differentia, loci quoque differentiam colliget. Sed cominus rem aggrediamur. E

a Superius loco citato.

b Gal. 1. de loc. aff. c. 1.

c Gal. ibid & libro de const. art. c. 16.

Communis ne sit an proprius, sensu discernes, si morbus sensui subijciatur, sed si sensum lateat, fiet coniectura ex signis demonstrantibus morbum, habentibus in se differentiam similem. Habilitas ægrotantis, vbi idonea sit quæ communi morbo capiatur (est autem talis cum vniuersum corpus æqualiter affectum est) monstrat morbum communem, sed vbi partes inęquabiliter se habeant, erunt aliæ alijs magis opportunæ morbo, atque idcirco proprium indicabunt & non communem. Quod vero communiter vagatur malum, si commune est, & ad vniuersum corpus spectat, monstrat morbum communem, si proprium, ita vt certam partem attingat, indicium est proprij. Quod prodest aut obest, si vniuerso corpori prodest aut obest, ostendit morbum communem: si alicui parti, ostendit proprium. Causæ efficientes morbum, vel æqualiter attinent ad totum corpus, sicut aer circumfusus, & monstrant morbum communem, vel attinent proprie ad aliquam partem, vt telum & ictus, & monstrant proprium. Effecta denique hoc est symptomata aut proficiscuntur ab vniuerso corpore, & morbum communem indicant, aut emanant ab aliqua certa parte, & ostendunt proprium. F

d Ga. 1. de loc. aff. c. 1.

Magnus item & paruus habita ratione dimensionis, si morbus sensu accipitur, sensu quoq. [d] distinguitur, sed si sensum lateat, opus est similiter signis, quæ vbi magna sunt, magnum morbum monstrant, vbi parua, paruum, vt habilitas ægrotantis in qua vis insit accipiendi magnum vel paruum morbum. Quod communiter vagatur malum prout magnum vel paruum fuerit, denunciat eiusmodi magnitudinem aut paruitatem, id quod faciunt etiã quæ prosunt aut obsunt, quatenus vim habent afferendi commodum, vel incommodum magno aut paruo morbo, hoc est quatenus habent in se vim magnitudinis, & paruitatis. Causæ quæ morbum faciunt, si magnæ sunt, veluti magnum telum, & magnus ictus, declarant morbum esse magnum, si paruæ paruum. Symptomata denique, quam habent in se magnitudinem & paruitatem; eandem in morbo patefaciunt, vt actiones grauiter aut leuiter læsæ, qualitates corporis parum aut multũ dissimiles naturalibus, quæ detruduntur aut retinentur plurimum aut non multum à naturali statu recedentia. Ex his omnibus magna fit significatio magni aut parui spacij affecti, & idcirco morbi magni aut parui. Sed quia magnitudo & paruitas ad loci etiam præstantiam & ignobilitatem refertur, comprehenditur hæc sensu, vbi morbus [e] quoque sub sensum cadat, quemadmodum in vulnere cruris, aut capitis aperto cerebro, sed vbi morbus lateat sensum, coniectura opus est ad differentias huius magnitudinis & paruitatis percipiendas. Signa enim quæ morbum denunciant, easdem demonstrant: si secum similes assumant. Habilitas ægrotãtis pro vt opportuna est morbo partis nobilis vel ignobilis. Quod communiter vagatur, prout versatur in parte nobili vel ignobili, quod prodest aut obest, prout commodum vel incommodum affert loco nobili vel ignobili: causæ efficientes morbum, prout idoneæ sunt quæ ipsum efficiãt in parte nobili vel ignobili, symptomata vt actiones læsæ, qualitates corporis mutatæ, quæ retinentur atque expelluntur à naturali statu recedentia, prout emanant à parte nobili vel ignobili, eatenus monstrant morbum magnum, vel paruum. G H

e Galen. 4. meth. c. 6.

Sex differentiæ loci, quæ sumuntur à situ partis, ante vel pone, sursum vel deorsum, ad dextram vel sinistram, vbi morbus externus sit, & comprehendatur sensu, ipsæ quoque sensui subijciuntur, sed vbi internus, & sensum lateat, colligendusque sit ex signis, ex ijsdem illæ etiam colliguntur assumentibus similem differentiam, id quod perspicuum fit si singulos locos signorum consideres. Habilitas ægrotantis diuersa est, partes.n. non æque omnib. hominibus morbo sunt obnoxię, sed alijs magis anteriores, alijs posteriores, quibusdã superiores, quibusdã inferiores, nonnullis dextræ, nõnullis sinistræ. Coniectabimur igitur in homine illam partem potissimum laborare quæ morbo maxime est opportuna. Quod communiter vagatur malum, quam partem occupat, eandem nunciat ægrotare in homine qui curatur. Eorum quæ prosunt aut obsunt hęc ratio est, quædam idonea sunt quæ quibusdam partib. magis quam alijs commodum afferant

vel

A vel incommodum. Hæc vbi adhibeantur, siue prosint siue obsint, indicant eam partem ægrotare cui aut prodesse, aut obesse consueuerunt. Causæ efficientes morbum, non æque omnes partes attingunt, sed quas maxime attingunt, eas maxime lædunt, atque has significant laborare. Postremo effecta morbi, vt actiones læsæ, qualitates corporis naturali statu [a] mutatæ, quæ contra naturam retinentur ac detruduntur, non pertinent æqualiter ad omnes partes: illas igitur laborare denunciant ad quas potissimum pertinent, & à quibus maxime proficiscuntur. Sed quoniam possunt hæ omnes partium differentiæ & externæ esse & internæ, quæ externæ sunt, morbum externum faciunt, qui sub sensum cadit, quæ internæ, morbum internum, cuius iudiciũ non est amplius positum in sensu, sed opus est signis ex quibus colligatur sumptis ab habilitate ægrotantis, ab eo quod cõmuniter vagatur, ab ijs quę prosunt aut obsunt, à causis efficientibus, ab effectis, quæ omnia eatenus monstrant internam partem affectam, quatenus aliquo pacto ad ipsam pertinent. Quod manifestum erit indicia persequentibus loci proprie affecti, quæ iam tempus est explicare.

a Gal. 3. de loc. aff. c. 3.

Locus igitur proprie affectus vbi morbus externus [b] sit, sensui subijcitur, sed vbi sit internus, & mente comprehendi debeat, mente quoque comprehendendus est locus affectus, & ex B ijsdem signis conijciendus ex quibus conijcitur morbus: neque enim alia signa sunt quæ morbum denunciant, alia quæ locum affectum, de quo Galenus [c] plurimum laborat, pugnareque secum videtur, cum illa nunc eadem, nunc diuersa proponat. Nos vt cunctas alias differentias abditorum morborum, ita illas quoque quæ ad affectum locum referũntur, censemus intelligendas esse ex ijsdem signis ex quibus morbi intelliguntur, quatenus assumunt differentiam similem, continentque in se vim loci, aut aperte, aut saltem latenter. Quod vt euidentius sit, signa perpendemus quę ex singulis locis depromuntur, & quamuis redigi omnia ad causas & effecta docuerimus, sumemus tamen ipsa seorsum etiam ab habilitate ægrotantis, ab eo quod communiter vagatur, ab ijs quę iuuant aut prosunt, vt clarius suppetat copia eorũdem. Habilitas ęgrotantis monstrat locum affectum, quod non omnes partes omnibus morbis æquabiliter pateãt, sed aliæ alijs magis aut minus opportunæ sint, & simpliciter in omnibus hominibus, & proprie in quibusdam. Consistit habilitas partis, partim in substantia partim in accidentibus: substantia ad temperamentum refertur quod patet simili morbo, renititur contrario: temperamẽtum sequitur laxitas aut densitas, partes laxæ [d] facilius morbum admittunt, quæ densæ sunt, non item. Quod spectat ad conformationem, canales angusti facilius [e] clauduntur, siue astricti, siue obstructi, quam qui ampliores sunt, & naturaliter magis patent. Sed ex accidentibus maxime consistit habilitas in situ, partes [f] quæ aut vicinæ sunt, aut subiectæ, facilius læduntur, veluti pulmo ab humore qui à cerebro destillat, veluti intestina à flaua bile quam accipiunt à iecinore.

b Gal. 3. de loc. aff. c. 1.
c Gal. lib. 1. de loc. affe. varijs loc. præsertim c. 3.
d Gal. 2. de diff. feb. 11.
e Galen. 3. meth. c. 16.
f Gal. 2. de diff. feb. 11.

C Ad summam monstrat habilitas locum affectum, quoniam verisimile est illum maxime ægrotare qui morbo potissimum est opportunus. Quod communiter vagatur, eam partem affectam esse denunciat quam constat in alijs ægrotãtibus laborare, quadam enim tempestate pulmo maxime ægrotat, alia ventriculus, alia iecur, aut intestinum: existimabimus igitur in homine ad quem curandum adhibebimur eam partem affligi, quam in alijs ægrotantibus læsam esse nouerimus, partim ex notis euidentioribus, partim ex sectione ipsorum cadauerum, quæ interdum aperiuntur vt patefiat qui fuerit affectus locus, & inde in alijs ægrotantibus intelligi possit. Quæ iuuant aut nocent, eatenus mõstrant affectum locum, quatenus alijs partibus alia & alio modo adhibita prodesse aut obesse solent. Renibus (exempli gratia) quę vrinam cient prosunt vbi tempestiue dentur, obsunt vbi intempestiue: id quod euenit etiam intestinis ob purgantia medicamẽta, sed superioribus prosunt [g] aut obsunt epota, inferioribus per clysterem iniecta. Sequuntur causæ efficientes, quæ quam partem magis attingunt, magis lædunt, & læsam demõstrant: Sed quædam causæ proprie quasdam partes lædunt, vt lepus [h] marinus pulmonem, papaueris lachryma cerebrum, cantharides [i] renes ac vesicam. Quædam & si possint plures offendere partes, quibusdam tamen magis aduersantur, vt cibus & potus pituitosus ventriculo, qui si biliosus fuerit, offendere solet iecur, sicuti melancholicus lienem: Somnus & vigilia D vbi modum superet, cerebrum præcipue lædit, ira feruorem affert vniuerso corpori, [k] sed potissimum cordi, aer vbi immoderatus sit inter alias partes maxime pulmonem lædit: quæ retinentur magis eam partem lædunt in qua versantur, vt menstruus sanguis vterum, deiectio intestina. Eam igitur partem morbum efficientes causæ ægrotare denunciant, quam maxime lædunt. Symptomata etiam vt morbum denunciant cuius sunt effecta, ita & locum affectum ad quem attinẽt. neque enim sunt simpliciter effecta morbi, sed vt hanc vel illam partem occupãt, ita vt aliquo pacto ipsis insit differentia loci per quam significant similem locũ ægrotare. Exordiamur ab actione læsa: hæc cum à morbo proficiscatur, morbum denũciat, sed cum alicui parti tribuatur, monstrat morbum in ea parte versari cui tribuitur. Si quis aũt teneat cuius partis sit quodq. munus, vbi [l] offendatur intelliget quæ sit pars affecta. Conijciet ex appetitione læsa, fastidio ac nausea vitiatum esse vẽtriculũ, ex dolore, affectas esse partes sentientes, ex specie ac differentia doloris, quæ partes proprie [m] ægrotẽt. Indicat dolor pungens mẽbranas, pulsãs arterias: mõstrat dolor magnus crassiora intestina, paruus, tenuiora. Fit aũt magna significatio loci affecti non solum ex præsentia, sed et ex absentia læsæ actionis, nam vt dolor denunciat

g Galen. 4. meth. vl. & 7. meth. vl.
h Galen. de Theriac. ad Pis. c. 4.
i Galen. de Theriac. ad Pis. 4.
k Gal. 4 de cau. pul. c. 1
l Gal. 1. de loc. aff. c. 1.
m Ga. 2. de loc. aff. c. 2.

ægrotare partes sentientes, ita absentia doloris cum causa eiusdem, partes non sentientes, vt E
ossa, ligamenta, cartilagines, modo non sint priuatæ sensu illę partes quæ naturaliter sentiẽdi
vim habent: quanquam colligimus ex absentia magis quæ pars non sit affecta, quam quæ affe-
cta sit, monstratur item pars effecta non solum ex læsione suæ actionis, sed aliarum etiam par-
tium quæ ipsi congruunt. Monstrat enim dolor capitis aut in oculo offensa visus, lęsum esse [a]
ventriculum à quo hæ partes affici solent: monstrat sæpe etiam sensus vel motus membrorum
læsus, ægrotare cerebrum vel spinæ medullam cui congruunt, sicuti priuatio pulsus arteriarũ,
affectum esse cor. In secundo genere effectorum sunt illa quæ sensibus obijciuntur à naturali
statu mutata, siue vno sensu, siue pluribus iudicentur. Sunt hæc signa partis ægrotantis, a qua
pendent. Color ille luridus quem in arquatis conspicimus, indicium est [b] iecinoris affecti, si-
cuti fuscus ac subater, lienis. Declarat ater color linguæ pulmonem inflammatum: ex sonis illi
quos κλύδωνας vocant, [c] significant ventriculum ægrotare. Anhelitus fœtidus notat putredinẽ
pulmonis, sicuti fœtor in vulnere abdominis, intestina vulnerata: durities dextri [d] præcordij
signum est iecinoris ægrotantis, sinistri vero lienis. Eadem ratio est tumoris, qui vbi sentiatur
in dextro præcordio, nunciat morbum iecinoris, vbi in sinistro, lienis. Si ex vulnere thoracis
exiens fibra [e] pulmonis deprehendatur, ostendit sectam esse membranam succingentem co-
stas, sicuti si ex vulnere abdominis exeat intestinum patefacit incisam esse membranam, quã [f] F
περιτόναιον dicunt. Substantia quædam veluti [g] fungus in vulnere capitis apparens, indicat vio
latas esse membranas. Restat tertium genus symptomatum quod complectitur ea quæ retinen
tur ac detruduntur, ex quibus signa habemus luce clariora, indicantia nobis locum affectum.
Testantur ea quæ retinentur, affectas esse illas partes à quibus excerni solent, veluti inte-
stina, si retineatur deiectio; vesicam, si retineatur vrina, vterum, si retineantur menstrua.

> a Gal. 1. de cau. sympt. cap. 2.
> b Gal. 1. de loc. aff. c. 5.
> c Gal. 4. de præsag. pul. c. 2.
> d Hippo. & Gal. 1. prog. 29.
> e Gal. li. 5. de loc. aff. c. 3.
> f Gal. lib. 1. de loc. aff. c. 1.
> g Gal. ibid.

Sed quæ præter naturam expelluntur, pro substantia, magnitudine, mistura, tempore, ordine,
solida atque expressa indicia sunt loci affecti. Ex substantia quæ detruduntur, sæpe non conie
ctura, sed scientia sumitur, veluti vbi cartilago spuatur, necesse. n. est tunc violatam [h] esse aspe
ram arteriam ad quam pertinet, sicuti frusta quædam membranarum cum deijciũtur, indicãt,
vlcerata esse intestina, crassa quidem, vbi illa frusta magna sint, tenuia, vbi parua: quod si sub
stantia quæ contra naturam expellitur non sit particula partis affectæ, sed quodpiam in ipsa
redundans, eadem similiter demonstrat, veluti vrina quæ per vulnus redditur, affectam esse ve
sicam aut eius ceruicem: deiectio ex plaga abdominis exiens, violata esse intestina: sicuti san-
guis perfluens multus, venas aut arterias magnas, paruus paruas. Vbi autẽ tenuis, subflauus,
& cum impetu quodam eijciatur, indicat vulneratam esse arteriam. Attenditur etiam mistu-
ra in ijs quæ detruduntur, nam cum deiectione [i] si sanguis exeat parum mixtus, denunciat lo G
cum affectum esse in inferioribus intestinis, si valde mistus sit, in superioribus, potuit enim lon
giori itinere commisceri. Attenditur & tempus quo sequatur expulsio, nam si statim à dolore
ventris sequatur deiectio, notat intestina inferiora affecta esse, si multo post, superiora. Atten-
ditur tandem & ordo, [k] si pus quod cum vrina fertur, antecedat, monstrat vlcus esse [l] in co-
le, si sequatur, indicat vlceratas [m] esse partes superiores. Hactenus de differentijs ad locum at
tinentibus, proximum est vt ad eas pergamus quæ referuntur ad motum.

> h Gal. 1. de loc. aff. c. 1. & 3. de loc. aff. c. 3.
> i Gal. 1. de loc. aff. c. 1.
> k Gal. 6. de loc. aff. c. 2.
> l Ga. 4. aph. com. 75.
> m Gal. 6. de loc. aff. c. 4.

De cognitione differentiarum quæ sumuntur à motu. Cap. VI.

IN ijs quæ consequuntur formam in subiecto posuimus etiam motum, in quo animad
uertimus qualitatem, & modum. A qualitate eas manere differẽtias diximus quod
morbi aut celeres sunt, aut tardi, de quibus recognoscendis primo agemus, deinde
transibimus ad modum motus. Celeritatem sequitur morbus [n] acutus, siue simpli
citer talis, siue peracutus, siue acutus ex recidiua: tarditatem longus, vel etiam lõgissimus. Sed
hę differentiæ longitudinis & breuitatis pertinent ad ipsum tempus euentus, quod cum futu- H
rum sit, ad præsagitionem ac futurorum prænotionem referetur, nunc agimus de recognitione
præsentium, ad quæ spectat celeritas & tarditas, quæ differentiæ vbi morbi iudicium positum
sit in sensu, sensu quoque cõprehenduntur, sed vbi abditus sit & conijciatur ex signis, conijci
quoq; illæ debent ex ijsdem habentibus in se latentem vim celeritatis aut tarditatis: id quod
manifestũ erit si ex singulis locis deprõpta indicia persequamur, ac primo ex habilitate ęgro-
tantis, qui si calidus sit, si robustus, si rarioris habitus, maxime idoneus est qui celeriter trãseat
oẽs morbi partes, & propterea celeritatis vim quam habet in morbo patefacit, si fuerit frigi-
dus, imbecillus, densioris habitus, necesse est diutius cõsistat in singulis partibus morbi quas
peragrare debet quasi quoddã iter faciens, atq; idcirco tarditatem morbi significat. Quod cõ
muniter vagatur, quã celeritatẽ, aut tarditatem ostendit in alijs ægrotantibus, eandem signifi
cat in eo ad quem curandũ medicus adhibetur. Quæ prosunt aut obsunt, si id celeriter faciũt,
celerem morbum denunciant, sin tarde, tardum, nam celer morbus, celeriter commodũ capit,
celeriter item accipit incommodum: contra qui tardus est. Causæ efficientes (intelligo aũt in-
ternas, nã externæ ad has referuntur) vim celeritatis habẽt vbi succi calidi sint ac tenues: vim

> n Superius l. 4 c. 3.

tarditatis

tarditatis,vbi frigidi,crassi,ac glutinosi. Quamobrem ab his tarditas,ab illis significatur celeri
A tas. Effecta vbi celeriter superueniant, [a] morbi celeritatem notant,vbi tarde, tarditatem. Con a Hippo.1.
tinentur autem sub circuituum incrementis,quæ tunc magna sunt,vbi non solum morbi essen apho.12.
tia,sed ipsa quoque symptomata celeriter increscant,vt læsiones actionum,mutationes quali-
tatum corporis:ea item quæ retinentur aut detruduntur. Cũcta hæc prout celeriter vel tarde
increscunt,ita celerem vel tardum motum ostendunt. Maxime autem animaduertimus in ijs
quæ expelluntur vbi morbus salubris fit,coctionem,quæ quanto celerius apparet, [b] tanto ce- b Hippo.2.
leriorem morbum significat,quanto tardius,tanto tardiorem, in mortiferis vero cõtrarium co 1.epid. 45.
ctionis,hoc est prauitatem,quæ enim depelluntur,quanto citius praua se ostendunt,tanto ce-
leriorem morbum denunciant,quanto tardius,tanto tardiorem.

A modo quem in motu attendi monstrauimus,multas duximus differentias, ac primo q̃ vel
morbus vnus & idẽ manet à principio ad finẽ sine circuitibus,vocaturq; græce σύνοχος, [c] vel cir
cuitibus distinguatur,& dicitur περιοδικός: Qui vnus & idẽ manet [d] si æqualis pseueret a princi c Gal. 2.de
pio ad finẽ, dicitur ὁμότονος: si sẽper augeť,dicitur ἐπακμαστικός: si sẽper imminuitur, παρακμαστικός: dif.feb.c.2.
Loquamur primo de his differentiis, deinde pergamus ad eas quæ pertinẽt ad morbũ habẽtẽ &lib.9.me
circuitus. Ergo vbi morbus sensui subiiciať,hæc quoq; differentia q̃ careat circuitibus, & idẽ tho.c.3.
maneat a principio ad finẽ sensu iudicať, cernit.n.hic manere vnũ & eũdẽ,neq; per circuitus d Sup.li.4.
B reuerti:discernitur similiter sensu,maneat ne æqualis sẽper,an augeatur,vel imminuať a prin- c.3.
cipio ad finẽ. At vbi morbus sensum fugiat & colligẽdus sit ex signis, colligitur ex ijsdẽ quoq;
similem differentiã in se continentibus,sit ne vnus sine circuitibus,perseueretq; perpetuo,vel
æqualis,vel augescens,vel inclinans. Quod attinet ad habilitatem ægrotantis,si redundet mul
to sanguine e bono,idoneus est qui in synochũ incidat,& eundẽ ostendit:si mediocri sit habitu e Galen. 9.
inter densum & rarũ opportunus est perpetuã æqualitatem seruãti,si denso,semper augescẽ- meth.c.3.
ti,si raro,sẽper inclinati. Talem igitur denunciat, quali est opportunus. Morbus qui cõiter in
aliis vagatur,si sine circuitibus sit,siue perpetuo ęqualis,siue semper augescẽs,siue semper in-
clinans,similem quoque morbũ patefacit. Quæ prosunt aut obsunt,si non alia atque alia sunt,
sed eadem,monstrant eundem morbum circuitibus carentem,pro vt etiam vel æqualia adhi-
bẽtur, vel semper maiora,aut semper minora,testãtur synochum morbum vel æqualẽ esse,vel
semper augeri,vel semper inclinare. Causa efficiens,& proprie humor a quo tanquam a causa
continente pendet morbus,si fuerit sanguis in venis contentus,notat synochũ quẽ facit. Idem f Superius
pro vt [f] vel æqualis manet,vel semper augetur,aut semper minuitur, similes in synocho diffe- li.4 c 8.
rentias denunciat. Eadẽ ratio est symptomatũ,quę si carent circuitibus,& eadẽ perseuerẽt,sy
nochum morbum denunciant,atq; hunc vel æqualem,vel augescentem, vel inclinatẽ semper,
C prout ipsa quoque vel æqualia manent perpetuo,& semper augentur, aut semper remittũtur.

Morbus περιοδικός, hoc est circuitibus distinctus, sensu diiudicatur, si alioquin morbus ipse
sub sensum cadit,cernit enim hic distinctos circuitus;sed si sensum lateat,eadẽ signa quæ mor
bum monstrant,ipsos quoq; circuitus denunciant, quatenus ipsorum differentiam in se conti
nent. Quod si circuitus æqualis temporis fuerint, vocatur morbus ordinatus,si inæqualis,inor
dinatus. Percipitur ordo & perturbatio,sensu, si morbus in aperto sit, sin abditus & ex signis
intelligẽdus sit,intelligitur quoq; ordo et perturbatio ex iisdẽ signis habẽtibus in se similẽ dif-
ferentiam,quatenus enim ordinata sunt, monstrant morbum ordinatum, quatenus inordina-
ta,inordinatum. At mutatur non solum ordo circuituũ,sed interdũ etiam forma morbi,magni
tudo,tempus,locus affectus: si aliquid tale accidat,dicitur morbus inconstans,contra si ea om
nia eadem seruentur,dicitur constans. Subiicitur constantia & inconstantia sensui, cum mor-
bus ipse ad quẽ attinent sub sensũ cadit,sed cũ abditus est,signa ex quibus patefit, patefaciũt
quoq; ipsius cõstantiã vel incõstantiam,cuius vim in se continent. Porro circuitus ordinati,si-
ue quotidiani sint,siue tertiani,siue quartani,cum morbus sensui patet,ipsi quoque sensu per-
cipiuntur,alioqnin colligi debent ex signis morbũ mõstrantibus,quibus vis inest quotidianę,
D tertianæ,quartanæ,si non aperte,certe latens. Sed siue quotidie redeant,siue tertio, siue quar
to quoq; die,aut cõtinui sunt,aut intermittẽtes:cum morbi iudicium positum est in sensu,eo-
dem diiudicatur,sit ne assiduus,an interpellatus. Si morbus sensum fugit, signa quæ ipsum de-
nunciant,notant etiam assiduitatem vel intermissionem ipsius quam in se continent, sufficiũt
sola symptomata tanquam signa,sine quibus nõ est morbus. Hæc vbi assidua sint, assiduum si-
gnificant,vbi interpellentur,declarant intermittentem. Sed satis de recognoscendis differen-
tiis quæ sumuntur a motu,transeamus ad eas quæ ducuntur a tempore morbi.

De recognitione differentiarum quæ sumuntur à tempore. *Cap. VII.*



SVperest ex consequentibus formam in subiecto tempus vnde sumuntur differentię
longitudinis & breuitatis,nouitatis & vetustatis,præterea quatuor ætatum. Ex his
longitudo & breuitas referũtur ad tempus futuri euentus,atq; idcirco vt res futu-
ræ prænoscẽdæ sunt,de quibus suo loco agemus. Nouitatẽ & vetustatem agnosce-
re opor-

re oportet vt res præsentes:agnoſcuntur autem ſenſu, cum ipſe quoq; morbus cui tribuuntur E
ſenſu accipitur.Sin abditus ſit,ita vt conijci debeat ex ſignis, ex ijſdem aſſumentibus ſimilem
differentiam,ſi non ex omnibus,ſaltem ex aliquibus colligantur ille quoque neceſſe eſt. Præte
reamus habilitatem ægrotantis,& quod communiter vagatur, cum longitudinem ac breuitatem magis quam vetuſtatem & nouitatem patefacere poſſe videantur. Spectemus reliqua ſigna quibus ineſt aliquo pacto vis nouitatis ac vetuſtatis. Eorum quæ proſunt aut obſunt hæc ratio eſt,morbo vetuſto,cum fere ſtabilis ſit ac iam confirmatus, non percipitur vtilitas niſi ex validioribus præſidijs,ſed facile incommodum accipitur ab alienis,etiam ſi leuia ſint.Sed nouo morbo facile proſunt etiam præſidia leuia, non facile obſunt aliena, niſi valida ſint. Omnia autem prout nouo aut vetuſto morbo proſunt aut obſunt,ita nouum aut vetuſtum denunciant.Cauſę efficientes expeditā quā habent nouitatē aut vetuſtatē in morbo denūciāt, id ꝙ faciunt etiam effecta,quæ cū noua ſunt,nouum indicant morbum,cum vetuſta vetuſtum.

Ætates,& in toto morbo attenduntur, &[a] in vna acceſſione,ſeu circuitu vno duntaxat. Ad
a Supra li. 4.cap.3. totum morbum referuntur illæ quatuor quæ & quatuor morbi tempora nominātur, quibus incipit,creſcit,viget,remittitur. Quod ſi morbus ſenſui ſubijciatur, hæc quoque ſenſu accipiuntur,quo cernitur morbus primo incipiens,deinde augeſcens, poſtea vigens, ac demum inclinans,neque opus eſt rationib. ex quibus patefiat. Sin morbus abditus ſit & mente percipi debeat, atque ex ſignis intelligi,neceſſe eſt ex ijſdem aſſumentibus ſimilem differentiam, intelligantur quoq; quatuor ætates ſeu tempora ipſius. Omittemus habilitatem ægrotantis, & quod F
communiter vagatur,cum non monſtrent morbi ætatem; perſequemur autem iuuantia & nocentia,cauſas & tandem effecta.

Intelligitur itaque principium ex iuuantibus & nocentibus,quæ talia fuerint qualia principio prodeſſe aut obeſſe conſueuerunt, incipere morbum teſtantur, exempli gratia, principio
b Gal.2.ad Glauc. c.2. & 13.meth. cap.16. inflammationis [b] prodeſſe repellentia, obeſſe diſcutientia conſtat, quamobrem vbi hæc obſint,illa proſint,incipere inflammationem declarant.Ex cauſis item internis, hoc eſt humoribus (loquimur enim de morbis qui pendent ab ipſis) fit coniectura principii, cum videlicet facere morbum incipiunt. Ex effectis tandem fit magna ſignificatio principij,ſymptomata
c Hippo. 2. aph 30. enim(vt recte monuit [c] Hippocrates) cum morbus incipit, leuiora ſunt, nam ipſa tunc quoque incipiunt,& poſtea cum morbo increſcunt. Ergo vbi conſtet actionum læſionem, mutationem qualitatum corporis, & eorum quæ retinentur ad detruduntur à naturali ſtatu receſſum incipere,intelligere licet eſſe tunc quoque morbi initium, præcipue autem eorum quæ detru-
d Gal.1.criſium.c.7. duntur cruditas,principium patefacit,quandiu [d] enim hæc manet, tamdiu manet morbi principium, quod manifeſta coctione terminatur, ex quo incipientis morbi non coniectura, ſed certa ferme ſcientia ſumitur. G

Incrementum diſcernitur ſimiliter ex iuuantibus & nocentibus, nam cum ea prodeſſe aut obeſſe cernimus quæ augeſcente morbo commodum afferre aut incommodum ſolent, indicamus tunc morbum augeri. Ac ne longius abeas,augeſcenti inflammationi illa præſidia aptan-
e Galen. 13. meth. c.16. tur [e] quæ partim repellendi partim diſcutiendi vim habent: illa ſunt aliena quæ vel repellunt, vel diſcutiunt duntaxat. Quod ſi hæc prodeſſe,illa obeſſe videamus, conijciemus inflammationem augeri. Cauſa vero efficiens interna cum effectum ſuum auget,morbi incrementum denunciat:quamobrem vbi ſit notum incrementum illius, erit notum & huius. Effecta deniq;
f Gal.1.criſ. cap.8. hoc eſt ſymptomata cuiuſuis generis fuerint, cum augentur, augeri quoque morbum teſtantur;ſed proprie quæ expelluntur dant ſolida & expreſſa indicia incrementi cum euidentem [f] coctionem prę ſe ferunt,neque manent amplius cruda:id quod accipiendum eſt in morbis ſa-
g Gal.li. de totius morbi temp.c.6 lubribus, nam in [g] mortiferis cum augentur, oſtendunt quæ expelluntur pro coctione prauitatem quandam, ita vt deteriora appareant quam ante & eatenus incrementum morbi patefaciunt. Incrementa vero circuituum cum acceſſiones anteuertunt, cum lōgiores & grauiores fiunt,ipſa quoque morbi incrementum demonſtrant: ſed ſubijciuntur ſenſui ſi morbus ad quē pertinent ipſe quoque ſub ſenſum cadit,alioquin colligi debent ex ſymptomatibus, quæ cum anteuertunt grauiora fiunt & diuturniora,monſtrant circuituum & propterea morbi ēt incre H
h Hippo. 2. apho.29.& 1.aph.8. mētum. Vigor conijcitur ex ijs quæ proſunt aut obſunt,ſiquidem vigente morbo,[h] commoda ſunt quies & inedia,incommoda ſunt eſculenta & poculenta;tum præſidia omnia quæ morbū
i Hippo. 2. aph. 30. agitant atq; irritant. Quod ſi hæc obeſſe, illa prodeſſe intelligemus, ſimul etiam intelligemus morbum vigere. Cauſa vero cum effectum ſuum maximum præſtat, maxime morbum perfici, & idcirco vigere denunciat,id quod faciunt etiam effecta vbi maxime vigent, præclare enim Hippocrates [i] inquit(cum viget morbus omnia grauiora ſunt) apparent.n.ſymptomata maiora quā antea,aut poſt,quamuis cauſa,humor videlicet qui morbum facit mitior ſit,nā maxime
k Hippo.2. aph 47. tunc coquitur. Monſtrant proprie vigorem illa quæ expellunt,cum præ ſe ferunt coctionē non
l Gal.3. acutorū com. vlt. ſolum euidentem vt diximus in incremento,ſed proprie perfectam. Concurrit hæc cum grauitate ſymptomatū,ſiquidē dum pus [k] conficitur,hoc eſt dum perficitur coctio humoris morbum facientis,dolores & febres accidunt grauiores. Quod tamē non perpetuū eſt,in illis enim
m Gal. de totius morbi tēp. c.6. morbis ex quibus aſſidue humor [l] effluit (effluit autē cum non retinetur tegumento denſiore cuiuſmodi eſt cutis,ſed cū laxiore includitur,qualis eſt [m] mēbrana quæ coſtas ſuccingit) ſym-

ptomata

A ptomata grauiora sunt, cum multus adhuc humor adest, quod accidit initio morbi vbi adhuc crudus est, sed postea cum perficitur coctio, quoniam bona pas humoris effluxit, parum illud quod restat non potest grauiora symptomata excitare; quamobrem eiusmodi morborum vigor cũ coctione non concurrit, sed ipsam anteuertit, deprehenditurq; ex grauitate symptomatum. In aliis morbis cum simul concurrat coctio, & grauitas symptomatum, ex vtraque simul colligi vigor debet, quanquam in mortiferis, cum summa grauitate [a] symptomatum pro coctione summa prauitas coniungitur eorum quæ expelluntur, ex quibus vigor coniicitur.

a Gal. 13. meth. c. 16.

Remissio, intelligitur ex iuuantibus & lædentibus, ac ne recedamus a proposito exemplo inflammationis, vbi prosint [b] quæ relaxãt, obsint quæ adstringunt, denunciant ipsam remitti. Accedunt causæ efficientes, quarum effectionem si intelligamus imminui, intelligemus simul & morbum inclinare. Effecta item hoc est symptomata vbi leniuntur, dant signum morbi iam inclinantis: Apparent enim tunc omnia imbecilliora, atque vt augescente morbo anteuertũt, grauiora fiunt & diuturniora, ita cum remittitur tardant, leuiora apparent, & breuiora. Proprie autem quæ expelluntur, cum coctionem iam perfectam præ se ferunt, morbi remissionem declarant, nam in principio cruda sunt vt diximus: in incremento euidentem coctionem ostendunt, in vigore eandem maxime perfici demonstrant, [c] sed in remissione, iam perfectam esse. Morbi mortiferi cum non remittantur, non est quod de recognoscenda ipsorum remissione laboremus.

b Hippo. 2. aph. 30.
c Ga. 3. cris. c. 5. & 9.

B Cæterum quatuor ætates seu morbi tempora, quæ in morbo vniuerso attenduntur; attendi [d] etiam in singulis circuitibus præsertim febrium debent, est enim suum cuiusque principium, incrementum, tum vigoris ac remissionis tempus. Cognoscitur autem sensu, vbi morbus sub sensum cadit, alioquin ex iisdem signis colligitur ex quibus morbus monstratur, vt ex iuuantibus & nocentibus, prodest enim principio circuitus vigilia, obest somnus: contra cum remittitur, prodest somnus, obest vigilia. Commoda etiam potio [e] est in fine vigoris atque in remissione quæ prius aliena [f] esset. Colligimus igitur circuituum tempora ex iis quę prosunt, aut obsunt, vbi tunc solita sint prodesse, aut obesse. Quod si causam circuituum, hoc est putredinẽ succorum intelligamus incipere, augeri, vigere, remitti, intelligemus quoque circuitus initiũ, incrementum, vigorem, remissionem. Effecta similiter hoc est symptomata pro vt incipiunt, augentur, vigent, remittuntur, ita etiam demonstrant circuitus initium, incrementum, vigorem, remissionem. Proprie autem ex actionibus, pulsus [g] principio circuitus cõtrahitur, in remissione ad exteriora fertur, mediis temporibus medio modo se habet. Ex iis quæ expelluntur, vomitus principio circuitus vt plurimum aduenit, sudor autem cum [h] remittitur. Ex his igitur cõiectare licet singula tempora circuituum. Sed quæ dicenda erant de recognoscendis differen-
C tiis morbi sumptis a consequentibus formam in subiecto, abunde exposita sunt.

d Gal. 1. de temp. mor. c. 1.
e Hippo. & Gal. 1. acu. 46. & 4. acut. 39.
f Hip. 1. aphor. 11.
g Galen. 2. cri. c. 3.
h Gal. ibid

De recognitione differentiarum quæ sumuntur à causis. *Cap. VIII.*



A Causis efficientibus, siue externæ sint, siue internæ, complures deprompsimus [i] differentias, vt ab externis, quod morbi verni sint, ęstiui, autumnales, aut hyemales: tũ diurni ac nocturni: quod item proprii vel communes sint, quod salubres aut perniciosi ac pestilentes. Quæ differentiæ, qua ratione agnosci possint in ægrotãte ante exponemus, dein transibimus ad eas quæ ducuntur à causis internis. Debent igitur quæ nũc propositæ sunt, magis mente quam sensu comprehendi, etiamsi morbus cui tribuuntur sensui subiiceretur. Colligitur igitur ex signis morbi habentibus aliquo pacto in se differentiam similem. Videntur autem sufficere sola signa ducta à causis à quibus illæ oriuntur, res tamen aliter se habet, eiusmodi enim morbi non tantum fiunt ab illis causis a quibus nomen traxerunt, vt ab hyeme hyemales, autumnales ab autumno, sed ab aliis quoque, recteque monuit Hippocrates [k] in temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos
D expectandos esse. Quamobrem sumemus signa ipsarum non tãtum ab illis causis a quibus nomen inuenerunt, sed ab aliis etiam: præterea ab iis quæ prosunt aut obsunt, & ab effectis. Alia igitur sunt quæ prosunt aut obsunt vernis morbis, alia quæ æstiuis, alia quæ autumnalibus, alia quæ hyemalibus, tum alia quæ diurnis, alia quæ nocturnis. Ergo vbi commodum afferunt quæ prodesse eiusmodi morbis solent, vbi incommodum quæ obesse, iudicabimus morbos tales, qualibus ea prodesse aut obesse consueuerunt. Cæterum causæ siue sint illæ a quibus morbi differentiæ nomen inuenerunt, siue sint aliæ quæ ipsarum vim in se contineant, vt succi qui solent illis temporibus redundare, aut aer calidus, frigidus, humidus vel siccus, qualia sentiri in illis solet, monstrat morbos esse tales. Postremo colliguntur eiusmodi differentiæ ex effectis ac symptomatibus ipsis, quę talibus tẽporibus accidere solent, accidit. n. vere fluxus [l] sanguinis, æstate sitis, & alui profluuiũ, [m] autumno lenitas intestinorum atq; hydrops, [n] hyeme dolor lateris, [o] ac destillatio, quæ symptomata declarant morbum esse talem, vt vernum, æstiuum, aut similem, quocunque tempore ipsum sequantur. Iam vero communis & proprius sub sensum cadit, vbi morbus alioquin sensu accipiatur. Sed si abditus sit, eadẽ signa quæ ipsum denunciant,

i Sup lib. 4. c. 4.
k Hippo. 3. aph. 4.
l Hippo. 3. aph 20.
m Hippoc. 3. aph 21.
n Hippo. 3. aph 22.
o Hippo. 3. aph. 23.

ciant,communem etiam esse aut proprium indicant. Quæ enim prosunt aut obsunt,si eadem E sunt quæ aliis ægrotantibus prodesse tunc constat aut obesse,communem morbum ostendũt, si diuersa & propria,proprium significant. Causa vero communis,vt vitium aëris aut aquæ, notat communem morbum,propria,sicut vitiosa ratio victus,proprium declarat. Effecta denique ac symptomata ipsa prout communia sunt cum cæteris ægrotantibus, vel propria illius qui tractatur,communem vel proprium morbum denunciant. Sed sit ne salubris an pestilens, deprehenditur primo ex iuuantibus & nocentibus, nam si prosunt etiam quæ lenia sunt, & non obsunt nisi quæ valida,indicant morbum salubrem,si leuia nihil, valida parum prosint & plurimum obsint quæ aliena sunt quamuis parua,testantur morbum esse perniciosum,ac pestilentem. Causa pro vt est salubris, vel pestilens, veluti aer aut purus,aut impurus, aut valde putris ac tota substantia alienus, salubrem vel pestiferum morbum denunciat, sed magna significatio fit ex symptomatibus,quæ si morbus salubris sit,leuia sunt, si pestilens, grauissima & deterrima.

A causa interna hoc est materia morbum efficiente,multas suppeditari differentias ostendimus,primo enim quatenus abest,dicitur morbus sine materia,quatenus adest,cum materia,atque hæc pro specie varios parit morbos, vt sanguineos, pituitosos, biliosos, melancholicos: prout item syncera est vel mista,facit morbum exquisitum vel spuriũ, prout cruda vel cocta, F crudum vel coctum, prout bona vel mala, boni vel mali moris, pro vt item edit vel non edit glutinosos ac putres vapores,efficit morbos qui contagione sua alios lædunt,vel non lædunt, pro vt etiam vagatur per corpus,vel tendit ad certum locum, facit morbos turgentes vel non turgentes,prout denique vel retinetur,vel effluit assidue,aridos vel humidos. Quæ differentiæ omnes vt plurimum sensum latent, quare comprehenduntur mente, coniiciunturque ex aliis signis,sed potissimum ex causa interna a qua emanant:assumunt autem omnia similem differẽtiam si non aperte,saltem latenter. Morbus sine materia (vt ab hoc exordiamur) significatur ex iis quæ prosunt aut obsunt, vbi scilicet commoda sint quæ implendi ac temperandi, incommoda quæ exhauriendi vim habent:tum ex causa, hoc est ex absentia vel præsentia materiæ, quam si quis teneat, simul tenebit sit ne morbus cum materia aut sine: ex effectis,quod vbi materia sit, sentiatur fere grauitas ac tensio,color corporis mutetur, sequaturq; colorem, humoris superantis,quem referunt ea quæ detruduntur: sed vbi absit materia, plerunque sentitur leuitas, raro grauitas, & id cum vires adeo imbecillæ sunt, vt ferre partes nostri corporis nequeãt,color magis desideratur q̃ varietur: quæ expellũtur nullius humoris superantis similitudinẽ repræsentãt. Vbi morbus pendet à materia,pro varia specie ipsius varius est,vt sanguineus, pituitosus,biliosus,melãcholicus: intelligunt hæ differētiæ perspecta sola causa, hoc est G specie succi redundantis cuius signa explicauimus cum ageremus [b] de recognitione præsentium causarum,omnia enim vberrime persequuti sumus vndecunque depromantur,siue ab habilitate ægrotantis,siue a communiter vagãtibus,siue ab iis quæ prosunt aut obsunt, siue a causis,siue ab effectis. At sit ne exquisitus morbus an spurius,intelligemus similiter perspecta causa,quæ vbi sit succus syncerus,exquisitum morbum ostēdet: vbi mixtus,spurium. Syncerus succus deprehenditur ex signis synceris,mixtus ex mixtis, siquidem habilitas ægrotantis, quod communiter vagatur, quæ iuuant aut nocent,causæ tandem & effecta, a quibus denunciari vnamquanque succi speciem monstrauimus,si pura sint & syncera, hoc est non mixta cum signis alterius succi,monstrant succum syncerum, sed mixtum ubi misceantur inter se signa diuersorum succorum. Porro coctus & crudus morbus ex sola etiam causa, hoc est succo crudo vel cocto intelligitur: succi coctionem & cruditatem coniicere oportet ex iuuantibus & lædentibus: cum coctus est,prodest purgatio, quæ obest vbi [c] sit crudus. Causa uel efficiens, ut temperamentum calidum,indicat succum coctum,frigidum uero crudum: uel materia, quæ si pauca,tenera ac tenuis sumatur,monstrat succum coctum ad quem gignẽdum conducit,sicuti crudum,quæ contraria est,ut multa,crassa,dura,& glutinosa. Effecta quæ monstrant coctionẽ H & cruditatem, potissimum sunt ea quæ detruduntur: qualia autem esse debeant suo loco [d] explicauimus. Morbus autẽ boni uel mali moris,uel ex sola interna causa,hoc est humore bono aut prauo coniicitur,hunc vero deprehendere oportet ex iuuantibus & nocentibus,non enim prosunt vbi prauus sit, nisi quæ valida sunt, siue ipsum exhauriant, siue tota substantia eius prauitati aduersentur,sed obsunt etiam quæ leuia sunt: contra si sit bonus,commodum afferũt & quæ praua sunt,sed non obsunt nisi vbi magna sint quæ aliena sunt. Contagio morbi deprehenditur maxime sensu,quod constet eos simili morbo implicari qui cum ægrotãtibus versantur,ac familiariter viuunt: possunt & aliquo modo coniici hæc mente, vt si prosint ea quæ contagioni aduersantur, veluti patefactio canalium,& inanitas corporis,si obsint contraria: tum si causæ,hoc est vapores putres ac glutinosi aliquo pacto se ostendant. Turgentes & non turgentes morbi intelliguntur ex sola causa, vt ex humore, qui vel varie per corpus vagatur nullam occupans certam sedem, vel confluit ad certum locum: sed vagus eiusmodi motus humoris deprehenditur ex iis quæ prosunt aut obsunt, prodest enim [e] purgatio quæ alioquin aliena est vbi humor certam sedem occupet; tum ex calore,tenuitate, atq; acrimonia quam ipse humor habet,tãquã ex causa: postremo ex effectis,quod homo huc atque illuc iactetur, neque vllam habeat

[a] Galen. 1. aph. com. 1.

[b] Sup. per totum li. 7.

[c] Hippo. & Galen. 1. aphor. 22.

[d] Sup. li. 3. c. 9.

[e] Hippo. 2. aph. 22.

A habeat requietem. Aridus tandem vel humidus morbus sensu comprehenditur, qui discernit humorem vel retineri, vel assidue effluere; quanquam conijci potest etiam ex causa, vt ex materia tenui vel crassa, atque ex raritate ac densitate loci; materia enim tenuis & loci raritas humidum morbum quem faciunt, & demonstrant: contra crassitudo materiæ & densitas loci, aridum faciunt & demonstrant: licet aliqua pacto etiam ex iuuantibus & lædentibus aridum vel humidum morbum intelligere, exempli gratia, pleuritis si humida sit, potui datur [a] ptisanæ cremor, qui plurimum obest vbi sit arida. Hactenus de differentiis quæ sumuntur a causis. a Hippo. ac Gal. 1. acut. 22.

De recognitione differentiarum quæ sumuntur ab effectis. Cap. IX.

Effecta supersunt ex locis a quibus differentiæ sumuntur: docuimus autẽ morbi morem in ipsis consistere, nam cum symptomata apparent validiora quam ab essentia morbi expectanda fuisse videantur, reddunt morbum mali moris, sin vel minora vel certe non maiora, boni. Adiecimus vbi symptomata leuia sint, morbum esse salubrem, perniciosum vero ac mortiferum vbi non solum grauia, sed etiam grauissima: diximus etiam ex propriis symptomatibus alias proprias differẽtias duci, vt ex affectu corpo-

B ris tabefacti, quod morbus sit tabificus, ex ijs quæ expelluntur liquefactam substantiam continentibus, quod sit liquefaciens. quæ differentiæ nunc restant recognoscendæ; sed cum abditæ sint, mente comprehendi debent & colligi ex signis. Videntur autem satis patefieri ab ipsis effectibus ac symptomatibus a quibus ducuntur, ita vt non necessaria sint alia signa, quæ tamen si accedant, magis earum recognitionem confirmabunt. Si morbus sit boni moris, signa eius dabunt iuuantia & lædentia, vbi scilicet cernamus prodesse quæ commoda sunt, quamuis parua sint, non tamen obesse incommoda nisi magna fuerint. Impertiuntur etiam nobis signa a causis, quæ si bonæ fuerint, similem morbum denunciant, veluti sanguis, qui vt parit, ita etiã denunciat morbos boni moris. Effecta denique, quæ si leuia sunt & pauca, morbum esse boni moris demonstrant. Cõtraria signa dat morbus mali moris; nam quæ alioquin commoda sunt, vix prosunt etiamsi valida sint, obsunt tamen quæ aliena quantumuis parua. Causæ item prauæ sunt, quemadmodum bilis atra, & illa quæ vitellos ouorum, aut æruginem repræsentat. Apparent symptomata multa & grauissima: ex his omnibus facile fit coniectura de morbo boni aut mali moris. Differentiæ vero salubris & perniciosi, supta etiam tractatæ sunt, qua de recognitione illarum differenriarum, quæ a causa interna depromuntur, quanquam pertinent po-

C tius ad futura quam ad præsentia, cum in morbo salubri expectetur salus, in mortifero timeatur interitus, ita vt referantur ad exitum, seu ad euentum morbi; cuius signa explicabimus cũ accedemus ad futura. Quod vero morbus sit tabificus aut liquefaciens, intelligitur primo ex iuuantibus & lædentibus, prosunt enim quæ refrigerant ac remittunt vim caloris, obsunt quæ ipsam augent; tũ ex causis vim liquefaciendi habentibus, vt ex febre ardẽte biliosa, ex effectis eandem, summa enim corporis gracilitas monstrat morbum tabificum; similiter quæ expelluntur vbi liquefactam substantiam repræsentent. Hactenus mihi videor quæ de differentiarũ recognitione dicenda erant satis explicasse, si quæ restant eadem ratione facile inuestigari possunt. Sed finem statuamus recognitioni præsentium; futura proximis libris persequemur.

D



VIDI

VIDI VIDII
DE CVRATIONE GENERATIM.
Partis Primę Liber Nonus:

Qui est de Prognosticis in vniuersum:

Quorsum spectet præsagitio & an liceat præsagire. Cap. I.



Væ sunt illæ res ad quas animum intendere medicus debet, vna est salus eorum ad quos conseruandos vel curandos adhibetur, altera vero auctoritas suæ artis, quamuis hæc (vt quinto a libro docuimus) ad illam referri posse videatur. Ad vtramque autem spectare futurorum præsensionem, & ob id necessariam esse declarauimus: quo superius constituto ad prognostica iam pergimus. Primo auté videre oportet an liceat quæ futura sunt præsentire, deinde opportunum est aperire ea quibus præsensio continetur, ne frustra laboremus id inquirentes, quod inueniri penitus non potest. Ergo præsentiendi munus difficillimum esse vel id testatur quod veteres ipsum vt longe impar humanis viribus (deorum immortalium esse existimantes) diuinationem appellarunt, hominesque in quibus diuinandi vis esset, in concilio cœlestium collocarunt. Statuamus igitur prognostica difficillima esse, non tamen ἐκ τῶν ἀδυνάτων, neque enim fallitur peritus medicus futura prouidens, nisi cum aut succorum motus varius est in corpore ægrotantis, aut aliquod peccatum est. Mouentur succi interdum varie per corpus ægrotantis, quod vbi accidit (accidit autem b raro) non satis constat morbus c quem exitum sit habiturus, siquidem illi tandem consistent in parte ignobili, expectanda procul dubio salus erit, sin in præstanti, metuendus interitus. Sed priusquam certam sedem occupare cœperint, incertum est quod prænuncies, hoc vsuuenit morbis acutis, de quibus Hippocrates iudicauit d nihil omnino exploratum esse de salute aut interitu, nam in longis, si non primis diebus, certe paulo post licet quæ futura sunt præsagire. Alterum quod instabilem præsagitionem reddit, posuimus peccatum: auget hoc sæpenumero morbum, prohibetque naturam suum officium facere, quo fit vt euentus ille qui salubris alioquin expectabatur, ex sententia non succedat, & quod attinet ad tempus ante visum, si quod mali timetur, vt anteuertat, si quod speratur boni, vt tardetur. Refert Hippocrates e errores omnes partim ad medicum, partim ad ægrotantem, partim ad ministros, partim ad res fortuitas quas declinare nullo modo possumus. Defertur in errorem non voluntate, sed inscitia f medicus, cum non sibi proponit id opus quod maxime necessarium est ad curationem, vel non vtitur remedijs per quæ fiat voti compos. Plerumque autem in eo errore versatur vt non agnoscat se ministrum naturæ, sed quæ eius partes essent præripiat, atque hoc pacto ipsam à suis muneribus distrahat. Errat ægrotans g cum nimium sibi indulget, neque paret decretis medici. Delinquunt ministri h dum negligenter iussa medicorom ministrant. Res fortuitę variæ sunt, quas non ratio, sed casus qui incertissimus est moderatur, veluti imbres, incendium, venti, ruinæ, repens hostium aduentus. Huiusmodi ergo sunt errores, qui nihil omnino exploratum esse permittunt eorum quæ futura sunt in ægrotante. Quamobrem nihil certi prædicere medicus debet, nisi eam cautionem adhibeat vt nihil in curatione delinquatur: satis igitur patet futurorum præsagitionem neque inutilem esse, neque frustra tentari: quamobrem aggrediamur ad id quod institutum erat, ad perpendendas scilicet res quibus illa continetur.

a Supr. lib. 5. cap. 2.
b Hippo. 1. progno. in procemio.
c Hippo. 1. aph. 12.
d Hipp. & Gal. 2. aph. 19.
e Hippo. 1. apho. 1.
f Vidus lib. 1. Institut. cap 6.
g Vidus li. 2. institu. c. 7.
h Vidus li. 2. Institu. c. 8

Quibus contineatur ratio præsagiendi, & quæ nam sint præcognoscenda. Cap. II.



Adem autem tria quæ spectant ad cognitionem præteritorum & præsentium, spectare etiam monstrauimus ad præsagitionem, res nimirum futuras præcognoscendas, res per quas præcognoscimus, & modum præcognoscendi, de quibus primo generatim agemus, deinde speciatim. Res igitur præsagiendæ (vt ab his ordiamur) cum ad hominem pertincat, necessario i sunt vel compositio corporis, vel causæ cōpositionis,

i Gal. 1. meth. cap. 8.

vel

A vel effecta eiusdem. Cæterum effecta compositionis cum talia sequantur qualis ipsa est, talia quoque expectanda sunt, adeo vt satis sit ipsam præsagire. Causæ vero futuræ compositionis in ægrotante[a] iam adsunt, & ad effectionem suam aggrediuntur, & ideo cognoscendæ sunt vt res præsentes. Præsagimus in homine sano causas futuras contra naturam, ex quibus sequetur morbus: sed hæ non sunt huius instituti. Superest igitur sola compositio corporis futura præcognoscenda in ægrotante, atque hæc non alia est quam ipse euentus seu exitus morbi futurus vna cum suis differentijs. Prescire enim oportet non[b] solum euentum, sed etiam quo tempore, quomodo sit futurus, & an stabilis existimandus sit an instabilis: possent & aliæ differentiæ futuri euentus considerari, sed his contenti erimus quæ maxime ad curationẽ pertinent, & quas maxime requirunt à medico ægrotantes atque assidentes. Euentus futurus in ægrotante quadruplex proponitur[c] ab Hippocrate, commutatio scilicet in salutem, in interitum, in meliorẽ vel in deteriorem statum, quibus Galenus[d] quintum addit, perseuerãtiam videlicet in eodem: quidam enim morbi neque sanantur, neque hominem interimunt, sed permanent, vel æquales, vel paulo grauiores, aut leuiores, quemadmodum multi ex illis quibus senes[e] implicantur, quẽadmodum item cum perit aliqua pars ex illis quæ gignuntur ex semine, Græci vocant σπερματικάς.
B Huiusmodi igitur sunt euentus prædicendi. Tempus quo expectatur euentus, aut breue est, aut longum. Diximus autem illud esse breue quod quadragesimum diem non excedit, longum vero quod vlterius producitur. Late autem patet vtrumque tempus, & breue, & longum, nam breues morbi, vel quatuordecim diebus terminantur, quemadmodum illi[f] qui simpliciter vocantur acuti, vel ante, vt quarto, septimo, nono, vel vndecimo die; huiusmodi sunt illi qui peracuti[g] nominantur: vel trahuntur vsque ad vigesimum, aut etiam vsque ad quadragesimum, sicut illi qui nominantur acuti ex recidiua.

a Hippo. ac Gal. 1. prognostic. in proœm.
b Gal. 4. de præsag. pul. c. 11. & lib. de constit. ar. c. 18.
c Hippo. 3. 1. epid. 16.
d Gal. lib. 2 aph. cõ. 40.
e Gale. 14. meth c. 17. & 18. lib 1. de semine.
f Hippo. 2. aphor. 23.
g Gal. 2. de dieb. decr. c. 12.

At morbi longi rursus varij sunt, cũ alij 60.[h] alij 80. alij 100. alij 120. definiantur, alij adhuc longiores sint, vt qui trahuntur ad sex menses,[i] alij longissimi qui vel ad 7. annos, vel etiam ad pubertatem perueniunt. Quodcunque igitur futurum sit tempus euentus, siue breue, siue longum, tum siue magis, siue minus, præuidere oportet. Præuidet autem doctus medicus non modo tempus breue aut longum, sed diem statutum, ac[k] certam horam. Modus sequitur seu via futuri euentus, quam differentiam similiter præscire oportet: finiuntur quidam morbi paulatim, quidam subito: paulatim[l] quidem liberatur homo per coctionem, interit arefactus morbo tabifico, subito autem salubris euentus accidit vel per expulsionem insignem, vel per translationem, siue manifestam, siue obscuram ad partes ignobiliores, vel per longum somnum, quemadmodum[m] in pueris: subito etiam euentus perniciosus fit vel per expulsionem, vel per trãs-
C lationem ad partes nobiliores, vel per violentiam morbi, nimiam plenitudinem & cruditatem, virium imbecillarum dissolutionem. Quæcunque igitur via euentus sequi debeat prænoscenda est. Prænoscenda tandem differentia stabilitatis & instabilitatis eiusdem: cum sequitur interitus nemo de stabilitate dubitat, sed de salute & de mutatione in meliorem vel deteriorem statum Aliquando ambigitur, quoniam cum sequitur salus interdum ita firma est vt nihil timendum sit, sed liberius homini sit viuendi facultas, interdum adeo infirma & instabilis est, vt leui de causa morbus reuertatur, quæ differentia prænuncianda est vt homo circumspecte viuat, & sic à morbo aut omnino defendatur, aut longe minus tentetur. Prædicanda est etiam stabilitas & instabilitas mutationis in meliorem vel deteriorem statum ad auctoritatem & fidem artis medicinalis asserendam. Hactenus de rebus præcognoscendis.

h Gal. lib. 1. de dieb. decret. c. 10.
i Hippoc. 3. apho 18 & 1 de dieb. decret. c. 10
k Gal. 1. de dieb decr. c. 12.
l Galen. 3. cris. ca. 1. & 7.
m Gale. 2. prorrhet. comm. 29.

De rebus per quas præcognoscimus. Cap. III.

PRoximæ sunt res per quas futura præsagimus: meminisse autem oportet nõ comprehendi sensu nisi quæ præsentia, præterita vero &[n] futura colligi ex signis. Quod si explicemus nunc locos vnde nobis futurorum signa suppetant, perspicuæ fient res
D per quas futura præsagiuntur. Ergo ex locis vnde in vniuersum signa depromũtur, habilitas ægrotantis ad naturam refertur, quæ causa est futuri euentus vt mox subijciemus. Quod communiter vagatur, quatenus monstrat communem causam, eatenus in ægrotante ad quem curandum medicus accersitur, euentum denunciat futurum communem cum alijs. Effecta rerum futurarum, cum[o] nondum sint, nequeunt nobis signa suppeditare, magis enim obscura atque abdita sunt quam res ipsæ futuræ. Relinquuntur igitur solæ causæ à quibus significetur euentus futurus. Has autem duas esse mõstrauimus, naturam & morbum, quæ inter se[p] iam certant. Quemadmodum autem gymnastes cum luctantes intuetur, ex impetu ac vi vtriusque discernit vtrius sit futura victoria: ita medicus cum in ægrotante pugnantes inter se naturam & morbum cernit, præuidet superandus ne sit morbus à natura, an hæc ab illo, & num ita pares sint vt nec naturam morbus, nec morbum natura possit vincere. Cum natura vincit morbum, aut sequitur salus, aut commutatio in meliorẽ statum: cum superatur ab illo, sequitur vel statim interitus, vel deterior status: cum pares sunt, perseuerabit homo in eodem statu. Causa igitur futuri euentus est natura & morbus: vtriusque vires tenere[q] & inter se conferre medicus debet, inde enim intelliget vtrius futura sit victoria, quive exitus sperãdus sit aut timẽdus.

n Sup. li. 5. c. 4.
o Supra l. 5. c. 4.
p Gal. 4. de præs. pul. c. 11. & libr. de constit. ar. c. 18.
q Gal. ibid. & libro de constit. art. med. c. 18.

Differentiæ futuri euentus,ex ijsdem signis colligi debent ex quibus ipse euentus , ex causis E videlicet,ex vi naturæ nimirum & morbi. Docuimus autem in vniuersum vbi res sub sensum cadant,earum differentias sensui quoq; subiectas esse,sed vbi mente percipiātur, debeantq; colligi ex signis ipsarum differentias , ijsdem intelligi assumentibus similem differentiam , si non aperte & expedite,saltem abdite & implicite. Quamobrem differentiæ temporis longi vel breuis,modi seu viæ,stabilitatis & instabilitatis, ad futurum euentum attinentes intelligi debent ex signis monstrantibus euentum, & idcirco ex viribus[a] , naturæ & morbi inter se collatis, nam hæ vt significant euentum, ita etiam tempus, viam, stabilitatem , quod in se contineant similem differētiam,hoc est vim longitudinis aut breuitatis,vim mutationis lētæ aut subitæ, p abscessum,per expulsionem, per somnū ac coctionem , vim deniq; stabilitatis & instabilitatis, id quod manifestum erit cum sigillatim singularum differētiarum præsensionem persequemur.

a Gal.4. de præl.pul. c. 11.

De ratione præcognitionis. *Cap. IV.*



Ertium superest ex illis quibus cōtineri præsagitionem diximus, ratio scilicet cognitionis,nam vel certa est,vel coniecturalis.Sensus quidem veri nuncij[b] sunt , ita vt nunquam mentiantur si sani sunt & integri,neque vllum adsit impedimentum.Sed F non percipiunt nisi quæ præsentia sunt,vt paulo ante diximus . Futura comprehenduntur mente, quæ comprehensio ad veritatem sæpissime dirigitur , [c] interdum tamen fallax est,tum ob succos qui vagantur per corpus,tum ob errata quæ commemorauimus : plerunque autem difficillima est,æstimare enim oportet robur naturæ & morbi,quod non difficile est vbi vnum ab altero plurimum superetur,sed vbi parum inter se magnitudine distent (quod vt plurimum contingere consueuerit) non facile discernitur,& idcirco indicium difficillimum est, & fallax cognitio, nisi medicus natura admodum prudens doctusque fuerit , & valde in arte sua exercitatus,nam hic ex causis & effectis inter se collatis signa sumet futuri euentus, quæ metietur non tantum numero,sed magnitudine etiam,ac dignitate. Eadem est ratio differentiarum præcognoscendarum futuri euentus,vt temporis,modi,stabilitatis , quarum vel coniecturam , vel quasi certam scientiam sumet,prout & ipsius euentus . Percipiet enim non tantum robur vtriusque causæ, naturæ videlicet,& morbi,sed differentias quoque ex quibus colliget similem differentiam in euentu futuro .

b Arist.2.de anima 65. & Themistias in cōmēto & 4. metaphys. Tex.24.
c Supra c.3

Quæ dicenda erant generatim de rebus præcognoscendis,de rebus per quas præcognoscimus,de ratione præcognitionis,satis exposita viderentur,nisi superessent crises quæ sub rebus G præcognoscendis, & dies crisimi, qui sub rebus per quas præcognoscimus , licet aliquo modo comprehendantur,postulant tamen seorsum diligenter tractari,nam si illis insererentur,nimia copia rerum tenebras legentium animis offunderent , quamobrem placuit nobis ea in hunc locum differre,& separatim tractare:sumemus autem initium à crisi .

De Crisi. *Cap. V.*



Rgo,vt quid significet crisis explicemus , reuocare in memoriam oportet species & modos euentus. Quod attinet ad species,quatuor proponi ab Hipp. [d] diximus, cōmutationē in salutem,in interitum,in meliorem,vel in deteriorē statum: adijci vero quintā à Galeno videlicet mānsionem in eodem,neq. plures videntur posse inueniri. Modos aūt futuri euentus duos primos [e] posuimus,vnum lentū qui paulatim, alterū subitū qui repente sequitur,ille si salubris est,per coctionem fit,si perniciosus,per tabem : hic rursus distinguitur,siquidem aut habet adiūctam pugnam,aut fit sine ea:qui salubris est,sequitur cum pugna, sine qua nunquam aduenit subita [f] salus: qui perniciosus est , sæpe & ipse accidit cum pugna, interdum tamē & sine hac,veluti cum ad initium accessionis ob multos ac crudos succos intus contractos calor suffocatur. Quod potissimum euenit vbi magnę adsunt [g] viscerū H inflammationes,veluti etiam vigente accessione,cum ob morbi impetū ac symptomatū violentiam repente opprimitur,prosternitur,ac superatur natura, veluti deniq; inclinante accessione,cum spiritus [h] (quibus præcipue vires continentur) exigui sunt,& dissipati extinguuntur, ita vt tripliciter possit accidere subitus interitus sine pugna.At subitus euentus cum pugna [i] si salubris est,aut fit per insignem expulsionem,aut per translationem manifestam , aut per longum k somnum:si perniciosus,aut per insignem expulsionem, aut per manifestā translationē .

d Supra c.2
e Supra in eodem c.
f Galen. 3. cris. c.1. & 7.
g Gal ibid.
h Gal. ibid.
i Galen. 3. cris. c.7.
k Galen.2. prorrh. cōmento 29.

His ita constitutis de multiplici specie ac modo euentus, ad crisim explicandam aggrediamur. Imposuerunt veteres hoc nomen omnibus illis modis euentus subitis [l] qui fiunt cum pugna,mansio enim morbi in eodem statu,perseuerantia dici potest:euētus qui paulatim [m] sequitur,si salubris est,appellatur solutio,si perniciosus,tabes:sed subitus euentus sine pugna perniciosus,vocatur interitus.Restat subitus euentus cū pugna,qui siue salubris sit,siue perniciosus, crisis nomen inuenit,adeo vt crisis definiatur subita morbi mutatio [n] cū pugna . Sed cum hæc ad quatuor species [o] pertineat,ad salutem,ad interitū,ad commutationem insignē in meliorē

l Ga.3.cris. c.1. & 7.
m Gale. 3. cris. c.7.
n Galen. 1. cris c. 10.
o Ga.3. prog. com.1.

vel

A vel deteriorem statum, illa tantum quæ ad salutem attinet, vtpote quæ optima est, vocatur cri-
sis simpliciter [a] sine vlla adiunctione: quemadmodum autem Homerus poetarum, ita hæc subi-
tarum omnium mutationum cum pugna commune nomen propter excellẽtiam suum fecit. Re-
liquæ tres non simpliciter, [b] sed cum adiunctione crises vocantur, illa enim quæ ad interitum
spectat, vocatur crisis mala, commutatio in meliorem statum, crisis bona imperfecta, in dete-
riorem crisis mala imperfecta. Id autem commune est omnium vt subito fiant, & cum pugna.
Cæterum vocabulo crisis, quod græcum est, proprie significatur iudicium, sed translatum est à
[c] vulgaribus, qui pugnam illam cernentes cum fit subita morbi mutatio perterriti existima-
runt ægrotantẽ iudicari quasi reũ in iudicium capitis adductum: medici vero, quãuis maxime
vexari hominem ab impetu morbi ac vi symptomatum videant, nihil tamen timent, si alioquin
signa salubria discernunt, neque iudicati & quasi capite damnari ægrotantem credunt: mu-
tuantur tñ verbum crisis à vulgarib. vsurpatum & iam consuetum, quo significãt quẽlibet subi-
tũ euẽtũ cũ pugna: sed simpliciter ac sine adiectione crisim appellãt illũ qui ad salutẽ spectat.

a Galen. 3. crис. c. 2.
b Galen. 3. cris. c. 7.
c Galen. 3. cris. c. 2. & 3. prognos. com. 1.

Agemus nos de hac sola crisi quæ optima est: erit enim regula ad quam cæteræ dirigentur,
metiri enim licebit quantum quæq. recedat ab ea, cum rectum & sui & obliqui iudicium affer-
B te possit. In optima autem crisi tractanda, primo essentiam inuestigabimus, deinde causam per
pendemus, & singula quæ concurrunt ad ipsam efficienda. Ea igitur quib. optima crisis conti-
netur sunt tria, nempe vt [d] terminetur ad salutem, vt sit tuta, vt sit fida: nam cum crisis definia-
tur subita mutatio morbi cum pugna, hæc autem & iuuare & nocere possit (quadruplex. n. de-
monstrata est, ad salutem, ad interitum, ad meliorem, vel deteriorem statum terminata) constat
omnium optimam esse illam quam salus consequitur; & quæ adeo confert, vt ad salutem termi
netur, hoc autem [e] primum fuit quod ab optima crisi requiri diximus, alterum vero vt sit tuta,
hoc est periculo vacet similiter necessarium est, euenit enim interdũ vt crisis quamuis ad salu-
tem terminetur, non facile feratur, sed periculosa sit propter symptomata grauia ac molesta
quæ tunc superueniunt, [f] veluti vigilia diuturnior, somnus grauior, vertigo tenebricosa, splen
dor ante oculos, sonitus auriũ, difficilis sensus, dolor capitis, ceruicis, stomachi, aut alterius par
tis, delirium, clamor, furor, obliuio, difficultas spirandi, agitatio labri inferioris, tremor alicuius
partis, insatiabilis sitis, æstus intolerabilis, anxietas, lachrymæ præter voluntatẽ. Sunt hęc om-
nia signa crisis iam instantis, nõ tamen simul etiam causæ, quales esse diximus expulsionem &
translationem succorum ad alias partes. Proposita vero symptomata quæ crisim instantem de
nunciant, quanto plura & grauiora fuerint, tanto deteriorem ipsam reddunt & magis pericu-
losam, ita vt vix tolerari possit: quanto pauciora & leuiora fuerint, tanto tutiorẽ. Non caret igi
tur periculo crisis cum qua grauia illa sympromata coniunguntur, quamquam medicus [g] vbi
coctionem discernit, illis minime deterretur, cum præter rationem fieri existimet. Sed cum lon
C ge tutior sit crisis illa quæ facile toleratur, hoc est quæ vacat eiusmodi grauitate ac molestia
symptomatum, concludimus si optima sit, debere etiam esse tutam. Præter hæc duo, requiritur
illud tertium vt sit fida, hoc est [h] vt salus illa quę sequitur stabilis maneat, neq. reuertatur mor
bus vt interdum solet, cum æger releuatus rursus ingrauescit. Statuamus igitur optimam esse
crisim quæ salutem affert sine periculo ac sine metu ne morbus reuertatur. Subijcitur hæc sen-
sui, iudicat hic non accidere grauia symptomata dum fit crisis, sequi salutem dum facta est,
postea vero morbum non reuerti: id quod non tantum peritis in aperto est, sed etiam imperi-
tis. Medicus autem cum optima crisis fieri debet, instantem præuidet sine grauitate symptoma
tũ, præsentem mox terminandam esse ad salutem, & nuper factam fidã futurã sine reditu mor-
bi: neque expectat dum totum id tempus prætereat, vt sensu cuncta comprehẽdat, multa enim
colligit cum cernit ea concurrere quæ ad optimam crisim efficiendam necessaria sunt. Efficit
autem optimam crisim natura quæ depellere morbum tanquam hostem contendit. Sed cum
natura [i] accipiatur pro facultate nostrum corpus gubernante, hæc autem multiplex sit, anima
lis, vitalis, & naturalis, scire licet eiusmodi munus potissimum referri acceptum facultati natu-
rali, ea enim maxime pugnat cum morbo. Vtitur autem quatuor ministris quasi ancillis (vt di-
D ctum est in libris de tuenda valetudine [k] generatim) attrahente, retinente, cõcoquente, & ex
pellente, [l] ex his potissimum tribuitur crisis expellenti, quæ tunc fungitur munere expellendi,
cum concoquens suum perfecit, quod enim attractum & retentum est, prius concoquitur, atq.
vbi iam coctum est, quod superat expellitur, quamquam interdum sola coctione per longum [m]
somnum perfecta, veluti in pueris sequitur subita salus cum pugna: plerunque autem natura
vtitur expellente ministra cum morbum depellit, neque enim accidit subita mutatio cum pu-
gna, nisi illis morbis qui à succorum copia, vel prauitate nascuntur. In his igitur expellens fa-
cultas aut detrudit ex corpore, aut trãsfert ad partes ignobiliores id quod superat & molestũ
est. Principalis igitur causa crisis est natura cum expellendi aut concoquendi munus exercet,
expulsio vero & translatio ipsæ quoque in causis numerantur crisis, sicut & somnus longus: ne
que enim sunt tantum signa veluti symptomata crisima, sed etiam causæ per quas natura opti-
mam crisim perficit. Natura igitur quæ est principalis causa crisis, cum non prohibetur, tempe
stiuam [n] crisim facit: præterea manifestam cum expulsione vel translatione insigni: tum abso-
lutam & in die crisimo, sed prius indicatam à die indice: quamobrẽ omnia hæc cõcurrant ne-

d Galen. 3. cris. c. 3. & 5.
e Gale. 1. de dieb. decr. c. 2.
f Galen. 3. cris. c. 2.
g Ga. 3. cris. c. 2. & 3. prognos. cõ. 1.
h Gal. lib. 1. de diebus dec. c. 2.
i Gale. 5. 6. epide. cõ. 1. & 2. 1. epid. comm. 46.
k Vid. 3. de tu. val. gen. c. 5. & 6.
l Ga. 3. cris. c. 5.
m Galen. 3. prog com. 1
n Galen. 3. cris. c. 3.

cesse est ad efficiendam optimam crisim. Agamus seorsum de vnoquoque, ac primum de tem- E
pore quo fieri crisis optima debet. Natura igitur cuius munus esse crisim diximus vtitur moti-
bus ordinatis, prius enim concoquit quod concoquendum est, deinde quod superat & iam cō-
coctum est expellit. Id quod aperte intelliges cum ex fętu qui non prius in lucem editur quam
in vtero [a] fuerit perfectus, tum ex cibo, qui non ante detruditur ad intestina quam in ventricu-
lo fuerit [b] concoctus. Eundem ordinem quem seruat cum homo sanus est, retinet etiam cum
ægrotat, modo non cogatur à vi morbi prius expellere quam concoxerit. Tempestiue itaq. fie-
ri illam crisim dicemus, ad quam natura [c] post coctionem aggredietur: non apparet coctio ini-
tio morbi, succi enim tunc crudi sunt: non in incremento, cum solum euidentem coctionem pręe
se ferant, sed in fine vigoris, quo tempore iam perfecta coctio est. Crisis quæ anteuertit, tanto
deterior est quanto magis præuenit: recedit parum ab optima si fiat in principio vigoris, ma-
gis adhuc si in incremento, maxime si in principio morbi. Crisis igitur quam optimā descripsi-
mus, hoc est quam terminari ad salutem, quam tutam, quā fidam esse diximus, in fine vigoris [d]
accidat necesse est, si qua prius fiat, aut non terminabitur ad salutem, sed vel ad interitum, vel
ad deteriorem, vel meliorem statum, aut non erit tuta, aut non erit fida salus. Ergo tuta ac fida
necesse est accidat in fine vigoris, aliæ vero tres subitæ mutationes cum pugna possunt etiam F
accidere alijs temporibus; commutatio enim in meliorem statum aliquando in vigore fit, sæpe
in incremento, raro in principio. Commutatio in deteriorem fere accidit in incremēto, accide
re tamen potest & in principio totius morbi, & in principio vigoris. Interitus fere fit in vigo-
re, quamquam grauior morbus etiam cum augescit; grauissimus etiam cum incipit potest homi
nem interimere, præsertim vbi nactus sit vires imbecillas, quæ nō possint impetum ferre, & suf-
ficere dum vigeat. Illud autem ignorare non oportet, quod in vigore perniciosorum morborū
pro perfectione [e] coctionis prauitas apparet coctioni maxime contraria. Perfecta coctio tantū
conspicitur in morbis salubribus, in quibus nihil amplius timendum est, cum natura iam cōco-
xerit succos infestos, & propterea morbum superauerit, tātum.n. superest vt expellat id quod
iam concoctum est. Quamobrem, vbi videas signa perfectæ coctionis, præsenties hominem nō
posse amplius ex eo morbo interire, nisi quid [f] erratum fuerit. Si quādo autem post coctionem
videris superuenire interitum, non est quod tribuas ipsum morbo qui à succis coctis profectus
est, sed alteri quem faciebant alij adhuc crudi: tunc autem nō perseuerant signa coctionis, quæ
vbi stabilia sint, non possumus non sperare salutem. Primum igitur quod ad optimam crisim
constituendam concurrit, nempe tempus opportunum satis iam explicatum videtur, tantum
addimus ad ipsum referri posse dies crisimos, de quibus seorsum agemus vt pote requisitis ad
crisim, & vt attinentibus ad res per quas [g] præcognoscimus. Alterum erat, vt crisis manifesta es- G
set, hoc est cum succorum expulsione vel trāslatione ad alias partes. Requiruntur.n. hæ vbi nō
sufficiat sola coctio, raro autem sufficit, quemadmodum pueris, qui interdū grauiori ac longio-
ri somno oppressi, superantes succos adeo perfecte concoquunt, vt in alimentum vertantur &
non sint amplius molesti: hoc si excipias, perpetuum erit optimam crisim, hoc est subitā muta-
tionem ad salutem, tutam & fidam, debere esse manifestam, id est cum expulsione vel trāslatio
ne succorum, nam sine his infida est, soletq. morbus nō solum reuerti, sed si alioquin prauus sit,
grauior etiam reuerti: id quod sibi [h] voluit Hippo. cum scripsit, ijs qui præter rationem, hoc est
siue signis expulsionis vel translationis leuantur, non fidendū esse, delitescens.n. morbus dein-
de recrudescit atq. asperior reuertitur. Quamobrem malū est si ijs qui angina laborant euane-
scat subito [i] erysipelas, si item ijs qui ardente febre iactantur, sitis subito [k] extinguatur, aut pro
vigilia somnus obrepat, gaudent tunc imperiti, qui leuatum ægrotantem intueutur: medicus
qui id euenisse præter rationem cernit, hoc est sine expulsione aut translatione ad partes igno
biliores, maxime id ægre fert, ac maius periculum instans præuidet, id quod nō faceret, si crisis
fuisset manifesta, hoc est cum altero duorum, vel cum expulsione, vel cum translatione succorū
ad partes ignobiliores. Vtrauis adsit, satis est, præstat tamen expulsionem adesse per quam cri
sis optima fit. Quod si transferantur vitiosi succi ad partes minus præcipuas, sequetur salus, & H
erit bona crisis, non tamen optima, neque.n. optimum censetur id quo melius reperitur aliud
eiusdem generis. At longe melius est penitus à morbo liberari, quod euenit vbi penitus expel-
lantur succi à quib. oritur, quam nouo adhuc morbo (licet leuiore) implicari abscessu videlicet,
quem faciunt succi translati ad alias partes, & nō educti ex corpore. Siue aūt expellantur, siue
transferantur, non quouis modo expulsi aut translati, ad crisis perfectionem conducunt; sed
quasdam animaduersiones requirunt quas addere operæprecium existimamus, vt nihil eorum
quæ ad optimam crisim necessaria sunt prætérijsse videamur. Quicquid igitur in expulsione ac
translatione attenditur aut substantia est, aut accidens: vtrumuis, non qualecunq. sed certū de
siderat optima crisis, id quod manifestum fiet seorsum expulsionem ac translationem perpen-
dentibus. Perpendatur primum expulsio, debet expulsorum substantia illa eadem esse quæ suc
corum à quib. morbus proficiscitur; quæcunque.n. exhauriuntur, siue ab arte, siue à natura, si ta
lia sunt [l] qualia oportet, hoc est si sunt succi qui morbum faciunt, (hos enim necesse est exina-
nire) sequitur leuatio morbi, & facilitas tolerantiæ. Quod si altera substātia quam superātium
succorū detrudatur, recedet crisis plurimum ab optima. Ex generib. accidētium, animaduerti-
mus

a Gale. 3. de nat. fac. c. 3
b Gal. 3. de nat. fac. c. 4 & 6.
c Gal. 3. lib. de crisibus c. 3.
d Galen. 3. crit. c. 5.
e Gal. li. de totius morbi tēp. c. 6.
f Galen. 3. cris. c. 5.
g Galen. 3. cris. c. 3.
h Hippo. 2. apho. 27.
i Hippoc 3. progn. 19.
K Hippo. & Galen. 2. 3. epid. 75.
l Hippoc. 1. aphor. 2 & 25.

A nius potissimum in expulsis quam multa sint & qualia, tum quando, & ex qua parte exeant.
Debet multitudo expulsorum respondere multitudini succorum superantium, vbi pauciores
detrudantur, nō absoluitur crisis, sed quæ optima est, (vt ante proposuimus, & non multo post
subijciemus) debet esse absoluta; quamobrem [a] paucitas semper mala est; nam præterquam a Galen. 2. prorrhet.
quod non absoluit crisim, monstrat naturam non posse assequi quod contendit: contra vbi ni- comm. 1.
mis multa educantur, conuelluntur vires, ita vt optima crisis expulsionis modum desideret, ad
hæc vt nec plura, nec pauciora detrudantur quam redundent. Qualitas vero expulsorum, quo
minus mala est, [b] minusque recedit à naturali, eo meliorem & magis tutam crisim reddit. b Hippo. 4.
Præstat igitur colorem non esse syncerum, vt flauum, aut nigrum, sed mistum: odorem non feti- apho. 47. &
dum: habitum non crassum, aut tenuem, sed moderatum. Si quando autē praua appareat qua- 7. aph. 65.
litas eorum quæ detruduntur, poterit quidem sequi salus, non tamen optima crisis, cum nec fa
cile feratur, nec vacet penitus periculo. Tēpus quo sequi debet expulsio, illud ipsum est quod
crisi opportunum esse demonstrauimus, nimirum quando coctio perfecta est, nam ante, vt non
potest fieri crisis optima, ita nec expulsio opportuna. Locus restat per quem natura expellit
quod molestum est, potest hic & vnus esse & multiplex, cum natura plurimum valet, expellit
B quod molestum est per vnum locum duntaxat, & idcirco optimam efficit crisim, sed cum imbe
cilla est, nititurque per vnum locum expellere, non succedit, & idcirco tentat per alterum, &
rursus per alium, adeo vt multiplex appareat expulsio: quod vbi accidit, crisis lōge magis mo-
lesta est, plurimumque distat ab optima. At debet etiam locus vnde fit expulsio esse è regio-
ne [c] partis affectæ, vt ad dextram vel sinistram, prout illa est: vbi sita sit in medio, veluti pulmo, c G. 2. 3. crisi.
ventriculus, vterus, nihil refert ex vtro latere exeat quod expellitur: sed vbi collocata sit in al- c. 3.
terutro latere, debet e regione illius educi quod exhauritur, alioquin minus detrudetur id
quod morbum facit, minusque vtilis erit expulsio. Consueuit enim natura quicquid in aliqua
parte redundat è regione illius expellere. Hanc imitatur ars, quæ cum partem effectam curat,
è regione ipsam exhaurit non à latere contrario, quod longo vsu comprobauit. Quare constat
optimam crisim expulsionem postulare è regione partis affectæ.

Translatio succorum si non ad optimam, certe ad bonam crisim pertinet, cum & substantiā,
& accidentia habet, non quæcunque, sed certa, sicut & expulsio. Vocatur autem à græcis ἀπό-
στημα, quo vocabulo significatur etiam successio [d] quā vnus morbus efficit alterius, vt febris [e] ter d Gal. li. 14.
tiana quartanę: significatur & expulsio, [f] cum humores ex corpore educuntur: sed proprie ac- meth. c. 12.
cipitur pro translatione humoris ad alias partes, siue lateat, siue euidens sit: atque vbi euidēs, e Hippo. &
siue distribuatur pluribus locis, quemadmodum cū flaua bile suffunditur cutis in morbo regio, Galen. 2. 1. epid. 21.
siue concludatur in vno, ita ut partes abscedant, vnde à Latinis dicitur abscessus, veluti cu su f Gale. 2. 1.
C peruenit [g] inflammatio, erysipelas, aut alius tumor. Sed siue humor, efficiat alium morbum & la epid. cō. 8.
teat, siue manifestus sit, vel cum diffusius ad plura loca transfertur, vel cū residet in vno, postu- g G. 2. 14. met. c. 12.
lat primo substantiam talem qualem expedit transferri: hæc non alia est quam ipse humor qui
morbū faciebat, siue simplex, vt sanguis, pituita, flaua vel atra bilis, humor aquosus, siue mistus
ex ijs. Ea enim debet esse substantia faciens superuenientem morbum, colorem aut abscessum,
quæ fuit causæ facientis morbū cui superuenit, alioquin crisis nō cēsebitur bona. Postulat trās-
latio etiam accidentia, vt magnitudinem, qualitatem, tempus, locum, quæ maxime conspicua
sunt in abscessu. Debet magnitudo abscessus superuenientis respondere multitudini succorum
efficientiū morbum, si minor sit, non perficit crisim, si maior, non facile fertur, sed interdū calo
rem strangulat & affert gangrænam. Qualitas quo melior est, eo meliorem crisim efficit, bonus
est rubor, bona mollities, mala nigredo, mala item durities. Tempus quo superuenire debet ab
scessus, illud est quod crisi opportunum esse demonstrauimus, videlicet cum [h] coctio perfecta h Gale. 1. 5.
est, neque enim prius tentat natura expellere nisi cogatur: hoc vbi accidit, crisim necesse est di epid. cō 5.
stare ab optima. Sed attenditur etiam tempus quo manet abscessus, neque enim subito euane-
scere debet vt expulsio, sed manere dum vel suppuret, vel paulatim discutiatur: vbi subito eua
D nescit, [i] periculum est ne humor ad partes præstantiores secedat, & grauissimū periculū affe- i Galen. 2. progn. cōmen. 66.
rat. Locus tandē ad quem humor transfertur qui morbum faciebat, primum distare debet [k] ab
eo qui prius affectus erat: nam periculum est ne quod translatum est ad vicinū, eodem reuerta K Galen 2.
tur vnde discessit, deinde debet ignobilis esse: nam si æque præstans sit, sequetur æquale malū, progn. cō-
si præstantior, pro leuiori grauius superueniet. debet tandem esse è regione partis affectæ, ab- mento 67.
scessus.n. qui fit à contrario latere, aut parū prodest, aut nihil. Cōsistit igitur crisis manifesta in
expulsione vel translatione, in vtraque autem attendimus & substantiā & accidentia qualia
monstrauimus. At debet optima crisis non solū tempestiua esse & manifesta, sed etiā absoluta,
hoc est perfecta, quod accidit cum nihil relinquitur morbi aut symptomatis, nihil item humo-
ris peccantis, sed totus vel expellitur, vel transfertur. Quamobrem cum paulo ante ageremus
de multitudine expulsionis, ac de magnitudine abscessus, diximus vtramque respondere de-
bere multitudini superantis humoris, quæ minor est, non finit morbum, & crisim efficit non
absolutam, sed imperfectam, & ideo non optimam. Quartum & vltimum quod ad optimam re
quiri diximus, id fuit vt fieret in die [l] crisimo, & ante denunciaretur à die indice; natura enim l Galen. 3.
cum ordinate suo munere fungitur eiusmodi dieb. mouetur ad expellēdū quod molestum est, crisi. c. 3.

extra hos dies, motus [a] inordinatus est & contra naturam, ita vt nequeat optimam crisim efficere, quod euidentius erit si ad crisimos dies tractandos pergamus, quorum peritiam plurimum conferre ad præcognoscendum futurum euentum vna cum suis differentijs comperiemus, referuntur autem ad res per quas præcognoscimus. E

a Arist. li. 5. physic. tex. 54.

De diebus Crisimis. *Cap.* *V I.*

ORdiemur autem à nomine dierum crisimorum, quod cum explicauerimus, vim exponemus & species eorundem. Scire igitur primo licet diem accipi pro spacio [b] vigintiquatuor horarum, ita vt cum dies crisimos numeramus, tribuamus vnicuique vigintiquatuor horas. Sed cum aliqui morbi sint continui, aliqui intermittentes, vt in continuis numeramus dies, ita in intermittentibus [c] circuitus: In febre intermittente (exempli causa) pro quarto aut septimo die, accipimus quartum, aut septimum circuitum. Respondent enim continuarum febrium diebus, circuitus intermittentium, vt enim tertiana continua septimum diem habet crisimum, ita intermittens septimum circuitum. Illi autem dies dicitur [d] crisimi in quibus fit crisis, hoc est subita mutatio cum pugna, siue in salutem, siue in interitum, siue in meliorem statum, siue in deteriorem. Quamuis autem quouis die accidere possit [e] quæuis crisis, non propterea dicuntur omnes crisimi, cum alijs sæpius & meliores, alijs rarius & deteriores accidere consueuerint. Illi igitur duntaxat appellantur crisimi quib. aut plures accidunt [f] crises, aut meliores: alij in quib. raro eueniunt, aut non bonæ, dicuntur non crisimi. Inest autem crisimis diebus vis non quidem efficiendi [g] crisim, sed monstrandi, monstrant enim stabile esse quicquid boni vel mali in ipsis sequitur. Ex quatuor vero crisibus, hoc est mutationibus subitis cum pugna iam dictis, quæ ad interitum est, semper stabilis est: reliquæ tres, vt commutatio in salutem, aut meliorem vel deteriorem statũ, possunt & stabiles esse & instabiles: quæ accidunt diebus crisimis, stabiles sunt: quæ non crisimis, instabiles: ita vt nõ fidẽdum sit si bonæ fuerint, nec desperandum si malæ. Non solum aũt ipsæ mutationes, sed & proximæ causæ earum, vt expulsio & translatio, tũ signa seu symptomata quę apparere solent dũ fit crisis, si dieb. crisimis [h] accidant, stabilitatem, si alijs, instabilitatem boni vel mali pollicentur. Tribuimus igitur crisimis diebus non effectionem crisis, sed significationem stabilitatis eiusdem. Hanc vim confirmarunt grauissimi [i] auctores, vt ex medicis non solũ Hippocrates & Galenus, sed qui inter vtrunque fuerunt, vt [k] Heraclides, Archigenes, Philotimus, Diocles: ex Philosophis Aristoteles qui [l] crisimis diebus liberari hominem à morbo secundum naturam, alijs contra naturam testatur. Sed præter auctoritatem, confirmari eadem vis crisimorum dierum potest experimento & ratione, quod quo pacto fiat explicare nunc aggrediamur.

b Galen. 2. cris. c. 2.
c Hippo. 4. apho. 59. & Gale. in eo comm.
d Cel. lib. 3. c. 4.
e Gal. 1. de dieb. dec. c. 2.
f Gale. 1. de dieb. decr. c. 3.
g Gal. 1. de dieb. decr. c. 7.
h Gal. 3. 1. epid cõ 15.
i Gal. 3. lib. de crisibus c. 3.
k Gal. 1. de dieb. decr. c. 2.

F G

Experimento comperiet quilibet hanc vim significandi stabilitatem non fictam esse aut commentitiam, modo recte accipiat primum diem vnde incipit enumerare, & crisim (vbi non vno die fiat, sed in [m] plures trahatur) illi tribuat ad quem maxime pertinet: modo etiam nihil erretur in curatione illius ægrotantis, in quo vis dierum crisimorum obseruatur. Quod spectat ad primum diem, ambigitur interdum qui nam hic sit: hoc vsu euenit [n] cum homo non statim euidenter ægrotat, ita vt in morbum insignem incidat, prohibeaturque facere officia cõsueta, sed prius quam decumbit aliquot dies aut lassitudinem sentit, aut dolorem capitis, aut in eiusmodi aliquam tentationem incurrit, tunc ergo in dubium vertitur qui sit dicendus primus dies vnde numerare incipiamus. Statui [o] autem debet ille quo impediuntur solita munera, siquidem tunc morbus est cum hæc nequeunt exerceri, ante erat magis propensio ad morbum, vel neuter quidam status, quam morbus. Merito igitur Hippocrates in eiusmodi ægrotantibus enumerat eum diem quo consueta munera impediuntur vt primum. Quod si statim ex sanitate fiat manifestus morbus, constat eum dicendum esse primum quo id primo apparet. Dies autem cui tribuenda crisis est, si ita subita fiat vt eodem die absoluatur, manifestus est, neque vllo pacto dubius. Euenit [p] tñ interdum vt quamuis crisis definiatur subita mutatio, non tamen perficiatur vno atq; eodẽ die, sed in duos trahatur aut tres, quod cum euenit vidẽdum est cui maxime tribuatur, neq. n. cuilibet æqualiter conuenit, sed illi in quo plura concurrunt ex ijs quæ videntur ad crisim spectare, huiusmodi sunt principium accessionis, vis symptomatũ, finis ipsius crisis, & præcedens [q] denunciatio à die indice, quæ omnia interdũ adsunt eodem die, neq. vllã afferunt dubitationem, sed vbi plurib. dieb. accidant, illi maxime tribuenda est crisis in quo plura fuerunt perspecta ex propositis, vt principium accessionis, grauitas symptomatum, finis mutationis, & tandem antecessio diei indicis ipsum denunciantis. Sed qui sit dies index & quam vim habeat, in sequentib. ostendemus cum crisimorum dierum species persequemur, nunc pro confesso & probato sumimus ex præcedentib. diebus, quosdam [r] vim habere indicãdi eum qui ex sequentibus futurus sit crisimus. At obseruandũ [s] etiã diximus cum experimento dies crisimi æstimantur ne quid in curatione fuerit erratum. Attinent [t] errata (vt in superiorib. ostensũ est) partim ad medicum, partim ad ęgrotantẽ, partim ad res fortuitas. Reddunt hæc præsagitionẽ fallacẽ, efficiuntq. quo minus fiat crisis die illo qui alioquin crisimus est, subsequitur enim quæ

l Aristot. 5. physi. tex. 58.
m Gal. 1. de dieb. decr. c. 8.
n Gal. 1. de dieb. decr. c. 6.
o Gal. ibid.
p Gal. 1 de dieb. decr. cap. 8.
q Gal. 3. cris. c. 3 & 1. de dieb. decr. cap. 8.
r Hippo. & Gal. 2. aph. 24.
s Gal. 2. de dieb. decr. cap. 1.
t Hippoc. 1. aph. 2.

H

bona

A bona esse debet, quæ mala anteuertit. Si quis igitur hæc præcepta teneat, satis experimento cõprobabit vim illorum dierum quos veteres auctores crisimos esse voluerunt.

Firmari etiam ratione potest vis quam habent crisimi dies stabilitatem nunciandi: inde autem [a] ducitur ratio, quod natura sufficit ijs omnibus quæ corporibus nostris necessaria sunt, quod ciet motus ordinatos, quod ordo proficiscitur ab astris & [b] potissimum a Luna, cuius mutationes natura sequens, motus & agitationes suas ciet statutis diebus, qui crisimi nominantur. Cuncta hæc in quibus consistit proposita ratio, si seorsum perpendantur, vera inuenientur, ac primo quod natura omnibus sufficiat quę nobis necessaria sunt, si inspiciatur humanum corpus, quemadmodum a natura subornatum in vitam venerit, & quo pacto vndique aptum, perfectum, expletumque sit omnibus suis numeris & partibus, in quo nihil temerarium, nihil varium apparet, sed quicquid addideris, aut detraxeris, aut mutaueris, vitiosius, aut deterius futurum sit: omnia autem quæ intus inclusa sunt, ita nata atque locata cernuntur, vt nihil superuacuum, [c] nihil ad vitam detinendam non necessarium esse videatur. Ex quo patere potest naturam non artificiosam esse, sed plane artificem, consultricem, & prouidam vtilitatum, opportunitatumque omnium. Eodem autem artificio quo primo ortu hominem format, vtitur progrediente ætate ad conseruandum, mouet enim, regit, moderatur, atque hoc pacto tuetur res
B omnes, cum vitales, tum animales & naturales, euidenter enim tibi monstrabunt id verum esse quod assumptum fuit, naturam sufficere omnibus quæ necessaria sunt ad humanum corpus conseruandum. Alterius vero, quod natura scilicet cieat suos motus ordinatos, grauissimum ac notissimum argumentum est ex facultate expellente, [d] quæ naturaliter non fungitur suo munere antequam concoctrix perfecerit quod concoquendum erat, quemadmodum paulo supra docuimus, cum causam effectricem crisis declarauimus, vbi exemplum attulimus esculentorũ, quæ non detruduntur ad intestina priusquam in ventriculo fuerint confecta, & fœtus qui non prius editur in lucem, quam in vtero fuerit absolutus: tunc enim est maturitas partus tempestiua, ex quo iam elucet naturam suos motus ratis constantissimisque ordinibus moderari. Eiusmodi ordinem proficisci ab astris perspicuum fiet, si duo illa considerentur quibus maxime rerum natura continetur, [e] materia videlicet ex qua quæque res efficitur, & vis quæ quidque efficit. Materia rerum omnium inferiorum sunt quatuor illa initia quæ dicuntur elementa, ignis, aer, aqua, terra: vim efficientem habent cœlestia corpora. Quamobrem ordo aut ab elementis, aut a cœlo proficiscitur: at non potest proficisci ab elementis, quorum materia procul abest a naturæ constantia, tota enim flexibilis est & commutabilis, omniaque accipere [f] in se potest, & omnibus modis mutari, ita ut magis causa sit confusionis & instabilitatis omnium rerũ,
C efficiatque vt nihil sit constans eidem. Quamobrem fatendum est ordinem motus in ijs rebus quæ sub Luna sunt, non ab elementis, sed ab altero principio vim nancisci, nimirum ab ordine, & ab ęqualitate motus rerum cœlestium. Ordo igitur & constantia siderum, ipsorumque ęquabilis cursus, causa sunt cur quæ infra Lunam sunt, certis temporibus ordinem suum conseruẽt.

Sed pendet tandem ordo vniuersus a Deo, quem summum, mente præditum, atque omnia gubernantem monstrat æther, monstrant & seorsum cœlestia corpora summum numen præstantissimæ mentis omnia nutu gubernans. Hic omnium rerum quæ natura administrantur seminator, sator, & parens est. Hic perpetuis cursibus conuersionibusque astra liberat ab omni erratione, efficitque vt nulla in cœlo sit fortuna, nulla temeritas, nulla varietas, sed omnis ordo, veritas, ratio, constantia, ex qua [g] conseruatio, & salus omnium omnis oritur, alioquin nihil potest esse æquabile, quod non a certa ratione proficiscatur. Ordo igitur quem astra constantissimum seruant, pendet a Deo optimo maximo vnde alijs impertitur vis tota, his quidem clarius, illis vero obscurius. Sol Astrorum omnium obtinet principatum, voluitur autem circa terram oriens atque occidens, diemque conficit luce diffusa, noctem vero propter vmbram terræ quæ illi officit, vnde temperat diem ac noctem, sed temperat [h] etiam totum annum, quatenus accedens & recedens binas in eo reuersiones ab extremo contrarias facit, solstitijs
D & brumis.

Accessu ergo & recessu solis fiunt commutationes temporum quadripartitæ ad maturitatẽ frugum & temperationem corporum aptæ. Omnium igitur tempestatum constat moderatorẽ & ducem esse solem. Ad solis efficientiam proxime accedit Luna, quæ (vt inquit [i] Aristoteles) est ueluti paruus sol: eius autem vim maxime pertinere ad ea quæ infra gignuntur confitendum est, nam ut est vltima cœlo, ita citima terrę, quam prope contingere videtur, tanta humilitate fertur: consequitur [k] autem menstruis spacijs solis annuos cursus, quamobrem, ut sol annum gubernat, ita Luna mensem regit accretione ac diminutione luminis, quod tenuissimum facit proximus accessus ad solem, plenissimum, digressus quisque longissimus. Collustrata autem a Sole Luna grauiditates & partus affert, [l] maturitatesque gignẽdi. Voluit antiquitas Dianam adhiberi ad partus, quod hi maturescant septem, aut nouem Lunæ cursibus. Ostreis & conchylijs omnibus contingit [m] vt cum Luna crescant pariterque decrescant. Frumenta quæ seruntur cum Luna tota collustratur a Sole luxuriosa fiunt. Arbores cum Luna [n] senescentes, tempestiue cæduntur: quæ si cædantur crescente, putrescunt. Si vindemia fit cum Luna noua est, vina redduntur frigidiora: ortu & obitu Lunæ æstus [o] maritimi, fretorumque angustiæ commouen-

a Gal. 1. de dieb. decr. c. 2.
b Gal. 3. de dieb. decr. c. 2.
c Ga. li. de voc. instru. dissect. c. 3. & 1. lib. de dieb. decr. c. 11. & 5. li. de aggress. an. ca. 3.
d Gal. 3. de nat. fa. c. 11.
e Gal. 3. de dieb. decr. c. 1. & 2.
f Arist. 7. diuin. 8.
g Aristo. 12. cęt T. 100.
h Arist. ibi.
i Arist. lib. 4. de Ge. anim. c. vlt.
k Gal. 3. de dieb. decr. c. 2. Aristo. li. 4. de gen. anim. c. vl.
l Cicero li. 3. de natu. Deorũ, & Aristo li. 4. de genera. ani. c. vlt.
m Arist. li. 4. de p. an. 5.
n Cicer. li. de diu.
o Cice. de Diuinat. & Arist. li de Mundo.

mouentur: eorum enim accessus Lunæ motibus euidenter gubernantur. Redeunt singulis mensibus purgationes muliebres, [a] vnde menstrua dicuntur: maxime autem effluunt in fine Lunaris cursus, quoniam eo tempore (vt placuit Aristoteli) mulieres sunt frigidiores, quod Lunæ lumen occultetur. Quicunque etiam vel dormiunt, vel diutius degunt sub plenissimo Lunæ lumine, pallidi [c] euadunt, & capitis grauitate tentantur. Comitiales accessiones maxime fiunt cum maxime mutatur Lunæ species ac forma: quo tempore etiam ægrotantes plerique perturbantur ac commouentur. Porro mutationes Lunæ insignes quatuor notantur [d] quæ ad luminis varietatem referũtur, maxima quidem mutatio censetur vbi Luna congreditur cum Sole, neque vllam lucem mittit in terram: magna cum tota a Sole collustratur: accedunt aliæ duæ si non magnæ, certe insignes, cum siue increscens, siue decrescens dimidia parte illuminata conspicitur, cæteræ mutationes ab Arato parui fiunt, quamuis & ipsæ alicuius sint momenti. Omnes autem quatuor lunari cursu, hoc est octo & viginti fere diebus conficiuntur, quod spacium si quadripartito diuidatur pro rata parte vnicuique mutationi dabis septem dies: septenis ergo quibusque diebus Lunæ species ac forma mutatur, delitescit vbi congreditur cum sole: septẽ dies post crescens dimidia parte collustratur: post septem alios illuminata tota conspicitur: post totidem senescens dimidia item parte illuminatur: post septem vltimos tandem occultatur. Eundem ordinem mutationum retinent ægrotantium corpora quæ à Luna gubernantur, mutantur enim potissimum septenis diebus, vnde hi dicti sunt crisimi, quod tunc potissimum fiãt crises, hoc est subitæ mutationes [e] cum pugna. Neque pendet hic mutationum ordo a numero septeno, neque a mathematicis [f] initijs proficiscitur, quemadmodum Pythagorei voluerunt, sed a constantissimo ordine mutationum Lunæ [f] quam temporum conuenientiam retinet natura cum nostra corpora administrat. Neque obstat si non concurrunt eodem die mutationes Lunæ & morborum, satis enim est si natura in mutandis corporibus nostris septenum ordinem imitatur quem Luna seruantur in suis. Pendet enim natura nostrorum corporum tota a corporibus cœlestibus, & bona ex parte a Luna, cuius ordo causa est ordinis mutationum nostri corporis, licet non semper (vt diximus) eodem die concurrant. Sed cum cuiusque quartæ partis lunaris cursus dimidium sit quartus dies, in hoc etiam si non insignis, certe non obscura fit mutatio luminis in luna, ita ut non recte eiusmodi mutationes parui pendantur ab Arato. Quare nostra quoque corpora quartis quibusque diebus solent non obscuram mutationem præferre, & ideirco non solum septeni, sed etiam quaterni [g] in diebus crisimis numerantur, vt proxime videbimus cum ad eorum species transibimus. Ratio igitur qua crisimorum dierum vis a medicis confirmatur, ab ordine petitur mutationum lunæ, quem natura conseruat atque imitatur dum subitas mutationes cum pugna in ægrotantibus ciet, nec videtur longius posse mens humana progredi. Quicunque autem non astris dierum crisimorum vim tribuunt, sed humori [h] melancholico, nimis eo redundare videntur, longeque a vero aberrare. Neque enim semper ille putrescit vt ipsi statuunt, neque etiam si putrescat habet aliquid commune cum eiusmodi vi significandi stabilitatem, quam satis hactenus comprobauimus.

Sequuntur species crisimorum dierum quæ ternæ a medicis notantur, alios enim [i] vocant indicantes, alios indicantes, alios intercidentes: appellant iudicantes illos in quibus potissimum fiunt crises, cuiusmodi sunt septenii indicantes a quibus futuræ monstrantur: intercidentes eos in quibus crises fiunt & non sequuntur certos ac ratos circuitus, sed in medijs aliquibus diebus intercidunt, non naturaliter, sed ob externam aliquam violentiam, ita vt sint ex numero indicantium, non tamen secundum naturam, sicut illi qui simpliciter iudicantes dicuntur: sub quauis autem specie dictarum dies contineantur, appellantur crisimi: opponuntur autem alijs qui crisimi non sunt, quibus neque ostenditur futura crisis, neque etiam fit nisi raro, eaque mala aut imperfecta; primo autem & secundo [k] die non potest fieri subita mutatio cum pugna, ita vt nullo pacto iudicantes sint. Diocles [l] autem cum primo vel secundo die fieri crisim dixit, eam pro simplici solutione accepit, non pro subita mutatione cum pugna, de qua nunc agimus. Duodecimo [m] autem, 16. ac 19. die, aut non fit crisis, aut raro admodum & mala, uel imperfecta, ita ut neque hi habeantur in crisimis, sicuti neque inter 20. & 40. diem 22. 23. 25. 26. 29. 30. 31. 32. 33. 35. 38. 39. quorum nullus [n] existimatur crisimus. Sexto autem die cõplures crises fiunt, quamuis perniciosæ, ita ut ponatur in crisimis. Sextum imitantur [o] octauus, & x. quod in ipsis quoque crises prauæ fiant, sed longe minus frequenter. Vt autem reperiũtur quidam dies crisimi, quidam non crisimi, ita alij inter hos interiecti ac medii, qui nec omnino crisimi dicendi sunt, nec omnino non crisimi, quemadmodum 15. Sed [p] reuertamur ad crisimos quos distinximus in iudicantes, indicantes, & intercidentes, tractemusque vnamquanque speciem seorsum. Iudicantes igitur proprie dicuntur septeni dies, quorum primus est septimus, dein 14. & ita deinceps, adeo vt [q] septeni quilibet dies vim habeant iudicandi præsertim vsq. ad 40. post quem circuitus ordinari non amplius septeni sunt, sed ex tribus septenis constant, quemadmodum docebimus cum ad dies iudicantes enumerandos accedemus. Post septenos dies præcipuam vim habent iudicandi quaterni, quamuis hi sint indicantes, vt mox subijciemus. Habent tamen simul adiunctam vim aliquam iudicandi, veluti quartus, 11. 17. Scribit Hip-

pocrates

a Gal. 3. de dieb. decr. c. 1.
b Arist. li. 4 de Gen. an. c. 2.
c Gal. 3. de dieb. decr. c. 1.
d Gal. 3. de dieb. decr. c. 3.
e Gal. 3. de dieb. decr. c. 8.
f Gal. lib. 3. de dieb. dec. c. 2.
e Hippo. 2. aphor. 24.
h Hieronymus Fracast. in lib. de dieb. decr. c. 9.
i Gal. 1. de dieb. decr. c. 9.
k Gal. ibi.
l Gal. 2. de dieb. decr. c. 2.
m Ga. 1. de dieb. decr. c. 10.
n Gal. 1. de dieb. decr. c. 4.
o Gal. ibi.
p Gal. 1. de dieb. decr. c. 5.
q Hippo. 2. aph. 24.

A pocrates 3. libro prognosticorum [a] saluberrimos morbos 4. die finiri, & eodem tempore a ma- a Hippo. 3. progn. 2.
xime perniciosis hominem extingui: commemorat etiam 3. libro [b] de morbis vulgaribus Peri- b Hip. 3. epi. 77.
clem Abderæ liberatum fuisse 4. die: sed liberantur alij 11. alij 17. Hactenus de iudicantibus; ag
grediamur ad indicantes, quos secundæ speciei crisimorum subiecimus. Monstrãt hi quicquid
septenis diebus boni aut mali futurum est, sunt autem quaterni quibus inesse quoque aliquã
vim iudicandi monstrauimus, occurrit primo [c] quartus, deinde 11. tum 17. ac deinceps. Mon- c Hippo. 2. aph. 24.
strat igitur quicquid sequenti septeno futurum est, idque merito, quod tunc confectum fit di-
midiatum tempus totius septeni, & idcirco quod in fine ipsius futurum est, iam eluceat, vtpo-
te quod non solum inchoatum sit, sed quodammodo dimidiatum, neque enim illa quæ futura
sunt, subito existunt, sed est quasi [d] rudentis explicatio, sit traductio temporis nihil noui effi- d Cice. lib. 1. de diuin.
cientis, sed primum quidque replicantis. Non est igitur vt mirandum sit præsignificari a qua-
terno die non solum secuturam crisim septeno, sed qualis etiam debeat expectari. Index est
septimi quartus inquit [e] Hippocrates, 14. vero vndecimus, & sic deinceps. Apparent (eodem e Hippo. 2. aph. 24.
auctore) quaternis diebus signa coctionis, quæ monstrant salutem septeno secuturam: scribit
enim [f] vrinam in qua nubecula rubra 4. die innatet nunciare hominem 7. liberatum iri: in mor f Hippo. 4. aph. 71.
bis autem perniciosis pro coctione apparet prauitas, nubecula enim nigra quarto die in vrina
B innatans ostendit hominem interiturum septimo die, cuius indicem esse quartum diximus; sed
præuertit interitus, & magis accidit 6. die, qui intercidit, & similis videtur [g] sæuo tyranno: vin g Ga. 1. de dieb. decr. ca. 4.
citur enim natura tunc ab accessione, quę maior fit die pari, & homo extinguitur: sed septimus
magis repræsentat optimum Regem ac iustissimum, ita vt crises in ipso plerunq. optimæ fiãt.
Quaternis igitur diebus apparet vel coctio, vel prauitas, quæ quod deinde secuturum est bo-
num septimo die, aut malum sexto præsignificant. Apparent & quaternis diebus crisima sym-
ptomata grauia, quæ si cum coctione iungantur, bonam, si cum prauitate, malam futuram cri-
sim septenis denunciant. Apparent tandem & quaternis diebus causæ crisimæ, veluti [h] sudor, h Galen. 4. aph. cõ. 71.
aut deiectio liquida, quæ septeni similiter secuturam crisim demonstrant.

Tertia species crisimorum dierum intercidentes complectitur, quos diximus nõ ĩ indicanti
bus, sed magis in iudicantibus [i] referri, quod non raro iudicent, non tamen secundum naturã, i Galen. 3. prog. cõ. 1.
sed ob violentiam aliquam. Quamobrem intercidunt, & nõ sunt septeni, aut quaterni, nam in
ijs potissimum fiunt crises naturaliter. Vis autem illa quæ naturam cogit intempestiue, & inor
dinate mutationem aggredi, ad accessionem pertinet, quæ adeo interdum vehemens est, vt nõ
sinat naturam conseruare ordinem motus cœlestium corporum. Sed quia progrediente mor-
bo accessionum impetus paulatim [k] frangitur, post vigesimum minus intercidũt eiusmodi dies k Gal. 1. de dieb. decr. c. 10.
C quam ante, quod vis accessionis remissa minus naturam compellat ad mutationes intempesti
uas, & præter statutos atque ordinatos circuitus. Ante vigesimum vehementiores sunt acces-
siones, & idcirco interdum non permittunt naturam facere mutationem tempore præfinito.
Præter vim accessionis, causari errores [l] etiam oportet ob quos intercidentibus quoque dieb. l Gale. 1. de dieb. decr. c. 11.
crises apparent. Nam siquid erretur a medico, ab ægrotante, a ministris, aut ob res fortuitas,
nequit natura dierum ordinem conseruare, sed cogitur extra septenos & quaternos dies cri-
ses efficere, quæ enim malæ futuræ sunt, præuertunt ob errores, quæ bonæ subsequuntur, quem
admodum in superioribus quoque ostensum est. Intercidunt ergo dies ob externam violen-
tiam aliquam, siue accessionis, siue erroris, ita vt mutationes quæ ipsis accidunt, minus natura-
liter fiant. At non solum ob vim accessionum & errorum intercidunt dies, sed interdum etiam
ob virium robur aut imbecillitatem, interitus qui a die indice indicatus fuerat non fit die indi
cato, sed ob virium imbecillitatem præuertitur, ob robur subsequitur.

Imbecillæ non possunt tandiu sustinere impetum morbi: validæ, diutius renituntur. Comme
morat Hippocrates in libris de morbis vulgaribus in dieb. crisimis et intercidẽtes, in progno
sticis [m] vero & in illis sententijs quas ἀφορισμοὺς [n] appellat, tantum recenset ex iudicantibus at- m Hipp. 2. prog. 4.
que indicantibus septenos, & quaternos. Verum omissis indicantibus, iudicantes & interci-
D dentes, quamuis vtrique iudicandi vim habeant, plurimum tamen inter se distant, alijs enim n Hippo. 2. aph. 24.
plurimi & cum salute ac facilitate iudicantur: alijs multi, sed cum interitu ac grauitate sym-
ptomatum: alijs pauci, siue mutationes in ipsis fiant ad salutem, siue ad interitum, siue ad me-
liorem, siue ad deteriorem statum, ita vt plurimum inter se distent in iudicando. Optimus [o] om o Gal. 1. de dieb. decr. c. 4.
niũ septimus dierũ est, quo nõ solũ plurimæ apparent crises, sed quæ cũ facilitate terminẽtur:
deterrimus omnium [p] est sextus quo moriuntur complures, & si aliæ in eo fiunt mutationes p Gale. ibi.
(quod raro accidit) vehementer homines perturbant. Virgo illa quam Hippocrates [q] comme- q Hip. 3. epid. ægro. 12.
morat Larissæ sexto die fluxu sanguinis ex naribus liberatam, sequentibus deinde menstruis
cõfirmata fuit, recenseturque vt quoddam rarissimum. Septimi diei vim imitatur maxime de-
cimusquartus, qui est secundus [r] septenus, dein tertius septenus: imitantur & septenorum die r Hippo. 2. aph. 24.
rum vim aliquo modo etiam nonus, decimusseptimus, quintus, tertius, post hos etiam 18. Ad
sexti vero diei prauitatem nullus exquisite accedit, quanquam 8. & 10. [s] accidant etiam crises s Gale. 1. de dieb. decr. c. 5.
perniciosæ, & cum grauitate symptomatum, non ita tamen frequentes sunt (vt paulo supra
docuimus.) Hactenus species ac differentias crisimorum dierum persecuti sumus, nunc proxi-
mum est vt singulos ordine enumeremus.

Enu-

Enumerat Hippocrates primo de morb. vulg. dies crisimos separatim pares atq. impares. Commemorat pares quartum, sextum, 14.18.20.24.28.30.34.40.60.80.100.120. Impares vero 3.5.7.9.11.17.21.27. Omnes autem citra controuersiam crisimi censentur. Ambigitur tamẽ de vi maiori & minori quorundam post 14. nam ante de vi quarti, 7.11.14. conueniut inter omnes. At post 14. non satis conuenit qui debeant dici quaterni, aut septeni, duæ enim medicorum sententiæ leguutur, vna eorum qui accipiunt dies integros, altera eorum qui existimant non accipiendos integros. Archigenes,[a] & qui ipsum consectantur, dies integros accipiunt: Quamobrem post 14. diem primum quaternum recensent decimumoctauum, septenum vero vigesimumprimum, sicque deinceps dies integros numerantes commemorant in crisimis maximam vim habentibus vigesimumquintum, 28.31.35.38.42. At Hippocrates[b] quem sequutus est Diocles, & Galenus, quamuis & ipsi diem accipiant 24. horarum, non tamen ex toto[c] integros numerandos existimant, atque idcirco post 14. non recensent 18. sed 17. & ita deinceps 20. 24. 27.30.34.37.40. in quibus maiorem vim iudicandi existimant quam in ijs qui sub serie integrorum numerati fuut: quod confirmari experimento dicunt, sed rationem quoque addunt per quam conficiant 20. diem maiorem vim habere iudicandi, quam 21. & ita deinceps eos qui seriem sequuntur dierum non integrorunt. Ratio[d] igitur quam adducunt, in eo consistit quod vt nec mensis, ita nec septeni circuitus ex integris diebus constant, si quidem astrorum cursus non conficiuntur integris diebus veluti annuus cursus solis, trecẽtis sexaginta & sex integris, sed duodeuiginti horis minus, neque menstruus lunæ cursus ab vno congressu cum sole ad alterum trigiuta diebus integris, desunt enim duodecim horæ. Vnde nec septeni integris diebus continẽtur, sed tanto breuiores sunt, vt tres simul iuncti ad vigesimum diem magis quam ad vigesimumprimum pertinere videantur, id quod Galenus[e] proprie nititur demonstrare proponeudo duos menses, vnum peragrationis, alterum illustrationis, deinde fingendo vnum compositum ex vtroque. Mensem peragrationis appellat spacium id temporis quo luna totum signiferum lustrat orbem, & ad idem caput se refert: continet hoc 27. dies & 8. horas. Mensem illustrationis vocat id totum tempus quo luna collucet & apparet a sole collustrata, constat autem ex 26. diebus & duodecim horis. Hi duo menses si in vnum coeant, peruenient ad 53. dies & 20. horas, quod tempus dimidiatum continet 26. dies, horas viginti ac duas. Accipit igitur Galenus hunc mensem confectum ex dimidiato illo tempore composito, quem diuidit in quatuor partes, seu in quatuor septenos non integros, dat enim cuilibet pro tata parte dies sex, horas decem & septem cũ vna dimidiata, iungit deinde tres septenos simul, qui perueniunt ad 20. dies, & quatuor horas cum vna dimidiata, quo constituto concludit magis crisimum esse vigesimum diem quam vigesimum primum, & eodem modo decimumseptimum quã decimumoctauũ, & in vniuersum totam seriem quaternorum & septenorum dierum quæ post decimumquartum non nititur diebus integris, esse in iudicando efficaciorem altera in qua dies integri nominantur. Sed videtur hoc plerisque commentum magis quam ratio firma, veniuntque[f] cateruæ contradicentium, qui mensem illum compositum in quo fundamentum rationis ponitur, pueriliter fictum existimant. Damnant etiam quod de menstruo spacio ab vno congressu lunæ cum sole ad alterum, de diebus videlicet 29. & 12. horis exemptum sit totum ad tempus quo luna occultatur, quod triduum est, quasi tunc nullam vim habeat, cum tamen & tunc ratum & ordinatum cursum conseruet, quem etiam imitari debet natura corpus nostrum gubernans. Addunt quod maxima tunc fit mutatio lunæ, quæ si non calefacit præsentia luminis inferiora hæc, saltem refrigerat absentia, ita vt non sit paruifaciendum illud triduum quo luna delitescit, sed ipsum quoque mensi adijciendum esse videatur. Illud etiam præterea obijciunt, quod si detur etiã tres quartas partes totius lunaris cursus ac mensis confici viginti diebus & quatuor horis, & vna dimidiata, non propterea efficitur vt dies vigesimus qui totus iam transijt magis crisimus sit atque efficacior quam vigesimus primus qui agitur, & ad quem attinent quatuor illæ horæ cum vna dimidiata, quas vltra diem vigesimum numerauimus. Huius generis argumentis videtur labefactari atque euerti ratio proposita.

Probabilior videtur altera qua Galenus[g] similiter idem efficere contendit. Assumit autem crisim fieri eo die quo accessio vehementior est, progrediente vero morbo vehementiorem esse diebus paribus, ex quo concludit vigesimum diem qui par est, cum vehementiorem habeat accessionem, efficaciorem esse vigesimo primo qui impar est. A principio autem vehementior accessio fit diebus imparibus, sed processu temporis remittitur vis dierum imparium, ita vt accessio patibus vehementior adueniat. Quod si neque hæc ratio satisfaciat, in experimento acquiescere debemus, quo compertum est & ab[h] Hippocrate & à plerisque medicis vniuersam illam seriem dierum non integrorum magis crisimam esse quam alteram quæ integris diebus continetur: pauci enim ægrotantes in hac iudicantur, in illa plurimi. Iniquum autem est non agnoscere id quod sensus iudicat, si cur accidit reperire nequeamus. Fatebimur igitur festiue totam illam seriem dierum cum vigesimo congruentium, efficaciorem esse in iudicando quam alteram eorum qui respõdent vigesimo primo. Sed iam tempus est sigillatim percurrere dies omnes vsque ad quadragesimum & vniuscuiusque vim reperere: tum ostendere quibus dierũ circuitibus fiant crises post quadragesimum. Ergo primus & secundus dies de crisimis indicãtibus

[a] Gal. lib. 1 de dieb. decret. c. 10
[b] Gal. 2. de dieb. decr. c. 4.
[c] Gal. 3. de dieb. decr. c. 9.
[d] Gal. 3. de dieb. decr. c. 9.
[e] Gal. ibid.
[f] Conciliator diff. 104
[g] Gal. li. 3. de diebus decr. c. 6.
[h] Gal 2. de dieb. decr. c. 3.

A tibus excipiuntur, cum non possit his accidere subita mutatio cum pugna, quamobrem diariæ
ᵃ febris quæ primo aut secundo die finitur, non dicitur crisis, sed solutio simpliciter. At neque a Gal. 1. de
indicant, neque intercidunt. Tertius in intercidentibus numeratur. Quartus proprie indicat, dieb. decr.
sed indicat, tanquam intercidens. Quintus & sextus sunt è numero intercidentium. Octauus c 9.
& decimus, ex ijs qui raro & male iudicant. Nonus intercidit. Vndecimus indicat, duodeci-
mus, sicut & decimussextus, à crisimis ex toto excluduntur. decimustertius medius est inter
crisimos & non crisimos: decimusquartus est ex maxime iudicantibus: decimusquintus, deci-
musoctauus, decimusnonus intercidunt: decimusseptimus indicat, vigesimus autem post
decimumquartum maximam omnium iudicandi vim habet: Quāquam a Diocle (vt supra ostē
sum est) hęc vis tribuitur magis vigesimoprimo quam vigesimo: sed experimento comprobarū
esse diximus totam illam seriem dierum respondentium vigesimo diei, efficaciorem esse in iu-
dicādo. Post vigesimum ergo vigesimusquartus ᵇ indicat, vigesimusseptimus iudicat: rursus tri b Gal. li. 1.
gesimus indicat, trigesimusquartus indicat: & tandem trigesimusseptimus indicat, sed iudicat de dieb. de-
quadragesimus: at trigesimusoptimus & 37. aut excluduntur omnino à crisimis, aut medij sunt cre. c. 10.
inter crisimos & non crisimos. Reliqui omnes dies inter 20. & 40. habentur in nō crisimis: sunt
autem duodecim videlicet 22. 23. 25. 26. 29. 30. 32. 33. 35. 36. 38. & 39. Post quadragesimū vero
ᶜ diem (qui efficax est in indicando) vt remittitur impetus crisis, ita & vis crisimorum dierum:
B magnæ, enim ac valde subitæ perturbationes fiūt vsq. ad 20. aut 24. diē, inde vsq. ad 40. minus c Gal. ibid.
magnæ, sed postea longe minores. Remittitur ergo (vt diximus) & impetus crisis, & vis dierū.
Sunt qui numerent in crisimis 42. 45. 48. & quosdam alios, sed Hipp.ᵈ neglectis cæteris omnib. d Gal. ibi.
magnifacit circuitus constantes ex tribus septenis, hoc est ex 20. diebus, quamobrem comme
morat 60. 80. 100. centesimum & vigesimum: vltra hunc terminum scribit morbos alijs septem e Hippo 3.
annis, alijs 14. finiri, & pueris ᵉ quidem cum pubescunt, puellis cum fluere menstrua incipiunt. aph. 28.
Sed quot sunt species crisimorum dierum & quam vim singuli habeant, satis explicatum arbi
tror, sicut & id totum quod ad crisium tractationem pertinere visum est. Referuntur autem cri
ses (vt diximus) ad res præcognoscendas, dies crisimi ad res per quas præcognoscimus, quas
vna cum pręcognitionis ratione abunde in vniuersum persequuti sumus. Superest nunc ad spe
cies rerum præcognoscendarum pergamus: sed quoniam magnitudo huius libri longius pro-
cessit, differentur ad ea quæ proxime sequuntur.

VIDI VIDII

C

DE CVRATIONE GENERATIM,

Partis Primę Liber Decimus:

Qui est de Prædictione futuri euentus.

Ex quibus intelligatur vis naturæ & morbi exitum futurum denuncians. *Cap. I.*

D



HOmo per rationem cuius est particeps, principia & causas rerum præuidet, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorat: præsentibus enim adiungit futura, prospiciensque cursum totum earum rerum quas tractat, pręparat quæcunque ad eas necessaria sunt, quemadmodum Imperator cum bellum gerit, quæ ad euitandas insidias: gubernator dum nauis in alto fluitat, quæ ad subueniendum turbulentis tempestatibus, ac procellis: Medicus quæ vel ad sanandos ægrotantes, vel vbi salus desperetur, ad fugiendam calumniam. Vtitur autem medicus maxime præuidentia, per quam quod futurum est præuidet antequam factum sit, præsagit enim & quem exitum habiturus sit morbus, & quo tempore, qua via, quo modo: id quod cum superiori libro generatim fuerit pertractatum, speciatim nunc exponendum, est. Agemus ante de exitu seu de euentu morbi, deinde ad eius differentias proficiscemur. Euentus igitur morbis quinque accidere posse ᶠ ostendimus; cum uel perseuerent in eodem statu, vel commutentur in meliorem, vel in deteriorem, vel salute, vel interitu terminentur. Quic-

f Supra li. 9 c. a.

quid

quid autem futurum est, sub sensum minime cadit, quamobrem necesse est (vt in superioribus E
a Sup. lib. 9. c. 3. diximus)[a] mente comprehendatur, & ex argumentis, quæ non possunt sumi ab effectis, cum nondum sint, & magis nos lateant quam ipsæ res quarum debent esse effecta: non a iuuantibus aut nocentibus, cum nihil prodesse queat aut obesse ei quod nondum est. Superest igitur vt euentus futurus colligatur ex solis causis, quas diximus[b] esse naturam & morbum inter se
b Sup. ibi. c Gal. li. de constit. artme. c. 18. & li. 4. de pl. pulsc. c. 11. pugnantes. Æstimatur enim vis vtriusque, atque ex ea[c] collatione intelligitur vtrius futura sit victoria, & idcirco qui nam exitus sit expectandus, nam vbi natura videatur esse validior morbo, si quidem multo, expectabitur salus, si paulo, commutatio in meliorem statum. Vbi morbus appareat validior quam natura, si multo, exitium, si parum, deteriorem statum timebimus. Vbi pares se ostendant vtriusque vires, credendum erit morbum in eodem statu perseueraturum. Præsagitur ergo futurus exitus ex causis[d] præsentibus, hoc est ex[e] viribus naturæ & mor
d Hipp. 1. prog. 3. e Gal. li. de constit. art. c. 18. bi inter se collatis, quæ cum sensum lateant, debent rursus mente comprehendi, quod qua ratione fiat, docebimus si illud ante explicauerimus quod vbi naturam cum morbo comparamus, eum ea iungimus auxilia artis, sicuti cum morbo causas ipsius & symptomata: perpendimus autem vtræ vires sint maiores, naturæ ne coniunctæ cum auxilijs artis, an morbi cum causis & symptomatibus copulati. Sed accedamus ad locos, ex quibus hæc colliguntur.

f Hip. 3. 1. epid. 1. Commemorat Hippocrates & in fine libri de humoribus, & primo de morbis[f] vulgaribus F
naturam communem & propriam, ægrotantem, oblata, offerentem, statum cœli communem & proprium, consuetudinem, genus vitæ, ætatem, sermonem, silentium, imagines, somnum, vigiliam, insomnia, pruritum, lachrymas, accessiones, & deiectiones, vrinam, sputum, mutationes ex quibus in quas, frigus, tussim, sternutamentum, singultum, ructum, flatum, crepitum, sangui-
g Galen. in com. eius particulæ. nis fluxum, venas in ano sanguinem fundentes, ex quibus omnibus (vt Galeno[g] placet) colligi voluit exitum futurum, quem monstrant quatenus significant naturæ vires validiores aut imbecilliores viribus morbi. Sed cum tam multa sint illa atque inordinate relata, necesse est in ordinem adducantur, reducanturque ad methodum in hunc modum. Cum vires naturæ quas conferre cum viribus morbi oportet, sensum lateant, & idcirco mente inuestigandæ sint, & ex signis colligendæ, loci vnde signa sumuntur, sunt primo causæ, tum quæ prosunt aut obsunt, & tandem effecta, ex quibus suppeditantur signa significantia quam magnæ sint naturæ vires. Ea autem quæ narrauimus ab Hippocrate proposita omnia, sub aliquo ex his locis comprehenduntur. Comprehenditur sub causis natura communis & propria, status item cæli communes totius anni, & proprius illius temporis quo homo ægrotat, ætas, consuetudo, genus vitæ. Comprehenduntur sub ijs quæ prosunt aut obsunt, ea quæ offeruntur, & medici seu ministri offerentes. Complura autem ex illis symptomata sunt, quæ subijciuntur sub triplici genere effectorum. Quid, quod quæcunque ab Hippocrate scripta leguntur in prognosticis, in prædi- G
ctionibus, in Aphorismis, in libris de morbis vulgaribus, aut referuntur ad symptomata, quod plerisque vsu venit, aut ad causas, aut ad ea quæ prosunt aut obsunt, quæ omnia significant naturæ vires validiores aut imbecilliores, & propterea futurum euentum.

At non satis est tenere locos signorum, nisi teneamus rationem vtendi, quam Hippocrates
h Hipp. ac Galen. 2. 6. epid. tex. & com. 43. i Hip. ibid. [h] sexto lib. de morb. vulg. οἰκονομίαν appellat, sicuti non satis est vestes, seruos, iumenta possidere nisi peritiam habeamus modi quo illis vtendum est, quem docere non aliud est quam οἰκονομίαν instituere, ad quam nunc aggredimur. In discernendis viribus naturæ ac morbi, ita excitatam animaduersionem ac diligentiam oportet vt nequid temere, nequid fortuito, nequid inconsiderate, nequid neglienter iudicetur, sed (quemadmodum Hippocrates[i] præcepit) nihil prætereatur eorum quæ ad ægrotantem pertinebunt, nam & quæ parua videntur, sæpe sunt magni momenti, & ex multis paruis colligitur aliquando quod maximum est: nam quæ singula nos non mouent necessario, vniuersa tamen atque connexa inter se mouere debent, & pro coniectura scientiam certam afferre. Quamuis autem diligenter considerati, non tamen æque omnia magnifieri debent, sunt enim gradus signorum, & quæ plus valent, non tantum numero sed etiam magnitudine ac dignitate iudicanda sunt: aliquando enim vnum ita summum est, vt cætera ex altera parte collocata vix minimi momenti instar habeãtur. Pertinet ergo ad vi- H
res naturæ æstimandas in promptu habere quantum quæque alijs antecedant. Nunquam tamen vno solo signo freti prædicemus futurum euentum, sed omnia (vt diximus) intuiti. Antecedunt autem quæ plura numero sunt, quæ maiora, quæ dignora. Numerus facile colligitur, neque enim difficile est enumerare signa quæ naturæ vim, & quæ imbecillitatem denunciant, intuerique hæc ne plura sint, an illa. Magnitudo vniuscuiusque signi percipitur cum refertur ad alia eiusdem generis, & magnitudo causarum ad causas, iuuantium & lædentium ad ea quæ prosunt aut obsunt: effectorum ad alia effecta similiter eiusdem generis. Proprie autem ef
k Hippo. 1. de officina medic. 1. & Hippoc. ac Gal. 1. prog. 5. fectorum magnitudo consistit in similitudine & dissimilitudine, [k] maximam fidem faciunt roboris naturæ quæ simillima videntur, imbecillitatis, quæ dissimillima ijs quæ naturaliter solent apparere, vel in eodem homine, vel in altero, vbi ille qui ægrotat ignotus sit. Quæ ergo simillima sunt, vires naturæ validas significant, & ideo optima existimantur, quæ dissimillima sunt, easdem imbecillas notant cum viribus morbi comparatas, & idcirco deterrima censentur. Dignitas refertur ad vitam: signa quæ ipsam vel vegetam, vel languidam, ac pene enectam de-

mon-

A monstrant, dignissima omniū iudicātur. Continetur [a] vita calore quem potissimum conseruat perspiratus, [b] hūc maxime præbet vitalis [c] facultas quæ habitat in corde, proptere a signa quę vitalem facultatem aut validam, aut imbecillam denunciant, cæteris dignitate antecedūt. At nequit vitalis facultas suum munus exequi & præbere perspiratum calori, nisi concurrat animalis [d] per quam musculi thoracem dilatantes ac contrahentes & frigidum aerem attrahunt, & calidam fuliginem expellunt. Eiusmodi opus aliud est quam respiratio, quæ quāuis ab [e] animali facultate proficiscatur, vitali tamen inseruit. [f] At calor quo continen vitam diximus, deficeret si etiam alimentum sine quo euolaret, ac minime retineretur, & cum eo vita discederet. Quamobrem ad vitalem facultatem tuēdam necessaria quoque est naturalis, cuius munus est alere. Illa ergo signa quæ proxime denunciant robur vel imbecillitatem facultatis vitalis, dignissima [h] omnium existimantur, sequuntur deinde quæ animalem & naturalem aut bene valere, aut imbecillam esse ostendunt. Hæc si inter se comparentur, non satis cōstat vtra digniora sint, illud tamen constat, quod vbi animalis nō fungitur suo munere neq; thoracem mouet, homo fere statim decedit, quod non æque cito accidit vbi naturalis lædatur, quanquam robur naturalis facultatis magis necessarium est quam animalis, & præsertim in morbis qui [i] oriuntur ab humoribus quos concoqui oportet, atque expelli, id quod non fit sine robore naturalis.

B At robur animalis non ita requiritur, quandoquidem & cum imbecilla est, potest thorace mouere quantum satis est ad vitam retinendam: vniuersa enim eo se confert, & id solum contēdit vt maxime necessarium. In malis igitur signis digniora sunt, hoc est maioris momenti, quæ mōstrant animalem facultatem valde languidam, in bonis quæ naturalem valde robustam. Sed satis iam explicasse arbitror numerum, magnitudinem, ac dignitatem signorum.

Quæcunq; autem apparent, siue bona siue mala, quocunque loco ac tempore existimari talia debent cum [k] secundum rationem eueniunt, mala enim quæ præter rationem accidunt, veluti apparentibus signis coctionis, non timenda sunt, nec fidendum iis quæ bona se ostēdūt cum præter rationem fiunt, veluti cum pro coctione superuenit prauitas eorum quæ detrudun tur. Bona igitur tunc talia æstimanda sunt, cum secundum rationem eueniunt, neque satis est si semel aut bis eluceant, sed debent [l] perseuerare, alioquin non sunt cēsenda bona, veluti signa coctionis cum modo manifesta appareant, modo obscurentur. Qualiacunque item sint, siue bona siue mala, siue similia, siue dissimilia, tunc significant naturæ vim cum non [m] proficiscuntur a causa aliqua externa, sed emanant a corpore bene vel male affecto; quæ enim a [illegible] proficiscuntur, vt ab aere, á cibo, á potu, á medicamentis, ab exercitatione, causam demōstrāt á qua proficiscuntur, neq; significant naturæ robur, aut imbecillitatem, sicut illa quæ emanant

C á corpore bene vel male affecto: præsentia autem bonorum cum malorum absentia validam naturam denunciat, quæ contra imbecilla ostenditur vbi mala adsint, bona desiderentur. Hactenus in vniuersum de locis vnde sumuntur signa demonstrantia vires naturæ; pergamus nūc sigillatim ad vnumquodque, illud ante monentes quod natura cum sit inimica morbo cū quo congredi, & quasi luctari debet, tunc existimabitur valida, cum videbitur validior morbo, [n] & imbecilla cum imbecillior; quæcunque autem signa notant naturam validam monstrant morbum imbecillum: quæ cunque item indicant naturam imbecillam, indicant morbum validum, cum ea scilicet collatum. Eadem ratio est eorum quæ morbum validum aut imbecillū notant, monstrant enim naturam cui comparatur contrario modo affectam esse. Quo fit, vt in perpendendis signis denunciantibus robur aut imbecillitatem sufficiat ea æstimare quæ ad alterutrum pertinent: nam si perspiciatur robur aut imbecillitas vnius, perspicietur contrarium in altero. Nos igitur cum signa depromemus ex locis propositis, contenti erimus illis quæ naturæ vires demonstrant: quibus cognitis, continuo nobis quam magnæ sint morbi vires patefient: sumemus autem initum a causis.

De causa proxima monstrante robur & imbecillitatem naturæ. *Cap. II.*

D Roboris vel imbecillitatis naturæ vna est causa proxima ad quam cæteræ omnes referuntur vt ad eam quæ conficientiam in se totam cohibet, est autem hæc roboris quidem, sanitas, imbecillitatis vero, morbus: cum homo sanus est, bene valet facultas, hoc est natura ipsa quæ continetur sanitate, & constitutione corporis idonea [o] ad consueta munera exequenda: cum ægrotat eadem facultas seu natura languet, vtpote quæ obruatur morbo, & non sustineatur amplius sanitate atq; idonea cōstitutione ad eadem munera obeunda. Afferendum est igitur naturæ robur á sanitate, imbecillitatem á morbo tanquam á proxima causa oriri. Vt autem late patet robur & imbecillitas, ita sanitas & morbus, hoc est bona & mala corporis cōstitutio: quæ bona est, vires naturæ validas reddit, quæ optima, validissimas: contra quæ mala est, easdem efficit infirmas, quę deterrima infirmissimas: ex bona ergo & mala cōstitutione corporis naturę vires quasi effectū ex causa prima videntur esse æstimandæ. spectat bonitas constitutionis tam ad partes simplices quā ad multiformes: amant vtraque cōmuniter vnitatem, proprie autem [p] simplices tēperatione mode-

a Arist. lib. de respir. c. 4.
b Gale. 5. 6. epi. com. 1.
c Gal. 4. de diff. pul. c. 2.
d Gal. li. de format. foetus in utero c. 5.
e Gal. li. de pul. vsu c. 6.
f Gal. li. de pulsuū vsu c. 3.
g Galc. 1. de tu. val. c. 3.
h Gal. li. de constit. artis med. ca. 16.
i Gale. 11. meth. c. 9.
k Hippo. 2. aph. 27.
l Hippoc. 2. prog. 16.
m Hipp. & Galen. li. 1. progn. 11.
n Gal. lib. de const. artis c. 18.
o Galen. de constit. artis c. 10.
p Gal. 1. de tu. val. c. 6.

moderatam,multiformes figuram,superficiem,caua, magnitudinem , numerum , situm qualia E
conueniunt. Si quis autem obiiciat naturæ robur oriri a temperatione [b] duntaxat partiū sim
plicium moderata, sicut imbecillitatem ab immoderata , & facultatem in sola temperatione
consistere,nihil officiet aut obstabit etiamsi id vltro cōfiteamur,neque vllo modo inficiamur,
cum constet eiusmodi temperationem non tantum insitam esse simplicibus partibus , sed etiā
influere in ipsas,quod fieri non posset,nisi seruaretur vnitas,figura,superficies, magnitudo,nu
merus,situs secundum naturam:nam vbi lædantur,nō poterit sanguis aut spiritus æque in eas
influere,aut simulatque influxerit statim effluet,quo fiet vt non moderetur amplius tempera-
tionem insitam, vtrunque enim manifeste accidet si soluatur vnitas : nam nec influet spiritus
aut sanguis,nec retinebitur cum influxerit:si figura deprauetur,astringentur canales,intercłu
detur aditus spiritui ac sanguini:superficies vero vbi asperior fiet, nimis retinebit quod exire
debet,vbi leuior,effluere finet ea quæ præstat retineri: caua si nimis aperiantur,effluere sinent
quod retinendum est,si nimis claudantur,non sinent influere aut effluere quod necesse est:ma
gnitudo & numerus,si nimium augeantur,canales interdum compriment, neque sinent quod
necessarium est influere,si imminuantur temperationem mutabunt , quoniam vt copia carnis
substantiam auget calidi innati,ita inopia eandem imminuit: situs denique vbi mutatur tem-
perationem & ipse mutat,cum aditum prohibeat sanguini & spiritui:quare vnitas, figura, su- F
perficies,caua,magnitudo,numerus,situs,vbi secundum naturam seruentur,robur,vbi a natu-
rali statu recedant,imbecillitatem naturæ efficiūt. Plenitudo autem & inanitas eatenus ad ro
bur & imbecillitatem naturæ pertinent,quatenus spectant ad temperationem quę moderate
influētem spiritū & sanguinem postulat: sed cum robur adsit dum homo fungi potest actioni-
bus solitis,imbecillitas dum non potest, cumque (vt ante ostendimus) vtrunque non angu-
stiis teneatur,sed latius pateat ac diffundat perinde ac sanitas & morbus in quibus consistit,
tribuemus merito robur sanitati tanquam proximæ causæ,imbecillitatem morbo: maius vero
robur,meliori sanitati,minus,deteriori,sicut & maiorem imbecillitatem,grauiori morbo , mi-
norem,leuiori, & inde tanquam ex causa proxima non solum robur & imbecillitatem simpli-
citer,sed motum etiam vtriusq; colligemus.At melior & deterior sanitas, grauior & deterior
morbus,necesse est referatur ad varias species,& differentias, a quibus discrimen emanat, ma
ioris & minoris roboris atque imbecillitatis.Intueamur primo quæ species magis quam aliæ
hæc efficiant maiora aut minora:sanitas partium simplicium magis ad robur conducit , quam
aliæ species,siue sint propriæ multiformium,siue communes vtrarumque,quandoquidem hæ [b]
referuntur ad illam,hoc est ad temperationem moderatam:eadem ratio est morborum, quo- G
rum species illæ quæ propriæ sunt partium simplicium,magis naturam labefactant quam aliæ
quę vel propriæ sunt multiformium,vel communes vtrarumque,nā hæ similiter referuntur ad
alias,ex quo perspicuum est temperationem moderatam ad robur magis conducere quā vni-
tatem,vel bonam constitutionem partium multiformium:ad imbecillitatem vero plus valere
temperationem immoderatam,quam solutionem continui,aut vitium figuræ, superficiei , ca-
uorum,magnitudinis,numeri,situs. Inter species autem temperationis, constat alias aliis ma-
gis rursus ad robur vel imbecillitatem conducere;illa enim qua sanitas & viriū robur contine
tur,quamuis vna tantū esse videatur,moderata videlicet,multiplex tamen est, vt in libris [c] etiā
de tuenda valetudine docuimus,siquidem etiam quæ immoderata est ob excessum,caloris,fri
goris,aut siccitatis,potest etiam intra fines sanitatis consistere,dummodo solita munera exer-
ceantur. Moderatio igitur temperationis exquisita summi roboris causa statuatur . Aliæ spe-
cies quæ minus moderatæ sunt,detrahunt de robore,non tamen æqualiter , quod calor & hu-
mor [d] maxime aptetur naturæ omnium viuentium, præsertim hominis,quamobrem vbi exce-
dant,minus impediunt munera consueta,minusq; officiunt robori facultatis,præcipue natura
lis,qua valida egemus,quam si excedat frigus & siccitas,quæ maxime aduersatur vitæ . Eadē H
est ratio morborum qui ad immoderatam temperationem [e] referuntur:immoderatio enim ca
loris & humoris minus imbecillitatem affert quam frigoris & siccitatis, quæ sunt inimicissima
vitæ;morbus tota substantia inimicus,summam naturæ imbecillitatem & efficit, & denūciat,
præsertim vbi eius species magis perniciosa sit,qualis est quæ à veneno proficiscitur.Apparet
igitur quo pacto species sanitatis maius vel minus naturæ robur , species morbi maiorem vel
minorem imbecillitatem efficiant,& idcirco etiam demonstrent.

Pergamus ad differentias,quarum aliæ alijs longe maius idem efficiunt ac demonstrant: su
muntur hæ (vt in superioribus monstratum est , cum ageremus de morborum differentiis) à
corpore subiecto , a modo quo corpus formam accipit , ab iis quæ formam illam consequun-
tur, a causis quæ illam effecerunt,ab effectis quæ ab eadem proficiscuntur; comperiuntur au-
tem non solum in morbis,sed etiam in sanitate,quanquam in illis euidentius se ostēdunt: scru
temur eas primum in sanitate , in subiecto igitur hoc est in corpore sano , maxime attenditur
ætas & sexus : sanitas ab ineunte ætate ad firmam & constantem , maius naturæ robur affert
quam postea ; senes enim minus validi sunt : quod spectat ad sexum , validiores sunt mares
quam [f] fœminæ:ex his minus validæ censentur quæ vtero gerunt,quod minus resistant causis
morbum facientibus . De modo quo sanitatis forma accepta est in subiecto,intueri maxime
oportet

a Gal. li. 3. meth. c. 3.

b Paulo superius in hoc eod. c.

c Vidus li. 1. de tu. ua. gen. c. 7.

d Gal. 2. de tempe. c. 1. & Arist. de lōgitudine & breuitate vitæ c. 2.

e Supra lib. 4. c. 1.

f Gal. l. 3. de caus. puls. c. 2.

A oportet an perfecte vel imperfecte, an æqualiter vel inæqualiter accepta sit: quę perfecte accepta est & iam confirmata, vires magis auget quam quæ imperfecte, sicuti quæ æqualiter magis quam quæ inæqualiter: consequentia formam in subiecto posuimus magnitudinem, numerũ, locum, motum, tempus: quod ad magnitudinem attinet, sanitas quo propius ad exquisitam moderationem accedit, eo maior est, & maius reddit naturæ robur, quo magis distat, eo illud efficit minus: de numero scire licet quo plures simul iunguntur species sanitatis, vt propria simplicium, proprium multiformium, communis vtrarumque, eo magis perficiunt naturæ robur, quo pauciores fuerint, eo minus. A loco depromuntur differẽtiæ, quod vel inest sanitas in vniuerso corpore, vel in partibus aliquibus, & ita æqualis est vel inæqualis: æqualẽ iam diximus magis valere ad naturæ robur, inæqualis distinguitur; nam vel ad plures locos, hoc est ad plures partes attinet, vel ad pauciores, præterea maius vel minus spatium occupat earum partiũ in quibus versatur: quæ ad plures attinet & maius spatium occupat, validius efficit naturæ robur, quam contraria, vbi sanitas non occupet totum corpus, partes in quibus resider varię possunt esse, vt superiores, anteriores, posteriores, dextræ, sinistræ, externæ, internæ: quæcunq; autem fuerint, quo nobiliores & præstantiores sunt, eo magis retinent naturæ robur, quo ignobiliores & minoris momenti eo minus: motus sanitatis maxime animaduertitur in assiduitate & B intermissione, constantia & inconstantia; quæ assidua est & constans, magis confirmat naturæ robur quam quæ intermittit & inconstans est. A tempore suppetuntur nobis differentiæ sanitatis vetustę vel recentis: vetusta confirmata, iam perfecta est, recens non confirmata: at confirmata iam perfecta est, non confirmata imperfecta: de quibus paulo [a] ante locuti sumus cum ageremus de differentiis sanitatis ductis à forma perfecte vel imperfecte accepta: depromuntur differẽtię sanitatis etiam a causis tam externis, vt a temporibus anni, quam internis, vt à succis, quę ad temperationem rediguntur, & eatenus efficiunt naturę robur atque imbecillitatem, vt in sequentibus ostendemus, cum causas remotas roboris atque imbecillitatis tractabimus: differentię restant quę ab effectis sanitatis ducuntur, hæ nõ efficiunt nisi quatenus conseruant naturę robur, sed tantum ipsum demonstrant, de quibus agemus cum effecta persequemur ipsius robur & imbecillitatem indicantia.

a Supra in hoc cap.

Nunc tempus est ad morbi differentias pergere. Vt autem ab illo simpliciter debilitatur natura, ita ab his magis aut minus debilis efficitur, videtur autem multo plus valere ad imbecillitatem afferendam morbi differentia quam species: specta singulas species immoderatę temperationis, specta solutionẽ vnitatis, specta vitia figurę, superficiei, cauorum, magnitudinis, numeri, situs, nullam omnino inuenies quę adeo hominem debilitet vt non possit euadere, & natura ex toto superetur, imo à quauis morbi specie posse liberari comperies, modo nõ accedat C differentia ob quam naturę vires conuellat & mortifera efficiatur: intueamur igitur ex morborum differentiis quę magis aut minus vires conuellant. Occurrunt primo nobis illę quę depromuntur à subiecto, hoc est à corpore ęgrotante, cuius eadem ratio est quam proxime enarrauimus in differentiis sanitatis, quę enim cum sanitate efficiunt robur magis validum, vt ętas firma, sexus virilis, cum morbo idem reddent minus imbecillum; quę rursus cum sanitate robur imminuunt, vt senectus, vt sexus muliebris, cum morbo reddunt imbecillitatem maiorem: proprie autem vtero gerentes si morbo acuto laborent, periculum est [b] ne faciant abortum ac moriantur, necessaria enim sunt remedia, vt sanguinis missio, purgatio, inedia, quę alimẽtũ nimis minuunt, & nexum [c] fœtus cum vtero dissoluũt, ita vt debilitetur vel intereat fœtus, & idcirco mulieris vires multo imbecilliores fiant quam si non esset pręgnans, imo non raro decedere mulier cogitur: pertinent etiam ad subiectum differentiæ morborum congruentiũ & nõ congruentium, dicũtur congruere [d] qui similes sunt temperamento, ætati, ac victui: non congruere, qui dissimiles, hi grauiores sunt & naturã magis infirmant, illi leuiores, adeo vt minus ipsam debilitent: sed persequamur iam eas differẽtias quæ nobis suppetũt ex modo, quo morbi forma accepta est in subiecto, hoc est in corpore ægrotante, seu perfecte, seu imperfecte, seu D æqualiter, seu inæqualiter, seu per se, seu per aliud interiectũ; tum seu primario, seu secũdario, seu per essentiã, seu per cõsensum. Morbus perfecte acceptus quẽ Græci καθέξιν dicunt, magis [e] vires naturæ frangit quã qui adhuc imperfectus est, Græci vocant καταχίον. Æquali morbo magis resistit natura, ab inæquali magis prosternitur quod fit per se vel per aliud interiectũ, quod primarius vel secundarius, quod per essentiam vel per consensum non magis aut minus perfringitur naturæ robur nisi iungatur cum aliis differentiis ipsum prosternentibus: sequuntur nunc differentiæ quæ fluunt à consequentibus formam in subiecto, vt à magnitudine, numero, loco, motu, tempore. Magnitudo igitur morbi proprie ad essentiam refertur, [g] quæ magna est vel parua vbi comparatur cum aliis eiusdem generis: ille autem dicitur morbus magnus vel paruus, qui magnam vel paruam habet essentiam: qui magnus est, maiorẽ affert [h] imbecillitatem, qui paruus minorem. Ad numerum spectant illæ differẽtiæ quod alii morbi simplices [i] sunt, alii multiplices: minus officiunt naturæ qui simplices sunt, quã qui multiplices: ex his autem minus qui tantum compositi, quam qui etiam confusi. A loco depromuntur differẽtiæ cõplures, vt quod alii morbi cõmunes sint quibus implicatur corpus vniuersum, alii proprii quibus tenetur aliqua pars. constat autem à cõmunibus [k] magis debilitari naturã quã a propriis.

b Hippo. 5. aph. 30.
c Hippo. ac Gal. 4. aph. 1. & 5. aph. 31.
d Gal. cum Hipp. 2. li. aph. 34.
e Hippo. & Gal. 2. aph. 34.
f Galen 4. meth. c. 6.
g Hippo & Gal. 4. aph. 43.
h Galen. 1. crif. c. 11.
i Gal. 4. de præſ. pul. 12
k Gal. ibid.

Ex his rursus qui maius spatium occupant, magis naturam labefactant quam qui minus, simili E
rer qui præstantiorem partem quam qui minus præstantem: quæcunque illa sit, superior, infe-
rior, dextra, sinistra, prior, postetior, externa, interna: metimur autem præstantiam partis mu-
neris dignitate atque excellentia. In motu spectatur qualitas & modus, qualitati subijcitur
celeritas, & rarditas, celeres morbi cum citius recedant minus natutam affligunt quam tardi
qui diutius manent: si quando autem celer morbus vires magis prosternere videatur, id non
celeritati tribuendum est: sed magnitudini cum qua copulatur. Modus vero ipsius motus est
varius, primo enim aut morbi circuitibus carent, aut ijsdem distinguuntur, sed non magis hi
quam illi naturam labefactant: ptoptie autem ex his qui circuitibus distinguuutur, alij ordi-
nari sunt, alij inordinati: tum alij assidui, alij intermittentes. alij item constantes alij inconstan
tes: qui ordinati sunt, qui intermittunt, qui sibi constant, minus naturæ vires labefactant quã [a]
contratij. A tempore sumuntur differentiæ quod alij morbi tecentes sunt, alij vetusti: minus
fere perfringunt natutæ robur recentes quam vetusti, in quibus vites à diuturnitate morbi,
ab inedia, a missione sanguinis & cæteris remedijs pene exhautiuntur; interdum tamen, sed ra
ro accidit vt morbi recentes naturam magis prosternant quam qui iam inueterauerunt: spe-
ctant etiam ad tempus differentiæ illæ morbotum, quod alij diurni sunt, alij nocturni, grauio-
res autem censentur diurni, quod [b] noctu quo tempore dormiendum esset, necesse sit reme-
dia adhibere, ita vt vites magis conuellant quam nocturni: referuntur denique ad tempus qua F
tuor ætates & totius morbi & cuiusuis circuitus, ut principium, incrementum, vigot, remissio:
circa principia & fines inquit [c] Hippocrates omnia imbecilliota, in vigore omnia validiora:
tunc igitur par est maxime prosterni naturæ vires cum morbus [d] maxime viget. Restanr dif-
ferentiæ quæ sumuntur à causis & ab effectis: pertinent autem ad indicia roboris & imbecilli-
tatis naturæ sumpta à causis & ab effectis, de quibus paulo post agemus, nunc autem quod at-
tiner ad causas externas, differunt morbi quod alij verni sunt, alij æstiui, alij autumnales, alij
hyemales. Illi autem maxime debilirant vires qui fiunr detettimo tempore, vt autumno: illi [e]
minimum qui saluberrimo, quale vernum est: quod vero alij communes à communi causa, alij
proprij à propria dicantur, nihil ad rem petrinet, neqne enim hi aur illi magis vel minus natu
ram debilitant, quanquam ex communibus pestilentes qui ab aere [f] pestifero oriuntur, longe
magis quam alij vires naturæ prosternunt. A causis internis fluunt differentiæ complures, nã
alij morbi sunt cum materia, alij sine materia, quemadmodum immoderatæ temperationes.
Vidētur autem magis natutam affligere illi qui sunt sine materia, cum insederint in partibus
solidis, quam qui sunr cum materia & proxime versantur in succis: differunt hi pro materiæ
specie, mistura, qualitate, motu, exitu: pro specie quidem, primum quod alij sanguinei sunt, alij
pituitosi, alij biliosi, alij melancholici: naturam maxime affligunr melancholici, minimum san G
guinei, his interiecti sunt & tanquam medij pituitosi ac biliosi, quanquam deteriores sunt qui
à flaua bile quam qui à pituita oriuntur: quicunque autem sit succus, potest & syncerus esse,
vnde dicitur morbus exquisitus, & mistus cum alijs succis, siue vno, siue pluribus vnde vocatur
spurius: magis naturæ vires conuellit morbus exquisitus, quod syncerus [g] succus à quo oritur
deteriot sit quam mistus, tamen vbi deteriores misceantur cum minus malis, ea mistura dete-
riorem facit morbum, & vires magis labefactat; sed hoc ad succi qualitatem refertur, quæ vbi
praua sit, perniciosos morbos affert, vnde sequitur defectio virium, quod non euenit vbi qua-
litas non est praua. At pertinet ad qualitatem succorum coctio quoque & cruditas; qui cocti
sunt, non ita viribus officiunr, nam coctio (auctore Hippoctate) celeritatem & salutem signi-
ficar, cruditas [h] longitudinem, ita vt minus tuta sit: spectat & ad qualitatem contages, quæ de
teriores morbos efficit propter putredinem, & idcirco vires magis labefactat quam si non pos
set morbus contage alios afficere. Ad motum materiæ illæ differentiæ attinent, quod alij mor-
bi turgent, alij non turgent: turgentes ob agitationem illam debilitant [i] naturam magis quã
non turgentes, nisi vbi insedetint hi in parribus præcipuis Exitu & retentione materiæ diffe-
runt morbi, quod alij sunt aridi, alij humidi: aridi in quibus retinetur superans materia, magis
naturam labefactant quam humidi, in quibus assidue exiens minuitur. Postremo differunt mor H
bi effectis, hoc est, symptomatibus ob quotum grauitatem vel leuitatem, alij perniciosi existi-
mantur, [k] alij salubres: natura ualde prosternitur à perniciosis, parum a salubtibus. Hactenus
de causa proxima, vt de sanitate & morbo, & de differentijs utriusque, a quibus ut efficitur, ita
etiam monstratur naturæ robur, atque etiam imbecillitas: pergamus ad remotas.

a Hippo. & Gal 3. aph. 8.
b Gal. 3. 1. epid. cõ. 6.
c Hippo. 2. aph. 3.
d Hippo. 1. aphor. 7. & Gal. in cõmento.
e Hippo. 3. aph. 9.
f Gal. 1. epid. com. 1.
g Galen. 2. prog. com. 38.
h Hipp. 2. 1 epid. 45. & 46.
i Hippo. & Gal. 4. aph. 20.
k Galen. de consti. artis c. 18.

De causis remotis monstrantibus robur & imbecillitatem naturæ. *Cap. III.*



REdiguntur remotæ causæ omnes siue externæ siue internæ, ad proximam, quam diximus esse temperationem, [l] a cuius moderatione uel immoderatione oritur naturæ robur atque imbecillitas. constat autem [d] comprehendi omnes sub ijs quæ fiunt, quæ offeruntur, quæ extrinsecus incidunt, quæ retinentur atque expelluutur: cuncta enim ubi temperationem moderatam efficiunt, naturæ robur augent, ubi immoderatam,

minuunt

l Gal. 1. de tu. val. c. vlt. & li. ad Thras. c. 40

A minuunt & imbecillitatem afferunt:intucamur primo quæ fiunt, vt somnum & vigiliam, motum & quietem,animi perturbationem & tranquillitatem; hæc vbi moderate adhibeantur,ad moderationem temperationis,& idcirco ad naturæ robur conducunt:at vbi modum transeat & longius progrediantur,[a] somnus quidem nimium madefacit, vigilia nimium siccat vniuersum corpus:proprie etiam a somno calefiunt partes internæ,refrigerantur externæ:ob vigiliã ex contrario incalescunt [b] externæ,refrigerantur internæ. At motus atque animi perturbatio nes valent ad calefaciendum & siccandum;quies & tranquillitas ad refrigerandum & madefaciendum,quemadmodum secundo libro [c] docuimus,cum cuiuslibet causæ vim persequeremur. Ergo vbi quæ fiunt immoderatam temperationem efficiant, naturæ robur etiam imminuunt;quæ offeruntur,siue epota siue deuorata,aut sunt cibi & potiones, aut medicamenta. A cibis & potionibus modo & qualitate conuenientibus, corroboratur natura, sicut ob nimiam [d] copiam obruitur, ob inopiam languescit. At qualitas ciborum & potionum si similis sit naturæ nostræ,ipsam confirmat,si dissimilis,eam mutat perinde ac medicamenta ad quæ iã pergimus.Hæc igitur mutandi vim [e] habent, quare vbi moderatam tẽperationem nacta sint, necesse est immoderatam reddant,& idcirco robur imminuant, vbi immoderatam, si similia sint,magis talem faciant atque idcirco magis naturæ robur labefactant;si contraria,reducunt eam ad mediocritatem,& propterea vires firmant;quod si medicamenta ex eorũ numero fuerint quæ veneni vim habent,δηλητήρια Græce nominantur, languescit [f] natura,& vires plerunque penitus deficiunt. Eorum quæ extrinsecus incidunt,vt aeris,balnei,externorum medicamentorum,ictus ac teli,hæc ratio est. Aer prout moderatus est vel immoderatus,ita temperationem vel immoderationem efficit & conseruat, quo nomine naturæ vires etiam auget, vel imminuit; idem euenit balneo,fomentis,cæterisque medicamentis quæ externis partibus imponuntur;tela & ictus quanto maiora sunt,tanto magis vnitatem soluunt, immoderationem temperationis afferunt, & vires conuellunt:reliqua sunt quæ retinentur aut expelluntur, sed hæc ad internas causas spectant magis quam ad externas, cum ad plenitudinem & inanitatẽ referantur. Inanitas igitur temperat corpus nimis oppressum atque onustum succorũ copia, & idcirco naturæ vires cõfirmat,sed iam exhaustum nimis siccat & infirmat;copia autem sanguinis boni auget calidum innatum, & propterea etiam naturæ robur, modo sanguis bonus sit;nam vbi non sit talis,magis opprimit quam confirmat. Vtraque autem plenitudo vbi extra modum sit,immoderatam temperationem facit, vnde vires non solùm languescunt, sed nonnunquam strangulato [g] calore deficiunt. Alii vero succi vbi nimium redundent, longe magis quam sanguis temperationis immoderationem afferunt, cum non solùm noceant modo, sed etiam qualitate,vnde magis debilitantur naturæ vires;cæterum de specie,mistura, qualitate,

C motu succorum etiam loquuti fumus cum morborum differẽtias sumptas à causis internis tractaremus;ostendimus enim quæ magis aut minus naturam debilitarent: causæ igitur remotæ, quæ non sunt iunctæ cum exitu,siue externæ siue internæ,quatuor iam dictis locis subiiciũtur, iis quæ fiunt,quæ offeruntur,quæ extrinsecus incidunt,quæ retinentur & expelluntur; omnes autem naturæ robur atque imbecillitatem vt efficiunt,ita etiam denunciant; efficiunt autem quatenus ad proximam causam,hoc est temperationem referuntur,quam vel moderatam,vel immoderatam reddunt. At cum moderatio & immoderatio temperationis late pateat, vt in superioribus ostensum est, propositæ causæ quo maiorem moderationem efficiunt, eo magis augent atque auctum monstrant virium robur, quo item maiorem immoderationem, eo magis illud imminuunt, atque imminutum denunciant. Sed cum signa explicauerimus quæ sumuntur à causis,tempus est ea persequi quæ emanant à iuuantibus & nocentibus, secundo loco à nobis proposita.

Qua ratione iuuantia & lædentia ostendant robur atque imbecillitatem naturæ. Cap. IV.

D QVæcunque igitur prosunt aut obsunt, monstrare & ipsa queunt naturæ robur atque imbecillitatem,quod quo pacto fiat iam nunc videndum est:ponuntur in iuuantibus partim quæ à natura,partim quæ ab arte fiunt,à natura fit somnus, fit abscessus,quæ & ipsam iuuare,& eius vires augere consueuerunt. Ab arte vero adhibentur remedia,quæ eandem leuare,& corroborare solent; sed necesse [h] est accedat scientia medici, obedientia ægrotantis, diligentia ministrorum, neque repugnent quæ extrinsecus incidunt;quod vbi accidat,natura à remediis adhibitis confirmatur. Sed venio ad nocentia,quæ sunt primo morbi cum internis causis ac symptomatibus (hæc enim naturæ potissimum aduersantur) deinde quæ perperam adhibentur,siue ob medicinæ rationem,siue ob ægrotantis delicias,siue ob ministrorum negligentiam, siue ob ea quæ extrinsecus incidunt non conuenientia;singula enim naturæ obsunt;& eius robur labefactant. Vt autem à iuuantibus & nocentibus augetur & minuitur naturæ robur,ita etiam indicatur; indicat igitur naturam valere vtilitas,quę sequitur ex iis quæ iuuare solent, & facilis toleratio ex ijs quæ nocere; quæ vbi contraria sunt,indicant ipsam imbecillam esse,vbi scilicet neque vtilitas,neque facilis toleratio,

[a] Gal. 3. de præs. puls. c 8.
[b] Gal. 3. de ca. puls. c. 9.
[c] Superius lib. 2. c. 12. & 13.
[d] Gal 3. de cau. puls. c. 16. & 17.
[e] Gal. 3 de na. fa. c. 7.
[f] Gal. ibid.
[g] Galen. 1. aph. cõ. 3.
[h] Hippo. 1. aph 1.

tio,sed magis nôxa,& difficultas ac grauitas iuuantium admotionem consequatur.Sed spectemus seorsum primo iuuantia,deinde lædentia. Ergo vbi ea quæ iuuare naturam solent, siue ab ipsa proficiscantur,vt somnus,expulsio, abscessus: siue ab arte, ita vt accersatur peritus medicus,obsequatur ægrotans,ministri diligētes sint,nihil extrinsecus incidat quod repugnet : vbi (inquam) hæc quæ iuuare solent iuuent,naturam valere denunciant:quod si parua sint,& tamen plurimum [a] prosint,non solum valere sed etiam plurimum valere eandem monstrant,nā sunt gradus præsidiorum,exempli gratia medicamentorum calefacientium, refrigerantium, madefacientium,siccantium,maiores & minores:vbi minores plurimum prosint,indicant morbum esse [b] leuem,cui prodesse debent contraria æqualem gradum habentia, & idcirco naturam significant plurimum valere: at vbi ea quæ prodesse solent,non prosunt, imbecillā ostendunt;quod si nō solum non prosint, sed etiam obsint, summam [c] eius imbecillitatem significāt: nocentia vero siue sint morbi atque internæ causæ & symptomata,siue sint remedia male adhibita, & quæcunque quouis modo nocere solent, si non noceant, monstrant naturam valere, & eo magis quo illa magis lædēdi vim habent;necesse est enim tunc ipsam plurimū valere, cū reniti possit, & lædentium imperum validissime sustinere : quod si aliquid etiam obsint quæ plurimum obesse consueuerunt, valere similiter naturam significant. Recenset [d] Hippocrates in optimis signis facile ferre morbi grauitatem: contra si ea quæ nocere solent non facile ferantur,indicant imbecillitatem naturæ,& eo maiorem quo difficilius ferūtur.Scribit idem [e] Hippocrates primo libro de morb.vulg. vxorem Dromeadæ, quæ difficulter morbum ferebat sexto die interiisse;id quod etiam accidisse ait Caluo [f] Larissæ octauo die,qui maxime affligebatur à morbo. Hoc pacto igitur ex iuuantibus & lædentibus colligitur naturæ robur atque imbecillitas. Quod si velis hunc locum iuuantium & lædentium redigere ad causas & effecta, a quibus omnia signa depromuntur, quo pacto id facere possis quinto [g] libro monstrauimus, pro iuuantibus enim vtilitas,pro nocentibus noxa accipitur quæ ex ipsis sequuntur, hæc enim tanquam effecta monstrant habilitatem patientis, quasi causam, & ita virium robur atque imbecillitatem.

E F

a Gal. de arte me. ca. 8. & 2. de nat. hu. com. 5.
b Ga 9. meth. c. 10.
c Galen. 2. apho. cō 1.
d Hip li. 2. apho. 31. & 3. 1. epi. tex. 1. et 2. prog. 56.
e Hip. 3. 1. epid. 19.
f Hipp. 2. 3. epid 76.
g Sup. li. 5. c. 3.

De effectis & proprie de actionibus monstrantibus naturæ robur aut imbecillitatem. *Cap. V.*



Estant effecta quæ tertio loco posuimus in locis monstrantibus robur atque imbecillitatem naturæ.Subiiciuntur autem actionibus,qualitatibus,atque ijs quę in corpore nostro sub varios sensus cadunt,tum retentis & expulsis: ex hoc triplici genere effectorum maxima significatio fit roboris atque imbecillitatis naturæ: prognostica autem quæ in variis libris Hippocratis leguntur,fere omnia pertinent ad effecta.Valent quidem signa quæ sumuntur a causis tam proximis quam remotis:valent & quæ à iuuantibus & lædentibus (vt iam ostensum est,) sed multo maxime quæ ab effectis. Hæc autē quanto magis similia sunt ijs quæ naturaliter apparent,tanto maius significant naturæ robur, quanto magis dissimilia,tanto maiorem imbecillitatem:quanto item plura sunt quæ naturaliter habent,tanto magis valere naturam.Ex contrario,quanto pauciora secūdum naturam seruantur,tanto maiorem imbecillitatem ostendunt.Ordiamur ab actionibus læsis,quibus maxima vis inest,nam reliqua duo effectorum genera eatenus naturam valere, aut imbecillam esse testantur,quatenus referuntur ad actiones a quibus emanant. Actiones igitur quanto plures, & quanto magis seruantur secundum naturam,tanto magis ipsam valere denunciant: contra quanto plures,& quanto magis læduntur,tanto magis languere. Sed cum triplex facultas necessaria sit ad vitam retinendam (vt in superioribus [h] demonstratum est) animalis,vitalis, & naturalis,tria quoque actionum genera requirimus : si pereant animales,perit respiratio, & strangulatur calor. Quod euenit etiam si pereant vitales, vt pulsus cordis & arteriarum. Si pereant naturales,non alitur corpus;sine alimento autem dissoluitur naturæ robur, & necesse est homo intereat;singulæ igitur cum ad vitam necessariæ sint,si bene valent, valere naturam demonstrant,si læduntur,imbecillam esse. Exordiamur ab animalibus, cuiusmodi sunt præcipuæ illæ,vt intelligentia,ratio,& memoria:præterea sensus,& motus;ex præcipuis, intelligentia in imaginum apprehensione versatur; Aufertur hæc cum homines nihil mente comprehendunt,veluti attoniti;imminuitur,cum parum & tarde,quemadmodū solent hebetes: deprauatur, [i] cum alio aut alio modo percipiunt quam sint,veluti delirantes, qui floccos carpunt, vel festucas legunt. At ratio [k] aufertur iis qui prorsus nihil ratiocinantur, veluti stupidi & apoplectici;minuitur illis qui parum & tarde, vt stulti;deprauatur illis qui praue, quemadmodū insani ac furiosi. Memoria aufertur [l] cum perditur ex toto,quod illis euenit quos in Attica pestilentia Lucretius [m] descripsit,inquit enim:

G H

h Sup. li. 3. c. 3.
i Gale. 1. de cau sal. c. 2.
k Gal. li. de diff. sympt c. 3.
l Gal. ibid.
m Luc. li 6.

„ *Atque etiam quosdam cepere obliuia rerum*
„ *Multarum,neque se possent cognoscere vt ipsi.*

Minuitur ijs qui paucorū & tarde meminerunt,deprauatur cum alio atque alio modo quam

fuerint

A fuerint meminerunt:præcipue igitur actiones cum bene valent, robur naturæ [a] demonstrant, cum læduntur,imbecillitatem.latent autem sensum siue integræ seruentur, siue lædantur: sed mente percipiuntur ex effectis,vt ex voce,sermone,gestu,& reliquis actionibus, vel secundum naturam,vel ex naturali statu dimotis. Sensus accipitur pro communi & proprio: ad communem pertinent vigilia,somnus,insomnia. Instituit quidem natura vigiliam,quæ cum [b] non potuerit esse perpetua,quod spiritus absumantur,necessaria fuit quies,vt recreentur. Hæc autem somnus est,qui ad aliquod temporis spatium,noctu potissimum & post cibum interpellare debet vigiliam. Aufertur hæc ex toto cum homo a diuturno ac graui somno opprimitur:minuitur cum somniculosus est,vel arctiori somno consopitus quam soleat: deprauatur cum somnum capere non potest,ita vt continuata sit. Monstrat vigilia [c] vbi secundum naturam sit, robur: vbi quouis trium modorum lædatur,imbecillitatem. Quod attinet ad insomnia,cum somnus pacatissimam quietem affert sine visis somniorum,valere naturam significat: cum tumultuosus est, ita vt multa & confusa versentur in animis, eandem opprimi [d] monstrat, præsertim si homo cum somnum capit non sit onustus cibo & vino, sicuti non solent esse ægrotantes. Sensus proprij,vt aspectus,auditus,olfactus,gustatus,tactus,ipsi quoque prout vel integri sunt,vel læduntur, ita naturæ robur aut imbecillitatem significant:qui integri sunt,robur demonstrant;qui lędūt, prout magis vel minus præter naturam se habent,ita maiorem, vel minorem imbecillitatem:

B prout item plures,vel pauciores vitiantur. Interdum enim auferuntur, veluti vbi homo cæcus fit,aut surdus,aut nihil olfactu,gustatu vel tactu percipit:quod grauissimum est. Interdum imminuuntur veluti vbi parum percipit quæ obiiciuntur. Interdum deprauantur, veluti vbi percipit res alio modo quam sint,cum molestia,aut cum dolore,qui maxime [e] tactu sentitur. Hic si grauis sit,aut in loco nobiliori,naturæ imbecillitatem quam affert,etiam demonstrat. Refertur ad dolorem difficultas tolerantiæ,ac grauitas talis vt homo nullam habeat requietem,præterea anxius quidam angor,quem affert morsus in ore ventriculi;hæc vbi accidant,significant naturam valde opprimi,atque imbecillam esse. Restat motus voluntarius ex actionibus animalibus,qui aut integer seruatur,& monstrat naturæ robur,aut læditur & imbecillitatem denunciat,sed maiorem vel minorem,pro maiori vel minori offensa. Aufertur interdum in toto corpore,veluti in eo [f] affectu quem Græci ἀποπληξίαν dicunt,ita autem vires prosternit,vt vel afferat interitum, [g] vel non nisi maximo negocio restituatur. Aufertur interdum in aliqua parte, quem affectum Græci nominant παράλυσιν, [h] veluti cum oculi, aut aliæ partes immobiles apparent,quæ offensio tanto grauior est,quanto versatur in loco maioris momenti. At leuior offensa est cum motus voluntarius imminuitur,minoremq; imbecillitatem denunciat,modo tantum

C vitium [i] supersit quantum possit thoracem mouere: Ad imminutum motum refertur tremor [k] partium,& languor quidam,cum aliquo modo resolutæ videtur: neque enim potest homo eas continere,sed subinde ad pedes delabitur,huiusmodi autem motus imminutio summam imbecillitatem virium monstrat,non secus quam priuatio. Deprauatur & motus voluntarius, veluti in neruorum [l] distentione,quæ maiorem vel minorem,imbecillitatem naturæ demonstrat,pro affectu à quo oritur,& loco quem occupat:si affectus sit siccitas atque inanitas, longe grauior est quam si plenitudo:locus autem si maior sit & magis præcipuus,aut cum præcipuo iunctus, maiorem affert ac monstrat naturæ imbecillitatem quam si paruus,quam si ignobilis, quam si à præcipuo remotus. Ad motum voluntarium spectat & respiratio,quę vbi secundum naturam se habeat,maximum indicium salutis ponitur ab Hippocrate, [m] atque idcirco monstrat naturæ robur: Vbi lædatur,pro maiori vel minori offensa, maiorem vel minorem ostēdit naturæ imbecillitatem. At læditur respiratio tripliciter,cum auferatur,minuatur, deprauetur, nunquam autem aufertur ex [n] toto manente uita, quanquam ablata interdum uidetur, ut in eo affectu quem uteri strangulationem appellant. Quamobrem tunc ablata dicitur cum sensum latet, id quod grauissimum est & naturam superari monstrat, siue enim proficiscatur ab animali facultate prostrata,siue ab instrumētis male affectis,siue à calore adeo paruo ut pene extinctus sit, summam naturæ imbecillitatem demonstrat. Imminuitur respiratio cum parua, tarda, aut rara

D apparet:offensa hæc non semper æqualis est,sed interdum maior, interdum minor,& non semper omnibus his tribus modis,sed interdum uno tantum, uel altero accidit:quo maior & pluribus modis fit,eo maiorem imbecillitatem significat,quo minor & paucioribus, eo minorem. Deprauatur respiratio,cum augetur,& cum difficultatem quādam præ sefert; Augetur autem ubi frequentior fit: Difficultas in eo consistit quod musculi thoracis etiam moueri coguntur. Notat hæc summam necessitatem & ingens caloris incrementum,atque idcirco naturæ imbecillitatem: Vbi autem tanta fit difficultas,ut spiritus subsistat, quem Hippocrates [o] offendentem uocauit, neruorum distentionem significat, cum qua tandem necesse est iungatur uirium imbecillitas. Quod si duplex appareat spiritus reuocatio, uirium imbecillitatem [p] notat, uel proxime,uel per instrumenta quæ nimis distenduntur. Ad respirationem aliquo modo referri potest aer,qui per nares & os redditur. Hic ubi moderate calidus sit,& secundum naturam, robur denunciat,ubi nimis calidus, notat imbecillitatem, quam summam [q] significat ubi frigidus sit:quod si fœtidus appareat, putredinem monstrat, & idcirco naturæ uires languere. Sed proprie ad respirationem refertur uox, quoniam fit à musculis thoracem contrahentibus, &

calidam

---

a Hippo. 2. aph. 33.
b Gal. 1. de caus. symp. c. vltim. & Arist. de sō no & vigilia.
c Hippo. & Gal. 2. aph. 3.
d Gal. 3. 1. epid. 1.
e Gal. lib. 1 de caus. symp. c. 6.
f Gal. 3. de locis aff. c. 10 & li. de diff. sympt. c. 3.
g Hippo. 2. aph. 42.
h Gal. 3. de loc. aff. c. 10
i Galen. 7. meth. c. 13.
k Gale. lib. de rigore Trem. c. 3.
l Gal. lib. de diff. symp. c. 3.
m Hipp. 1. progn. 25.
n Gal. 1. de diffe. resp. c. 8.
o Hippo. 4. aph. 68.
p Hippo. 3. 1. epid. 18.
q Hippo. 1. progn. 24.

calidam fuliginem expellentibus: hæc vbi secundum naturam seruetur, vires validas demonstrat. Vbi lędatur, imbecillas, siue auferatur, siue imminuatur, siue deprauetur, ac seu res pficiscatur à facultate animali, seu ab instrumentis; quo autem maior fuerit, eo maiorem declarant imbecillitatem. Hactenus de actionibus animalibus. E

Ad vitalem facultatem spectat proprie pulsus cordis & arteriarum, communiter vero quæuis actio cuiuslibet partis corporis. Pulsus si moderatus sit, habita ratione magnitudinis & paruitatis, celeritatis & tarditatis, crebritatis & raritatis, roboris & debilitatis, mollitudinis & duritiei: præterea si æqualis sit & ordinatus, bene valere naturam significat, [a] quanquam magnitudo & robur pulsus cum augentur extra [b] modum, naturam quoque validam esse denunciāt. Imbecillitatem naturæ declarat pulsus immoderatus, & magis aut minus, prout magis vel minus immoderatus est. Vbi tamen immoderatio æque magna sit, non propterea æque magna ostenditur imbecillitas, nam tutior est extrema celeritas, & frequētia, quam extrema tarditas & raritas, quę tunc incidunt cum calor [c] innatus extinguitur, & idcirco necesse est cum summa imbecillitate copulentur. Celeritatis incrementum proficiscitur à valido calore, & à robore [d] facultatis vitalis, neque potest iungi pulsus valde celer cum summa [e] imbecillitate, ita vt decipiatur Archigenes, qui [f] formicantem pulsum valde imbecillum, existimat esse celerem. Summa item durities pulsus, cum ob tumorem durum, ob inflammationem, ob siccitatem, frigus, aut ardentem febrem accidat, magis conuelli vires naturæ demonstrat, quam summa mollitudo. languidissimus & tardissimus [g] pulsus inter omnes immoderatos, naturæ imbecillitatem significat, sicut intermittens inter omnes inæquales: deterior [h] autem est qui in vno & eodem ictu intermittit, quam qui in pluribus, tū qui inordinate quam qui ordinate. Præterea qui diuturniori quam qui breuiori tempore intermittit: in vno item & eodem ictu [i] intermittens deterior est cum primam partem ictus maiorem & celeriorem habet, secundā vero minorem & tardiorem, quam cum cōtra, Cæterum longe deterior est priuatio pulsus, quam immoderatio, aut inæqualitas, aut intermissio: ex toto enim tunc deficit, & idcirco virium defectionem ex toto significat. Caue tamen ne decipiaris, iudicans eum defecisse qui non vere defecit, sed ita paruus ac languidus est vt vix sentiatur, nam qui talis est, languere plurimum naturam monstrat, non tamen æque atque ille qui ex toto deficit. Hæc quæ ad pulsum arteriarum pertinent valent ēt in pulsu cordis: sed cum ad facultatem vitalem communiter pertinere actiones cuiuslibet partis dixerimus, Scire licet non posse has validas esse vbi illa debilis sit: quamobrem vbi validas cernimus singularum partium actiones, valere facultatem vitalem iudicamus, & inde summū naturæ robur colligimus. Quod si langueant actiones omnium partium corporis, necesse est vitalem facultatem lāguere, id quod in animæ defectione euenit, quæ summam naturæ imbecillitatem demonstrat, præsertim si (vt docuit Hippocrates k) valida sit, frequens, & absque causa manifesta: hanc enim repente sequitur mors. Mores vero qui sub vitali facultate comprehēduntur, magis monstrant speciem temperationis, quam robur & imbecillitatem, velut iracundia, [l] calorem superantem. Sed satis de vitalibus actionibus.

a Gal. 2. de dignos. pul. c. 3.
b Gal. 2. de dignos. pul. c. 2.
c Gal. 1. de caus. puls. c. 6.
d Gal. 1. de caus. puls. c. 5.
e Gal. ibid.
f Gal lib. 2. de dig. pul. c. 1.
g Gal. 1. de caus. puls. c. 8.
h Gal. lib. 3 de præs. ex puls. c. 4. & 6.
i Gal. lib. 2. de prg. l. pul. c. 6.
k Hippo. 2. aph. 41.
l Gal. di. ar. med. c. 29.

Reliquæ sunt actiones naturales, quarum aliæ [m] principales sunt, vt nutriens, augēs, gignēs: aliæ ministrę, [n] vt attractio, retentio, coctio, expulsio, in quib. numerare cibi & potionis appetentiā possumus. Loquamur primo de principalibus, quæ licet ternæ sint, vna tamen præcipue ad robur, atque imbecillitatem confert, nutriens videlicet, reliquæ duæ, gignens & augens, à nutriente proficiscuntur: hæc cum bene fungitur suo munere, robur, cum læditur, imbecillitatē naturæ significat: maxime autem cum aufertur, deinde cum minuitur aut deprauatur. Scrutemur nunc ministras, & primo appetitionem cibi & potionis, quæ vbi moderata sit, monstrat valere nō modo facultatem naturalem, sed etiam animalem, atque idcirco naturæ robur, quo spectans [o] Hippocrates docuit bonum signum esse in omni morbo facile sumere quæ offeruntur, id quod fieri non potest vbi appetitio desit. Addit etiam ægrotantes illos qui ab initio [p] cibum recusant, processu temporis appetere, atque eam mutationem meliorem esse quam eorum qui principio bene appetunt cibum, quem processu temporis respuunt. Semper autem in [q] optimis signis ponitur à cibo non abhorrere, & non valde sitire, sed habere tam cibi quam potionis appetitionem moderatam: at vbi hæc lędatur, significat imbecillitatē naturę, & eo magis, quo magis læditur: maxima offensa est cum aufertur ex toto, notat enim aut interiisse facultatem naturalem in ore ventriculi, aut animalem ita languere, vt nequeat ipsi amplius impertiri: testatur [r] Hippocrates tertio libro de morbis vulgaribus in quadam pestilētia maxime perniciosa cepisse ægrotantes summum cibi fastidium. At cessat interdum sitis manēte adhuc causa, & lingua existente [s] arida, quod deterrimum est, cum similiter in ore ventriculi naturalem vel animalem facultatem pene extinctam esse significet. Minorem imbecillitatem monstrat appetitus imminutus, minus enim languere vel naturalem, vel animalem facultatem declarat, quam vbi ex toto aufertur. Deprauatio appetitionis distinguenda est, cum vel ad modum, vel ad qualitatem referatur. Deprauatur cum supra modum expetitur cibus, aut potio, quod valde immoderatam [t] temperationem in ore ventriculi, & idcirco summam naturæ imbecillitatem significat. Deprauatur qualitas cum expetuntur aliena, id quod proficiscitur à prauitate [u] succorum occupantium os ventriculi, atque ubi hoc accidit, non manet amplius naturæ robur.

m Ga. 1. de na. fac. c. 5.
n Gal. 3. de nat. fa. c. 9.
o Hippo. 2. aph. 33.
p Hippo. 2. aph. 32.
q Gal. 3. 1. epi. c6. 23.
r Hippo. 3. 3. epid. 58.
s Hippo. & Gale. 1. lib. Prorrh. 22
t Gal. 1. ad Glauc. 14.
u Gal. 1. de caus. symp. c. 7.

A bur.Ex quatuor alijs miniſtris,attractio ſi perficitur,perfici etiam munus altricis conijcere poſ
ſumus. Sed cum lædatur,neceſſe eſt omnino altricem lædi,& plurimum quidem vbi auferatur,
minus vero vbi imminuatur,aut deprauetur:retentio vero ſi ſecundum naturam fiat, conijcies
validas eſſe naturæ vires,ſi lædatur,imbecillas,maxime vbi auferatur, deinde vbi imminuitur,
ſed multo minus vbi deprauetur,ita vt fiat cum moleſtia,aut diutius trahatur : maxime autem
inter miniſtras actiones coctio naturæ [a] robur aut imbecillitatem ſignificat, nam vbi perfici- a Hippo.& Gal. 2. primi epi. cô. 45.
tur,monſtrat morbum iam ſuperari,& idcirco longe validius naturæ robur cum morbi robore
comparatum.Recte igitur tradidit Hippocrates [b] primo lib.de morb.vulg. coctionem celeri-
ratis & ſalutis indicium eſſe.Scribit Galenus [c] neminem cum ſignis coctionis ſe vidiſſe interi- b Hippo.2. 1.epid.45.
re.Ex ijs diſtingui diximus quem exitum habitura ſint ſymptomata criſima.At vbi lædatur co- c Galen. 3. criſ.c.3
ctio,aut ex toto aufertur,aut minuitur,aut deprauatur. Aufertur ex toto,cum ſumma cruditas
eſt:minuitur, vbi ſucci ſemicrudi ſunt.Deprauatur vbi pro coctione prauitas quędam acquiri
tur,proprie autem cruditas ſignificat naturæ robur nô adeo validum eſſe vt vel vicerit,vel vin-
cere tentauerit morbum : at non propterea adeo imbecillum, vt ſuperare illum tempore non
poſſit,ſed quale ſit colligitur ex alijs ſignis:ſi validius videatur, concoquet ac ſuperabit mor-
bum; ſi imbecillius tempore ſuccumbet ac ſuperabitur : coctione imminuta, ſucci ſemi cocti
redduntur, qui neque ex toto robut, neque ex toto imbecillitatem ſignificant. Sed magis
B hanc aut illud, prout magis vel minus recedunt à coctione perfecta. Deprauari coctio-
nem diximus cum ſucci praui redduntur : at horum prauitas ſi ſumma ſit, ſummam imbecil-
litatem ſignificat,ſi minor,minorem;ſiue autem perficiatur, ſiue quouis modo lædatur coctio,
intelligitur maxime ex ijs quę expelluntur,de quibus non multo poſt agemus,monſtrant enim
in primis naturæ robur atque imbecillitatem, idque quatenus coctionem integram aut læſam
ſignificant.Expulſio reſtat,quæ vbi ſecũdum naturam fiat,ipſa quoque robur demonſtrat; vbi
lædatur,imbecillitatem.Aufertur interdum veluti cum retinetur vrina, aut aliud quod excer-
ni deberet;id quod poteſt eſſe opus naturæ aliam expulſionem tentantis, & tunc robur magis
quam imbecillitatem denunciat.Sed plerunque ſymptoma eſt,quod ſi fiat vitio materię aut in
ſtrumẽtorum,minus malum eſt:ſed ſi accidat vitio facultatis expultricis, maximam naturæ im
becillitatem ſignificat. Imminuitur cum pauciora expelluntur, aut tardius quam conueniat:
monſtrat autem naturæ imbecillitatem,minorem tamen quam vbi ex toto auferatur.Deprauą
tur cum alio modo fit quam ſecundum naturam conueniat, ſiue quod plura expellantur, ſiue
quod diuerſa,ſiue quod cum motu quodam inſueto.At poteſt eiuſmodi omnis deprauatio eſſe
opus naturæ tempeſtiue depellentis quæ noxia ſunt,ſed maxima ex parte ſymptoma eſt. Vbi
C nimis multa expellantur,ſignificatur imbecillitas retentricis, acrimonia ſuccorum,pateſactio
itinerum,& canalium præter naturam,atque idcirco etiam imbecillitas:quod item euenit vbi
expelluntur qualitate aliena,hoc eſt quæ retineri deberent, aut nullo modo gigni in corpore
noſtro. Motus præternaturam multiplex apparet cum deprauetur expultrix, ſicut vomitus,ſin
gultus,palpitatio,oſcitatio,horror. Poſſunt hæc ſecundum naturam dici cum tempeſtiue fiunt,
ita vt ſequatur morbi leuatio,& facilitas tolerantiæ:tunc autem naturæ robur demonſtrãt,ſed
ſi intempeſtiue accidant,morbus grauior fiat,& ægrius toleretur,notant ſummam naturæ im-
becillitatem,præſertim horror validus,quem Hippocrates [d] mortiferum eſſe ait ſi cum virium d Hipp. 4. aph.46.
imbecillitate copuletur. Quæ ab actionibus læſis ſumi debebant, indicia roboris atque imbe-
cillitatis naturæ,habeant hunc terminum.

De qualitatibus corporis naturæ robur, vel imbecillitatem demonſtrantibus.
Caput VI.

Affecta quæ ſub ſecundo genere comprehenduntur,ſunt qualitates corporis,& obie
cta,quæ in corpore noſtro ſenſui ſubijciuntur,ſiue vni,ſiue pluribus. Subijciuntur
D proprie vni,quæ ſub aſpectum cadunt,vt colores,quæ ſub auditum,vt ſoni;quę ſub
olfactum,vt odores,quæ ſub guſtatum,vt ſapores,quæ ſub tactum vt calor, frigus,
mollities,durities,tenſio,laxitas.Sub plures ſenſus cadunt obiecta quæ communia
nuncupantur,veluti figura,numerus,magnitudo,ad quam ſpectant tumores præternaturam,iu
dicantur enim non ſolum aſpectu,ſed etiam tactu.Sed ſiue vni,ſiue pluribus ſenſibus ſubijcian
tur,vbi ſint qualia eſſe ſolent ſecundum naturam,robur ſignificant.At vbi à naturali ſtatu rece
dant,non ſtatim ſignificant imbecillitatem,cum poſſint eſſe [e] opera naturæ contẽdentis expel e Gal. li. de diff. ſymp. c.6.
lere quod in partibus præſtantioribus infeſtum eſt;ſed ſic fiunt tempeſtiue,& ſequitur leuatio
morbi & facilitas tolerantiæ;vbi hęc non ſequantur,illa cenſenda ſunt ſymptomata,ex quibus
denunciatur imbecillitas maior vel minor,prout magis vel minus diſſimilia ſunt ijs quę ſolent
naturaliter apparere.Intueamur ſeorſum primo obiecta propria,deinde cômunia: proprie ad f Galen. 1. aph. com. 2 & Hipp. ac Gal.4.6. epid. 28.
viſum ſpectat color cutis & linguę,proficiſcitur hic à ſanguine ſuffuſo,q qualis [f] eſt, talẽ efficit
colorẽ : bonus color,bonum ſanguinem nunciat, atque idcirco naturæ robur:malus malum,&
propterea imbecillitatẽ;quãto autem deterior eſt,tanto magis languere naturã denunciat. At
muta-

mutatur color Interdum ob solam qualitatem frigoris vel caloris: potest vterque nigredinem E
a Hippo & Ga. 1. prog 10. affertre, sed vbi eã efficit calor vrens, antecedit color viridis, liuor vbi frigus. At vtrouis modo
fiat, deterrima [a] est & naturæ vires iã deficere ostendit, quanquã nascitur interdũ nigredo ab
humore melancholico, & tunc paruum sanguinem, & idcirco infirmitatem naturæ, at non ta-
men summam denunciat. Quid quod niger color interdum est opus naturæ detrudentis humo
rem melancholicum ab internis partibus ad externas, quemadmodum est flauus in eo affectu
b Hippo. & Gal. 4. aph. 64. quem arquatum appellant, qui similirer interdum est opus naturæ [b] depellentis flauam bilem
à præstantioribus partibus ad minus præstantes. Distinguetur autem à symptomate ex eo
quod tempestiue fiat, hoc est apparentibus signis coctionis, nam sequitur leuatio morbi & fa-
cilitas tolerantiæ, vt paulo ante in vniuersum diximus. Obiecta quæ sensu auditus percipiun-
c Hippo. 1. prog 21. tur, soni sunt, qui vbi naturaliter accidant, robur denunciant, vbi præternaturam, imbecillita-
tem, & tanto maiorem, quanto magis præternaturam fiunt, sicuti crepitus dentium non [c] con
sueti. Ad sensum olfactus pertinent odores qui expirant ex corpore ægrotantis. Monstrant au
tem vbi secundum naturam sint, robur: vbi preter naturam, imbecillitatem, & proprie si valde
d Gal. 2. 3. epid. 9. & 5 met. c. 7. fœtidi, summam [d] enim declarant putredinem, cui naturæ vires succumbunt. Sapores quos
lingua percipit, vbi secundum naturam sint, succos monstrant naturaliter habere, & eatenus
e Gal. 4 de tu. val c. 4. sunt indicium roboris. Sed si salsi, amari, aut alio modo alieni recipiantur, monstrant succos [e] à
naturali statu mutatos, & eatenus naturæ imbecillitatem. Tactu percipiuntur 1. & 2. qualita- F
f Hippo. 3. prog. 56. tes, vt calor, frigus, mollities, durities: naturaliter debet vniuersum corpus esse æquabiliter ca-
lidum & molle: vbi tale sit, monstrat naturæ robur, & (vt voluit Hippocrates) signa dat ad be
g Galen. de in æquali in temp. c. 7. ne sperandum. Quod si tactu sentiatur inæqualitas, aut cruditatem notat, quemadmodum in
febre quam [g] ἠπίαλον vocant, aut summam viscerum inflammationem attrahentem cucurbi-
h Gal. 7. apho. com. 1. tulæ [h] modo substantiam calidam, ita vt partes externæ, præsertim extremæ frigescant per
i Hippo. 4. apho. 48. vniuersum accessionis spacium, veluti in febre illa quam dicunt λειπυρίαν, quod adeo pernicio-
sum existimatur, vt febre non intermittente mortiferum ab [i] Hippocrate iudicetur, ita vt sum
k Galen. 2. prorrhet. cõ mento 16. mam naturæ imbecillitatem significet. Si qua autem pars proprie refrigeretur, veluti vesica,
cum [k] calore extinctum esse naturæ robur demonstrat. Quod si vicissim mutatio accidat calo
ris & frigoris, & eædem partes nunc calidæ, nunc frigidæ sentiantur, notant imbecillitatem ca
lidi innati, & idcirco naturam lãguere. Ex alijs qualitatibus, durities oritur à siccitate, vel ab
extinctione caloris, & utroque nomine deterior est quam mollities, sicuti tẽsio quam laxitas:
sed potest tam durities quam tensio à plenitudine proficisci, quod non æque malum est, atque
l Hippo. 1. progn. 27. vbi oritur ab inanitate & siccitate. Maxime autem præstat præcordia mollia [l] esse ac sine du-
ritie. Quæ dura sunt, à quacunque causa fiunt talia, longe deteriora sunt quam mollia &
laxa, & ob id maiorem naturæ imbecillitatem declarant. Fiunt rugæ & laxitas interdum ex G
m Gal. 1. 6. epi. cõ. 26. inanitate ac siccitate, [m] quæ ubi pertineat ad partes solidas, curationem non admittit.
Sed ubi uel ad succos, uel ad partes non uere solidas spectet, non ęgre sanatur, & minorem im
becillitatem denunciat.

Pluribus sensibus, ut aspectu & tactu iudicari diximus figuram, magnitudinem, numerum,
quæ similiter ubi secundum naturam sunt, robur notant, ubi præter naturam, imbecillitatem.
Forsitan quispiam dixerit nonne hæc causa proxima sunt roboris & imbecillitatis, cum ad sa-
nitatem uel morbum referantur, hic autem non de causis agitur, sed de effectis significantibus
n Gal. li. de diff. morb. cap. 12. robur uel imbecillitatem? cui respondebimus moueri hæc interdum de statu naturali, non ta
men esse propterea morbum, quod ea mutatio non [n] tanta sit ut actiones impediat: tunc ergo
non censentur morbi, sed symptomata, & idcirco etiam effecta. Finge igitur figuram immuta-
ri ob alium morbum, à quo actiones lædantur, spectate tunc oportet an eiusmodi mutatio fi-
guræ plenitudinem, an inanitatem sequatur: quæ plenitudinem sequitur minorem denunciat
o Gal. 2. 2. com 26. imbecillitatem, quam quæ ab inanitate proficiscitur, & à distentione [o] neruorum facta pro-
pter inanitatem. Magnitudo autem ubi præter naturam augeatur, notat multitudinem mate-
p Hippo. 2. aph. 28. & Gal. in cõmento. riæ: at non propterea imbecillitatem: ubi permaneat & non minuatur, ut solet in febribus, cu-
tis [p] dẽsitatem significat, & crassitudinem humorum, & idcirco longitudinem morbi; At non H
propterea magnam imbecillitatem, quæ magis significatur ubi homo cibum sumat, non tamẽ
reficiatur quod absumptum est. At si minuatur magnitudo & moles corporis plus quam postu
lat, habita ratione naturæ, ætatis, aeris, uictus, ac febris, significatur uis imbecilla, & succorum
q Hippo. 1. prog. 6. & 9. & Gal. in com. tenuitas; huc spectat facies cadauerosa [q] relata ab Hippocrate, quam descripsit Lucretius, [r]
cum inquit, nasi primoris acumen tenue, cauati oculi, caua tempora; quæ ubi citra uigiliam,
inediam, aut alui profluuium accidant initio morbi acuti, summam naturæ imbecillitatem de-
r Lucretius lib. 6. nunciant. Mala est etiam gracilitas uentris adueniens, præstat enim partes quæ circa umbili-
cum & imum uentrem sunt, non tabescere ut docuit Hippocrates, sed crassitudinem suam ser
uare. Tabes igitur summam uirium imbecillitatem significat. Quod attinet ad numerum, auge
s Hippo. 4. aph. 53. tur interdum aliquid præter naturã, ut humor glutinosus dentibus inhærescens, qui notat suc
t Hippo. 5. apho. 11. & 12. cos crassos ac lentos esse, & febrem [s] ualidam, unde necesse est robur imminuatur. Minuitur
aliquid ueluti cum defluunt pili ijs qui phthisi laborant, quod summum [t] malum est, & sum-
mam imbecillitatem significat ob alimenti inopiam; res leuior esset si ob acrimoniam succo-
rum

A rum eroſis radicibus caderent. Pluribus etiam ſenſibus ſubijcitur ἀπόστημα quod licet ſit morbus, poteſt tamen in morbi effectis referri, cum alios morbos ſequatur. Accipitur[a] autem & pro ſucceſſione morbi alterius, quam facit amotio vnius, & pro tranſlatione, & expulſione: ſed de expulſione paulo poſt ſeorſum agemus, qua de retentis & expulſis, nunc & ſucceſſionem & tranſlationem perpendemus. Poteſt ſucceſſio & robur & imbecillitatem ſignificare. Si morbus qui ſuccedit mitior eſt,[b] & in parte minus præſtanti quam prior, naturæ robur ſignificat, præſertim ſi die criſimo accidat: hic enim[c] ſtabilitaté nobis pollicetur, ſi vel ſuccedens morbus grauior fiat, vel in parte præſtantiori[d] quam prior, ſignificat imbecillitatem, praua enim cenſetur, mutatio morbi ex miti in ſæuum, contraria vero bona. Febris ſi neruorum diſtentioni[e] ſuperueniat, bonum eſt: ſed malum ſi diſtentio febri, inquit Hippocrates. Si morbo comitiali[f] ſuperueniat quartana, bonum, diſcutitur enim & concoquitur à calore & rigore. Malũ ſi mutetur pleuritis in inflammationem[g] pulmonis, quod morbus in partem nobiliorem trãſferatur: contra, bonum ſi in angina[h] tumor appareat in partibus externis, recedit enim morbus a nobilioribus partibus, & impertitur minus præſtãtibus, ita vt minorem imbecillitatem, vel potius robur naturæ denunciat. Sed ſatis de ſucceſſione. Tranſlatio ſequitur, quæ[i] interdum eſt opus naturæ, & idcirco robur ipſius ſignificat: interdum eſt ſymptoma & effectũ morbi, quod pluribus ſenſibus ſubijcitur. Si ſit opus naturæ, ſequitur leuatio morbi, & facilitas tole-
B rantiæ, ſi ſit ſymptoma, ingraueſcit morbus, & æger magis affligitur, ſed præter hoc indicium quod ſumitur à iuuantibus & lædentibus, obſeruabimus ſubſtantiam, & accidentia illius quod transfertur, vnde intelligemus ſit ne opus naturæ, an ſymptoma. Subſtantia debet reſpondere ſuccis, priorem morbum efficientibus, eſt enim tranſlatio veluti purgatio. At ſi qualia[k] oportet purgari purgentur, ſequitur leuatio morbi & facilitas tolerantiæ, que contra accidunt vbi non purgentur qualia oportet. Ex accidẽtibus animaduertere oportet quantum ſit quod trãſfertur, & quale, tum quo tempore, & quo loco accidat. Debet moles ipſa reſpondere multitudini ſuccorum efficientium morbum; vbi minor ſit, non ſatisfacit, neque[l] inſignem affert vtilitatem, imò oſtendit naturam non potuiſſe perficere quod tentauit. Vbi maior, vires conuellit, & nimia copia ſuccorum ſæpe gangrænam affert, ita vt emoriatur pars in qua oritur abſceſſus. Qualitas ad colorem ſpectat, qui bonus eſſe debet. Si niger ſit,[m] viridis, aut liuidus, ſummum frigus, aut ſummũ calorem denunciat & naturæ interitum. Spectat & ad odorem, debet enim abſceſſus carere fœtore, nam vbi hic adſit, denũciatur putredo: ſpectat & ad frigus, & ad calorem: malus eſt abſceſſus admodum calidus; ſed deterrimus eſt frigidus: bona eſt mollities, mala[n] durities. Ad qualitatem refertur etiam figura: melior enim eſt abſceſſus excedẽs
C atque acutus,[o] quam latus ac deſidens. Tempus idoneum quo apparere abſceſſus debet, eſt vbi coctio iam perficitur: qui ante apparet, tanto deterior eſt, quanto magis coctionem præuenit: debet & in die[p] criſimo ſuperuenire; alioquin minus bonus eſt, non debet ſtatim recedere, ſed paulatim diſcuti, aut ſuppurare, nam vbi repente deliteſcat, ſolent ſuperantes ſucci ad partem aliquam præcipuam transferri. Poſtremo locus ad quem transferuntur ſucci debet eſſe & minus præcipuus quam ille in quo erat prior morbus, & valde diſtans ab eo, ſic enim ſignificabit naturæ robur, alioquin imbecillitatem. Hactenus de ſecundo genere effectorum.

a Gal. 2. primi epid. commento 21.
b Hippo & Gal 6 lexti epid. 8.
c Galen 3. prog 22.
d Galen. 1. prorrh. 1. com. 12.
e Hippo. 2. aph. 26.
f Hippo. 5. aphor 71.
g Gal. 6. 6. epi. com. 8.
h Hippo. 7. aphor. 51.
i Gal li. de diff sympt. cap 6.
k Hippo. 1. aphor. 2.
l Gal. prorthet. com. 60.
m Hipp & Gal. 3. primi epid. 26.
n Hippo 5. aphor 68.
o Hippo. 1. progn. 40
p Hippo. & Ga 3. prog. 19.

De retentis & expulſis monſtrantibus robur aut imbecillitatem naturæ. Cap. VII.

RESTAT tertium genus effectorum, quod in retentis & expulſis conſiſtit. Retenta non ſecus atque alia effecta cum ſecundum naturam ſunt, robur denũciant, cum præter naturam, non continuo imbecillitatem, ſed diſtinguere oportet an ſint[q] opus naturæ quæ interdum vt expellat id totum quod noxium eſt vna via, retinet quę altera expelli conſueuerunt, veluti vrinam & deiectionem, cum mouere ſudorem nititur: intelliges autem eſſe opus naturæ ex eo tẽpore quo retinetur, quod ſcilicet adſit iam coctio, & quod
D dies quo fit retentio criſimus ſit, cum ex alijs, tũ ex criſimis ſymptomatibus. Quod ſi deinde ſequatur leuatio morbi & facilitas tolerãtiæ, non erit amplius coniectura, ſed certa ſcientia operis naturæ. At vbi quæ retinentur, non ſint opus naturæ, ſed ſymptoma, ſiquidẽ ſpectes actionẽ, hoc eſt retentionem ipſam deprauatam, pertinet ad primum genus effectorum, hoc eſt ad actiones læſas, de quibus iam egimus: ſed ſi materiam ipſam quæ retinetur, ad internas cauſas refertur, quas ſimiliter proſecuti ſumus in ſuperioribus. Non eſt igitur quod in retentis præter naturam diutius immoremur.

Pergamus ad expulſa, quæ vbi ſecundum naturam ſint, robur ſignificant; Vbi præter naturam, non cõtinuo imbecillitatẽ, ſed diſtinguenda[r] ſunt, cũ aliquando ſint opera naturæ & robur demonſtrent, aliquando ſint ſymptomata, & notent imbecillitatem. Diſcernes autem opera naturæ ex leuatione[s] morbi, & facilitate tolerantiæ quæ eiuſmodi expulſionem conſequuntur: nam cum ſymptoma eſt, magis augetur morbus, & magis affligitur ægrotans. Attendere præterea oportet ſubſtantiam & accidentia eorum quæ expelluntur, ex his.n. cognoſces ſint ne opera naturæ, an ſymptomata. Veniat primo in medium ſubſtantia, hæc aut illa eadem

q Gal. li de diff. sympt. cap. 6.
r Gal. ibid.
s Hippo. 1. aphor. 2.

eſt

est quæ sanis consueuit expelli; siue retineat, siue non retineat accidentia consueta, aut diuersa est. Dum sanitas est, expellitur deiectione crassior materia: vrina vero & sudore, tenuior, veluti aquosus humor quæ superant ex esculentis & poculentis, neque possunt in alimentum conuerti. Eiusmodi omnis substantia naturaliter expellitur, & eatenus naturæ robur demonstrat. Quod euenit etiam sanguini qui fœminis superans ex vtero, vel singulis mensibus, vel statim à partu detruditur. Alius sanguis [a] retineri secundum naturam debet: vbi expellatur, symptoma censendum est, nisi sit opus naturæ expellentis continentem morbi causam, & sanguinem [b] superantem: Sed tunc indicium est roboris, non imbecillitatis, quemadmodum cum symptoma est, proficisciturq; à retentrice debili, à vitio vasorum, vt venarum, vel arteriarum, quæ nimis apertæ [c] sunt, abruptæ, aut erosæ ab ipso sanguine, nimis multo, tenui, acri. Reliqui tres succi, pituita videlicet, & vtraque bilis non solent expelli sanis, sed tantum ægrotantibus: quare si expellantur & ea expulsio non sit opus naturæ, neque crisis, sed symptoma, imbecillitatem significat, & tanto maiorem, quanto deteriora sunt quæ expelluntur. Atra bilis initio morbi (auctore Hippocrate) [d] seu euomatur, seu deijciatur, perniciosa est. Semen substantia est quæ sanis præter voluntatem non expellitur, sed tãtum ægrotantibus, vbi extra insomnia Veneris expellatur præter voluntatem, retentrix imbecilla est, vel semen ipsum tenue atque acre, vel nimis patent vasa in quibus continetur. Substantia etiam quæ ex cerebro per palatum, nares, aures, oculos destillat, excepta saliua, non apparet in ijs qui bene valent, sed in alijs; notat autem naturam ab ea opprimi, quæ si cocta exeat, iam superari morbum, si cruda, naturam nondum vincere significat, ita vt maiorem imbecillitatem denunciet. Puris & saniei substantia ægrotantibus duntaxat expellitur. Hæc si cocta appareat, quale est pus album, [e] læue & æquale, notat naturam adeo validam esse, vt morbum superet: si cruda sit, & praua, qualis est sanies tenuis, inæqualis, fœtida, cruenta, monstrat naturã à morbo superari. Liquor ex carne, vel adipe tabescente non nisi valde ægrotantibus [f] effluit cum deiectione, vel vrina: proficiscitur autem à calore vrente partes molliores, atque idcirco magnam imbecillitatem significat, maxime autem conspicitur in deiectione eorum qui pestilenti febre laborant. At tabescunt etiam interdum partes solidæ, educunturq; veluti furfures, [g] squamæ, & caruncula: significant autem calorem ardentem, & succorum acrimoniam, cum quibus necessario copulatur virium imbecillitas. Detruditur postremo substantia non solita adesse, aut expelli dum sanitas est, veluti cum educuntur pili, arenulæ, [h] calculi; notat hæc humorem crassum, & glutinosum, & calorem vrentem vnde gignitur, quod non potest accidere cum naturæ robore, atq; idcirco notant imbecillitatem.

Sed omissa substantia expulsorum, persequamur accidentia; attendimus enim quam [i] multa sint & qualia, quando, vnde, & quo pacto excernantur. Debet multitudo eorum quæ expelluntur respondere multitudini eorum quæ præter naturam superant, sic autem naturæ robur significant: quod si pauciora fuerint, monstrat [k] ipsam debiliorem esse, quam vt perficiat quod contendit, si plura, vires succumbunt, ita vt naturæ imbecillitas inde sequatur, ac significetur. Ergo vbi expelli multa videas, si sequatur leuatio morbi [l] & facilitas tolerantię, intelliges id esse naturæ opus, redundantem multitudinem expellẽtis. At si morbus grauior appareat, & æger magis affligatur, colliges inde imbecillitatem naturæ, & eiusmodi expulsa referes ad symptomata. Qualitas eorum quæ expelluntur, si secundum naturam sit, quemadmodum vrinæ [m] color pallidus, aut ruffus, deiectionis subflauus, significat naturæ robur, alioquin imbecillitatem, & tanto maiorem, quanto magis naturali fuerit dissimilis, veluti [n] niger, qui succorum vstionẽ, aut caloris extinctionem significat. Ad qualitatem spectat odor, qui non debet esse fœtidus, fœtor enim putredinem [o] notat & naturam superari a morbo: præterea sapor, qui redundantes succos significat: maiorem vero vel minorem imbecillitatem, pro specie & qualitate ipsius succi superantis, tum frigus & calor: debent quæ detruduntur non sentiri nimis calida aut frigida, quæ nimis calida sentiuntur, testantur redundare succos acriores, & valde calidos, & idcirco naturã languere, sed deteriora sunt frigida, [p] notant enim extingui calidum innatũ & naturæ vires iam deficere. Sub qualitate comprehenditur etiam figura, quam non admittunt excrementa liquida, sed crassiora duntaxat, vt deiectiones, quæ figuram accipiunt ab intestinis vnde transeunt: hanc vbi retineant, significant coctionem, [q] & naturæ robur, alioquin cruditatem, aut vstionẽ, & idcirco imbecillitatem. Quę liquida expelli solent, carere figura debent. Vbi figurẽtur, notant vstionem, [r] quemadmodũ sputum rotundum, & idcirco [s] imbecillitatem. Spuma aliquo pacto ad figuram refertur, apparens aũt in ijs quę expellũtur, causam notat à qua proficiscitur, seruorẽ videlicet & agitationẽ [t] humoris crassi ac glutinosi: quod non fit sine morbi grauitate, & idcirco naturæ imbecillitatẽ significat. Refertur ad qualitatẽ habitus, qui crassitudine & tenuitate cõsistit: hic ergo vbi in expulsis mediocris appareat, secundũ naturã est, & robur demonstrat; si quando autẽ laudatur crassitudo eorũ quæ educuntur, vt vrinæ, aut deiectionis, illam accipere oportet quæ ex coctione tenuiũ proficiscitur, hęc aũt [u] mediocris est. Nimia crassitudo aut à calore nimis absumente humorem, & nimis vrente proficiscitur, aut à frigore nimis cogente: Vtrunque autem naturæ imbecillitatem significat. Quod nimis tenue est, quia crudũ est, notat imbecillitatem, nam cum iam concoquitur, crassescit & [x] glutinosum redditur. Tẽpus expulsionis conueniens ijs quæ naturaliter redũdant, illud est quo dum sanitas est [y] ex-

pelli

a Gal. li. de diff. symp. cap. 6.
b Galen. 3. cris. c. 3.
c Galen. 3. de caus. symp. ca. 2.
d Hippo. 4. aph. 22.
e Hippo. & Galen. 1. prog. vlt.
f Hippo. 2 prog. 22. & 35.
g Hippo. 2. progn. 28.
h Hippo. & Gal. 4. aph. 76.
i Hippo. 2. prog. 13. & Gal. lib. de vrinis c. 28.
k Galen. 3. cris. c. 12.
l Hippo. 1. aphor. 2. & 23.
m Gale. 1. cris. 11. & 12.
n Galen. 1. cris. 11.
o Galen. 3. meth. ca. 7. & li. de dif. symp. c. 4. & 2. progn. 17.
p Hippo. & Gal. 4. aph. 37. & 1. progn. 26.
q Hippo. & Ga. 2 prog. 13.
r Hippo. & Gal. 2. prorrhet. 6.
s Hippo. 2. progn. 46.
t Galen. 2. apho. com. 43.
u Gal. lib. 1 Crisium c. 12.
x Hippo. 2. progn. 16.
y Hippo. 2. prog. 12.

A pelli consueuerunt, alijs vero quæ præter naturam redundant, cum coctio apparet, & in die
crisimo: quæ hoc tempore expelluntur robur naturæ significant, quæ extra [a] hoc, imbecillita-
tem. Locus vnde expelluntur quæ superant secundum naturam, notus est omnibus, vt deiectio.
nis, vrinæ, sudoris sed ea quæ præter naturam superant & morbum faciût, quamuis possint va-
rijs vijs educi, præstat expelli per vnam: multiplex enim via naturæ imbecillitatem monstrat,
quæ cum hac non successit, alia aggreditur via. Conuenit autem ea magis per quã facilius ex-
pellatur quod in loco affecto præter naturam continetur: huiusmodi vero proxima est, & è re
gione ipsius: [b] quæ contraria est, non ita valere naturam denunciat, & longe minus prodest. At
tendi postremo diximus in ijs quæ expelluntur quo pacto detrudantur, quæ enim ad libitum
nostrum educi debent, vbi præter voluntatem expellantur, naturæ imbecillitatem notant, quẽ
admodum vrina, & deiectio; sed multo magis [c] lachrymæ, vbi præter voluntatem fluant. Hæc
quæ de substantia, & accidentibus eorum quæ expelluntur in vniuersum diximus, perpende-
re operęprecium est sigillatim in vnoquoque genere expulsorum. Deiectio perinde atq. alia
quæ ex corpore expelluntur, monstrat quo pacto affectæ illæ partes sint vnde detruditur: de-
truditur autem ex ventriculo & intestinis, has itaque partes bene uel male affectas esse denun
ciat, & eas etiam quæ iuxta sunt, vt viscera cum quibus congruunt. Ergo vbi deiectio secundũ
B naturam reddatur, necesse est illa bene affecta esse, & facultatem validam habere, & materiam
continere quæ cocta sit; hæc vbi ad sunt, adest ibi etiam naturæ robur. At qualis esse deiectio
secundum naturam debeat, docuit [d] Hippo. secundo libro prognolticorum, vbi voluit mollem
esse & figuratam, respondereque modo eorum quæ sumuntur, & expelli tempore consueto,
ita vt non anteuertat neque subsequatur. Quæ ab hac recedit, non continuo imbecillitatem
significat, sed distinguere oportet sit ne opus naturæ an symptoma. Distinguetur ex ijs quæ
paulo ante docui de expulsis in vniuersum, siquidem si sit opus naturæ, significat robur, si sym
ptoma, imbecillitatem, non tamen æqualem: cruda enim deiectio minus, praua magis langue-
re naturam declarat. Intueamur subllantiam & accidentia in quibus consistit eiusmodi reces
sus a naturali. Deiectionis substantia secundum naturam est pars illa [e] crassior esculentorum
quæ in ventriculo non potuit in succum conuerti: si alia substantia deijciatur, vt sanguis, pus,
sanies, liquor ex carne vel adipe tabescente, [f] particulæ solidiores resolutæ, arenulæ, præter
naturam sunt. Idem autem significant in deiectione quod ante diximus in expulsis in vniuer-
sum, nisi quod referuntur ad ventrem. Deijcinntur & cum deiectione interdum lumbrici, quos
[g] præstat apparere dum morbus ad crisim tendit, notant enim tunc corpus purgari, sed ante
sunt indicium prauitatis. Ex accidentibus [h] multitudo deiectionis respondere debet multitu-
C dini esculentorum vt diximus secundum naturam, & tunc robur notat. Vbi pauciora sint quæ
deijciuntur, seu ob expultricem vim debilitatam, seu ob materiam duriorem, seu ob canales
non bene patentes, malum est & tanquam signum & tanquam causa; significat enim ventrem
male se habere, & causa est cur in deterius delabatur, quamobrem nunciat imbecillitatem na
turæ: Vbi plura deijciãtur, neque id sit crisis & naturæ opus, vel debilitatem retentricis, vel ta-
bem significat, & idcirco imbecillitatem [i] naturę. In accidentibus numeratur qualitas, quæ in
deiectione attenditur multiplex, caditque sub varios sensus, vt sub visum, olfactum, tactum.
Quod enim auditui subijcitur, non est qualitas, cum non permaneat, veluti sonus, qui nullus
sentiri debet dum [k] deiectio redditur secundum naturam: quæ cum crepitu detruditur deli-
rium [l] indicat, aut dolorem, & idcirco naturę imbecillitatem. Sed redeamus ad qualitates: sub
aspectum cadit color, qui in deiectione secundum naturam est subruffus. Vbi ea quæ deijciun
tur eum colorem retinent quem habebant dum sumerentur, ostendunt nihil omnino flauæ bi-
lis influere ad ventrem, vel quod tota feratur ad partes superiores, vt ad cerebrum, quod [m] pes
simum est: vel quod canales obstructi sint, vt in morbo quem arquatum appellant, quod non
leue etiam malum est. Contra vbi deiectio ualde colorata sit, si valde flauum colorem præsefe
rat, monstrat copiam flauæ bilis, si nigrum, humoris melancholici, si eum splendore quodam
atra videatur deiectio, summam virium imbecillitatem significat & vstionem. Sed si liuida sit,
D monstrat frigus; & extinctionem [n] caloris, cum quibus necesse est summa virium imbecillitas
copuletur. Odor vero in deiectione secundum naturam quamuis non sit bonus: non tamen est
valde fœtidus: testatur fœtor magnam adesse putredinem, [o] & naturam superari a morbo: per
cipiuntur sensu tactus & primæ & secundę qualitates. Quod spectat ad primas, deiectio cum
expellitur debet sentiri moderate calida: quæ valde calida apparet, monstrat calorem ven-
tris immoderatum: quę valde frigida, permistionem frigidiorum succorum, veluti illius pitui-
tæ quam vitream [p] nominauit Praxagoras: quapropter & hæc naturæ imbecillitatem signifi-
cat Ex secundis qualitatibus, non debet secundum naturam deiectio valde acris sentiri: quæ
talis percipitur, succorum acrimoniam, vel intestinorum ulcus, uel utrunque significat, & pro-
pterea etiam naturam languere. Habitus deiectionis [q] conuenit mediocris, qui talis est, coctio
nem significat, sicuti tenuis, cruditatem, nimis crassus, ustionem & feruorem in partibus uen-
tris nimis attrahentibus atque siccantibus humorem cum quo deiectio soler naturaliter misce
ri. Debet deiectio carere spuma; quæ spumans [r] conspicitur, feruoré & agitationẽ significat, q̃
non accidcrent si adesset naturę robur. Opportunitas deijciendi sanis refertur ad tẽpus cõsue

a Hippo. & Gal. 2. proth. & Ga. in libris de dieb. decr. varijs locis.
b Hipp. & Ga. 3. prorthet. 33.
c Hippo. 1. prog. 10.
d Hipp. 2. progn. 15.
e Gal. 1. de tu. val. 12.
f Gal 1. cri. cap. 11. & Hip. ac Gale. 3. tertii ep. 57.
g Hippo. 2. progn. 18.
h Hipp. 2. progn. 13.
i Hippo & Ga. 5. aph. c. 14
k Hipp. 2. progn. 14.
l Hip. 2. lib. progn. 24.
m Hipp. & Gale. 1. lib. Prorthe. 6.
n Hippo. 2. progn. 22.
o Galen. 2. prog. com. 22 & 1. cri. c. 11
p Gal. 3. de loc. aff. c. 7. & 2. lib. de loc. aff. c. 5.
q Hippo. 1. prog. 13.
r Hippo. 2. prog. 10. & Hip. & Gale. 2. prorthet. 18.

tum,similiter ægrotantibus:qui tamen si præter crassiores partes cibi deijciant humores mor- E
bum facientes,debent eos expellere cum cocti sunt,ante,aliena expulsio est, & indicat natu-
ram superari a morbo.At locus vnde deiectio redditur,vnus & idem est sanis & ægrotantibus,
nisi cum abdomine vulnerentur intestina,& per plagam exeat stercus,aut nisi euomatur,quod
grauissimum est,& mortem a proximam denunciat , veluti in eo affectu quem,εἰλεὸν nominant.
Debet postremo deiectio reddi quando volumus: vbi præter voluntatem detrudatur, signi-
ficat imbecillitatem animalis facultatis , aut vitium in neruis & musculis ad anum perti-
nentibus.

a Hippo.& Gal.7.aph. 10.

Vrina similiter locos monstrat[b] a quibus profluit,vt venas,renes,canales a renibus ad vesicã
pertinentes,vesicam ipsam,& colem.Harum igitur [c] partium affectum denunciat,tuncque ma
xime inspicitur cum discernere volumus quo pacto se habeant hę:quanquam inspicitur etiam
cum ægrotant aliæ,non vt eas significet,sed vt ostendat [d] an cum ipsis læsæ quoque sint partes
a quibus ipsa profluit . Vrina secundum naturam ostendit bene se habere locos prædictos, ita
vt humores coctos contineant, facultatem habeant validam,neque aliquo implicentur ex vi-
tijs partium multiformium.Hæc vbi talia sint,maximam fidem faciunt naturalem vim bene va-
lere,quam docuimus maxime desiderari in morbis illis qui a materia pendent, cuiusmodi sunt
febres quas putredo accendit;nullus autem talis morbis fere interimere hominem potest, vbi F
vrina cocta [e] est , qualis reddi solet dum sanitas est . Constat autem [f] ex aquoso humore & ijs
quæ in ipso subsident;tam horũ q̃ illius substantiam & accidentia intuebimur . Substantia hu-
moris aquosi cum nulla re aliena miscetur secundum naturam , educitur enim solummodo ve-
luti serum lactis subflauum,ac mediocriter crassum , in cuius [g] fundo subsidere debet aliquod
album,læne & æquale.Hæc autem necesse est perseuerent,non tantum semel aut bis conspiciã
tur:quanquam non debent esse æqualia in omnibus secundum naturam, sed variari pro varie-
tate temperamenti,ætatis,[h] sexus,aeris,victus , ac morbi. Interdum enim magis,interdum mi-
nus colorata conspicitur vrina secundum naturam: Magis item vel minus crassa , cum maiori
vel minori copia subsidentium . Illa autem quæ proxime ad eam accedit quam descripsimus,
absolutam coctionem:naturæ robur significat,& tandem salutem vna cum celeritate pollice-
tur:quæ ab hac recedit , vel simpliciter cruda est , vel etiam praua . Cruda maxime est quæ te-
nuis,alba,& aquosa redditur, deinde illa quæ vinum tenue album repræsentat:hanc sequitur
subpallida,quæ pallida est,non est amplius cruda . Monstrat quæ cruda est morbi robur vali-
dum,quod nondum superetur a natura,quę tamen si validior alioquin appareat,poterit ipsum
superare,sed diuturnitate tẽporis,si imbecillior,omnino succumbet . Vrina vero quæ non solũ G
cruda est,sed etiam praua,dissimilior est,dissimillima quæ maxime praua. Interdum tamen ea
quæ prauitatem præsefert,est opus naturæ & robur significat,non magnam imbecillitatem, si-
cuti cum est symptoma. Distinguitur opus naturæ a symptomate ex indicijs superius positis
Cæterum prauitatis gradus inuenies perpendendo substantiam & accidẽtia tam ipsius aquo
si humoris,quam subsidentium , substantia si omnino aliena sit,vt pus, sanies,liquor in parti-
bus tabescentibus , idem in aquoso humore significat quod supra in vniuersum retulimus in
expulsis.Ex accidentibus,spectabimus primo quã multa vrina expellatur:debet aũt secundũ
naturam respondere multitudini potionis: vbi pauciorem [i] uideas, caussari oportebit , uel ni-
mium calorem,a quo absumitur humor , uel ipsius humoris crassitudinem prohibentem exi
tum,uel affectum aliquem præter naturam in partibus urinæ inseruientibus.Pro specie autem
& magnitudine affectus,maior uel minor denũciatur naturæ imbecillitas. At ubi copia urinæ
nimis multa uidetur,uel est opus naturæ,& crisis,uel symptoma:Illud,robur significat expul-
tricis,hoc uero succorum irritantium acrimoniam : uel tam crassos succos, quam ipsas partes
corporis liquari.Quod spectat ad accidentia,color humoris aquosi secundum naturam palli-
dus est,aut ruffus,aut [k] subruffus:uariatur enim(ut ante ostendimus)pro temperamento, æta H
te, sexu,genere uictus,ac morbi : proprie autem [l] inedia & exercitatio reddit urinam magis
coloratam,satietas & ocium,minus. At uariatur etiam pro tempore quo redditur. Cum fit co-
ctio [m] modice pallida est,cum iam perfecta est,efficitur ruffa. Ergo ubi color secundum natu
ram seruetur,magnã fidẽ facit roboris naturæ, etiam si urina uel tenuis sit,uel præferat alia
symptomata grauia:id quod ex Gal.& Hip.[n] colligitur tertio libro de morbis vulgarib. Mon-
strat bonus color,coctionem,& idcirco salutem. Vbi non seruetur naturalis vrinæ color,aut re
mittitur,aut intẽditur: remittitur quidem cum sit subpallida,aut etiam alba. Mõstrat autẽ cru
ditatem:sed maiorem si alba,minorem si subpallida sit:coloratur enim cũ sit coctio, quod ali-
quid flauæ bilis cũ ea misceatur,unde ruffa,uel pallida efficitur,alioquin alba esset. Notat igiẽ
urina alba [o] cruditatem,& ideo morbum nondũ superari a natura . Quanquã apparet interdũ
alba,non ob cruditatẽ,sed ob flauam bilem quæ superiores partes tentat. Pessima autem tunc
[p] est, præsertim delirantibus,& mortẽ significat. Fertur aliquando etiã flaua bilis ad intestina,
ita ut nihil ex ea misceatur cum urina,quæ idcirco alba redditur: significat aũt intestinorũ dif
ficultatem,minusq.mala est,quã ubi alba fit,& flaua bilis feratur ad cerebrum.Coloratur ma
gis urina cum uel flaua efficitur,uel rubra,uel liuida,uel uiridis,uel nigra,uel olei colorẽ repre
sentat.Quid significet unusquisq.ex his coloribus,sigillatim nunc perpendere oportet.Sume-
mus

b Gal.4 apho.cõ 77.
c Gal.4.aph.cõ.78.
d Gal.3.tertij epi.cõ.6.
e Gal.6.sexti epi.cõment.6.
f Gal.4.de tu.ua.c.4.
g Hippo 2.prog.26.
h Gal.ibid.& 1.cri.12.
i Gal.li.de vrinis c.38
k Ga.3 primi epid.cõm.ur.31.
l Gale.14.meth.ca.1.& 1.cri.c.12
m Ga.1.cri.c.12.
n Hipp.& Gal.3.primi epi.27.
o Gal.li.1.d cri.c.12.
p Hipp.& Gal.4.aph.com.72.

A mus initium a flauo, qui in vrina fit propter copiam [a] flauæ bilis quam accipit. Quod si hoc accidat cum morbus remittitur, crisim & naturæ opus significat. Scribit [b] Hippocrates tertio libro de morbis vulgaribus Cberionem fuisse a febre liberatum reddita multa vrina biliosa: sed si flaua appareat initio morbi, flauam bilem superantem denunciat, cum qua non potest naturæ robur copulari, non tamen tantam esse debilitatem necesse est, vt natura superetur a morbo, sed potest etiam ipsum superare. Ruber color, sanguinis copiam significat, nisi accidat vitio renum qui nimis pateant, ita vt cum aquoso humore sanguinem admistum accipiant: renibus vero bene suo munere fungentibus monstrat rubra vrina sanguinis copiam, ac vasorum plenitudinem. Sed si tenuis sit, monstrat copiam sanguinis crudi & aquosi: at non propterea magnam virium imbecillitatem, cum soleat concoqui & superari a natura, sed tempore diuturniore, [c] quod non ita necessarium est vbi crassa fit. Liuidus & viridis [d] color nigrum antecedit, quæ enim ob vim frigoris nigra redditur, prius liuida apparet, quæ ob vim caloris, viridis. Notat ergo color liuidus vim magnam [e] frigoris, & idcirco extingui calidum innatum, & naturam languere: viridis feruorem significat, & vstionem ob calorem nimis vehementem, cum quo necesse est iungatur magna virium imbecillitas. At niger si ob frigus accidat, calidi innati extinctio

B nem: Si ob calorem, significat vstionem iam factam, quemadmodum in febre ardente. Ab vtrouis fiat, demonstrat [f] naturæ vires iam deficere. Est igitur deterrimum signum nigredo vrinæ, præsertim si pauca fuerit, & magis [g] in viris & mulieribus, quam in pueris. Philiscus quem Hippocrates [h] primo libro de morbis vulgaribus sexto die perijsse ait, nigram vrinam reddebat. Verum potest citra vim frigoris aut caloris esse etiam vrina nigra propter humorem melãcholicum admistum, sine fit opus naturæ, quod robur significat, & distinguitur quemadmodum supra de expulsis in vniuersum diximus, siue fit symptoma: minus autem malum est quam vbi nigredo a calore vel frigore proficiscatur. Quod si nigram vrinam faciat permistio humoris melancholici, neque id sit opus naturæ, sed symptoma, non ita malum est, vt non possit natura et morbum superare: quidam enim liberati sunt, quos cum eiusmodi vrina Hippocrates [i] describit tertio de morbis vulgaribus in Thaso: minus autem periculosa est puerperis, & mulieribus quibus retenti sunt menses. Sed si pro humore melancholico admisceatur atra bilis vsta, eiusmodi vrina longe deterior est: Hæc enim vt perniciose [k] deijcitur, ita etiam redditur cum vrina. Accipit & vrina interdum olei colorem, [l] ex adipe & carne rabescentibus. Sed de hac agemus cum ad ea veniemus quæ in vrina subsident. Hactenus de colore, pergamus ad reliquas qualitates, & primo ad odorem. Vrina secundum naturam quamuis non bene oleat, non tamẽ debet [m] male olere. Fœtor, (vt de expulsis ante in vniuersum dictum est) indicium est putredi-

C nis, & naturæ succumbentis morbo. Naturaliter etiam homines calidi & humidi, [n] qui maxime sunt obnoxij putredini, vrinam reddunt non omnino expertem fœtoris. Tactu percipiuntur in vrina & primæ & secundæ qualitates: quod spectat ad primas, vrina dum exit secundum naturam, moderate calida sentitur, quæ calidior percipitur, feruentem calorem, & idcirco virium debilitatem denunciat; quæ frigidior, frigus, & extinctionem calidi innati, atque idcirco viriũ defectum. Quod attinet ad secundas, sentitur vrina secundum naturam media inter acrem & lenem: si lenior sentiatur, est signum cruditatis: si acrior, flauæ bilis redundantis. At neque cum cruditate, neque cum multitudine flauæ bilis coniungi potest virium robur. Caret naturaliter vrina secũdum naturam spuma; quæ spumans redditur, feruorem atque agitationem notat & succos crassos ac glutinosos, atque idcirco morbos longiores: at non propterea perniciosos, potest enim adhuc adeo valere natura, vt vincat morbum. Habitus naturaliter conuenit medius inter [o] crassum & tenuem, qui talis est, coctionem ostendit, & robur naturę: qui tenuis est, indicat cruditatem [p] non secus atque color albus, inde enim proficiscitur tam albedo quam tenuitas, quod nihil flauæ bilis misceatur cum humore aquoso: qui crassior est quam conueniat, talis efficitur vel ob misturam succorum qui cum aquoso humore miscentur, vel ob vstionem, aut perturbationem. Si succi cum aquoso humore admisti reddantur, vbi fit opus naturæ & cri-

D sis, significat robur; vbi symptoma ob partes ipsas corporis rabescentes, magna virium imbecillitas denunciatur. Vstione seu calore vrente absumuntur partes tenues. Restant magis crassæ vnde vrina crassior efficitur, sed minus copiosa redditur. Hoc ubi accidit, naturã valde debilitatem declarat. Perturbatur interdum vrina & crassior fit, quũ crassa substantia quę subsidere naturaliter solet, non separatur ab aquoso humore, sed cum eo mista confunditur, vnde apparet vrina turbida & crassa, quæ notat [q] succorum ebullientium æstum, & periculum ne ad caput ferantur, non tamen adeo debilitatam naturam demonstrat, vt superare omnino nequeat eiusmodi succos ebullientes, quos tunc superandos intelliges, cum cernes vrinam quæ reddita est turbida, non amplius [r] manere talem, sed subsidente substantia crassiore, perspicuam fieri. Hactenus de humore aquoso. Restat alterum quo contineri vrinam diximus, nempe crassa illa materia, quæ in aquoso humore naturaliter subsidet. Hæc vbi substãtiam & accidentia secundum naturam retineat, perfectam coctionem, & naturæ robur validum ostendit. Substantia igitur subsidentium multo crassior conspicitur ipso humore aquoso in quo residet, quasi nubes in aere. Conspicitur autem in vitro in quo seruatur vrina. Substantia hæc non ita concoqui [s] potuit vt verteretur in alimentum, & idcirco expellitur tanquam minus habilis

a Gal. 4. de ru. vat. c. 4.
b Hippo. 1. 3. epid. 1.
c Hippo. 2. progn. 17.
d Galen. 1. cri. c. 12.
e Gal. ibid.
f Hippo. & Gal. 2. pg. 31. & 31.
g Hip. 3 pri mi ep. 18.
h Gal. li. de vrinis c. 10.
i Hippo. 3. tertii epid. 80. & 82.
k Hip. 4. li. aph. 21. & 24.
l Ga. 1. crif. 12.
m Hipp. 2. progn. 31.
n Galen 8. meth. c. 7.
o Ga. 1. cri c. 12.
p Gal. li. de vrinis c. 5.
q Hippo. 4. apho 70. & Gal. li. 1. de crif. c. 12.
r Gal. 1 cri. c. 12.
s Ga. 1. crif. 12 & 1. lib. prog. com. vlt.

ad alendum,non tamen ex toto cruda exit,sed aliquam mutationem adepta est a partibus [a] so- E
lidis,vt a tunicis venarum,vnde efficitur alba,læuis & æqualis quemadmodum,pus quod simi-
liter non potest in alimentum mutari,aliquam tamen coctionem admittit, vnde efficitur [b] simi
liter album,læue,& æquale. Apparet igitur eiusmodi substantia subsidens in vrina bene valen
tium omnium,maxime vero eorum [c] qui multa cruditate redundant, vt pueri,quia nimis eda-
ces sunt,vt ij etiam qui ociosam vitam degunt, vel laborant statim a cibo, ijs enim maior co-
pia subsidet eiusmodi substantiæ:alijs vero,vt iuuenibus,vt biliosis, vt laboriosis,minus. Sed
iam peruenimus ad accidentia,& proprie ad multitudinem subsidentium: non requiritur hæc
æqualis in omnibus,sed maior vel minor pro varietate [d] temperamenti,ætatis,ac victus. Ex cæ
teris accidentibus subsidentium, naturalem colorem diximus esse album,nam talem efficiunt
solidæ partes,vt venarum tunicæ,quæ hanc crassiorem substantiam sibi similem reddunt quan
tum possunt. Debet præterea quod in vrina subsidet esse expers fœtoris,æquale, mediocriter
crassum:quanquam huius quoque crassitudo variatur pro vario temperamento,ætate,sexu,ge
nere victus,ac morbi,quemadmodum variari diximus crassitudinem aquosi humoris. Attendi-
tur & locus : secundum naturam subsidere debet eiusmodi substantia crassior in fundo; quan-
quam biliosis satis est si [e] vel in medio,vel etiam in summo nebulæ modo innatet. Huiusmodi
igitur sit quod in vrina subsidet,nam sic perfectam coctionem significabit, modo [f] perseueret,
& non tantum semel,aut bis conspiciatur. Contra naturam accidit vt vel nihil subsideat in vri F
na,vel non quale propositum est. Vbi nihil subsideat,aut nihil expulsum est eiusmodi substan-
tiæ crassæ,quod summam cruditatem significat,& euenire solet cum vrina valde tenuis est,aut
expulsum quidem aliquid est,non tamen separatum postea est ab aquoso humore, sed cum eo
confusum,quemadmodum in vrina perturbata,quam paulo ante docuimus succorum ebullien
tium æstum [g] significare, & periculum minari ne caput ab eiusmodi succis tentetur. At vbi ex-
pellatur,& expulsa separetur crassior hæc substantia quam diximus ab aquoso humore, non
semper talis apparet qualem esse debere secundum naturam ostendimus:sed vel manente ea-
dem substantia mutantur & accidentia, vel substantia ipsa diuersa est. Hac primo manere
substantiam ipsam, sed mutari accidentia. Potest multitudo & maior & minor apparere,
quam conueniat homini qui tractatur. Maior [h] crudorum, minor, biliosorum succorum in-
gētem copiam significat. Mutatur interdum qualitas,quemadmodum color quem diximus es-
se naturaliter album, a quo maxime distat qui [i] niger est, tum qui nigrum antecedit, seu liui-
dus,seu viridis. Significant eiusmodi colores in subsidentibus idem quod supra significare tra-
didimus in humore aquoso, calorem videlicet perurentem,vel frigus, atque extinctionem cal
di innati. Aliquando etiam multitudinem humoris [k] melancholici admisti. Ruber vero color
tenuis & [l] crudi sanguinis copiam,sicut flauus, multitudinem flauæ bilis redundantis denun- G
ciat in subsidentibus,quemadmodum & in humore aquoso. Sequitur odor,qui si fœtidus sit si-
gnum est putredinis [m] & naturæ quæ superetur a morbo.

Desiderari & æqualitatem diximus in ijs quę subsident secundum naturam: inæqualitas,in-
æqualitatem succorum & imperfectā coctionem monstrat. Figura rotunda eorum quæ subsi-
dent vitiosa est,qualem fuisse Philisco scribit [n] Hippocrates primo libro de morb. vulg. magis
conuenit quæ Pyramidem imitetur,ita vt pars tenuis sursum spectet. Debent & quæ subsident
carere spuma; quā vbi præseferant, feruorem,& agitationem demōstrant. Habitus etiam requi
ritur mediocris,licet non ęqualiter oībus: qui tenuior est quam conueniat,cruditatem: qui cras
sior, vstionem seu crassorū humorū copiam significat. Vbi maxime crassa sunt quæ subsident,
perniciosa sunt: [o] Narrat Hipp. primo de morbis vulgaribus Silenum quendam obijsse,in cuius
vrina subsidebant quædam valde crassa & concreta ; tunc autem si multitudo vrinæ superue-
niat,sequi sanitas potest. Postremo situm subsidentium diximus esse in fundo secundum natu-
ram; quæ in medio innatant, [p] imperfectam coctionem, & flatum significant, & multo magis
quæ in summo. Sed satis de accidentibus mutatis manente substantia subsidentium; pergamus
ad mutationem substantiæ. Continentur interdum in vrina pro crudo & crasso illo humore
(quem naturaliter contineri diximus) sanguis, pus, adeps, furfur, aut squamæ: tum quoddam ve H
luti farina crassior, pilus, arena, aut calculus, quæ omnia præter naturam sunt & idcirco imbe-
cillitatem significant. Proprie autem sanguis, [q] vel vitium notat instrumentorum vrinę, sub quo
caua aut magis patent, aut etiam abrupta sunt, vel summam sanguinis ebullientis copiam: hoc
grauius est, cum periculum sit ne calor strangule tur, illud vero lenius. At si in aquoso humore
pus subsideat, siquidem coctum sit, coctionem notat inflammationis quæ iam suppurauit,& id-
circo a natura superatum esse morbum. Sanies contra significat naturam superari a morbo. In
febribus autem quæ ab humorum putredine proficiscuntur, [r] contineri in vrina solet substan-
tia quædam similis aut puri, aut saniei a qua idem significatur: potest tamen interdum sa-
nies aut pus non ita album, læue, & æquale vt debet in fine morbi educi cum vrina, quod natu-
ra corpus ea via purget, sed tunc censendum est opus naturæ & nō symptoma. Innatat [t] inter-
dum in vrina adeps, quæ tabificum calorem, & virium imbecillitatem significat. Sed emanant
interdum a renibus, & tunc [t] tota simul educitur: Interdum ab vniuerso corpore, & effluit pau
latim: longe maiorem naturæ imbecillitatem significat vbi ab vniuerso corpore, quam vbi a re
nibus

a Galen. 1. pg. cō. vlt.
b Gale. ibi.
c Galen. 1. cris. c. 12.
d Gal. ibi.
e Gal. ibid.
f Hippo. 2. progn. 26.
g Galen. 4. aph. cō. 70. & 1. cris. c. 12.
h Galen. 1. cris. 12.
i Gal. ibid.
k Gal. li. de vrinis.
l Galen. 2. prog. com. 27.
m Ga. li. de vrinis c. 31. & 1 cris. c. 12.
n Hip. li. 3. primi ep. 18
o Hippo. 3. tertii ep. 19
p Hipp. 2. progn. 36.
q Hippo. 4. aph. 75. & 78.
r Gal. 1. de dif. feb. c. 6
s Hippo. 2. aph. 35.
t Hippo. 7. aph. 36. & Gal. in cō. mento.

A nibus duntaxat educatur. At tota interdum vrina oleum repræsentat, vnde Græce dicitur ἐλαιώδης: est enim subalbida quasi vncta colore ac pinguitudine oleo non dissimilis: notat autem adipem liquari, id quod perniciosum est, & naturam labefactari demonstrat. Quod si non tantum adeps, sed etiam partes solidiores tabescant, conspiciuntur in vrina quædam similia farinæ [b] hordei, præterea squamæ, aut veluti carunculæ, quæ notant calorem vrentem, & febrem adeo tabificam, vt perurat partes solidiores. Hæc autem plerunque alba sunt, nam vbi rubra subsideant, notant sanguinem crassiorem perustum: furfures & squamæ ab eadem causa resoluuntur a solidioribus partibus & cum vrina educuntur, Ita vt idem significent. At pili, [c] arenulæ, & calculi, calorem in renibus vrentem, & crassum ac glutinosum succum notant, non tamen propterea labefactari naturam, sicuti cum educuntur, quæ a solidioribus partibus diximus resolui.

Sed omissa vrina, pergamus ad sudorem, qui sæpe secundum naturam est (quamuis hoc non placet [d] Diocli) & idcirco robur significat. Substantia quæ naturaliter pro sudore expellitur, eadem est quæ vrinæ, nimirum aquosus humor, [e] cuius maxima pars in vrinam vertitur; reliqua quæ venis ad cutem pertinentibus cum sanguine distribuitur, sudore [f] expellitur. Varia autem est secundum naturam, non secus atque vrina, pro vario temperamento, sexu, genere B victus: habet enim naturaliter aliis plus, alijs minus bilis admistum. Quantus esse debeat sudor secundum naturam, non ita facile metiri possumus, sicuti metimur vrinam ex multitudine potionis: coniicimus tamen aliquo pacto quantum redundet aquosi humoris in partibus externis, cui respondere debet multitudo sudoris. Quod attinet ad qualitatem sudoris, color idem est atque vrinæ secundum naturam: fœtorem autem nullum præsefert: tactu calidus est, & ex corpore vniuerso emanat. Ergo vbi sit qualis esse solet bene valentibus, secundum naturam est, & robur significat. At non continuo imbecillitatem vbi mutentur eius substantia & accidentia, cum aliquando sit [g] opus naturæ, id quod discernitur quemadmodum supra docuimus cum de expulsis in vniuersum ageremus. Mutatur substantia, cum non aquosus humor, sed alius sudore educitur; educuntur enim cum eo sæpe succi in corpore redundantes: id quod vel est opus naturæ, vel symptoma, quod natura cogatur a multitudine & acrimonia. Educitur interdum sudore liquor tabescentibus vel succis crassis, vel etiam ipsis partibus corporis ob calorem vrentē, quod magnam naturæ imbecillitatem denunciat. Mutantur interdum accidentia, vt multitudo, quod plus aut minus quam conuenire videtur emanet ipsius sudoris. Vbi nimis multus appareat & nō sit opus naturæ, causari oportet vel liquorē quē succi aut partes tabescentes præbent, vel nimiam multitudinē eiusmodi aquosi humoris in corpore redundarē, C vel facultatē retentricē debilē, vel tenuitatem materiæ, vel foramina relaxata. Contra vbi paucus reddatur, causabimur expultricem debilem, materiā crassam, vel dēsitatem cutis. Sed paucitas non monstrat summam virium imbecillitatem; sicut facit ἐφίδρωσις, id est exiguus quidam sudor circa [h] caput & collum, qui significat naturæ vires deficere. Quod si a toto etiam corpore emanet exiguus, significat nō secus ac cætera expulsa quæ pauciora apparent, naturā adeo debilē, vt non possit perficere id ꝙ tentat. At quod spectat ad qualitatem, color vbi mutetur, refert superantem humorem cum quo miscetur: fœtor putredinem significat, & morbum nō posse facile superari a natura. Qđ si pro calido frigidus effluat sudor, succos adeo frigidos esse denunciat, vt non superētur a calore [i] naturali. Percipitur frigidus, maxime in febrib. acutis perniciosis, quod interiora vrantur, exteriora frigeant. Vbi febres non sint [k] acutæ, monstrat frigidos succos, & morbi longitudinem, non tamen interitum. Tempus quo exire debet ægrotantibus, est cum perficitur coctio: pertinent etiam ad tēpus dies crisimi. in quib. si sudor appareat, [l] bonum, est enim opus naturæ. At qui vel coctionem antecedit, vel fit in die non crisimo, symptoma est, & significat naturam non superare causam morbi. Restat locus vnde exire debet sudor; hic aūt est cutis totius corporis: Quod si ex aliqua parte & non ex toto corpore effluat, inæqualem affectum significat & morbum illius [m] partis: summam autem imbecillitatem notat D qui circa [n] caput & collum apparet: Valde enim tunc debilitata est facultas retinens. Præter tria genera expulsionum, deiectionem, vrinam, sudorem, quæ secundum naturam sunt, alia quoque obseruantur, quæ præter naturam videntur, vt vomitus, sputum, fluxus sanguinis ex naribus, vtero, intestinis, venis ani: neque enim solent expulsa hæc apparere in bene valentib. excepto sanguine menstruo, & eo qui post partū effunditur: sunt tamen interdum [o] naturæ opus, & non symptoma, distinguunturque ex leuatione morbi, & facilitate tolerantiæ inde sequentib. nam vbi symptoma sint & omnino contra naturam, morbus fit asperior, & ægrotans magis affligitur. Intueamur seorsum in vnoquoque substantiam & accidentia, exorsi a vomitu: huius substantia interdum est cibus & potus, qui ob nimiam satietatem, atque ebrietatem euomitur sanis, & tantum externam causam, non robur, aut imbecillitatem naturæ denunciat: id quod euenit etiam vbi ægrotantibus ob eandem causam euomatur. Sed si moderata fuerint esculēta & poculenta, causari oportet cum euomūtur, facultatem retentricem ventriculi debilem, cum qua necesse est naturam languere. Si euomantur succi, quanto [p] minus syncera est eorum substantia, minusque praua, & magis cocta, tanto validius naturæ robur declarat: contra quanto magis syncera, praua, & cruda, rāto maiorem imbecillitatem. Deterior autem est flaua bilis

a Hipp. & Ga. 7. epid. com. 7. & Gal. de vrinis c. 25.
b Hipp. 1. prog. 28. & Gal. in cō.
c Hip. 4. li. aph. 76.
d Galen. 1. aph. com. 13. & li. de diff. sympt. c. 6.
e Gale. 10. simplic. de sudore.
f Gal. 1. de tu ua. c. 12.
g Hippo. 1. prog. 26.
h Hippo. 2. progn. 26.
i Hipp. 1. prog. 26. & 4. apho. 37.
k Hipp. locis dictis & Ga. in commentarijs.
l Hippo. 4. aph. 36. & 1. prog. 26.
m Hipp. 4. aphor. 58.
n Hippo. 1. progn. 26.
o Gal. li. de diff. symp. c. 6.
p Hippo. 2. progn 28.

quam pituita; deterior adhuc humor melancholicus: sed omnium succorum[a] deterrima est atra bilis, præsertim quæ ex flaua perusta orta est, siquidem naturæ vires ex toto conuellit. Sanguis E quamuis sit optimus succus, si superne tamen reddatur, malum inquit Hippocrates[b] quodam loco: Intellige tu si expuatur, nam vbi euomatur ab eodem Hipp.[c] alibi distinguitur: cum febre enim malum est, quod viscerum inflammationem, & naturæ imbecillitatem significet; sine febre, non ita malum est: notat enim aperta esse vasa quæ acerbis curantur, vt ipse ibidem testatur. Ex accidentibus ad vomitum spectantibus nimia multitudo, vt efficit, ita etiam ostēdit debilitatem. Paucitas notat naturam oppressam esse, & cum se exonerare tentauerit, non potuisse id perficere; Si cum paucitate vehemens nausea copuletur, duplici nomine malum est, & vt causa est, & vt signum: ea siquidem agitatio, ventrem lacerat, & succi demonstrantur valde glutinosi, atque inhærentes ori ventriculi, ita vt excuti & educi minime possint. Ad qualitatem eorum quæ euomuntur, primo refertur color: monstrat hic succos, vt ruber, sanguinem, albus, pituitam, flauus, flauam bilem, niger, humorem melancholicum. Refertur & odor, qui non debet esse[d] fœtidus: notat enim fœtor putredinem vt in alijs expulsis; ita etiam in vomitu; proprie autem vbi vomitus fœtorem stercoris repræsentet, quemadmodum in eo affectu quem Græci [e] vocant, significat clausum esse exitum deiectioni, ita vt quod inferne detrudendum erat, superne educatur: hoc vbi accidat, naturæ vires conuellit, &[f] mortiferum est. Sapor respondet succo qui euomitur & eum[g] denunciat, vt dulcis, sanguinem, acidus, acidam pi- F tuitam, amarus, flaua bilem, acerbus, humorem melancholicum: quod si cum acerbitate iungatur acrimonia, monstrat atram bilem vstam. Habitus eorum quæ euomuntur debet esse mediocris, si tenuior sit, cruditatem, si crassior, vstionem, & idcirco naturæ vires debilitatas ostendit. Tempus seu opportunitas vomendi, est cum succi cocti sunt: qui euomuntur crudi, monstrant naturam coactam esse, neque potuisse expectare dum tempestiue educeret quæ superant. Sputum etiam est inter expulsa, quæ bene valentibus non accidunt, in quo similiter spectare substantiam & accidentia oportet, ex quibus naturæ vires atque imbecillitatem conijcias. Substantia igitur si sit succus aliquis non syncerus, non prauus, non crudus sed coctus, significat robur naturæ: si syncerus, si prauus, si crudus, imbecillitatem; proprie autem sanguis, monstrat[h] venarum tunicas rarefactas, apertas, vel abruptas esse: pus coctum, inflammationem quæ iam suppurauit & cocta est, ita vt natura morbum superauerit: sanies contra superari naturam a morbo significat. Quod si cum liquore solidior substantia expuatur, veluti frustum cartilaginis, indicat magnum[i] vlcus, atque ingentem putredinem in aspera arteria, & idcirco naturæ vires conuelli. Ex accidentibus, sputi multitudo vbi facile toleretur, bona est, paucitas, mala, præsertim si cum difficultate reddatur: significant enim vitium imbecillitatem, & cruditatem[k] materiæ. Quod attinet ad qualitatem, color, succi speciem monstrat, quam paulo ante G tractauimus. Vt autem atra bilis inter succos pessima est, ita color ater inter sputi colores[m] deterrimus. Nullus etiam sentiri debet fœtor in sputo; nam quod fœtidum[n] redditur, summam putredinem significat, & tandem virium defectionem; figura nulla conuenit sputo, cum debeat esse liquidum; quæ liquida sunt, non[o] retinent figuram, quam a continentibus accipiunt. Damnatur ab Hippocrate[p] sputum rotundum, quod retinet figuram asperæ arteriæ ex qua eductum est. Retinet autem hanc, quod exsiccatum atque exustum sit a calore perurente, nec vt oporteret fluit atque humidum est: Vnde naturæ imbecillitatem denunciat. Quod si sputum cernatur[q] spumans, ingentem feruorem atque agitationem notat, vnde necesse est naturæ vires labefactari. Habitus sputi conuenit mediocris: quod tenius est, cruditatem notat:[r] quod crassius, vstionem. De tempore, quanto celerius redditur sputum, tanto celerius[r] concoqui monstrat, neque enim reddi potest, præsertim cum facilitate quod crudum est, quanto incipit reddi tardius, tanto diuturniorem cruditatem denunciat. Præstat igitur celeriter reddi, & cum facilitate, hoc enim coctionem & celeritatem significat, quod tardius & cum difficultate redditur, contrarium monstrat.

Sanguis siue ex narib. siue ex vtero, siue ex intestinis, siue ex venis ani fundatur, interdū est naturæ[s] opus, interdum symptoma: vbi symptoma est, morbus asperior fit, & ægrotans multo H grauius vehementiusque affligatur: vbi sit opus naturæ, sequitur leuatio morbi, & facilitas tolerantiæ. Sed perpendamus substantiam & accidentia quemadmodum in cæteris expulsis. Substantiam sanguinis bonam præstat retineri, nisi vbi nimium superet; tunc enim expedit effundi: malam educi oportet. Quamobrem vbi educatur, denunciat naturæ opus, & robur, si ea expulsio tempestiue fiat: Nam si intempestiue, vinci naturam denunciat ob sanguinis prauitatem. Ex accidentibus, multitudo fluentis sanguinis respondeat copiæ redundanti: nimia copia, vires conuellit, paucitas, perniciosa est, veluti cum stilla sanguinis ex naribus exit; denunciat enim naturam[t] cogi expellere, sed adeo imbecillam esse, vt nequeat id exequi ad quod aggressa est. Obserua quæ ab Hippocrate[u] scribuntur, in libris de morbis vulgaribus, intelliges multos profluuio sanguinis narium ex grauissimis morbis euasisse: contra eos interijsse quibus parum sanguinis ex naribus fluxit. Quod attinet ad qualitatem, color sanguinis monstrat bonitatem substantiæ, quam proxime tractauimus, deterrimus est niger. Narrat Hippocrates[x] Philiscum, cui sanguis fluxit merus, hoc est ater, (ita enim accipitur à

a Gal. li. de atra bile 3. Hipp. 4. apho. 22.
b Hipp. 4. aph. 25.
c Hippo. 7. aphor. 38.
d Hippo. 2. aphor. 42.
e Hipp. & Ga. 7. aph. 10
f Gal. 4 de tu. ual 4.
g Hippo. 2. progn. 44. & 46.
h Gal. 5. de cau. symp. c. 2.
i Gal. 1. de loc. aff. c. 1.
k Ga. 4. de lo. af. c. 7. & 1. cri. c. 18.
l Ga. 2. cris. c. 10.
m Gale. 1. cris. c. 5. & 2. prog. 48.
n Hip. 5. aph 11.
o Aristo. 2. lib. de ortu & inter. 9.
p Hipp. 2. progn. 46.
q Hippo. 2. progn. 47.
r Hippo. 2. aph. 12
s Gale. 1. de diff. sympt. c. 6.
t Hippo. & Gal. 1. prorrhet. 1. & 3. tertii epid. com. 15.
u Hipp. 3. tertii ep. 72 & 2. primi epid. 75.
x Hip. 3. primi ep. 18.

Galeno

A Galeno) [a] sexto die interijsse. Tempus opportunum est cum perficitur coctio, & in die crisimo, qui tunc effluit, moustrat opus naturæ & robur, alioquin intempestiue expellitur, & naturam cogi à morbo significat: locus vnde effluit sanguis, respondere debet loco vbi redundat, ex quibusdam enim partibus commode exhauritur per anum, ex quibusdam per vterum. Exhauriatur per nares sæpe ille sanguis qui in vniuerso corpore redundat, interdum qui in visceribus, vt in iecinore, aut liene. Debet autem qui [b] in iecinore continetur, ex nare dextra, qui in liene, ex sinistra effundi: e regione enim consueuit natura vbi morbum superat, expellere quæ infesta sunt: quæ contra expelluntur, monstrant naturam non omnino superare morbum, & idcirco imbecillam esse. Hactenus de causis tam proximis quam remotis, de iuuantibus & nocentibus, de effectis sub triplici genere contentis, vt de actionibus, de ijs quæ in partibus nostri corporis sensu percipiuntur, de retentis & expulsis monstrantibus naturæ robur, aut imbecillitatem, vnde morbi euentus conijci facile queat. Differentiæ euentus sequuntur prædicendæ, quæ quoniam magnitudo huius longius processit, sequenti libro dicentur.

a Galen. in comm.

b Hippo. & Gale. 1. lib. prrhet. 33. & lib. 3. de crisib. c. 3.

B

VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM,

Partis Primæ Liber Vndecimus:

Qui est de Prædictione differentiarum euentus, temporis scilicet, modi, et stabilitatis.

De prædictione differentiarum in vniuersum. Cap. I.

C Si quid est propter quod medicus incredibilem gloriam, & summum honorem acquirat, id maxime est futurorum præsagitio, quandoquidem morborũ curatio, interdum naturæ, interdum casui accepta refertur: illa arti dũtaxat tribuitur, tantumq. admirationis habet, vt (quasi humanas vires exuperet) diuina existimetur: quis. n. non suspiciat, nõ. admiretur, non efferat summis laudib. ad cœlum quem videat præsignificare non modo què exitum habiturus sit morbus, sed quo tempore, quo modo, & quam stabilem? Qua ratione autem præuideri posset morbi exitus, seu euentus, proximo libro docuimus; De tempore vero, modo, ac stabilitate (quæ sunt differentiæ euentus) agemus in hoc quem præ manib. habemus: plurimum autem earum præuisionem, & ad auctoritatem artis, & ad salutem ęgrotantis conferre in superiorib. [c] monstrauimus. Tempore igitur differunt morbi euentus, quod alij post breue, alij post longum tempus expectantur: breue non excedit [d] quadragesimum diem, longum, vlterius trahitur: sed neutrum præfinitum est, nam breuium [e] morborum alij decimoquarto die terminantur, atq. hi dicuntur simpliciter acuti; alij ante decimumquartũ, vt quarto, septimo, nono, vndecimo, quos vocant peracutos: alij ad vigesimum perueniunt, & vltra etiam vsq. ad quadragesimum, nominanturq. acuti ex recidiua. At neq. longum etiam in omnib. par est, cum nonnulli sexagesimo, [f]
D nonnulli octagesimo, nonnulli centesimo, nonnulli centesimo & vigesimo die finiantur: aliqui sex mensibus, aliqui septem annis, aliqui etiam quatuordecim, ita vt vel ad pubertatem, vel fęminis ad initium menstruorum perducantur. Differunt morborum [g] euentus etiam modo, cum vel subito accedant, vel paulatim. Qui paulatim finiuntur, si salubres sunt, coctione sanantur, si mortiferi, tabe hominem interimunt. Qui subito finiuntur, si sanãtur, necesse est expulsione aut translatione succorum à quib. oriuntur, aut longiori, atq. arctiori somno sanentur. Si hominem interimunt, id vel cum pugna faciunt, vel sine hac: pugnam necessario cõsequitur expulsio, vel translatio: vbi hæc non sit, interit homo, vel ob vim morbi & symptomatum, vel ob nimiam plenitudinem ac cruditatem, vel ob languentium virium dissolutionem. Differunt tandem euẽtus stabilitate, cum alij constantes sint, alij inconstantes. Sed cũ [h] quinq. species in vniuersum euentus expectari in morbo posse posuerimus, mutationem ad salutem, ad interitum, vel ad meliorem, vel ad deteriorem statum, & vltimo perseuerantiam in eodẽ statu: de stabilitate interitus non est qui dubitet, sed pleriq. cõqueruntur quod nimium stabilis sit: Dubitari põt de mutatione ad salutem, ad meliorem vel ad deteriorem statũ, quemadmodũ supra ostendimus, vbi abun-

de per-

c Sup lib. 5. c. 2.

d Hippo. 1. prog. 25. et Gal. 6. aph. com. 49.

e Sup. li. 4. c. 3. & Gal. 2. de dieb. decr. c. 12.

f Vid. ibid. & lib. 8. c. 2. supra.

g Sup. lib 9. cap. 2.

h Sup. lib 9. c. 2.

de persecuti sumus differentias euentus quas nunc summatim repetere voluimus, vt singulas deinde seorsum persequeremur, id quod faciemus, si prius in memoriam reuocauerimus ex quibus locis depromantur signa à quibus patefiunt. Ostendimus [a] autem tam res futuras, quam earum differentias sub sensum cadere non posse, sed debere percipi ratione, atq. ex argumentis colligi. Ea autem quæ futurum euentum denunciant, docuimus tantum ex causis duci, hoc est ex natura & morbo. Hæ enim sunt causæ [b] futuri euentus. Comparatur robur naturæ cum robore morbi, & ex ea collatione intelligitur exitus futurus: robur. n. naturæ salutem, morbi interitum pollicetur. Differentiæ euentus ab ijsdem signis demonstrantur à quib. euẽtus, hoc est à robore naturæ, vel morbi, assumentibus differentiam similem, vt temporis breuis, vel longi, vt modi paulatim vel subito, cum pugna vel sine: tum per expulsionem, per translationem, per somnum, per impetum ac violentiam morbi & symptomatum, per plenitudinem & cruditatẽ, per virium dissolutionem. Postremo vt constantiæ vel inconstantiæ, ita vt differentiæ euentus siue ad tempus, siue ad modum, siue ad stabilitatem pertineant, intelligantur ex simili differẽtia in signis demonstrantibus [c] euẽtum, hoc est in robore morbi, vel naturæ. Satis autem est (vt supra exposuimus) differentiam si non patentius & expeditius, saltem implicite & abscondite similẽ accipere, id quod perspicuum fiet cum sigillatim tempus, modum, & stabilitatem tractabimus. Sed quia einsmodi causæ, robur scilicet naturæ & morbi, non subijciuntur sensui, necesse est mente percipiantur ex argumentis quæ (vt superiore [d] libro tradidimus) depromuntur ex causis tam proximis quam remotis: ex iuuantibus & nocentibus, ex effectis, quæ sub triplici genere comprehenduntur, vt sub actionibus, sub ijs quæ in partib. nostri corporis sensu accipiuntur, sub retentis & expulsis: ex ijsdem autem locis necesse est depromantur argumenta quæ [e] patefaciunt nobis prædictas differentias temporis, modi, stabilitatis, in robore naturæ & morbi, ex quibus tandem intelligamus (quod nunc institutum est) easdem differentias in exitu morbi futuro. Sed cominus iam ad rem aggrediamur, incipientes à tempore.

a Sup. lib. 9 cap 3.

b Gal. li. de const. artis c. 18.

c Sup. lib. 9. c. 3. & Gal. lib. de cõst. artis c. 18.

d Supra lib. 10. c. 1.

e Sup. lib. 9. cap. 3.

B

F

De signis monstrantibus tempus euentus. *Cap. II.*



CVm non quouis morbi tempore accidere quiuis euentus possit, sed quidam definitum ac certum desiderent, necesse est in memoriam reducere quo morbi tempore quiuis euentus debeat expectari: nam siquis hoc præuideat, simul etiam præuidebit tẽpus euentus. Salus igitur quæ paulatim fit, sequitur in remissione morbi, tunc enim perfecta coctio est, à qua salus proficiscitur: quæ fit subito, necesse est fiat cum pugna; hęc non potest accidere cum morbus inclinat, iam enim superatus est, neque amplius potest cum natura certare. At neq. in principio, nondum enim aggreditur natura ad pugnam. Non in incremento, quia tunc coctio imperfecta est, ita vt non sit tempus opportunũ optimæ crisi, & subitæ mutationi ad salutem: cum ante perfectam coctionẽ siquid tentet natura, id faciat [f] intempestiue, & coacta: vnde potest quidem sequi subita mutatio in meliorem statum, non tamen subita salus. Relinquitur ergo vt hæc solum accidat in fine [g] vigoris, cum iam perfecta coctio est: mutatio quæ præuenit, tanto minus bona est, quãto magis præuenit. Sed spectemus alios euentus præter salutem. Subita mutatio in meliorem statum, potest fieri in incremento & in vigore, non tamen in principio, cum nondum natura aggrediatur ad pugnam, neq. in remissione, cum iam superauerit morbum. Mutatio in deteriorem statum maxime accidit in incremẽto morbi. Nam in vigore post mutationem in deteriorem statum sequitur interitus: sine hac, subitus interitus neque in principio, neq. in remissione potest accidere, sed vel in vigore, vel in incremẽto, vbi vires prius succumbunt quam morbus ad vigorem perducatur. At satis explicatũ arbitror quo tempore morbi quisque euentus sequatur: sed quia id potest parum vel multum distare, declarare oportet quantum distet, quod non aliud est quam declarare propositam differentiam temporis longi aut breuis. Hanc [h] Hippocrates appellat κατάςασιν, hoc est constitutionem morbi, quam declarari docet à morbis, à temporibus anni, à circuituum incrementis, à post apparentibus. Referuntur hæc quatuor ad vires naturæ & morbi, ex quib. vt euentus, ita & euentus differentiæ colliguntur. Proponit primum morbos, quorum species ac differentiæ pertinẽt ad morbi vires quas diximus: quo spectant etiam tempora anni, & circuituum incremẽta, quæ secundo & tertio loco recenset, ostendunt enim morbi vires validiores vel imbecilliores. Post apparentia, quæ postremo loco commemorat, ad coctionem, & idcirco ad vires naturæ referuntur; omnia igitur quatuor eatenus morbi constitutionem, hoc est tempus euentus denunciant, quatenus ad vires naturæ & morbi rediguntur, hæ autem pro differentia celeritatis vel tarditatis quam assumunt, euentum celeriter vel tarde futurum, & idcirco similem differentiã denunciant; quamquam non apparet expressa differentiæ similitudo in natura & morbo, quæ sunt causæ euentus celeris vel tardi: sed inest tantum in illis vis quædam celeritatis & tarditatis. Natura tunc dicitur celeritatis vim habere, cum nõ modo superat morbum, sed lõge etiam ipsum vincit: tarditatis vero, cum validior est morbo, sed non multo. Docent enim Physici [i] effectricem causam omnem quo validior est, & magis superat materiam, eo celerius effectionem

f Galen. 3. cris. c. 9.

g Sup. libro 9. c. 5.

h Hippo. 1. aphor. 12.

i Aristot. 6. Phys. ausc. & 5. de gener. an. c. 7.

G

H

suam

A suam perficere:quo minus valida,eo tardius:effectio naturæ,amotio morbi est & sanitas. Effe-
ctio morbi,interitus est.quod si multo validior fuerit quã natura,celerius; si paulo,tardius ho-
minem conficit:quamquam in morbo vis celeritatis & tarditatis,non tantum pendet ab ipsius
robore longe vel paulo maiore quam sit robur naturæ, sed à causa etiam à qua oritur, à succis
nimirum,qui vbi pauci, [a] calidi,tenues ac minime glutinosi fuerint,maiorem addunt vim cele- a Sup.lib.4.
ritatis morbo,quam multi, frigidi, crassi, glutinosi, qui vbi sanandus est homo, non possunt nisi c.8.
diuturnitate temporis superari ; licet vbi imminet interitus, multitudo ipsum celerius afferat
quam paucitas. Valet & mobilitas succorum ad celeritatem euentus, siue salubris, siue morti-
feri,præsertim cum turgent. Qui immobiles permanent, magis ad tarditatem conducunt. Hoc
igitur modo similitudo differentiæ,id est celeritas & tarditas ad naturam & morbum refertur,
habent enim in se vim celeritatis & tarditatis,quæ cum sensum lateat, mente percipienda est,
& ex iisdem signis colligenda , ex quibus colligi robur naturæ & morbi denuncians euentum
monstrauimus . Sumitur ergo ex causis tam proximis quam remotis , ex iuuantibus & lædenti-
bus,ex effectis accipientibus similem differentiam. Quod quo pacto fiat,iam dicere ingredior.
Illa igitur natura vim habet in se celeritatis & tarditatis,quæ morbum longe superat. Declara
B tur autem primo ex causa proxima qua continetur : hæc vero optima est corporis compositio ,
siue, spectet ad multiformes partes , siue ad simplices . Multiformes præter cætera pollu-
lant caua moderate patentia , id quod conducit ad celeritatem expulsionis lædentium succo-
rum,& sanationis morbi. Densitas & astrictio magis afferunt morbi diuturnitatem. Simplicium
partium compositio illa optima est,in qua plurimum inest calidi innati,concoquit hoc & absu-
mit [b] celeriter noxios succos,atq. idcirco morbum longe superat,& celeriter vincit. Vbi minus b Gal. 2. 1.
bona sit corporis compositio & non multum calidum innatum, & si vincere morbum interdum epid. cõ. 6.
queat, non tamen cito vincet, sed tarde: non enim [c] potest celeriter concoquere , ac discutere c Gal.ib.d.
succos infestos. Ad hanc causam proximam rediguntur cæteræ omnes, vt ætas, [d] tempus anni , d Gale 2. 1.
regio, victus, quæ quatenus conferunt ad conseruandum vel augendum calidum innatum, ea- epid. cõ. 85
tenus ad celeritatem conducunt:sed quatenus illud imminuunt,eatenus ad tarditatem. Illę igi
tur causæ quæ robur naturæ monstrant,quo maius ipsum ostẽdunt, eo maiorem vim celeritatis
inesse in ea declarant:quo minus,eo maiorem vim tarditatis. Eadem ratio [e] est iuuantium & læ e Sup.lib.10
dentium,quæ iuuare parum solent si multũ iuuent,quę multum nocere,si parum noceant,ostẽ- cap.4.
dunt naturam morbo validiorem esse Si quæ iuuare parum solent, non solum multum, sed etiã
plurimum iuuent,& quæ multum nocere,non solum parum, sed nihil etiam noceant, naturam
longe validiorem esse,& ob id celeritatis,si alio modo se habeant,non ita validam & tarditatis
habere vim declarant. Restant effecta,quæ & ipsa vbi secũdum naturam, hoc est bona fuerint,
C significant naturam morbo validiorem esse, sed si fuerint optima , multo adhuc validiorem, &
vim celeritatis in se continere:quæ non sunt talia,quatenus recedunt ab optimis, eatenus indi
cant vim tarditatis. Spectantur autem omnia tria genera effectorum,sed maxime actiones,sub
quibus comprehenditur coctio,quam potissimum in expulsis attendimus; ab hac enim Hippo-
crates [f] significari celeritatem & salutem testatur, sicuti à cruditate,tarditatem. Inest eadem f Hipp 2.2.
vis celeritatis & tarditatis in morbo,vt ante ostensum est:consistit autem partim in robore ip- epid. 45. &
sius, partim in causa à qua proxime pendet . Robur morbi vbi maius sit quam robur naturæ, si 46.
multo,celeritatem,si paulo, tarditatem euentus denunciat . Cognoscitur autem ex causis tam
proximis quam remotis,ex iuuantibus & lædentibus,ex effectis,non secus quam robur naturę.
Sed cognoscitur etiam ex differentiis , quarum aliæ validum , aliæ imbecillum ipsius robur de-
monstrant,siquidem morbi species nisi addantur certæ differentiæ, fere non magis validũ quã
imbecillum efficiunt;neque ostendunt morbi robur, sed vbi illæ accedãt, validiorem morbum
esse quam natura sit,demonstrant. Vbi plures & magnæ concurrant, indicant longe validiorẽ
esse,& idcirco vim celeritatis hr̃e;vbi nec plures nec magnæ adiiciãtur,indicant paulo validio
rẽ esse,& idcirco vim tarditatis. In superiorib. autem enarrauimus quales essent differẽtiæ quæ
D robur morbo afferrent,diximus enim validiores esse eos morbos,qui non congruunt tempera-
mento,ætati,tempori anni,qui hectici sunt,inæquales,magni, multiplices, aut in vniuerso cor-
pore,aut in parte magna,vel præstantiore,continui,inconstantes,diuturni. Quanto igitur ma-
gis tales fuerint,tanto maius robur & maiorem celeritatem præ se ferunt:quanto minus tales,
tanto minus robur,& maiorem tarditatem. Sed omissis differentiis,spectemus causas,iuuantia
& lædentia,& tandem effecta. Causæ aut externæ,aut internę sunt. Externæ quo maiores sunt,
& magis prauæ,vt magnus æstus,aer pestilens,eo validius indicant morbi robur, & idcirco ce
leritatem:quæ contrario modo se habent,minus validum,& tarditatem. Internę causæ pro suc
corum multitudine ac prauitate maiori vel minori,maius vel minus morbi robur,& propterea
celeritatem vel tarditatem significant. Iuuantium & lædẽtium hæc ratio est. Vbi quæ multum g Galen. 2.
iuuare solent, [g] multum lædant,& quæ parum nocere,plurimum noceant,indicium sunt morbi aphor.com
admodum validi,& ob id etiam celeritatis. At vbi quæ iuuare solent, si non iuuent,non ita mul men. 1.
tum lædant,& quæ parum nocere solent,multum noceant, non tamen plurimum, morbi robur h Hippo in
minus validum , & propterea tarditatem declarant . Postremo effecta dissimilia, [h] monstrant prœm. lib.
morbi robur; sed quatenus multum dissimilia,multo validius quam natura sit,& ideo celerita- de officina
tem,qua- med.

tem, quatenus patum dissimilia, non multo validius, & ob id tarditatem significant quęcunque illa sint: quamquam maxime attenduntur actiones læsę. E

De signis monstrantibus tempus præfinitum, vt diem, & horam euentus.
Caput III.

SI satis esset medico simpliciter præsagire tempus breue aut longum post quod expectatur euentus, abunde satisfactum esset per ea quæ de ipso hactenus exposita sũt: sed quia & potest, & debet ob salutem ægrotantis, atq. auctoritatem artis quã profitetur, certum spacium præscire, & diem atq. horam futuri euẽtus conijcere: necesse est ex quib. hæc prænoscantur subijciamus, priusquã reliquas euentus differentias persequamur: sumemus aũt pro concesso ac probato quod ante ostensum est, expectandum esse celerem euentum, salubrem quidem, cum natura longe superat morbum, mortiferum vero cum lõge superatur ab eo. At hoc quod dicimus longe superare, vel superari, late patet, cum possit interdũ longius, interdum minus longe, interdum etiam longissime vnum ab altero superari. Si superetur longissime, sequetur euentus non tantum celer, sed etiam celerrimus, & breuissimo tẽpore F terminabitur morbus, vt quarto die, vel ante. Docet Hippocrates [a] principio tertij libri prognosticorum, saluberrimas febres quæ cum tutissimis signis apparent, quarto die, vel etiam ante sanari: tunc enim natura longissime superat morbum: contra vbi signa maxime periculosa se ostendunt, quarto die, vel ante hominẽ decedere; tunc. n. natura longissime superatur à morbo. Si parum admodum cedant vires vnius virib. alterius, euentus siue expectetur salubris, siue perniciosus, tardissime & temporis longinquitate sequetur, quẽmadmodum in illis morbis qui aut [b] decimoquarto anno, & ad pubertatem, atq. ad initium menstruorum sanantur, aut simul moriuntur cum homine cum quo consenuerunt. Inter euentum celerrimum & tardissimũ sunt pene innumerabiles, quorum tps præfinitum si non certa scientia, saltem coniectura consequi poteris, æstimans quanto validiores sint vires vnius, virib. alterius. Hac via licet celeritatem & tarditatem maiorem vel minorem conijcere, non tamen ipsum diem futuri euẽtus prædicere, nisi alio indicio patefiat. Eiusmodi est dies index, eo. n. die spectare euentum futuru debemus, quem nobis proxime antecedens index commonstrauit. Dictum est in superioribus, [c] cum dies crisimos persequeremur, quosdam esse indicãtes, quosdam iudicantes, quosdam intercidẽtes: indicant quaterni [d] quicquid futurum est proximis septenis, idq. iure, sunt. n. quaterni dimidiũ septenorum. Quamobrem aliquod dant indicium illius exitus qui septenis expectatur. Indicia G quæ quaternis apparent, maxime pertinent ad coctionem & prauitatem, quæ coctioni contraria est. Vrina (inquit [e] Hippocrates) quarto die nubeculam ostẽdens, septimo futuram salutem significat. Si secuturus sit interitus septimo die, vrina prę se feret quarto euidentem prauitatẽ. Conspiciuntur etiam quaternis diebus præter coctionem & prauitatẽ, symptomata, quæ si mitiora se ostendant quarto die, indicant septimo futurum euentum bonum: si grauiora, malum. Quod autem dictum est de quarto & septimo die, valet in sequentib. quaternis & [f] septenis. Ille enim quaternus in quo proposita signa euidenter se ostendant, indicat proximo septeno futuram crisim, ita vt expectari tunc debeat euentus morbi. Recte autem additum est, euidẽter, nam si eiusmodi indicia obscuriora appareant, non proximo septeno, sed sequentib. dieb. futurum euentum denunciabunt, eo aũt citius aut tardius, quo magis vel minus ab euidentib. recedent. Verum primi quaterni & sequentes non [g] habent æqualem indicandi facultatem, primi enim vsq. ad vigesimum, veluti quartus, vndecimus, & decimusseptimus dies plurimũ valent, non ita sequuntur post vigesimum vsq. ad quadragesimum, minus adhuc reliqui vltra quadragesimum, cum processu temporis vt iudicantium, ita etiam indicantium [h] dierum vis paulatim remittatur. In morbis inordinatis, cuiusmodi sunt febres erraticæ, dies euentus nõ videtur posse prædici, cum non constet qui sint quaterni, aut septeni. Verum in his quoq. natura ratos atq; ordinatos motus conseruat; quamobrem si à principio quaternos omnes obserues, cognosces H in aliquo tandem [i] signa illa quæ diximus apparere, vnde proximo septeno futurum euentum colliges. Statuamus igitur ex ijs quæ apparent quaternis diebus, denunciari posse euentum futurum proximis septenis. Meminisse tamen oportet præter quaternos & septenos, dierum intercidentium, quib. [k] ostendimus vel ob vim accessionis, vel ob errorem, vel ob robur aut imbecillitatem naturæ subitas interdũ mutationes accidere, quæ alioquin expectandæ essent septenis. Accessiones maxime naturam irritant, atq. ad expellendũ excitant, ita vt subitæ mutationes ac morbi euentus eo die expectati debeant, quo illæ accidunt. Accidunt aũt quibusdã morbis dieb. imparibus, quibusdam paribus. Morbi perniciosi accessiones fere habent dieb. paribus. Hinc fit vt interitus quarto die [l] indicatus, non sequatur septimo, sed sexto ob vim accessionis quæ fit die pari, quamobrem [m] sextus dies in intercidentib. ponitur. Itaq. accessionis impetus nõ permittit naturam expectare dies septenos, sed ante cogit ipsam aggredi ad pugnã, & expulsionem tentare eorum quæ molesta sunt. Quo die aũt hãc expectare debeas, intelliges si vim vniuscuiusque accessionis æstimaueris: iudicabis enim possit ne natura expectare diem

septe-

[a] Hippo 3. progn. 2.
[b] Hippo 3. aphor. 28.
[c] Sup. lib. 4 cap. 6.
[d] Hippo. 2. aph. 24.
[e] Hippo. 4. aph. 71.
[f] Hippo. 2. aph. 24.
[g] Galen. 1. cris. c. 18.
[h] Gale 2. 3. lib de dieb. decr.
[i] Gale. 2. de dieb. decr. & 2. aphor. comm. 24.
[k] Sup. libro 9. c. 6.
[l] Galen. 3. cris. c. 10.
[m] Gal. 1. de dieb. decr. c. 11.

A septennm, an cogatur præuertere. Vbi nulla superueniat accessio, quemadmodum in febribus
quas συνόχους vocant, ciet natuta motus ordinatos, sequeturque septenis diebus id quod qua-
ternis fuerit indicatum. Ad accessionis impetum videtur referri posse celeritas motus: efficit
autem hæc vt euentus quaterno die indicatus, non sequatur septeno, sed prænertat; quod non
eueniret si tardior esset; nequit enim cum morbo tardo impetus accessionis coniungi, ita vt mor
bi celeritas ad vim accessionis spectet: ob errorem a præuertit interitus, sed salus subsequitur a Gal. ibid.
Quare non sinit error septenis diebus perfici quæ quaternis fuerunt indicata, sed efficit vt vel
præuertant, vel subsequantut. Ob naturæ etiam vires validiores vel imbecilliores, fit vt interi-
tus non sequatur septenis diebus; quæ imbecillæ sunt, non sustinent tamdiu violentiam morbi:
quæ validiores, diutius ei renituntur. Conijciemus igitur præfinitum diem euentus ex die in
dice, sed simul æstimabimus quid possit accessionis impetus cum celeritate motus, quid error,
quid robur naturæ, aut imbecillitas. Quod si noctem difficilem videas, hoc est cum grauitate
symptomatnm, diem futuri euentus non amplius coijcies, sed iam præsentem cernes, nam (te-
ste [b] Hippocrate) quibus crisis fit, antecedens nox difficilior est. Iam vero nec via deest qua b Hippo. 2. aph. 13.
non modo diem, sed horam quoque futuri euentus prænoscamus: nam cum in accessione [c] fe-
re sequatur, siquidem salubris futurus est, par est remissionis hora secuturum esse: sin mortifer, c Galen 3. cris. c. 5.
quamuis non possit accidere dum remittitur vniuersus [d] morbus, potest tamē dum remittitur d Galen. 3.
accessio. Intereunt ergo quidam homines cum remittitur accessio, quidam cum augetur ac cris. c. 9.
B viget, alij cum incipit. Eo igitur accessionis tempore & ea hora timebis interitum, qua ma-
gis [e] afflictari ægrotantem præteritis accessionibus obseruasti. Solent qui magna viscerum in- e Gal. 1. de diebus decr. c. 12.
flammatione, magna obstructione, magna plenitudine tenentur, principio accessionis maxi-
me vexari, quod tunc suffocari calor videatur, his igitur principio accessionis futurum in-
teritum prædices. Illi qui vi symptomatum vrgentur, potissimum in incremento ac vigo-
re [f] accessionis affliguntur: quamobrem ijs tunc futurum interitum iudicabis. Qui vires valde f Hippo. 2.
imbecillas habent, maxime languent dum remittitur accessio, quod spiritus dissipentur ac aph. 30.
dissoluantur. Hos par est tunc interituros esse cum remittetur accessio. His ita [g] constitu- g Supr. lib. 9. cap. 2.
tis, facile intelligi potest quo pacto possit non solum tempus, sed dies etiam atque hora futuri
euentus præsagiri.

De signis monstrantibus modum futuri euentus paulatim vel subito, cum pugna, vel sine. Cap. IV.

C Ltera differentia futuri euentus ad modum spectat quo sequi debet, si quidem mor
bi (vt in superioribus ostensum est) aut paulatim, ant subito terminātur: qui pau-
latim, si salubres sint, coctione, si mortiferi, tabe finiuntur, qui subito, aut habent ad
iunctā pugnam, aut finiunt sine ea: Salubres nunquam sine pugna subito recedunt
perniciosi, plerunque cum pugna; sed interdum etiam sine, hominem interimunt. Vbi accedat
pugna morbis salubribus, necesse est superueniat vel somnus longior atque arctior, vel copiosa
expulsio vel translatio. Mortiferis vero, tantum expulsio vel translatio horum omnium modo-
rum euentus signa non alia sunt quam ea à quibus indicari euentum [h] docuimus, spectat enim h Supr. lib.
ad causas, hoc est ad naturam & morbum, quæ euentum ipsum tanquam effectum significant, 9. cap 3.
& differentiam euētus ob similem differentiam quam in se continent, patefaciunt. Ordiamur
ab ea quod alius subito accidit, alius paulatim: prænoscitur hęc ex simili differētia in natura &
morbo: simili inquam, si nō aperte & expedite, saltem implicite & abscondite: habet enim tā
natura quam morbus vim aliquando mutationis lentæ, & aliquando repētinæ, quam si cognos
camus, modū mutationis similem facile præsagiemus. Colligitur vis lentæ vel subitæ mutatio
nis in morbo ex causis tam proximis quam remotis ex iuuantibus & nocentibus, ex effectis
D tam huius quam illius: huc referuntur signa omnia a veteribus medicis memoriæ prodita, ex
quibus supra etiam collegimus vtriusque robur, atque imbecilitatem, quibus maxime contine
tur vis mutādi subito vel paulatim quicquid imbecillum est ad lentam, quicquid validum, ad
repentinam mutationem maxime est idoneum. Natura cum valida est potest subito hominē
sanare: cum imbecilla, non nisi paulatim. Morbus similiter cum validus est, potest repente ho
minem necare; cum debilis, solummodo paulatim. Causa proxima [i] roboris naturæ, est bona i Gal. de ar
corporis compositio naturalis, & ea etiam quæ ad multiformes partes attinet, sed potissimum te med. c.
illa quæ propria est simplicium, continetur que moderato temperamento & plurimo cali- 70.
do [k] innato. Huc referuntur causæ remotæ, vt victus ratio, & quæcunque optimam cor- k Gal. 2. 1. epid. cō. 6.
poris compositionem augent, ac tuentur. Quæ iuuare parum solent, si plurimum iuuent: l Supr. lib.
quæ multum nocere, si parum noceant, monstrant (vt supra [l] docuimus) naturæ robur. 10. c. 4. & 5.
Effecta tandem [m] quo minus recedunt a naturalib. eo magis validā naturā significant. Ex his m Supr. lib.
igitur cū colligitur naturæ robur, colligitur ēt vis sanationis repentinæ, ex contrariis coniicies 10. c. 5.
naturā debilem, & propterea vim solutionis lentæ. Eadem est ratio morbi quem validū vel non
validum esse, & idcirco habere vim interitus subiti, vel lenti, intelliges ex specie ac differētijs:

præterea ex cauſis tam externis quam internis, ex iuuantibus & nocentibus, ex effectis. Species, vt febris ephemera & hectica, quæ non ſint vehementes [a] non faciunt ſubitam mutationem, ſicut illæ quæ ab humorum putredine proficiſcuntur, & validæ ſunt: plurimum vero differentiæ valent ad robur, & imbecillitatem morbi: qui magnus eſt, qui celer, qui breuis, qui non congruit temperamento hominis atque aeris, qui partem nobiliorem occupet, validior eſt, & idcirco vim habet ſubito interimendi. Ille in quo inſunt contrariæ differentiæ, imbecillior eſt, neque poteſt niſi paulatim interitum afferre. Cauſæ ſiue externæ, ſiue internæ, ſi magnæ ſint, ſi prauæ, ſi efficientiam celerem habeant, addunt robur morbo, & ob vim ſubiti interitus. Contra ſi paruæ, ſi non prauæ, ſi tardæ, morbum efficiunt imbecillum, qui non poteſt niſi paulatim hominem necare. Quæ prodeſſe plurimum ſolent, ſi nihil proſint, aut etiam obſint; quæ item parum nocere, ſi plurimum noceant, morbum validũ declarant, & vim ſubiti interitus: ſi contrario modo ſe habent, indicant morbum imbecillum, & lentum interitum. Poſtremo effecta, hoc eſt, ſymptomata grauiora, morbum validum, & vim ſubiti interitus demonſtrant, leuiora, imbecillum, qui nequeat repente hominem abſumere atque interficere. B

a Gal. 2. criſ. c. 11.

At ſubita mutatio ad ſalutem (vt in ſuperioribus [b] oſtenſum eſt) ſemper habet adiunctam pugnam: ad interitum vero, & cum pugna accidere poteſt, & ſine [c] ea: quamobrem præſagire oportet vtro modo hæc ſecutura ſit: Signa à quibus indicatur, illa eadem ſunt quæ euentum denunciant: ducuntur enim ex natura, & ex morbo, quatenus in ſe differentiam continent latenter ſimilem: id eſt, quatenus vim habent mutandi cum pugna vel ſine. Habent natura & morbus vim pugnæ, vbi robur habeant, ſine quo non committitur pugna; neque enim audent inter ſe certare qui debiles ſunt. Poſtulat ergo interitus cum pugna, morbum non modo validiorem natura, (hoc enim perpetuum [d] eſt quomodocunque ſequatur) ſed abſolute validum: poſtulat & naturam imbecilliorem morbo, alioquin non poſſet ab eo ſuperari, non tamen omnino imbecillam, non enim tentaret pugnam. Conijcies tam morbi quã naturæ robur, ex cauſis, ex iuuantibus, ex nocentibus, ex effectis iam propoſitis, quæ ſi tibi demonſtrent vel naturã valde imbecillam, vel morbum non multo validiorem, conijcies hominem interiturum ſubito ſine pugna. Quod ſi obijcias paulo [e] ſupra oſtenſum eſſe interitum ſubitum nullo modo accidere vbi morbus ſit imbecillus, ſed oportere validum eſſe, ſi debeat ſubito hominem abſumere, falſum videtur quod diximus morbo exiſtente imbecillo, ſequi ſubitum interitum ſine pugna. Fatebimur ad ſubitum interitum afferendum requiri morbum validum: non tamen ſimpliciter ſed collatum cum viribus naturæ, poteſt enim debilis morbus naturam nanciſci adeo debilem vt ſi cum ea conferatur, iudicetur validus, & poſſit hominem ſubito necare: at non propterea committetur pugna, niſi morbus per ſe validior ſit, & natura non ſit omnino imbecilla: quod ſi vel vtrunque, vel alterutrum deſit, decedere quidem homo repente poterit, ſine pugna tamen: id quod [f] fiet aut in principio acceſſionis ob multitudinem & cruditatem ſuccorum, atq; ob magnam viſcerum inflammationem, aut in incremento ac vigore ob violentiam ipſam morbi, & ſymptomatum magnitudinem, aut in remiſſione ob exiguorum ſpirituum, & languidarum virium diſſolutionem. Duæ priores cauſæ morbum oſtendunt adeo validum vt vires naturæ quamuis validæ appareant, longe impares ſint adeo vt ſine pugna repente ſuccumbant. Tertia monſtrat vires naturæ adeo imbecillas, vt valde ſuperentur à morbo, quamuis leuior videatur. Quæ vero harum trium futura ſit cauſa interitus ſubiti ſine pugna, intelliges ſi vnamquamque acceſſionem obſerues, & quo tempore ægrotans magis affligetur ac langueat animaduertas; Monſtrabit enim hoc tibi & quo tempore acceſſionis, & ob quam cauſam homo decedet.

b Sup. lib. 9 cap. 5.
c Gal. 3. criſ. c. 7. & 9.
d Galen. de conſt. artis c. 18.
e In hoc eodem cap.
f Sup. lib. 9. cap. 5.

F G

De ſignis monſtrantibus num ſubitus euentus cum pugna futurus ſit per ſomnum, aut per expulſionem, aut tranſlationem. Cap. V.

DIſtinximus etiam euentum ſubitum cum pugna, nam ſi ſalubris ſit, neceſſe eſſe fiat vel per ſomnum, vel per expulſionem, vel per tranſlationem: ſi pernicioſus, per expulſionem, aut per tranſlationem duntaxat; vnuſquiſque ex his modis prænoſcendus eſt. Signa ex quib. prænoſcitur ſimiliter ſpectant ad naturam & morbum, quæ implicite ſimilem differentiam continent, quatenus uim habent ſomni, expulſionis, uel tranſlationis. Loquamur primo de ſomno, uideamuſq. in quali natura aut morbo tanta inſit uis ſomni, ut poſſit ſubitam ſanationem afferre. Quod attinet ad naturam, nulli alij ad eiuſmodi ſomnum habiles uidentur præter illos qui plurimum habent calidi atque humidi innati, quemadmodum [g] infantes, quos conſtat plurimum dormire, neque mirum eſt, cum paulo ante in utero (ut eſt apud Ariſtotelem) dormire [h] perpetuo conſueuerint. Non eſt igitur quod miremur ſi nuper nati ſomno arctiore ac longiore capiuntur, per quem calor totus ſe confert ad internas partes, ubi paruo temporis ſpatio ſuccos concoquere poteſt, & morbum repente [i] ſuperare. Quod ſi eiuſmodi naturæ adijcias idoneum anni tempus, ut hyemem, aut uer, quibus temporibus docet Hippocrates [k] ſomnos eſſe longiſſimos, multo magis quam æſtate, aut autumno H

g Hippoc. 3. aphor. 14.
h Ariſt. lib. 5. de gener. anim. c. 1.
i Ga. 2. prorrhet. cõ. 29
k Hippo. 1. aphor. 15.

futurum

A futurum euentum per somnum præuidebis. Ex morbis, ille maxime idoneus est qui per somnũ
soluatur, cuius causa est succus talis vt & coctionem admittat, & somnum magis afferre queat
quam consopitum excitare: huiusmodi est pituita, nã flaua bilis vigiliam potius affert quã som
num, neque ita concoqui potest, & in alimentum conuerti. Natura igitur & morbus vbi fuerint
quales proposuimus, subitam mutationem cum pugna per somnum pollicentur: vbi nõ fuerint
tales, expectare expulsionem vel translationem oportebit.

Verum vtra secutura sit, expulsio, an translatio, discernes ex simili differentia in signis euen-
tus, hoc est in natura & morbo, quæ si vim habuerint expulsionis, expulsionem, si translationis,
translationem significant: obseruabimus igitur vtram vim habent: non solum autem ex præsen
tia vnius, sed etiam ex absentia alterius dignoscemus futuram expulsionem, vel trãslationem:
Significatur expulsio cum natura & morbus videntur ad expulsionem habiles, & cum desunt
illa quæ monstrant habilitatem ad translationem. Significatur translatio, cum natura & mor-
bus tales se ostendunt vt possint vitiosos succos ad alias partes transferre, non tamen ex corpo
re detrudere. Natura igitur quamuis ad subitum euentum cum pugna, requirat [a] robur: nõ ta a Galen. 3. crif. c. 11.
men hoc æquale postulat, sed maius vbi expulsione, quam vbi translatione terminãdus est mor
bus. Quamobrem si maius videas naturæ robur, expulsionem prædices, si minus, tantum tamen
vt possit efficere subitam mutationem cum pugna, præsagies succos transmittendos esse à par
tibus affectis ad alias, & ita alia pro alijs vt quodam loco inquit [b] Hippocrates. Maius autem b Hippo. 6. 6. epid. 8.
B vel minus naturæ robur deprehenditur ex causis, ex iuuantibus, ex effectis, quæ in superioribus
non solum exposita sunt, sed (vt res postulabat) sæpius etiam repetita. Ad causas refertur
ætas, quæ ob varium temperamentum, varium efficit ac monstrat naturæ robur, & propterea
expulsionem & translationem. In iuuenibus, magis conspicitur expulsio, [c] in senibus, transla- c Galen. 3. crif. c. 11.
tio. Eadem ratio est effectorum, quæ cum validiorem esse naturam declarãt, sunt indicia expul
sionis: cum minus validam, translationis. Pulsus vbi magnus, [d] vehemens, & validus sit, magnũ d Gal. ibid.
indicat naturæ robur, & expulsionem: vbi non ita magnus, non ita vehemens, non ita validus
apparet, denunciat naturam minus validam, quæ quod infellum est, non expellere, sed potius
transferre ad alias partes possit: in effectis maxime attenditur coctio, quæ cum magis perfici-
tur, magis firmum indicium dat roboris naturæ, & idcirco expulsionis: cum minus perficitur,
minus validam naturam demonstrat, [e] & idcirco translationem ad alias partes. Coctionem e Galen. 3. prog. com. 24.
magis aut minus perfectam ostendunt quæ expelluntur, vt deiectio, sputum: sed potissimum [f]
vrina, ex qua facile conijcies vtrum succi qui morbum faciunt expellendi sint à natura, an po-
tius ad alias partes transferendi. Vis quam habet morbus expulsionis vel translationis, tota f Hippo. & Gal. 4. aph. 74.
referri ad causam videtur, nimirum [g] ad succos à quibus proficiscitur. Tenues & calidi, maxi-
C me idonei sunt qui expellantur, frigidi, crassi, & glutinosi, non facile exeunt, sed potius transfe- g Galen. 2. prog. 23. & 24.
runtur ad alias partes, neque ob aliam causam morbi celeres, breues, vehementes, ardentes,
expulsione terminantur, quam quia oriuntur à succis calidis & tenuibus, quos facile natura ex
corpore detrudit. Contra, tardiores, longi, lenti, tepidi, translatione finiuntur, quod pendeant
à succis frigidis, crassis, glutinosis, quos cum natura nequeat ex corpore depellere, traducit ad
alium locum. Ad morbi causam, hoc est ad propositos succos referuntur tempora anni, æstate
enim magis conspicitur expulsio, quod succi calidi ac tenues sint, veluti flaua bilis: hyeme ma-
gis translatio, quod crassi sint, frigidi, & glutinosi, quemadmodum pituita. Ad flauam bilem re
fertur etiam validus horror, qui cum superuenit, futuram [h] expulsionem significat: non enim h Hippo. & Ga. 1. 6. epi. com. 11.
facile oritur à pituita quæ crassa est & glutinosa, neque ita potest musculos tentare. Ergo vt
non potest facere validum horrorem, ita ob eandem causam non est idonea quæ ex corpore ex
pellatur. Sed cum mouetur ex affecto loco, inhæret in alio. Quicquid igitur contra naturam
est, siue morbus, siue causa, siue symptoma, eatenus expulsionem vel translationem monstrat,
quatenus spectat ad succos prædictos. Qualis igitur natura, & qualis morbus modum euentus
propositum denunciet, satis explicatum arbitror. Nunc tantum adijcio, quod cum expulsio de
sideret naturæ robur, simul & succos calidos, si alterutrum desit, [i] non erit amplius expectan- i Gal. 3. lib. prog. com. 24.
D da, sed sequetur translatio, siue natura imbecillior cum calidis succis iungatur, siue validior cũ
frigidis. Si desit vtrunque, ita vt nec natura valida sit, nec succi calidi, non solum non seque-
tur expulsio aut translatio, sed neque etiam subita mutatio cum pugna, quoniam morbus pau-
latim finietur. Verum quia non vna est expulsionis via, neque vnus locus ad quem transferri so
lent succi vitiosi, sed multiplex, adscribere operæprecium est, qua ratione multiplicem eiusmo
di uiam ac locum liceat præsãgire.

De signis monstrantibus viam expulsionis. *Cap. VI.*


Xpulsionis igitur viæ conspici multæ solent, cum interdum effluat sanguis siue ex
naribus, siue ex utero, siue ex ano. Interdum superueniat uomitus; nonnunquam de
iectio, urina, aut sudor. Perquiramus signa uniuscuiusq; & primo sanguinis ex nari-
bus. Spectãt aũt ad naturã, uel ad morbũ, in quib. inest similis differẽtia, hoc est uis

fluxus ſanguinis ex naribus: illa autem natura ad ipſum maxime idonea eſt, quæ multo ſangui-
ne abundat: Quamobrem in ſignis monſtrantibus fluxum ſanguinis ex naribus, veteres pleni- E
tudinem potiſſimum poſuerunt: Illa etiam [a] in qua non multus, ſed acris redundat ſanguis, ad
eandem expulſionem valde eſt habilis. Vnde non ſolum adoleſcentibus ſine maribus ſiue fœ-
minis quibus multus abundat ſanguis vſque ad vigeſimumquintum annum, ſed etiam iuueni-
bus vſque ad trigeſimumquintum docet [b] Hippocrates expectandum eſſe ſanguinem ex nari
bus. Ad eandem ſanguinis multitudinem atq; acrimoniam refertur tẽpus anni, profluit [c] enim
vere ob multitudinem, æſtate, ob acrimoniam: non ſic autumno, aut hyeme. Eadem eſt ratio re
gionis, & præſentis temporis conſtitutionis: eadem & victus: monſtrant enim hæc omnia fluxu
rum ſanguinem ex naribus, quatenus indicant hominem multo vel acri ſanguine redundare.
Morbus etiam eatenus vim habet fluxus ſanguinis ex naribus, quatenus pendet vel à multitu-
dine ſanguinis, quemadmodum febris ſynocha; vel ab acrimonia, quemadmodum ardens &
tertiana exquiſita. Neque enim expectandus eſt fluxus ſanguinis ex naribus ſi morbus pituito-
ſus ſit, aut melancholicus. Sed plurimum etiam conducit ad fluxum ſanguinis ex naribus locus
affectus ſuperior: caput potiſſimum cuius morbi cum à ſanguine, vel flaua bile pendent, velu-
ti [d] phrenitis, ſæpe fluxu ſanguinis terminantur: quanquam aliarum quoq; partium, vt thora- F
cis & præcordiorũ morbi à multo vel acri ſanguine orti, & illi etiam qui in toto corpore verſan
tur, veluti febres prædictæ, ſæpe etiam eodem ſanguinis profluuio finiuntur. Sed quia poſſunt
alia quoque expulſione finiri, iudicabis tunc fluxurum ſanguinem ex naribus, cum cernes id
quod ſuperat & moleſtum eſt ferri ad partes ſuperiores, & ad caput; id quod tibi monſtrabunt
quæ nunc ſubijciuntur ſigna. Sunt hæc ſymptomata, & partim actiones læſæ, partim affectus, &
qualitates corporis, partim expulſa præternaturam, quæ attenduntur in partibus ſupra vmbi-
licum, vt in præcordiis, thorace, ceruice, capite, facie, oculis, naſo. Hæ ſiquidem afficiuntur vbi
ſuperantes ſucci ſurſum ferantur, & ideirco ſanguinem ex narib. effluxurum denunciant. Or-
diamur à præcordijs, quæ vbi tactu & aſpectu videantur in interiorem ac ſuperiorem [e] partẽ
contracta, ſi non doleant, eiuſmodi affectus monſtrat id quod expellẽdum eſt, ad ſuperiora fer
ri: nam ſi dolerent, magis raperent ad ſe ſuccos aliunde, quam eos tranſmitterent quos conti-
nent; quamobrem etiam ſi in interiorem & ſuperiorem partem contracta viderentur, non pro-
pterea monſtrarent profluuium ſanguinis ex naribus futurum. In thorace [f] læditur actio reſpi
rationis, ſitq; anhelitus difficilis, quod muſculi thoracem mouentes non ſatis faciant officium
ſuum, ſed opprimantur à ſuccis qui ſurſum feruntur ad caput: ob quam cauſam monſtrat diffi-
cultas anhelitus ſanguinem ex naribus fluxurum: quamuis denunciet aliquãdo futurum vomi-
tum, ſed tunc [g] habet adiunctũ dolorem capitis cum morſu. Sed vbi ſanguis ex naribus à diffi-
cultate anhelitus demonſtratur, adiungitur dolor capitis cum grauitate, diſtentione, ac pulſu, G
magis quam cum morſu. Ad thoracem ſpectat etiam pulſus, cum pendeat à corde, qui in eo cõ
tinetur. Notat igitur pulſus [h] magnus, ſublimis, elatus, expulſionem abſolute; quod ſi accedãt
indicia ſignificantia noxios ſuccos ſurſum ferri, proprie ſanguinem ex naribus expellendum ſi
gnificat iam dictus pulſus magnus, ſublimis, elatus, modo non ſit inæqualis, aut ſpeciem vnda-
rum repræſentet: nam hic ſudorem, ille [i] vomitum potius denunciat. Monſtrat & ceruicis do-
lor ferri ſanguinem ad ſuperiora, & propterea erupturum ex naribus: id quod euidẽtius oſten
dit dolor capitis. Hoc enim dolente, vel circumdolente ſcribit [k] Hippocrates futurum vt ſan-
guis vel aqua ex naribus exeat, vel ex auribus. Proprie autem ſanguinem fluxurum ex naribus
intelliges ex temporum dolore, [l] grauitate, pulſu, ac palpitatione: præterea ex delirio, ex ſplẽ
dore, [m] vel imagine rubrarum rerum quæ ante oculos obuerſentur, ex totius faciei atq; oculo-
rũ rubore: tũ ex expulſis, vt ex lachrymis quæ præter voluntatẽ fluunt: notant enim (vbi non
adſint ſigna pernicioſa) fluxurum ſanguinẽ ex [n] naribus: quod ſi iã pruriant nares, & homo ad
eas frequenter manus admoueat, ſtatim videbis ſanguinem ex naribus erumpentem. At non
ſolũ conijcere licet expellendum eſſe ex naribus ſimpliciter, ſed ex qua nare etiam ſit effluxu-
rus; quod ſi æqualiter dextræ & ſiniſtræ partes corporis ægrotent, ex vtraq; [o] pariter fluxurũ
prædices: ſi altera dũtaxat, expectabis erupturum ex ea nare quæ è regione illius eſt, vt ex dex H
tra, ſi laboret iecur & dextrum præcordiũ: ex ſiniſtra, ſi lien & præcordium ſiniſtrum: id quod
accipiendum eſt in morbis ſalubribus; nam in mortiferis magis fluere [p] ſolet ex nare contra-
ria. Quod ſi ſanguinis fluxu ex vtero terminati morbus debeat, patefiet ex iiſdẽ ſignis, ex natu
ra videlicet & morbo habentibus in ſe ſimilẽ differentiam, hoc eſt vim eiuſmodi expulſionis.
Quod attinet ad naturam, cum ſanguis de quo loquimur profluere debeat ex vtero, conſtat nõ
ineſſe hunc niſi in fœminis: his ergo tantum licebit expectare ſanguinẽ ex vtero effluxurum, nõ
tamen omnibus, ſed illis duntaxat quæ multo vel acri ſanguine ac tenui redundant: quibus [q]
ſi ineſt tempus menſtruæ purgationis, tanto magis ipſam expectabis. Prægnãtibus etiam ſæpe
terminatur morbus abortu, & profluuio ſanguinis ex vtero. Eiuſdẽ expulſionis vim in morbo
diſcernes ex cauſa, ſitu, ac motu: nã ſi oriatur à plenitudine vel acrimonia ſanguinis: ſi verſetur in
partib. ſub ſepto trãſuerſo, maximã vim habẽt expulſionis ex vtero, cuius firmius adhuc erit in
diciũ motus verſus vterũ, quem intelliges ex dolore cũ grauitate ac diſtentione circa [r] dorſũ
& lumbos. Ex quibus omnibus colliges morbum terminandum eſſe fluxu ſanguinis ex vtero.

a Galen. 3. prorrh. cõ. 60.
b Hippo. 1. prog. 33. & 3 prog. 12.
c Hippo. 3. aph. 20.
d Gal lib 3 criſ. c. 3.
e Hipp. 2. 1 epi. 55. & 3 lib. de criſ. c. 11.
f Galen. 3. criſ. c. 11.
g Gal. ibid.
h Gal. ibid.
i Gal. ibid.
k Gal. li. 6. aph. 10.
l Hipp. 2. 1. epid. 55.
m Gale. 3. criſ. c. 11. & 1. ad Glau. c. 15.
n Galen. 3. criſ. c. 11.
o Gal. ibid.
p Hippo. 3. prorrh. 38.
q Galen. 3. prorrh. cõ. 50.
r Galen. 3. criſ. c. 11.

In

A In ano etiam sunt venæ sanguinem fundentes (Græci vocāt αἱμοῤῥοΐδας,) quibus interdum depellitur sanguis qui morbum facit: præcognoscitur autem ex iisdem signis, ex natura videlicet & morbo habentibus vim eiusmodi expulsionis. Ad hanc ergo habilis est ea natura quæ maxime redundat sanguine crasso, acri, melancholico, ac veluti fæce quadam boni sanguinis: talis enim naturaliter transmittitur ad venas ani; quapropter maxime accidit eiusmodi fluxus ætate constanti, [a] inter iuuentutem videlicet & senectutem, qua contrahitur plurimum illius sanguinis, sicut & autumno. Quod si homini etiam cum sanus est, & fungitur solitis muneribus, consueuerint ani venæ sanguinem fundere, inde potissimum præsagies effluxurum, cuius vis inest in eo morbo qui à proposito sanguine proficiscitur, veluti melancholia. Sed magnam fidē eius facit situs, nam si præcordia, & partes sub septo transuerso ægrorent, facile transmittunt ad venas ani quod expellendum est. Huc accedit motus succorum versus anum: nam si sentiatur [b] dolor & grauitas circa lumbos, constat ad ipsum ferri noxios succos, & ex eius venis esse expellendos. Sed satis de expulsione sanguinis, persequamur reliquas, vt vomitum, deiectionem, vrinam, sudorem.

a Gal. de arte med. 59. & 3. aphor. 30.
b Hipp. & Galen. 3. pronh. 38.

Vomitu igitur terminari [c] constat nonnullos morbos: conijcitur hic futurus ex signis monstrantibus euentum, ex natura videlicet & morbo, quatenus implicite similem differentiam assumunt, hoc est, quatenus vim habent mouendi vomitum. Illorum natura ad vomitum idonea est qui ventriculi partem superiorem habent debilem, ita vt non retineatur, sed facile B admittat quæ inferne transmittuntur; indicat debilitatem hanc facilitas & consuetudo vomendi. Difficilis & insolens vomitus validiorem monstrat superiorem ventriculi partem, & minime habilem ad vomendum. Verum attenditur in natura præter eiusmodi robur atque imbecillitatem ventriculi, genus succi quem homo naturaliter contrahit: qui flauam bilem [d] plurimam contrahunt, maxime proni sunt ad vomitum: qui pituitam & humorem melancholicum, non ita: descendunt enim hi succi cum graues sint, frigidi, & crassi, neque facile euomuntur. At flaua bilis quæ calida, tenuis, ac leuior est, facile superiores partes tentat, ac ventriculi os excitat ad vomitum: ob eandem causam magis accidit vomitus [e] æstate quā hyeme, plurima enim æstate contrahitur: quo spectans [f] Hippocrates præcipit vt æstate vomitum, hyeme deiectionem mouentibus catharticis vtamur. Facile etiam vomunt [g] graciles, quod biliosi sint, ægre hebetes, quod multa pituita redūdent. In morbo autem animaduertitur causa, situs, & motus: qui oritur à succis biliosis, magis [h] vomitu finitur, quā qui à pituitosis, aut melancholicis: quanquam pituita vomitu non raro expellitur, vt in tertianis spurijs, in quotidianis & quartanis febribus, quod homo habeat superiorem ventriculi partem imbecillam.

c Ga. 3. lib. crif. c. 11.
d Hipp. & Gal. 4. aph. 7.
e Hippo. 3. aph. 11.
f Hippo. 4. aph. 4.
g Hippo. 4. aph. 6.
h Galen. 3. crif. c. 3.

Multum etiam potest locus vbi succi continentur, nam [i] si vel in uentriculo, uel in partibus C uicinis ut in cauo iecinoris, & circa præcordia ac septum transuersum continēantur, maxime solent uomitu detrudi: minus sæpe euomuntur qui continentur in partibus magis remotis ab ore uentriculi. Sed maximum indicium futuri uomitus dant succi qui mouentur uersus partem superiorem uentriculi, quem motum intelliges ex symptomatibus attinentibus uel propriè ad os uentriculi, uel ad partes proximas, uel ad eas quæ cum ipso congruunt. In ore igitur uentriculi sentitur [k] morsus (quem Græci καρδιαλγίαν appellant,) fastidium, nausea, tanguntur etiam præcordia frigida, & intus contracta: pulsus fit durus atque inæqualis, quod cor afficiatur ab ore uentriculi. Accedit difficultas respirandi, ob musculos thoracis, quibus similiter impertitur affectus oris uentriculi. Indicat etiam dolor [l] capitis, læsum esse os uentriculi à quo afficitur, & idcirco uim uomitus. Sed distinguitur [m] ab alio capitis dolore, à quo monstrari diximus sanguinem fluxurum ex naribus, quod ille habeat adiunctam grauitatem cum pulsu, hic uero morsum ob acres uapores exhalantes à flaua bile tentantes os uentriculi, ob quos uapores superuenit etiam uertigo & aliquando delirium. Versatur ante oculos caligo, [n] non splendor, aut rerum rubrarum imago, sicuti cum expectatur fluxus sanguinis ex naribus. Adde quod labrum [o] inferius agitatur, quod afficiatur ab ore uentriculi, ob tunicam quam habet communem cum ipso, ob eandem causam redditur sputum tenue. Cuncta hæc, quod noxium est significant trās D mitti ad os uētriculi, & idcirco nimi uomitus. Quod si superueniat horror & frigus partium [p] inferiorum, denunciat sursum ferri calorem uniuersum, una cum succis quibus continetur, unde relinquuntur inferiores partes frigidæ, & colligitur futurus uomitus.

i Gal. ibid.
k Hippo. 3. prog. 30. & Galen. 1. piorrh. cō. 30 & lib. crif. c. 11.
l Hipp. ibi.
m Galen. 3 crif. c. 11.
n Hippo. 3. progn. 30.
o Galen. 3. prog. com. 30.
p Gal. ibid.

Deiectio futura eadem ratione deprehenditur qua uomitus, nimirum ex simili differentia quam præsefert natura & morbus, ob uim quam habent deiectionis. Quod attinet ad naturā, ille homo potissimum uim deiectionis habet, cuius inferior uentriculi pars debilis est, tum qui ualde frigidus est & crassis ac frigidis succis redundat. Sicut enim pars uentriculi superior imbecilla facile admittit quod ab inferioribus partibus expellitur, ita ut sequatur uomitus, sic cum inferior debilis est, accipit quod transmittitur à superioribus, & sequitur deiectio. Rursus sicut calidi, [q] tenues, ac biliosi succi idonei sunt qui sursum lati euomantur, ita multi, crassi, frigidi, qui deorsum transmissi deijciātur. Balbi, quos Hippocrates [r] maxime capi alui profluuio testatur, multo abundant humore, qui destillans à cerebro ad palatum & per gulam tandē ad uentriculum deiectionem mouet. Cum succi crassi copiose contrahuntur, ueluti hyeme, homine melancholico, aut obeso, præcipit Hippocrates [s] ut dentur cathartica, quæ aluum deijciāt,

q Hipp. & Gal. 4. aph. 4.
r Hippo. 6. aph. 32 & Gal. in cō.
s Hippo. 4. aph. 7. & 9.

quoniam illi naturaliter descēdunt. In morbo autem tunc inesse vim deiectionis cognoscimus, [E] cum à propositis succis oritur multis, crassis, frigidis & cum occupat intestina, aut inferiorem [a Galen. 3. cris. c. 3.] partem ventriculi, & quæ vicina sunt, veluti lienem, aut cauam partem [a] iecinoris, & tandem cum accedunt symptomata monstrantia deorsum ferri quod infestum est, quemadmodum ilia [b Hippo. 4. aph. 73.] distenta, murmurantia, & dolentia, à quibus Hippocrates [b] scribit instantem deiectionem significari. Adde retentionem vrinæ, quæ ostendit naturam totam incumbere in alteram expul- [c Galen. 4. aph com. 38. & cris. c. 11.] sionem, veluti in deiectionem: sicut enim multa deiectio modicam vrinam, ita modica vrina [c] multam deiectionem denunciat. Sed potest retentio vrinæ, sudorem quoque significare. Quamobrem spectare aluum oportet, quæ vbi laxa sit, deiectionem: vbi astricta, sudorem significari ab vrinæ retentione demonstrabit. Inruebimut & alia signa, quando quidem si adsint quæ deiectionem monstrant, absint quæ alias expulsiones nunciant, expectanda proculdubio est deiectio.

Vrinæ multitudinem sæpe sequitur subitus euentus cum pugna: eam vero conijcies ex natura & morbo, in quibus inesse cernes, vim mouendi vrinam. Ea igitur natura ad hanc expulsionem idonea est, quæ cum bene valet, copiose vrinam reddit; tum illa quæ aquoso humore multo, & tenuibus succis redundat, nam tales proposita via educi solent: quanquam interdū etiam [F] (sed rarius) qui crassi sunt, & pituitosi. At morb. maxime idoneus est, qui vrinę profluuio soluatur, cum ab humore aquoso, veluti hydrops, vel à tenuibus succis pendet: quanquam & ille quē [d Hippo. 4. 6. epid. 2.] faciunt succi crassiores, veluti [d] quartana, aut quotidiana febris, aliquando multa & crassa vri- [e Galen. 3. cris. c. 3.] na fluente sanatur. Locus qui morbo implicatur, plurimum & ipse valet ad significandum hāc expulsionem: nam cum succi vitiosi aut in venis versantur, aut in gibba [e] parte iecinoris, aut in instrumentis vrinæ inseruientibus, solent hac via expelli, sed spectare succorum motum inpri- [f Auic. lib. 4. f. 2. tex. 1. c. 8.] mis oportet, nam si versus vesicam [f] ferantur, maximam fidem faciunt profluuij vrinæ futuri. Intelliges autem eo ferri ex sensu grauitatis in vesica, ardoris in cole, præterea ex retentione deiectionis, quæ cum superuenit, si absint signa sudoris, firmum sunt indicium expulsionis vrinæ multæ.

Sudor restat cuius copia multos terminari morbos videmus. Monstrat hunc futurum natura & morbus, quatenus ipsius vim in se continent. Natura illa præcipue habilis est ad sudorem, quæ & materiam, & locum idoneum præsefert: materia quæ naturaliter sudore expellitur, est aquosus humor, vel succus aliquis tenuis. Nam crassi ad cutis foramina nō facile transmittuntur: locus vnde exit sudor, refertur ad foramina cutis, quæ si pateāt, quemadmodum in laxa ac molli cute, facile exitum præbent ijs quæ inde sunt detrudenda; si astricta sint, quemadmodum cum cutis dura est & densa, intercluditur exitus. Illa igitur natura quę habet cutem mollem & [G] laxam, redundatque humore aquoso, aut tenuibus succis, ad sudorem maxime est habilis: ne- [g Hippo. 3. aph. 6.] que ob aliam causam scripsit Hippocrates [g] cum æstas fuerit veri similis, sudores multos expectandos esse. Morbus vero eatenus vim habet sudoris, quatenus vel ab aquoso humore aut tenuibus succis proficiscitur, vel in eo loco versatur, vnde facile transferatur ad cutem. Si materia sit tenuis, nullo negocio exit ex foraminibus cutis, quæ crassior est, plerunque retinetur: In- [h Gal. 3. de caus. symp. c. 2.] terdum tamen adeo extenuatur, vt inde exeat [h] quod nō accidit nisi longinquitate temporis, veluti in quotidianis febribus, & quartanis; tertianæ propter flauam bilem à qua pendent, potissimum sudore finiuntur. Conspicitur frequenter sudor in morbis acutis, quod oriantur à suc- [i Hipp. 3. 1. epid. 23.] cis tenuibus ac biliosis, raro in longis, quod fiant à pituita: interdum tamen. Scribit Hippocrates [i] primo de morbis vulgaribus Cleonactidē octuagesimo die sudore fuisse liberatum. Quod spectat ad locum, succi cum putrescunt diffusi extra venas, quod parum distent a cute plerunque in sudorem vertuntur, id quod faciunt interdum illi qui continentur in venis, cum diffusi [k Galen 3. cris. c. 3.] sint & non conclusi in vno loco. Videmus tertianas [k] continuas, & ardentes febres sæpenumero sanati multitudine sudoris, quanquam possunt & succi qui in aliquo loco cōclusi sunt, sicut [l Gal. ibid.] illi qui faciunt inflammationem [l] viscerum, ad cutem transferri, & sudorem mouere, modo parua foramina cutis & interni canales pateant. Cæterum vt ad alias expulsiones, ita ad sudorem significandum multum valet motus superantium succorum; nam si versus cutem ferantur, su- [H] dorem denunciant. Dignosces motum hunc ex calore, [m] vapore, & rubore, quem percipies in [m Gale. 3. cris. c. 11.] cute. Dignosces & ex pulsu, quem non solum magnum & elatum tanges, sed etiam mollem, & in speciem vndarum: tum ex insomnijs, cum experrectus æger somniasse se sudorem narrabit. Porro vrinæ & deiectionis retentio cum adsunt, cætera signa sudoris magnam fidem faciunt motus succorum versus cutem, id quod facit etiam superueniens horror: quem consequitur su- [n Hippo. 4. aph. 48.] dor, quemadmodum in febre ardente, quam Hippocrates [n] ex horrore superueniente conijcit sudore soluendam esse. Hactenus de signis monstrantibus multiplicem expulsionis viam: super sunt illa quæ locum denunciant ad quem fit vitiosorum succorum translatio in subita mutatione cum pugna, siue ad salutem, siue ad interitum.

A *De signis monstrantibus locum ad quem transferuntur succi morbum facientes. Cap. VII.*

VBi morbus translatione succorum ad alium locũ terminari debet, siue occulte transferatur, veluti cum succedit morbus morbo, siue manifeste, vt cum vel ad vnum locum duntaxat, vt in abscessibus, vel ad plures, quemadmodum in pustulis. & cute suffusa flauo colore, vt in morbo regio: aut atro, vel liuido, vt in pestilenti febre transmittuntur. Colligetur locus similiter ex natura & morbo, in quibus deprehenditur similis differentia, saltem implicite: Inerit enim vis quædam in ipsis ad hunc vel illum locum spectans: finge primum tibi animo morbum successurum morbo, & vitiosos succos occulte transmittendos esse ab vno loco ad alterum, veluti à cerebro ad neruos, ita vt pro phrenitide distẽtio, pro ἀποπληξίᾳ resolutio neruorum sit futura. Eiusmodi successionis vim discernes primo in natura, quæ debiles habeat partes cum affecto loco coniunctas, adeo vt facile admittãt quod ad ipsas transfertur, quemadmodum pueris[a] nerui: adeo enim debiles sunt, vt facile accipiãt superantes succos à cerebro cum quo nectuntur, & vnde pendent. At morbus vim successionis habet cum oritur à succis idoneis, qui ex vno loco facile transferantur ad alterum proximum: huiusmodi autem sunt vel tenues, vel non admodum crassi, vt flaua bilis, & pituita, quæ non admodum sit cruda. Præterea cum versatur in loco habili ad huiusmodi translationem, cuiusmodi est cerebrum, à quo (vt ante dictum est) succi ad neruos transferuntur. Sed oportet intueri B etiam num aliqua indicia se ostendant eiusmodi motus succorum ad neruos, veluti in pueris crepitus dentium, palpitatio, fletus: testantur enim hoc quod molestum est transferri ad neruos, vbi iam translatum sit, recedet morbus cerebri, cui euidenter neruorum morbum successisse intelliges.

a Hippo & Ga. 3. prog. 14.

Sed fac translationem manifestam esse sic vt succi qui in loco prius affecto versabantur, ad alterum se translatos ostendant, seu diffusi sint, vt cum cutis flaua vel atra bile suffunditur, aut cum pluribus pustulis distinguitur: seu concludantur in aliquo loco, & abscessum faciant: si ad sint signa quæ translationem monstrare supra tradidimus, absuntque illa à quibus proxime diximus monstrari successionem, manifestam translationem futuram succorũ intelliges. Vtrũ vero diffusi ad cutem transmitti debeant, an ad aliquem locum vbi concludãtur & abscessum faciant, distingues ex simili differentia in natura & morbo: Inest in natura vis translationis ad cutem, nam vbi cutis quæ communiter in omnibus imbecilla est, in homine qui tractatur imbecillior fuerit, consueueritque accipere quæ superant in partibus internis, monstrat ad se transferendos succos vitiosos. At vbi aliæ partes in homine debiliores videantur quam cutis, C magisque admittere consueuerint quæ ab internis partibus depelluntur, quemadmodum glãdulæ, & articuli, expectabis abscessum in ijs, & non amplius translationem ad cutem. Verum ex morbis, ille qui à succis pendet non omnino tenuibus, non tamen crassis vim præfefert abscessus in eiusmodi partibus: tenuiores .n. succi sudore exeunt: qui crassi sunt, nequeunt per angustas venas ad cutem penetrare, nẽ magis faciunt abscessum. Sed cum diximus ob eiusmodi translationem, cutem aliquando suffundi flaua vel atra bile, aliquando pustulis distingui, vtrum expectare debeat conijcies ex simili differentia in natura & morbo: cutis quæ naturaliter laxior est, magis ad suffusionem est habilis, quæ densior, ad pustulas. In morbo animaduertes causam, quæ cum crassa & acris est, pustulas efficit, cum minus crassa & minus acris, magis suffundit cutem, & eius colorem mutat. Vbi expectetur abscessus, prævidere oportet in articulis ne an in glandulis sit futurus, id quod ex simili differentia in natura & morbo colligendum est, quatenus vim habeant huius vel illius abscessus. Naturaliter igitur vtræque partes laxiores sunt, & habiles ad accipiendum quod aliunde transmittitur; sed in quibusdam hominibus glãdulę magis, in quibusdam articuli. Quare intueri oportet vtrarum partium constitutio firmior appareat in homine qui tractatur: ea .n. quæ laxior apparebit, magis idonea iudicabitur quæ succos admittat aliunde transmissos. Interrogabit ẽt vtris partibus, articulisne, an glandulis D laborate magis consueuerit ægrotans: siquidem illæ quæ magis solitæ sunt ægrotare, imbecilliores sunt, & magis habiles ad accipiendum quod in alijs superat. Ex morbis ille qui diuturnior est, [b] a succis oritur frigidioribus, & crassioribus, vt febres quotidianæ, & hemitritæus, vim habet translationis magis ad articulos quam ad glandulas; contra ille qui acutus est & prauus, atque à succis proficiscitur calidioribus, & minus crassis, quemadmodum febres pestilentes, & viscerum ac nobilium partium inflammationes, vim habet translationis ad glandulas. Hac igitur via conijcies in vtro genere partium expectandus sit abscessus: quem iam instãtẽ puidebis ex motu videlicet vitiosorũ succorũ versus has vel illas partes, quẽ intelliges ex [c] dolore, grauitate, distẽtione, pulsu, palpitatione, rubore, atque alijs eiusmodi symptomatibus.

b Hippo. 4. aph. 44.

c Galen. 3. crisi. c. 11.

Sed siue in glandulis, siue in articulis expectetur abscessus, potest superioribus & inferioribus accidere: præsagies autem in hisne an illis futurus sit, spectans ad naturam & morbum in quibus vim cernes efficiendi abscessum in superioribus aut inferioribus partibus. Naturaliter igitur alijs imbecillæ sunt partes superiores, alijs inferiores. Natura illa quæ imbecillitatem superiorum partium præsefert, habet vim efficiendi abscessum in superioribus, quæ inferiorum, in inferiorib. In morbo animaduertitur primũ causa à qua pendet, tũ locus affectus, & motus

succorum. Quod attinet ad causam, quamuis abscessus non fiant nisi succi crassi sint, & non multum calidi, plurimum tamen interest inter eos: qui crassiores sunt & minus calidi, magis ad B partes inferiores [a] descendunt, vbi expectandus est abscessus: qui minus crassi, & magis calidi, feruntur ad superiora, & ibi monstrant abscessum futurum. Locus in quo resident succi morbum facientes, monstrat abscessum futurum in proximis glandulis, vel in articulis, & ita in superioribus, vel in inferioribus, prout ipse vel superior est, vel inferior: glandulæ quæ post aures sunt, à cerebro, quæ sub alis, à thorace, quæ in inguinibus, à ventre accipere solent quod transmittitur. Maximum indicium est motus, intueri enim oportet versus quas partes succi ferãtur, & in illis abscessus expectare. Si ferantur sursum, vt ad parotidas, apparebit [b] grauitas pulsus, palpitatio, dolor capitis cum rubore faciei: si deorsum, eadem symptomata senties in partibus inferioribus. In summa vbi dolor superuenit, ibi expectandus est abscessus: sed satis de translatione & de modo futuri euentus præcognoscendo.

a Galen. 4. aph. cõ. 74.

b Galen. 3. prorrh. cõ. 66. & 73.

De signis monstrantibus stabilitatem euentus. Cap. VIII.

SVperest stabilitas ex differentijs euentus futuri, quam ob salutem ægrotantis, & auctoritatem artis operæpretium est præsagire. De interitu quidem non ambigitur sitne futuris stabilis, sed de salute, & de mutatione in meliorem, vel deteriorem statũ. F Salus interdum adeo firma est vt nihil timendum sit, sed possit homo libero vti victu, & reuerti ad negocia consueta: Interdum adeo instabilis est, vt leui de causa morbus reuertatur, & opus sit exquisita victus ratione. Ea item mutatio quæ in meliorem, vel deteriorẽ statum, aliquando constans est, aliquando incõstans. Prædicitur stabilitas euentus antequam incipiat, sed magis cũ incipit mutatio, maxime cum iam secura est. Signa ex quibus colligitur, spectant ad naturam & morbum, quatenus vim habẽt stabilitatis, vel instabilitatis. Loquamur primo de salute. Hanc pollicetur natura [c] robusta, cuius robur conijcitur ex causis, ex iuuantibus & nocentibus, ex effectis. Proxima causa roboris naturæ qua continetur, est calidum innatum plurimum, & moderatum temperamentum, quo spectat ætas: causæ repente sub ratione victus comprehenduntur, spectantq; similiter ad temperamentum moderatum. Iuuantium & nocentium hæc ratio est: si subitam mutationem consequitur leuatio morbi & facilitas [d] tolerantiæ, patefacit naturæ robur, & stabilitatem salutis: nam vbi sit facilitas tolerãtiæ, crisis tuta est, caretque signis periculosis, & non nocet: vbi leuetur morbus, iuuat. Commune est hoc operum naturæ omnium, quæ ex eo potissimum quod prosunt & non obsunt, distinguuntur a symptomatibus. Effecta autem tunc maxime monstrant robur naturæ & stabilitatem salutis, cum maxime apparent secundum naturam, siue sint actiones læsæ, siue qualitates & affectus corporis, G siue retenta, & expulsa: neque restat contra naturam aliquid. Symptomata quæ relinquuntur post subitam mutationem ad salutem, veluti sitis, fastidium, dolor, denunciant imbecillitatem naturæ & morbi reditum. In effectis [e] naturæ numeratur tempestiua, atq; ordinata expulsio, vel translatio eorum quæ molesta sunt: Natura enim vbi non cogatur ab impetu morbi, non tẽtat expellere quod noxium est, nisi tempestiue, hoc est perfecta coctione, & nisi ordinate, hoc est septenis diebus, qui prius à quaternis fuerint indicati. Vt autem ex motu tempestiuo atque ordinato significatur salus constãs, ita ex intempestiuo, hoc est ante coctionem & inordinato, hoc est non in die crisimo, neque præcedente indicatione, demonstratur inconstans. Motus ob succos potissimum à quibus proficiscitur, vim habet denunciandi stabilitatem, vel instabilitatem salutis, tenues & calidi superantes non ægre ex toto exhauriuntur, vel transferuntur ad alium locum ignobiliorem, & idcirco stabilitatem pollicentur, veluti biliosi: contra qui crassi sunt & frigidi, & pituitosi, cum difficultate penitus vel exinaniũtur, vel transmittuntur ad alias partes. Quamobrem eorum [f] reliquiæ in corpore ægrotantis remanentes, salutem fore inconstantem, & morbum reuersurum declarant. Ad propositos succos spectat anni tempus, & præsens [g] cæli constitutio, propter quos stabilitatem vel instabilitatem salutis pollicentur.

c Galli. de consti. artis ca. 18. & 4. de præs. puls. 11.

d Galen. 1. apho. com. 20. & 1. de dieb. decr. c. 2.

e Gal. locis citatis.

f Hippo. 2. aph. 12.

g Hippo 3. aph. 8.

Mutatio autem ad meliorem statum futurane constans sit, an inconstãs, ex natura & morbo H eodem modo affectis quo proxime diximus, colligitur: sic enim præseferũt vim stabilitatis, aut instabilitatis, vt in euẽtu salubri, ita etiam in mutatione ad meliorem statum. At mutatio in statum deteriorem, stabilis iudicanda est cum natura debilis est, & morbus validus, neque enim tunc sperabis refici posse naturæ vires ita vt superent morbũ. Quod si dies quo proposita mutatio accidit, crisimus sit, & ante indicatus, certam fidem faciet stabilitatis: mutationes enim quæ diebus crisimis eueniunt, & prius indicatæ sunt, siue bonæ, siue malæ fuerint, stabiles iudicantur: contra quæ neque indicantur, neque diebus crisimis sequuntur, solent esse instabiles. Quod si post mutationem [h] in deteriorem statum refici naturam videas, validiorem esse existima, vel ob errorem, vel ob rem aliquam fortuitam eam euenisse, & nõ futuram stabilem. Hactenus mihi videor ad exitum perduxisse nõ solum quæ ad prognosticum, sed etiam quæ ad cognitionem curandorum vniuersam & absolute, & in homine qui tractatur pertinebant. Si qua autem supersunt, paruo negocio ex ijs quæ dicta sunt, intelligi poterunt.

h Hippo. 2. aph. 27.

VIDI

A

VIDI VIDII
DE CVRATIONE GENERATIM,
Partis Primę Liber Duodecimus:
Qui est de operibus ad Curandum pertinentibus.

Quædam mala insanabilia esse, & quid requirant. *Cap. I.*

B



MAxime optabile esset vt sanari possent mala omnia corporis humani, de quorũ cognitione tam absoluta quam in homine ægrotante egimus vndecim superioribus libris, sed quędam ostendimus esse omnino insanabilia, quibus tanquam desperatis [a] non videtur adhibenda medicina, ne frustra tanti auxilij auctoritas minuatur: At dicet quis hæc omittenda esse, nam (vt est apud Hippocratem) quid vltra scire medicis conuenit de his quæ curationem nõ admittunt? Cõuenit tamen summopere: intelligenda enim hæc sunt de eodem professore, cum tanquam aliena seiungi nequeant, siquidem tractari debent quæ curationem recipiunt, ne insanabilia euadant, intelligendumque qua potissimum ratione occurramus quo minus talia efficiantur: illa vero quibus medicinæ locus non est, cognoscenda sunt, ne maxime noxia reddantur, præclara enim & ardua prędictio in eo consistit, vt intelligamus quo, qualiter, & quando [b] singula terminentur: ac siue in ea mala vertantur in quibus remedio futurus locus sit, siue euadere insanabilia debeant. Ex quibus verbis Hip. intelligi potest mala etiã quæ insanabilia sunt, non prætermittenda esse à medicis, partim vt exitum prædicentes, excusentur [c] vbi ea non auferant, partim vt prohibeant ne maxime noxia reddantur. Sæpe autem
C quod sanari nequit, quemadmodum cancer, [d] ita lenitur, vt longe minus hominem torqueat: præterea quod omnino mortiferum est, veluti vomica in pulmone, diutius trahitur, neque interitum subitum affert. Vtramque autem & leuitatem molestiæ, & productionem temporis, consequimur ratione curandi, qua illa mala auferuntur quæ non sunt insanabilia, ad eam nunc aggredimur. Docuimus [e] enim initio, curationem quam tractamus contineri cognitione curandorum, & ratione curandi: illam absoluimus, hæc restat, quam nunc explicare instituimus, generatim enim docebimus qua ratione quæcunque præter naturam sunt, curari possint à medico: nam proprie sanandi munus [f] est naturæ, magis quam artis: [g] ars tamen si sanitatem non conficit, est certe socia conficiendi: sed quo pacto id præstet, iam videamus.

a Hipp. & Gal. 2. in 1. prorrh. tex. & com 37. & Gal. 11. meth. c. 9. & 2. aphor. com 29.
b Gal. li de constit. art. c. 18.
c Hippo. 1. progn. 4. & Gal. 1. aph. com. 8.
d Hipp. & Gal. 9. aph. 38.
e Supr. lib. 5. c. 1.
f Hippo & Gal. 5. aph. 6. epid. 1.
g Gal. ibid. & de opt. secta, c. 41. & ad Thrasyb. c. 26.

Rationem curandi contineri operibus & instrumentis, opera autem per indicationem inueniri. *Cap. II.*



DVo esse illa de quibus collaudantur aut vituperantur artifices, præclare siquid aliud tradidit Aristoteles, [h] vnum est finis ad quem referunt quæcunque moliuntur, al-
D terum vertitur in his quæ spectant ad finem: hic priusquam artifices ipsum assequantur, consilium, propositum, atque institutum dicitur: sed vbi iam assecuti sunt, appellatur opus. Ea vero quæ ad finem referuntur, instrumenta sunt quibus vti oportet vt perficiatur opus quod erat institutum. In his duobus, in operibus videlicet & instrumentis, consistunt [i] tam errata, quam recte facta cuiuscunque artificis, errat enim cum vel opus instituit quod incommodum sit, vel non vtitur instrumentis idoneis. Contra egregie tunc suo munere fungitur, cum & sibi proponit efficiendum opus commodum, & instrumenta adhibet idonea ad ipsum efficiendum. Non dissimile est quod actionibus vsuuenit, in quibus Aristoteles [k] attendi similiter finem voluit, & ea per quæ ad ipsum peruenitur: finem bonum haberi ait à virtute, à prudentia vero quæ perducunt [l] ad ipsum: monemur enim à virtute vt agamus quæ bona sunt, docemur à prudentia rationem agendi, per quam quod instituimus adipiscamur. Monet exempli gratia liberalitas, vt liberaliter aliquid agamus, docet prudentia modum agendi liberaliter. Eadem duo quæ & in cæteris artibus, & actionibus animaduertuntur, animaduerti etiam debent in Medicina, cuius artificium cõsistit partim in fine, id est in operibus

h Arist. li 7. polit. c. 13.
i Arist. ibid.
k Ari. ibid.
l Arist 6. ethic. c. 13.

institutis,

a Aristo. 5. diuin.c.2. institutis,partim in instrumentis per quæ fiamus voti compotes. Aristoteles [a] cum causarum genera inuestigat,meminit tam operum,quam instrumētorū,scribitque aliud esse opus, aliud instrumentum:fabri opus (exempli gratia) scamnum est,aut lectus:instrumentum, serra, aut ascia.Medici opus purgatio est,instrumentum vero purgās medicamentum. Cōtinetur igitur ratio curandi vniuersa quæ nunc nobis proposita est,operibus & instrumentis:loquamur primum de operibus,dein pergemus ad instrumenta. Opus quod primum vbique medicus spectat,sanitas [b] est,atque hæc est vltimus finis:ad quem adipiscendum totidem sunt fines atque opera necessaria,quot sunt res contra naturam quibus aduersari debent;referuntur autē eiusmodi opera omnia ad sanitatem,tanquam ad finem,atque extremum bonum,Nos omisso hoc tanquam vulgaribus etiam noto,de illis loquemur,ostendemusque quot & qualia sint opera ad sanitatem necessaria,& simul vnde,& qua via colligi possint.Sed altius ordiri rem oportet, reducereque in memoriam ternas illas medicorum sectas,Empiricam,Methodicam,& Rationalem,quas in institutionibus [c] exposuimus. Placuit Empiricis medicinalem artē vniuersam in experimento,obseruatione,& memoria consistere,obseruabant enim experimenta, & obseruata memoria tenentes in historiam conferebant,inde transibant ad similia. Obseruabant autem ita vt animaduerterent quid cum quo,quid ante quod,quid post quod apparuisset: vbi eorundem,vel similium apparentem concursum intuebantur, ad ea remedia confugiebant F quæ viderant profuisse,abstinebant ab illis quæ nocuisse cognouerant, ita vt nullum sibi proponerent opus proprium præter commune illud vltimum sanitatis,ad quam remedia (quæ artis instrumenta sunt) dirigebant,nulla habita ratione proprii operis,quod efficiendum esset. Verum aliæ duæ sectæ,Methodica scilicet & Rationalis, auxilia artis atque instrumenta proxime non ad sanitatem,sed ad propria opera ad sanitatem necessaria dirigebant;hæc autem inuestigabant per indicationem, quam [d] definiebant comprehensionem iuuātis cum cōprehensione nocentis:ita vt indicatio sit similis ratiocinationi,per hanc enim cum primum propositionē & assumptionem intelligimus,percipimus id quod consequitur.Idem accidit cum indicatione vtimur;cognita enim natura eorum quæ spectari debent, statim per indicationem comprehendimus quo genere operis vtendum sit.Ea vero ad quæ spectantes tam rationales medici,quam Methodici,opus colligunt quod efficiendum est, scopos [e] appellant, quod in eos, quasi in scopum sagittarij intueantur. Respōdent scopi propositioni atque assumptioni:opus vero quod ex scopis colligitur,ei quod concluditur,ac conficitur: sicut indicatio ratiocinationi Nos rationalem sectam secuti,opera per indicationem colligemus à scopis: quot autem & quales hi sint,iam tempus est,exponere. G

b Gal. li. de sectis & 1. de os. cō. 1.
c Vidus 1. lib. institu. med. c. 3.
d Gal. li. de opt. secta c. 12.
e Gale. 12. meth. c. 3.

De scopis, unde sumantur opera ad curandum necessaria. *Cap. III.*

SI Methodicorum sectam sequamur,ad tres tātum intuebimur scopos,ex quibus totidem opera colligemus:totam enim artem in triplici morborum, & totidem operum communitate [f] constituunt:vnam enim inducunt morborum astrictam,alterā fluentem,tertiam mixtam,cum ægrotus modo parum,modo nimium,vel altera parte parum,altera nimium excernit. Triplici autem huic morborum generi, totidem operum genera opponunt,si quidem astrictum corpus relaxant,quod profluuio laborat astringūt. Quod partim fluit,partim astrictum est,partim astringunt,partim relaxant. Extra ternas communitates iam dictas reiiciunt animaduersiones aliarum rerum omnium, siue lateant, siue perspicuæ sint,vt causarum tam externarum quam internarum,symptomatum,naturæ,ætatis, habitus,consuetudinis,virium, proprietatis, præterea temporis anni, regionis, ac præsentis cœli constitutionis:ita vt medicinalem artem (quam Hippocrates [g] si ad vitam hominis compare tur,longam existimauit) sex [h] mensium spacio percipi posse arbitrētur. Sed iam explosi sunt H Methodici,vt qui earum etiam rerum quas negligunt,& pro nihilo putant, inscii cogantur habere rationem. Quamobrem his omissis,Rationales sequemur, qui non tres illas communitates morborum sibi scopos constituunt,sed nihil negligunt [i] eorum quæ in ægrotante sunt, nihil prætermittunt eorum quæ ad ipsum pertinere posse videantur. neque solum euidentia attendunt,vt Methodici,sed ea etiam quæ sensum latent,& abdita sunt,neque contenti sunt solis generibus rerum, sed simul speciem omnem,vsque ad extremam contemplantur. Subiiciū tur autem scopi omnes quos Rationales medici spectant,triplici [k] generi, rebus naturalibus videlicet,contra naturam,& mediis. Sub rebus contra naturam comprehenduntur morbus, causa & symptoma:sub rebus secundum naturam,temperatio corporis, ætas, sexus, habitus, consuetudo,vires,proprietas,locus affectus:sub mediis,tempus anni,regio, præsens cœli constitutio,quæ tria ad vnum aerem [m] referuntur: idcirco autem dicuntur media, quia [n] possunt effici secundum naturam,& contra naturam: vbi prosint,habent vim rerum naturalium : vbi obsint,contrariam. Quamobrem videntur omnia quæ spectant rationales medici tanquā scopos,redigi [o] ad duo genera rerum,ad naturales videlicet,& contra naturam. Nos tamen medium genus,tanquam tertium seorsum tractabimus à reliquis duobus. Ordiamur igitur à rebus

f Gal. de sec. c. 6. & li de opt. sect. c. 26.
g Hippo. 1. aph. 1.
h Gale. de sect. c. 6.
i Galen. de sect. c. 3.
k Galen. 9. meth. c. 14. & de arte med. c. 85.
m Gale. 9. meth. c. 14.
n Gal. de arte med. 85.
o Galen. 9. meth. c. 14.

A bus quæ contra naturam sunt,hæ enim in curatione primo nobis occurrunt; has auferre consilium est. Ex his autem primo sese nobis offert morbus quem tanquam naturæ contrarium tollere oportet. Attenduntur deinde causæ ipsius,& effecta, hoc est symptomata: quanquam hæc nunquam seiunguntur à morbo. Causæ præsente [a] morbo sæpenumero recedunt, ita vt a Galen. 4. meth c.3.
non sint animaduertendæ, sed vbicunque sint, indicant perinde ac morbus, & symptomata, opus genere vnum,quod est amotio,sed specie multiplex,vt in sequentibus ostendemus. Secundum genus scoporum complectitur res secundum naturam, ac primo temperationem nostri corporis,quæ dum homo ægrotat animaduertitur,siue moderata sit, siue immoderata, tum siue à primo natali die,siue ascititia,conseruanda est.

Quanquam attenditur eadem,vt quantum [b] morbus à naturali statu recedat intelligamus. b Galen. 9. meth. c 9.
Sed hoc pertinet ad cognitionem,non ad rationem curandi,quam nunc agimus. Ætas, sexus, habitus, ad temperationem referuntur naturalem quam tueri oportet: nam quod attinet ad c Galen. 9. meth. c. 14.
ætatem,qui crescunt [c] plurimum habent calidi innati,vt docuit [d] Hippocrates: in iuuenibus d Hippo. 1. aph cō. 14.
superat calor cum siccitate: senes frigidi sunt & sicci. De sexu, constat mares calidiores & sicciores [e] esse,fœminas frigidiores & humidiores: quamuis aliter sentiret Parmenides, qui men e Arist. l. 2. de part. c. 2
struam purgationem fœminarum,calori tribuebat plurimum sanguinis procreanti, quo fretus f Gal. 3 de cau pul. c. 2.
B censebat fœminas esse maribus calidiores. Sed satis confutatur ab [f] Aristotele, qui multitudinem illam sanguinis oriri voluit à mulierum temperatione frigidiore, quę neque conficit, ne- g Arist. li. 1 de gen. animal. c. 19. &
que absumit sanguinem,vt ea quæ in viris calidior est. Habitus obesus & crassus,[g] frigidiorem temperationem,gracilis ac tenuis,calidiorem consequitur. Ob temperationem igitur specta- 4 de gen. anim c. 6.
tur ætas,sexus,habitus,quæ omnia cum secundum naturam sint,dum homo ægrotat,postulant conseruationem, quam maxime desiderant vires quæ temperationem consequuntur. In viri- h Gal. 2. de temp. c 4.
bus [h] consistit vita: si illæ intereant,necesse est hanc simul interire: quamobrem quantum fieri [i] potest,tueri vires oportet,quod fit,vt non omnia opera quæ à rebus cōtra naturam requi- i Gal. li. 9. meth. c. 13.
runtur,continuo fieri debeant,sed quæcunque vires conuellere videntur,omittenda sunt. Pendet à temperatione atque elementorum mixtura quam nescimus, proprietas quædam hominum quos curamus,ad [k] quam similiter intueri necesse est,ne vires labefactemus, veluti cum K Hipp. & Ga 3. i. ?pi. com. 1.
catharticum damus,inquirimus enim propriam hominis naturam qualis sit, leui ne medicamẽto satis purgari [l] possit,an validius postulet. Inquirimus & cum secamus venam; num homo l Gal. 2. acut. com. 11.
ex morsu in ore ventriculi,(cum primum mittitur sanguis)in animæ defectionem soleat incurrere,an robustum habeat os ventriculi,neque opportunus sit eiusmodi symptomati: nam huic audacter sanguinem mittimus,illi,vel nullo modo, vel multo parcius. Spectatur deniq; ex re-
C bus secundum naturam,locus [m] affectus: neque.n.opera quæ ab eodem morbi genere requi- m Gal. 1. catatop. 1.
runtur,eodem modo efficienda sunt in omnibus partibus, sed inspiciendum est quid postulet singularum natura,quam non mutare,sed retinere propositum est. Verum vt ea [n] quæ præter- n Galen. 8. meth. c. 9.
naturam,remotionem, quæ secundum naturam sunt in ægrotante, perpetuo conseruationem desiderant,ita tertium genus rerum,quod medium posuimus inter res secundum naturam, & res præternaturam,(nimirum tempus anni, regio, præsens cœli status, quæ omnia referre ad aerem monstrauimus,)modo conseruationem requirunt, modo [o] correctionem. Nam si aer o Galen. 9. meth c 14.
morbo contrarius sit, vtilis est, vim habet causæ salubris, [p] & tanquam res secundum naturā conseruari debet,sicut & ille quoque qui moderatus est, licet non sit omnino contrarius mor- p Galen. de art. med 85
bo,cum talis aut iuuet,aut certe non noceat: sed si morbo similis sit,ipsum auget,ita vt habeat vim causæ lædentis, & propterea corrigi debet, quando remoueri ex toto non potest: cogimur [q] enim assidue in eo versari: sed arte corrigitur, & talis redditur vt vel prosit ad morbū q Supr. lib. 2. c. 3.
remouendum,vel certe non obsit. Hactenus de scopis, ex quibus rationalis medicus duo opera colligit,curationem & conseruationem. Agemus primo de curatione.

Curationem debere fieri per contraria. Cap. IV.

D QVæcunque contra naturam sunt remouenda esse,conuenit inter omnes: hoc opus à medico fieri non potest,nisi alterum moliatur quod sit contrarium rei quam contẽdit remouere: id quod tum veterum authoritate,tum sensu, ac ratione comprobabimus. Docet Hippocrates [r] medicinam esse adiunctionem & detractionem, vbi r Hip. li. 1. de flatib.
enim medicus studet ea remouere quæ contra naturam sunt,aut adiungit quæ desunt,aut detrahit quę supersunt: hoc autem non aliud est quam contrarium opus efficere.

Scribit [s] etiam plenitudinem inanitate,inanitatem plenitudine, & in vniuersum quicquid curandum est,contrario opere curari. Idem sensu, atque experimento luce clarius cernimus; s Hippo. 2. aph 22.
omnes enim vt quod molestum est auferant, ad contrarium opus confugiunt, neque solum periti,sed etiam imperiti. Rustici, vt æstus iniuriæ occurrant, aut aquam frigidam potant, aut eadem lauantur. Quid quod non solum ignari homines,sed belluæ quoque,vt ab eo quod molestum est liberentur,contrario remedio vtuntur. Æstate quærunt locū vmbrosiorem,hyeme à sole illustratum; vbi exhaustæ sunt,pastum petunt,vbi nimis repletæ,nituntur expellere quod redundat: quamobrem vtitur Canis vomitu, Ibis clystere. Sensus etiam nostri cum secundum

naturam

naturam se habent, illis gaudent, quæ moderata percipiunt, cum contra naturam delectantur
immoderatis contrariis. Lingua si naturaliter affecta est, delectatur dulcibus; sed cum ab ama- E
ris dissoluitur, gaudet acerbis, à quibus cogitur: contra cum nimis contracta est, desiderat ama-
ra. Patet enim vnumquenque sensum vbi secundum naturam se habet, delectari moderatis ac
a Arist. 1. de ortu & interitu text. 49. & li. 2. tex. 29. similibus: vbi contra naturam, immoderatis & contrariis. Ratio qua conficitur quicquid con-
tra naturam est tolli opere contrario petitura physicis, qui [a] vt simile conseruari à simili, ita
contrarium perimi à contrario, demonstrant hoc argumento, quod contraria mutuo se peri-
munt: ita enim natura comparatum est, vt vnumquodque id efficiat quod sibi simile sit. Ergo
si contrarium est quod alicui adhibetur, in contrariam naturam ipsum mutabit reddens simi-
le sibi, & hoc pacto priorem destruet: quo fiet vt contrarium opus duo necessario conse-
quantur, detractio eius quod superat, & adiunctio eius quod desideratur. Exempli causa si re-
frigeretur quod nimis calefactum est, adimetur id caloris quod superest, adiicietur id frigoris
quod deest. Eodem autem itinere quo facta est discessio, fiet reuersio ad naturam, sed contra-
rio modo: eadem enim via qua Thebis Athenas [b] tendimus, Athenis Thebas reuertimur. Sed
b Gal. li. de const. artis c. 12. reuersio fit contrario modo, illud enim quod cum reuertimur postremo nobis occurrit, cum di-
scederemus, primo nobis occurrebat: idem patefacit Galenus [c] exemplo humeri luxati, qui cum
c Gal. ibid. opera Chirurgi in suum locum restituitur, eodem itinere reuertitur quo egressus erat, sed con-
trario modo adducitur, nam recessit primo in anteriorem partem, deinde in inferiorem; sed F
cum restituitur, ab inferiori parte primo ducitur ad anteriorem, deinde ab anteriori in suum
locum compellitur. Remouetur igitur quod contra naturam est contrario opere, & eodem iti-
nere quo recessit, ad naturam reuertitur: quod cum satis auctoritate, experimento, & ratione
comprobatum fuerit, restat vt quæ contra dicuntur diluamus. Primo autem illud reuocatur in
dubium, quod contrario opere adhibito non tolletur, sed mutabitur quod contra naturam est
in contrarium vitium, perinde atque vbi ex seditiosa ac turbulenta plebe in Republicæ admi-
nistratione ad sæuum tyrannum, aut ex sæuo tyranno ad turbulentam ac seditiosam plebem
transitur, ea enim non est correctio, sed mutatio vitij. Idem videtur vsu venire corpori nostro,
cuius vitia contrario opere non auferentur, sed mutabuntur: nam si refrigeremus quod nimis
calefactum est, calido morbo frigidus succedet. Hanc dubitationem non difficile erit dissolue-
re, si duo statuamus, vnum vt contrarium opus eatenus adhibendum sit dum id [d] amoueatur
d Gal. 4. de art. com. 8. quod contra naturam est, & non vltra: statim enim à refrigerando nos recipiemus, cum remis-
sum sentiemus id caloris quod contra naturam erat, neque vltra refrigerantes, hominem in
frigidum morbum coniiciemus. Si vlcus cauum sit, dabimus operam vt quod deest reficiatur,
& æquet noua caro reliquam superficiem, ac nullo pacto ipsam superet. Alterum quod statuen-
dum diximus, est vt contrarium opus quod molimur, non sit vere contrarium: sunt autem vere G
contraria quæ sub [e] eodem genere posita plurimum inter se distant. Eatenus igitur in con-
e Arist. lib. 5. diuin. c. 10. trarium recedere à naturali statu debet opus quod molimur, quatenus recedit id quod curan-
dum est: ita vt [f] eodem gradu recedat, & id quod auferendum est, & opus quod efficitur vt au-
feratur. Nec quicquam refert si quod tale est, cum non distet plurimum, non est vere contra-
f Gale. 11. meth c. 1. et 4 de artic. com 11. rium, quandoquidem contrarii nomine non solum medici [g] abutuntur, sed etiam Philosophi,
veluti cum principia [h] ortus & interitus rerum omnium dicunt esse contraria: eadem ratio est
operum quibus medici ad curandum vtuntur, sunt enim aliquo pacto, non tamen vere & pro-
g Gale. 11. meth. c. 12. prie contraria. Qua dubitatione soluta, altera superest non minoris momenti, ea autem est
quod complura sunt mala quæ non auferuntur opere contrario vllo pacto, sed diuerso po-
h Aristo. 1. phys. text. 42. & 47. tius, aut simili; ita vt non videatur perpetuum præceptum illud quod contraria sint con-
trariis curanda: febres quarum essentia consistit in calore, semper curari deberent [i] refri-
i Gal. li. 10. meth c. 10. gerantibus, quæ contraria sunt, sæpe tamen sanantur sanguinis missione, quæ calori contraria
non est, sed diuersa. Quædam vero tantum abest vt contrariis, vt etiam similibus auferantur:
k Hippo. 5. aph. 21. neruorum rigori, qui affectus frigidus est, medetur Hippocrates [k] aqua frigida; curatur dolor [l]
l Hipp. 2. 6. epid. 9. dolore; vulgatus est ille versus, vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris. Sanatur vomi- H
tus vomitu, alui profluuium alui profluuio, tussis tussi. Id quod non solum apud idoneos legi-
mus auctores, sed quotidie experimento comperimus; adeo vt non tantum diuerso opere, sed
non raro simili remoueantur quæ contra naturam sunt. Quam dubitationem diluemus, si in
memoriam reducamus quosdam affectus [m] ita pendere à causa continente, vt cum illa simul
m Gal. 2. 6. epi com. 7. nascantur, & intereant. Horum autem curatio duplex esse potest, vna per opus contrarium af-
fectui qui curatur, altera per remotionem causæ; sed hæc rursus contrario opere remouetur,
veluti cum exhaurimus id quod contra naturam redundat: quod opus vt contrarium est cau-
sæ, ita vel diuersum ab effectu qui curatur, vel eidem simile. Cum febris sanatur missione [n] san-
n Galen. 9. met. 4 & 5. guinis, eiusmodi opus contrarium est causæ, nimirum sanguini redundanti, sed diuersum à fe-
bre. Cum alui profluuium profluuio curatur, aut vomitus vomitu, aut tussis tussi, opus quod si-
mile est affectui tollendo, proxime tollit non ipsum, sed causam [o] à qua pendet, veluti humo-
o Gal. 2. 6. epi. com. 9. rem qui cum euomitur, extussitur, aut deiicitur, cessat vomitus, cessat alui profluuium, cessat
tussis, quod adimatur causa opere contrario. Eadem ratio est doloris, qui nouo dolore exci-
tato, non tollitur vere, sed magis duplicatur, atque augetur: eo autem remedio à quo excita-

A tur, puta sectione, aut vstione, remouetur causa doloris contrario opere. Sed iam profligata, atque ad exitum adducta omnis quæstio est de contrario opere necessario ad remouendum quicquid præter naturam est.

Opera proprie contraria morbis, causis, & symptomatibus. *Cap. V.*



Ria autem esse ea quæ præter naturam à medico in curatione spectantur, morbum, causam, & symptoma, in superioribus dictum est: quæ omnia generatim[a] contrarium opus postulant vt auferantur. Speciatim autem, quodlibet sibi cōtrariū opus desiderat, quod quale sit, nunc tempus est exponere. Capiemus initium à morbo cuius à summo genere omnes species vsque ad extremas primo[b] libro huius operis inuestigauimus. Aliis enim monstrauimus implicari partes simplices, aliis multiformes, aliis vtrasque ad simplices pertinent immoderatæ temperationes, vt calida, frigida, humida, & sicca: pręterea morbi qui tota substantia pugnant cum natura nostra, veluti qui ex venenis nascuntur. Ad multiformes attinent vitia conformationis, siue ad figuram, siue ad superficiem, siue ad caua referantur: præterea magnitudinis, numeri, situs. Communes tam simplicium quam multiformium partium esse docuimus solutionem continui, vel vnitatem soluti. Postulat igitur vnaquæque species morbi opus sibi proprie contrarium;[c] sanatur enim immoderata temperatio calida, refrigerando, frigida, calefaciendo, humida, siccando, sicca, madefaciendo. Sed morbus qui tota substantia pugnat cum natura nostra, cum qualis sit non pateat, non patet etiam opus quod illi opponitur: tantum constat non debere esse omnino contrarium: nam sic necessario esset simile naturæ nostræ, atque idcirco nos alere magis quam curare posset: at neque debet esse simile morbo, nam sic erit tota substantia nobis inimicum, & addetur venenum veneno. Quamobrem debet esse medium[d] inter naturam nostram, & morbum à tota substantia, qui tolli etiam potest detractione causæ: illa enim vt contra naturam redundans educi potest, qua educta remouebitur morbus. Sed pergamus ad eos qui sunt partium multiformium, & primo ad figuram vitiatam. Restituitur hæc opere contrario, quandoquidē excitatur quod desidet, reprimitur quod eminet, dirigitur quod peruersum est, flectitur quod contra naturam directum est. Emendatur etiam prauitas figuræ, causis illis à quibus deprauatur remotis opere contrario: laxamus enim quod nimis tensum est, tēdimus quod nimis laxum, exhaurimus quod nimis repletum, implemus quod præter naturam exhaustum. Superficies modo asperior fit, modo lęuior quā naturæ conueniat; quæ aspera est,
C læuitatem desiderat, quæ læuis, asperitatem, atque idcirco opus contrarium. Sed cum asperitas ad inæqualitatem, læuitas ad æqualitatem referatur, exasperamus cum inęquale reddimus quod æquale erat, aliquid ex eius superficie detrahentes. Sed læuitatem comparamus quemadmodum fabri solent, qui detrahunt quod reliquam superficiem superat vbi multum est; sed vbi paucum, aliquid adiiciunt: quos imitati vbique contrarium opus vitiatæ superficiei opponemus. Ad caua duplex malum pertinere demonstrauimus, vnum cum aperiuntur, alterum cum clauduntur contra naturam. Aperiuntur autem vel vbi relaxantur, vel vbi destituuntur ab illis à quibus solent naturaliter oppilari, Ex contrario clauduntur vbi vel astringantur, vel obstruantur contra naturam. Vtrique vitio occurritur opere contrario. Clauditur enim quod contra naturam apertum est, aperitur quod clausum. Proprie autem siquid apertum est, quoniam relaxatum sit, astringitur. Sed cum aliquid destituitur ab eo quo naturaliter oppilari solet, & idcirco apertum est, datur opera vt refecta noua materia rursus obstruatur: quod vero clausum est, si astrictum sit, relaxatur, si oppilatum, detrahitur id à quo contra naturam obstruitur. Ad numerum vero & magnitudinem[e] duo morborum genera referuntur, vnum cum redundat, alterum cum desideratur aliquid contra naturam. Vtrique autem contrario opere medemur, addimus.n. vbi liceat, id quod deest, detrahimus quod superest. In situ ēt duplex
D attenditur vitium, vnum cum pars suo loco mouetur, alterum cum manens in eo non retinet nexum cum aliis partibus quem deberet; nam aut iungitur cum his à quibus naturaliter separatur, aut separatur ab illis cum quibus necti consueuerat. Quicquid est, contrario opere curatur, quod enim suo loco motum est, in eum compellitur, simulque datur opera vt ibidem retineatur; remouentur enim causæ ob quas elabi solebat; exsiccatur exempli causa, multus humor a quo ligamenta relaxantur. Quæcunque vero naturalem nexum non retinent, si contra naturam iuncta sunt, separantur, si separata coniunguntur. Restat solutio continui, & vnitas soluti; quod contra naturam solutum est, vel per se coalescit, vel media quadam substantia procreata agglutinatur, quemadmodum ligna per gluten. Vtrique opponitur morbo, & est opus naturæ, eatenus autem à medico efficitur, quatenus ea remouet quæ impedire naturam possent[f] quo minus belle suo munere fungeretur; sed si coaluit, & vnitatem acquisiuit id quod solutum esse debet, quemadmodum digiti, qui cum vlcerati inter se coalescut, separandi sunt, ac soluendi. In summa quælibet morbi species, siue ad simplices partes, siue ad multiformes, siue ad vtrasque referatur, curatur opere contrario.

B (margin)

[a] Gale. 11. meth. c. 12.
[b] Sup. li. 1. a c. 2. ad 8.
[c] Gal. li. de const. artis c. 12.
[d] Gal. li 5. simp c. 18.
[e] Gal. li de diff. morb. c. 8. & 9.
[f] Gal. li. de arte medi. c. 90. & 3. meth ca. 2. & 3.

Eadem

a Galen. 4. meth c 3.

E Eadem ratio est causarum, non quidem externarum, quæ vbi adhuc manent, [a] sine vllo artificio tolluntur, sed internarum, quarum vnaquæque proprio opere contrario aufertur. Quotquot autem internæ causæ curandæ sunt, vel ad inanitatem referuntur, vel ad plenitudinem. Postulat inanitas plenitudinem, plenitudo inanitatẽ. Ergo vbi inanitas sit, generatim addere oportet quod deest, proprie autem si desit spiritus, hunc reficiemus: similiter si desit humor aut substantia solida: quicquid enim desideratur, speciatim refici debet: quod licet sit opus naturæ, eatenus tamen ad medicum pertinet, quatenus & materiam suppeditat, & corrigit causam effectricem, curando temperationem immoderatam. Plenitudo autem nunc à nobis accipitur non simpliciter pro multitudine sanguinis, sed pro copia cuiuscunque materiæ, siue sit flatus, siue substantia solida, siue humor. Si redundet flatus, discutitur, & ita contrario opere educitur, siqua supersit substantia crassior, aut solidior, ea quoque adimitur, eiusmodi detractio est opus illi contrarium: sed vbi redundet humor, vitium est in ipsius vel qualitate, vel multitudine: qualitas corrigitur contrario opere, nam crassior extenuatur, tenuis redditur crassior, acris lenitur, quæ tota substantia pugnat cum natura nostra, emendatur antidoto, atque opere contrario: quanquam potest etiam exhauriri. Vbi nimia sit humorum multitudo, contrarium opus quo curatur, est vnum genere duntaxat, ipsius videlicet expulsio, & ita inanitas opponitur plenitudini, neque ob aliam causam videtur exhauriendus humor, nisi quia aut quantitate, aut multitudine nocet. Verum Hippocrates [b] ad vulnerata, ad fracta, ad luxata, etiam vbi nullum sit tale vitium in humore, vtitur sanguinis missione, aut purgatione. Id quod facit etiam [c] Galenus, dum magno impetu sanguis fluit ex aliqua parte corporis: mittit enim tũc sanguinem ex alia. Quam quæstionem facile diluemus si statuamus retrahendum esse humorem qui vel iam fluit, vel periculum est ne fluat ad locum aliquem, & noxam afferat, vel ibi retentus, vel ex corpore eductus. Ergo vt retrahatur, exhauritur ex parte diuersa, quod opus contrarium est transmissioni, seu fluxui humoris ad locum aliquem, vbi magnam noxam sit allaturus, siue ibi retineatur, siue immoderate inde erumpat. Plures autem continet inanitas sub se species, nã varij sunt humores qui redundant. Si succi æqualiter redundent, secatur vena, si vnus vel alter præter sanguinem superet, exhauritur corpus purgatione, vrina, sudore. Quod si humor nõ æqualiter vniuersum corpus, sed hanc aut illam partem offendat, speciatim illam exhaurimus quæ inanitatẽ postulat. Supersunt symptomata ex rebus contra naturam: sunt autem effecta morborum, quæ cessant remotis morbis vna cum suis causis, neque aliud [d] opus postulare videntur. Interdum tamen adeo [e] molesta sunt, aut periculosa, vt non permittant expectari dum curetur morbus, qui sæpenumero non nisi diuturnitate temporis tollitur. Interea autem vel homo nimis torquetur, vel vires deficiunt: quamobrem [f] occurrere tunc symptomatibus oportet, neque expectare dum curetur morbus. Vtemur igitur opere illis contrario: opponemus fluxui retentionem, retentioni fluxum, somno vigiliam, vigiliæ somnum, dolori leuationem molestiæ, & ita vnumquodque symptoma leniemus opere speciatim contrario. In summa quicquid contra naturam est, opere sibi contrario aufertur; sed pergamus ad scopos secundum naturam.

b Hip. li. 3. de fract. & li. 4. de art. ab initio.

c Galen. 4. meth. c. 6. & 7.

d Gale 11. meth. c. 12.

e Galen. 12 met c 1.

F

G

Conseruari quæ secundum naturam sunt similibus. Cap VI.

VNum esse opus in vniuersum quod medico propositum est, sanitatem videlicet, in superioribus declarauimus: ad hanc enim quasi ad extremum finem omnia dirigit. Eandem si abest, restituit, si præsens est, tuetur. Vt autem quicquid contra naturam est curari & auferri debet, ita quicquid secundum naturam, & ad sanitatem refertur, conseruari. Ad curandum vero aut conseruandum (quæ duo opera ad sanitatem referuntur) necessaria rursus sunt propria opera, quæ in curando contraria sint ijs quæ debent auferri: in conseruando similia ijs quæ secundum naturam sunt, & conseruationem postulant. Ergo vt proxime ad curandum contrario opere vtendum esse docuimus, ita nunc [g] simile ad conseruandum ostendemus effici debere. Petitur ratio similiter à physicis, à quibus probatum est omnia quæ natura continentur, vim habere reddendi sibi simile quicquid & attingunt & superare possunt: nititur enim vnumquodque ad naturam suam conuertere quæcunque nanciscitur: quo nomine mutat quæ contraria sunt: sed si nanciscatur [h] quod simile sit, nullo pacto poterit ipsum mutare, siquidem quod accipere debet eius vim iam ipsam habet, cum simile fingatur, cessatque motus, cum primum materia formam accipit. Quamobrem non mutatur simile à simili, sed seruatur: id autem quod aliquid seruat (inquit [i] Theophrastus) non potest esse illi contrarium, sed necessario simile, ita vt quicquid conseruatur, à simili conseruetur. De hoc præcepto, cum res quas tueamur moderatæ sunt, conuenit inter omnes: omnibus enim placet similia moderata, moderatis similibus conseruari. Verum si ea quæ tuemur immoderata sint, vbi dentur similia, magis immoderata efficientur, nam si refrigeremus [k] quæ frigida sunt, frigidiora euadent, similiter si calefaciamus quæ calida sunt, exsiccemus quæ sicca, madefaciamus quæ humida, non retinebunt quam habent naturam, sed reddentur magis immoderata. Contrario itaq; opere videntur egere potius quã simili quæ immoderata sunt, vt cõseruentur.

g Galen. 3. apho. com. 12 & 5. de tu. val. c. 10.

h Aristot. 1. phys. tex. 41.

i Theophrastus 1. de caus. plant. c. 27.

k Ga. de arte med 6. et Theophras. 4. de caus. plant. c. 4.

H

A Hoc voluit Hippocrates [a] cum senes qui frigidi sunt,melius se habete æstate tradidit: iuuenes qui calidi,hyeme,quod vtrique temperentur à contrario,hi à frigore hyemis,illi à calore æstatis.Pueri qui moderata temperatione [b] continentur, gaudent vere,quod similiter moderatum est.Testatur etiam [c] Hippocrates partib.nostris quæ frigidæ sunt, vt ossibus, dentibus,neruis, spinæ medullæ,cerebro,frigus inimicum esse,calidum vero vtile,& amicum,ita vt lædantur similibus,defendantut contrarijs.Eiusdem sententiæ fuit [d] Empedocles, qui credidit pisces ad modum calidos esse,atque idcirco degete in aqua,cuius frigote suum calotem temperent:quæcunque ergo naturaliter immoderata sunt,magis seruantur contrario opete, [e] quam similis moderatis duntaxat simile amicum est. Sed si rem vsque ad viuum resecemus, comperiemus tam moderata,quam immoderata, similibus conseruari,modo accipiamus vere similia, quæ nō genere duntaxat qualitatis, sed gradu quoq; similia sint:nihil enim refrigeratur æquabiliter frigidis,aut calefit æquabiliter calidis,sed retinet eundem statum.At vbi frigido,dentur quæ frigidiora sint,habebunt vim contrarij: concedunt enim Philosophi quod magis tale est,si conferatur cum minus tali,habere vim conttarij:quamobrem,si ad id quod frigidum est,admoueantur quæ frigida sint,opponentur illi tanquam frigida calido,atque idcirco inimica erūt. Quod sibi voluit Hippocrates,cum [f] dixit hyemem senibus alienam esse,aut frigida esse inimica partibus frigidis:intelligit enim non æque frigida,sed frigidiota, hæc autem non tuentur,sed mutant ea ad quæ admouentut.Errat Empedocles [g] qui existimat pisces valde calidos esse, & ob
B id degere in aqua, vt eius frigore temperentur. Satis autem reprehenditur & ab Aristotele & à Theophrasto, [h] qui docent pisces tanquam frigidos collocatos fuisse à natura in aqua, vt cō seruarentur à simili:licet tamen quod naturaliter immoderatum est,contrario opere ad moderationem redigete,id quod facit Galenus [i] dum homo sanus est,dum ociosus, dum viget ætas: nam si ægrotet,si occupatus sit in rebus publicis,aut priuatis administrandis,si iam consenuit, non mutandum esse, sed seruandum arbitratur: mutatur autem contrario, vt conseruatur [k] simili : adeo vt redigere quod immoderatum est ad moderationem per contraria , non sit tueri quod secundum naturam est, sed potius curare id quod quamuis insitum sit, est tamen contra naturam,quia immoderatum. Ex quo intelligi posse videtur quicquid conseruandum est, siue moderatum sit,siue immoderatum, simili opere conseruari,

a Hippo.3. apho.18.& Gal.2.1.epidem.cō.7. b Hippo.3. aphor.18. c Hippo 5. aph.18. d Arist.lib. de respir.capit.6 e Gal. 5.de tu.val.c.10. f Hip. 3. apho.8.& 5. aph.15. g Arist.lib. de resp.c.6. h Theophr. 1. de caus. sim. ca.17. i Gale.6.de tu. val.5.6. & 7. k Gal. 5.de tuen. valet. c.10.

De propria conseruatione temperationis,ætatis,sexus,habitus. *Cap. VII.*

C QVod in vniuersum dictum est de scopis secundum naturam simili opere conseruandis,speciatim perpendendum est de temperatione,ętate,sexu,habitu,consuetudine,viribus:quæ omnia cum secundum naturam sint,conseruari debent similibus,siue moderata,siue immoderata. Vbi tamen immoderata sint,non solum conseruari possunt,sed etiam corrigi opere contrario,cum homo valet, cum ociosus est,cum ætas cōstat. Temperatio igitur nostri corporis(vt ab hac ordiamur)secundum naturam,vna quidem [l] moderata est,immoderatæ vero plures, in quibus nimis superat calor, frigus,humor, aut siccitas: quæ moderata est,moderatis seruatur,& idcirco similibus, quæ ad immoderatam quoque seruandam adhibentur.Seruatur enim non tantum genere,sed etiā gradu similibus, calida, æque calidis,frigida,æque frigidis, humida, æque humidis,sicca, æque siccis, quæ magis talia sunt, cum habeant vim contrarij , mutare illam potius quam conseruate possunt ; sed vbi nimis immoderata sit,cottigi debet contrario opere.

l Gale.1.de temp.c.8.

Aetati idem accidit quod temperationi ad quam tesertur. Ponunt alij quatuor ætates , alij quinque,alij etiam plures:nos ttibus contenti sumus,quas in opere [m] de tuēda valetudine generatim à natura rei sumpsimus. Vna est crescens,altera vigens,tertia inclinans. Naturæ tanquam finis, vna tantum proponitur,vigens videlicet: sed quia nō potest [n] animal procreari per
D fectū,necesse est ante vigorem crescat;quod aūt creuit, nō potest perpetuo vigere,sed necesse est aliquando decrescat,& ad interitum tendat:eædem enim sunt causæ interitus [o] atq; ortus.

Aetas ctescentium,calida est & humida, [p] sed cum prope vigorem accedit, magis moderata fit:ætas vigens,calida est,senescens frigida,sed vtraque immoderate siccior: vnaquæque similibus gaudet, vt conseruetur, modo non ita tecedat à moderatione vt corrigi debeat , nam sic contrario [q] opere egeret ; quo nomine iuuenes nimis calidos & siccos refrigeramus & madefacimus,senes nimis frigidos & siccos calefacimus & madefacimus : neq. enim humidi sunt partibus solidis, licet alieno humore [r] redundent ob cruditatem contracto.Nimis immoderatos senes aut iuuenes , non quasi sanos similibus, sed quasi ægrotantes, contrarijs tractamus. Adolescentes, quamuis calidi sint & humidi , non tamen corriguntur contrarijs, nam calor & humor eius ætatis maxime secundum naturam est , & ad perficiendum animal necessarius ; quamobrem seruandus est similibus , quod non euenit frigori & siccitati senum , quæ licet secundum naturam sint necessitate materiæ,formæ tamen(quę maxime natura est,)aduersantur & vita(quæ maxime naturalis est)animal priuant,quamobrem [s] contrarijs corrigi debent,per inde atque interdum nimius iuuentutis feruor.

m Vid.1.li. de tuē. val. gen. c.8. n Gal.l.1.de nat.fac. o Gale.1.de tu. val. c.2. p Ga.1.aph. com.14. q Gal.5.de tu.val. c.10. r Gale.1 de tempe. c.2. & 16.tuen. val. c.2. s Gal.l.5.& etiam Gal. 6.de tu.val. varijs locis

Ad temperationem spectat etiam sexus: mares calidiores sunt & sicciores, fœminæ vero frigidiores atque humidiores; quamuis vt [a] alibi diximus secus senserit Parmenides. Conseruantur tam mares quam feminæ similibus, & propterea hæ frigidis & humidis, illi calidis & siccis, æque scilicet talibus, & non solum genere, sed gradu etiam similibus: nam si adhibeantur validiora, cum habeant vim contrarij, potius mutabunt quam conseruent siue maris, siue fœminæ statum quem nanciscuntur: auctor tamen [b] libri de victu salubri, siue fuerit Hippocrates, siue Polybus, mares censet sustinendos esse victu humido, fœminas [c] sicco. Sed Galenus eum locũ exponens, miratur ita scriptum fuisse ab auctore, cum quæ secundum naturam sunt conseruari debeant, & idcirco postulent similia: concedit tamen vbi magna sit immoderatio siccitatis in maribus, aut humoris in fœminis confugiendum esse ad contraria vt temperentur, non tamen absolute probat fœminis conuenire victum siccum, aut maribus humidum. Pendet à temperatione etiam habitus crassus, tenuis, medius inter vtrumq; qui medius est, [d] moderatam temperationem sequitur, sed crassus humidiorem, tenuis sicciorem: medium igitur habitum similibus retinebimus quæ moderata sunt, crassum humidis, tenuẽ siccis, & idcirco etiam similibus. Sed vbi nimia sit immoderatio crassitudinis, aut tenuitatis, corrigenda est contrarijs: gracilis habitus crassior fiet madefaciendo: tenuis reddetur crassior exsiccando: sub habitu comprehenditur etiam raritas & densitas, proficiscitur raritas à temperatione calida & humida, sicuti densitas à frigida & sicca. Conseruatur vtraque similibus, modo non nimis recedat à moderatione, siquidem talis postulat contraria vt corrigatur, verum quia consuetudo etiam secũdum naturam est, & conseruari debet, quo pacto id fiat, exponere nunc tempus est.

a Vidus li. 13. de tuen. val. memb. c. 6.
b Hipp. de salubri diæta c. 24.
c Gal. in cõmento.
d Gale. de arte medi. c. 8.

Quid consuetudo indicet in curando. Cap. VIII.



QVantum valeat consuetudo ad sanitatem conseruandam aut restituendam, veterũ medicorum monumenta patefaciunt. Hippocrates [e] illi secundas tribuit, nam primas naturæ. Erasistratus scribit medicum nullo pacto mederi posse, nisi rationem habeat consuetudinis. Galenus [f] tanti illam fecit vt librum de ipsa scripserit, & eãdem posuerit in scopis secundum naturam, à quibus quædam indicantur ad curandum necessaria. Magna igitur cum sit consuetudinis vis, diligenter à nobis tractabitur: primo aũt explicabimus quid ea sit, deinde quid possit in nobis & quid in curatione postulet. Si pateret quid cõsuetudo sit, sicuti patet quid temperatio, quid ætas, quid sexus, quid habitus, de quibus egimus in opere de tuenda valetudine generatim, illico ad eius vim explicandam accederemus: sed quia omnes vsurpant consuetudinis nomen, essentiam nullibi exponunt, ipsam tanquam inuolutam definiendo aperiemus. Sumentes (quemadmodum solet [g] Aristoteles in definiendo) id quod euidentissimum est, & in ore omnium. Dicunt enim se aliqua re assuetos, cum sæpius eam aut egerunt, aut perpessi sunt. Ex quo colligi potest consuetudinem non aliud esse quam crebram repetitionem eiusdem actionis, aut effectionis, sed in his tantum naturis quæ non habẽt certam agendi, vel accipiendi rationem: hanc definitionem recte traditam esse comprobabimus, si singulas eius particulas seorsum æstimemus, comperiemus enim in ea (vt decet) neq. deesse, neque redundare quicquam. Repetitio, tanquam genus ponitur in definienda consuetudine: sumitur aũt à forma, vt in definitione aliorum accidentium: significat repetitio multitudinem, & idcirco numerũ, & ad quantitatem tanquam ad genus refertur. Quãquam potest repetitione significari motus sub genere agendi, vel patiendi: sed magis placet accipere repetitionem pro multitudine ac numero: ita vt quemadmodum tempus [h] definitur numerus motus, consuetudo similiter definiatur numerus motus, sed multiplicatus: non enim quælibet repetitio seu iteratio, sed tantum ea quæ crebra est, ad consuetudinem pertinet: est enim consuetudo crebra repetitio, & veluti frequentatio. Terminus frequentiæ certus in cõsuetudine nõ est, sicut neq. in alia re, cuius essentia in magnitudine aut multitudine consistat: si quis constituere certũ terminum velit, incidet in soritem, sic enim vocant cum aliquid minutatim, aut gradatim additur, aut demitur, efficiturq. aceruus vno addito grano: vnde nascit̃ interrogationis genus captiosissimũ, cuiusmodi est illud quod apud Horatiũ legitur. Si meliora dies vt vina poemata reddit, scire velim precium chartis quotus arroget annus, & q̃ sequũtur. Genus igitur in definitione cõsuetudinis est repetitio crebra, vel vno verbo, frequentatio. Sed pergamus ad differentiã, q̃ in definitione accidentiũ sumi dẽt à subiecta materia, hæc aũt (quod ad consuetudinẽ attinet) est eadem actio & affectio, non tamen in oĩbus, sed in his tantum qui certam non habẽt agendi, aut accipiendi rationem, quemadmodũ homines, nã belluas, stirpes, atq; inanima corpora quæ certam habent agendi atq; accipiendi rationem, non dicimus assuefieri, nisi si quando vocabulo consuetudinis abutimur. Differentia ergo in definitione consuetudinis his verbis explicatur, eiusdem actionis, vel affectionis in his quæ nõ habent certã agendi vel accipiẽdi rationem. Est igitur perfecta definitio cõsuetudinis, repetitio crebra eiusdẽ actionis aut effectionis in his quæ certã non habẽt agendi, aut accipiendi rationem. Decipiũtur autem illi qui credunt consuetudinem esse temperationem aduentitiam quæ opponitur innatæ; nascitur hæc a

e Hippo. 2. acut. 36. & Ga. in commẽto, & 3. de officina & commẽto 10.
f Gal. li. de consuetudine, & 8. meth. c. 9.
g Aristo. 1. post. tex. 8. 1. Physicorum tex. 1.
h Arist. 4. libro Phys.

consuetu-

A consuetudine tanquam effectum à causa, ex frequentia enim earundem rerum commutandi
vim habentium, fit temperatio aduentitia.

Explicata definitione consuetudinis, facile patefiet id quod nobis propositum erat, nimi-
rum quam vim habeat,& quid postulet in curando:obtinet igitur consuetudo naturæ vim. Na
tura attenditur in his quæ semper aut plerunq. eodem modo sunt:consuetudo in his quæ sæpe,
ita vt non multum differat à natura & propterea dicatur à veteribus [a] natura aduentitia,& no
men trahat ab effectu qui ipsam consequitur. Hanc vim consuetudinis inductione comproba-
bimus,ostendentes quantum valeat primum in his quæ ad animũ pertinent,deinde in his quę
ad corpus,quod [b] erat nostrum institutum. Consistit in consuetudine ius illud quod voluntate
omnium sine lege vetustas comprobauit, ita vt quod vsitatum sit,etiam sine lege æque sãctum
habeatur ac si legitimum esset. Hoc leuiter à natura tractum aluit,& maius fecit vsus. Consue-
tudo ferendi doloris,est non contemnenda magistra,diuturna.n. veluti callum obducit perfe-
rentibus. Psylli [c] & Marsi qui angues venantur ac viperas tractant, nihil plus habent quam au
daciam longo vsu confirmatam. Perturbationibus animi facile resistunt qui resistere ijsdẽ con
sueuerunt:facile item anguntur, [d] qui leui de causa angi solent. Similitudo studiorum non alio
nomine valet ad conciliandam amicitiã,nisi quia amantur in alijs quæ consueta sunt in nobis.
Scribit etiam Lucretius [e] (deteriore fit vt forma muliercula ametur.) Quod superest consuetu
do concinnat amorem. Docet Aristoteles teneri memoria quæ vsitata sunt; sciunt omnes exer-
B citationem intelligendi,prudentiam acuere,& incitare eloquendi celeritatem:assueti menda
cijs,ea quæ sæpius mentiti sunt vera esse sibi persuadent:creduntur ex consuetudine à teneris
annis fabulæ pene aniles:sed satis de animo,intueamur vim cõsuetudinis in corpore. Quatuor
autem sunt genera [f] rerum à quibus mutatur,earum vnumquodq. diuturniori vsu naturam fa-
cere aduentitiam videmus. Vnum genus sub se continet ea quæ fiunt, alterum ea quæ offerun-
tur,tertium ea quæ extrinsecus incidunt,quartum ea quæ retinentur & exhauriuntur: ijs quæ
fiunt subijcitur somnus & vigilia,motus & quies: nimia consuetudo somni quidem corpus ef-
fœminat,& pene reddit elixum:vigiliæ vero aridum,& pene assum. Quod spectat ad motum,
assueti laboribus(teste Hippocrate [g]) etsi fuerint senes, & imbecilli,facilius eos ferunt, quam
iuuenes robusti insueti. Assiduitate exercitationis voluit Plato [h] partes nostri corporis confir-
mari,quiete atq.ocio debilitari. At multo magis efficitur natura aduentitia ex frequentatione
eorum quæ offeruntur;esculenta enim & poculenta,licet mutentur ab eo qui alitur,vbi nõ om
nino similia sint,processu temporis ipsum [i] mutant,& in suam naturã conuertunt. Monet Theo
phrastus [k] peregrina semina triennio fieri propria illius loci in quo seruntur. Persea arbos(Au
ctore [l] Galeno) translata in Aegyptum, suaues & salubres fructus præbuit, quæ ante in Persia
C præbere mortiferos solebat. Diuturniori vsu dissimilis alienius cibi aut potionis,naturalis tem
peratio nostri corporis commutatur:facile feruntur esculenta & poculenta,qualitate, quanti-
tate & tempore consueta: sed vbi insueta sunt, corpori nostro non mediocriter obsunt. In his
quæ extrinsecus incidunt,reponitur potissimum aer,cuius diuturnus vsus tales nos reddit qua
lis ipse est,calidos,frigidos,humidos,aut siccos:neq; mirum est, siquidem nobis circumfusus [m]
assidue attingit externas partes nostri corporis, attrahiturque ad internas, partim ab arterijs
ad cutem pertinentibus, partim haustus, vbi respiratu pulmones [n] se dilatant; proxime igitur
aer reddit sibi similes partes nostri corporis quas attingit:à calido enim calefiunt, à frigido re
frigerantur. Interdum tamen euenit vt ab aere calido relaxentur foramina cutis, exhalentq.
vapores calidi,& ita corpus refrigeretur. Interdum etiam ob aerem frigidum circũfusum con-
trahitur [o] calor,& hoc nomine validior effectus,corpus nostrum calefacit. Restant quæ retinẽ-
tur aut exhauriuntur. Hæc similiter vbi consueta sint,eandem vim habent quam naturalia, ve
luti fluxus sanguinis ex venis ani, qui [p] nonnullis secundum naturam ex diuturna consuetudi-
ne effectus est,perinde ac sanguis menstruus mulieribus: ob fistulam etiam solitam diu funde-
re humorem,redditur exitus veluti naturalis:huiusmodi est etiam purgatio consueta per deie
D ctionem, aut vomitum. Quæcunque enim sic solent educi,si relinquantur in corpore,non secus
nocent,atque ea quę naturaliter detrudi debent. Patet igitur vnumquodque ex quatuor gene
ribus causarum in quibus necessario versantur corpora nostra, vbi diu consuetum fuerit, vim
habere efficiendi naturam aduentitiam.

Quid autem postulet in curatione consuetudo: ex vi naturæ quam obtinet, iam elucet atq;
emergit,postulat enim tanquam res secundum naturam,conseruationem, atque idcirco simi-
lia: alacriores agunt ac [q] perpetiuntur omnes ea quæ soliti sunt agere,aut perpeti tam animo
quam corpore; suauia fiunt ea quibus assueuimus,quamuis [r] alioquin molesta videantur. Præ-
clare, inquit Plato, optimam vitam elige, iucundam consuetudo reddet: insueta magis exci-
tant sensum, non tamen ita diu delectant vt consueta. Illud tamen vertitur in dubium, quod
consuetorum [s] nos satietas capit, & idcirco Aristoteles [t] mutationem dicit esse suauissimam,
& ea quæ sua natura suauissima sunt,si diu frequententur,fastidium habent: vnguentis nõ diu
delectamur summa & acerrima suauitate conditis. Facile [u] autem soluitur hæc dubitatio,cum
fastidium non nascatur simpliciter ex consuetudine, sed ex nimia consuetudine, quam exci-
piens mutatio suauissima est; quod nimium [x] est,naturæ inimicum est: nimia consuetudo in his

a Gal. 3.de off. medic. com. 20. & 3. de mot. musc. c.7.
b Gal. 4.de plac. Hipp. & Plat. capit. vlt.
c Cornelius Cels. lib.5. c.27.
d Aristo.de mem. & reminisc.
e Lucr. li.4. in fi.
f Gale.5.de tu.val.c 10
g Hippo.2. aph.49.
h Plato in Timeo.
i Gale.3.de temp.c.4.
k Theophr. 8.lib. de histor. plant. c.8.
l Gale.3.de sympt cau. c.2.
m Sup.l.2. c.3.
n Gal.l.art. med. c. 55.
o Galen. 1. aph cõ.15.
p Galen. 6. aph. cõ.47.
q Arist. 21. sect probl. 14.
r Aristot.1. rhet.c.11.
s Cic.lib.3. de oratore.
t Arist li.1. rhet.c.11.
u Gal. li.de consuetudine c. 4.
x Hippo. 2. aph.51.

quæ accipimus,nimium nos replet,in his quę agimus,nimium nos defatigar. Videtur terminus E
nimiæ cõsuetudinis,fastidium,satietas,aut dolor. In omni motu corporis cum cęperit quis do-
lere,docet [a] Hippocrates quiescere statim remedium esse. Labor etiam qui alteri labori succe
dit,pro quiete est. Consuetudo igitur qua delectamur, moderata est,atque hæc secundum na-
turam est,& seruari debet. Manendum igitur est in consuetis, & quod similia sint naturę aduē-
titiæ quam fecetunt, & quod [b] suauia videantur. Adde quod talia sunt etiam apta naturæ no-
stræ,neq.n.assuescunt homines ijs quæ incommoda sunt,nisi omnino stupidi sint,aut salsa qua
dam dulcedine alliciantur. Nemo aquæ frigidæ potioni assuesceret, si ea se lædi manifeste sen-
tiret: pleriq.homines eligunt quæ commoda sunt,& illis se assuefaciunt. Remedia consueta &
facilius feruntur,& plurimum prodesse solent. Maxima pars victus sumitur à cõsuetudine: vbi
per morbum licet, damus cibos, quot quantos & quales, [c] & quo tempore solet homo capere
cum sanus est. Medicamenta solita magis perferuntur [d] à viribus nostris,& magis prosunt quā
insueta,nisi ob nimis diuturnum vsum iam effecta sint similia. In chirurgia etiam, cum fracta,
aut luxata membra collocamus vt quiescant,non minus consuetudinem hominis,quam mēbri
naturam intuemur. Retinenda igitur consuetudo est vbi moderata sit,vbi nimia atque immo-
derata, mutari deber. At non perpetuum est consuetudinem moderatam omnino seruandam
esse,cum interdum mutare illā expediat,siue mala sit,sine bona:mala enim retinenda non est, F
sed mutāda,non secus ac temperatio,in qua nimium calor, frigus,humor,aut siccitas superet.

a Hippoc. 2. aph. 48.
b Hippo. 2. aph. 50.
c Hippo. 1. aphorism. 16. & 17.
d Gal. 1. ad Glau. c. 14.
e Hippo. 3. …med. 20.

Docuimus [f] enim cum homo sanus est,cum ociosus,cum nondum consenuit,mutandam esse &
corrigendam: eadem ratio est consuetudinis, quæ vbi mala sit, & homo se habeat vt iam dixi-
mus,mutanda est,& corrigenda: quid quod bonam quoque & salubrem consuetudinem muta
re aliquando non alienum est, id quod sibi voluit [g] Hippocr. cum dixit, quia consueta facilius
feruntur,transeundum esse ad insueta. Hoc suadet etiam Cornelius [h] Celsus, volens sanum ho-
minem nullis se legibus obligare, sed varium habere vitæ genus, venari, nauigare, modo ruri,
modo in vrbe degere,interdum in cõuiuio esse,interdum ab eo se retrahere,nullum tibi genus
fugere quo populus vtatur. Ratio autem qua mouentur qui salubrem consuetudinem mutari
volunt,ea est,quod homines varijs casibus atq. infortunijs exponuntur,nec possunt semper in
eodem loco manere,aut eodem victus genere vti, sed sæpe coguntur ad insueta transire, quib.
ante assuefieri debent,vt minus lædantur: pertinet hoc ad omnes homines, præcipue ad mili-
tes,ac mercatores,quos & locum,& victum mutare frequenter oportet,& idcirco assuefieri de
bent mutationi,vt cum venire ad eam coguntur,minus offendantur. Ob quamcunque causam
consuetudo mutetur,siue quod immoderata sit,siue quod mala,siue quod homo velit assuesce-
re mutationi ac varietati,paulatim mutanda est,respuit.n.natura subitam rerum commutatio G
nem. Quamobrem non est quod temere, ac subito consuetudinem mutemus: vnde [i] senes de-
bent in eadem permanere,nam si mutare paulatim eos tentes, prius decedent quam nouis as-
suescant. Cum homo ægrotat,si consuetudinem mutare velis, labori laborem addes: quamob-
rem differenda mutatio est dum sanetur. Pręterea cum homo in publicis aut priuatis negocijs
est occupatus,nequit ea pręcepta obseruare quæ dantur ijs qui cõsuetudinem mutant:quam-
obrem omnes hi,ea vitare debent quæ sunt præter consuetudinem.

f Vid. lib. 5. de tuē. val. …er. c. 12.
g Hippo. 2. aph. 50.
h Cor. Cel. lib. 1. c. 1.
i Vid. lib. 5. de tuē. val. gen. c. 12.

Quid vires indicent in curatione. *Cap. IX.*



SEquuntur vires,quæ quid in curatione postulent,nunc inuestigandum est,si ante
in memoriam reuocauerimus quid significent, & in quo consistat earū essentia.
Significant igitur vires facultatem nostri corporis,ad quam spectat non solū ro-
bur,sed etiam imbecillitas,vt ad magnitudinem paruitas, ad multitudinē pauci
ras. Est aūt facultas nostri corporis triplex, [k] animalis,vitalis & naturalis:quarū
vnaquæq.& robusta esse pōt,& imbecilla:qualis autem sit, non internoscimus [l]
ex duritie aut mollitie, sicuti solemus cum lapides aut metalla æstimamus, sed ex eo quod suū
officium faciunt bene aut male:pēdet robur & imbecillitas facultatis ab essentia ipsius, [m] quę H
vbi secundum naturam sit,vires efficit firmas, vbi contra naturam,infirmas. Consistit essentia
virium in bona cōpositione partiū nostrarū,quæ requirit debitam tēperationem, vnitatē,con
formationē,magnitudinem,numerū,& situm idoneum. Maxime autem consistit in temperatio
ne, [n] qua continentur simplices partes, ex quib. constant multiformes. Quæcunque autem vi-
dentur ad virium robur,aut imbecillitatem conferre,vt ætas,consuetudo, habitus,anni tēpus,
regio,præsens cœli status,symptomata,ad temperationem omnia referūtur partium solidarū,
à quibus proprie proficiscuntur actiones. Intelligimus autem temperationē ipsarum,non tan
tum innatam,sed illam etiam quæ comparatur per spiritū,ac sanguinem concurrentem, cuius
calore fultæ solidæ partes sustinentur. Continetur igitur temperatio partium solidarū in qua
consistit essentia uiriū, [o] solidis partibus,spiritibus, & humoribus: quæ tria si sint quātitate &
qualitate moderata,uires robustæ sunt,si immoderata,imbecillę. Potest quidē solidarū partiū,
& sanguinis quantitas nimium augeri, ita ut uires oneret:pōt & minui adeo ut nō satis foueat
uires. Sed quātitas spirituū quanto magis augetur,tāto magis uires cōfirmat, tantū eas reddit
imbe-

k Gal. lib. 9 meth. c. 10.
l Ga. de op. secta c. 12.
m Sup. l. 10 c. 2.
n Gal. 5. de loc. aff. c. 7.
o Gale. 11. meth. c. 1.

A imbecillas vbi minuitur. Quod attinet ad qualitatem, tam partes solidæ & sanguis, quam spiritus, si calore, frigore, humore, & siccitate à moderatione recedant, necesse est vires debilitari. His ita constitutis de virium essentia, pergamus ad id quod propositum erat, videamusq; quid vires indicent in curando. Profectò cum secundum naturam sint, non [a] aliud postulant quam conseruationem. Sed cum viribus vita [b] contineatur, inter omnia quæ secūdum naturam sunt, maxime seruari debent: id quod fit conseruando temperationem iam dictam, cui maxime aduersatur inedia, [c] & quicquid potest corpus nostrum nimis exhaurire; præcipue autem seruatur acre, potionibus, ac cibis, quibus reficiuntur spiritus, humores, ac partes solidæ, vbi similes sint temperationi cui adhibentur. Sed cum homo bene valet, nihil est quod repugnet, ad eas enim duntaxat medicus spectat. Cum ægrotat, non solum tueri vires oportet, sed morbum etiā remouere, qui si perseueraret, labefactaret vires, & tandem priuaret hominem vita: sæpe autē euenit vt auxilijs quib. aufertur morbus, debilitentur vires mutata temperatione vel ob inediam, vel ob aliud, quod quouis modo corpus nostrum exhauriat: tunc autem Medicus consilium dirigit ad id quod magis vrget, atq. vbi morbus validus sit, attenduntur vires quas necesse est minui eiusmodi remedio ad morbum adhibito. Quamobrem si imbecillæ sunt, Medicus relicto morbo eas reficit, nam si debilitentur incdia, vel alio auxilio deficient, & simul extinguetur vita. At si validæ sint, superererunt etiam si debilitentur, & postea remoto morbo refici poterunt: quamobrem permittent vt illis vtamur præsidijs quæ desiderantur à morbo. Quo fit

B vt quidam existiment vires aliud indicare vbi homo sanus est, aliud vbi ægrotat. Putant vbi sanus est, ab ipsis desiderari cibum, vbi ægrotat, inediam. Sed longe aberrant, nam vires vnum sunt: vnum autem quatenus vnum est vnum indicat, vnum desiderat. Idem ergo indicāt vires cum aduersa valetudine, ac cum secunda: sed cum secunda valetudine, indicant conseruationem, atq. idcirco cibum, & quanto validiores ac maiores sunt, tāto plus cibi requirūt vt suam essentiam seruent. Idem faciunt & cum morbus est: quod si tunc adhibeatur inedia, ea non adhibetur vt requisita à viribus, sed vt necessaria ad curandum morbum: vires autem si validæ sint, ipsam ferunt ob rationem quam diximus. Sed loqui de cibo & inedia, est transire iam ad instrumenta, de quibus tractandum est in sequentibus: nunc ergo satis sit inuenisse opus quod indicant vires, quæ cum maxime secundum naturam sint, maxime conseruationem desiderāt. Si quando autem minuuntur potius quam cōseruentur, id fit vt spectemus ad morbum, qui magis vrget, vt infra ostendemus cum agemus de oppositione indicationum inter se pugnantiū.

Quid indicet proprietas hominis. Cap. X.

C

SVperest ex scopis secundum naturam, proprietas hominis: neque enim attenditur tantum natura communis, sed propria [d] etiam illius hominis qui curatur: multum enim interest inter aliquos homines, & cæteros: quidā leui cathartico sumpto abunde purgantur, quidam vix etiam valido epoto: alij rursus habent os ventriculi ita debile atque acris sensus, ut leui occasione flaua bilis ad ipsum concurrat, ac morsum afferat, & cardialgiam, veluti in accessione febris tertianæ, aut cum sanguis mittitur: alij contra sunt ore uentriculi ita firmo, & sensu ita hebeti, ut neque admittant flauam bilem aliunde transmissam, neque lædantur eius morsu. Sunt etiam quibus lac in [e] uentriculo cogitur, & grauia affert symptomata: sunt & quibus bene concoquitur, atque admodum uires reficit. Plurimæ igitur sunt eiusmodi proprietates aliquorum hominum, quas necesse est medicus spectet: omnes autem cum ad propriam naturam hominis referantur, conseruari debent proprio aliquo opere, quod illis uel aperte, uel occulte simile sit. In purgando, catharticis utemur ualidioribus aut leuioribus, prout postulabit propria natura hominis qui purgatur. Si mittendus sit sanguis, homini qui facile in cardialgiam incidat, ante confirmandum erit os uentriculi, quod non necesse-

D sarium est cum bene ualet. Dabimus lac illis à quibus bene coquitur, iubebimus ut ab eo abstineant alij in quorum uentriculo cogitur: atque hoc pacto si non patentius & expeditius, saltem implicite & abscondite propria natura similibus conseruabitur.

Quid aer in curando indicet. Cap. X I.

SEd cum scopi à quibus sumuntur opera ad curandum necessaria, partim [f] sint naturales, partim contra naturam, partim medij: satis monstratum est quid indicent naturales, & quid illi qui contra naturam sunt. Restant medij, uidelicet tempus anni, regio, præsens cœli status, qui omnes ad unum aerem reducuntur. Diximus autem uocari medios, [g] quoniam simpliciter neque naturales sunt, neque præter naturam: sed ubi sint similes naturæ & contrarij morbo, efficiuntur naturales, & habent uim causæ salubris: ex contrario ubi sint similes morbo & contrarij naturæ, efficiuntur contra naturam, & uim habēt causæ lædentis. Ostendendum igitur est quid aer in curatione postulet, si prius quæstionem soluerimus quæ hoc loco existit subdifficilis; ea autem est quod aer cum indicetur, nō uidetur

[a] Galen. 1. meth. c. 10.
[b] Gal. li. 9. meth. c. 13. & Gal. lib. 11. metho. c. 3.
[c] Gal. 1. ad Glau. c. 10. & libro de venæ sect. contra Erasistr. c. 4.
[d] Hipp. 3. 1. epide. 1. & Gale. 5. de tu. val. c. 1.
[e] Gal. 5. metho. cap. 12. Gal. 1. lib. de cau. sym ptom. 7. & de bon. suc cor. c. 4.
[f] Galen. 9. meth. c. 14.
[g] Gal. libro art. med ca pit. 83.

indicare: indicatur autem vt remedium, cum calidus est ad calefaciendum, cum frigidus ad re E
frigerandum, cum humidus ad madefaciendum, cum ficcus ad ficcandum. Ergo cum indice-
tur, non debet poni in indicantibus. Ad hæc dicimus aerem per se ac proprie neque indicari,
neque indicare; id enim quod indicatur non est aer, sed opus quod effici potest adhibito aere
idoneo, qui instrumentum est, pertinetque [a] ad victum, & primo loco numeratur in sex reb. nō
naturalibus: illa quæ indicantur à scopis, non sunt instrumenta, sed opera: neq. indicat etiam
per se ac proprie aliquid aer, cum neque vt res naturalis postulet conseruationem, neque vt
res contra naturam, curationem: siquid autem monstrat in curando, id facit tanquam causa si-
ne qua effici [b] non potest curatio, aut conseruatio, estque ex eorum genere quæ rerum adiuuāt
causas. Nihil ergo per se indicat aer, sed alio interiecto medio: quare per se & proprie non cō-
cedemus aerem vel aliquid indicare, vel ab aliquo indicari. Sed quomodocunque indicet, spe
ctemus quid illud sit quod ab eo indicatur: hoc vt intelligatur, distinguere prius oportet mo-
deratus ne sit, an immoderatus: qui moderatus est, nihil curationem cōmutat requisitam à re-
bus contra naturam, libenter enim accipitur qualis est, neque ob ipsum variamus opera requi
sita ab illis scopis, ad quos consilium dirigimus: si sit immoderatus, vt nimium calidus, frigidus,
humidus, aut siccus, distinguere [c] rursus oportet, sit ne contrarius, vel similis morbo, si contra-
rius sit, habet vim causæ salubris, atque idcirco confert ad curationem; quamobrem de opere F
quod alioquin à morbo postulatur, tantum detrahi debet, [d] quantum additur ab eiusmodi ae-
re. Si sit similis morbo, habetur tanquam causa ipsum augens, & idcirco operi quod alioquin à
morbo postulatur, tantum adijcere oportet, vt nō solum morbo opponatur, sed etiam resistat
aeri ipsum augēti. Exempli causa, si morb. sit calidus, veluti febris, & aer similis, veluti æstiuus,
refrigerantibus multo validioribus vtemur, quam si aer moderatus esset, & contra morbū dun
taxat pugnaremus. Monstrat igitur aer immoderatus, augendum vel minuendum esse opus qđ
postulat morbus: nullum autem opus ab aere per se ac proprie indicatur, neque enim corrigi
debet; si quando autem corrigitur, ita vt reddatur vel calidior, vel frigidior, non consideratur
tunc vt scopus, sed vt instrumentum, quod tale paratur vt satisfaciat operi ad quod efficien-
dum adhibetur. Eandem autem vim quam diximus augendi vel minuendi opus ab immodera
ta temperatione nostri corporis requisitum, habet etiam aer in aliquibus alijs morbis, veluti
in vlceribus, aut in foraminibus cutis nimium relaxatis, vel adstrictis: quod vlceratum est, hu-
midum est (inquit Hippocrates) [e] & ideo siccari debet: si aer medius sit inter humidum & sic-
cum, tantum siccare vlcus oportet, quantum per se postulat. In aere humidiore magis, in siccio
re minus erit vtendum siccantibus: foramina cutis, si astricta sint, relaxantibus egent. Hæc au-
tem in aere moderato tanta esse debent, quanta est astrictio, sed in frigido & sicco validiora G
relaxantia conueniunt, vt occurrant aeri morbum augenti: si fuerit calidus & humidus, cum ip
se relaxandi vim habeat, & per se conferat ad opus quod requiritur, minus relaxare oporte-
bit. Eadem ratio est relaxationis contra naturam quæ astrictionem desiderat, in aere quidem
moderato, tantam vt remoueatur quod contra naturam est: in immoderato, siquidem calidior
& humidior sit, ita vt relaxationem augeat, necessaria erit maior astrictio: sed si sit frigidus &
siccus, ita vt per se aduersetur relaxationi, minus necesse erit astringere: ex quo patet in cura-
tione aerem moderatum nihil indicare, immoderatum vero qui contrarius sit morbo, postula-
re vt opus alioquin à morbo requisitum minuatur, qui similis, vt augeatur. Non solum autem
in curando morbum, sed in remouenda etiam causa, spectatur aer: qui si moderatus sit, nihil
indicat, si ualde immoderatus, vt ualde calidus, aut frigidus, non permittit exhaurire superan-
tem humorem. Sed hoc refertur ad vires, quæ cum imbecillæ sint ob æstum, [f] aut frigus aeris,
nequeunt tale præsidium ferre à quo magis debilitentur. In conseruando autem id quod se-
cundum naturam est, si aer moderatus sit, nihil indicat, immoderatus cum moderata tempera
tione nostri corporis, monstrat necessaria esse contraria quæ resistant illius iniuriæ. Id quod fa
ciendum est etiam vbi immoderatus aer concurrat cum natura nostri corporis immoderata,
contraria illi: sed cum simili, nihil mutandum esse indicabit, nisi uelimus ad immoderationem H
redigere. Hactenus de scopis, indicationibus, atque operibus indicatis.

a Gal. li. ad Thrasybul. pe tuē. val. c. 35. & lib. art. med. capit. 85.
b Galen. 9. meth. c. 14.
c Gal. ibid.
d Galen. 3. meth. c. 8.
e Galen. 3. metho c. 8. Hipp. li. de vlcerib.
f Hippoc. 4. aphor. 5 & Gal. in cōmento.

VIDI

A

VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM,

Partis Primę Liber Decimustertius:

B Qui est de differentijs Scoporum & indicationum, & de consensu ac repugnantia eorundem.

Quid in vniuersum indicent scoporum differentiæ. Cap. I.

SI medicus in curando spectare tantum deberet scopos naturales, contra naturam, & medios, de quibus proximo libro egimus, nulla inspecta differentia, longe facilior, ac breuior esset & cognitio curandorum, & ratio curandi: sed quia eadem scopi species compluribus distinguitur differentijs, quæ si non cohibent in se essentiam ipsius, ad illam tamen aliquo pacto referuntur, necesse est ad vnamquanque consilium dirigere, intuerique quid postulet in curatione: neque enim omnino aptatur eidem speciei morbi eadem prorsus ratio curandi, quemadmodum Methodici credebant, qui [a] tribus, & morborum, & remediorum communitatibus contenti, differentias negligebant. Sed iam Methodicorum opinio deleta est, fractaque auctoritas: ita autem perspicuum est, vt oculis iudicari possit, eandem morbi speciem, pro varijs differentijs vario modo curandam esse: ac ne longius abeas, vulnus si magnum sit, suturam aut fibulam desiderat, postulatque vt non tantum loci affecti, sed etiam totius corporis ratio ha-
C beatur, quæ non sunt necessaria si paruũ sit: eodẽ modo vbi implicentur partes externę, cómode vtimur metallicis, quæ internis omnino aliena sunt, & mortifera. Vbi lenire idẽ oporteat, in alijs partibus valet oleum,[b] quod tantum abest vt oculos leniat, vt ipsos etiam magnopere exasperet: quanquam hoc quod de metallicis, & de oleo dictum est, non ad operum, sed ad instrumentorum differentiam refertur. Est ergo luce clarius, eandem morbi speciem, vario modo curandam esse ob varias [c] differentias: hoc autem vnum est ex ijs quæ efficiunt iudicium difficile, & vitam hominis breuem esse demonstrant, si cum longitudine medicinalis artis conferantur: longitudinem igitur & difficultatem afferunt non mediocrem, differentiæ illarum rerum quas intueri medicum oportet: quid autem in curando postulent, nunc inuestigare instituimus. Sermo a tali inducetur exordio. Differentiæ (quemadmodum quarto libro [d] declarauimus, vbi proprie de morborum differentijs egimus) aliæ constituunt speciem atque aliud efficiunt, aliæ mutationem aliquam afferunt. Priores, cum referantur ad species, quid indicent superiori libro explicauimus. Quæ mutationem aliquam faciunt, rursus [e] distinguuntur, nam vel nihil ad essentiam pertinent, sed sunt omnino aduentitię, atque hæ a medico pro nihilo putantur, cum nihil conferant ad curationem, veluti quod homo qui morbo implicatur sit musicus, aut non musicus, vel aliquo pacto ad essentiam referuntur, atque has tractabimus nunc, reuo-
D cantes in memoriam fontes vnde illæ emanant quę proprie pertinent ad morbum. Aliæ [f] enim ducuntur a subiecta materia, aliæ a modo quo illa formam accipit, aliæ ab ijs quæ eandem in subiecta materia consequuntur, vt a magnitudine, multitudine, loco, tempore, motu: alię a causis ob quas subiecta materia eam formam accepit: aliæ denique ab effectis quæ proficiscuntur ab eadem forma accepta in materia: quotquot autem differentiæ ab his locis depromuntur, pertinent aliquo pacto ad differentiam morbi, & diuersæ diuersam postulant curationẽ: non quod postulent aliud opus quã illud ꝙ a morbi specie requiri iam ostendimus, sed quod idem opus desiderent alia atque alia ratione adhibitũ, cum & ipsæ aliæ atque aliæ sint. In vniuersum autem differentiæ morbi postulant similem differentiam operis illius quod requiritur a morbo. Nam (vt alibi diximus) non dissimile est quod euenit differentijs causarum efficientium, signorum denunciantium, & scoporum indicantium: causarum enim differentiæ similem efficiunt differentiam in effectis. Differentię signorum, similem denunciant differentiam in rebus significatis. Differentiæ scoporum, similem indicant differentiam in opere indicato ad curandum. Verum similitudo differentię non semper expedita cernitur, sed sæpe implicita est & abscondita, vt in effectis atque in rebus significatis, ita etiam in operibus quæ re-

quirun-

[a] Gal. F. de sectis.

[b] Ga. 2. simplicium 11. & de opt. sect. c. 9.

[c] Gale. de opt. secta c. 45.

[d] Sup. a 'l. 4. c.

[e] Sup. ibid.

[f] Ibidem.

quiruntur a scopis. Patet similitudo differentiæ, cum magno morbo magnum opponitur opus, aut paruo, paruum: latet, cum prauo morbo magnum opus opponitur, quod similitudo non sit expressa, sed abscondita: quandoquidem prauitas[a] morbi vim habet magnitudinis: differentiæ igitur operum illorum quæ desiderantur a morbis, similem indicant differentiam, si non expeditam & patentem, certe implicitam & absconditam. Quod autem de morbis dictum est, valet in causis, in symptomatibus, & in omnibus scopis, siue naturalibus, siue contra naturam, siue medijs. Nos tamen sigillatim trademus quid proprie postulet vnaquæque morbi differentia: ex quo intelligi poterit quid a reliquis scoporum differentijs desideretur.

a Galen. 4. meth. c. 6.

Quid proprie postulet vnaquæque morbi differentia. Cap. II.

Exordiamur ab illis differentiis quas nobis suppeditat subiecta materia, hoc est corpus ægrotans, pro varietate temperationis, ætatis, sexus. Ætas ad temperationem duntaxat refertur, sed in sexu spectatur etiam discrimen partium genitalium maris & fœminæ. Ad temperationem ægrotantis pertinet quoque copia illius succi quo naturaliter redundat, nam alij homines biliosi sunt, alij pituitosi, alij sanguinei, alij melancholici. Differentia igitur morbi quæ a temperatione corporis ægrotantis depromitur, similem differentiam postulat in opere quod requiritur a morbo: si quidem temperatio corporis moderata sit, aut non multum a mediocritate distet, illa similitudo expressa est, nam opus quod contrarium morbo, naturæ simile esse debet, vt ante ostensum est,[b] cum agere mus de indicationibus sumptis a scopis secundum naturam. Sed si temperatio sit valde immoderata, postulat differentiam in opere requisito a morbo similem latenter, nam cum corrigi debeat, quasi res contra naturam, postulat contrarium: hoc autem quatenus aptatur rei contra naturam, eatenus habet in se affinitatem & vim similitudinis latentem. Ætates etiam, vbi vel moderatam temperationem habeant, vel non nimis immoderatam, gaudent simili opere: puerilibus morbis, conueniunt puerilia remedia, senilibus senilia, iuuenilibus iuuenilia, quæ similitudo ad temperationem reducitur. Quod si ætas plurimum recedat a moderatione temperationis, postulat operis similitudinem latentem, quam paulo supra ostendimus temperationis differentiam tractantes. Eadem est ratio sexus, qui prout moderata, vel immoderata temperatione nititur, ita similem operis differentiam postulat expedite, vel implicite. Sed quod attinet ad differentiam partium genitalium maris & fœminæ, opus quod requirit, latenter simile esse debet: debet. n. conuenire naturæ illarum partiū. Sed differentia partiū subijcitur loco, de quo agemus cum perueniemus ad differentias ductas a consequentibus formam in subiecto, nunc enim illas persequimur quæ pertinent ad subiectum. Restant ex bis illæ quod aliqui morbi dicuntur congruentes, aliqui non congruentes naturæ hominis qui tractatur. Postulant huiusmodi differentiæ similem differentiam in opere ad morbum adhibendo, sed similitudo latet, quam indagabis si intelligas morbum[c] congruentem leuiorem esse, non congruentē validiorem; leuior morbus, cuiusmodi ille est qui naturæ congruit ægrotantis, validius opus requirit, atque hoc pacto simile. Sed satis de differentijs sumptis a subiecto, hoc est a corpore ægrotante. Pergamus ad eas quæ emanant a modo formæ in subiecto, hoc est a modo quo forma morbi accipitur in corpore ægrotante. Varie autem accipitur, nam & perfecte & imperfecte, & æqualiter, & inæqualiter, & per se, & per aliud: tum per essentiam vel per consensum. Nam morbus primarius & secundarius ideo considerantur, quia pertinēt ad eos qui sunt per essentiam, vel per consensum. Intueamur itaque quo pacto vnaquæque propositarum differentiarum, expedite ne an implicite similem differentiam postulet in opere quod requiritur a morbo. Veniant primo in medium illæ quod morbi forma aut perfecte, aut imperfecte accepta est in corpore ægrotantis: vbi imperfecte accipitur, affectio stabilis non est, sed vbi perfecte, iam dicitur confirmata,[d] & ab habitu quem contraxit vocatur a Græcis Hectica, cuiusmodi est illa febris quæ nititur[e] partibus solidis nostri corporis. Vbi affectio neque confirmata, sit, neque stabilis, debet opus quod requiritur a morbo, simile adhiberi, hoc est quod non confirmetur, neque continuatum sit, aut diuturnum, sed breuioris temporis: ex contrario si morbus sit hecticus ac stabilis, postulat opus simile, quod confirmetur, hoc est in quo diutius perseueremus: ita vt similitudo differentiæ euidenter appareat, quemadmodum & in morbo æquali atque inæquali: qui æqualis est, æquale opus postulat, qui inæqualis, inæquale. Exemplum inæqualis morbi est cum alia pars nimio frigore, alia nimio calore affligitur, huic opponitur contrarium opus inæquale, per quod aliquæ partes calefiant, aliquæ refrigerentur, siue eodem tempore, siue vicissim: eadem ratio est morbi per se & per aliud. Immoderatio temperationis est per se morbus partium simplicium, per aliud vero multiformium, quod hæ componantur ex illis. Conuenit eiusmodi morbo per se partium simplicium, contrarium opus, quod illis aptatur per se: sed idem opus conuenit eidem morbo partium multiformium per aliud, hoc est per simplices, quibus per se aptari diximus: quatenus enim tollitur per se immoderatio temperationis in partibus simplicibus, eatenus tollitur in multiformib. per simplices, atq. hoc

b Sup. lib. 12. c. 6.

c Hippo. 2. aph. 34.

d Galen. 8. meth. c. 1.

e Gal. 1. de diff. fe. c. 1.

A hoc pacto similitudo expressa est, quemadmodum in differentijs quoque essentiæ, & consensus. Morbus per essentiam in aliqua parte, hoc est qui non foueatur a morbo alterius, sed per se consistat, requirit opus quod proxime ad illam pertineat, & idcirco fit per essentiam: sed morbus per consensum, hoc est qui proficiscatur ab alia parte afficiente illam quæ a medico tractatur, opus simile desiderat, hoc est per consensum, quod scilicet eatenus ipsi aptetur, quatenus conuenit alteri parti per essentiam laboranti cum qua congruit: si caput exempli causa afficitur a ventriculo, & ita laboret per consensum, opus quod in curando capite necessarium est, per consensum illi cōuenit, quatenus adhibetur ad ventriculum per essentiam laborantē, cuius morbo sublato, ille etiam cessat quo tentatur caput.

Sequuntur differentiæ quæ emanant a consequentibus formam in subiecto, vt a magnitudine, numero, loco, tempore, motu. Magnitudo quæ primo nobis occurrit, refertur [a] ad essentiam morbi, ad spacium quod ab eo occupatur, ad nobilitatem partis, ad prauitatem, ad virium debilitatem, comprehenditque sub se paruitatem. Ad quodcunque autem referatur, postulat similem differentiam in opere quod requiritur a morbo, siue similitudo euidens sit, siue lateat. Referatur ergo primum magnitudo & paruitas ad essentiam morbi, dicaturque magnus morbus cuius essentia magna est, veluti magna febris, quæ magnum habet calorem: paruus morbus, cuius parua est essentia, veluti parua febris in qua calor parum se ostendit. Differētia operis adhibendi expresse similis cōuenit, nam cum magna febris est, plurimum refrigerare oportet, cum parua, parum. Plura etiam præsidia necessaria sunt cum morbus essentiam habet magnam, quam cum paruam: inflammatio magna, postulat vt habeatur ratio totius corporis, quod non necessarium est cum parua est. Quod attinet ad spacium, dicitur magnus [b] morbus, qui magnum occupat spacium, paruus, qui paruum: magnitudini & paruitati spacij respondere debet similis differentia in opere adhibendo: latius enim patere debet opus admotum, vbi magnum spacium occupat morbus, angustioribus finibus concludi, vbi paruum. Finge plagam quam perfundere, fouere, suere, aut alligare oporteat, quodcunque ex his operibus efficiendum sit, si magna plaga sit, magnum esse debebit, si parua, paruum. Dicemus magnum opus quod ad magnum spacium admouetur, paruum, quod ad paruum. Sed magnitudo & paruitas morbi quæ ad spacium spectat, recte etiam ad locum refertur, non secus atque illa quæ spectat ad nobilitatem partis ad quam nunc pergimus. Pars igitur affecta, aut nobilis est, aut ignobilis, si [c] nobilis sit, dicitur magnus morbus, quamuis neque essentiam magnam habeat, neque spacium magnum occupet: sed si pars sit ignobilis, eiusmodi morbus dicetur paruus, veluti paruum vulnus in brachio, aut crure. Idem quantumuis paruum, existimaretur magnum, si esset in parte nobili, velut in cerebro, in iecinore, in ventriculo, vt omittam [d] cor, quod vbi uel minimū quid vulneretur mors continuo hominem occupat. Magnitudo igitur & paruitas morbi quæ ad nobilitatem & ignobilitatem partis refertur, non videtur simile opus postulare, cum respondere debeat operis magnitudo magnitudini essentiæ, quæcunque pars morbo implicetur, quod festiue concedimus, sed addimus præter remedia quæ τοπικὰ à Græcis nominātur, hoc est præter opera quæ adhibentur ad locum affectum, habendam etiam esse rationem totius corporis, quod certa quædam opera desiderat: hæc maiora fieri debent vbi morbus occupet partem nobilem, minora, vbi ignobilem. Hippocra. [e] in libro de vlceribus, cum plaga est in parte nobili, vt in capite, ventre, thorace, vtitur sanguinis missione, quod remedium omittit vbi ignobilis sic que vulnerata est: est enim sanguinis missio magnum [f] opus, & idcirco aptatur magno morbo. In ea autem magnitudine quæ ad prauitatem pertinet, vtendum est similiter magno opere, quod vbi mitior esset morbus paris essentiæ, leuius conueniret. Sed differentia magnitudinis & paruitatis in morbo prauo & miti, implicita est, & non expressa. Refertur postremo magnitudo & paruitas, ad vires: idem enim morbus, hoc est æqualem essentiam habens cum vitium infirmitate, existimabitur magnus, qui cum robore censeretur paruus. Sed magnitudo & paruitas hoc modo accepta, non est proprie magnitudo aut paruitas, & idcirco non postulat simile opus, nam morbus qui ob imbecillitatem virium dicatur magnus, non propterea requiret magnū opus: at neque etiam tolerātur propter virium imbecillitatem vbi admouetetur. Ille item morbus qui paruus dicitur, quod iungatur cum virium robore, non propterea postulat paruum opus, sed tantum quantum respondeat essentiæ quam habet. Diligentius tamen tractari debet ille morbus qui magnus est, propterea quod coniungatur cum viriū imbecillitate, quam ille qui paruus, propterea quod cum robore copuletur: quod si eiusmodi diligentiam latenter in se complecti existimes magnitudinem operis, hoc pacto etiam illi magnitudini morbi quæ ad vires imbecillas refertur, opponetur similis differentia operis. Similiter paruitas morbi quæ ad virium robur spectat, quatenus exquisitam diligentiam non requirit, dicetur requirere, opus paruum. Numerus non semper idem est, cum morbus interdum simplex sit, interdum compositus. Componitur autem cum morbis eiusdem, vel diuersi generis ac speciei, qui si habeant accessiones eadem hora, dicuntur confusi, [g] si diuersa, dicuntur compositi. Sed cum morbo sæpe iunguntur causæ: interdum etiam grauiora symptomata. Si morbus simplex sit, similem differentiam postulat operis: curatur enim simplex simplici opere: si compositus sit, requirit compositum opus: totidem autem numero esse debent opera,

B

C

D

[a] Supr. li. 4. c. 3. & Gal. 4. meth. c. 6

[b] Gal. 4. meth. c. 6.

[c] Galen. 4. meth. c. 6.

[d] Gal. 5. de loc. aff c. 2. & Arist. 3. de partib. anim. c. 4.

[e] Hip. li. de vlcerib. ab initio, & Gale. 4. meth. c. 6.

[f] Galen. 4. acutor. 19. commē. & com. 74.

[g] Gal. 2. de diff feb. 8.

quos

quot sunt res præter naturam quæ simul iunguntur, nisi si quando idem opus accommodetur ad plura tollenda, veluti cum simul concurrunt plures morbi eiusdem generis ac speciei: refrigerando enim vt vnam tertianam, ita duas, aut tres, sanamus: veluti etiam cum morbus nititur continente causa, tunc siquidem vnico opere aufertur causa, morbus, & symptoma; exempli causa si mittatur sanguis in febre synocha, hoc vno opere detrahetur sanguis qui causa est, cessabit febris, & si quod symptoma infestum est. E

a Supr. lib. 4. c. 3.

Ad locum attinent complures differentiæ: [a] morbus enim aut occupat vniuersum corpus, aut aliquam partem, siue illa magna sit, siue parua, siue nobilis, siue ignobilis: tum vbicunque fuerit collocata, vt ante vel pone, sursum vel deorsum, ad dextram vel sinistram, intus uel foris: quæcunque item illa sit a capite ad pedes: a loco enim depromuntur hæ omnes morbi differentiæ, quæ quo pacto similem operis differentiam, aut expedite, aut implicite postulent, nunc indagandum nobis proponitur. Morbus qui in vniuerso corpore versatur, veluti febris, requirit similem operis differentiam, quod ad vniuersum corpus pertineat, nam sicuti communis est morbus omnium partium, ita indiget opere communi: ille etiam qui proprius est alicuius partis, expresse quoque desiderat similem differentiam operis, quod proprie adhibeatur ad partem affectam. Si quando autem ob proprium morbum alicuius partis totum corpus exhauritur inedia, purgatione, aut missione sanguinis, eiusmodi opus non spectat proprie ad partem affectam, sed ad copiam humoris quæ ex toto corpore concurrit, aut concurrere posset ad partem affectam, quæ defenditur habita ratione reliqui corporis ad quod pertinet superans humor. Proxime igitur ad communem morbum, commune opus adhibetur, sicut proprium ad proprium. Differentia vero magnitudinis & paruitatis quæ in spacio consistit quod morbo implicatur: differentia item nobilitatis & ignobilitatis, quomodo similem differentiam operis desideat, paulo supra ostendimus, cum ageremus de illa quæ pertinet ad magnitudinem & paruitatem. At sedes affectę partis, anterior, posterior, superior, inferior, dextra, sinistra, interna, externa, differentiam operis postulat aperte similem: ibi enim adhibendum est opus, vbi collocata est pars ægrotans. Si quando autem ægrotante externa parte dantur intus remedia, habetur tunc ratio totius corporis, vt defendatur locus affectus ab humoribus aliunde confluentibus: remedia autem quæ intus sumuntur, proxime aduersantur internis causis, prohibentque ne ferantur ad partes externas: quod si ægrotante interna parte dantur præsidia extra, vt ad dextrum præcordium laborante iecinore, aut ad sinistrum laborante liene, id opus quod tunc efficitur per externas partes, pertinet ad internas illas quæ affectæ sunt. Valet quidem hoc in remedijs quæ adhibentur ad locum affectum, greci τοπικὰ vocant: in his enim aperte similis differentia est in morbo, & in opere, non tamē valet in illis auxilijs quę admouentur ad alias partes corporis, vt certa aliqua defendatur, a qua vt fluentem, vel fluxurum humorem auertamus, ad contrariam partem ipsum attrahimus: congruere tamen debet pars ad quam attrahitur humor cum ea à qua auertitur: eiusmodi conuenientia pro similitudine habetur, quamuis enim partes inter se plurimum distent, & contrariæ sint, quatenus tamen habent hanc conuenientiam, vt sint inter se contrariæ, (quod non euenit omnibus partibus) videntur habere inter se similitudinem, illa a qua, & illa ad quam euocamus fluentem humorem. At deriuamus ad vicinam id quod nuper ad affectam partem confluxit, non tamen attrahimus ad alias quæ non sunt vicinæ. Vicinia igitur pro conuenientia & similitudine est, ita vt non solum in topicis præsidijs, sed etiam in auertendo, ac deriuando obseruetur similis differentia in morbo, atque in opere, si non aperte, saltem latenter. Proprie autem in quauis parte complures attenduntur differentiæ, quæ non solum ad locum, siue situm referuntur, sed ad vniuersam naturam ipsius: quales hæ sint, & quo pacto similem operis differentiam indicent, exponemus seorsum, vbi reliquas differentias persecuti erimus. F G

b Sup. lib. 4. c. 3.

A motu complures morbi differentias suppeditari [b] monstrauimus: spectatur in motu qualitas, & modus. A qualitate depromitur celeritas & tarditas. Ad modum referuntur multæ, vt quod morbus vel vna accessione contineatur (synochum græci appellant,) vel plures accessiones habeat ac circuitus, siue inordinatos, siue ordinatos, vt quotidianos, tertianos, quartanos: tum siue constantes, siue inconstantes. Spectant ad motum hæ omnes differentiæ quæ in morbo attenduntur, postulant in curatione similem differentiam, seu euidentem, seu absconditam. Celer morbus, postulat opus quod celeriter efficiatur. In morbis qui valde acuti sunt, cum sint celerrimi motus, si necessaria sit purgatio, præcipit [c] Hippocrates ubi expediat, ut nō solum initio purgemus, sed etiam eadem die, quod in talibus differre malum sit. At si morbus tarde moueatur, satisfacit opus quamuis paulo tardius adhibeatur, neque cogimur festinare. In celeritate igitur & tarditate, apparet expedita similitudo morbi, atque operis. Si morbus sit synochus, & vnica accessione contineatur, simili operę vtendum est: sed cum similitudo implicita sit, facile explicari potest. Synocha febris (exempli gratia) hoc pacto synochum opus desiderat, quod vt ipsa tota simul est, neque diuiditur in plures circuitus, ita & opus quod efficiendum est, totum esse simul [d] debet, siue hominem refrigeremus, siue sanguinem mittamus: damus enim tantum aquæ frigidę, quantum expetit ægrotans simul bibere, aut mittimus sanguinem vsque ad animę defectionem: nam & ibi totus simul est, neque par- H

c Hippo. 4. aph. 10.

d Gale. 9. meth. cap. 4. & 5.

titus

A titus ac per circuitus ad locum concurrit vbi est focus ipsius febris: quod si morbus habeat
circuitus, postulat opus non totum simul, sed per circuitus partitum, siue immoderatam tem-
perationem corrigas, siue humorem superantem educas: nam sicuti partitus est morbus, ita
partitum debet esse opus quo tollendus est, donec ex toto recedat, neque amplius reuerta-
tur. Quod si circuitus inordinati sint, debet quod efficitur opus similiter esse inordinatum: si
morbus ordinatus sit, requirit opus ordinate repetitum, vt quotidie, vel tertio, vel quarto quo
que die: si accessio quotidiana, tertiana, vel quartana fuerit, aut etiam ex longiori interuallo, si
longius tempus interponatur inter vnam atque alteram accessionem. Quod si morbi motus cō
stans fuerit, constanti opere vtendum est; si inconstans, inconstanti, ac vario.

Restat tempus ex consequentibus formam in subiecto, quo referuntur [a] illæ differētiæ quod a Sup. lib.
morbus aut breuis, aut longus est; quod recens, aut vetustus, quod item incipit, augetur, viget, 4.c.3.
aut remittitur. Indicant singulæ similem operis differentiam, vel aperte, vel occulte: morbus
breuis aut longus similem aperte differentiam operis postulat: ad morbum parui temporis,
paruo [b] tempore, insistendum est in opere quod efficitur: contra morbus diuturnior, perman- b Hippo 2.
sionem diuturnam postulat in opere indicato. Quatenus autem aut recens est, aut vetustus, aph. 7.
per se nihil indicat, quemadmodum Galenus [c] contra Thessalum disputans probauit: sed qui c Galen. 4.
B recens est, instabilis est, qui vetustus, stabilitatem habet, & iam confirmatus est, atque hoc pa- meth. c. 4.
cto requirit opus simile, vt in superioribus docuimus, cum tractaremus differentias sump-
tas a modo formæ in subiecto. Sed quatuor tempora quibus morbi inter se differunt, sic,
vt vel incipiant, vel augeantur, vel vigeant, vel remittantur, similem expresse differentiam
operis desiderant. Cum incipit morbus, inchoate opus oportet, augere cum augetur, summum
efficere cum viget, minuere cum remittitur. Quod si non tantum variæ differentiæ, sed etiam
varia opera videantur a morbi temporibus desiderari, desiderantur tunc a causa ipsius, ut ab
humore, qui cum varijs temporibus vario modo affectus sit, varie tractari debet, & idcirco di-
uersa opera postulat: principio quidem crudus est, ita ut in coctionem duntaxat sit incumben
dum: quod efficiendum est etiam in incremento, quo tempore magis sine noxa extenuatur at-
que inciditur, vt facilius concoqui & educi possit. In vigore cum maxime ferueat, mitigan-
dus est. In remissione cum iam deferbuerit, [d] educi debet: quamuis ergo idem sit morbus, cau- d Hippo. 1.
sa tamen quatenus vario modo affecta est, varia postulat opera. Eadem ratio est quatuor tē aph. 22.
porum accessionis, quæ dicta est de temporibus totius morbi, tam quod attinet ad varia ope-
ra, quam quod ad varias differentias.

A causa, multas depromi monstrauimus [e] morborum differentias, vt ab externa, quod com- e Supr. lib.
C munes sint vel proprij, pestilentes vel non pestilentes: tum hyemales, verni, æstiui, autumnales: 4. ca. 4.
ab interna vero, vt ab humore, quatenus adest, aut abest: vnde dicitur immoderata tempera-
tio cum materia, vel sine materia. Præterea si adest humor, pro specie ipsius fit morbus sangui-
neus, pituitosus, biliosus, melancholicus: pro qualitate, mitis aut prauus, crudus aut coctus:
pro motu, turgens vel non turgens, pro exitu vel retentione, humidus vel aridus: quæ dif-
ferentiæ, quo pacto in curatione similem operis differentiam indicent, perpendere tempus
est. Illud autem in primis scire licet, quod differentiæ morbi quæ sumuntur a causis externis,
referuntur omnes ad eas quæ ab internis, a quibus duntaxat sumitur indicatio similis diffe-
rentiæ in opere. Nam quod morbi sint communes uel proprii, pestilentes uel non pestilentes:
quod item hyemeles, verni, æstiui, autumnales, nihil ad curationem conferunt, nisi quatenus
demonstrant qualis sit [f] interna morbi causa; hæc enim duntaxat est quæ similem desiderat f Galen. 4.
differentiam in opere quod efficiendum est. Ergo si absit, quemadmodum vbi temperatio im- meth. c. 3.
moderata est sine materia, ad solam qualitatem spectandum est: si adsit, quemadmodum in im
moderata temperatione cum materia, opus non dirigitur ad solam qualitatem, sed simul etiā
ad materiam. Ita vt differentiæ similitudo expressa sit in opere in quo habetur uel non habe-
tur ratio materiæ, prout ea adest vel abest: vbi autem adsit, spectari docuimus speciem, quali-
D tatem, motum, exitum. Quod attinet ad speciem humoris, siue manens in corpore corrigendus
sit, siue extrahendus, vtrumuis opus fiat, dirigitur ad speciem humoris, corrigiturque seu educi
tur vel sanguis, vel pituita, vel flaua bilis, vel humor melancholicus, prout morbus est sangui-
neus, pituitosus, biliosus, aut melancholicus; neque latet hic differentiæ similitudo, sed expres
sa est: latet autem in his quæ ad qualitatem spectant, vt quod morbus sit prauus, aut mitis, pro
causa a qua oritur. Habet morbus prauus, vim [g] magni, mitis vero parui, & hoc nomine postu-
lat opus magnum, vel paruum, & ita similem differentiam, vt ante ostendimus cum ageremus g Galen. 4.
de differentijs spectantibus ad magnitudinem: latet item in morbo cocto & crudo: cocti causa meth. c. 6.
est humor coctus: hic autem idoneus est qui cōtinuo purgetur, [h] & idcirco purgationem (quod h Hippo. 1.
opus requiritur a morbo) continuo postulat. Contra humor crudus nondum idoneus est qui aphor. 22.
purgetur, & idcirco postulat vt nondū purgatio adhibeatur, atq. hoc modo explicatur similitu i Ga. in eo.
do differentiæ quæ implicita erat: idem vsuuenit morbo turgenti, aut non turgenti. Turgens commen.
proficiscitur ab humore qui vage p corpus fertur, & propterea idoneus [k] est qui statim purge
tur: quo fit vt purgationem statim desideret, licet crudus sit; qui non turget, cum crudus est, K Hipp. 4.
nondum idoneus est qui purgetur, & idcirco nondum purgationem postulat. Ab exitu vel re- aphor. 10.
tentione

tentione humoris dicuntur morbi humidi vel aridi: postulant autem latenter similem differētiam operis efficiendi. Morbus aridus habet vim astricti, & propterea postulat vt opus quod alioquin sibi opponitur, dirigatur etiam ad differentiam quam habet, quod fiet si simul nonnihil relaxemus corpus astrictum: hoc non necessarium est cum humor exit. E

a Sup. libr. 4.c.5.

Postremo ab effectis, hoc est a symptomatibus emanare [a] quoque morbi differentias docuimus, vt quod praui sint aut mites: neque enim hoc ad solam causam refertur mitem uel prauam, de qua proxime egi, sed etiam a symptomatibus, quæ si grauiora sunt quam morbi essentia postulet, prauum ipsum reddunt: si leuiora, mitem. Habet prauus morbus, vim magni, & idcirco magnum opus desiderat, sicuti mitis, parui, cui similiter paruum opus sufficit, quemadmodum [b] ante ostēsum est. Hactenus quid indicaret vnaquæque scopi differentia satis explicasse mihi videor.

b Supra in antecedēti pagina.

Quid indicet pars affecta. Cap. III.



Vperest vt ad id quod polliciti sumus nunc pergamus, hoc est ad ostēdendum quid proprie indicet natura partis affectæ: vbi enim æqualiter vniuersum corpus ægrotat, æqualiter totius habenda ratio est: sed vbi aliqua pars duntaxat morbo implicatur, ad illam dirigere medicus cōsilium debet, videreque differentiam quam ipsa in opere postulat, quo pacto similis esse debeat: magni autem interest ad curationem hæc an illa pars curanda sit, id quod sæpe monet [c] Galenus, reprehenditque Methodicos, qui nulla habita ratione partis affectæ, æqualiter omnibus tanquam indifferentibus medebantur, vnde hominem vel præcipitabant, vel frustra diutius torquebant. Commemorat [d] enim Attalum medicum, qui Theagenem Philosophum interemit, iecinori adhibens sola relaxantia, perinde ac si ignobilem aliquam partem curasset. Meminit etiam cuiusdam medici [e] ex eorum numero qui Thessali sententiam pugnacissime defendebant: hic cum non satis præsidijs auriculam vlceratā quasi carnem curasset, frustra diu sanare tētauit. Diligenter igitur intueri oportet quid indicet pars ægrotans, quod fiet ubi prius intelligantur quæcunque in ipsa consideranda sunt. Plurima autem proponuntur a Galeno, [f] vt dignitas actionis, temperatio, substantia, sensus, cōformatio, vicinia situs: quæ nos vt via cum ratione persequamur, ab artificio exordiamur admirabili, quo vtitur natura in fabrica nostrarum partium. Quemadmodum autem in his quæ artifices moliuntur, ita in his quæ fiunt a natura, refertur artificium [g] & ad finem, & ad ea per quæ ad ipsum peruenitur, quæue sunt ad ipsum obtinendum aptissima. Spectabimus itaque in partibus multiformibus nostri corporis, & finem, & idoneam compositionem: vt autem simpliciū partium finis est vsus quem afferunt multiformibus, ita multiformium, actio seu munus, seu officium quod quælibet facere debet, & quo spectauit natura cum ipsas effinxit. Quod attinet ad finem, attenditur in qualibet parte actionis dignitas, ac species, præterea quo sensu prædita sit, acri ne an hebeti. De dignitate actionis scire conuenit non esse æqualiter dignas omniū partium actiones, sed quarundam esse [h] prærogatiuam & præstantiam quandam, quemadmodum illarum quæ ad vitam necessariæ sunt; aliarum [i] enim partium munera pertinent ad vitam tuendam, aliarum ad commodiorem vitam reddendam, aliarum ad procreationem ac perpetuitatem: præstantissimæ sunt illæ partes quarum munera maxime necessaria sunt ad vitam: huiusmodi est primo [k] cor, quod est domicilium facultatis vitalis, a qua proficiscitur perspiratus defendens calorem innatum, & idcirco vitam quæ ipso continetur. In cerebro habitat facultas animalis, ad quam pertinet motus voluntarius, & propterea respiratio summopere ad tuendam vitam necessaria. Residet in iecinore facultas naturalis sanguinem conficiens quo partes omnes corporis altæ sustinentur. Sunt ergo ternæ hæ partes principales, cor, cerebrum, iecur: præstantissimum tamen [l] cor est, & proprie fons vitæ. Sed præter principales has tres partes, aliæ etiam ad vitam necessariæ sunt, ut vētriculus, lien, renes, utraque uesica, septum transuersum, pulmo, venæ, arteriæ, nerui: omnes enim ad vitam necessariæ sunt, non tamen par est earum prestantia: ventriculi [m] siquidem munus præstantius est quam lienis, aut renum: horum rursus præstantius quam vesicę. Illæ vero partes quarum officium non vitam, sed commodiorem vitam efficit, minus dignę sunt, veluti instrumenta [n] sensus, ac motus voluntarij: sed inter hęc quoque alia alijs dignitate antecedunt, præstantiora sunt instumenta sensus, quam motus: inter sensus censetur præstantissimus visus: magis amamus oculos (inquit [o] Aristoteles) quod plurimarum rerum cognitionem nobis afferant. Adeo etiam magni facit Aristoteles sensum [p] aurium, vt sine ipso dicat non posse disciplinas ac scientias addisci. At non ita dignus est odoratus, quamuis non mediocriter vtilis sit, per ipsum enim percipientes suauitatem aut fœditatem odorum, vel persequimur vt vtilia, uel vt infesta declinamus illa a quibus afflantur: odoratu vtilior est gustatus, quo [q] deprehendimus quę esculenta & poculenta nobis apta sint, & a quibus abhorreat natura nostra.

Marginal notes (in the order printed, left margin): c Galen. 4. met. c. 7 & 7. met. c. 13. — d Gale. 13. meth. c. 15. — e Galen. 5. meth. c. 10. — f Gal. 2. ad Glau. c. 10. — g Aristo. 7. polit. c. 10. — h Gal. 2. ad Glau. c. 2. — i Gal. li. 14. de vsu pa. c. 1. — k Gal. 6. de vsu p. ca. 7. & 7. meth. c. 13. — l Galen. 7. meth. c. 13. — m Gale. 7. meth. c. 13. — n Gal. idid. — o Arist. 1. diuin. 1. — p Arist. lib. de sensu & sensili c. 1. — q Arist. ibi.

Right margin letters: F (beside the opening of Cap. III), G (beside "tibus multiformibus"), H (beside "uersum, pulmo").

r Arist. ibi.

Tactus quamuis non ita præstans sit, est tamē ita necessarius, vt ipso intereūte [r] intereat animal: datus est. n. nobis a natura vt omnes ictus, omnesque nimios frigoris & caloris appulsus sentire pos-

A possemus. Earum vero partium que voluntario motui inseruiunt, opportunitates ipsæ quoque vtiles sunt, & commodiorem vitam reddunt, sed quia eiusmodi munera sensus & motus tantum pertinent ad partes quæ illis funguntur, nihilque aliis opitulantur, ideo non habentur in partibus præstantibus, sicut illæ quas primo loco recensui, quibus sue continetur vita: earum enim munera communem vtilitatem afferunt reliquis partibus corporis, neque enim tantum sibi viuunt, sed aliis etiam omnibus. Restat tertium genus partiũ illarum quas [a] procreationis causa natura corpori affixit: hæ viliores censentur reliquis, quod neque simpliciter ad vitam, neque ad commodiorem vitam quicquam conducant, sed tantum ad perpetuitatem pertinent, vt seruetur species vniuersa, quãdo [b] singula interire necesse est. In actione præter dignitatem quam enarrauimus, considerandam esse speciem diximus: animaduertere enim oportet quale proprium sit cuiuscunq; partis munus. Vnaquæque autem tunc exercetur, cum proprium munus exequitur, tunc quiescit, cum ab eo vacat, exercentur partes factæ causa alimenti [c], in esculentis & poculentis: exercẽtur instrumenta respirationis cum suscipiuntur nimiæ celeritates, mouentur anhelitus & respiratio, plurimum dilatatur vel contrahitur thorax: exercentur instrumenta in quibus habitant singuli sensus, cum percipiunt ea quæ obiiciũtur: exercentur quæ motu voluntario [d] prædita sunt, cum mouentur: exercetur denique cerebrum acerrima atque attentissima cogitatione. Quæ omnes partes tunc quiescunt, cum à

B propositis muneribus desistunt: si quis autem nouerit qualis sit actio cuiusq; partis, siue ad quam partem quæuis actio pertineat, intelliget quoque in curando, vbi motu vel quiete vtendum sit, quod munus obeundum sit, & à quo vacãdum. In actione, præter dignitatem & speciem, sensum quoq; posuimus [e] de quo nunc agendum est. De tactu loquimur, qui æquabiliter toto corpore fusus est: non est autem datus similis omnibus partibus sentientibus, quarundam enim acris est, vt oris ventriculi, [f] oculorum, partium genitalium: [g] quarundam hebes, vt pulmonis, iecinoris, lienis: quarundam medius inter acrem & hebetem, vt cutis totius corporis, ex cepta manu interna. Maxime autem ad curationem pertinet intelligere qualis sit sensus partis quæ curatur. Hactenus de fine ad quem natura fabricata est singulas corporis partes: sequitur idonea compositio ad eum finem obtinendum, quam similiter inspicere oportet. Constat autem ex materia & forma, perinde atque opus quod efficitur ab arte. Materia partium multiformium nostri corporis, substãtia [h] est simplicium. Forma (de qua nunc loquimur) accidens est, veluti figura, quam fingunt artifices in suis operibus, nam hæc facultas est, vnde proficiscitur actio, quam diximus esse finem, ob quem fabricat natura vnamquanque partem multiformem. Quod cum non intelligeret Democritus, putaretque veram formam esse figuram, merito ab Aristotele [i] reprehenditur. Ad verã igitur formam, hoc est ad finem necessaria fuit idonea compositio ex materia & forma, sed materia substãtia est, forma accidẽs, vt dixi

C mus. Attenduntur in materia partiũ multiformiũ quã simplices partes suppeditãt, tam primæ quã secundæ qualitates. Primæ ad temperationem referuntur, secundæ, ad modum substantiæ mollis vel duræ, raræ vel densæ, concretæ vi frigoris, aut exsiccatæ vi caloris. At forma cõsistit [k] in conformatione, magnitudine, numero, situ, atque vnitate. Multũ aũt ad curationem interest qualia hæc sint in partibus quæ tractantur: [l] conformationi subijciuntur figura, superficies, caua: sub magnitudine cõprehenditur et paruitas, sicuti sub numero, quod pars simplex sit aut multiplex, sub situ, sedes & nexus. Vnitas vero communis est tam partium simpliciũ, quam multiformium, quædam.n. inter se iunctæ esse debent, ita vt vnitatem habeant: quædam fuerunt factæ disiunctæ. Quid autem indicent hæ omnes differentiæ, nunc restat perpendendum.

Differunt igitur inter se partes affectæ, (vt quod late dictum est, vnum sub aspectum subijciamus) fine & idonea compositione ex materia & forma: ad finem retulimus actionis dignitatem ac speciem, præterea sensum hebetem vel acrem: ad materiam vero temperationem ex primis qualitatibus, & secundas qualitates, seu modum substantiæ, in mollitie & duritie, raritate & densitate, concretione à frigore, vel exsiccatione à calore. Sub forma complexi sumus conformationem: in figura, superficie, & cauis, magnitudinem, numerum, situm, atque vnitatem. Indicant hæc in vniuersum similem differentiam in opere quod requiritur à morbo. Cæ-

D terum similitudo non est in omnibus aperta & expedita, sed in quibusdam latet & implicita est, quemadmodum ex superioribus colligi potest, vbi bonam partem harum differentiarum explicauimus, quas proprie in parte affecta nunc animaduertimus. Ex his igitur, aliæ differentiam operis expresse similem postulant, veluti temperatio, magnitudo, numerus, situs: aliæ latenter, vt actionis dignitas, vt species, vt sensus, vt figura, vt causa. Sed intueamur vnamquamq; seorsum, exorsi à dignitate actionis: neque enim omnes partes æque præstantes sunt, sed (vt supra [m] declarauimus) illæ præstantiores sunt, quarum munera sunt præstantiora: huiusmodi sunt primo quæ pertinent ad vitam tuendam, deinde quæ commodum uitæ afferunt, ex quibus digniores sunt quæ maius commodum, ueluti oculi: postremo loco sunt munera illarum partium quas procreationis causa natura corpori affixit. Omnes autem partes quocunque munere fungantur, quantum fieri potest defendẽdæ sunt sed potissimum quarum officium maxime necessarium est, sicuti illæ in quibus est domicilium uitalis, animalis, aut naturalis facultatis, & subinde aliæ pro præstantia muneris quo funguntur: si quando autem opus quod à

[a] Gal. 1. de sem. c. 15.
[b] Vidus li. 10. de tu. va. memb c. 9. & Gal. 1. de semine c. 15
[c] Hippo. & Gal 5. sexti epid. 10.
[d] Hip. ibid. & Gal.
[e] Supra in hoc capite & Gal 2. ad Glauc. c. 2.
[f] Gal. 1. de sympt. cau. c. 7.
[g] Gal. libro 14. de vsu par. c. 9.
[h] Arist. 1. libro de gen. anim. c 1.
[i] Arist. 1 lib. de par. ani. c. 1.
[k] Galen. de constit. artis c. 5.
[l] Gal lib. de diff morb. c. 7.
[m] supra in hoc capite & Gal. 14. de vsu par. c. 1. & 2 ad Glauc. c. 2. & 7. meth. cap 13.

morbo requiritur, possit præcipuæ partis facultatem labefactare, & actione ipsam priuare, E omitti debet. Quod non euenit vbi laborat pars ignobilis, & cuius officium sit parui momenti; siquidem tunc nulla, vel parua admodum ratione habita partis affectæ, contrario opere occurritur morbo. Quale autem sit opus quo facultatis robur prosternitur, intelligemus, si redeamus in memoriam essentiæ qua cõtinetur facultas supra à nobis expositæ [a] cum ageremus de indicatione sumpta à viribus, vbi diximus cuiuslibet partis facultatem consistere in quantitate & qualitate moderata spirituum, humorum, & partium solidarum quibus nititur calor innatus, qui est [b] natura nostra. Refertur ergo facultatis essentia ad calorem innatum. Hic quo pacto defendi possit, apparebit si exponamus à quibus offendatur: offenditur autẽ ab ijs quæ calorem destruunt in vniuersum. Hæc, duo ponuntur ab [c] Aristotele, vnum est quod ipsi contrarium est, perimitur enim calor non secus atque alia omnia à contrario, atque hoc pacto calor extingui dicitur; alterum est inopia alimẽti, ac pabuli; nam solus ignis dicitur inter elemẽta nutriri: tabescit quodammodo calor si destituatur pabulo. Ergo & à contrario, & ab inopia alimenti à quibus offenditur calor, tanquam à duobus hostibus defendi debet. Quod autem calori innato contrarium est, aut manifeste tale est, veluti frigus, aut tota substantia illi aduersatur, & occulte, quemadmodum [d] venena, & ea medicamenta quæ græci vocant deleteria. Quanquam horum opus cum mortiferum sit, nunquam requiritur à morbo; siquando autẽ admitti videatur, veluti cum adhibentur [e] metallica ad partes externas vlceratas, id fit vt deter F gendo, aut siccando, vlceri succurrant, neque possunt tunc opus deleterium efficere, sicut efficerent in partibus internis, quibus nullo modo dantur à medicis. Relictis enim metallicis confugiunt ad stirpes. Quid quod illa etiam vitantur in vlceribus [f] oris, ne per imprudentiam ad interna viscera delabantur, & interitum afferant: nemo igitur mentis compos vtitur deleteriis, aut petit ab ipsis præsidium cum curat partes internas, neque necesse est monere vt eui rentur opera quæ ab illis fiunt, quoniam calori nostro tota substantia aduersantur: loquamur ergo de frigidis, quæ manifeste contraria sunt calori nostro, quamobtem in curatione præcipuarum [g] partium ne calor ipsarum innatus, & simul facultas intereat, abstinẽdum est ab his quæ vel valde frigida sentiuntur, vel summam habent refrigerandi facultatem: quamuis ipsorum opus alioquin desideretur à morbo: vtetur enim medicus ad viscera & nobilissimas partes his quæ leuiorem habeant refrigerandi vim, & quod detrahet de hac, compensabit diuturnitate. Id quod minime necessarium esset, si curaretur pars aliqua minus nobilis ex illis quæ sibi seruiunt duntaxat, neque aliquem afferunt vsum reliquis: nam si pereat earum facultas, cum non ita magni momenti sit, tolerabilior erit iactura. Huc accedit quod refrigeratæ rursus incalescunt sanguine & spiritu fuso à partibus præcipuis: at hæ, cum per se ipsas sustineantur, neque foueantur ab aliis, si semel calore destituantur, non habent vnde postea ca- G lesiant: Quamobrem vbi curandum sit iecur calefactum vitabimus ea quæ summam habeant refrigerandi facultatem, non vtemur [h] posca frigida ad præcordia, sicuti si curaremus vilem aliquam partem. Ne deficiat calor innatus inopia alimenti, prouidebimus si ab illis operibus abstineamus per quæ potest absumi pabulum ipsius: cum postulat morbus vt relaxemus partem affectam, si præcipua sit, non licebit [i] eiusmodi opus tuto efficere, si quidem relaxata cute, apertis foraminibus sequitur subita exhalatio spirituum, a quibus tanquam a pabulo sustinebatur calor innatus, ita vt deficiat inopia alimenti. Finge inflammatum esse iecur, postulat inflammatio relaxantia, vt digeratur humor à quo proficiscitur: quæ si sola dentur, effluent statim spiritus, deficiet innatus calor iecinoris, & homo decedet, quemadmodum Theagenes ille (cuius paulo [k] supra mentionem fecimus) decessit solis relaxantibus ad iecur admotis. Debent autem misceri cum astringentibus, vt calor innatus contrahatur, & minime dissipetur, ac destituatur spiritibus, & deficiat inopia alimenti. Defenditur igitur ab astringentibus, quod contrahatur ad partes internas, quo fit vt vbi debilis est, non intereat homo principio accessionis, cum contrahatur ad internas partes, sicut in remissione: [l] tunc siquidem interit, quod secedat ad partes externas, funduntur que spiritus, atque extenuati emittantur. Ob H eandem causam, cum calor admodum debilis est in partibus internis, prodest circumfusus aer frigidior prohibens ne dissipetur. Referri etiam potest ad inopiam alimenti solutio continui, quæ innatum calorem perimit, quod effluant spiritus atque humores quibus retinebatur. Atque idcirco, vbi affecta est præcipua aliqua pars, vitatur omnino solutio continui, quamuis alioquin à morbo requiratur, [m] vt detur exitus iis quæ molesta sunt: neque enim secare iecur licet, aut lienem, aut ventriculum, aut cerebrum, vt taceam de corde, quod vbi [n] violatur, statim, aut non multo post sequitur mors. Destituitur igitur alimento calor noster, cum effluere possunt spiritus & humores à quibus sustinetur. Effluunt autem, vbi, vel nimis relaxetur cutis, vel soluatur continuũ. At non propterea si ex toto retineãtur spiritus, & calidæ exhalationes, seruatur pabulum caloris: hæc siquidem quæ effluere necesse est, retenta deuorant, [o] atque absumunt statim quicquid alimenti præparatum est, ita vt inopia pabuli statim calor deficiat. Quod aperte videmus in rebus externis, deficit enim flamma cum operculum superimponitur densum, quod ex toto calidam exhalationem retineat. Vbi autem hæc ex toto nõ retineatur, sed aliqua ex parte duntaxat, conseruatur calor, quemadmodum euenit carbo-

nibus

a Supra li. 22.c.9.

b Gal. 1. 2-pho. cõ.15.

c Arist. lib. de iuuentute, & senectute c.3. et 3. cœli 52.

d Gal. 2. ad Glau. ca. 2.

e Gal. 4. methe. c.7.

f Gal. 6. se. loc.

g Auer 7. libro collig. c.7.

h Gale. 14. meth. c. 12.

i Gal. 2. ad Glau. c. 2.

k Supra in hoc cap. & Gal. 13. methe. c.15.

l Galen. 3. crisi. c 9.

m Gale. 9. meth. c. 10.

n Gal. 5. de loc. aff. c. 2.

o Gal. li. de vtilitate respir. c.3.

A nibus [a] cum cinere teguntur, seruantur enim accensi. Sed si detecti sint, destituuntur calore, quod exhalent calidi vapores. Ergo ne priuetur alimento calor noster, non tantum prohibendum est ne nimia sequatur exhalatio, sed etiam ne retineatur ex toto. Solet autem retineri ob multitudinem humoris influentis, qui obstruit & intercludit vias vnde sequi exhalatio deberet. Quare si morbus alioquin postulet vt repellatur, vel attrahatur humor ad aliquam partem, nunquam est attrahendus, [b] aut repellendus ad præcipuam, ne ipsius calor humoris multitudine obruatur, sed ad ignobiliorem, ac minus præstantem, vt minor sequatur noxa. Vt igitur conseruetur calor innatus, & facultas partium præcipuarum, opera illa à quibus offendi posset, si alioquin requirantur a morbo, aut ex toto omittere oportet, aut multo leuiora efficere. Sed cum similis debeat esse differētia operis ac morbi, si morbus sit in parte præcipua, quãuis vitemus ea à quibus offenditur calor innatus, non tamen apparet differentiæ similitudo. Quam dubitationem diluimus dicentes pro similitudine accipi conuenientiam, quemadmodum supra etiam monstrauimus euenire quibusdam aliis morbi differentiis: quod conuenit, simile aliquo modo dicendum est; conuenit autem præcipuæ parti id opus quod eius facultatis essentiam tueatur, & non aduersetur calori innato. Habere hoc in se vim dignitatis censebimus, & ita dignioribus partibus, digniora opera aptabimus: partes minus dignæ, non requirunt eiusmodi animaduersionem, & eatenus curantur opere minus digno. Sequitur species
B actionis, quæ potissimum attenditur vbi morbus egeat motu, aut quiete partium: nã si mouere oportet partem aliquam, fiet hoc vbi illa suo munere fungatur, si expediat ipsam quiescere, desistet eadem a suo munere exequendo: hoc pacto similitudo differentiæ operis & morbi euidens erit. Sed quia nonnullæ actiones continuæ sunt, vt respiratio & pulsus, minor motus in ipsis pro quiete habebitur, verum motus & quies partium magis referri videntur ad instrumēta, quam ad opera, accipiemus tamen loco ipsorum opera ad quæ perficienda adhibentur. Monstrabit actio, & vacatio ab actione cuiusque partis, quo pacto implenda aut extenuanda sit, impletur enim ac reficitur motu moderato, extenuatur quiete, ac nimio motu. Sēsus reliqr, quem sub fine comprehendi etiam diximus: animaduertere [c] enim oportet qualis hic sit in parte affecta, hebes ne an acris: si sit hebes, permittit vt nulla habita ipsius ratione, opus quod à morbo requiritur (quamuis dolorem commouere possit) libere tamē efficiatur. Neque enim postulat sensus hebes propriam aliquam animaduersionem, præter communem illam quam Asclepiades ab [d] Hippocrate acceptam tradidit, vt iucunde curemus. Verum sensus acris [e] quo præditæ sunt multæ partes, vt oculi, genitalia, os ventriculi, postulat vt quantum fieri potest, opus quo vtimur ad morbum curandum sine dolore efficiatur: quamobrem si vtēdum est
C siccantibus, ad ea confugiemus quæ sine morsu siccent, quamuis non ita cito perficiant quod oportet. Sed quia non mediocrem affert molestiam affectis partibus frequens amotio medicamenti, perficiendum est opus per ea quæ diutius inhærent, neque cito marescũt: quamobrē adhibemus ad oculos album oui, ad intestina immittimus per clysterem adipem hircinam. Eiusmodi etiam partes acriori sensu præditæ cum tractantur, vt vel dignoscantur, vel curentur ipsarum morbi [f] leniter admodum tractandæ [g] sunt, ne frustra hominem torqueamus, latet autem hic differentiæ morbi atque operis similitudo; sed accipienda est conuenientia pro similitudine, quemadmodum paulo ante diximus, cum de dignitate loqueremur. Conuenit partibus exquisitum sensum habētibus, opus quod sine dolore fiat, hoc vbi sensus hebes sit, nõ est necessarium, nam (vt ante dictum est) effici opus debet quod à morbo requiritur, nulla habita ratione sensus. Sed satis de differentiis illis quæ sumuntur a fine.

a Arist. li. de iuuētute & senectute, c. 3.
b Gal. 6. de tu. ual. c. 12. & lib. 11. meth. c. 17.
c Gal. 2. ad Glauc. c. 2.
d Hippo. 1. acut. 8. & 2. ad Glau. c. 2.
e Gale. 12. meth. c. 1.
f Hippo. 1. acut. 8.
g Galen. 8. meth. c. 9.

Præter finem, attenditur in qualibet parte idonea compositio ex materia & forma; vtraque autem suppeditat nobis differentias, quæ quo pacto similem differentiam requirant illius operis quod ad morbum curandum efficitur, inuestigandum superest. Attendebamus in materia primas qualitates & secundas: referuntur primæ ad temperationem, quæ euidenter similem
D operis differentiam postulant, vt paulo ante ostendimus cum loqueremur de differentiis in vniuersum, & proprie de tēperatione. Hæc igitur siue moderata sit, [h] siue immoderata in parte quæ curatur, requirit manifeste similem operis differentiam; moderata enim moderatam, immoderata siue similem, siue recedat à mediocritate vna qualitate duntaxat, vt calore, frigore, humore, aut siccitate, siue duabus, vt calore & humore, calore & siccitate, frigore & humore, frigore & siccitate. Nam quæcunque illa sit, similem postulat in opere efficiendo, neque enim tunc corrigenda est, sed præclare cum homine agitur si seruato naturali statu morbus remoueatur. Ad temperationem partis refertur humor quem ipsa accipit naturaliter ab alijs partibus transmissum, vt genitale ab vniuerso corpore, os, à cerebro: hic aduentitius est parti quam naturaliter influit, atque idcirco exsiccari debet & corrigi contrario. Si vlcus (exempli causa) aut in ore sit, aut in partibus genitalibus, quod alioquin siccãdum est, multo magis siccari debet ob humorem quem aliunde accipiũt: quod si videatur hic non similis, sed contraria operis differentia requiri, redigenda hic quoque erit similitudo ad conuenientiam. Contraria qualitas eatenus similis habebitur, quatenus conueniet, aptabiturque ad humorem superantem siccandum; secundæ qualitates quas in materia animaduertimus, spectant ad substantiam mollem vel duram, raram vel densam, coactam vel vi caloris exsiccantis, & idcir-

h Galen. 5. meth. c. 15.

co absumentis humorem, vel vi frigoris eundem exprimentis. Habet substantia dura & densa vim validam, sed mollis & rara imbecillam. Requirit tam hæc quam illa similem differentiam operis, quod enim adhibetur ad partem duram [a] & densam, validum esse oportet: tale & fertur, & admittitur: quod debilius esset, neque admitteretur, neque aliquid proficeret. At substãtia mollis & rara opus postulat imbecillius, quod sine difficultate admittitur & toleratur, a validiori enim dissolueretur; sed densitas & raritas quam retulimus ad substantiam ac materiam, referri etiam potest ad conformationem & caua, de quibus mox agemus. Modus autem quo substantia coacta est, spectari debet vt adhibeatur similis differentia operis: quædam partes nostri corporis frigore concrescunt, veluti nerui, ad quæ si adhibeantur [b] calida & humida, dissoluentur: nam quæ frigore concrescunt, calore dissoluuntur. Ergo vbi curemus neruos, quamuis affectus quo laborant postulet calida & humida, fugienda sunt quãtum fieri potest, & similia adhibenda vt conseruentur. Neque obstat quod frigus sit inimicum neruis, nam (vt supra docuimus cum temperationem persequeremur) non læduntur æque frigidis, sed frigidioribus. Forma compositionis consistit (vt supra ostensum [c] est) in conformatione figuræ, superficiei, & cauorum: tum in magnitudine, numero, situ. Postulat figura similem differentiam operis: apparet hæc cum opus perficitur medicamentis, quæ eadem figura admouentur cuius est pars affecta, veluti cum superponuntur malagmata ad vẽtriculum in figuram ventriculi, ad lienem in figuram lienis. Sed multo euidentior est differentiæ similitudo in illis operibus ad quæ efficienda vtimur manu, veluti cum extendimus, componimus, alligamus, collocamus membra fracta, aut luxata, eam enim eligimus figuram [d] partis affectæ, quæ maxime sit secũdum naturam, vt flexuosam in partibus flexuosis, veluti in humero ac femore, rectam in partibus rectis, veluti in tibia; collocamus crura extensa, aut paululum reducta: brachium vero ita vt prope efficiat angulum rectum, quemadmodũ præcepit Hippocrates: instrumenta etiam quibus vtitur chirurgus, figuram [e] habere debent idoneam parti ad quam admouentur, veluti cum adhibet καθετῆρα [f] ad vesicam, aut μητρεγχύτην ad vterum, vbi similitudo expressa est, sed latet cum accommodatur qualitas medicamenti ad figuram partis internæ; vbi enim hæc recta sit, crassum & glutinosum eligimus, quod in transitu inhærescat, quemadmodum cum medemur gulæ vlceratæ. Sed similitudo tunc accipitur pro cõuenientia, quod enim conuenit eiusmodi figuræ, dicitur simile. Superficies quarundam partium naturaliter aspera est, quarundam læuis; vtraque desiderat similem differentiam operis a qua conseruetur. Interna ventriculi superficies asperior esse debet ad continenda esculenta & poculenta: quamobrem opus quod alioquin requiritur à morbo ventriculi, tale sit vt naturalem illam asperitatem tueatur. Eadem est ratio vteri à quo retineri semen [g] debet, nam & huius quoque superficiei naturalis asperitas seruanda est, cum opus aliquod efficitur ad vteri curationem. Fauces & palpebræ desiderant læuitatem; si quod adhibeatur opus ad has partes curandas, tale effici debet, vt non exasperet eiusmodi superficiem. Quamobrem si lenire oporteat, ad eiusmodi opus non vtemur oleo, quod vt lenit alias partes, ita fauces & oculos [h] exasperat. Postulat igitur superficiei differentia, similem differentiam in opere. Caua autem partim euidenter, partim implicite indicant similem differentiam operis quod ad curandum efficitur; cum extrahendus est humor redundans in affecta parte, per ea caua educi debet quæ natura fabricata est in illa; purgatur [i] cerebrum per os, nares, oculos, aures, has enim habet tanquam vias patentes. Purgatur [k] pulmo & Thorax per asperam arteriam & guttur; patet enim hæc via vnde datur exitus intus lædentibus; purgatur ventriculus vomitu & deiectione, habet enim tam superne quam inferne ostium. Purgatur iecur per venam portam & deiectionem, propterea per cauã & vrinam; habet enim [l] apertam vtranque viam, sed gibba pars quod superat magis trãsmittit ad venam cauam, sima ad portam. Vterus habet ostium quod genitali respondet muliebri, vnde menstrua effluunt, & educitur quicquid in eo superat. Eadem caua vnde educitur quod superat in affectis partibus, etiam idonea sunt ad accipiẽda medicamenta necessaria ad perficiendum id opus quod postulat morbus ipsarum. Sed in his similitudo differentiæ expressa est; latet autem & pro conuenientia accipitur, quando pars in qua minora aut pauciora caua sunt, validius postulat opus; illa vero imbecillius in qua eadem maiora aut plura sint. Cum substantia rara est iam ostendimus leuioribus [m] opus esse præsidiis, quod & hæc sufficiant, & quæ valida sunt, non tolerentur, cum densa, ueniendum esse ad validiora, quæ necessaria sunt vt admittantur & facile etiam feruntur à substantia densa; habet raritas vim imbecillitatis, sicut densitas roboris; quo fit vt similis differentia appareat in opere, atque in parte ægrotante. Idem accidit etiam maioribus cauis; partes quæ habent caua intus & extra, quemadmodũ venæ & arteriæ quæ sub peritonęo continentur, requirunt leuiora præsidia, veluti cum digerere opus est; quæ non habent caua neque intus neque extra, vt nerui mẽbrorũ, validiora digerentia postulant; quæ habent intus & non extra, vt venę membrorum, media inter valida & imbecilla; per caua enim non secus quam per substantiam raram, præsidiorum vis facile admittitur, ita vt leuiora sufficiãt, q̃ vbi nullũ patet cauũ. Admittunt magna caua, medicamẽta q̃ vim aliquam habent astringendi; non enim nocent propter amplitudinem loci, etiam si detergendũ, extenuãdũ, aut incidẽdũ sit. Vnde adhibetur absinthiũ ad partes quæ habẽt interna caua

ampliora,

a Gal. de arte m. c. 9.
b Galen. 6. meth. c. 2.
c Supra in eod. hoc c.
d Gal. 2. de offic. med. com 18.
e Gal. 3. de [illegible] tex. 2[illegible].
f Galen. 4. meth. c. 7.
g Gal. li. de offic. vuluæ.
h Galen. 2. [illegible] 14.
i Galen. 7. meth. c. 13
k Gal. ibid.
l Gal. ibid.
m Gal. 11. meth. c. 16.

E F G H

A ampliora, vt ad iecur, & ad primas venas, quod alienum est ubi parua sunt caua in partibus internis: claudit enim ipsa quoniam angustiora sunt, neque potest postea detergere. Sed similitudo operis hic pro conuenientia accipietur, etenim per talia instrumenta fieri debet opus qualia conueniunt: cauis angustioribus tenuiora præsidia conueniunt, veluti foraminibus cutis & raritati substantiæ: quanto autem magis densa pars est, tanto debet opus per tenuiora præsidia perfici, ita vt densitas non tantum requirat validiora præsidia, sed etiam tenuiora quam raritas.

Diximus de conformatione, accedamus ad magnitudinem: pars prout magna vel parua est, magnum vel paruum postulat opus, & idcirco simile: quod adeo euidens est, vt ne vulgares quidem atque imperitos lateat, qui si fouere, alligare, aut aliquo modo curare digitum tentent, paruum opus molientur: si femur magnum. Eadem ratio est numeri, opus enim quod requiritur à morbo, simile efficiendum est: si vna tantum pars effecta sit, simplex tantum opus efficiendum est: si duæ, duplex, veluti cum aut vterque aut alteruter oculus fouendus est, sed hic quoque similitudo clarior est quam vt explicari debeat. Situs quo pacto similem differentiam postulet operis efficiendi, supra monstrauimus, cum [a] de differentijs in vniuersum agentes, eas [a Supr. lib. 13. c. 2.] persequeremur quæ sumuntur à loco: nunc autem & eadem paucis repetemus, & adijciemus

B siquid adhuc dicendum superest. Pertinent ad locum affectum duo genera operum, vnum eorum quæ proprie efficiuntur in parte affecta, τοπικὰ Græce nominantur: alterum eorum quæ gratia eiusdem dantur ad alias partes. In his quæ proprie dantur ad affectum locum, attenditur sedes affectę partis, & absolute, & ex comparatione: postulat absolute sedes superior, inferior, anterior, posterior, dextra, sinistra, interior, exterior, non solum similem differentiam, sed etiam eandem: ibi enim [b] adhibendum est opus vbi collocata est pars ægrotans. Quod non solum valet in externis, sed etiam in internis: vnde ad fauces vtimur gargarismo, ad superiora intestina conferunt epota præsidia, ad inferiora, per clysterem ab inferiori parte in aluum iniecta: [b Gal. 2. ad Glauc. c. 2.] siquando autem (vt internas partes curemus) externis vtimur auxilijs, quod non raro contingit, ea impertiunt vim suam etiam affectæ parti, vt cum fouemus dextrum præcordium laborante iecinore, sinistrum laborante liene. Sed siquando laborantibus externis adhibemus interna præsidia, id fit vt defendantur externæ, non vt curentur, veluti cum purgatur corpus: neque enim purgatio ponitur in topicis præsidijs quæ nunc tractamus. Ex comparatione attendimus in loco affecto an possit attingi præsidijs, & vbi non possit, quantum distet ab eo locus ille vbi proxime superdari queunt: si remedia affectæ sedi superimponi possint, vis eorum tanta esse debet quanta satisfaciat morbo qui tollendus est: sed si nequeunt illa affectam sedem

C attingere, vbi hæc plurimum distet, validiora adhibenda sunt, cum longo [c] itinere frangatur ac remittatur eorum vis, quam necesse est morbo æqualem retineant, cum proprie ad sedem affectā peruenerunt. Hæc vbi vicina sit loco cui dantur remedia, aut æque valida, aut paulo validiora præsidia requirit quam postulet morbus, cum parum aut nihil remittatur eorum uis ob [c Gal. de arte med. 95. & Gal. 4. meth. c. 7.] itineris breuitatem: id quod pertinet tam ad partes externas, quā ad internas. Si ad renes qui multa carne superiecta teguntur, digerentia præsidia superdentur, adeo remittetur ob distantiam, vt nisi longe efficaciora sint quam morbus postulet, nihil fere sint suæ facultatis retentura cum ad renes penetrauerint. Si curetur ventriculus internis præsidijs, cum statim deglutita integra adhuc ad ipsum descendant, non debent sumi validiora quam vt respondeant magnitudini morbi. Contra si curetur [d] pulmo, cum nequeant quę intus dantur ad ipsum penetrare, nisi postquam lōgum iter fecerint, & plurimum mutata atque affecta fuerint, necesse est & multo validiora sumantur, & mista cum his à quibus ad ipsum perducantur, veluti cum mulsa, quæ internis præsidijs ad curandum [e] pulmonem miscetur: non secus quam quæ vrinam euocant, cum his quæ ad renes curandos. [d Gal. 2. ad Glauc. c. 2. & 4. libro meth. c. 7.] [e Galen. 4. meth. c. 7.] Implicita est hic differentiæ similitudo in opere ac morbo, quam explicabis si dicas opus idoneum morbo tollendo adhibendum esse ad locum affectum, ad quē vbi plurimum distet, non potest [f] penetrare nisi validius eligatur, adeo vt eligere ipsum tale, non aliud sit quam proprie superdare ad locum affectum. [f Galen. 4. meth. c. 7.] Quo fit vt non solum

D similis sit, sed eadem quoque differentia ac sedes operis & morbi. Sed pergamus ad ea præsidia quæ dantur ad alias partes, vt auertatur ac deriuetur humor ab affecta. Indicat hæc contrariam ad quam auertendum sit, vel vicinam ad quam deriuandum, & hoc pacto similem, hoc est idoneam ad quam vel auertatur humor qui confluere ad affectam, vel deriuetur qui nuper ad ipsam influxit. Restat vnitas, quā communem esse diximus partium simplicium & multiformium: hæc eatenus similitudinem operis postulat, quatenus seruari debet: vnde si exhauriendus est humor ab aliquo loco, præstat seruata vnitate, id opus efficere per medicamenta, quam per chirurgiam ac sectionem: neque enim ad hanc veniendū est nisi summa necessitas vrgeat. Sed satis iam ostendimus quid indicent scoporum differentiæ: nunc proximum est vt indicatas operum differentias in vnum colligamus.

De differentiis operum efficiendorum. *Cap. IV.* E



NDicatorum operum differentias, non difficile esset numerare, atque vnum sub aspectum ponere, si totidem essent quot indicantium scoporum, quas persecuti sumus, ita vt vnicuique scopi differentiæ, opponeretur propria differentia operis illi soli respondens: sed quia eadem operis differentia sæpe respondet pluribus scoporum, sicut iteratio, quæ est partitio operis, & partitioni scopi aptatur, & magnitudini illi quæ ad vires imbecillas refertur. Videndum est quot tandem, & quæ sint illæ quæ in operibus animaduertuntur. In his siquidem consistit rectus vsus ipsorum, neque enim quouis modo efficiantur opera, idonea sunt, sed certas postulant animaduersiones, quarum obseruatione differre voluit Hippocrates [a] peritos medicos ab imperitis: nam alioquin idem præsidij genus, (teste Herophilo) [b] & optimum est, & perniciosum, prout nanciscitur bene vel male vtentem: neque enim consistit artificium in inueniendo opere ad curandum necessario, cum & hoc notum [c] sit vulgaribus: intelligunt hi vlcus cauum implendum, esse ignorant tamen rationem huius operis efficiendi, & in errorem incidunt, cum non animaduertant quæ necessaria sunt. Variæ autem ponuntur animaduersiones operum, non solum à varijs auctoribus, sed ab ijsdem alio, [d] atque alio loco, & modo plures, modo pauciores: quotquot autem ab illis enumerantur, spectant ad qualitatem, quantiratem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem. Non tamen omnes obseruari debent in quouis opere, cum aliquæ interdum cessent, nam vbi simplex opus opus efficiendum sit, non inspicitur ordo, & quid prius ac posterius effici debeat; nihil ad rem pertinet numerus vbi simplex est scopus, & vnum duntaxat opus postulat: vbi alere hominem conueniat, non attenditur locus vnde ingerenda sint esculenta & poculenra, cum ore duntaxat sumantur. Quamobrem non mirum est si veteres auctores non easdem vbique animaduersiones commemorant. Nos autem illas omnes perpendemus, quas proxime recensuimus, ostendemusque vnde sumantur; nam sub his cunctæ comprehẽduntur. Ergo quemadmodum opus indicatur à scopo, ad quem medicus in curando mentem intẽdit, ita differentia operis, à simili differentia scopi illius qui requirit opus, siue similitudo expressa sit, siue implicita: præterea, sicuti non satis est si indicetur opus, sed debet etiam tolerari cum medici partes sint [e] prodesse, & non obesse, ita non satis est si differentia operis requiratur à simili differentia scopi, sed debet etiam tolerari à natura nostra. Quibus ita in vniuersum constitutis de differentiis operum, accedamus ad vnamquanque seorsum tractãdam, exorsi a qualitate. Postulatur qualitas operis a simili qualitate scopi. Illud tamen ignorare non oportet, quod qualitas operis magis speciem [f] significat, quam affectionem quandam speciei: id quod clarissime intelliges, si qualitatem consideres operis cuiuscunque, siue ad causam, siue ad morbum, siue ad symptoma remouendum pertineat. Hippocrates, [g] cum de purgatione quæ ad causas spectat, locutus scribit (si qualia oportet purgare purgentur, confert & facile fertur) intelligit speciem purgationis debere respondere speciei humoris peccantis: nam vt purgatio est genus quoddam, ita purgatio bilis, humoris melancholici, pituitæ, aut seri, species purgationis est. Accipitur ergo qualitas pro specie. Id quod euenit etiam operibus quæ ad morbos curandos adhibentur: cum tollitur nimium superans calor, frigus, humor, aut siccitas, qualitas operis debet respondere qualitati morbi, hoc est speciei. Temperatur enim nimius calor refrigerando: refrigerare autem est non qualitatem, sed speciem operis efficere. Deprauata etiam figura cum corrigitur, qualitas operis respondere debet qualitati deprauationis, vbi similiter pro specie qualitatem accipimus. Si symptoma leniendum sit, qualitas operis pro specie similiter accipitur, respondens qualitati symptomatis, veluti cum obsistendum est dolori, qui pungentis, pulsantis, tendentis, aut onerantis speciem repræsentet. In omnibus igitur qualitas operis pro specie accipitur, debet autem conuenire scopo requirẽti, & proprie speciei scopi, quemadmodum supra monstrauimus, cum morborum species persecuti sumus. Sed debet etiam ferri à viribus, vbi tamen fertur genus, fertur etiam species: si toleratur purgatio in vniuersum, toleratur propria species purgationis respondens humori. Quod clarissime docuit Hippocrates, [h] cum scripsit (si qualia oportet purgare purgẽtur, cõfert & bene fertur: habes de qualitate, cognosce) de quantitate.

a Hipp. & Gal. 1. acu. 12.
b Gal. 6. ca ratop. c. de vua.
c Galen. 3. met. 1. & 2.
d Gal. de arte me. c. 85 & de venæ sect. c. 4. & 5. 6. epi. cõ. 1. & 4. li. de tu. val. c. 4. et 13. meth. c. 10. & 11.
e Hippo. 2. 1. epid. 50.
f Hippo. & Gal. 1. aph. 1. & 25.
g Hipp. locis dictis.
h Hippo. 1. aphor. 2. et 25.

F G H

Quantitas non significat speciem, sed proprie differenriam operis efficiendi, quod conuenire debet quantitati scopi requirentis, nam si minus sit, non sufficiet, si maius, compellet hominem in contrarium affectum, sequeturque mali commuratio, non depulsio. Natura enim atque ars (auctore Aristotele) [i] moderationem desiderat. Dicetur opus moderatum illud cuius quantitas respondebit quantitati operis requirentis. Hãc moderationem inuenire difficillimum est, neque enim verbis exprimi potest; aut calamo describi: [k] quamobrem medicinam maxime reddit coniecturalem. Refertur quantitas, vel ad gradum, vel ad mensuram operis efficiendi. Debet idem gradus seruari in opere, qui deprehenditur in scopo: leuioribus morbis, leuiora aprantur præsidia, [l] extremis, extrema: falsumque illud est quod nõnulli credunt, tentanda semper esse prius leuiora, nam cum graue periculum impendet, quemadmodum in sputo sanguinis, nisi statim magnum præsidium adhibeas, veluti venæ sectionem, actum est, periit homo.

i Aristo. 2. ethic. c. 6.
k Gale. de venæ sect. c. 12.
l Hippo. 1. aph. 6.

A homo. Tantum ubi nondum constet qualis sit morbus, teutare primo leuiora oportet. Hippo-
crates [a] ad dolorem lateris, antequam sanguinis missione aut purgatione vteretur, primo a Hippo. 2.
tentauit fomenta, & ex his primo quæ leniora essent: vbi morbus cognitus est, idem debet esse acut. prope
gradus operis ac morbi, & quanto hic à mediocritate recedit, tantum debet ab eadem recede initium.
re contrarium opus quod adhibetur. Sed forsitan quispiam dixerit ab æquali vi effectricis (vt
à physicis demonstratum est) non fieri effectionem, ita vt debeat opus quod ad sanandum effi-
citur, validius esse morbo, vt ipsum auferat. Quod Aretæus [b] monuit, cum scripsit oportere ma b Vt refert
iorem esse vim remedij, quam morbi. Idem videtur voluisse Hippocrates, [c] cum deprauata mẽ Paul. lib. 4.
bra dirigens, vltra mediocritatem & naturalem figuram ipsa adducit in contrariam illi qui cu- c. 1.
ratur, ita vt videatur maior debere esse gradus operis quam morbi. Huic respõdebimus medici c Hip. 2. de
consilium cum vtitur opere æquali gradu contrario, non esse effectionem contrariam facere il- artic. a prin
li quam curat, nam neque hoc succederet, cum ab æquali gradu non proficiscatur effectio, ne- cipio.
que si succederet, expediret: sic enim ex vno morbo in alterum cõtrarium compelleretur ęgro-
tans: sed tantum eo spectare vt affectio quæ præter naturam curatur, [d] redigatur ad modera- d Galen. de
tionem. Fit autem medicus voti compos, cum vtitur opere contrario ęqualis gradus; nã si par- consti. artis
tem refrigeratam eatenus calefaciamus, quatenus refrigerata est, ad mediocritatem perduce c. 12.
mus. Fatemur tamen in illis morbis in quibus non moderari quod immoderatum est, sed tolle
B re quod prorsus contra naturam est oportet, vtendum esse validiori opere quam sit morbus: at
que hoc est quod monuit Aretæus, [e] cum morbum illum quem Elefantem appellat, tanquam e Vt refert
omnino contra naturam extirpare volens, docuit maiorem debere esse vim remedij, quã mor- Paul. lib 4.
bi. Hippocrates [f] vero, cum peruersam figuram in contrariam vltra medium adducit, ad me- c. 1.
diocritatem, & æqualem gradum spectat: timens enim ne membrum quod peruerti in vnã par f Hip. loco
tem diutius consueuit, si ad medium duntaxat perducatur, rursus nonnihil redeat in priorem citato.
deprauationem, in contrariam vltra medium ipsum adducit, vt cum reuertitur postea versus
deprauationem consuetam, consistat in medio. Quod si quantitas non ad gradum, sed ad men-
suram referatur, siue spacium, siue pondus æstimetur, debet eadem esse quantitas operis atque
scopi. Cum necesse est magnum spacium calefacere, refrigerare, madefacere, exsiccare, deter-
gere, digerere, aut alio quouis opere contrario curare, magnum esse hoc debet, ita vt respon-
deat spacio quod occupatur à morbo. Eadem ratio est parui, quantũcunque enim sit spacium
curandum, debet tantundem illi operis respondere. Id quod obseruandum est etiam in ponde
re, nam cum requiritur sanguinis missio, exempli causa, debet copia [g] missionis conuenire co- g Galen. de
C piæ redundanti. Verum non satis est si requiratur similis quantitas, quandoquidem debet etiã venæ sect.
tolerari, veluti cum mittitur sanguis, non debet etiamsi redundet, plus mitti quam vires ferãt. c. 13.
Hactenus de quantitate, quatenus ad magnitudinem, & paruitatem refertur.

Sed sub quantitate comprehenditur etiam multitudo & paucitas, & idcirco numerus, ad
quem spectant: hunc similiter in opere inspicere oportet; sumitur autem à simili differẽtia sco-
pi requirẽtis. Opus vnum ac simplex, vni ac simplici scopo [h] aptatur, multiplex, multiplici: tot h Galen. 9.
autem opera effici debent, quot sunt scopi à quibus indicantur, modo sine vlla repugnantia to meth. c. 12.
lerentur: interdum tamen vnum atq; idem opus accommodatur pluribus scopis, quãquam per
se vni tantum, reliquis per aliud, veluti sanguinis missio, quæ per se superantem sanguinis co-
piam extrahit, sed remouẽdo pabulum caloris, refrigerat, [i] & febrem aufert: per se igitur vnũ i Galen. 10.
opus requiritur ab vno scopo, multa à multis. meth c. 10.

Tempus operis efficiendi, occasionem significat; est autem occasio pars temporis habens in & 9. meth.
se alicuius rei faciendæ vel non faciendæ opportunitatem. Eo autem tempore efficiendum est c. 4. & 5.
opus quo requiritur & toleratur, ita vt occasio eadem [k] sit operis requisiti, quæ scopi requirẽ
tis, ac tolerantis. Spectari dixit occasionem Aristoteles [l] potissimum ab artibus coniecturalib. k Galen. 1.
veluti à medicina, q̃ est ars valetudinis, à gubernatione quæ est ars nauigationis. Monet Hip- aph. com. 1.
D pocrates [m] occasionem præcipitem esse, ita vt maxime cauendum sit ne prætereat: præterit ce l Aristot. 2.
leriter in morbo celeri, tarde in tardo. Quamobrem præcipit idem Hippocrates [n] vt in morbis ethic. c. 2.
valde acutis, vbi expedit, demus eodem die purgans medicamentũ. Ergo vt supra à celeri mor m Hippo 1
bo tradidimus indicari opus celeriter adhibitum, ita celere opus dicimus nunc requiri a cele- aph. 1.
ri morbo. Celeriter enim transit occasio operis adhibendi, quæ diutius manet, vbi morbus sit n Hippo. 4.
diuturnus, ac tardi motus. Locus vbi opus efficitur, respondet loco qui occupatur à morbo, nã aph. 10.
si vniuersum corpus implicetur, quemadmodum à febre, opus pertinere ad vniuersum debet,
sed si vna pars duntaxat, opus non amplius ad totum dirigi debet, sed ad partem, siue ad ean-
dem, veluti cum immoderationem temperationis corrigimus, siue ad aliam, ut ad uicinam cum
deriuamus, ad contrariam cum auertimus, ita ut tandem differẽtia loci ubi opus efficitur, indi-
cetur à differentia loci ubi est morbus, cui semper conuenire debet, nisi sit quod repugnet.

Modus quo efficiendum est opus, sumitur à modo scopi, vt puta morbi: supra autem qua de
differentijs morborum in uniuersum, obseruauimus modum quo morbi forma est in subiecto,
& modum quo mouetur, atq; ab utroq; complures sumpsimus differentias, à quibus indicatur
similis modus operis quem nũc tractamus. A modo formæ in subiecto, diximus suppeditari no-
bis differẽtias morbi stabilis uel instabilis, æqualis uel inæqualis, per se uel per aliud, per essen-
tiam

tiam vel per consensum, à quibus indicantur similes operum differentiæ. Stabile enim opus E
conuenit morbo stabili, vt hecticæ febri, instabile instabili, vt ephemeræ: quanquam potest stabilitas & instabilitas operis ad diuturnitatem & breuitatem, & idcirco ad tempus referri. Sed intelligimus nunc stabile, quatenus confirmatum est, instabile, quatenus nondum confirmatũ. Æquale opus indicatur à morbo æquali, inæquale ab inæquali. Spectatur æqualitas & in æqualitas potissimum in temperatione immoderata. Opus per se, requiritur à morbo per se, sicut opus per aliud à morbo per aliud. Temperatio immoderata per se morbus est partium simplicium, per has vero multiformium: opus autem contrarium quod ad eam corrigẽdam efficitur, per se conuenit morbo partium simplicium, & per hunc illi quo implicãtur multiformes. Opus per essentiam, requiritur à morbo per essentiam, opus per consensum, à morbo per cõsensum: idem enim opus quod datur ad partem laborantem per essentiam, sanat illam quę laborat per consensum: si laborat caput, quod afficiatur ab vtero, opus quo ad curandum vtimur, per essentiam conuenit vtero, capiti vero per consensum. A modo motus, eas duximus morbi differentias, quod vel synochus est, vel habet circuitus, siue ordinatos, vt quotidianos, tertianos, quartanos: siue inordinatos. Præterea quod continuus est vel intermittens, constans vel inconstãs. Eædem animaduersiones spectantur in opere efficiendo, nam hoc aut synochum est, aut habet F
circuitus. Quod synochum est, totum simul fit, quod habet circuitus, diuiditur, atq; iteratur. Sumitur opus synochum, à morbo synocho, in synocha enim febre quę materiam totam simul habet, constatque ex tota sua materia, sanguinem subito mittimus, ᵃ & vsque ad animæ defectionem, vt quemadmodum morbus totus simul est, opus quod fit, veluti sanguinis missio, totum simul fiat, quia non tantum vtimur sanguinis missione in synocha febre, sed etiam refrigeramus corpus nimis calefactum: eiusmodi autẽ opus vel æqualiter fit toto tempore, vel semper augetur, vel semper remittitur, prout ipsa ᵇ febris synocha, aut æqualis manet, aut semper crescit, aut semper minuitur dum eesset. Iteratur opus, & non totum simul, sed partitum adhibetur, cum scopus similis est: ac ne longius abeas, cum auertitur humor aliquam partem influens, non fit auersio tota simul, sed iteratur, quod & transmissio non tota simul fiat, sed partita: neq; enim assidue pars validior ad imbecillam noxium humorem transmittit, sed tũc cum cogitur ᶜ oppressa à multitudine, aut irritata à qualitate. Sumitur igitur partitio operis à partitione scopi, interdum tamen euenit vt opus diuidendum atq; iterandum sit, quia non potest ferri à viribus totum simul, quamuis totum simul requiratur à scopo: sed si non respondet tunc similitudo differentiæ, id euenit, quia non toleratur opus quod per circuitus efficitur, vel ordinatũ fit, siue quotidianum, siue tertianum, siue quartanũ: vel inordinatum, prout & scopi circuitus, vel ordinatus est, vt quotidianus, tertianus, quartanus, vel inordinatus. Efficitur deniq; opus conti- G
nuum vel intermittens, constans vel inconstans, prout circuitus continuus est, intermittens, cõstans, vel inconstans. Modus igitur operis indicatur à simili differentia in modo morbi, sine eius modi modus attẽdatur in forma morbi in subiecto, siue in motu ipsius, simile enim vbiq; debet effici opus, si admittatur, ac toleretur. Ordo superest ex animaduersionibus quas attendi diximus in opere efficiendo: spectatur autem tantum vbi plura opera requirantur, tunc siquidem inspicimus quod prius, quod posterius effici debeat. Idem autem ordo seruandus est in operib. efficiendis, qui deprehenditur in scopis requirentibus illa opera, prout enim illi primas vel secundas partes occupãt, ita & opera q̃ ipsis respondẽt, nisi quid repugnet. Sed vbi vel cõtraria, vel diuersa opera, aut operum differentiæ indicentur, quid agendum sit, tempus est explicare.

ᵃ Galen. 9. meth. 4. & c. 5.

ᵇ Gal. 2. de diff. feb. c. 1.

ᶜ Gal. 2. de diff. feb. ca. vlt.

De consensu ac repugnantia operum, & differentiarum quæ indicantur. Cap. V.



SI ad vnum duntaxat scopum in curatione spectandum esset, non veheretur medici mens, dubitans, circumspectans, pensitans, tanquam ratis in mari immenso: sed eo vno inspecto, statim opus quod efficiendum esset intelligeret. Verum quia non solũ plures scopi, sed multæ etiam eorundem differentiæ simul concurrunt, distrahitur H
medici animus in deliberando, afferturque ipsi anceps cura cogitãdi: opera autem quæ indicantur, raro eadem sunt, sed sæpe diuersa, multo sæpius contraria. Optabile esset vt eadem semper requirerentur à pluribus scopis, præclare enim tunc ageretur, & cum medico, & cum ęgrotante, nam hic multo facilius curaretur, ille rationem curandi expedite inuestigaret, audacterque aggrederetur ad illud opus quod ab omnibus scopis sine vlla repugnantia indicaretur, συνενδεικνύμενον ᵈ Græci vocant. At vbi nõ vnum & idem opus, sed plura à pluribus scopis indicantur, illa aut diuersa sunt tantum, aut etiam contraria. Fac primum esse diuersa, si possunt simul omnia fieri, simul efficienda sunt, veluti cum simul repellimus & auertimus quod partem aliquam influit: sed si nequeant simul fieri, vt succorum extenuatio & purgatio, vnum prius, alterum posterius efficiendum est, ita vt certus ordo seruandus sit. Respondere autem debet ordo operũ (quemadmodum supra monstrauimus ᵉ) ordini scoporum indicãtium inter se. Antecedit inter hos ille qui magis vrget, veluti virium imbecillitas, aut symptoma quod ipsas conuellat, aut grauitas morbi: ubi non sit quod magis vrgeat, præferendus ille scopus est a quo indica-

ᵈ Galen. 9. meth. c. 5.

ᵉ In capite antecedẽti.

A indicatum opus censetur causa futurorum, veluti cum aufertur inflammatio partis vulneratæ:
eiusmodi enim opus est causa cur reliqua quæ necessaria sunt efficiantur, nam & sic caro incre-
scit siqua deest, & glutinatur vulnus, vbi ea pars ab inflammatione [a] liberetur, ad cuius natu- a Gal ibid
ram ista opera feseruntur. Vbi non sit aut quod vrgeat, aut quod debeat esse causa futurorum
anteponitur ille scopus à quo indicatum opus causa est sine qua non possunt cætera confici, ve- b Galen 9. met. c. 5.
luti cum in vlcere [b] cauo sordes est: hanc enim detergere prius oportet, nam nisi detergatur,
non increscet caro non sanabitur vlcus. Siquis autem velit causam futurorum, & causam sine
qua non potest opus nosci, concurrete in vnum, non repugnabimus: nam remotio sordis eodē
modo quo detractio inflammationis, potest dici & causa futurorum, & sine qua non. Hunc igi-
tur ordinem seruare oportet cum diuersa opera requiruntur. Sed vbi contraria sunt quæ indi-
cantur, Græci dicunt ἀντενδεικνύμενα, [c] difficile est remedium inuenire ita aptum vt nulla ex par- c Hipp. 2. 1. epid. 50.
te alienum sit. Distrahitur autem tunc medici animus in deliberando, quem nunc ad se rapit
vnus scopus, nunc alter ad se reuocare videtur: tunc autem ex malis non solum eligere minima
oportet, sed etiam excerpere ex his ipsis siquid insit boni. Neque tam elaborandū est vt prosit
quod efficitur opus, quam vt non magis obsit: non quin enitendum sit in vtrunque, sed multo
B turpius est medico nocuisse videri, quam non profuisse: vbi plus reperias mali quam boni, id to-
tum opus abdicabis atque eijcies. Quis autem est iste cui exploratum id semper esse possit:
quisve eum delectum teneat, vt vbi cogitur, minus malum suscipiat causa maioris euitandi?
Quamobrem necesse est medicus non solum natura prudens [d] sit, sed etiam exercitatus: cape- d Galen. 8. meth. c. 9.
re enim consuetudinem exercitationemque debet, vt bonus ratiocinator esse possit, & adden-
do, deducendoque videre quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique conueniat intelli-
gat. Æstimabit igitur medicus vim totum operum quæ videbit inter se repugnare: vbi autem
exequentur, & paria reddantur, paria quoque censebit, & diuisa momenta, spectabitque æqua-
liter ad omnia. Sed vbi disparia sint, si multum maiore ex parte vnum præponderet, tantumq;
excellat, vt reliqua perexigua & minuta videantur, hæc contemnet, despiciet, pro nihilo puta-
bit, in illo totum se collocabit, ad ipsumque referet suum omnem conatum: verum vbi dispar
quidem sit operum vis, [e] non tamen adeo vt alia ab alijs longo interuallo superentur, offenda-
turque quasi lucerna lumine solis, dabit medicus vnicuique pro rata parte, quod eueniet vbi e Gal. ibid.
efficiet opera, vel permixte, quemadmodum cum miscentur repellentia digerentibus ad cre-
scentem inflammationem, vel vicissim, vt cum principio inflammationis repellentia dantur ad
prohibendum fluxum, & lenientia ad dolorem. Hæc relaxant, illa astringunt, atque idcirco in-
ter se pugnant. Sed vicissim nunc his, nunc illis vtimur. Iam uero quorum operum vis maior exi-
C stimanda sit, perpendere tempus est: colligitur autem ex scopis à quibus indicātur, maioris. n.
ponderis sunt opera illa quæ à præstantioribus scopis indicantur; præstantia scoporum æsti-
matur numero, magnitudine, dignitate: plures præstāt paucioribus, maiores minoribus, digno-
res minus dignis. Prefertur dignitas magnitudini & numero, sed in magnitudine & numero spe-
ctatur vtrius sit maior vis. Interdum anteponitur magnitudini numerus (quanquam plerun-
que magnitudo numero,) Interdum partita & diuisa habent momenta: eadem autem ratione
vtitur Hippocrates [f] in prædicendo futurum euentum, inspicit enim signorum numerum, ma- f Hippo. 3. progn. in fin.
gnitudinem, dignitatem, præfertque dignitatem & magnitudinem numero. Dignissimę autem
in curando inter omnes scopos censentur vires, vtpote quibus [g] uita contineatur. Magnitudi-
nem maxime attendimus in rebus præternaturam, ut in morbis, causis, symptomatibus, quorū g Galen. 9. meth. c. 10.
essentiam æstimamus. Huic tamen uires anteponimus, quæ ubi imbecillæ sint, si ab operibus ad
curandum requisitis debilitentur, ex toto conuelluntur, & una cum uita deficiunt. Spectatur
numerus repugnantium scoporum, siue secundum naturam sint, siue contra naturam: præferū-
turque plures paucioribus, [h] ut ante dictum est. Cauere autem oportet ne decipiamur, æsti-
mantes scopos naturales, & contra naturam inter se cōspirare ad idem opus cum similes sunt, h Galen. 8. meth. c. 9.
repugnare, cum contrarij. Nam res longe aliter habet, siquidem conspirant cum inter se con-
D trarij sunt, repugnant cum similes. Id quod luce clarius erit si statuas ea quæ secundum natu-
ram sint conseruanda esse similibus, quæ contra naturam auferenda contrarijs. Fac naturalem
temperationem & morbum esse contrarios, finge hominem frigidum febricitare, postulat fe-
bris ut refrigeremus, idem desiderat frigida temperatio, quæ similibus conseruanda est, ita ut
ad unum atque idem opus ambo conspirent. Sed si similes sint naturalis temperatio & mor-
bus, ueluti febris in homine calido, cum hæc curari debeat frigidis, homo calidus postulet cali-
da quæ similia sunt, refrigerare & calefacere oportebit, & ita contraria opera indicabūtur ubi
scopi naturales & contra naturam sunt inter se similes. Audacter autem magis efficiemus illud
opus quod à pluribus scopis cernemus indicari, sed timide magis ubi sit quod repugnet. Eadē
ratio est differentiarum, quas in operibus animaduertimus, ut qualitatis, quantitatis, numeri,
loci, temporis, modi, ordinis: nam aut eædem requiruntur, aut diuersæ, si eædem, libere adhibe-
ri possunt, cum nihil sit quod obstet: si diuersæ tantum & non contrariæ, possunt omnes simul
adhiberi: sed si contrariæ, ubi exæquetur earū uis, æqualiter omnes adhibendæ sunt, ubi dispar
sit, tribuemus cuique quantum conuenit, quemadmodum in operibus quoque dictum est.

VIDI

E

VIDI VIDII

DE CVRATIONE GENERATIM.

Partis Primę Liber Decimus Quartus:

Qui est de Instrumentis Medicinæ.

Quot & quibus instrumentis vtatur medicus. Cap. I. F

a Supra li. 12. c. 2.
b Arist. lib. 1. polit. c. 3.
c Plato in Timæo.
d Ari. 5. diuin. tex. 2.
e Arist. 5. polit. c. 3.
f Vidus lib. 2. inst. med. c. 8.
g Arist. 7. lib. diuin. text. 23. & Galen. 11. meth. c. 10.
h Ga. 1. acu. com. 6. & de par. ar. med. c. 1. & & Corn. Cels. lib. 1. in procem.
i Cor. Cels. lib. 1. in proęmio.
k Plato in lib. 3. de Repub.
l Hippo. 1. acut. 16.
m Galę. in com.
n Gale. de tu. valet. ad Thrasyb c. 34.



Ratio curandi (vt ante ostensum [a] fuit) continetur operibus atq; instrumentis. Opera vna cum suis differentijs explicata iam sunt, sequuntur nunc instrumenta per quæ illa perficiūtur: necessaria sunt hæc medicinæ vt [b] cæteris artibus, quæuis enim ars facultas est, omnis autem facultas siue à natura, siue ab arte proficiscatur, ad opera efficienda vtitur instrumentis, nam sicut facultates nostri corporis nequeunt suis muneribus fungi nisi habeant instrumēta, ita etiam artes. Medicus ergo siue secundam valetudinem tueatur, siue depellat aduersam, illa vbique adhibet. Ponuntur à Platone [c] instrumenta genus certum causæ separatum ab alijs, sed ab Aristotele [d] referuntur ad causas efficientes, non quo proprie efficiant, sed quo vim conferant ad efficiendum: priores autem & digniores sunt causæ propriæ efficientes, quam quæ sunt efficiendi sociæ: vbi vero plures concurrant causæ effectrices, prima proprie habet vim efficiendi, cæteræ vero sunt loco instrumentorum, atque vt prima vtitur secunda tanquam instrumento, ita secunda vim habet effectricis, si conferatur ad tertiam, eaque vtitur vt instrumento, sicq; deinceps, priores habent vim efficiendi, posteriores instrumenti locum tenent. Vnaquæq; autē ars certis [e] vtitur instrumentis, quæ sunt veluti ministri inanimes, sicuti contra, ministri sunt veluti instrumenta animata, qui necessarij non essent si instrumenta per se mouerentur, quemadmodū illa Vulcani, quæ à Poetis finguntur; sed de ministris fuse disputatū est à nobis in institutionibus [f] medicinę: instrumenta in opere proprio tractabuntur vberrime. Nūc eatenus explicabuntur, quatenus ad rem propositam pertinent. Inueniuntur hæc post opera quorum gratia facta sunt. Cum artifices consilium capiunt, postremum quod inueniunt, instrumenta sunt, sed cū deinde exequuntur quod deliberarunt, initium sumūt ab ipsis. Hoc Aristoteles [g] declarare volens, medici exemplum protulit, qui cum ad hominem febricitantem curandum adhibetur, cognoscens morbum quo laborat calidum esse; cognoscit opus quod necessarium est, intelligit enim refrigerandum esse, deinde inquirens medicamenta quæ refrigerandi vim habent, lactucam comperit, à qua tandem curationem exorditur. Plurima sunt instrumēta quibus vtitur medicus, omnia tamen tribus [h] generibus subijciuntur, rationi victus, medicamētis, & chirurgię: quodcunque enim opus moliatur, eget aut ratione victus, aut medicamentis, aut opera manus, quæ chirurgia dicitur. Quanquam Gymnastę quartum genus adiecerunt, exercitationem videlicet, cuius artem profitebantur, eaq; defendi secundam valetudinem volebant. Sed refertur exercitatio ad motum, qui sub ratione victus continetur, Gymnastes autem qui exercitationi præest, ex medici ministris est, perinde ac Pharmacopola, & Coquus: eo modo enim exercet corpus hominis sani, quo medicus iubet, ad quem spectat conseruatio sanitatis. Quotquot igi- H tur instrumenta adhibentur à medico, siue ad curandum, siue ad conseruandum corpus humanum, sub triplici genere comprehenduntur; sub victus ratione, sub medicamentis, sub chirurgia. Inter hæc antiquissima est [i] chirurgia, qua Troicis temporibus Podalyrius & Machaon filij Asclepiadis medebantur: sed in vsu erant apud antiquos etiam medicamenta, nam & horū quoque meminit Homerus. Postrema exculta est ratio victus, siquidē veteres Asclepiadæ (vt [k] testatur Plato) nulla facta mentione rationis victus, chirurgia tantum & medicamentis vtebātur. Reprehenduntur Gnidij medici ab Hippocrate, [l] quod medicamentis cōtenti prætermitterent rationem victus, cuius ipse [m] videtur primus auctor fuisse. Sed excusare veteres conuenit, nulla enim ars simul inuēta & perfecta est, cōstatq; veteres auctores fuisse rudes: refert Aristoteles veteres pictores adeo imperitos fuisse, vt cogerentur subscribere nomina imaginibus rerum quas volebant repræsentare. Medicina igitur vt cæteræ artes, tempore longe perfectior euasit, ita vt inuenerit tertiū hoc instrumentū, rationē victus, quod & vsitatū [n] est tempore sanitatis, & longe facilius fertur quā reliqua duo. Quamobrē ad illud opus quod ꝑ hoc perfici potest,

A test,non est quod adhibeamus medicamenta,aut chirurgiam: ad id etiam cui satisfaciunt medicamenta,non est vtendum chirutgia,ad quam veniendum est,cum neque victus,neque medicamenta [a] satis præstate possunt opus quod requiritur. Tunc igitur ad vstionem, ad sectionem,ad chirurgiam veniendum est,cum reliqua duo non sufficiunt, & quemadmodum scribit Poeta [b] ille: a Hippo. 1. aph.vlt. b Ouid. 1. li.transmutationum.

» *Cuncta prius tentanda,sed immedicabile vulnus*
» *Ense recidendum est,ne pars syncera trahatur.*

Agemus autem nunc de vnoquoque horum trium instrumentorum separatim,sumpto initio à ratione victus.

De ratione victus. *Cap. II.*

ID igitur quod Latini rationem victus,Græci διαίταν appellant:hoc vocabulum significat etiam apud Aristotelem [c] concilium Iudicum, sicut & nunc apud Germanos concilium Principum: sed Hippocrates [d] accipit διαίταν pro ratione victus, quam
B diximus esse vnum ex tribus instrumentis medicinæ,postremo inuentum & consuetum tempore sanitatis. Complectitur autem omnia quibus vtuntur homines sani. Hęc certis generibus medici subijciunt,alij pluribus,alij paucioribus:referuntur interdum omnia ad [e] quatuor genera,ad ea quæ offeruntur,quæ fiunt,quæ extrinsecus incidunt, quæ retinentur aut depelluntur:hęc diuisio latius patet,cum non tantum rationem victus,sed medicamenta quoque & chirurgiam complectatur,quibus non consueuit vti homo dum bene valet,& vere sanus est. Sed referuntur omnia quæ ad victum pertinent,aliquādo ad sex illas [f] res quas medici appellant non naturales,ad aerem,ad cibum & potionem, ad ea quæ depelluntur ac retinentur, ad somnum & vigiliam,ad exercitationem & quietem, ad animi perturbationem & tranquillitatem:hæc enim neque in rebus naturalibus numerantur,cum non sint sanitas,aut causa,aut effectum sanitatis,neque in rebus contra naturam,cum neque sint morbus, neque causa, aut effectum morbi,& idcirco vocantur res non naturales. Efficiuntur autem aut naturales,aut contra naturam prout [g] nanciscuntur bene vel male vtentem: interdum sex prædictis rebus adijciuntur [h] balnea,persusiones,quæ in aluum induntur,cataplasmata. Verum hæc partim non consueta sunt tempore sanitatis,& ideo non pertinent ad rationem victus,partim subijciuntur sex illis rebus,nam neque cataplasmate vtitur homo sanus,neque persusione. Balneum quod con-
C suetum est quibusdam tempore sanitatis,aut ad motū pertinet,vt Galeno [i] placuit, aut ad ea, quæ depelluntur,quemadmodum & quæ in aluum indita deiectionem euocant, sicuti balneū sudorem. Maxime autem apposita est partitio victus in sex illas res non naturales,quę eatenus necessariæ sunt ad victū,quatenus in illis necessario versatur vita hominis,quæ triplex est, vna communis omnium viuentium,altera communis omnium animalium,tertia propria ipsius. Ad vitam illam communem omnium viuentium,cum calore contineatur, qui temperari debet & nutriri vt conseruetur,pertinet aer à quo temperatur,pertinet cibus ac potio reficiens id quod [k] absumitur à calore,& idcirco ipsum alens:sed quia non quicquid comeditur,aut bibitur,totum idoneum est quod nos alat, nam ex [l] omni cibo ac potione quædam retinentur vtilia ad alendum,quædam expelluntur vt superuacanea, ad hanc quoque vitam referri debent quæ depelluntur ac retinentur. Vita quæ communis est animalium duntaxat, continetur sensu & motu. Ad sensum spectat somnus & vigilia:ad motum,exercitatio & quies. Superest ex sex rebus non naturalibus,animi perturbatio,quæ pertinet ad vitam propriā hominis, hic enim proprie perturbatur ob appetitum,sed ob rationem tranquillus redditur,quod non euenit belluis,quę impetu quodam sensus ducuntur,& nequeunt postea ratione (cum hac careant) cohiberi. Quare perspicuum iam est,propositas sex res non naturales omnes necessarias esse ad vitam,& pro-
D pterea ad victum. In his necessario versatur homo etiam dum sanus est, nunc autem rationem victus expositluri,summatim persequemur vniuscuiusque vim,exorsi ab aere.

Aeris vsus & assiduus est,& maxime necessarius: [m] afficit autem suo contactu partes nostri corporis quibus circumfunditur;sed & temperat innatum calorem [n] quo vita cōtinetur, dum attractus ad pulmonem & cor fertur, dumque attrahitur ab arterijs externis cum dilatantur, & fuliginem internam excipit cum contrahuntur,reficit [o] spiritus per quos anima exercet sua munera. Quamobrem maxime habenda est eius ratio,intelligendaque est vis ipsius,vt talis eligi possit qualis & ad tuendam sanitatem,& ad depellendos morbos maxime accommodetur. Animaduertitur in aere [p] substantia & qualitas:quod attinet ad substantiā,purissimus esse dēt quantū fert loci natura,nequit.n.aer in quo degimus,esse oīno purus,quoniā miscetur assidue cū expiratione aquarū, & cū vaporib. terrę. Ille existimabitur purissimus,qui minus erit mistus cum huiusmodi exhalationibus. Sed qui puram substantiam habebit,erit etiam tenuissimus. Illa igitur substantia aeris saluberrima est,quæ purissima [q] simul & tenuissima est:quę talis est, vt conseruetur,indiget perflatu,sine quo putresceret, ita vt salubris aeris substantia purissima ac tenuis-

c Arist. lib. 2.polit.
d Galen. 1. acu. com.6
e Gal.1. de tu. val.cap. vlt. & 5. de tu. val.c.10
f Gal. li. artis med. ca. 85.
g Gal. loco citato.
h Galen.11. meth c.15.
i Galen. de arte med. c 100.
k Gal 1. de tu. val.c 2.
l Gal. 1. de tu.val. c 3.
m Supra li. 12. c.8.
n Gale. lib. de vtilitate respi.c.3.& & 4.
o Gal.7. de vsu par. c 9 & li.de vtilitate respi. cap 4.
p Gal. li. de vtil. respi. c.2.& 3.
q Ga. 1.lib. de tu. vale. c.11.

ac tenuissima esse debeat & cum perflatu. Sed præter substantiam, attenditur qualitas in aere, E
vt calor, frigus, humor, siccitas: ille qui moderata temperatione ex his 4. qualitatibus præditus
est, [a] saluberrimus est, & cuilibet naturæ hominum conuenit, non secus atque ille qui bonam
habet substantiam, quam descripsimus. Sed ille qui à moderatione recedit, vna vel duabus qua
litatibus prædictis, non est æque idoneus omnibus, habet enim vim impertiendi qualitaté qua
præditus est, quamobrem quibusdam commodus est, quibusdam incommodus, quemadmodū
supra ostensum [b] est, cum egimus de aere tanquam de scopo indicante, nam nunc ipsum tracta
mus tanquam instrumentum quo efficiuntur opera indicata. Substantia aeris quæ à bona illa
recedit quam diximus, nulli naturæ [c] conuenit, sed omnibus inimica est, quod qualitati non ac
cidit, quæ (vt proxime tradidimus) vbi à moderatione distat, quibusdam [d] idonea est. Si aeris
substantiæ quę puritatem, tenuitatem, & perflatum desiderat, desit puritas, deerit etiam tenui
tas: aer crassior neque idoneus est ad reficiendos spiritus secundum naturam, neque potest fa-
cile per angustiora loca penetrare ad temperandum calorem: qui vero admodum crassus est,
sæpe ipsum suffocat: sed aeri impuro præter crassitudinem, aliquando adijcitur prauitas adeo
naturæ nostræ inimica, vt vita nos priuet. Accipit [e] aer crassitudinem ac prauitatem per respi-
rationem aquarum, per anhelitus terræ. Caret perflatu vbi aliquo loco concluditur, & vbi pri
uatur ventis, tunc autem putrescit, & pestem affert. Cæterum oritur [f] varia qualitas aeris à va- F
rietate cœli ac regionis: varietas cœli attenditur in motu cœli, potissimum solis, deinde lunæ.
Sol luce diffusa diem efficit: cū ad occasum venit, terram nox occupat. Idem suo [g] accessu dis-
cessuque quatuor efficit anni tempora, ver, æstatem, autumnum, hyemem. Ver calidum & humi
dum est, vel potius moderationem inter has qualitates retinet: æstas calida & sicca: autumnus
inæqualis, sed vergit ad frigus & siccitatem, hyems frigida est & humida. Respondent [h] qua-
tuor anni temporibus quatuor partes diei ac noctis: nam matutina respondet veri, meridiana
æstati, vespertina autumno, nocturna hyemi, ita vt eodem modo afficiatur aer quatuor parti-
bus diei ac noctis, quo afficitur quatuor temporibus anni. Luna vero prout varie illustratur à [i]
sole, varie afficit partes mẽsis, & aerem reddit vel moderatum, vel calidiorem, frigidiorem, hu-
midiorem, aut sicciorem. Altera causa mutationis qualitatum aeris quæ consistit in varietate
regionis, vel ad cœlum pertinet, vel ad naturam loci: ad cœlum quidem, quod plaga aquilona-
ris, australis, vel media situm quæcunque sit, quod spectet aut ad occidentem, aut ad oriẽtem
solem, aut ad meridiem, aut ad septentriones. Mediam plagam compertum est moderatam es-
se, extremas vix habitabiles ob vim frigoris: sed duæ aliæ quæ inter mediam & duas extremas
collocatæ sunt, vtrinq; vna incoluntur, quod neque nimio solis accessu torreantur, neq; nimio
recessu rigeant: sunt tamen calidiores, vel frigidiores, prout magis vel minus illustrãtur à sole.
Mutat diuersitas loci, aeris qualitatem, ob situm, vt montem, planitiem, vallẽ: montis enim aer G
frigidus est & siccus, vallis calidus & humidus, planitiei moderatus: eadem ratio est ædium, ha
bent enim partes superiores respondentes monti, inferiores valli, medias planitiei. Res etiam
finitimæ aerem mutant. Mare quãtum in se est, reddit ipsum calidiorem, medium vero inter hu
midum & siccum cum nihil sit quod solis radios prohibeat, sicut in locis mediterraneis. Medi-
terraneus autem aer frigidior est & humidior, cum neque solis lumen æque admittat, nec pur-
getur à ventis: obtinet ventus vim à regione vnde flat, partim ob cœli, partim ob solis diuersi-
tatem: qui ab occasu aut septẽtrione [k] perflat, frigidus est & siccus: qui ab ortu vel à meridie,
calidus & humidus. Sed fusius de his agemus in opere de ratione victus, vbi qua ratione corri-
gatur aeris substantia, aut qualitas minus idonea, exponemus.

Cibi & potionis necessitas consequitur necessitatem [l] alendi corpora viuentia, quæ assidue
consumuntur à calore, non solum aeris circumfusi, sed ab eo etiam quo vita continetur. Cibo
ergo & potione reficiendum est in nobis quod abscedit: abscedit antẽ substantia illa [m] ex qua
constamus composita ex quatuor elementis. Eandem reficere oportet alia simili, hoc est mista
& composita ex his quatuor elementis. Hanc suppeditat cibus & potio, sed cibus magis calidã
& siccam, potio magis frigidam & humidam, vnde cibo expletur fames, [n] quæ calidi & sicci, si H
cuti potione sitis, quæ frigidi & humidi est appetitio. Sed tam cibus quã potio ex quatuor ele-
mentis continetur, & idcirco reficere potest quod ex corpore nostro abscedit, & in alimentum
conuerti: quatenus autem nos alit, mutatur à corpore nostro, atque hoc [o] nomine differt à me
dicamentis quæ ipsum mutant: quanquam inueniuntur nonnulla esculenta & poculenta, quæ
partim mutantur à nobis, partim nos mutant, atq; idcirco partim [p] vim habent alimenti, par-
tim medicamẽti. Desideratur autem in cibo ac potione (non secus quam [q] in aere) & substan
tia, & qualitas. Substantia debet similis esse naturæ nostræ, illa enim quæ cõtraria est, venenum
est, & nos interimit. Similitudo, antequam conficiatur à nobis in ventriculo, in iecinore, in par
tibus solidis, imperfecta est, sed perficitur deinde per triplicem coctionem iam dictam; similis
autem alimenti substantia vnam duntaxat habet facultatem alendi ac reficiendi quod absum-
ptum est. Quæ uero id reficiunt bonum, boni succi [r] dicuntur: quæ malum, mali, siue cibi sint, si-
ue potiones. A qualitate alimenti complures ducuntur differentię: attenduntur enim in ipso &
primæ, & secundæ qualitates: primæ, vt calor, frigus, humor, siccitas, vel moderatio quædam ex
his, ubi nanciscuntur similem in corpore nostro, ipsam conseruant, ubi diuersam, mutant, præ-

- a Gal. ibid.
- b Supra li. 12. c. 11.
- c Ga. lib. 1. de tu. vale. c. 11.
- d Gal. ibid.
- e Gal. ibid.
- f Galen. 9. meth. c. 5. & 10. simp.
- g Gal. 3. de dieb. decr. c. 2.
- h Gale. 3. 6. epid. com. 15.
- i Gal 3. lib. de dieb. decret. c 2.
- k Galen. 3. aph. com. 5
- l Gal. 1. de tu. val. c. 2.
- m Gal. ibi. & 1. de semine c. 11.
- n Aristo. 2. de anima. tex. 28.
- o Gal. 3. de nat. fac. c. 7 & 5. simpl. c. 1.
- p Galen. 8. meth ca. 3. & 3. de tẽp. c. 2.
- q Gal. li. de vsu respi. c. 1.
- r Ga. lib. de cibis boni & mali succi, & 3. lib. de alim. fa. c. 16.

A sertim vbi validiores sint, aut vbi diuturniori tempore adhibeantur. Secundæ[a] qualitates quibus differunt inter se cibi & potiones, aut aspectu percipiuntur, vt colores, aut odoratu, vt odores, aut gustatu, vt sapores, aut tactu, vt crassitudo & tenuitas, durities & mollities, densitas & raritas, fragilitas & quod ei contrarium est. Cæterum differentiæ coloris & odoris magis monstrant facultatem ciborum & potionum, quam ipsam efficiant: id quod euenit etiam saporibus, quanquam hi, vbi grati sunt, plurimum ad coctionem & retentionem conferunt, longe enim facilius[b] retinentur & concoquuntur a ventriculo quæ ipsi iucunda sunt, eiusmodi autem illa sunt quæ linguam & gustatum delectant: sed a qualitatibus quæ tractantur, complures proficiscuntur facultates quibus inter se differunt esculenta & poculenta, quæcunque enim crassa, glutinosa, dura, & densa sunt, multum & firmum præbent alimentum, sed ægre concoquuntur, & ægre distribuuntur: contra quæ tenuia, fragilia, mollia, rara, parnum & infirmum, sed facile concoquuntur, & facile distribuuntur. Verum quia[c] inest (vt diximus) in alimento vis medicamenti, proficiscitur hæc non solum a primis qualitatibus quæ similem efficiunt, & eatenus mutant corpus nostrum, sed etiam a secundis: quanquam hæ sequuntur primas, ex quo fit vt cibi aliqui & potiones extenuent vel crassum reddant, infarciant vel detergant, molliant vel indureot, contrahant vel relaxent, claudant vel aperiant, repellant vel digerant, dolorem leniant aut excitent: tum propria quædam opera efficiant, calculum comminuant, moueant vrinam, tussim sedent aut irritent, aluum soluant aut

B supprimant, lac, semen, menstrua euocent aut retineant. Omnes autem facultates quæ medicamentis insunt, reperiuntur etiam in esculentis & poculentis, paucæ excipiuntur, neque enim hæc adurunt, aut erodunt sicuti medicamenta; sed cum diuidatur alimentum in esculenta & poculenta, esculentis subijciuntur cibi, obsonia, condimenta. Dicuntur autem cibi illi qui præcipue nos alunt, quemadmodum panis, & panificia omnia, frumenta, legumina, carnes, castaneæ, & cæteri fructus, qui vel ob penuriam pro pane, vel in delitijs cum eodem comeduntur. Obsonia vocantur a Latinis pariter atque a Græcis, illa quæ cum[d] cibis sumuntur vt sensum gustatu & voluptate impellant, ne satietate capiatur: nequeunt autem per se alere quantum necesse est: huiusmodi sunt olera, patuũ, allium, cepa, radicula. Condimenta (quæ Græce nominantur ἡδύσματα[e]) aut nihil, aut certe quam minimum suppeditant alimenti, miscentur tamen cum cibis & obsonijs, vt vim eorum vel excitent, quemadmodum sal, piper, zinzibet, crocus: vel mitigent ac leniant, vt oleum, adeps, butyrum. Petuntur autem esculenta omnia, aut a belluis, aut stirpibus: sal tantum ex condimentis petitur a metallicis, seu a corporibus inanimis. Potio non modo nos alit & reficit quod[f] absumptum est, sed confert ad coctionem, ac distributionem cibi, quem in ventriculo diluit: eadem autem attendi diximus in poculentis, quæ in esculentis, substantiam videlicet, & qualitatem, vnde in potione eædem

C fere deprehenduntur differentiæ quæ in cibo, si duritiem, densitatem, ac fragilitatem excipias, eædemque facultates inesse possunt potioni, quæ cibo insunt. Materia potionum aut simplex est, aut composita; ex simplicibus, primo occurrit nobis aqua,[g] quæ per se non habet vim alendi, sed iuuat diluendo cibum crassiorem, vnde sequitur facilior coctio, ac distributio, & refectio: est & vinum simplex potio, quanquam arte fit, habet autem vim celeriter[h] nutriendi. Quod si cum aqua comparetur, calefacit & siccat corpora nostra, nam illa refrigerat & madefacit; sed vinum vino quid præstet, valido imbecillum quid intersit omnes norunt, ita ut a varijs vinis, variæ oriantur facultates. Potiones compositæ, sunt mulsa, oxymel, apomeli, quibus vtebantur veteres; illæ præterea quæ fiunt ex fructibus, aut frumentis maceratis, vel incoctis in aqua.

Quæ retinentur ac detruduntur, pertinere diximus ad communem vitam omnium viuentium, nam vt omnia aluntur, ita ab omnibus[i] retineri debet aliquid quo alantur, & aliquid expelli quod vel toto genere, vel multitudine duntaxat alienum sit. Sed cum triplex[k] alimenti coctio in nobis fiat, intueamur quid in vnaquaque aut retinere, aut depellere oporteat: in pri-

D ma quæ fit in ventriculo retinetur cibus & potus dum concoquantur, sed separantur reliquiæ crassiores[l] quæ deijciuntur. In secunda quæ fit in iecinore retinetur succus a ventriculo attractus, dum in sanguinem uertatur, sed secernitur aquosus[m] humor, hoc est ipsa vrina. In tertia quæ fit in partibus solidis, retinetur sanguis dum conuertatur in substantiam solidam, sed redundat humor quidam tenuis, qui uel in uapores dissipatur, uel efficitur sudor: redundat[n] & materia crassior, quæ in sordes, uel pilos degenerat ad cutem translata, atque hæc quidem toto genere aliena sunt. Sed quædam interdum depellere oportet quæ alioquin utilia sunt, debitam tamen quantitatem excedunt, huiusmodi est mulieribus sanguis menstruus, uiris semen: ut ergo quæ utilia sunt, retinere, ita quæ inutilia sunt & aliena, depellere oportet: accommodantur quæ retinentur ad alendum, sed quę detruduntur, exonerant vires multitudine, uel qualitate oppressas, remouent obstructionem, & perspiratum expediunt. Huc spectat usus balnei, quo sudor mouetur: huc etiam spectat Venus.

Somni autem & uigiliæ necessitas hinc colligitur,[o] quod natura animali sensum dedit ut sentiret: sentit cum uigilat, optimeque cum ipso ageretur si posset perpetuo uigilare. Sed facultates illæ quæ non sunt æternæ, cum suum munus exercent, defatigantur,[p] & idcirco indigent

a Gal. 3. de ali. fa. c. 16.
b Hippo. & Ga. 2. aph. 38.
c Gal. 3. de temp. c. 14.
d Gal. 2. de ali. fa. c. 90.
e Gal. 2. de ali. fa. c. 63.
f Gal. 1. de tu. val. c. 2.
g Galen. 3. acu. com. 17 & 4. de vsu par. c. 5.
h Gal. 3. de caus. pul. c. 17 & 12. meth.
i Gal. 1. de tu. ual. c. 3.
k Gal. 1. li. de tu. vale. 12.
l Gal. ibid.
m Ga. 5. de vsu p. c. 6.
n Gal. 1. de tu. val. c. 12.
o Sup. lib. 8. c. 5.
p Gal. 1. de cau. lymp. c. vlt.

A tractum erat: at imminuitur magnitudo, a medicamentis digerendi, erodendi, aut adurendi a Gal. li. de
vim habentibus. Numerus similiter vel augetur, vel minuitur: augetur ab his quæ vim [b] habent cau. morb.
reficiendi quod perditum est, vel aliquid simile pro ipso, veluti eum pro cute amissa in vulneri- c. 9.
bus fit cicatrix: id quod præstant medicamenta epulotica, sic enim [c] appellantur quæ cicatri- b Gal. ib
cem induunt. Minuitur numerus non secus quam magnitudo a medicamentis erodentibus, c. 8.
adurentibus, & præterea ab extrahentibus. Situm mutant præcipue medicamenta quæ vel c Galen. 5
contrahunt, vel relaxant: per hæc igitur vel deturbatur ex naturali situ pars, vel in ipsum resti sim. c. 16.
tuitur. Vnitas, communis conditio est partium simplicium & multiformium, circa quam du-
plex accidit mutatio, cum vel soluitur, veluti [d] ab erodentibus medicamentis, vel acquiritur d Gal. li. de
per glutinantia. Huiusmodi igitur sunt medicamentorum facultates, a quibus mutantur tam cau. morb.
simplices partes, quam multiformes. Sed accipiunt etiam mutationem quæ in his continentur, c. 11.
veluti reliquiæ alimenti, succi, semen, lac, lumbrici, calculi & alia quæ præternaturam in ipsis
generantur.

Mutantur reliquiæ alimenti, ut deiectio, vrina, sudor, cum vacuantur, aut retinentur a medi-
camentis, quæ vel retinent astringendo, vel vim habent educendi deiectionem, vrinam, sudo-
rem. At succi non solum vacuantur vi medicamentorum, vomitu, vel deiectione purgantium,
aut per vrinam, vel sudorem educentium, sed etiam retinentur, vel sponte, vel vi medicamen-
torum astringentium: retenti autem & manentes in corpore crassescunt, extenuantur, glutinosi
B fiunt, inciduntur, leniores aut acriores euadunt. Ope medicamentorum mutantur proprie lum
brici, cum necantur: calculi, cum comminuuntur: vtrique communiter cum educuntur: sunt &
quædam ex prædictis medicamentorum facultatibus quæ ad proprias partes corporis accom
modantur, veluti quæ caput purgant per aures, palatum, nares: sunt quæ tussim sedant, aut mo
uent ad thoracem attinentia, tum quæ semen, lac, menstrua euocant, aut supprimunt. Sed sa-
tis iam explicatæ sunt facultates medicamentorum, & quæ ad partes simplices, & multifor-
mes, & quæ ad contenta in illis referuntur. Spectemus nunc vnde nobis suppeditetur eorum
materia. Medicamenta omnia quibus vtimur, aut simplicia sunt, qualia gignuntur a natura, aut
arte parantur: loquamur primo de simplicibus. Horum duo genera sunt, vnum petitur a corpo
ribus inanimis, alterum ab animatis: inanimatis subijciuntur primo quatuor elementa, ex qui-
bus ignis quatenus nos calefacit, ad victum, quatenus adurit, ad chirurgiam refertur. Aqua par
rim ad victum attinet, partim ad medicamenta. Terra sub medicamentis comprehenditur. Mi
xta inanima, aut liquida sunt, aut solida, & fossilia: liquida est aqua illa quam thermalem vo-
cant, præterea succus quidam crassior emanans, eiusmodi est naphta: quod fossibile est, aut ter
C ra est mixta, aut succus concretus, aut lapis, aut metallum, aut aliquod compositum ex his. Ter
ra appellatur id omne ex quo madefacto fit lutum. Succus concretus est id fossile quod siccum
& subdurum est, quodque madefactum non conuertitur in lutum, sed partim liquatur humore,
partim calore. Lapis est corpus illud fossile siccum & durum, quod aqua diuturnitate vix mol-
litur, sed multo igne aut liquescit, aut conuertitur in puluerem. Metallum vocatur corpus fossi
le durum quod calore ignis, liquescit, sed refrigeratum reuertitur ad pristinam duritiem: tan-
tum ex metallis reperitur liquidum, hydrargyros, fossile vero mixtum, seu compositum ex plu-
ribus, est veluti vena metalli constans ex partibus diuersi generis. Maximam vero medicamen
torum copiam nobis suppeditant corpora animata & quæ viuunt, siue è terra edita sint, siue
animalia. Illa igitur quorum stirpes terra continentur, aut [e] arbores sunt, aut frutices, aut her- e Theophr.
bæ. Vocantur arbores [f] quæcunque a radice statim surculoso caudice assurgunt, a quo per in- 1. li. de hist.
terualla tanquam brachia exorsi rami latius diffunduntur: Sed frutices [g] vocamus eos qui a ra plant. c. 5.
dice et caudice multiplici ramosque sese attollunt. Herbas [h] dicimus illas quæ inter initia tan- f Ibi. Theo.
tum folia pandunt, sed deinde in caulem erectæ florent, & semen ferunt. Ab hoc triplici gene- g Theo. ibi.
re stirpium, varia materia [i] sumitur, vt fructus, semen, flos, radix, caulis, caudex, folium, lignum, h Theo. ibi.
cortex, matrix, liquor. Cuncta etiam animalia seu volucria sint, seu terram vel aquam incolāt, i Theoph 1 lib. de hist.
D aliquid præbent quod mutare possit corpora nostra, & medicamenti vim habet. Vtimur autē plant. c. 2. & 4.
vel totis animantibus, seu viuentibus, seu mortuis, vel ipsorum partibus tam simplicibus, quam
multiformibus, vel illis quæ gignuntur in iisdem, siue superuacanea sint, siue ad alendum ido-
nea, vel his quæ ab illis artificiose colliguntur, aut parantur. Hæc sunt genera simplicium medi
camentorum, quæ vbi satisfaciant operibus efficiendis, atque operum differentijs, talia qualia
procreantur a natura, nullum requirunt artificium. Sed quia interdum per se minus idonea
sunt quæ id efficiāt quod res postulat, necessaria est ars, quæ vel apparatu, vel permixtione sim
plicium medicamentorū, vel vtroq. cōtinetur. Cōsistit apparatus partim in remouendis parti
bus inutilib. partim in qualitatib. vel corrigendis, vel comparandis: vt autem hęc fiant, medica
menta purgantur, abluuntur, calefiunt, refrigerātur, siccantur; madefiunt, perfunduntur, diluū
tur, liquantur, molliuntur, durātur, coquuntur, seu elixa, seu assa, seu fricta: torrefiunt, combu-
runtur, extinguūtur, incenduntur, extenuantur, siue in puluerē, siue in succum conuersa, incidū
tur, eraduntur, contunduntur, cribrantur, teruntur, exprimitur ex ipsis humor, percolatur & pu
rus redditur: his accedit apparatus quem sublimationem vocāt. Permiscentur medicamēta, &
componuntur ex simplicib. cum nullum inuenitur simplex valens ad id efficiendū quod necef

se est:si reperiretur simplex medicamentum idoneum,superuacauea esset compositio ex pluri E
bus:componimus primo medicamentum ex pluribus simplicibus, vt perficere possit opus re-
quisitum vbi compositum sit,quod non poterat vbi simplex erat: nam ex cera oleo & ærugine
æris conficitur mixtura idonea ad reficiendam carnem,ad quod nullum per se valebat illorum
a Gal.6.ca- trium [a] quæ simul miscuimus:nam ærugo carnem absumit,cera & oleum putrefacit. Miscemus
taiop.c. vl. etiam aromata cum aloe in confectione hieræ,nam si aloes elicit pituitam ex tunicis ventricu
& 3. meth. li quam [b] elicere non poterat sine aromatibus. Debet autem medicamentum non solum effice-
c. 2
b Galen.7 re opus simpliciter,sed tuto,cito,& iucunde [c] illud efficere, id quod non potest interdum præ-
meth.c.11. stare vbi simplex sit,atque idcirco miscetur,exempli gratia, vt tuto curemus, miscemus plura
c Gale. 14. simplicia simul ad idem opus efficiendum, spectantes partim ad locum affectum, partim ad
meth c.13. vim illorum medicamentorum quæ alinquin ad opus requisitum accommodantur: ad locum
quidem affectum,veluti cum medicamentis relaxantibus (quæ inflammationi aptantur)addi-
mus adstringentia, ne nobilioris visceris facultas dissoluatur. Ad medicamentum vero spe-
ctamus cum cathatrica ad purgandum idonea,alioquin naturæ nostræ inimica,corrigimus ali-
d Hip. li.2. quo adiecto,quemadmodum Hippocrates [d] veratro anisum, vel daucum admiscet. Vt item
acu.tex. 11 opus quod efficiendum est, celeriter fiat, medicamento alioquin idoneo, addimus aliquid
quod eius effectionem maturet: quo nomine admiscemus salem medicamentis purgantibus.
Vt autem opus quod efficiendum est quantum fieri potest iucunde fiat, admiscemus simplici- F
bus ad id alioquin idoneis quæ sensus delectent, vt gustatum, odoratum, aspectum:quamo-
brem antidotis adijcimus mel, aut saccharum,quod vim molesti saporis frangat:ad remouen-
dum fœtorem,aromata miscemus,aut alia quorum iucundus sit odoratus.Si tactum offendunt
duriora medicamenta, diluimus liquore aliquo. Ijs quæ aspectui odiosa sunt, adijcimus
crocum,inuoluimus tenuissimo auro pilulas vt coloris earum fœditas lateat aspectum. Ergo
vt opus quod requiritur, non solum fiat, sed tuto etiam, cito, & iucunde fiat, plura simpli-
cia medicamenta inter se miscemus: verum, quia opus quod ad curandum pertinet,differen-
tijs quibusdam distingui debet,vt qualitate,quantitate,numero, tempore, loco,modo; sæpe
euenit vt simplex medicamentum quamuis satisfaciat operi, non tamen respondeat differen-
tijs ipsius: quare cogimur tunc plura simplicia simul miscere. Qualitas medicamenta, debet
respondere qualitati operis, non tantum genere, sed etiam gradu, quem si superet, remitte-
tur admixto medicamento aliquo quod eius vim frangere possit: quanquam hoc referri ad
quantitatem potest,sed quantitas maxime ad molem spectat:requiritur interdum magna mo-
les medicamenti propter magnitudinem loci vbi imponendum est. Medicamentum autem
validum si tunc adest,sufficit parua eius quantitas admixta cum aliquo quod moderatum sit,
& omnis excessus expers, quo nomine ceram aut oleum aut aliquid tale admiscemus odori-
bus. Sequitur numerus operum, sæpe enim plura simul efficienda sunt, siue contraria,siue di- G
uersa, & cum non sufficiat vnum medicamentum simplex, miscemus simul plura. Postula
etiam temporis differentia vt simul misceantur plura medicamenta, veluti cum longioris tem-
poris esse debet,simplex vero illud quod alioquin vtile est,cito dissipatur, nec diu manet post
quam illitum est:tunc igitur cum cera,gummi, resina, vel aliquo alio medicamento componi-
tur,quo diutius seruetur illitum. Locus etiam quo pertinere opus debet, interdum non est in
promptu, sed intimus, quamobrem medicamento quod crassius sit, & non ita facile pene-
tret, adijcimus tenue aliud, veluti acetum oleo rosa condito, quod capiti superdatur vt ce-
rebrum refrigeret: propter modum varium in adhibendis operibus necessarium, cogimur
simplicibus admiscere alia simplicia, nam si per clysterem infundi medicamentum debet
quod alioquin crassius sit, necesse est liquore aliquo diluatur. Forma medicamentorum va-
ria conficitur eum componuntur,siue intus dari debeant,siue extrinsecus imponi: conueniunt
enim & tenuiora,& crassiora, quamobrem eorum quæ extrinsecus imponuntur, forma huius-
modi est.Adhibentur humores,olea,vnguenta, cerata, acopa,malagmata,cataplasmata,em-
plastra,pastilli,collyria: intus vero sumuntur liquores,condita,confectiones illæ quæ electua-
ria,& loch proprie nominantur:tum quæ proprie antidoti vocantur:præterea pulueres, cata-
potia. Humores dicimus illos in quibus iacuerint aut bullierint medicamenta, perfunditur
his locus affectus. Olea dicuntur illa in quibus similiter iacuerint vel bullierint medicamen- H
ta:quod si hæc aromata sint,illa non appellantur amplius olea, sed vnguenta. Cerata fiunt ex
oleo & cera. Malagmata dicuntur a latinis pariter atque a Græcis, quæ linteo vel aluta exci-
piuntur: fere autem semper accipiunt gummi aliquod. Cataplasmata maxime fiunt ex her-
bis, floribus, radicibus, farinis, quibus pingue aliquid adijcitur, vt medulla,adeps,butyrum,
oleum. Emplastra conficiuntur ex metallicis mixti cum oleo,vel adipe.Hæc vbi ita diluantur,
e Ga.2 ca- vt excipi linamentis possint,dicuntur a Græcis [e] emmota, nunc vero a recentioribus vnguen-
tagen. c. 2. ta.Pastilli constant ex terris,aut metallicis humore aliquo dilutis,dicuntur græce trochisci:ro
[illegible] f.ca- tundi autem [f] figurantur, non tamen vt catapotia, sed superne, & inferne depressi, ac plani,
tagen.c.11. adhibenturque non solum extrinsecus diluti, sed dantur etiam intus, siue diluti, siue in cata-
potia redacti. Collyriorum similis mistura est, nisi quod figurantur oblonga, & altera parte
crassiora,altera tenuiora. Inter compositiones quæ intus dantur, sunt liquores diuersi gene-
ris,

A tis,tenuiores, & crassiores,vt aqua,vel vinum, in quibus medicamenta bullierint,aut iacue
rint rum succi ex herbis,floribus,radicibus,fructibus qui cum melle aut saccharo admixti ser
uantur vt potui dentur, syrupi vocantur. Condita sunt fructus,cortices, radices,flores:con-
diuntur autem melle,aut saccharo:fiunt item variæ confectiones ex compluribus medicamen
tis, vocanturque omnes communiter antidoti, quamuis proprie antidoti sint quæ [a] venenis
aduersantur,vt theriace: sed sub antidotis communiter dictis comprehenduntur & quæ ele-
ctuaria vocantur,sicut illa quibus vtimur ad purgandum, media inter liquida & dura, & quæ
appellantur loch.Sunt autem hæc glutinosa,sumunturque ad euocandum sputum. Catapotia
dicuntur medicamenta in modum paruæ pilæ figurata, quæ ad purgandum potissimum su-
muntur:quanquam valent etiam nonnulla ad astringendum, alia etiam sumuntur ad destilla-
tionem prohibendam. Puluores fiunt ex aridis medicamentis contusis, cribratisque: sumi au-
tem intus solent diluti liquore aliquo; quanquam insperguntur etiam vitijs partium exter-
narum. Artificium igitur quod necessarium est ut satisfaciat operibus, atque operum differen-
tijs simplicia medicamenta quæ natura profert,consistit & in apparatu, & in permixtione,de
quibus quantum res postulabat locuti sumus: nam in opere proprio de medicamentis hæc à
nobis vberrime explicantur. Vnde etiam colligi potest quibus proprie insit hæc aut illa facul-
tas necessaria ad efficiendum illud opus quod indicatur. Quanquam in sequentibus quoque
B nonnulla ipsorum exempla proferemus,cum sigillatim opera atque instrumenta vna cũ suis
differentijs perpendemus pertinentia ad curationem morborum, causarum,& symptomatũ.

[a] Gal. 1. de antidotis c. 1 & li. 2. de antido. c. 6.

De Chirurgia. Cap. IV.

Tertium instrumentum quo medicus vtitur, diximus esse chirurgiam: hoc vocabulo
significatur apud Græcos [b] opera manus: omnes enim operæ quæ manu fiunt,vt su-
tura,distentio,vstio,sectio,a Græcis medicis chirurgiæ nominantur:non debet au
tem æstimari tertia pars totius medicinæ vt nonnulli censent, sed tertium instru-
mentum,cum medicina proprie diuidatur in conseruationem & curationem,& vtraque in co-
gnitionem tractandorum & rationem tractandi,cumque ratio tractandi distribuatur in opera
& instrumenta, quemadmodum in superioribus ostensum est. Agemus de chirurgia,non vt de
vna parte præcipua medicinæ,sed vt de vno ex tribus instrumentis, quæ sub vtraque parte cõ
tinentur,sub conseruatione scilicet, & curatione: neque enim complecti debet aliud præter
C manus operas,& instrumenta quibus vtitur manus,cum non semper sola, sed plerunque quan
do admouetur hæc, necessaria sint aliqua instrumenta, vt acus & filum ad suendum,fascia
ad alligandum,scalpellus ad secandum. Quanquam ad distendendum membra contracta, vel
componendum luxata,non solum instrumentis vtitur manus,sed necessaria sunt etiam machi-
namenta,cuiusmodi est Scamnum Hippocratis,Glossocomum Nymphodori, Trispastum Apel
lidis,quæ omnia ad chirurgiam referuntur:debent autem artificiose adhiberi, quemadmodum
ostensum est ab Hippocrate [c] in primo libro de officina medici, vbi ægrotantis,medici,mini-
strorum, luminis, instrumentorum, & machinamentorum meminit, additque videndum esse
vbi,quot,quomodo,quando,& quæ adhibeantur. Diuiditur autem chirurgia varie,totque par
tes sunt ipsius,quot sunt operæ manus,quas vt certis generibus subijciamus,finem intuebimur
propter quem adhibentur. Triplex autem est,siquidem,aut efficiunt aliquid,aut sunt efficien-
di sociæ,ita vt inseruiant,aut partim efficiunt, partim inseruiunt. Chirurgia ergo diuiditur in
eam quæ inseruit, in eam quæ partim agit partim inseruit, & in eam quæ agit duntaxat: cui-
que harum trium complures subijciuntur species,quas omnes referemus vsque ad imas. Illa
quæ inseruit,in tres distribuitur, pro triplici fine ad quem accommodatur: inseruit enim vel
D vt cognoscamus, vel vt cognoscamus simul & agamus,vel tantum vt agamus. Illa vero quæ in-
seruit cognitioni,aut inseruit priusquam ad curandum adhibeamur,aut postquam adhibiti su
mus:ante,inseruit sectio, [d] vel cadauerum, vel belluarum viuentium, quam appellant anato-
men,quæ non aliud est quam chirurgia,vt ex Galeno etiam colligi potest, neque solam sectio-
nem postulat,sed alias quoque operas manus:vocatur tamen anatome a [e] sectione qua potissi-
mum vtitur,dum [f] internas partes inspicimus. Hoc pacto igitur chirurgia inseruit cognitioni,
antequam ad curandum adhibeamur. Sed necessaria est et postquam adhibiti sumus, vt ma-
lum ipsum quale sit deprehẽdamus:specillo enim aut digitis exploramus id malum quod ocu-
lis non subijcitur,quo fit vt chirurgia tunc etiam ad cognoscendum pertineat. Sed pertinet ad
cognoscendum & agendum simul,cum aut abradimus pilos,aut detergimus sanguinem,vel sa-
niem,aut plagam vel dilatamus,vel dilatatam seruamus: quæ chirurgi operæ duplex commo-
dum afferunt,vnum vt quale vitium sit deprehendamus,alterum vt admouere possimus ea præ
sidia quę res postulat. Inseruiunt & aliquæ operæ actioni duntaxat, nec quicquam pertinent
ad cognoscendum,veluti cum artificiosa manu medicamenta admouentur, aut cum partes af-
fectæ præbentur curandæ,figurantur,collocantur,fulciuntur, aut cum a subiecto vitio cutis re
soluitur,aut frangitur calculus vt extrahi possit,aut secatur vena,vel sanguisuga admouetur,vel lo

[b] Ga. de defin. med. ab initio,& li. Med. c. 18.

[c] Hippo. 1. de officina tex. 6.

[d] Ga. 1. lib. de anatom. admi. c. 3.

[e] Gal. li. de defin. med.

[f] Gal. li. medic. c. 11.

cus scalpello exasperatur vt mittatur sanguis, aut aperiatur abscessus, vt educatur pus. Eiusmodi igitur sunt chirurgiæ inseruientes. Sed pergamus ad alterum membrum primæ diuisionis, hoc est ad operas quæ simul agunt & inseruiunt: hæ potissimum sunt vinculum, & distentio. fascias enim damus interdum vt medicamenta contineant agentia, & ita inseruiant, interdum vt aliquid agant, exempli gratia repellant, adducant, separent; similiter distendimus membra fracta, aut luxata, vt possint componi, atque in suum locum restitui, & ita distentio inseruit alteri chirurgiæ quæ curationem efficit: sed & per se etiam agit distentio, cum quod contractum est, per ipsam ad pristinam longitudinem reuertitur. Restant operæ chirurgi, quæ solum agunt & non inseruiunt, hæ autem vel corrigunt quod relinqui debet in corpore, & alioquin secundum naturam est, vel spectant ad id quod superat, atque alienum est: corrigunt quod vtile est coniungendo vbi contra naturam separatum sit, separando vbi coniunctum, dirigẽdo vbi peruersum, componendo vbi deprauatum, restituendo in suum locum vbi luxatum; superficiem quæ præter naturam aspera est leniendo, aut exasperando eam quæ lenis, aperiẽdo quod clausum, claudendo quod apertum, reprimendo quod excedit, excitando quod depressum est, addendoque quod deest. Spectat chirurgia [a] ad id quod inutile est & alienum, vtitur que aut translatione, aut detractione: transfert calculus ex ceruice vesicæ quam obstruit, ad fundum: transfertur humor qui pupillam suffundit, ad partem oculi inferiorem. Detrahimus autem humorem quidem exprimendo, sed solidiora corpora, euellendo, incidendo, adurendo. Quæcunque igitur operæ subijciuntur chirurgiæ, ad aliquam propositarum referuntur: postulant autem vt recte fiant, quasdam animaduersiones, non secus quam ratio victus, & medicamenta, in quibus consistit rectus vsus; qui adhuc superest explicandus: explicabitur autem de omnibus trib. instrumentis simul.

E

F

a Gale. lib. medi. c. 18.

Di differentijs, seu animaduersionibus ad instrumentorum vsus pertinentibus. Cap. V.

VT opera non absolute, sed quasdam animaduersiones assumendo, [b] aptantur scopis a quibus requiruntur, ita instrumenta quoque non absolute admota, sed si quędam animaduertantur atque obseruentur ad perficienda opera accommodantur. Debent igitur opera aptari scopis, sed animaduersiones quæ sunt differentiæ obseruãdæ in operibus, respondere debent similibus differentijs ipsorum scoporum, siue similitudo expressa sit, siue implicita. Rectus itaque vsus instrumentorum consistit in eo vt respondeant scopis, atque scoporum differentijs, quemadmodum supra ostensum est. Sunt autem instrumenta per se [c] materia præsidiorum, sed efficiuntur præsidia vbi recte, hoc est obseruatis certis animaduersionibus, seu differentijs, adhibeantur. Eadem autem (vt docuit [d] Herophilus) pro recto vel prauo vsu, prosunt, aut obsunt; fiuntque causa vel sanitatis, vel morbi. Vnde vulgatum illud, Balnea vina venus corrumpunt corpora nostra; Et vitam faciunt balnea vina venus.

G

b Sup. lib. 13. c. 4.

c Gale. lib. de const. artis c. 14.

d Gal. 6. ca tato. ca. de vsua.

Desideramus igitur vt instrumenta primo respondeant operibus quę nitimur efficere, deinde vt accommodentur ad ipsorum differentias; respondent operibus per facultates quas habent: accommodantur ad differentias per differentias similes. Duo itaque in instrumentis attenduntur, facultates & differentiæ. De instrumentorum facultatibus ante dictum est, declarauimus enim quid efficere possint sex res non naturales quibus ratio victus continetur, enarramus vires medicamentorum, quas partim natura partim apparatu ac permixtione obtinent. Adscripsimus & quo spectent operæ chirurgi. Ergo ad opus quoduis efficiendum eo instrumẽto vtendum est, quod illud efficere possit, siue proxime, vt cum datur aqua frigida ad refrigerandum, siue alio interiecto medio, vt cum ea perfunditur iuuenis boni habitus media æstate laborans neruorum rigore, calefacit enim (teste Hippocrate) [e] contrahendo calorem; præterea siue instrumentum quod adhibetur veluti medicamentum, vim suam statim possit impertire, quemadmodum ignis cum nos calefacit, siue non statim, sed postquam a nobis calefactum est, quemadmodum piper, [f] quod non prius nos calefacit, quam calorem nostrum contraxerit. At differentię seu animaduersiones quę in instrumentis sunt attendendę, totidem sunt quot illę quas diximus attendi in operibus: commemorauimus autem qualitatem, quantitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem. Eædem itaque obseruantur in singulis instrumentis, vt in ratione uictus, in medicamẽtis, in chirurgia. Qualitas instrumenti similis esse debet qualitati operis, exempli causa, cum reficere hominem oportet, si humidus sit, conuenit refectio humida, si siccus, sicca. Ad refectionem humidam, simili vtendum est qualitate instrumenti: adhibebimus igitur cibum humidum, sicuti siccum ad siccam. Quantitas instrumenti, siue ad vim referatur, siue ad molem, respondere debet quantitati operis efficiendi: quod spectat ad vim, si tertio gradu refrigerare hominem oporteat, dabimus medicamentum, non simpliciter, sed eodem gradu refrigerans: moles operis, similẽ instrumentis molem desiderat, si magnũ corpus cibo reficiendũ sit, necessaria est magna copia cibi, si membrum aliquod magnum medicamento

H

e Hipp. 5. aph. 21.

f Gale 3. de tẽp. ca. 1. & cap. 4. & 1. simpl. c. 1.

cale-

A calefaciendum sit, tantum debet esse id medicamentum, vt ad totum pertineat, & idcirco magnum, si vtendum sit chirurgia, vt sectione ad excidendum aliquid præter naturam, vbi magnum sit, magna quoque sectio conuenit; sed vbi parua sint ea quæ reficere cibo, calefacere medicamento, excidere chirurgia oportet, exigua quoque esse debent eiusmodi instrumenta, ita vt eandem moles moli respondeat. Eadem ratio videtur esse numeri instrumentorum, qui respondeat numero operum, vt totidem accipiantur instrumenta, quot sunt opera efficienda: sed interdum idem instrumentum quod multiplici facultate præditum sit, potest plura opera simul efficere, interdum ex contrario, ad idem opus necessaria sunt plura instrumenta, quo nomine miscemus multa medicamenta simul cum non datur vnum simplex, quod possit & requisitum opus tuto, cito, & iucunde efficere, & differentijs quę in eo animaduertuntur aptari: quam obrem cogimur tunc plura simul miscere. Tempus quo adhibere instrumenta conuenit, non aliud est quam illud ipsum quo requiruntur opera quæ effici debent; cum hæc necessaria sunt, tunc vti illis oportet. Refertur autem ad tempus, non tantum occasio adhibendi instrumenta, sed etiam diuturnitas ac breuitas: quædam diuturniori tempore, quædam breuiori admota seruantur: tamdiu igitur continebitur instrumentum adhibitum, quamdiu requiritur illud opus ad quod efficiendum adhibetur. Sequitur locus, cui admonendum est instrumentum, qui similiter respondeat loco vbi conuenit efficere opus requisitum: si opus spectare debeat ad vniuer-

B sum corpus, & instrumentum quoque debet totum corpus attingere, quemadmodũ balneum, aut si non attingit totum corpus, debet tamen vim habere quę toti aptetur, sicuti cum ad educendum sanguinem redũdantem in vniuerso corpore, inciditur aliqua magna vena in cubito; quod si opus pertinere ad certam partem debeat, ad illam dare instrumenta oportet, siue extrinsecus imponantur, siue sumantur intus. Interdum non licet admonere instrumentum proprie ad illam partem vbi opus requiritur, veluti cum curamus oculum, si necesse sit venam secare, non vtemur sectione in ipso oculo, ne priuetur visu, sed in angulo proximo. Modus adhibẽdi instrumenta, ille ipse est qui desideratur in adhibendis operibus. Conuenit quædam opera simul tota efficere, quædam partiri atque iterare. Cum opera tota simul effici debent, debent & instrumenta tota simul adhiberi, sed vbi partiri opera oporteat atque iterare, partienda quoque instrumenta sunt, atque iteranda. Modus quo adhibentur opera, in eo etiam consistit quod aliqua leniter, aliqua vehementer efficienda sunt, pro diuersitate partium illarum quibus aptantur: eadem ratio est instrumentorum, quę aliquando leniter admouere oportet, veluti cum oculis, aut auribus medemur: interdum vehementer, veluti cum curare cerebrum oportet medicamentis ad caput adhibitis. Præterea vt scopis satisfaciant opera, debent esse continua vel intermissa, constantia vel inconstantia, ordinata vel inordinata; tum tertiana, vel quotidiana, vel quartana, æqualia vel inæqualia, per se vel per aliud medium interie-

C ctum, per essentiam vel per consensum, ita vt in his quoque modus instrumentorum respondere debeat modo operum quæ requiruntur. Superest ordo, qui in instrumentis idem seruari debet ac seruetur in operibus efficiendis, nam hæc vbi plura requirantur, non æqualia sunt, sed quædam antecedunt alia: Illa ergo instrumenta prius admouenda sunt, à quibus efficienda sunt ea opera quę antecellunt alia, vbi nequeat eodẽ instrumento perfici plura opera ad curandum necessaria, veluti si redundantes succos & extenuare, & purgare oporteat, cum extenuatio purgationem antecellat, medicamenta extenuantia prius[a] danda sunt, quam cathartica. Hactenus de instrumentis, atque instrumentorum differentijs.

a Galen. 2. aph. com. 9

D



VIDI

VIDI VIDII
DE CVRATIONE
GENERATIM,

Partis Primę Liber Decimus Quintus:

Qui est de Curatione Morborum.

De curatione intemperiei cuiuslibet: Cap. I. F



Pera atque instrumenta vna cum suis differentijs ad curandum necessaria,quę
seorsum à nobis explicata sunt in superioribns, clarius patefient si simul iun-
gantur,& in vnoquoque opere differentiæ atque instrumenta per quæ perfici
possint,explicentur:referuntur ergo opera ad scopos naturales, contra natu-
ram,& medios:mittemus illa quę spectāt ad naturales & medios,vt quę abun
de tractata sint in opere de tuenda valetudine generatim: tantum ea perse-
quemur quæ spectant ad scopos præter naturam,ad morbos,ad causas, ad symptomata. Or-
diemur ab illis quæ requiruntur à morbis: sed cum hi vel ad simplices partes pertineant, vel
ad multiformes,loquemur primo de illis operibus quibus curantur morbi partium simpliciū,
siue sint immoderationes temperationis, siue ad totam substantiam referantur. Finge primo
implicari simplices partes immoderata temperatione, siue calida, siue frigida, siue humida,si-
ue sicca: postulat vnaquæque contrarium [a] opus,nam vbi excedat calor refrigerare,vbi fri-
a Gal. 2. ad Glauc. c. 2. gus calefacere,vbi humor exsiccare, vbi siccitas madefacere oportet quicquid à naturali sta-
tu recessit: quodcunque autem ex his operibus efficiendum sit, postulat tum differentias seu
animaduersiones quas supra in operibus persecuti sumus in vniuersum fusius, & nunc paucis
repetemus:tum instrumenta, per quæ perficiatur, quæ seorsum ad vnumquodque opus qualia G
accommodentur, perpendemus. Quodcunque igitur ex propositis operibus efficere debeas,
b Sup. l. 13. c. 4. siue calefacere,siue refrigerare,siue madefacere, siue exsiccare, respicere oportet ad [b] quali-
c Sup. ibid. tatem,quantitatem,numerum, tempus, locum, modum, ordinem. Sed qualitas [c] ad speciem
operis quod in corrigenda immoderatione temperationis requiritur, spectare videtur magis
quam ad differentiam. Nam si quæras quale opus conueniat, vbi curanda sit temperatio im-
moderata,dicemus contrarium,cum refrigerare calida,calefacere frigida,siccare humida,ma
defacere sicca necessarium sit.Quamobrem,qualitas operis cum specie concurrit in eiusmodi
d Sup. ibid. curatione. Sub quantitate comprehenditur [d] & gradus operis, & spacium ad quod adhibe-
tur: debet gradus operis respondere gradui recessus à naturali statu, quæ vno gradu recesse-
runt, vno gradu quoque operis curantur, quæ duobus, duplicem operis gradum postulant, &
ita deinceps, neque alio spectat cognitio naturalis temperationis, nisi vt pateat quantum ab
ea recessit quod immoderatum est, & propterea gradus operis efficiendi, vt siquid refrigera-
tum sit,quatenus calefieri debeat; spaciū vero quod immoderatū est,si magnum sit,magnū si-
militer spacium postulat vbi adhibeatur opus; nam paruo sufficit paruum: tantundem enim
esse debet spacium vbi fit opus, quantum illud quod ægrotat. De numero operum scite licet H
eum corrigitur immoderatio temperationis, si vnus sit morbus, vnum duntaxat opus requiri,
sed si multiplex,tot opera conuenire quot sunt ea quæ præter naturam sunt simul iuncta, nisi si
quando vnum atque idem opus pluribus scopis satisfacit:exempli causa,si cum caloris exces-
su iungatur tenuitas succorum, vbi refrigeremus, & calorem temperabimus, & succos crassio-
e Sup. ibid. res reddemus eodem opere. Ad tempus refertur partim occasio adhibendi [e] opus, partim
diuturnitas qua in eo perseuerandum est: tunc autem est occasio adhibendi opus, vt calefa-
ciendi, refrigerandi, madefaciendi, siccandi, cum adest ille morbus à quo requiritur, vt frigi-
dus,calidus,siccus,humidus: sed cum adhibetur,diuturniori vel breuiori tempore in eo perse-
uerabimus, pro diuturnitate vel breuitate morbi. Quæ longo tempore extenuantur corpora,
f Hippo. 2. aphor. 7. lente reficere oportet inquit [f] Hippocrates. Morbus iam vetustus ac confirmatus,operis diu-
turnitatem postulat, recens vero & nondum confirmatus, breuioris temporis opere solui po-
test. Locus vbi adhibendum est opus, vel est totum corpus,vel certa aliqua pars, si totum cor-
pus ægrotet,opus similiter ad totum pertinere debet,veluti cum febricitantem refrigeramus:
si morbus occupet partem,ad illam adhibere opus conuenit,siue interna sit,siue externa; tum

siue

A siue ante vel pone, à dextra vel sinistra, supra vel infra collocata sit, & cũ opus puenire debeat
ad locum affectum, vbi [a] hic intimus sit; augeri illud debet, vt etiã si remittatur, possit adhuc a Sup. li. 13.
respondere scopo à quo requiritur. Sed habere etiam rationem dignitatis oportet, cum immo c. 3. in fine.
derationem temperationis corrigimus: cauendum enim ne nimis refrigeretur pars [b] præci- b Sup. ibid.
pua, veluti iecur, quemadmodum supra monstrauimus, cum ageremus de indicatione sumpta
à parte affecta. Modus quo fieri debet opus ad corrigendam immoderationem temperatio-
nis, similis esse debet modo quem illa seruat, nam si tota simul est, & opus quoque totum simul
fieri debet, si partita, opus quoque partiendum, atque iterandum est: tum pro vt ordinata est
vel inordinata, quotidiana, tertiana, quartana, æqualis, vel inæqualis, constans vel inconstans,
per se vel per aliud, per essentiam vel per consensum, ita postulat opus simile, & quod eũdem
modum retineat. Ordo denique in opere tunc attenditur, vbi nõ vnum simplex, sed multiplex
effici debet, quod euenit vbi plura ac diuersa sunt requirentia, ita vt nequeat idem opus satis-
facere omnibus: quamobtem plura tunc efficienda sunt, inter quæ necessarius est ordo, cum
nequeant omnia simul effici, sed aliud prius, aliud posterius effici debeat. Idem autem ordo te
nendus erit in operibus, qui apparet in scopis requirentibus, ita vt prius efficiendũ sit id opus
quod à priori scopo requiritur, posterius quod à posteriori, nam si adsit calor immoderatus, &
B copia humoris, hæc tanquam causa sine qua non antecedit illum, quamobrem prius exinanire
corpus oportet, deinde refrigerare: sed satis de differentijs illorum operum quæ ad curãdam
temperationis immoderationem requiruntur.

Pergamus ad instrumenta quibus corrigitur proprie quilibet excessus, vt caloris, frigoris, hu
moris, siccitatis. In vniuersum autem, siue alio interiecto medio, siue postquam à nobis aliquã
acceperint mutationem, debent quæ adhibentur instrumenta ad immoderationem tollẽdam
respondere [c] operi atque operum differentijs. Respondent operi per facultatem quam ha- c Sup. lib. 14
bent, quæcunque illa sint, siue ad rationem victus, siue ad medicamenta, siue ad chirurgiam re c. 5.
ferantur. Respondent operum differentijs per differentias similes quas assumũt: necesse enim
est instrumenti differentiam similem esse differentiæ operis requisiti, ita vt qualitas qualitati,
quantitas quantitati, numerus numero, tempus tempori, locus loco, modus modo, ordo ordini
respondeat. Sed quia non vbique euidens apparet similitudo, satis est si abscondita atque im-
plicita reperiatur, habeatque vim instrumentorum, per quam accommodetur & ad opus re
quisitum, & ad differẽtias eiusdem: sed iam tempus est exempla proferre instrumentorum ca-
lefacientium, refrigerantium, madefacientium, siccantium. Continentur autem sub victu ac
medicamentis, nam chirurgia non opponitur excessui temperationis alicuius, nisi quatenus se
C ctione exhauritur humor immoderationem fouens, veluti cum secta vena [d] mittitur sanguis d Gale. 10.
calidior, quo misso, restat corpus frigidius: sed loquamur tantum de victu & medicamentis. meth. c. 10.

Finge corpus præter naturam calefactum refrigerandum esse, refrigerabitur & victu, & me-
dicamentis. Ad victum pertinent sex illæ res non naturales: aer qui ad refrigerandum valet,
frigidus esse debet, qui si non habeatur talis, arte efficitur, [e] deriuatione aquæ frigidæ, & stir- e Gale. 10.
pibus frigidioribus substratis, præsertim in locis subterraneis. Cibus frigidus sit, veluti panis meth. c. 8.
ex aqua icoctus, aut madefactus, cremor ptissanæ, aut auenæ, lactuca, cucurbita, intybus, blitũ,
atriplex, chondrilla, cicerbita: tum pisces saxatiles, pedes suilli. Potio refrigerans est primo
aqua ipsa simplex, dein illa in qua iacuerit aut incoctum fuerit hordeum, cum qua misceantur
zulapium vel serapium viola, seu rosa conditum: præterea vinum aquosum valde dilutum. Ha-
bet tam somnus quam vigilia vim refrigerandi: somnus [f] quidem refrigerat partes externas, f Gale 3. de
cum per ipsum contrahatur calor ad internas: vigilia refrigerat internas, cum propter ipsam cau. pul. c 9
euocetur calor ad externas. Siquis vtrasque refrigerare velit, vicissim & somno & vigilia vte- & Hipp. &
tur. Motus calorem excitat, sed quies [g] refrigerat, quamobrem vitare motum oportet: valet Galen. 4. 6.
igitur quies ad refrigerandum. Eadem ratio est motus in animo, atque in corpore, siquidem epid. 14.
perturbatio animi, humores concitat siue ad internas, siue ad externas partes secedant, quo g Sup lib. 2
motu incalescit corpus, aut intus, aut foris. Quamobrem tranquillitate vtendum est, vbi opor- c 10.
D teat refrigerare quod calefactum est. Restant ex sex rebus non naturalibus ad victum attinen
tibus, quæ retinentur ac detruduntur: debent ad refrigerandum detrudi calida, retineri frigi-
da: educetur itaque flaua bilis, retinebitur pituita, medicamenta refrigerantia danda sunt vbi
nõ sufficiat ratio victus. Refrigerant primo gradu, gramen, hordeum, myrthus, rosa, viola, mal-
ua, pirum, prunum. Secundo, lens palustris, cucurbita, plantago, solanum, psyllium. Tertio por
tulaca, mandragora, semperuiuum, herba appollinaris. Quarto refrigerat cicuta, papauer, &
eius lachryma. Solent eiusmodi medicamenta intus dari validiora, aut imbecilliora, pro vt res
postulat. Extrinsecus autem imponitur ceratum liquidum: quamquam adhibetur etiam bal-
neum aquæ frigidæ, illinuntur olea condita stirpibus frigidioribus, superdantur etiam & succi
frigidiores, & cataplasmata ex stirpibus iam enumeratis.

At vbi homo præter naturam frigidus calefieri debeat, adhibere & victum, & medicamen-
ta calefacientia oportet: perpendamus primo victum, æstimantes vnamquamque ex sex rebus
non naturalibus. Veniat in medium aer, qui si calidior sit, admodum idoneus est ad calefacien
dum vniuersum corpus, sicuti cum frigidus est, ad refrigerandum, quod & attrahatur à pulmo-
ne per os,

ne per os,atque ab arterijs ad cutem pertinentibus,quodque circumfusus sit vniuerso corpo- E
ri.Ergo si calidus sit, idoneum instrumentum est ad calefaciendum: paratur autem calidus fa-
a Hippo.& Gal. 1.aph. 15. cile, ac sine vllo artificio, accenso igne in conclaui aliquo clauso. Quamquam & aer frigidus
vt hybernus, internas partes calefacit, contrahendo [a] calorem, quo tamen non est vtendum
ad cale faciendum,nisi vbi plurimum sit calidi innati,alioquin vel extinguetur,vel certe minue
tur ab aere valde calido.Cibus qui calefaciendi vim habet,calidus est, vel per se,vt allium,ce-
pa,nasturtium,vel per aromata,vt per crocum,piper,zinziber,cinnamomum,quibus cōditur:
multitudo cibi,vbi concoquatur,vim habet calefaciendi,cum sanguinem augeat,sed vbi confi
ci non possit,refrigerat potius & strangulat calorem. Egregie etiam calefit corpus quod refri-
b Galen. 3. simpl.c.20. geratum est,si bibatur vinum vehemens [b] vetus.De somno & vigilia ante dictum est,nā som-
no calefiunt partes internæ,vigilia externæ:si vicissim adhibeantur, calefieri vtræq.poterunt.
Vtemur vigilia magis quam somno vbi magis calefaciendæ sint externæ, quam internæ : con-
tra somno,vbi magis calefaciendæ sint internæ quam externæ.Motus vim habet calefaciendi,
vt quies refrigerandi.Quæcunque igitur calefieri debent,exercenda sunt:quanto autem vehe
mentius exercentur,tanto magis incalescunt. Ad alias partes,alio vtendum est exercitationis
genere,vt ludo armorum,vel pilæ,lucta,cursu, frictione huius vel illius loci panno aspero adhi F
bito.Accommodantur & animi perturbationes ad calefaciendum,sicut tranquillitas ad refri-
gerandum. Calefit etiam corpus per retenta & expulsa, vt si retineatur sanguis, aut flaua bi-
lis,si detrudatur pituita. Medicamenta etiam dantur ad calefaciendum, siue intus sumantur,
siue extrinsecus imponantur. Primo gradu calefacit agrimonia,althæa, semen lini, ladanum,
chamomælum,sesamum.Secundo capparis,fœnugræcum,marrubium,apium,artemisia,chamæ
pythis.Tertio origanum,dictamus,mentha,ruta,petroselinum, sampsucus,arum,calamenthū,
fœniculus,azarum,iris.Quarto euphorbium,tithymalus,pyrethrum,lepidium,nasturtium, al-
lium,cepa. Ex quibus medicamentis, ea quæ tenuiora sunt, magis & celerius penetrant vi sua
per corpus, sed quæ crassiora sunt, diutius suum retinent calorem.

Exsiccatur quod præter naturam humidum est,victu, & medicamentis siccandi vim haben
tibus. Valent autem per se quæ sicca sunt: sed humorem exprimendo quidē frigida, absumen-
do vero calida: vehementiorem habet vim siccandi calor quam frigus,aut siccitas. Intueamur
primo qualem esse oporteat victum exsiccantem,deinde pergemus ad medicamenta. Aer igi-
tur siccus conuenit,siue iungatur siccitas cum frigore,quemadmodum flante aquilone, siue cū
c Hipp.l.7. aph.60. calore,quemadmodum in æstate.Cibus quantitate debet esse paucus,fame enim exsiccari hu-
mida corpora tradidit Hippocrates: [c] siccat autem non per se,sed quatenus nō reficit quod
absumitur continue à calore.Debet cibus etiam esse qualitate siccus,cuiusmodi est brassica in G
ter olera,lens inter legumina,zea,milium,panicum inter frumenta: inter fructus amygdala,&
terebinthi semen:caro ferarum magis siccat quam cicurum,salita magis quam recens:siccant
& pisciculi saliti,sed quicunque cibi dentur,magis siccant assi quam elixi.Plurimum autem va
let panis biscoctus, plurimum valent etiam cibi astringentes, quod humorem exprimant. Po-
tio quæ ad siccandum accommodatur,debet esse quantitate pauca,qualitate sicca,cuiusmodi
potissimum est acetum,aut muria,deinde vinū austerum, acre aut vehemens,quale bibit puer
d Gal. 2.de loc. aff. capit. vlt. ille grammatici, quem Galenus [d] scribit deinde vigilia interemptum ob validam vim siccan-
di quam habuit eiusmodi vinum.Somnus breuis esse debet,cum madefaciat, sed vigilia diutur
e Hippo.& Galen.4.6. epid.cō.20 nior plurimum [e] exsiccat, cum dissipetur humor qui fertur ad partes externas. Eadem ratio
est motus & quietis : respondet quies somno, ita vt madefaciendi vim habeat, motus uigiliæ,
unde ualidam habet exsiccandi [f] vim,præsertim ubi uehementior & diuturnior sit,nam lenis
f Gal.7.me tho.c.6. & breuis,cum conferat ad alimentum attrahendum,uidetur magis madefacere,quam exsicca
re.Exsiccat etiam animi perturbatio non secus quam motus.Tranquillitas uero animi ad ma-
defaciendum accommodatur perinde ac quies corporis:ualet & expulsio multa ad siccandū,
sicuti retentio ad madefaciendum: præter uictum utimur ad siccandum etiam medicamentis.
Primo gradu siccat hordeum,thus,faba,myrthus,beta,brassica,crocus. Secundo oryza,miliū,
capparis,anethum,mentha,calamus odoratus,spica nardi,glans unguentaria.Tertio ruta,hys H
sopus,acacia,coriandrum, marrubium,piper,origanum. Quarto sinapi, rūta syluestris,allium,
g Galen. 9. simpl. c.de pyrite. nasturtium,quibus utimur omnibus, & intus datis, & extrinsecus impositis: sed ueteres [g] ex-
trinsecus utebantur arena maris calefacta sole, condebant enim hominem in fouea littoris,&
arena tegebant nudum capite detecto. Plurimum etiam ualent aquæ uim sulphuris, aluminis,
salis,aut nitri habentes,quib. uel intus sumptis, uel extrinsecus adhibitis sanari hydropes so-
lent.Si quid exsiccatum præter naturam sit,madefieri debet,quod opus difficile est cum instru
menta siue ad uictum,siue ad medicamenta referantur, per humidam qualitatē duntaxat quæ
parum efficax est, madefaciendi uim habeant, neque enim accommodantur ad madefacien-
dum calida,aut frigida,sicut ad exsiccandum, calor enim absumit, frigus exprimit humorem,
qui non nisi diuturnitate temporis postea reficitur : tantum autem inest hæc uis in esculentis
& poculentis, siquidem medicamenta & cętera quæ sub uictu continentur, eatenus madefa-
ciunt quod exsiccatum est,quatenus non permittunt ulterius exsiccari. Cibus igitur ad made
faciendum, debet esse quantitate moderatus, ut concoquatur, neque enim reficie humorem

qui

A qui sumitur, sed qui concoquitur: debet etiam habere substantiam & qualitatem similem natu
ræ nostræ, sic enim, magis recreat corpus exhaustum: debet etiam esse lenis, non salsus, acris,
amarus, acerbus, aut austerus; conuenit elixus magis quam assus, & mollis ac liquidus potius
quam crassus ac durus. Valent iusculum ex pullis gallinaceis, testiculi gallorum qui lacte nutri
ti sint, vitelli ouorum, pisces saxatiles ex albo iure, ptissanæ cremor: valet lactuca, malua, cucur
bita, cucumis maturus. Quod si siccitas maxima sit, maxime idoneum [a] est lac, quod statim a Galen. 7. meth. c. 6.
emunctum potui detur; sit autem muliebre vel asininum, cui tantam vim tribuerunt Herodo-
tus, & Euryphon, vt existimauerint sanari eo posse tabescentes, potio multa accommodatur
ad madefaciendum, modo concoquatur, maxime idoneum est vinum dulce: sed satis de cibo &
potione, spectemus reliqua quæ sub victu continentur, & primo aerem qui ad madefaciendum
humidus esse debet; somnus vero quatenus non absumit humorem sicut vigilia, diuturnior con
uenit; ita vt vbi madefacere corpus oportet esse debeat longior, sed vigilia breuior quam con
sueuerit. Eadem ratio est quietis, quæ respondet somno, & ita conuenit vbi corpus exsiccatum
est, sicut & animi tranquillitas. Motus vero alienus est, similiter & perturbatio animi, cum vim
habeant siccandi. Quod attinet ad retenta & depulsa, si retineantur quæ humida sunt, depel-
lantur quæ sicca, madefiet corpus: in vniuersum autem retentio magis madefacit; depulsio vbi
B multa fit, siccandi vim habet. Sed quia balneum sub victu continetur, si homo lauetur aqua dul
ci tepida, non mediocrem habet vim madefaciendi: qui exhausti sunt ac sitiunt ex itinere [b] lon b Galen. 10 meth. c. 10.
go æstiuo tempore, balneo aquæ dulcis mirandum in modum reficiuntur, & à siti vindicantur.
Ex medicamentis, primo gradu madefacit buglossum, dulcis radix, intybus, malua, rapa. Secun
do atriplex, cucurbita, lactuca, lens palustris, portulaca: aqua siue frigida, siue calida semper
madefacit: si qua autem vltra prædictum gradum madefaciunt, illa simul frigida sunt, veluti ci
cuta, quæ quarto gradu refrigerat. Sed satis iam exposita sunt instrumenta à quibus illa opera
efficiuntur, quæ pertinent ad curandam immoderationem temperationis.

De operibus atque instrumentis pertinentibus ad morbos à tota substantia.
Cap. II.

SEd simplices partes præter immoderationem temperationis, morbo interdum la-
borant tota substantia pugnante cum natura nostra, cuiusmodi accidere solet
cum datur venenum, aut cum externæ partes morsu feræ alicuius vulnerantur:
C quamobrem non tantum necessaria sunt opera illa quæ immoderatæ temperatio-
ni succurrunt superius exposita vna cū differentijs atq; instrumentis, sed alia ēt quæ medean-
tur morbo tota substantia nobis repugnanti. Primo autem præcauere ipsum oportet vitando
cām efficientem, & firmando corpus ne illi obnoxiū sit, deinde curare eum qui iam incepit: cu-
ratur ille qui ex aere pestilenti proficiscitur & prauitate succorum, adimendo vitiosos succos,
& corrigendo ac temperando illos: qui vero ad venenum vel epotū, vel insertum per ictū per-
tinet, ipse quoq; duo communiter opera postulat, correctionem videlicet, atq; extractioné ve
neni, quod vel bibitur, vel per morsum inseritur: quanquam hoc non tantum hæc duo opera re
quirit, sed ēt vt ꝓhibeamus ne serpat ad vlteriores partes adhuc integras, atq; inuiolatas. Tria
hæc opera ad causam omnia pertinent, quam & detrahere oportet, & prohibere ne serpat ad
partes nobiliores, & corrigere: quanquam correctio magis pertinet ad morbū factum, qui vbi
nulla sit causa, requirit hoc vnum opus duntaxat. Attenduntur in oībus his operibus eædé ani
maduersiones, quas in corrigenda immoderata temperatione attendi demonstrauimus. Spe-
ctare enim oportet ad qualitatem, quātitatem, numerū, tempus, locum, modum, ordinem, quæ
omnes differentiæ in opere respondere debent similibus differentijs scopi requirentis, siue si-
militudo expressa sit, siue implicita. Instrumenta vero quibus hæc opera perficiuntur, faculta-
D te prædita esse debent idonea cum differentijs per quas illis respondeant, quasue animaduer
ti in operibus monstrauimus. At quibus instrumentis propriè effici possit vnumquodq; ex trib.
operibus propositis, nunc proxime subijciemus. Loquemur autem primo de illis à quibus fit
mutatio veneni quod iam concepit corpus nostrum, & morbi tota substantia pugnātis, deinde
aggrediemur ad illa per quæ virus extrahitur, aut prohibetur vlterius serpere. Mutatur igitur
& corrigitur vis veneni à calore naturali concoquente, ope tamen medicamētorum illorū quæ
venenis aduersantur (alexiteria [c] seu alexipharmaca græce dicuntur) sunt autem media inter c Supra lib. 14 c. 3.
naturam [d] nostram & venenum, nam si similia essent naturæ nostræ, cibi dicerentur, & nos ale- d Galen. 5. simpl. c. 18.
rent, non curarent: si veneno, ipsum duplicarent. At cum mediam quādam facultatem habeāt,
neque nos alunt, neque nobis aduersa sunt veneni modo, sed succurrunt naturæ nostræ mutan
ti ac corrigenti vim veneni. Horum alia communiter valent contra oīa venena, veluti thlaspi,
scordeon, terra lemnia, aut armena: præterea antidoti, vt Theriace, Mithridatum. Alia certis
venenis aduersantur, vt puluis ex [e] cancris, morsui canis rabiosi. Alterum opus diximus esse ex e Gale. 11. simpl. c. de cancris.
tractioné, ad quam aptantur alia instrumēta cum datur venenū, alia cum inseritur per morsū:
quod epotum est, educitur vomitu, aut deiectione. Mouetur vomitus non solum catharticis,
sed

sed etiam oleo, aqua calida, uel iure aliquo pingui relaxante ventriculum: deijcitur aluus partim catharticis epotis, partim acriori aliquo humore ab inferiori parte per clisterem indito. E
Ad extrahendum virus quod per morsum inseritur, vtimur tum medicamentis, tum chirurgia. Ex medicamentis, quædam communiter aptantur ad quoduis extrahendum, quędam proprie pertinent ad extrahendam vim veneni. Quæ communiter vim habent extrahendi, [a] ἑλκτικά, & ἕλκτικά græce nominantur: calefaciunt autem & sunt tenuium partium, quove tenuiora sunt, eo maiorem habent extrahendi vim: quod contra accidit repellentibus, quæ quo crassiora sunt, eo magis repellunt. Quæ igitur abunde calida sunt, & tenuium partium, communiter ad se trahunt, & ideo extrinsecus adhibita extrahunt quæ intus continentur. Hoc facit thapsia, [b] aristolochia, euphorbium, succus cyrenaicus, galbanum, pix, sinapi, pyrethrum: conferunt etiam ad extrahendum quæ per putredinem calida efficiuntur, vt fermentum, stercus columbinum. Proprie autem ad extrahendum [c] venenum accommodantur quædam media inter ipsum & naturam nostram, perinde atque illa quæ paulo ante diximus conferre ad mutationem cum corriguntur venena à natura ope medicamentorum. Huiusmodi ergo sunt ruta, allium, scordium, trifolium, theriace: quamquam & hæc preter propriam facultatem quã habent à tota substantia emanantem, quanto calidiora sunt, [d] tanto maiorem habent extrahendi facultatem. Quid quod ea etiam quæ tactu leniter calida sentiuntur, imposita venenum extrahunt, ita nta est vis caloris in extrahendo. Monet Cornelius [e] Celsus, vt gallinaceus pullus per medium diuisus protinus calidus imponatur super vulnus, sic vt pars interior corpori iungatur: ad quod valere etiam air hœdum, vel agnum discissum, vbi calida eius caro statim su per vulnus imponatur. Chirurgia etiam efficacissima est ad extrahendum eiusmodi virus, adhibetur enim [f] cucurbitula ad locum violatum, qui ante scalpello exasperatur, quo plus extrahi possit sanguinis vitiati. Si cucurbitula non sit, defigitur aliud uas simile: si ne id quidem sit, adhibetur homo qui uulnus exsugat, quod [g] tuto fit, nam eiusmodi uenenum non gustu sed uulnere interimit: tutius ergo erit siquis exuxerit uirus, modo non habeat ulcus in [h] gingi uis, palato, aut aliqua parte oris. Tertium opus diximus esse, prohibere ne uirus serpat ad ulteriores partes, id quod per chirurgiam efficitur: deligatur enim uiolatum membrum super uulnus, non tamen nimium uehementer, ne torpeat: quod si uinculum non uideatur sufficere, præciditur pars icta, ut digitus: & si neque hoc præsidium sufficit, ad aliud confugitur quod miserum est, sed unicum, nam & membrum totum, ubi ad ipsum peruenerit uenenum, abscindimus, ut manum, pedem, brachium, crus, ut uita sit superstes. F

a Galen. 5. simpl. c. 17.
b Gal ibid.
c Gal. ibid.
d Galen. 5. simpl. c. 17.
e Cels. lib. 5. c. 27.
f Cels. ibid.
g Cels. ibid.
h Cels. ibid.

De operibus atque instrumentis ad corrigendam figuram deprauatam idoneis, *Cap. III.* G

Svpersunt illa quæ spectant ad morbos proprios partium multiformium, quos cõprehendi diximus[i] sub conformatione, magnitudine, numero, situ. Cõformationi subijciuntur figura deprauata, superficies asperior vel leuior quam naturæ conueniat, caua aperta vel clausa contra naturam. Exordiamur ab illis operib. atq. instrumentis quæ ad figuram pertinent deprauatam. Hæc aut sola est, aut coniungitur cum causa continente à qua conseruatur: quæ sola est, compositionem postulat, per quam redeat ad naturam: quæ iungitur cum causa, remotionem causæ: in vtroq. opere obseruandæ sunt animaduersiones illæ, quas in alijs operibus attendi monstrauimus, ad qualitatem, quantitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem attinentes. Debent enim respondere similib. differentijs scopi requirentis, vt figuræ deprauatæ, quam nunc tractamus. Eædem animaduersiones attendũtur etiam in instrumentis, quæ vt facultate efficere opus debent quod requiritur, ita differentijs respondere similib. differentijs eiusdem operis. Veniat in medium primo illa figuræ deprauatio cuius causa iã præterijt, talis accidit vel in vtero protinus naturæ culpa, vel in partu culpa obstetricis, vel tenera ętate culpa nutricis tenera infantium membra distorquentis, vel firma etiam ætate culpa medici male componentis membrorum fracturam. Componere oportet eiusmodi deprauationẽ, seu corrigere, quod [k] opus non est naturæ, sed medici. Vtitur aũt chirurgia, manib. n. partim adducit, partim impellit quod deprauatum est, atque ita componit vt ad naturalem figuram reuertatur, neq. finem facit adducendi, atq. impellendi, nisi vltra debitam figuram, nonnihil etiam in contrariam adducat; vt cum reuertitur versus consuetã deprauationem, consistat in medio. Quod præceptũ Hippocratis [l] supra exposuimus, [m] cum explicaremus cõe illud, quod quæ contra naturam sunt, contrario opere curantur. Spectamus autẽ in componendo quod deprauatum est coningem partem, vel in eodem homine, vel in altero simili. Dirigimus. n. brachium peruersum ad exemplum [n] integri, sicut & crus ad exemplum cruris. Id aũt quod ideo deprauatum est, quia ante fractum à medico male compositum fuit, separari deber, & rursus componi: quod si callo [o] iam firmatum sit, molliẽdum perfusione aquæ calidæ: & in contrarias partes distẽdendũ, vt soluto callo rursus cõponi possit, ac dirigi. At nõ sufficit cõponere quod deprauatũ est, nisi cõpositum conseruetur dum fuerit confirmatum: sicut in curatione vulneris nõ satis est adducere labra distãtia, sed oportet adducta [p] seruare. Ergo in curatione H

i Sup. l. 1. capit. 7.
k Ga. lib. de caus. morb. c. 7.
l Gal. lib. de const. artis c. 12.
m Hippo. 4. de art. ab initio Aris. 2. Ethico. in fi.
n Sup. l. 12. c. 5.
o Hippo. in proœm. de off. med. & l. 3 d' off. 14
p Gal. l. art. med. c. 93. & 1. de fracturis cõ. 51

ratione

A ratione figuræ quam composuimus, compositam conseruabimus, dum confirmetur. Id quod præstat chirurgia. Alia autem alijs partibus aptatur: vt consetuētur figura nasi, quam vbi fractus esset, medicus restituit, iubet Hippocrates[a] vt homo demittat in nates indices digitos, cōtineatq; dum conseruescat fractura. Si homo ferre eiusmodi molestiam recuset, demittitur pro indice digito pēnicillus: vtitur idem[b] Hippoc. idoneis calceis ad pedis iam compositi figurā conseruandam. Fulciuntur aliæ partes lamina ferrea, aliæ ferulis, aliæ fascijs ac pānis, à quib.[c] compellitur quod peruersum est in contrariam partem illi in quam deprauatum erat. Si adsit causa figuræ deprauationem conseruans, remoueri debet: quæcunque illa sit, pertinet ad tensionem, aut laxitatem, mutant.n. figuram oīa quæ tenduntur, aut laxantur præter naturam: restituuntur autem contrario opere, laxandum.n. est quod contra naturam tensum est, tendendū quod laxum, quibus instrumentis vtrumque perfici possit apparebit si causas in memoriam reuocauerimus, à quibus tam tensio, quam laxitas proficiscitur. Tenduntur partes nostri corporis, cum vel nimis implentur, vel nimis siccantur atque exhauriuntur. His duabus causis tertia accedit, quæ[d] est consensus: tenduntur.n. eis congruunt parti quæ[e] mordentium, atque erodētium sensum percipit, veluti cum distenduntur nerui ex morsu in ore vētriculi à bile illa[f] quā æruginosam appellant. Vbi tensio fiat quod partes per consensum afficiantur, sanare illas oportet à quibus afficiantur, sicuti sanauit Galenus[g] distentionem neruorum à morsu in ore ven-
B triculi per vomitū bilis. Tensio quæ fit à plenitudine, inanitatem postulat. Quibus instrumētis exinanire corpus oporteat, proximo libro ostendemus cum curationem causarū tractabimus. Tensio quæ fit à siccitate, madefacientibus curatur, quæ supra exposuimus cū ageremus de curatione morbi sicci. Remotione igitur causarum tendentiū, remouetur tensio, & simul deprauatio figuræ inde orta. Laxitas fit à contrarijs causis, videlicet ab inanitate cauorum, & a substantia partis præter naturam madefacta, nam tensio à plenitudine cauorum, & à substantia partis exsiccata proficiscitur. Causis ergo laxantibus opponemus contraria opera: ad inanitatem cauorum opus est refectione, ad quam accommodantur esculenta & poculenta, de quibus tractabimus qua de curandis causis, & proprie de inanitate. Distenduntur igitur quæ reficiuntur, quemadmodum vbera, quæ replentur lacte. Si laxitas proficiscatur ab humore nimium madefaciente substantiam partis, curatur exsiccantibus. Habet.n. siccitas vim tendendi, nam & vbera cum tabescunt & male aluntur, contrahi videntur, ita vt exsiccantibus (de quibus supra locuti sumus cum ageremus de curatione morbi humidi) succurratur laxitati figuram deprauanti.

a Galen. li. artis. med. c. 90.
b Hip. 2. de artic. 45. & 46.
c Hip. 4. ll. de articulis particula 12
d Hippo. 6. aph. 39. & Gal. in commento.
e Gal. 3. de locis aff. 7.
Galen. 5. de loc. aff. 6.
f Galen. 5. aph. com. 4.
g Gal. ibid.

De operibus atque instrumentis ad asperitatem & leuitatem contra naturam attinentibus. Cap. IV.

C SEquitur superficies, quam partes multiformes certam postulant, aliæ magis, aliæ minus asperam aut læuem secundum naturam: mutatur autem & contra naturam aliquando asperior redditur, aliquando læuior; vtrumq; vitium requirit opus contrarium, quęcunque enim contra naturam exasperata sunt, læuia reddere oportet, contra exasperare quæ læuiora effecta sunt: postulat vtrunque opus animaduersiones quas ab alijs operibus postulari monstrauimus, vt qualitatem, quantitatem, numerum, tempus, modum, locum, ordinem, quæ respondere debent similibus differentijs scopi requirentis, sicut & instrumētorum per quæ vtrumque opus propositum perficiendum est, animaduersiones illis aptari debent, quas in opere attendimus: quibus ita in vniuersum constitutis, accedamus ad propria instrumenta, & primo ad ea quæ exasperant quod lene est. Comprehenduntur hæc sub victu, sub medicamentis, sub chirurgia. Ad victum pertinent esculenta & poculenta, quę vbi sint acerba, acida, austera,[h] salsa, amara, acria, vim habent exasperandi: detrahunt enim aliquid vel exprimendo, vel absumendo, ita vt exasperent quod lene est, sed eatenus medicamenta dici debent. Inest (teste[i] Hippocrate) in alimento vis medicamenti: quædam sunt medicamenta duntaxat, & nullo modo nos alunt, à quibus exasperari potest quod lene est: eiusmodi autem omnia vim habent detrahendi. Inest hæc detergentibus, sed multo magis erodentibus medicamētis,
D perinde ac succis qui redundant in corpore[k] nostro, salsa enim pituita à cerebro destillans fauces exasperat, quod aliquid detrahat ob detergentem vim quam obtinet à salsedine: bilis tam flaua quam atra erodendo non solum exasperat, sed etiam exulcerat intestina. Eadem ratio est medicamentorum detergentium, aut erodentium, eiusmodi est scilla, muria, lixiuium, smegmata,[l] stirpes acriores, exasperant enim partes quas attingunt, siue intus dentur, siue extrinsecus imponantur. Facultas hæc exasperandi quam tum esculentis & poculentis, tū medicamentis monstrauimus inesse, sequitur primas qualitates, sunt.n. asperitas & lenitas, qualitates secundæ, quæ proficiscūtur à primis: proficiscitur lenitas ab humore, sicut asperitas à siccitate. Quæ igitur exasperandi vim habent, necesse est sicca sint, quāto autem sicciora fuerint, tanto magis exasperant, præsertim si adiunctam habeant sustantiæ tenuitatem, vt penetrare possint. Sed tam detergentia quam erodentia non solum sicca sunt, verum & calida quoque cum tenuitate substantiæ: multo tamen calidiora sunt erodentia, quam detergentia. Pręter victū & medicamēta, accommodatur ac exasperandū chirurgia, quæ expedita magis est: vtimur

h Gal. 1. acutorum.
i Hipp. lib. de alimēto.
k Gal. li. de caus. morb. cap. 7.
l Gal. 1. catatopos c. 7

enim ad exasperandum vnguibus, specilli cyathisco, scalpello, linteo aspero, pumice, sepia, corio squatinæ, folio fici, aut re aliqua aspera, qua perfricantes quod læue est, asperum reddimus. E

Iisdem tribus instrumentis, victu, medicamẽtis, & chirurgia vtimur vt læue reddamus quod exasperatum est, vt fauces, palpebras, ossa quæ caries occupat. Ad victum, referuntur esculenta & poculenta, quæ tunc leniendi vim habent, cum dulcia sunt, lenia, pinguia, a aut aquosa, penitus expertia acerbitatis, salsedinis, amaritudinis, acrimoniæ: valent igitur album oui, lac, nuclei pinei, alica, panis elotus. Medicamenta vero quæ leniunt, morsu carent, siue liquida sint, siue sicca. Maxime autem aptantur tragacanthum gummi, terra samia, quæ humore aliquo pingui, aut aquoso diluuntur. At oleum plerasque partes lenit, non tamen b omnes, fauces enim atque oculos tantum abest vt leniat, vt non mediocriter etiam exasperet, inhærescit enim glutinosa vi quam habet, & acres succos in huiusmodi partibus liquat, qui deinde mordendo eas exasperant. Verum quo pacto chirurgia læuia reddere possit quæ exasperata sunt, non satis cõstare videtur, quandoquidem per ipsam detrahentes exasperamus quod lene est, vt paulo supra ostensum est: si dicamus detractione etiam remoueri quod excedit, & ita reddi læue quod asperum erat ab eadem causa, hoc est à detractione quam præstat chirurgia, duo contraria effecta proficiscentur, asperitas videlicet, & læuitas, at statutum est a Physicis contrariorum cõtraria esse consequentia. Diluitur hæc dubitatio facile, effectum enim quod proxime sequitur eandem causam, vt detractionem, vnum est, nempe remotio quarundam partium, quæ si prius ceteris exęquabantur, ablatæ asperitatem faciunt, si excedebant, læuitatem: læuis enim superficies partes ęquales habet, sicut aspera inæquales. Detractio igitur proxime remouet aliquas partes, sed eiusmodi remotionem consequitur asperitas vel læuitas, prout superficies à qua fit detractio, æqualis erat vel inæqualis: neque absurdum est aliquo interiecto medio corporibus diuerso modo affectis, diuersa & contraria effecta sequi eandem causam: licet igitur chirurgia vti ad exasperandum, detrahendo aliquas ex illis partibus quæ exęquantur: licet & lęuius facere quod exasperatum est, detrahendo partes illas quæ excedebant reliquas. Sed læuitas quam afferunt cibi aut medicamenta, potius complendo, quam detrahendo efficitur: proxima autem causa læuitatis est ęquatio partium in ipsa superficie; ęquantur autem vbi inæquales sint, si vel addatur quod deest, vel detrahatur quod superest: vtroque modo vtũtur fabri cum ligna lęuia efficiunt, dolabra enim adimunt quod excedit reliquam superficiem, deinde etiam complent illinendo gummi aliquod dilutum, aut glutinosum quidpiam, vt si particulæ desident, compleãtur, atque exæquentur, ita vt summa læuitas comparetur: hoc etiam imitabitur medicus, qui vbi parua sit asperitas, eam tollet exæquando per cibos, aut medicamenta illita, qualia descripsimus: vbi magna, ita vt multum sit quod excedat, chirurgia vtetur, qua nonnunquam læues redduntur palpebræ admodum exasperatæ, perfricantur enim sepia, corio squatinæ, pumice, aut alia re aspera, ita vt detrahatur quod excedit, & ipsæ ad æqualem superficiem reuertãtur. F G

a Galli. de caus. morb. cap. 7.

b Ga. 2. simplic. c. 5.

De operibus & instrumentis ad caua aperta vel clausa attinentibus.
Caput V.

SVb vitijs ad conformationem attinentibus, comprehendi etiam caua diximus contra naturam clausa vel aperta, à quibus contraria opera requiruntur, aperiri enim oportet quæ nimis clausa sunt, claudere quæ nimis aperta, id quod sibi voluit Hippocrates c cum scripsit dilatare, constringere, alia quidem, alia vero non: si quando autem aperiuntur à medico quæ secundum naturam clausa sunt, veluti vena ad sanguinis missionem, & cutis ad extrahendum pus quod in abscessu continetur, id opus non dirigitur ad contrarium morbum curandum, sed ad causam remouendam. Si quando item clauditur quod naturaliter debet patere, eiusmodi opus spectat ad symptoma, vt ad fluxum supprimendum, veluti cũ sanguis large effunditur ex venis vteri: sed siue aperiatur quod clausum est, siue claudatur quod apertum, postulat vtrumque opus, qualitatem, quantitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem, perinde atque alia opera. Diximus autem respõdere has animaduersiones debere similibus differentijs scopi requirentis: postulat & vtrumque opus instrumenta in quibus similiter eędem animaduersiones attendi debent, respondentes his quæ in operibus attenduntur. Quibus vero instrumentis proprie vtrumque opus efficiatur, explicandum nunc nobis proponitur: sed cum liceat & dupliciter aperire quæ clausa sunt, & dupliciter claudere quæ aperta, aperimus enim cum vel dilatamus quod adstrictum est, vel liberamus ab obstruente causa id quod obstructum: claudimus quod apertũ est, cum vel adstringimus quod dilatatũ est, uel reficimus quod deest, quodque naturaliter obstruere debeat id quod apertum est. Duplex igitur cũ sit ratio aperiendi & claudendi, ad vnamquanq; inuestigare instrumẽta idonea oportet. Veniant primo in medium ea quæ aperiunt dilatando id quod adstrictum est, & propterea clausum: vbi illud primo distinguere oportet, maneat ne adhuc causa astringẽs in eo quod adstrictũ est, an recessit. Intelligo manere causam, cũ in corpore nostro aliquid inest quod sit causa astrictionis. Intelligo recessisse causam, cum sola remanet immoderata temperatio, quã sequi- H

c Hippo. 2. Iecu ep. 2.

tur

A tur astrictio: vbi manet causa continens astrictionis, si tollatur, simul etiam cessat astrictio: ea autem præsidia quibus utimur ad remouendam causam, non appellantur aperientia, sed remouentia hanc uel illam causam. Mitto nunc externa uincula astringentia, quæ uulgares etiam atque imperiti sine ullo artificio soluentes relaxant quod adstrictum est: sed astringuntur caua ab interna causa, ueluti ab ossibus fractis, aut luxatis, à tumoribus præter naturā: præsidia quibus hæ causæ remouentur, non dicuntur aperientia, sed sanantia tumores, fracta, luxata quæ suo loco tractabuntur. Similiter ubi omentum claudat os uteri comprimendo (ut tradidit [a] Hippocrates) si extenuato corpore aperiatur, ea præsidia non dicentur aperientia, sed extenuantia. Quod si canales ob inanitatem conniuentes astringantur, aperientur datis esculentis & poculentis quæ non dicentur aperientia, sed alentia, & reficientia. Illa autem proprie vocantur aperientia, à quibus dilatantur quæ cessante causa adhuc manent astricta: sed si caua quæ aperiuntur sint magni canales, medicamenta à quibus dilatantur, dicuntur græce ἀναστομωτικά; si parua [b] foramina cutis, ἀραιωτικά. Sed hæc cum tenuitate partium modice calida sunt, & minime sicca, vt chamemælum, althæa, oleum his conditum, balneum: illa cum crassitudine calidiora [c] sunt acria terrestria, vt allium, cepa, fel taurinum. Præter medicamēta, vtimur interdum chirurgia, sectione, vel vstione, ad dilatandum quod astrictum est, vt ad vulnera, & fistulas. Altero modo aperiri diximus quæ clausa sunt, cum id tollitur à quo obstruūtur, vt multitudo, crassitudo [d]

B gluten: quod multum est, exhaurire oportet: quod crassum, extenuare, quod glutinosum, incidere ac detergere. Ad exhauriendum partim vtimur medicamentis, partim chirurgia: vtimur medicamentis catharticis, cum obstruentes succos vomitu aut deiectione purgamus: vtimur vrinam euocantibus, cum eosdem per vrinam educimus: vtimur euocantibus sputum, ad humores thoracem, & pulmonem obstruentes: immittimus & per clysterē in intestina partim pinguem, partim acrem humorem, vt durum stercus à quo obstruebantur mollitum à natura irritata expellatur. Necessaria etiam interdum est chirurgia ad id quod obstruit educendum, vel transferendum ad ignobiliorem partem: secamus venam vt multitudinem sanguinis vasa obstruentem educamus. Solebat Iustus medicus ocularius chirurgia trāsferre ad inferiorem oculi partem humorem illum qui partē oculi, quæ è regione pupillæ est, obstruebat. At vbi obstructio à crassitudine humorum fiat, extenuari debet vt diximus, id quod fit partim victu, partim medicamentis: plura sunt genera victus, huc spectat proprie extenuans, quem paulo post explicabimus, cum ad curandam magnitudinem auctam in vniuerso corpore veniemus. Medicamēta vero extenuantia sunt tenuium partium & calida, minus tamen quam quæ vrinam euocant, quemadmodum betonica, radix asparagi, thymum, capparis: quanquam extenuandi quoque

C vim habent quædam tenuium partium magis frigida quam calida, veluti acetum, vinum leniter acidum, succus ex illis malis medicis quæ limones appellantur, oxymeli, apomeli. Diuturnior autem vsus extenuantium, non solum medicamentorum, sed etiam esculentorum & poculentorum noxius est, contrahunt enim multum succum biliosum, aut melācholicum, qui illis assidue vtuntur: sæpe etiam calculum gignunt, quod humores crassi ab extenuantibus adeo siccētur, vt in lapidem vertantur. Si quod obstruit glutinosum sit, eget medicamentis detergentibus, [e] quæ opponuntur emplasticis, atque infarcientibus. Detergentia quæ leuia sunt, sordem ex vlceribus detrahunt, dicunturque [f] græce, ῥυπτικά, veluti mel, hordeum, faba, amygdalæ dulces: quæ validiora sunt, ἐκφρακτικά, & ἐκκαθαρτικά græce nominantur, detergūt parua foramina cutis, veluti amygdalæ amaræ, farina lupini amari, farina erui, iris, scilla: omnia [g] autē aut vim nitri habere, aut amara esse debent. Eadem accommodantur etiam ad detergendos glutinosos succos ex visceribus, atque internis canalibus: quod si cum amaritudine adiunctum habebunt aliquid acerbitatis, efficaciora ad detergendum erunt, compellet enim acerbitas amaritudinem vlterius, quo nomine absinthium, seriphium, abrotanum, cortex [h] radicis capparis, myrica, plurimum valent ad detergendos glutinosos succos qui viscera obstruūt, quæ tamen aliena sunt,

D vbi detergere oporteat externa foramina cutis, quæ non sunt magna vt interni canales, sed ob paruitatem etiam à parua illa acerbitate astringuntur, ac clauduntur, ita vt nequeat amaritudo penetrare: sed proponuntur à Galeno ad detergēdos internos canales aspera quædam in puluerem redacta, vt pumex, [i] aut testa: existimat enim vt hæc detergūt externas res, veluti vasa ænea, aut argentea, ita detergere posse internos canales. Id quod in dubium incertumque reuocatur, cum plurimum intersit inter res externas, & internos canales nostri corporis: illis enim adhæret id quod datur asperum ad detergendū, & manu imprimitur, ad hos autem non peruenit, aut nullo impetu admouetur: neq; enim intus est vis aliqua manus perfricantis glutinosos succos medicamēto aliquo aspero. In qua difficultate difficillimum est iudicium interponere: illud tamen constat, quod eiusmodi res quæ asperæ tanguntur, non æque possunt internas partes nostri corporis, vt externas res detergere. Sed pergamus ad instrumenta quæ claudunt quod apertum est, quatenus aut astringūt quod dilatatum, aut implent quod priuatū est materia naturaliter obstruente. Adstringitur igitur quod dilatatū est, partim medicamētis partim chirurgia. Ad astringendū parua foramina cutis dilatata, idonea sunt medicamenta dēsantia, quæ frigida sunt, nō terrestria, aut aerea, sed aquosa, veluti semperuiuū, portulaca, mādragora: ex his quæ valde frigida sunt, non solū densitatem afferūt, sed et torporem, veluti cicuta,

[a] Hippo. 5. aph. 46.
[b] Galen. 5. simpl. c. 15.
[c] Gal. ibid.
[d] Galen. 11 meth. c. 8.
[e] Galen. 11 meth. c. 8.
[f] Ga. 5. simpli. c. 12.
[g] Gal. ibid.
[h] Galen. 5. simp. c. 12.
[i] Gal. 9. simpli. c. de pumice.

a Hippo. & Gal. 1. aph. com. 23.
b Galen. 5. meth. c. 8.

& non modo densant parua foramina, sed insignes etiam canales; aqua cum valde frigida sit, E
propterea valet ad sistendum [a] sanguinis fluxũ: illa vero medicamenta frigida quæ non aquosa, sed terrena substantia continentur, aptantur ad astringenda maiora caua, veluti malicoriũ, acacia, hypocisthis, galla: veluti etiam ex compositis medicamentis èmplastra [b] ἔναιμα barbara, quibus vtimur ad vulnera glutinanda. Quanquam valent ad astringendum etiam quædam medicamenta simplicia diuersarum partium, in quibus tamen superat calor, vt misy, chalcitis, chalcanthum. Astringuntur maiora caua non solum medicamentis, sed etiam chirurgia, venæ enim & arteriæ, vbi nimium patentes periculose sanguinem fundunt, laqueo intercipiuntur. Quæ hiant, manibus primum adducuntur, dein fibula, sutura, aut fascia continentur coniuncta, ita vt chirurgia etiam aptetur ad astringendum & claudẽdum quæ dilatata sunt. Illa vero quæ ideo aperiuntur, quia priuantur materia obstruente, claudere oportet per ea instrumenta à quibus talis materia reficiatur, à quali solent naturaliter obstrui. Obstruuntur ventriculi cerebri in somno naturali à vaporibus, qui dum concoquuntur cibus & potio in ventriculo ad cerebrum tendunt. Hos igitur reficere oportet: reficiẽtur autem cibo, potu, ac balneo, nam ex respirationibus aquæ calidæ quæ proxima sit, cerebrum impletur, atque obstruitur: vbi autem aperiantur foramina cutis ob inopiam alimenti, claudentur, si cibis ac potionibus boni succi reficiatur corpus. Instrumenta igitur per quæ restituitur materia quæ naturaliter caua obstruebat, omnia ad victum referuntur. F Diximus de operibus & instrumentis ad aperiendum & claudendum attinentibus, proximum est vt ad ea veniamus quæ ad vitia magnitudinis & numeri sananda accommodantur.

De operibus & instrumentis ad vitia magnitudinis & numeri attinentibus.
Cap. VI.

c Hip. li. de flatibus.

Ouetur à naturali statu tam magnitudo, quã numerus, cum nimis vel augetur, vel minuitur: vtriq; vitio opponi debet opus contrarium, imminuere enim oportet quod contra naturam auctum est, augere quod imminutum: appositio enim, & ademptio, quibus duobus operibus [c] Hippocrates contineri vniuersam medicinã voluit, euidentissima sunt in curatione magnitudinis ac numeri contra naturam. Postulant aũt animaduersiones quas requiri in alijs operibus demonstrauimus, qualitatem videlicet, quãtitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem, respondentes similibus differentijs scopi requirẽtis. Perficiuntur aũt per instrumenta idonea, quæ non solum operibus, sed etiam operum differentijs aptentur, ad quæ iam aggredimur: agemus autem primo de his quæ pertinent ad magnitu- G
dinem contra naturam, deinde pergemus ad ea quæ referuntur ad numerum. Augetur vel minuitur magnitudo nunc in toto corpore, nunc in parte aliqua: dicamus primo de illa quæ in toto. Veniat in mediũ magnitudo totius corporis aucta, ita vt totum plenum sit, atq; obesum. Imminuitur hæc victu, medicamentis, & chirurgia. Sub victu comprehenduntur sex res non naturales, quæ tales esse debent vt extenuandi vim habeant. Aer cõuenit tenuis ac siccus, maiorem autem extenuandi vim habebit si cũ æstũ, quã si cum frigore siccitas iungatur. Cibus vero paucus sit, & talis vt ad extenuandum accommodetur, quẽadmodũ panis secundarius, cremor ptisanæ, auiculæ montanæ, [d] turdi, perdices, hædi, pisces saxatiles, tum paruuli sale conditi: potio pauca sit, & similiter extenuans, id quod facit vinum tenue, quod parum valeat, & aqua dilutũ sit: tum oxymeli, & apomeli. Somnus requiritur [e] breuior, vigilia diuturnior, quæ extenuandi vim habet. Conuenit & motus vehemens ac [f] celer, nã moderatus implet: ad motũ referuntur ẽt animi perturbationes, quæ extenuandi vim habent, præsertim si vehemẽtiores ac diuturniores fuerint: ex contrario tranquillitas corpus implet. Expulsio aũt quo fuerit maior, eo magis extenuat, sicut retentio implet. Valent etiam ad extenuandum totum corpus, atque ipsius magnitudinẽ imminuendam, medicamenta illa quæ discutiendi vim habent, & in vapores dissipãdi, tam [g] intus data, quam extrinsecus imposita, siue simplicia sint, veluti acres stirpes, vt hyssopum, thymum, calamenthũ: siue cõposita, vt diacalamenthũ, [h] diospoliticũ, diatrion pipereon, sales theriaci, theriace ipsa. Sub medicamentis extenuantibus subijciuntur ẽt aquæ salis, sulphuris, bituminis, aut nitri vim habentes, prodest enim & abluere, & perfundere hebetẽ hominẽ huiusmodi aquis: prodest & inunctum oleum digerens, vt anethinum, costinum, laurcũ; prosunt & medicamenta relaxantia, quæ cum adhibentur, efficiunt vt corpus multo magis digeratur, atq; idcirco ẽt extenuetur. At chirurgia eatenus ad extenuandũ pertinere videtur, quatenus secta vena plurimũ sanguinis mittitur, quo fit vt corpus minus alatur, atq; idcirco extenuetur. Quod si corpus vniuersum gracile sit ac tenue, implendum esse diximus, id quod fit partim victu, partim medicamẽtis. Victus in sex illis rebus non naturalib. contrarius esse dẽt extenuãti, conuenit enim aer crassus, humidus, frigidus potius quam calidus. Preterea cibus quantitate multus, qualitate crassus, plurimũ boni succi præbẽs: tum potio non dissimilis. Aptatur & somnus longus, sed longa vigilia aliena est: dormiat autẽ homo in cubili frigidiore. Aptatur & motus paucus ac lenis, uel potius qes, p ræterea animi trãquillitas. Retẽtio multa esse dẽt, depulsio

d Gal. li. de extenuante vict. c. 8.
e Galen. 12 meth. c. 3.
f Gale. 14. meth. c. 15.
g Gale. 14. meth. c. 15. & 4. de tue. va. c. 7.
h Gal. 4. de m. val. 5. 6. & 7.
i Galen. 14. meth. 15.

pauca:

A paucæ: valet balneum aquæ dulcis tepidum, per quod allicitur alimentum à visceribus ad partes externas, & attractum admittitur, ac minime dissipatur: quo nomine accommodantur medicamenta etiam ad implendum vniuersum corpus, vt pix, [a] quæ vbi illita est cutis vellitur. Illa vero quæ densitatis vim habent, corpus implent, quod digeri ipsum non sinant. At non videtur chirurgia pertinere ad vniuersum corpus implendum, nisi ad eam referas operam qua vti solebant qui pueros vendebant (mangones [b] à veteribus dicebantur) verberabant enim puerorum partes nimis [c] graciles, vt implerentur: sed satis de magnitudine totius corporis aucta vel imminuta.

Augetur etiam & imminuitur contra naturam magnitudo in partibus, quod pluribus modis accidere solet: primo enim hebes fit atque extenuatur substantia illarum, non secus quam totius corporis, deinde superat in ipsis, aut deficit humor: interdum etiam simul augetur latitudo, & imminuitur longitudo, detrahitur enim de longitudine quod additur in latitudinem: id quod euenit membris fractis, aut [d] luxatis, atque vbi nerui distenduntur, nam cum relaxantur contra naturam, longiora fiunt. Redundat etiam interdum, aut deest aliqua particula, vt carnis in vlceribus: quomodocunque autem augeatur, aut imminuatur contra naturam magnitudo partium, desiderat contrarium opus, quod quibus instrumentis perficiatur, iam tempus est exponere. Fac primo partem aliquam nimis obesam esse, ita vt aucta sit eius substantia, extenuabitur B iisdem instrumentis, quibus proxime diximus totum corpus extenuari; tantum hoc interest, quod ibi instrumenta accommodantur ad vniuersum corpus, hic debent accommodari tantum ad partem obesam, quamobrem ex his quæ sub victu extenuante continentur, potissimum vtemur exercitatione multa ac vehementi, ad quam spectat frictio: habet etiam quies extenuandi vim, partes enim quæ quiescunt, graciliores redduntur, indicio sunt quæ franguntur, aut [e] luxantur. Medicamenta autem digerentia parti superimposita, vt olea, vel cataplasmata plurimum valent. Sed chirurgia eatenus huc spectat, quatenus secta vena in contraria parte ab ea quæ obesa est auertitur sanguis qui illam alere debebat, ita vt reddatur gracilior. Contra vbi pars gracilis est, impletur primo victu, & proprie cibo ac potione, à quibus reficitur alimentum, quod ad partem gracilem attrahi debet: moderata item frictione, tum perfusione aquæ calidæ dum intumescat, & rubicunda fiat. Quod attinet ad medicamenta & chirurgiam, prodest cutem pice illitam vellere, & partem [f] gracilem verberare, vt ante dictum est. Redundat interdum humor in parte aliqua, ita vt tumorem excitet, qui cessabit, minuetur que ea magnitudo contra naturam aucta, si detrahatur humor à qua proficiscitur. Sed prius dare operam oportet ne nouus abunde colligatur in corpore, neue collectus infirat ad locum affectum. Ne colligatur, fiet idoneo victu, præsertim cibis ac potionibus, quãtitate & qualitate op- C portunis: ne autem qui iam collectus est feratur ad locum affectum, fit vbi & inde repellatur, & ad contrarium auertatur. Sed qui continetur in loco affecto, & tumorem facit, detrahendus est: detrahitur autem vbi vel retrocedat, vel inde extrahatur: primo danda opera est vt retrocedat: retrocedit autem [g] partim inde repulsus, partim attractus ac deriuatus ad partem vicinam, deinde siquid restat, quod retrocedere non potuit, extrahendum est: extrahitur autem vel obscure dissipatus in vapores, vel manifeste, veluti per chirurgiam, vbi locus scalpello aperiatur: quæ præsidiorum genera oĩa late proximo libro explicabuntur, cum agemus de curatione causæ, & proprie de exhauriendo humore aliquam partem occupante. Illud tantum nunc adijcere oportet, quod partes adeo interdum ab humore vitiantur, ac corrumpuntur, vt restitui amplius non possint, sed simul cum ipso humore adimendæ sint. Quamobrem necesse est ad chirurgiam ac sectionem confugere: si deficiat humor in aliqua parte, victu idoneo reficiendus erit, & proprie esculentis & poculentis. Sed cum humor quẽ hæc suppeditant, communiter pertineat ad vniuersum corpus, debet allici maxime ad ipsam partẽ exhaustam, quod fiet iisdẽ instrumentis, quæ proxime commemorauimus valere ad implendam partem gracilẽ. Quod si augeatur latitudo, & simul minuatur longitudo partis, quemadmodum in membris quæ franguntur, luxantur, aut alio modo contrahuntur, fracta & luxata [h] distẽdere oportet, atq; in contra- D rias partes adducere, deinde componere, atque ossa in suum locum collocare, eademq; opera & imminutã longitudinem augebit, & auctam latitudinem imminuet, sed mẽbra contracta ob neruorum distentionem, curamus uel exhauriendo humorem ubi plenitudo distentionum efficiat, uel madefaciendo ubi siccitas: contra ligamenta madefacta relaxentur, ueluti cum ob destillationem uua lõgior euadit, uel nerui resoluitur, & longius membrum reddunt, breuius reddetur exsiccando humorem. Quod quibus instrumentis consequi licet, ante exposuimus, [i] cũ tractaremus curationem temperationis immoderatæ: ubi etiam de madefacientibus id quod exsiccatum est, egimus. De exhauriendo autem humore redundante, tractabimus qua de curatione causarum, & proprie plenitudinis. Sed exsiccatur humor relaxans cum chirurgia etiam locus aduritur: tum breuior fit vua, cum extenuata præciditur. Quod si in aliqua parte redundet, aut desideretur substantia solidior, ueluti caro in ulcere, quod superest, detrahendum est, quod deest, si fieri põt adijciendum: aptantur ad detrahendum medicamenta erodentia, uel urẽtia, erodunt quæ acria sunt & tenuium partiũ, ut sandaracha, chrysocolla, auripigmentũ, cãtharides. Quæ urunt similiter acria sunt & ualde calida, sed habent substantiã crassam, ut atramentum

a Gal. 14. meth. 16.
b Gal. 3. 6. epid. cõ 29
c Galen. 14 meth. 16.
d Gal. 1. de fracturis com. 1.
e Gal. 3. de artic. com. 93.
f Galen 14. meth. c. 18.
g Galen. de art. med. 95
h Gal li. art. med. c. 98.
i Supr c. 1

mentum sutorium,chalcitis,misy. At non tantum medicamentis, sed etiam chirurgia detrahi E potest quod excedit,vt sectione,vel vstione,quę via magis expedita est,sed maiorem dolorem excitat:quamobrem consulere ægrum oportet,intelligereque malit ne medicamentis diuturniori tempore cum minori molestia,quam chirurgia breuiori; sed cum maiore dolore curari. [a Gale. lib. artis medi. 90.] Si desit aliquid ex substantia solidiore partium, veluti caro in vlcere [a] cauo,reficitur à natura, medicus tantum remouet impedimenta:medicamentis enim superantem humorem siccat, ac [b Galen. 3. meth.c.9.] sordem [b] detergit,& propterea efficit vt natura melius possit suo fungi munere. Euenit interdum vt substantia quæ perijt,cũ procreata sit ex semine, [c] refici non possit,cuius loco aliquid [c Gal. 1. de semin.c.11] fit quod eius vsum præbeat,veluti cicatrix cum deest cutis, inducitur illa cum durior redditur caro. Durant autem medicamenta sicca absumendo,adstringentia exprimẽdo humorem:quã obrem quæ cicatricem vlceribus inducunt,sicca sunt & adstringentia, quemadmodum galla, malicorium,acacia,æs vstum atque elotum.

Eadem duo vitia quæ in magnitudine curauimus,curanda sunt etiam in numero, qui similiter è naturali statu mouetur,quod aliquid præter naturam in eo vel redũdent,vel desideretur. Detrahere igitur oportet quod deest,adijcere(si fieri potest)quod desideratur: cæterum quod superat,non solum detrahitur,sed etiam in alium locum transfertur, vbi minorem noxam affe F rat: veluti cum calculus à ceruice vesicæ ad fundũ impellitur,aut cum humor pupillam suffun [d Supra c.6] dens in inferiorem oculi partem reducitur,de quo supra [d] egimus,cum obstructionem tractaremus,siquidem tam humor præter naturam in oculo,quam calculus in vesica, & obstructionẽ facit,& morbum in numero:sed vera curatio eius quod in numero redundat,ademptio est:adimitur autem perinde ac magnitudo substantiæ nimis aucta,vel medicamentis, vel chirurgia: valent medicamenta quæ erodunt,vel adurũt,sed expedita magis est chirurgia,qua vel abscinditur,vel aduritur,vel euellitur quicquid in numero contra naturam redundat. Iam vero quod desideratur in numero,nullo modo refici potest,cum desit particula non simplex; sed composita ex simplicibus,quarum aliquæ fiunt ex semine,atque vbi intereunt,restitui amplius non possunt. Sed componuntur,ita vt si minor vsus futurus sit,eorum tamen species ad naturam reuertatur,veluti cum sarcitur siquid in naso,labris,auribus curtum est,sicq; vitatur deformitas,aut [e Terentius in Andria.] minor redditur,& minus offensionis habet:nam quando id fieri non potest quod velis,velis qđ possis,vetus prouerbium [e] est:vtimur autem chirurgia,qua non creatur ibi corpus,sed ex vicino adducitur,cum quo vt coeat & agglutinetur,scalpello vtrunque exulceratur.

De operibus atque instrumentis attinentibus ad curandum morbum in situ. G

Cap. V I I.

EX morbis partium multiformium,ille tãtum restat qui pertinet ad situm,cuius duo [f Supra li.1 c.7.] genera [f] proposuimus,vnum,cum pars suo loco mouetur,alterum, cum manens in eo non retinet pristinum nexum,sed vel recedit ab illis cum quibus naturaliter iungebatur,vel coniungitur cum alijs à quibus solebat secundum naturam distare. Si quid suo loco mouetur,debet in eundem restitui,sicut cum ex vulnere thoracis exilit fibra pulmonum, vel cum intestina aut in scrotum delabuntur relaxato perruptove peritonæo,aut exeunt ex vulnere abdominis, sicut etiam cum ossa franguntur, seu luxantur: interdum quæ iuncta sunt inter se dehiscunt,& ita non retinent priorem nexum, vt cum iugulum recedit à lato scapularum osse,in brachio radius à cubito: in crure tibia à sura interdum à saltu calcis os à talo exit. Quicquid eiusmodi est,coniungendum est:contra, si quid amittit priorem nexum,propterea quod coniungatur cum partibus quas naturaliter non attingebat, diduci ac separari debet, veluti cum vua longior effecta gutturi inhæret. Cuncta hæc opera pertinentia ad morbos in situ,postulant eas animaduersiones,quæ in cæteris attẽduntur,ut qualitatẽ,quãtitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem, respondentem scopo requirenti: quæ animaduersiones obseruandæ etiam sunt in instrumentis, per quæ perficiuntur opera propo- H sita. Pertinent illa omnia ad chirurgiam, qua in suum locum restituuntur quæ mota sunt, coniunguntur quæ dehiscunt præter naturam,separantur quæ coniuncta: quorum uitiorum curatio,antequam admoueatur,requirit προθεραπείαν, postquam adhibita est ἀποθεραπείαν. Gymna- [g Galen. 2. de tuen. va. c. 4.] stæ [g] hoc Vocabulo significabant eam curationem quæ exercitationem sequebatur,illo apparatum qui eandem præcedebat. Ergo antequam fiant opera quæ à morbis in situ requiri diximus,necessarius est apparatus per quem facilius efficiantur: postquam effecta sunt, necessaria est curatio,à qua conseruetur quod iam restitutum est: sed explicemus primo qua ratione restituantur partes in sedẽ,ac nexum priorem,deinde loquemur de apparatu & de conseruatione. Ergo si partes suo loco moueãtur,ubi molles sint, quẽadmodũ intestina quæ in scrotũ delabuntur,aut ex plaga abdominis exeũt,quemadmodũ item fibra pulmonũ quæ ex uulnere thoracis exilit,leniter impelli à chirurgo debent, uel manu sola, uel spongia, aut linteo molli, donec in suum locum reuertantur:ubi duræ,quemadmodũ ossa fracta uel luxata, impellẽdæ manu similiter sunt in suam sedẽ,non tamen leniter,sed uehementer adurgendæ. Interdũ non sufficit sola

manus,

A manus, sed necessaria sunt instrumenta, vt vectes, spatulæ, axiculi, vt magna vi adhibita, tandẽ in suum locum compellantur: quæ autem contra naturam dehiscunt, manibus inter se iunguntur, propelluntur autem hinc à chirurgo, inde à ministro, dum inter se iunguntur præsertim vbi homo robustus est. Ad ea vero quæ contra naturam inter se iunguntur separanda, idonea etiã chirurgia, veluti cũ vua attingit guttur, specillo enim est attollitur ne hominem strangulet: ex quibus colligi potest opera quæ ad curandos morbos in situ requiruntur, perfici chirurgia, vix enim aut ne vix quidem accidit vt medicamentis vtamur.

Sed pergamus ad apparatum, qui maxime necessarius est antequam hæc opera afficiantur, præsertim antequam in suum locum impellantur quæ mota sunt. Eo igitur spectat apparatus, vt facile ac minori negotio restituantur: id quod fiet, vbi locus qui manibus tractandus est, antea relaxetur. Relaxabitur primo, si homo maneat in aere calido & humido, deinde si ad ipsum adhibeantur medicamenta quæ calefaciendi simul & [a] madefaciendi vim habent, veluti fomenta per spongiam ex aqua calida expressam, adeps, oleum, butyrum: vbi autem intestina exeant [b] ex vulnere abdominis, inflari solent, vnde difficulter postea reponuntur, nisi flatus ante digerentibus præsidiis discutiatur, quod vbi non sufficit, scalpello plaga dilatatur dum recondi possint. Iam vero ad ossa fracta & luxata restituenda, postulat apparatus, non solum aerem calidum, & relaxantia fomenta, sed distentionem [c] quoque in contrarias partes, quæ tenera ætate fit manibus duntaxat, sed firmiori, laqueis, maxime robusta, machinamentis, vt
B Plinthio Nilei, Glossocomo Nymphodori, Scamno Hippocrat. Organo Fabri. Relaxatur per eiusmodi distentionem membri in contrarias partes locus, adeo vt ossa facile recondi possint. Accõmodatur & apparatus ad ea quæ disiuncta sunt coniungẽda: nã multo facilius inter se cõmittẽtur quæ dehiscũt, si locus partim aere calido & humido, partim fomentis relaxetur.

a Hippo in li. 3. de fract.
b Galen. 6. meth. ca. 4.
c Hippo. 3. de artic.

Postquam restituta sunt quæ à naturali sede vel nexu recesserant, periculum est ne rursus moueantur sua sede, aut naturalem nexum amittant: quamobrem necessariam esse conseruationem diximus, quam nunc paucis explicabimus. Intestina quæ ex vulnere abdominis exierunt, vbi iam reposita sunt, prohibentur rursus exire sutura plagæ [d] comprehendente simul abdomen & peritonæum. Sed si in scrotum prius delapsa, rursus in suam sedem reconduntur, retinentur ibidem aut idoneo vinculo, aut (si hoc non sufficiat) sectione, & sutura illa vtendum est qua vtuntur qui herniæ medentur. Verum ea quæ fracta componuntur, aut luxata in suam sedem collocantur, vt restituta conseruentur, fulcimus pannis, ferulis, fasciis, prout postulat sedes affecta, iubemusque vt homo [e] quiescat dum confirmetur. Si ligamenta relaxata sint ob humoris copiam, exsiccari debent, vel exsiccante & adstringente aliquo cataplasmate, vel
C si id non sufficiat, etiam candente ferramento, quo vtitur Hippocrates [f] & ad coxæ, & ad humeri articulum, cum ob nimiam humoris copiam relaxatis ligamentis sua sede mouentur. Sed vbi coniunximus quæ contra naturam disiuncta erant vt coniuncta conseruentur, vtimur similiter fasciis, [g] & pannis, locum affectum fulcientes atque astringentes. Ad vuam quæ nimium madens longior effecta guttur attingebat, vbi iam curata est, siue scalpello præcisa sit, siue medicamentis exsiccata, ne humore rursus influente relaxetur, ac longior fiat, adhibemus ea præsidia quæ destillationi succurrunt: subijciuntur autẽ partim victui, partim medicamentis, quæ differentur ad eum locum vbi agetur de curatione cerebri. Hactenus de operibus, & instrumentis ad morborum curationem attinentibus.

d Galen. 6. meth. c. 4.
e Hip. 2. de fract. t. 12
f Hipp. lib. de aere, aquis, & locis ca. 10. & 1 li. de arti 41. & Gal. 2. 6. epid 9.
g Hip. 2. de frac. a prin

De operibus atque instrumentis ad vnitatem contra naturam acquisitam vel amissam necessarijs. *Cap. VIII.*

EXpositis operibus, atque instrumentis ad curandos morbos proprios simplicium & multiformium partium attinentibus, sequuntur ea quæ attinent ad morbum com-
D munem tam simplicium quam multiformium: spectat hic ad vnitatem, [h] quæ præter naturam aut acquiritur, aut amittitur: acquiritur quidem cum inter se coalescunt quæ naturaliter disiuncta esse solẽt, vt labra, digiti, palpebræ: amittitur, cum partes quæ naturaliter continuæ sunt, diuiduntur, ita vt soluatur vnitas, siue in partibus mollibus, vt in carne, siue in duris, vt in osse. Postulat vterque morbus opus contrarium: vbi vnitas præternaturam facta est, necessaria est separatio, vbi soluta, coniunctio in vnum, vtrumque opus certas animaduersiones requirit, qualitatis, quantitatis, numeri, loci, temporis, modi, ordinis, respondentes similibus differentijs scopi requirentis. Postulat & instrumenta, facultate, & differentijs idonea quæ ipsum perficiant, & satisfaciant prædictis animaduersionibus. Quæ autem instrumenta proprie accommodentur ad vtrunque opus, nunc subiicere oportet. Fac primo separandum esse quod contra naturam coaluit, separabitur medicamentis, aut chirurgia. Valent medicamenta tum septica, hoc est putrefacientia, seu erodentia, vt cantharides, sandaracha: tum caustica, hoc est adurentia, vt calx, misy, atramentum sutorium, aut oleũ quod vi ignis ex ipso elicitur. Sed expedita magis est chirurgia, scalpello enim secatur quod contra naturam coaluit: quanquam potest & filo serico diuidi, sed diuturniori tempore.

h Gal. de arte me. c. 8. & 1 de dif. morb. c. 6.

Alterum opus, quod est vnitas eorũ quæ præternaturã soluta sunt, cum duobus modis fieri pos- E
sit, duo quoq; instrumẽtorũ genera postulat diuersa: primus modus est vt per se coalescãt quę
soluta sunt, ꝙ optimum cõsiliũ est medici; sed vbi id fieri nõ possit, vt per substãtiã mediã quasi
ligna per gluten agglutinentur, quod est secũdũ medici consiliũ: vtendum.n. secunda nauiga-
tione, quod prouerbio fertur: vt coalescere possint partes solutæ, necesse est & molles sint, &
vel simul iunctæ, vel tales vt & iũgi, & seruari iunctæ possint, quæ dura sunt, etiãsi se cõtingãt,
coalescere nõ possunt: id ꝙ patet ẽt in rebus externis nõ. coalescũt surculi quos arboribus in-
serimus, nisi & teneri sint, & cũ cortice mollito nectãtur; quæ distant, non posse inter se coales-
cere, clarius est q̃ vt probari debeat. Distant aũt aliæ partes, quod aliquid ex earũ substantia
interierit, veluti in vlcere cauo, vel ꝙ contractæ plurimum diducantur, quod euenit mẽbranis
ac neruis cũ diuiduntur; nequeunt.n. inter se iungi; & vbi iungãtur, non retinent eã cõiunctio-
nẽ, sed rursus diducuntur: quæcunq; igitur vel ob duritiem, vel ob distantiã, nequeunt coalesce
re, necesse est secũdo cõsilio curentur, hoc est per mediã substãtiam agglutinentur. Dupliciter
igitur cũ possit eorum quæ præternaturã soluta sunt fieri cõiunctio in vnũ, quibus instrumẽtis
satisfiat vtriq; iam tẽpus est subiicere: ergo vt coalescant partes solutæ, quę neq; durę sunt, ne
a Gal. li. artis me. c. 90 que inter se distant, efficit natura ipsa, [a] cuius ope (vbi se cõtingunt) ad pristinam vnitatẽ re
b Gal. ibid. uertuntur. Si quid vero tunc substantiæ mediæ procreetur, à qua nectãtur, adeo paruum est, vt
sensum lateat. Medicus aũt [b] non efficit, sed vim confert ad efficiendũ, nã præterquã ꝙ defen F
dit, & sanat solutas partes, si quo alio morbo laborẽt, vt puta inflammatione, & idcirco reddit
naturam validam, adeo, vt suis possit fungi muneribus, remouet ẽt impedimẽta, quæ omnia ad
c Gal. ibid. distantiam referuntur. Accidit hæc vbi alienũ aliquid inter labra soluta interiiciatur, aut vbi
eadẽ recte non seruentur iuncta: dat igitur operam medicus [c] vt remoueatur si quid mediũ in-
teriicitur, & vt quæ inter se recedunt, cõiuncta seruentur. Si quid igitur mediũ sit, vt linamẽtũ,
oleum, pilus, sanguis concretus, sordes, extrahit vulsella, aut specillo molli lana, vel quopiã si-
mili inuoluto. Sæpe autẽ retinetur humor inter labra partis vulneratæ, cui dandus est exitus,
vel ita collocando partem vulneratã, vt os vulneris deorsum spectet, vel vbi id fieri nõ possit,
aperiendo sinum è regione fundi, qua parte percipitur peruenire specillum demissum per os
vulneris. Hoc pacto detrahetur quicquid interpositum prohibet solutas partes coalescere: ne
aũt distent quæ soluta sunt, non solũ inter se coniungenda sunt, sed ẽt seruanda simul coniun-
cta. Cõiungitur partim manibus simul adducta, partim fascia, vbi membrũ in orbem circunda
ri possit: datur aũt media à cõtraria parte, & vtroq; capite versus plagã attrahitur, qua vincien
di rõne non solum inter se iunguntur, sed etiam iuncta seruantur quæ distant: quanquam con-
seruantur ẽt fibula vel sutura, inter quas hoc tantũ interest, quod fibula, perpetua non est, sed
hẽt filum pluribus locis incisum. Sutura vero quæ perpetua est, efficacior est ad conseruandũ G
coniuncta ea quæ plurimũ distant. Sed præter chirurgiam, valent ad conseruandũ in vnũ con-
iuncta labra vlceris, medicamenta astringentia, siue liquida sint, siue dura: valet aũt potissimũ
vinũ nigrũ austerum, quod penetrat ad intimas vsque partes. Hoc vtiliter perfunduntur vul-
nera magna, quæ abhorrent alioquin ab humore: valet vinũ ad seruandũ coniuncta, & ad pro
hibẽdam inflammationem. Sed præter liquores, vtimur ad continendas in vnũ cõiunctas pla-
gæ oras medicamentis solidioribus, vt terra, lemnia, sarcocolla: præterea emplastris illis, quæ,
quia cruentis vulneribus statim iniiciuntur, enæma Græce nominantur. Inest in his siccãdi at-
que astringendi vis, vnde seruant in vnum cõiuncta labra vulneris, atq; ab inflammatione de-
fendunt. Restant ea instrumenta quæ efficiunt vt media aliqua substantia increscat, à qua ag
glutinentur ea quæ coalescere non possunt, quemadmodum vlcera caua glutinantur hæc per
d Gal. de arte me. c. 90. carnem quæ reficitur, quod opus [d] naturæ est non artis. Medicus tantum remouet impedimẽ-
e Gal. 3. meth. c. 3. ta, detergens [e] sordem, & siccans humorem superantẽ, per ea medicamẽta, quæ, quia ad carnẽ
procreandã pertinẽt, dicuntur Græce [f] sarcotica. Sed postulantur etiam à collisis, siquidem
f Gal. 3. meth. c. 2. quod collisum est, putrefieri dẽt; id cũ fit, restat vlcus cauũ, ꝙ implendũ est. Quod si nõ solum
collidatur caro, sed fundatur ẽt sanguis ex venis, & sub cute retineatur, discuti dẽt; quo spe-
ctant digerẽtia medicamẽta, de quibus agemus, cũ veniemus ad instrumẽta, per quę perficiũ H
tur opera requisita à causis. Agglutinantur igitur per substantiam quæ media increscit, vlcera
caua in carne: præterea vulnera illa quæ pertinent ad neruos, aut ossa: nerui non coalescunt,
quod nimiũ diducãtur, quãobrem vbi vulnerentur, agglutinãtur per substantiam quæ media
increscit, & similiter est opus naturæ. Medicus remouet impedimenta siccando, ac detergen-
do per sarcotica medicamenta, quæ sicciora conueniunt, ubi vulnerati [g] sunt nerui. Si perforẽ-
g Galen. 6. meth. c. 5. tur, aperienda prius plaga est, ut pateat exitus saniei; si non totus neruus, sed aliqua pars dũta
xat secetur, reliqua quæ integra est ne contrahatur, præcidẽda est, ita vt totus neruus trãsuer
sus secet, deinde veniẽdũ ad sarcotica. In fracturis, cũ ob duritiẽ nequeãt [h] ossa coalescere, ne
h Gal. de arte me. c. 91. & 6 meth. c. 5. cesse est per callũ agglutinẽtur. efficitur hic à natura, medicus vim cõfert, quatenus remouet
impedimenta per sarcotica medicamenta, quæ ossibus aptantur multo sicciora, q̃ reliquis par
tibus. Huiusmodi sunt emplastra illa quæ quia fracturis superdãtur, dicũtur Græce catagmati
i Gal. 1. ca. geni. c. 18. ca; ex quibus [i] quæ validissima sunt, quia fracturæ capitis cõueniũt, uocãtur cephalica. Hacte-
nus de operibus & instrumẽtis quibus sanatur unitas cõtra naturam, aut soluta, aut acquisita.

VIDI

A

VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM,

Partis Primæ Liber Decimus Sextus:

Qui est de Operibus & Instrumentis ad curationem causarum attinentibus.

B *De operibus, atque instrumentis requisitis ad implendum quod exhaustum est.* Cap. I.

VT morborum remotio quã proxime tractauimus, dicitur curatio, ita causarum quam nunc agimus, proprie appellatur propulsatio antequam [a] morbum faciant, quia cum iam adest, causæ quæ tunc remouentur, non solum propulsari dicuntur, sed etiam curari: parum autem interest quomodo appelles, modo distinguas [b] causas in externas, & eas quæ pertinent ad corpus nostrum. Externarũ, vbi iam recesserunt, nulla [c] habetur ratio in curatione morbi, sed vbi adhuc maneant, si cognoscantur, sine vllo artificio auferuntur, cũ non modo imperiti, sed etiã belluæ ea declinent à quibus sentiunt se offendi; illæ tantum causæ quæ pertinent ad corpus nostrum, arte remouentur. Omnes [d] autem vel ad inanitatem, vel ad plenitudinem referuntur, fit enim morbus in corpore nostro, vbi aliquid [e] vel desit, vel redundet: quod deest, reficiendum est, quod redundat, adimendum; loquemur prius de opere atque instrumentis ad curandam inanitatem attinentibus, quæ paucis explicabimus, deinde pergemus ad plenitudinẽ detrahendam, quæ tractatio longior erit, & finem huic libro statuet. Ergo vbi inanitas sit, C implere [f] oportet, quod opus toleratur à viribus, neq; enim exhauriũtur cũ adiicitur ꝙ deest, sicuti cum adimitur quod superat: si quid autem aliud præter vires prohibere videatur ne reficiatur quod exhaustum est, spectare oportebit ad id quod magis vrget, quẽadmodum supra [g] docuimus, cum ageremus de scopis consentientibus, ac repugnãtibus. Vbi aũt cõstitueris implendum esse quod exhaustum est, animaduertere oportet qualitatem, quantitatem, numerũ, tempus, locum, modũ, ordinem, quas animaduersiones sigillatim nunc perpendemus, vt supra fecimus, cum de curatione immoderatæ temperationis ageremus. Qualitas (vt ab hac exordiamur,) vel speciem, vel affectionẽ significat: species refectionis respondere dẽt speciei inanitatis, quæ triplex est, constat enim corpora nostra (vt voluit [h] Hippo.) ex spiritibus, humoribus, & partibus solidis, quarum partiũ quælibet absumi potest. Dicetur respõdere species refectionis speciei inanitatis, cum ea pars reficietur quæ absumpta est, siue spiritus, siue humor, siue substantia solida, quanquam hæc vbi vere solida sit, quemadmodum illa quæ ex semine [i] procreatur, cum euidenter absumitur, non põt amplius restitui, tantum enim reficitur per alimentum id quod obscure ex ea continenter absumitur, à calore, sed solida illa substantia quæ nõ vere talis est, & fit ex sanguine, veluti caro, etiam vbi euidenter intereat, refici potest, cuius refectio potest etiam ad magnitudinẽ, imminutam [k] referri, vt dictũ est in superioribus, ita vt D nõ solũ ad inanitatẽ, quæ causa est, sed etiã ad imminutã magnitudinẽ, quæ morbus, referatur. Qualitas si pro affectione accipiatur, cõplectitur tã primas, ꝙ secũdas qualitates, vt calorẽ, frigus, humorem, siccitatem: debet qualitas refectionis, siue prima, siue secunda, respõdere qualitati inanitatis, id est eius quod interijt: quãquam nihil requirit id quod interijt, sed id a quo interijt, hoc enim exhaustum est, & opus postulat, refectionem videlicet, & speciem atque affectionem in primis ac secundis qualitatibus suæ speciei atque affectioni respondentem. Sed cum respondebit qualitati eius quod exhaustum est, respondebit etiam substantiæ quæ interijt, nam hæc est similis illi quæ relinquitur. Quantitas refectionis eadem esse debet atque illa quæ desideratur ab eo quod exhaustum est, eatenus enim impleri debet, quatenus exhaustũ est; si nimium impleatur, opprimentur [l] vires, si parum, reddentur imbecillæ: cõtinetur enim earum robur non solum qualitate, sed etiam quantitate moderata spirituum humorum, & partium solidarum. Quod spectat ad numerum, [m] conueniet refectio inanitati, cum simplici simplex opponetur, multiplici multiplex. Interdum enim soli spiritus exhausti sunt, interdum etiam humores, nonnũquam vero & partes solidæ: totidẽ reficere oportet, quot absũpta sunt.

a Galen. 2. aph. cõ. 22.
b Sup. lib. 2. c. 1.
c Galen. 4. meth. c. 3.
d Sup. li. 1. c. 1.
e Galen. 2. aph. cõ. 22.
f Gal. ibid.
g Sup. li. 13. c. 5.
h Hippo. 6. epid. 7. & Gal. 11. met. c. 1.
i Gal. li. 1. de semine c. 11.
k Supra li. 15. c. 6.
l Hippo. 1. aph 3.
m Galc. 11. meth. c. 1.

Tempus

Tempus reficiendi tunc est cum inanitas adest, modo toleretur : interdum enim non toleratur E
a Galen. 1. aph.11. ob impetum morbi, quemadmodum in accessione, in qua Hippocrates [a] docuit non adijcien-
dum esse, sed detrahendum & minuendum. Celeritas & tarditas refectionis quę tempori subij
citur, aptari debet necessitati scopi, magis vel minus celeriter refectionem postulantis: locus re
fectionis, ille ipse est qui inanitatis : vbi exinanitum est vniuersum corpus, vniuersum quoque
conuenit reficere: vbi exhausta est aliqua pars, illam conuenit implere: neque obstat quod ali-
b Supr. li. 15 c.6. mentum distribuatur in vniuersum corpus, cum possit ad vnam partem attrahi magis quam ad
aliam, vt ante ostensum [b] est, qua de curatione magnitudinis imminutæ. Ad modum spectat
ęqualiter, vel inæqualiter reficere, præterea refectionem totam simul adhibere, vel diuidere,
atque iterare. Quod exhaustum æqualiter est, æqualiter efficiendum est, inęqualiter, quod inę
c Hippo. 2. aph.7. qualiter. Id quod paulatim exinanitur paulatim reficiendum esse docuit Hippocrates, [c] at
quod subito exhauritur, subito quoque implendum videtur, quod tamen fieri non potest, quia
tunc calor ex subita inanitate adeo debilitatur, vt periculum sit ne stranguletur à multa refe-
ctione, neque omnia possunt simul fieri, oportet enim tunc aliud prius, aliud posterius efficere.
Idem autem ordo conuenit inter opera requisita, qui inter scopos requirentes: proprie autem
quod spectat ad refectionem, ante purgandum est corpus, postea reficiendum, nam impura cor F
d Hipp. 2. aph.10. pora (inquit [d] Hippocrates) quanto magis nutries, tanto magis lædes. Vbi tamen vires admo-
e Galen. 9. meth. c. 13. dum imbecillæ sint, prius reficiendum [e] corpus est, vt sustinere purgationem possit. Hoc pacto
igitur accommodantur differentiæ refectionis, differentijs eius quod exhaustum est, & refectio
nem postulat.
Instrumenta quibus perficitur refectio, talia esse debent, vt facultate ac differentijs respon-
deant operi atque operis differentijs. Quamuis autem refectio sit opus naturæ, requirit tamen
instrumenta à quibus suppeditetur materia; comprehenduntur hæc sub victu: sunt autem pri-
mo aer, tum cibi & potiones, in quibus eadem animaduerti debent quæ supra in opere specta-
uimus: oportet autem differentias horum instrumentorum respondere differentijs refectionis.
Qualitati, si pro specie sumatur, aptabuntur instrumenta reficientia, sic vbi reficiendi sunt spi-
ritus, vtamur aere puro, vbi humores, potione boni succi, vbi partes solidæ cibis similiter boni
succi. Sed aere refici possunt tantum spiritus, potione quamuis proprie reficiantur humores
reficiuntur tamen & spiritus, & partes solidæ, sicut cibi, quamuis proprie accommodentur ad
f Gal 12. meth. c.5. alendas partes solidas, reficiantur tamen & spiritus & humores : qualitas [f] item sumpta pro
affectione, vt pro calore, frigore, humore, siccitate, crassitudine, & tenuitate, tam in aere, quã
in cibo & potione, similis esse debet illi quam diximus requiri in refectione. Quantitas, non at
tenditur in aere, cuius non accipitur plus aut minus quam necesse sit, sed in cibo & potione, G
g Gal. ibid. cuius [g] copia tanta esse debet, vt sufficiat refectioni necessariæ. Tẽpus etiam in aere non atten
ditur, qui nobiscum assidue est, & continenter attrahitur, atque expellitur vicissim à corpore
nostro, sed in esculentis & poculentis, quæ tunc dare oportet, cum necessaria est refectio. Verũ
quia sub tempore comprehendi celeritatem diximus, celerrime reficimur odoribus, celeriter
potione, tarde cibis, sed multo [h] tardius si crassiores, & duriores fuerint. At nec locus obserua
h Galen. 2. aph. 11. & 18. com. tur in aere accipiendo, quem necessario [i] attrahunt arteriæ, tũ aspera, tum lenes illæ quæ per-
tinent ad cutem: sed nec in cibo etiam & potione, cum ore sumantur duntaxat. Si qui enim per
i Galen 11. meth. c. 8. clysterem ab inferiori parte in aluum immittitur, aut nullam, aut certe paruã reficiendi [k] vim
habet, ob pondus enim prius excernuntur. Modus sumendi cibum & potionem, modo operis
K Gal 3. de cau. sympt. c.2. & Celsus li.3. c.19 conuenire debet, vbi simul reficere oportet, simul dare cibum & potionem expedit, vbi diuidẽ
da sit refectio, necesse est cibum quoque & potionem diuidere : ęqualitas vero vel inæqualitas
refectionis, non perficitur æqualitate vel inæqualitate cibi & potionis, sed magis æqualitate,
vel inæqualitate attractionis, nam cum æque vniuersum corpus calefit, alimentum æquabiliter
ad vniuersum allicitur, sed magis nutritur illa pars quæ magis incalescit, cum alimentum ad
l Hippo. 6. 6.epid.4. & Gal. 2. de tu. val. c.2. ipsam magis quam ad alias attrahatur. Quod spectat ad ordinem ciborum & [l] potionum Hip
pocrates docuit primo sumendum esse cibum, deinde potionem: inter cibos autem diuersos illi
prius sumentur, quorum facultas prius requiritur. H

De ea curatione plenitudinis, quæ fit per correctionem materiæ vitiosæ. *Cap. II.*

m Hipp. & Gal. 2. aph. com. 22. EXpositis ijs quæ ad curandam inanitatem pertinebant, sequuntur illa quæ ad pleni
tudinem, quam in vniuersum diximus postulare vt adimatur quod superat, sed
n Gal. li. artis med. c. 89. nunc illud adijcere oportet, quod duplex vitium animaduertitur [m] in eo quod su
perat, & quantitas nimia, & qualitas vitiosa : nimia quantitas, tantum ademptio-
ne [n] curatur, sed qualitas vitiosa (si materia superans non est penitus corrupta)
89. & li. de constit. art. c.19. potest manens in corpore interdum corrigi, quemadmodum & vinum, quod [o] vbi valde cor-
rumpatur, proijciendum est: vbi leuiter acescat, dato perspiratu, reuertitur ad pristinam natu-
o Galen. 2. com.17. ram, ita vt bibi commode possit, sic & illa vel educenda ex corpore, vel manens in eo corrigi
debet, & mutari. Agemus primo de ratione qua mutari põt, deinde docebimus quo pacto ex-
pellatur:

pellatur: eſt autem materia quæ redundat, vel ſpiritus, vel ſubſtantia ſolida, vel humor: de cor
A rigenda ſubſtantia ſolida ſupra [a] locuti ſumus, eum perſequeremur curationem partium ſim a Sup. li. 15. c. 1.
plicium, ibi enim oſtēdimus quo pacto curetur immoderatio temperationis, & propterea qua
litas caloris, frigoris, humoris, aut ſiccitatis excedens: quo pacto item ſuccurramus qualitati b Sup ca. 9. libri 15.
occultæ, ſeu morbo qui tota ſubſtantia [b] ſimplicibus partibus aduerſatur, ita vt de mutatione
qualitatis in ſubſtantia ſolida non ſit amplius tractandum. In ſpiritibus vero vbi qualitate vi
tioſi ſint, cum contrario opere corrigi debeant, iiſdem inſtrumentis vtemur, vt victu & medi-
camentis, quibus ſupra vſi ſumus in curatione immoderatæ temperationis partium ſimpliciū
vbi nimis calidæ, frigidæ, humidæ, aut ſiccæ eſſent. Omiſſis igitur ſpiritibus, & ſubſtātia ſolidi
loquemur de corrigenda qualitate humorum: oſtendemus primo differentias in eiuſmodi cor
rectione attēdēdas, dein inſtrumēta idonea. Referuntur differentię vt in alijs operibus ad qua
litatem, quantitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem, quas ſigillatim perpende-
mus exorſi à qualitate, quæ pro ſpecie accipitur. Debet autem qualitati humoris vitioſi reſpō
dere qualitas correctionis: vitioſa qualitas humoris vel occulta eſt, vel manifeſta, occultā ap-
pellamus illam quæ tota ſubſtantia aliena eſt, cui opponitur correctio ſimiliter occulta, qua-
lem ſupra diximus pertinere ad curationem eorum morborum qui tota [c] ſubſtantia aduerſan c Sup. ibid.
tur partibus ſimplicibus. Manifeſta qualitas vel eſt ex primis, vt calor, frigus, humor, ſiccitas,
vel ex ſecundis, vt acrimonia, ac prauitas quædam, vt item craſſitudo ac tenuitas: vnicuiq; au
B tem opponere qualitatem correctionis contrariā oportet: calidos [d] humores refrigerabimus, d Gal. de arte me. c. 89.
frigidos calefaciemus, humidos ſiccabimus, ſiccos madefaciemus, acres & prauos temperabi-
mus, ac leniemus, craſſos extenuabimus, tenues reddemus craſſos, ita vt ſpecies operis in cor-
rigendo perpetuo opponatur ſpeciei qualitatis vitioſæ humoris: quæ correctio non modo vti
lis erit, cum humores retinebuntur in corpore ad alendum, ſed etiam cum ex corpore edūcen
di erunt, ſi quidem multo facilius educuntur qui ita correcti ſunt. Quantitas correctionis
& ad multitudinem & ad gradum qualitatis accommodāda eſt: late autem patere debet cor-
rectio, cum late diffunduntur humores vitioſi. Gradus item correctionis idem eſſe debet qui
qualitatis excedentis, nam ſic redigetur humor ad moderationem, alioquin mutaretur ex vno
vitio in alterum contrariū, ſi gradus correctionis ſuperaret gradum vitij, ſed ſi inferior eſſet,
parum proficeret. Numerus ſimiliter operis neceſſe eſt reſpondeat numero vitij: vbi ſimplex
qualitas excedat, ſimplex opus contrarium illi opponetur: vbi multiplex, neceſſe ſimiliter erit
multiplicem correctionem opponere ſiue ad primas, ſiue ad ſecundas qualitates attineat. Tē
pus corrigendi tūc eſt cū adeſt in humore eiuſmodi aliqua vitioſa qualitas: tādiu autē in corri
gendo perſeuerabimus, dum reuertatur humor ad ſtatum naturalem, & poſſit nos alere, ſi reti
C nendus ſit in corpore: ſin expellendus ſit, dum facile expelli poſſit. Locus correctionis non
alius ſit quam ille vbi continentur humores corrigendi, ſiue occupent vniuerſum corpus, ſiue
aliquam partem dūtaxat, vt externam, internam, ſuperiorem, inferiorem, dextram, ſiniſtram,
priorem, poſteriorem. Modus corrigendi æqualis vel inæqualis erit in hac aut illa parte, prout
humoris qualitas erit, æqualiter, vel inæqualiter vitioſa. Sed quia vitium totum ſimul eſt, vide
tur & totum ſimul eſſe corrigendum, atque idcirco ſubito, & non paulatim, quod pugnat cum
ſententia [e] Hippocratis, qui docet ſubitas mutationes eſſe fugiendas vt naturæ inimicas; licet e Hippo. 2. aph. 52.
ergo requiratur ſubita mutatio, fiet tamen paulatim, quia non toleraretur ſubita, quamuis in-
terdū neceſſaria ſit vt euitetur maius periculum, quemadmodum in febre ardente, vbi ſtatim
refrigerare oportet humores bilioſos, larga potione aquæ frigidæ. Attenditur etiam ordo in
corrigēda qualitate humorū, vbi vel multiplex correctio, vel plura alia opera neceſſaria ſunt,
quæ tamen poſſunt ſimul effici: neceſſe eſt igitur vnum prius fiat, alterum poſterius. Spectabi-
mus autem ad id quod magis vrget, ad id quod eſt cauſa futurorum, ad id ſine quo nō poſſunt
cætera fieri, vt ſupra in vniuerſum oſtendimus cum de conſenſu [f] & repugnantia operum in f Supra lib. 14. c. 5.
vniuerſum ageremus.

D Inſtrumenta per quæ corrigitur quæuis qualitas vitioſa humoris, vt perficiāt opus ad quod
adhibentur, poſtulant animaduerſiones, quæ ijs reſpondeant quas in correctione explicaui-
mus. Sed ſpectemus proprie quibus perficiatur vniuſcuiuſq; qualitatis correctio, ſi illud prius
expoſuerimus quod quæuis correctio [g] coctionis ſpecies eſt: pertinet autem coctio primum g Gal. li. artis me. c. 89
ad ea quæ retinētur vt nos alāt, deinde ad ea etiam quæ detrudēda ſunt, fitque à natura, [h] hoc h Gal. 1. prog. cō. vit.
eſt à calore naturali cōcoquente, mutat enim hic & temperat humores alienos qualitate, &
occulta & euidenti, ſiue prima, ſiue ſecunda vitioſos: ad quod naturę opus confert medicus,
ita vt ſit efficiendi ſocius, iuuat autem & augendo calorem innatum, quo natura continetur, [i] i Ga. 3. aph. 37.
& reddendo materiam magis idoneam quæ concoquatur, & corrigatur. Auget calorem [k] prę k Galen. 3. ſimp. c. 6.
bendo pabulum, vt dando potui vinum, & admouendo quæ tactu etiam calida ſint, vt balneū
ad vniuerſum corpus, catulum [l] viuentem ad ventriculum: præterea reuocando ipſum ad in-
terna per ſomnum & quietem, & prohibendo ne euocetur nimio motu, aut diuturniori vigilia l Gal. 7. metho. c. 7.
ad externa: tum contrahendo eundem ad interna, ope vel ambientis aeris frigidi, vel aquæ fri
gidæ perfuſæ: retinendo item calidos vapores qui exhalare ſolent, quemadmodum vbi ad ſup m Gale. 5. ſimp. 9.
purationem vt moueatur pus, celeriter adhibet cataplaſmata ex medicamentis [m] emplaſticis

moderate

moderate calidis & humidis, quæ seorsum tractabimus, cum ad tumores præternaturam, veniemus, & proprie ad suppurationem. Eiusmodi ergo sunt instrumenta quibus augetur calidum innatum concoquendi vim habens. Ad materiam vero quæ concoquenda est, adhibet medicus instrumenta perficientia opus requisitum, veluti medicamenta alexiteria, cum vitiū qualitatis tota substantia alienum est, cum vero superat calor, frigus, humor, aut siccitas, & victum & medicamenta quæ contrarium opus efficere possint qualitati superanti, vt refrigerare, calefacere, siccare, madefacere. Sed tam victum quam medicamenta idonea ad eiusmodi opera efficienda supra [a] explicauimus, qua de curatione vniuscuiusque temperationis immoderatæ partium simplicium; eadem huc transferenda sunt, nam pertinent ad humores, non minus quam ad simplices partes corporis solidas: vbi temperare ac lenire acrimoniam & prauitatem succorum oporteat, accommodantur partim victus, partim medicamenta, quæ mixta cum humoribus prauis atque acribus in corpore nostro remittunt ac leniunt eorum vim, modo non dentur pauca temperantia ad multos succos prauos, nam sic corrumperentur, & prauitatem augerent. Medicamenta temperantia dicuntur [b] Græce ἐπικεραστικά, & ἐπικεραννύντα. Sunt autem emplastica & morsus expertia, vt oleum dulce, adeps, & cera elota, terra lemnia. Ad victū uero pertinēt esculenta & poculenta lenientia ac tēperantia, dicuntur autem [c] Græce εὔχυμα & γλυκύχυμα, vt panis elotus, ptissana, alica, tragum, oua, lac, vinum lene, quod & bilē quoque flauam temperat. Vbi humores crassi ac glutinosi extenuandi, incidendi, ac detergendi sint, quo pacto per victum & medicamenta id fiat, supra monstrauimus [d] cum de curanda obstructione & cauis clausis ab eiusmodi humoribus loqueremur. Si tenues sint, crassi reddentur, partim victu, hoc est cibis & potionibus crassum succum gignentibus, cuiusmodi sunt cibi ex farina, excepto pane, alica, legumina, rapæ, ostrea: partim medicamentis frigidis cogentur, ita vt magis concreti efficiantur. Id quod fieri solet vbi periculum imminet ex tenui pituita à cerebro ad subiectas partes destillante: sed redduntur crassi etiam cum calefacti exsiccentur, id quod maxime accidit vbi concoquantur.

a Sup. li. 15. c. 1.

b Galen. 2. sim. 12.

d Supra lib. 15. c. 5.

E

F

De exhaurienda materia superante. *Cap. III.*

PRæter mutationem materiæ redundantis, de qua locuti sumus, necessarium esse diximus alterum [e] opus, detractionem videlicet, ad quam nūc aggredimur. Inspiciemus primo an fieri debeat, hoc est an detrahenda sit materia, deinde vbi statutum sit detrahendam esse, explicabimus quæ obseruāda sint cum detrahitur, & quibus instrumentis detrahi debeat. Materia quæ detractionem postulat, aut naturaliter redundat, vt deiectio, vrina, sudor, cuius ademptio cum spectet quoque ad tuēdam valetudinem, [f] alibi tractata est, aut contra naturam, siue sit substātia solida, siue spiritus, siue humor: ceterum substantia solida qualis reperitur in abscessibus, chirurgia extrahitur, scalpello enim locus aperitur, quæ detractio Græce dicitur καθαίρεσις. Spiritus vbi nimium redundet, veluti in inflatione, dissipatur in vapores, partim adhibitis medicamentis discutientibus, partim chirurgia admotis cucurbitulis: eiusmodi autem digestio in vapores Græce διαφόρησις [g] vocatur: si redundet humor, cuius detractio appellatur à Græcis κένωσις, quam nunc tractabimus omissis duabus prioribus. Inquiremus ergo primum num demere humorem conueniat: scire autem licet conuenire hoc opus perinde atque alia omnia cum requiritur & toleratur: requiritur autē ab humore superante, siue qualitate, siue copia sui male habeat, ille enim qui qualitate vitiosus est, vbi corrigi nequeunt, demi debet, vt in superioribus [h] ostendimus: ille qui nimis multus est, necesse est emittatur. Propositum igitur opus tantum requiritur ab humore vitioso, aut nimis multo, neque alius est affectus corporis à quo requiratur. Quod si Hippocrates [i] in acutis morbis sanguinem mittit, illos intelligit qui à multis vel vitiosis humoribus oriuntur, nam hi vere sunt acuti: quod si ad fracta, luxata, aut vulnerata, iubet sāguinis missione aut purgatione exinaniri corpus, quamuis nulla sit materia inutilis, spectat ad eam quæ futura est infesta ob periculum inflammationis affectæ parti impendens: vbi etiam sanguis erumpit, [k] vt supprimatur, detrahitur ex diuersa parte, quamuis neque qualitate, neq; quantitate infestus sit. Sed dirigitur tunc quoque medici consilium ad id quod futurum est, nam periculum est ne nimia sanguinis effusione conuellantur vires, & idcirco ne nimia sanguinis copia confluat ad eum locum vnde euadit. Mittitur itaque vt propulsetur periculum imminens ne nimia sanguinis quantitas confluat ad locum affectum. Cum vero detrahitur humor calidus, vt refrigeretur corpus, aut frigidus, vt calefiat, vitium euidenter est in qualitate ipsius: cum exhauritur ille qui obstructionem facit, nocet vel sola quantitas, vel etiam qualitas. In vniuersum ergo non requiritur detractio humoris, nisi vbi vel qualitate, vel copia sui male habeat; quod vbi accidit, emittendus est, modo ferri possit [l] eiusmodi præsidium à viribus, quæ debilitantur, quia cum inutili simul effunditur vtile aliquid, vnde imbecilliores reddūtur, destitutæ ea materia à qua sustinebantur. Quamobrem si imbecillæ sint, conuellentur, & cum ipsis vita deficiet; validæ, licet debilitentur, superant tamen, & vitam retinere poterunt. Spectātur autem omnes, & anima-

les, &

e Supra c. 2. & Gale. de atte me. 89

f Vidus lib. 5. de tu. val. gen. c. 8.

g Galen. 9. meth. c. 13.

h Sup. c. 2. & Gale. 2. aph. cō. 17.

i Hippo. 4. acut. 19.

k Galen. 5. meth. c. 3. & c. 5.

l Gal. 9. metho. c. 13.

G

H

A les,& naturales,sed præcipue vitales,cũ requiritur humoris detractio: cætera vero quæ obser
uantur,vt pateat an repudietur,an fieri possit humoris detractio, omnia referuntur ad vires,
siue sint res naturales, siue mediæ, siue contra naturam. Id quod patebit si singulas æstime-
mus,primo enim ex naturalibus,temperatio corporis repudians [a] humoris detractionem, val- a Gal. 1. ad
de inmoderata est,vt calida,vel frigida,cum qua necesse est vires imbecillas esse. Extrema se Glau. c. 14.
nectus quia imbecilla est,pueritia quamuis valida, quia plurimum dissipatur & debilitari po- b Gal. ibid.
test,ob virium similiter imbecillitatem,humoris detractionem non admittit. Eodem spectat [b]
habitus mollis,rarus,obesus,sub quo cum exhauriatur corpus,maxime debilitatur: quod non
euenit sub duro,denso,gracili. Spectat & consuetudo ad vires,quoniam quæ consueta sunt, fa
cilius feruntur:eodem refertur vitæ genus,quod vbi ociosum sit,propter imbecillitatem,nõ fa
cile fertur humoris detractio,sicuti solet vbi laboriosum, quod validiorem hominem reddit.
Vtero gerentes, [c] non debent exhaur... vt aliæ mulieres,propter vires quæ debilitantur, egẽt c Hippo 4. aph. 1...
enim prægnantes materia,non tantum ad se, sed etiam ad partum sustinendum. Res mediæ
sunt anni tempus,regio,præsens celi status,quæ omnes referũtur ad aerem, [d] qui vbi valde ca d Sup. lib.
lidus sit,aut valde frigidus,non sinit exinaniri [e] corpus propterea quod infirmet vires, cũ tem 12. c. 11.
perationem nostri corporis reddat immoderatam. Res contra naturam, sunt morbus, causa e Gal. 1. ad
& symptoma:omnes autem eatenus prohibent corpus exinaniri,quatenus reddunt vires val- Glau. c. 14.
B de imbecillas,eatenus admittunt eiusmodi opus,quatenus non multum debilitant illas: inter
res contra naturam,maxime solent vires conuelli à symptomatibus vt a dolore intolerabili, a
morsu in ore ventriculi,siue fiat à succis biliosis,siue a pituitosis & crudis,à distentione neruo
rum, à vigilia,ab expulsione nimia,quam sponte natura quacunque via tentet. Debilitant hęc
interdum vires adeo vt non sinant demi superantem humorem, quod tamen non faciunt vbi
leuia sint,nam leuis dolor,leuis item expulsio,non adeo vires conuellit, vt detractionem pro-
hibeat: Animi perturbationes,si quando vires conuellunt,ad symptomata referuntur. Detra-
ctio igitur humorum,vbi requiratur ob nimiam copiam vel qualitatem aliquam, & vbi tolere
tur à viribus,tentanda est, alioquin omittenda, uam vbi desideratur, si vires imbecillæ sint, f Gal. 9. me
nisi [f] prius reficiantur, non conuenit ad ipsam aggredi. Vbi constituimus exhauriendum esse th c. 13.
corpus,adhibendæ obseruationes sunt,quemadmodum in aliis operibus, inspicere enim opor
tet qualem,quantum,quotuplicem,quando,vnde,quomodo,& quo ordine,emittere infestan-
tem humorem oporteat, [g] ordiemur a qualitate, quæ pro specie accipitur, vel pro affectione g Sup. li. 2.
quadam humoris. Si pro specie accipiatur,humorem illum exinanire oportet qui peccat in- c. 7. & Gal.
terdum enim æqualiter omnes redundant,tuncque sanguis redundare dicitur,& eiusmodi co 13. met. c. 6
pia proprie plenitudo vocatur,interdum redundat vnus humor vel alter,& non omnes simul,
C diciturque Græce κακοχυμία, [h] id est prauitas succorum,vt cum superat pituita, flaua bilis,hu- h Sup. li. 2.
mor melancholicus,aut serum,seu aquosus humor. Ergo siue omnes,siue plures,siue vnus redũ c. 8. & Gal.
det, detrahendum id est quod superat:nam si qualia oportet purgare, purgentur, confert & 13. meth. 6.
bene fertur,si vero non, contra, [i] hoc est si non purgentur qualia oportet,& non cõfert & nõ i Hippo. 1.
fertur facile. Hoc quod ab Hippocrate proprie de purgatione traditum fuit, pertinet ad quã- aphor. 2. &
uis detractionem: sed quia qualitas pro affectione quadam humoris cuiuscunque speciei sit, 25.
etiam accipitur, nam humor qui emittendus est, aut crassus est, aut tenuis, coctus, aut cru-
dus, non postulat detractio in vniuersum vt attendatur eiusmodi qualitas,sed quæcunque sit,
exhauriri debet humor humor qui superat, verum eiusmodi qualitatis animaduersio proprie
pertinet ad certas detractionis species,& præcipue ad purgationem, vt in sequentibus pate-
fiet. Quantitas si humor qualitate noceat,non necesse est respondeat quantitati eius, vbi non
ex toto alienus sit,nam dempta vna parte, reliqua facile superabitur a natura: eatenus igitur
tunc exhauriri debet,quatenus quod relinquitur vinci à natura possit. Sed si humor uel qua-
litate penitus alienus sit,& omnino corruptus,vel copia sui male habeat,quantitas detractio-
nis respondere debet quantitati illius,cum totus exhauriendus sit,modo toleretur [k] à viribus, K Galen. 9.
D quæ cum minus valent,licet aliquam detractionem ferant,non tamen semper quantam postu meth c. 10.
lat humor superans: quod cum accidit, primo minuitur aliqua eius [l] pars, deinde recreantur 11 & 13.
vires,vt postea perpurgari corpus possit. Quod attinet ad numerum,detractiones interdum l Galen. 9.
multæ conueniunt,interdum vna sufficit,prout humor infestans sedem occupat, ex qua si de- meth. 10.
trahi debeat,vel vna detractio sufficiat,vel multæ necessariæ sint: vbi resideat in venis, [m] vna m Gale 9.
interdum sufficit,veluti sanguinis missio:ubi per habitum corporis extra uenas diffundantur, meth. ca. 4.
quẽadmodum flaua bilis in morbo regio, aut pituita in hydrope, multæ sunt detractiones ne & 5.
cessariæ,ut per os,per nares,per urinam,per deiectionem. Tempus detractionis idem est atq;
illud quo superat humor,nam tunc exhauriendus est cum infestat,modo toleretur:non tolera
tur in feruore accessionis,quod uires tunc maxime affligantur,neque enim addendus est labo- n Hippo 2.
ri labor:non conuenit etiam [n] in uigore totius morbi,& cum [o] natura tentat crisim,atque ex- aph. 29.
pulsionem,nam præterquam quod uires tunc maxime laborant,nec facile ferunt nouum labo o Hippo. 1.
rem,natura auerteretur ab opere suo,quam medicus qui minister eius est, iuuare debet & nõ aph 20 &
impedire. Locus unde exhauriendus est humor,aptari debet loco ubi redundat,modo tolere- Gal. in cõ.
tur,si redũdat in uniuerso corpore,ex toto exhauriẽdus est,id quod facit inedia, balneũ ualde

A æquabiliter pertinet ad omnes partes corporis, & non subito, sed paulatim efficitur, quibus ita constitutis de facultate inediæ, videndum est an adhibenda sit, atque vbi adhiberi debeat, quas animaduersiones postulet, & quæ instrumenta. Conuenit inedia cum requiritur & toleratur, requiritur autem ab humore superante, non tamen in vna parte, sed in vniuerso corpore, cum æqualiter ad totum pertineat. Quamobrem si adhibeatur ad exhauriendam vnam partē, cæteræ liquefient, ac plurimum lædentur quæ detractione non indigent. Atneque conuenit cū subito succurrendum est, quandoquidem non nisi diuturnitate [a] temporis ad humorum detractionem confert, & non repente, sed paulatim vim suam ostendit: requiritur ergo inedia, cum humor superat in vniuerso corpore, & non postulat detractionem subitam, quoniam periculū non impendet: at requiritur etiam ne impediatur natura cum ad coctionem vel expulsionem infestantis humoris aggreditur, veluti in morbi vigore, quo tempore Hippocrates [b] tenuissimo victu utendum censuit, ne auertatur natura ab opere suo. Aliæ uero species detractionis per quas proxime exhauritur corpus, alienæ [c] sunt cum viget morbus, quod auertant naturā, quæ tunc maxime cum noxijs humoribus pugnat, sed inedia [d] tunc maxime opportuna est, quia si daretur cibus & potio, auerteretur natura à coctione, & expulsione superantium humorum conuerteretur que ad confectionem alimenti, ob quam causam adhibita inedia non spectat amplius ad detractionem. Vbi autem requiratur ad detrahendos superantes humores, intueri

B oportet an toleretur: tolerabitur ubi uires ualidæ sint, nam si minuantur, non propterea deficient, sicuti si essent imbecillæ, ad quas refertur quicquid inediam prohibet, siue sit secundum naturam, siue contra naturam, siue medium. Ex rebus naturalibus temperatio ualde [e] calida inediam non admittit, quoniam redundat in ipsa flaua bilis, quæ cum homo abstinet à cibo & potione, magis [f] acris fit & amara, ac longe deterior euadit, confluitque ad uentriculū & eius os mordet, anxietatem facit, tentat caput, ita ut concitet morbum comitialem (quemadmodum Diodoro Grammatico, quem Galenus [g] commemorat,) & mēbrorum distētionem afferat, urinam & deiectionem supprimat. Vbi autem non flaua sed atra bilis sit, exasperatur similiter ob inediam, & siccior euadit, ita ut in eiusmodi temperatione nō admittatur: id quod ad uires refertur, quæ debilitantur, & multo maiorem noxam sentiunt ob eiusmodi incommoda, quam utilitatem ex detractione quam præstat inedia. Contra ubi temperatio uel frigida sit, uel moderata, in qua superet sanguis, uel pituita, [h] uel aquosus humor, facile sustinetur inedia, nam sine noxa exoneratur natura ab eiusmodi humore superante, & uires confirmantur. Temperatio calida & humida inediam non admittit, quoniam ualde dissipabilis est, ita ut uires tunc infirmentur, quod nō euenit frigidæ & siccæ, ex qua parum absumitur, quamobrē [i] senes facillime ieiunium ferunt, pueri contra: ætas ergo ad temperationē, temperatio tandem

C refertur ad uires. Habitus gracilis non fert inediam sicut obesus, nam in hoc quamuis aliquid dissipetur, multum tamen relinquitur à quo uires sustinentur. Consuetudo ferendi inediam uires reddit minus opportunas noxæ quam illa solet afferre. Ex rebus contra naturam, morbus, ut febris tertiana: causa, ut flaua bilis: symptoma, ut morsus in ore uentriculi, aut uomitus, uel alui profluuiū, eatenus inediā reijcit, quatenus reddit uires imbecillas. Ex reb. medijs, aer ualde calidus, quia nimiū dissipat, & ideirco uires cōuellit, non sinit inediā adhiberi: quicquid ergo illam repudiat, ad imbecillitatem virium pertinet præsentem, vel futuram. Sed statuentes iam inediam non solum requiri, sed etiam ferri posse, videamus qualis, quanta, quotuplex, quando, vbi, quomodo, & quo ordine adhibenda sit. Sumamus initium à qualitate, videre oportet qualis inedia, hoc est quæ species eius aptetur: proponuntur autem à [k] Galeno ternæ, vna cum nihil penitus datur cibi aut potionis: altera cum datur, sed parum, & parum alentis: tertia cum statim euomitur quod sumptum est: illa autem specie vtendum est quæ maxime requiritur à natura humoris, & maxime fertur à viribus: vbi facilis sit vomitus, non aliena est tertia species: vbi pituita redundet in corpore non imbecillo, licet vti prima, similiter vbi plenitudo fit: sed si vires non multum valeant, confugiendum est ad secundam, & dandum aliquid

D cibi ac potionis parum nutrientis. Quantitas non attenditur in illa prima specie in qua nihil prorsus datur, sed in altera vbi parum datur, aut parum nutriens, potest enim eiusmodi abstinentia, & maior & minor esse, vnde & victus aliquando [l] adhibetur tenuis, aliquando tenuissimus: illo autem vtendum erit qui requiretur à maiori vel minori copia humoris superantis, & qui feretur à viribus. Numerus non animaduertitur, [m] neq; enim plures inediæ admouentur vbi plures humores, sed vna eademq; sufficit omnibus. Tempus inediæ idē est atque illud quo detrahendus est humor, modo feratur à viribus, quæ vbi imbecillæ sunt, non debet homo abstinere quem nutrimus, interdum etiam in principio [n] accessionis quo tempore maxime necessaria [o] esset inedia, ne vires deficiant. Locus ad quem adhiberi debet, est totum corpus, nam æque [p] exhaurit omnes partes: cibus autem & potio in victu tenui vnam tantum viam hēt qua sumatur, nempe ipsum os. Quod spectat ad modum, si vires valeant, cum humor totus simul sit, debet & inedia tota simul esse, sin imbecillæ sint, diuidēda est atq; iteranda vt vicissim reficiātur vires. De ordine vero, scire licet, vbi requiratur & refectio ꝓpter vires, & detractio ꝓpter humorē superantem, incipiendū esse à [q] refectione. Instrumēta quibus perficitur inedia, sub victu cōtinentur & ideo sub sex reb. non naturalibus, & proprie sub cibo & potione, quo spectat

a Gal. loco dicto.
b Hippo. 1. aph. 7. 8. & 10.
c Hippo. 2. aph. 29.
d Hippo. & Gal. 1. aph. 8. & 10.
e Gale. 10. meth. c. 5.
f Gal. de venę sect. contra Erasistratum c. 4
g Gal. li. de venæ sect. contra Erasistrateos c. 9.
h Hippo. & Gal. 2. acu. 30.
i Hippo. 1. aph. cō. 13.
k Ga. de venæ sect. contra Erasistratum c. 9
l Ga. 1. aph. com. 4.
m Gal. 10. meth c. 5.
n Gale. 10. meth. c. 6.
o Hippo. 1. aph. 11.
p Ga. de venæ sect. cōtra Erasistratum c. 4
q Galen. 9. meth c. 13.

etiam abstinentia, & genus illud esculentorum & poculentorum quod prauam habet alendi E
facultatem.

De sanguinis missione. Cap. V.

EXposita detractione humorum quæ fit alio interiecto medio,& nō proxime,illa nūc
sequitur quæ per se. Pertinet autem vel ad totum corpus,vel ad certas partes,age-
mus ante de illa quæ ad totum:sed cum vel manifesta sit, vel sensum lateat, quem-
admodum illa quam efficiunt præsidia dissipantia in vapores,exordiemur à mani-
festa,quæ varia est pro varietate humorū qui detrahunt, quandoquidē vel omnes simul exhau
riuntur,veluti [a] cum mittitur sanguis,vel aliqui duntaxat,vt cum corpus vomitu,vel alui pro-
fluuio purgatur,aut cum euocatur vrina vel sudor. Veniat primo in medium sanguinis missio,
quæ an accommodetur,primo videndum est,ac deinde quæ animaduersiones obseruādæ sint,
& quibus instrumentis vtendum vbi accommodetur. Non conuenit inter veteres medicos de
sanguinis missione. Chrysippus [b] Gnidius auctor fuit semper alienam esse,cuius sententiā ada-
marunt Medius, Aristogenes,Erasistratus apud Græcos clarissimi:discreparunt autem ab Hip
pocrate medicinæ parēte,qui multis in locis laudat hoc præsidium. Rationes [c] quibus illi mo- F
uebantur, infirmæ sunt, vel potius pueriles, obiiciebant enim non omnes ægrotantes quibus
mittitur sanguis,statim leuari,neq; omnes cōualescere:præterea incertum esse quātū detrahi
debeat,& si minus detrahatur,nihil profici,si plus,conuelli vires. At licet istis rationibus ex-
pellere reliqua auxilia omnia,quod neque semper,neque statim proficiant, quodque incertū
sit,& coniectura inuestigetur quanta esse debeant:quod vero adiecerunt,secta vena quosdam
ob metum in animæ defectionem incidere, & sæpe decipi chirurgum cum pro vena secet arte
riā,ita vt nequeat postea sisti sanguinis effusio, mihi quidem risus captare videntur:nā primo
pauci sunt qui ita venæ sectionem exhorrescāt vt anima deficiat,deinde vbi hoc accidat,non
difficile est vires recreare,& rursus ad sanguinis missionem reuerti: præterea secare venā vsū
habenti,expeditissimū est intacta arteria,quæ vbi etiam aperiatur,si caute tractetur, non ma-
gno negocio clauditur,& supprimitur sanguis erumpens;facile igitur eorū argumenta diluun
tur. Hippocratis æmuli tum experimēto nituntur,ꝙ detracto sanguine cōstet & præsentes au
ferri,& instantes propulsari grauissimos morbos,tū rōne illa communi,quod contraria [d] a con-
trariis curantur. Sed cū sæpe sanguis aut redundet,aut corruptus sit, necesse est tanquam res
superans detrahatur:quo præsidij genere,vtiliter etiam [e] natura vtitur, veluti cum menstrua
erumpunt,aut cum sponte profluit sanguis ex naribus,aut funditur ex venis ani,à quibus cum
leuari medicus ægrotantem manifeste deprehēdat, cur nō imitetur naturā cuius est minister? G
Sed statuētes necessariam aliquibus esse sanguinis missionē, videamus vbi aptetur; aptatur au
tem non secus atq; alia præsidia, vbi requiritur,& sustineri pōt. Spectemus igitur primū à qui-
bus requiratur,deinde à quibus admittatur,aut recusetur. Placuit Methodicis requiri [f] a sola
astrictione,quam στέγνωσιν appellabant,ponebant enim hoc præsidium in communitate laxan-
tiū,qua medebantur astrictioni.Sed Methodicos cū bona gratia dimittamus, neq; enim suffi-
ciunt ipsorū communitates, vt docuimus in institutionibus [g] medicinæ.Empirici hoc remedio
vtebantur solūmodo cū cernebant concursum signorum denuntiantium plenitudinem,quā, [h]
συνδρομὴν πληθωρικὴν nominabant, vt cum ruberet corpus, venæ tumerent,ac distenderentur,mē
bra grauitatem sentirent,& pigra ad motū redderentur.Henodotus [i] enim eorū princeps,tā-
tū vbi apparerent eiusmodi indicia,detrahi sanguinem volebat. At neq; his etiam subscribūt
rationales medici,nam [k] & citra eiusmodi concursum, iudicant id præsidium necessarium, vt
cum curantur vulnerata,fracta,aut luxata; & interdū vbi adsint indicia illa,sufficere arbitran-
tur alia remedia,vt inediam,balneum,frictiones. Credūt igitur postulari missionem, cum san-
guis vel copia sui [l] male habet,vel corruptus est,ita tamen vt nondum degeneret in alios suc-
cos. Si alij humores simul cum sanguine superent,tunc etiam ab eo requiri hoc præsidiū cen-
sent;sed vbi sine ipso redūdent,vt flaua vel atra bilis,pituita, aut aquosus ille qui respōdet se H
ro lactis,necessariā esse purgationem volūt. Sola igitur quantitas nimia,& qualitas aliena san
guinis propositū remediū postulare Rationales medicj existimant. Si quis [m] autē obiiciat ma
gnitudinem morbi,febrem vehemētem,vulnerata,fracta,luxata, profluuium sanguinis vnde-
cunque,à quibus missio sanguinis desideratur,quamuis nec nimium redundet, nec corruptus
sit,respondebimus primo magnitudinem morbi non omnem postulare sanguinis missionē,sed
eam duntaxat quæ ipsi aut nimiū,aut corruptum,aut à naturali statu recedentem cōsequitur,
quemadmodū in morbis acutis,in quibus Hippocrates [n] mitti sanguinem iubet. Quod si mit-
tatur in febre vehementi,& ita refrigeretur corpus, [o] tunc etiam aut redūdat, aut nō retinet
naturalē qualitatem. In vulneratis vero,luxatis,& fractis (vt dictū ēst, qua de detractione in
vniuersum,) si citra vitiū quantitatis,aut qualitatis detrahimus sanguinem,dirigimus cōsiliū
non ad id quod est,sed ad id ꝙ futurū est:impendet enim inflāmatio partis affectæ, & idcirco
uitiū sanguinis,quare hūc mittimus,ut illud propulsemus: in profluuio sanguinis missione uti-
mur à parte diuersa,ne nimia copia cōfluat ad locū unde exit,atq; effundat. Spectamus igitur

ubiq;

a Galen. 2. aph.cō. 17.
b Galen. de venæ sect. cōtra Erasistratū c. 2.
c Gal. ibid.
d Gale. 11. meth. c. 12.
e Gal. de venæ sect. cōtra Erasistratum ca. 5.
f Gal. li. de plenit. c. 1.
g Vidus 1. inst. me. c. 4
h Gal. li. de plen. c. 1. & 4. acu. 19.
i Gale. 4. acut. com. 19
k Gal. ibid.
l Gale. 13. meth. 5.
m Gal. 4. acut. cō. 19.
n Hipp. lib. 4. acu. tex. 19.
o Galen. 9. meth. c. 4. & c. 5.

A vbique cum ſanguinem mittimus,ad eius copiam,vel qualitatem vitioſam,ſiue præſentem, ſi-
ue impendentem.

Non quicquid autem requiritur,protinus faciendum eſt,ſed præcipue in hoc ars eſt, vt di-
ſcernamus an ſuſtineri poſſit. Quamobrẽ,cum requiritur ſanguinis miſſio,intuebimur an ſuſti
neri citra inſignem noxam poſſit: hoc vires ipſæ patefaciunt,quæ vbi validæ a ſint, patiuntur a Galen. 9. meth.c.11.
ſanguinem detrahi,nam licet minuantur,adhuc tamen ſupererunt,vbi infirmæ,ſi magis debi-
litentur miſſo ſanguine,prorſus deficient. Reſpicere igitur oportet ad robur cuiuſque faculta
tis,ſed præcipue vitalis,quam monſtrat pulſus vehemens, æqualis, magnus , nam contrarius,
indicium eſt ſummæ imbecillitatis,quæ ſanguinem mitti non patiatur : ea autem quæ vel ad-
mittunt,vel repudiant hoc auxilii genus,ad vires validas vel imbecillas referuntur, id quod b b Sup.c.3.
ſupra etiam oſtendimus, cum ageremus de detractione in vniuerſum : percurremus autem
nunc res omnes naturales, medias, & contra naturam, explicantes quo pacto vnaquæque ad
validas vires relata admittat,ad imbecillas,reijciat ſanguinis miſſionem . Ex rebus naturali- c Gal.1. de
bus temperationem moderatam c conſequitur virium robur,propter quod validum hoc præ- præſag.pul.
ſidium patitur adhiberi, immoderatam vero , imbecillitas , adeo vt ipſum minime ſuſtineat . c.4.
Ætate d prima atque vltima minus fere roboris ſubeſt, & idcirco non videntur detractionem d Gal.1.ad
B ſanguinis ſuſtinere : ſed iungitur interdum vltima cum virium robore & multitudine ſangui- Glau.c.14.
nis,adeo vt interdum e annos ſeptuaginta natis ſine noxa ſanguis mittatur, illi autẽ ſenes qui e Galen.de
imbecilli ſunt (ſunt autem pleriq;) ab hoc præſidio abhorrent: non intereſt igitur quãdiu vi- cur.per venæ ſect.c.13
xerit homo,ſed quam robuſtus ſit. Illud magis reuocatur in dubium,quod pueritia quantum- f Galen.de
uis valida,ante f decimum quartum annum nullo pacto fert ſanguinis miſſionem:recuſatur er cur.per ve-
go tunc à tenera g ætate,non à viribus imbecillis. Sed ſi rem vſque ad viuum reſecemus,com- næ ſect.13.
periemus pueritiam referri ad vires imbecillas,ſi non præſentes,certe futuras, quoniam pue- & 11.meth. c.14.
rorum corpus h cum calidum & humidum ſit ac molle,continenter plurimũ diſſipatur, quod g Gal.ibid.
ſi detrahatur ſanguis,reddentur vires imbecillæ,cum ſubſtantia quib.continentur, partim im h Gal.loco
minuatur,partim poſtea diſſipetur,& ita periculum erit ne conuellantur. Quo ſpectantes me- citato & 4.
dici edicunt ne mittatur ſanguis ante decimumquartum annum. Verum vbi puer validus, ha- acu. cõ. 19
bitus denſi,& multi ſanguinis grauiſſimo aliquo morbo affligitur, ita vt interiturus videatur,
niſi hac via fuerit adiutus,non erit cũctandum ſanguinem mittere, quo præſidio decimumter
tium annum agentem à lateris inflammatione aliquando liberauimus,vt omittam experimẽ-
tum Auenzoar,quem i Auerrhoes puerulo trium annorum teſtatur ſanguinem detraxiſſe.Re i Auerr.7.
pudiatur hoc præſidiũ à molli ac raro k habitu,ob eandem cauſam ob quam diximus à tene- l collig.c.3
C ra ætate non ſuſtineri,nam eiuſmodi habitus facile diſſipatur,& ideo nõ reſiſtunt vires, ſicuti k Gale.11.
cum duro ac denſo: quo cum præditi Hiſpani ſint, non eſt quod mireris ſi faciliime tolerant meth. c.14.
tam copioſas ſanguinis miſſiones,& ab eiuſmodi præſidio etiam pueruli quam minime offen- & l.1.& ad Glau. c.14.
dantur. At non credendum eſt habitui ſoli,ſicut neque alteri rei , ſed cum eo ſpectandæ cæte-
ræ res naturales,præter naturam,& mediæ,videndumque omnibus æſtimatis,an vtendum,an
ſuperſedendum ſanguinis miſſione quam morbus poſtulat.Cõſuetudo in hunc modũ refertur
ad vires,quod aſſueti validiores redduntur ad ſuſtinẽdos labores,atque idcirco etiam ad ſan-
guinis miſſionẽ;minus enim debilitantur vires vbi detrahatur quibus detrahi cõſueuit. At nõ
propterea inſuetis omnino aliena eſt ſanguinis miſſio,ſed caute magis tentãda. Vitæ genus la
borioſum vires adeo confirmat,vt ferant ſanguinis miſſionem multo facilius,quam vbi ocioſũ
eſſet.Fœminæ cum vtero gerunt,ſi mittatur ſanguis (teſte l Hippocrate) abortum faciunt, nã l Hippo.5.
mulieri prægnanti poſt curationẽ,ſanguinis copia opus eſt,non tantum ad ſe,ſed etiam ad par- aph.31.
tum ſuſtinendum:vbi tamen vrgeat morbus cum ſanguinis multitudine,& viribus non imbecil
lis,boni medici eſt prædicere quam pauca ſpes ſit ſine hoc auxilio,& ita demum ſanguinẽ mit
tere,ſatius enim m eſt anceps auxilium,quam nullum. Adde quod non ſemper ipſum ſequitur m Gal. 10.
abortus,& ſæpe etiam quæ abortum facit ſeruatur,expeditque fœtum potius,quam ſimul cum meth c.10.
D eo matrem quoque interire. Res mediæ inter naturales & contra naturam vt tempus anni,re
gio,præſens cœli ſtatus,ad vnum aerem referuntur,qui vbi non valde immoderatus ſit,nõ val
de etiam reddit immoderatam temperationem,noſtri corporis,neque valde vires debilitat &
idcirco patitur ſanguinem detrahi,id quod non facit vbi valde immoderatus n ſit,cum ſimile n Gale.15.
reddat corpus noſtrum,atque adeo vires infirmet,vt id remedium non ſuſtineant:uerum con meth.14.
trahitur calidum o innatum,& vires validas reddit ſub frigore aeris,modo non ſit maximum, n Galen.1. aph.cõ.15.
ita vt illud minuat,uel extinguat. Æſtus uiribus longe infeſtiſſimus eſt,ſub quo non p ſolũ euo p Galen.in
catur innatũ calidum ad partes externas,ſed plurimũ digeritur, ac diſſipatur ſubſtãtia noſtri eod com.
corporis,vnde vires conuellũtur,periculumque ſubeſt ne miſſo ſanguine plane deficiant:verũ
aer immoderatus,magis prohibet copioſe mitti ſanguinem,quam abſolute mitti. Res contra
naturam,ut morbi,cauſæ,& ſymptomata,non prohibent huius præſidij vſum , niſi admodum
noſtras uires infirment. Id quod faciunt ex morbis potiſſimum magnæ immoderationes tem-
perationum,ac vulnera vel magna,uel in partibus præcipuis.Ex cauſis humores uel praui , uel
omnino crudi:ex ſymptomatibus,ea quæ ſpiritus & humidã ſubſtantiam noſtri corporis ma-
xime exhauriunt,ut dolor , morſus in ore uentriculi,ſiue à crudis,ſiue à bilioſis ſuccis oriatur,

 diſten-

distensio neruorum, uigilia diuturna, præterea quæuis magna expulsio, ut si sponte sanguis ef- E
fundatur, aut aluus profluat, modo [a] eiusmodi profusio magna sit, nam cum parua est, præter-
quam quod non sufficit, non debilitat adeo vires, vt sanguinem mitti non patiatur: id quod no-
stri seculi medici vsu quotidie comprobant, quamuis aliter sensisse quidam ex veteribus vi-
deantur. Patet igitur quicquid sanguinis missionem sustinet, vel repudiat, referri ad vires vali-
das vel imbecillas, siue præsentes, siue futuras: sed quia fieri potest vt morbus illam desideret,
corpus vero vix pari posse videatur, necesse est aut vires prius [b] reficere, aut aliam detractio-
nis speciem tentare quæ minus illas debilitet, vt inediam, vt eam quæ obscure in vapores dissi
pat, aut deiectionem immissa glande, vel indito per clysterē humore in aluum ab inferiori par-
te, aut purgationem: quæ licet & ipsa quoque postulet magnum virium robur, à minori tamen
fertur quam sanguinis missio. Vtemur igitur aliqua ex propositis detractionibus, cum eo vt scia
mus, sicut minus periculum, ita leuius præsidium esse, neque licere vehementi malo, nisi æque
vehementi auxilio satis succurrere. Vbi constitueris & requiri, & sustineri posse sanguinis mis-
sionem, illa eadem obseruabis quæ ante animaduertimus in detractione in vniuersum, vt qua-
litatem, quātitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem. Dicet fortasse quispiam, qua-
litatis animaduersionem hic superuacuam esse, cum apertis venis fundatur sanguis contentus F
in ipsis, quicunque ille sit, neque liceat hunc aut illum proprie emittere, sicut cum dantur medi
camenta cathartica proprie hunc vel illum humorem purgantia: cui respondebimus recte ani
maduerti qualis sit sanguis, cum mittendus est, quoniam diuersus est non solum in diuersis ho-
minibus, sed etiam in eodem, licetque eum detrahere, quem magis detractioni opportunum iu
dicamus: in diuersis autem hominibus constat sæpe diuersum sanguinem reperiri, vt modera-
tum, crassum, tenuem: qui moderatus est, magis tuto detrahitur, qui tenuis, non æque, cum plu-
rimum debilitentur vires, præsertim si fuerit biliosus. Ille autem qui crassus est, si melancholi-
cus sit ac niger, large [c] mittendus est. Id quod Galenus [d] fecit curās mulierem illam gracilem
cui menstrua non respondebant, aperta enim vena, cum sanguis exiens crassitudine & colore
liquidam picem repræsentaret, missionem iterauit, & plurimum detraxit, quod non solum pro-
fecit, sed facile etiam toleratur: verum vbi crassitudo sanguinis cum cruditate coniungatur, ve-
luti vbi valde pituitosus est, [e] caute mitti debet, & non effuse, ne deficiant vires alioquin im-
becillæ, neve fusis spiritibus, succi qui restant, magis crudi & concreti reddantur. Verum di-
uersitas sanguinis in diuersis hominibus magis eo spectatur intelligamus mittendus ne sit, &
quatenus, quam vt eligamus in missione talem vel talem sanguinem. Id quod facere licet in eo
dem homine, in quo diuersus est: ille enim qui continetur in arterijs calidior est, tenuior, [f] ex G
flauo ruber, & multos habet admixtos spiritus: ille qui in venis, minus calidus, magis crassus,
valde ruber, & cum paucioribus spiritibus. At neque ille qui in uenis est, similis est in omnibus,
nam dum homo ægrotat, magis corruptus est, ac feruens in uenis quæ ab inflammatione non
distant; sed dum bene valet, etiam in venis quæ ad anum pertinent, inest (veluti fex quædam)
melancholicus sanguis, cum alijs sit magis purus. Quo spectans Hippocrates [g] docuit eum
qui ex venis ani funditur, melancholicis prodesse. In eodem igitur homine deprehenditur di-
uersus sanguis, & detrahere licet quem velis, aperta modo vena, modo arteria, & modo in hac
parte, modo in illa. Huc accedit quod quamcunque venam seces, si velis tenuiorem sanguinem
emittere, fieri poteris voti compos vbi modice illam aperias, nā si magna plaga sit, æque effun-
detur crassus ac tenuis. In vniuersum autem talem detrahere sanguinem oportet, qualem no-
sti redundare, aut corruptum esse, sic enim si qualia oportet exhauriri [h] exhauriātur, proficiēt,
& bene ferentur ab ægrotante, perinde ac cum corpus purgatur.

[i] Quantitas sanguinis mittendi respondere debet quantitati illius qui copia vel qualitate no-
xius mittendus est, modo feratur à viribus: est autem adeo incerta; vt (quemadmodum paulo
ante ostendimus) à detractione deterruerit medicos etiam clarissimos: nihil autem rerum om
nium medicinam reddit [i] æque coniecturalem, ac certa rei quantitas, nam cum hominem ali-
mus, exēpli causa, qualitas cibi & tempus quo sumi debet, euidens est, sed quantū dari debeat H
maxime incertum est. Quod attinet ad sanguinem, cum secatur vena, in manu [k] nostra est quā
tum detrahamus, quod minime vsu venit cum purgatur corpus, nam dato cathartico non est
amplius in nobis quatenus ab illo eliciantur humores. At non propterea exquisite intelligimus
quantum mittere sanguinis debeamus, cum neque constet quantum ipsius superet, neque quā
tum sustineri possit à viribus, neque enim satis explorata est natura ægrotātis, neque satis per-
spectum qualis postea futurus sit cœli status, nam cum sequitur valde calidus, valde postea dis
sipatur substantia ægrotantis, periculumque est ne multo sanguine detracto vires deinde con-
uellantur. Sed cuius certam sumere scientiā non licet, capiatur coniectura, quæ [l] media est in-
ter scientiam & ignorationem, vltra quam progredi mens humana nō potest: si quando autem
nos fallat, ad veritatem tamen sæpissime dirigitur: vbi res dubia sit, peccare magis in eam par-
tem expedit, vt parcius mittatur, quam vt fusius, nam sic rursus iterari missio poterit vbi prior
non sufficiat, & vitari periculū ne vires intereāt: sed danda opera est q̄tū fieri pōt, vt nec plus,
nec minus quā res postulet detrahamus: illud vires conuellit, hoc non satisfacit. Id qđ euenit
etiam ubi spōte sanguis aut parū exit, aut nimis effuse. Conijcere [m] autem oportet quantitatē
sanguinis

a Hippo. ac Gal. 4. acu. 16.
b Galen. 9. meth. c. 13.
c Galen. de cur. per venæ sect. ca. 14.
d Gal. li. 3. 6. epi. com 29.
e Galen. de cur. per venæ sect. ca. 10.
f Gal. 1. de loc. aff. c. 1. & li. de forma. fœt. c. 3.
g Hippo. 6. apho. 11. & 21.
h Hippo. 7. aphor. 2. & 23.
i Galen. de cur. per venæ sect. ca. 12.
k Galen. de venæ sect. contra Erasistratum c. 7.
l Gal. lib. 1 de loc. aff. c. 1.
m Gale. de cur. per venæ sect. ca. 13.

A sanguinis mittendi, ex quantitate requirentium ac tolerantium missionem, differentia enim quæ inest in requirente ac tolerante, inesse etiam debet in eo quod requiritur ac toleratur. Id quod requirit, diximus esse sanguinem, qui vel copia sui male habet, vel qualitate alienus est: eius qui redundat, tanta mitti copia debet, quanta redundat, sed qualitas distinguenda est, nã si penitus corrupta est, tantum emittendum est, quantum corruptum est: vbi aliena sit, non tamen adeo vt non possit corrigi aliqua ex parte, eatenus detrahi debet, quatenus quod restat possit à natura superari. Ad hæc autem duo, hoc est ad copiam, & qualitatem sanguinis superantis, redigi diximus [a] quecunque hoc præsidium requirunt, vt magnitudinem morbi, ardorem febris, suspicionem impendentis inflammationis in his quæ vulnerata sunt, fracta, aut luxata, vt nimiam quoque sanguinis effusionem ex quacunque parte erumpentis. Illa vero quæ propositum auxilium vel admittunt, vel repudiant, siue sint naturalia, siue contra naturam, siue media, referuntur ad vires, quæ (vt diximus) cum validæ sint, ferunt sanguinis missionem, cum imbecillæ, reijciunt. Sed fieri potest vt patiantur sanguinem mitti, non tamen effuse, nam mediocriter validæ mediocrem detractionem ferunt, sed validissimæ à larga etiam effusione non læduntur. Quod si requiratur detractio maior quam vt feratur à viribus, aut parcius mittendus erit ne medicus imbecillitatem prodat largæ sanguinis missioni, aut diuidenda missio [b] atque iteranda, dum quantum res desiderat detrahatur, & interea possint vires recreari. Debet igi- B tur quantitas sanguinis detrahendi respondere quantitati requirentium ac tolerantium. Certa vero mensura cuique apta, exquisite nec calamo scribi potest, nec verbo explicari. Quidam ex veteribus medicis voluerunt moderatam contineri duabus libris, citra quas, parua, vt vltra, magna haberi debeat. Ex varijs autem Galeni [c] locis, summum pondus quod à veteribus detraheretur, apparet peruenisse ad sex libras, minimum [d] vero ad vnam. Sed cum exquisite perscribi nequeat pondus seu mensura sanguinis detrahendi, constituti sunt à medicis aliquot termini, ad quos spectantes, nec multo plus, nec multo minus detrahant quam conueniat: huiusmodi sunt mutatio coloris vel in sanguine, vel in corpore ægrotantis: mutatio item pulsus, & tandem animæ defectio. Attenditur in sanguine profluente color, vbi secta vena est vicina parti inflammatæ, qui quando mutatur, finis faciendus est. Hoc ab Hippocrate [e] obseruatum fuit in curatione pleuritidis, secta enim vena cubiti è regione lateris inflammati, iubet vt sinamos sanguinem exire dum mutetur color, ita vt qui fluxerat albidus, fluat ruber, & qui ruber, appareat niger: nam qui effluit sic mutatus, emanat à parte inflammata, & ideo supprimi debet cũ illa exhausta iam sit, & cum habeat perspiratum, qui manet in corpore à natura, corrigi potest. At non semper etiam in curatione inflammationis expectabimus mutationem sanguinis, C sed solum vbi vires tantam sustinere missionem possint, vt mutetur color, alioquin ante faciendus finis erit. Vbi nulla esset inflammatio, spectabant veteres medici ad mutationem coloris in corpore ægrotantis, & præcipue in oculis: mutatur autem cum iam vires languent, & incipit anima deficere: tunc etiam mutatur pulsus, debilisque admodum redditur, quem similiter obseruabant, assidue enim tangebant arteriam, dum sanguis [f] mitteretur, atque vbi aliquam eiusmodi mutationem cernerent, iubebant sanguinem supprimi, priusquam vel anima deficeret, vel mors etiam hominem occuparet, vt aliquando [g] euenit ob nimis largam sanguinis effusionem, ex qua siquando euadit homo incurrit in morbos frigidos, à quibus nunquam postea liberatur. Damnat Hippocrates [h] subitas omnes mutationes, vt naturæ inimicas, præcipitque ne corpus subito vel impleatur, vel exhauriatur, periculosa enim est extrema detractio, sicuti extrema plenitudo: interdum tamen tentandũ est etiam periculosum præsidium, veluti cum extremus est morbus, huic enim [i] extrema remedia aptantur, cum sit vna salus victis nullam sperare salutem. Existimauit Diocles [k] potius tentandum esse remedium aliquod cum periculo, quam permittendum vt æger sine spe prorsus intereat: hoc spectans Galenus [l] in ardenti febre, in ingenti inflammatione, in vehementi dolore: laudat sanguinis detra- D ctionem vsque ad defectionem animæ, quod eiusmodi affectus sint extremi. Cæterum ardens illa febris in qua extremum eiusmodi præsidium adhibet, non proficiscitur à flaua bile, nam sub hac vires imbecillæ essent, & sub tanta copia sanguinis [m] conuellerentur ex toto, sed oritur à sanguinis multitudine, non secus quam ingens inflammatio, ita vt merito in vtraque summa hæc detractio probetur. Sed dubium est de dolore vehementi, à quo [n] idem auctor prohiberi omnino sanguinis missionem tradit. At si nullo pacto sinit sanguinem mitti, multo minus sinet vsque ad animæ defectionem: quamuis distinguas (vt ille ipse præcipit) conueniat ne mittere sanguinem, an purgare vsq; ad animi defectionem, neutrum enim præsidium tolerabitur, nisi prius leniatur dolor, & recreentur vires. Vbi non fit quod has labefactet, extremis morbis, veluti febri ardenti, atque vigenti inflammationi, succurremus extremo remedio, detrahentes sanguinem dum anima deficiat. Sub quantitate, non solum comprehenditur mensura sanguinis quam egimus, sed numerus etiam, qui vbi pro eiusdem missionis iteratione accipiatur, pertinet ad modum, quem paulo post tractabimus: sed in diuersis detractionibus illa animaduersio quod detrahatur ex vna tantum vena vel arteria, aut ex pluribus, refertur ad numerum qui aptari debet numero requirentis. Si sanguis qui superat simplex sit, simplicem detractionẽ postulat, si multiplex, multiplicem. Dicetur multiplex, cũ vel diuersus erit, vt alijs partibus tenuis,

a Supr. c. 3.
b Galen. de cur. per venæ sect. c. 12
c Galen. de cur. per venæ sect. c. 12 & 14.
d Galen. de cur. per venæ sect. c. 16
e Hippo. 2. acut. 10
f Galen. de venæ sect. contra Erasistratũ c. 7.
g Galen. de cur. per venæ sect. c. 12
h Galen. 9. met. c. 10.
i Hippo. 1. aph. 3.
k Hippo. 1. aphor. 6.
l Galen. 10 meth. 10.
m Gal. de cur. per venæ sect. c. 12 & 1. aphor. com. 23.
n Gal. 1. ad Glauc. 14.
o Galen. 1. apho. com. 23.

purus,

purus, alijs crassus ac niger, vel diuersis locis continebitur, & varias partes infestabit, licet eiusdem qualitatis sit: oportebit igitur tunc vti detractione multiplici, vt partim ex venis, partim ex arterijs, vel partim ex vno loco, partim ex altero. E

Tempus mittendi sanguinem colligitur similiter ex requirentibus & tolerantibus, tūc enim mitti debet cum requiritur, ob quamcunque causam, modo sustineri possit: quæ duo, vbi concurrant, quo celerius mittitur, eo vtilius, nam retentus in corpore deterior redditur, ac corrumpitur, & grauissimum aliquod malum afferre potest, præterquam quod vires quæ principio validiores sunt, processu temporis exhauriuntur, ita vt non æque facile sustineant vehemens hoc præsidium: periculose igitur differtur, præsertim in morbis valde acutis, in quibus vt purgatio interdum, ita & sanguinis missio necessaria est. Verum quia plerisque non mittitur, cum primum requiritur & toleratur, vel quod non statim accersatur medicus, vel quod ipse negligens sit, & ægrotans parum obsequatur, quæret quis an postea mittendus sit. Placuit priscis [a] illis medicis, post quartum diem non mittendum esse, adducebantur enim illis rationibus ob quas diximus cum primum requiritur & toleratur, statim esse mittendum, quorum sententiam Hippocrates [b] non accepit, sed Anaxioni qui lateris inflammatione laborabat, octauo die venam incidit; quod ratione non caret, tamdiu enim tempus manet adhibendi remedij, quamdiu requiritur, & toleratur: quamuis etiam spacium aliquod accessit: imitabitur autem medicus naturam, quæ vtiliter etiam procedente tempore superantem sanguinem expellit. Scribit Hippocrates [c] Antiphonti profuisse sanguinem qui sponte ex naribus fluxit vigesimoquarto die: monstrat igitur ratio, quod experimento comprobatur, non attendendum esse numerum dierum, satius tamen esse quam celertime sanguinem mittere cum requiritur, modo sustineri possit: debet autem sustineri à viribus quæ cum adeo firmæ sunt, vt videantur ferre posse hoc præsidium, non quouis tempore æque facile ipsum sustinent, sed cum minus exhaustæ sunt, & minus affliguntur, nam vbi plurimum eædem vires exhaustæ videantur, non prius mittitur sanguis, quam refectæ sint, cum valde affliguntur, [d] veluti in accessione febris. Differtur res in continente, ad remissionem, in intermittente ad intermissionem, quo tempore magis quiescunt, & minus vexantur. In vigore autem totius morbi, neque hoc neq; aliud recte tentatur, voluit enim Hippocrates [e] tunc quiescendum esse. Quod si Galenus [f] scripsit, sanguinis missionem quouis tempore conuenire, non propterea censuit adhibendam esse in vigore, sed dixit quouis tempore, hoc est quando morbi causa cruda est, & quando cocta. Comparauit enim ipsam cum aquæ frigidæ potione, quæ quando morbi causa cruda est, omnino aliena est. Illud ergo tempus eligendum est, quo vires magis quiescunt, sed quia matutino plerisque ægrotantibus recreantur, tunc secunda hora [g] post somnum, missioni videtur maxime opportuna. Quod tamen non perpetuum est, cum quauis hora diei ac noctis vt cætera, [h] ita hoc auxilium admouere liceat, si res urgeat, & uires patiantur. Verum oportet etiam inspicere an cruditas adsit, vel cibi in ventriculo, vel succi in primis uenis, & an deiectio retineatur in intestinis, neque enim prius aperienda vena [i] est, quam concoquatur quicquid ibi crudum est, detrudaturque deiectio, siue sponte, siue aliquo auxilio adhibito, ne venæ quæ sanguinis missione exhauriuntur, alliciant ad iecur materiam uel crudam, uel omnino alienam, atque hoc pacto & obstructionem afferant, & alios morbos grauissimos. Sed hæc animaduersio seiungenda uidetur à viribus, neque enim ob ipsarum imbecillitatem, uidetur prohibere sanguinem mitti, sed ut euitetur malum inde secuturum, quod tamen interdum eligere præstat, ubi præceps periculum impendet, nisi statim sanguis detrahatur, quemadmodum in angina. F G

a Galen. de cur. per venæ sect. ca. 20.
b Hip. 3. tertij epid. 79.
c Hipp. 2. 1. epid. 67.
d Galen. 9. meth. 13.
e Hippo. 2. aph. 29.
f Galen. de cur. per venæ sect. ca. 20.
g Gal. in li præsagium experientia confirmatū ab initio.
h Galen. de cur. per venæ sect. ca. 12.
i Gal. lib. 9 meth. ca. 4. & 5.

Locus in quo continetur uena uel arteria, quam aperiendam esse constituimus, respondere debet illi in quo sanguis [k] superat, modo toleretur: superat autem uel in toto corpore, uel in aliqua eius parte; qui in toto potest ex uena, uel arteria cuiusuis partis [l] emitti, quauis enim secta funditur sanguis uniuersus, commodius tamen detrahitur ex ampliori aliqua uena, cuiusmodi sunt in cubito, externa, interna & media, quarum aliquam incidere oportebit, ubi causa totius corporis mittendus sit sanguis, præter quam in mulieribus illis quarum plenitudo à retentione menstruorum profecta est, in his enim expedit uenas in poplite, [m] aut prope talum incidere, ut simul exhauriatur quod superat, & non auertantur, sed euocentur menstrua retenta. Vbi causa partis alicuius detrahendus sit sanguis, secanda uena est illius loci qui cōgruat [n] affectæ parti. Spectandum autem est fluentem ne adhuc auertere oporteat, an deriuare qui nuper fluxit, uel extrahere qui iamdiu retentus fuerit in parte [o] affecta. Si auertendus sit, quam longissime inde ubi lædit, si deriuandus, ex parte uicina, si extrahendus, ex affecta ipsa, uel certe ex quamproxima constat emittendum esse: sed undecunque detrahendus sit, & ob quamcūque causam, necessaria est [p] aliqua conuenientia uenæ quæ secatur cum parte affecta, alioquin non curaretur illa quæ læsa est, sed offenderetur quæ sana. Vena externa cubiti accommodatur ad auertendum ac deriuandum à capite, collo, ore, gutture. Sed interna inciditur ubi auertere, aut deriuare opus sit à uentre, uel thorace. Illæ quæ in poplite sunt, aut ad talos, utiliter [q] secātur ad deriuandum ab utero, non tamen ad auertendum. Eadem ratio est arteriarum, sed hæc latius persequemur, cū ad illam detractionē peruenerimus quæ pertinet ad certos locos, ubi auersionē, deriuationem, detractionē ex loco affecto clarissime explicabimus: nunc in uniuersum H

k Gale. de cur. per venæ sect. c. 19
l Gale. ibidem.
m Gale. de cur. per venæ sect. ca. 18.
n Gale. de cu per ven. sect. c. 19.
o Gal. ibid.
p Gal. ibid.
q Galen. de cu. per ven. sect. c. 18.

A uersum quod spectat ad institutum nostrum, statuamus locum vbi vena, aut arteria secatur, esse debere, qui vel toti corpori congruat, vel affectæ parti, prout sanguis superans aut totum corpus occupat, aut certas partes: sed quia locus qui requiritur, debet etiam tolerari, scire licet, vires vbi non multum validæ sint, ferre missionem sanguinis ex vena, vel arteria parua, non tamen ex magna, ex qua subito multi spiritus funduntur. Sed præter vires, videre oportet nunquid pars ipsa in qua secare venam oportet, morbo aliquo implicetur, vt vulnere, aut inflammatione, prohibemur enim in ea secare venam, ne cum opportuna sit iniuriæ, materiæ cursum ad illam euocemus.

Modus detrahendi in eo consistit vt vel totus simul detrahatur, vel diuidatur atque iteretur detractio. Debet autem respondere modo requirentis, & tolerantis: requiritur enim à sanguine, qui vel copia nimius sit, vel qualitate alienus. Vtrouis autem nomine lædat, aut totus simul est, quemadmodum in febre, quam putredo, seu nimius feruor [a] sanguinis accẽdit, quemadmodum etiam vbi totum corpus copia sanguinis distenditur, atque oneratur, aut diuisus, velut ille qui confluit ad locum affectum, & qui fusus in habitum corporis, reuerti in venas debet. Qui totus simul est, totus etiam simul mitti debet: nam sic magis proficiet, magis euitabitur periculum, & extinguetur ardor febris. Sed qui non est totus simul, iteratam detractionem postulat, veluti cum auertendus est, qui ex interuallo transmittitur ad locum affectum, vel cum exhau-
B riendæ venæ sunt, vt allicians ex habitu corporis illum quem [b] in lassitudine fuderunt, paulatim. n. ipsum attrahunt, & ideirco diuidenda detractio est, vbi sanguis crassior sit quam vt facile aperta vena effundatur, vicissim extenuandus & mittendus est, & missio iteranda. Sed intueri oportet an vires patiantur mitti sanguinem eo modo quo requiri diximus. Profecto vbi sustineant absolute sanguinis missionem, sustinebunt etiam iteratam, & diuisam: eam vero quæ sit tota [c] simul, nequeunt sustinere nisi bene valeant. Quamobrem cum imbecillæ sunt, diuidi debet, etiamsi tota simul desideretur. Iterabitur ergo, & quo citius, eo vtilius, in illis morbis qui totam simul postulant, expedit enim eodem die iterum venam aperire: vbi autem missio partita requiratur, præstat non eodem die, sed sequentibus ipsam iterare.

a Galen. 9. meth. c. 4. & 5.

b Gal. 4. de ra. val. 10.

c Galen. 9. meth. c. 11. & li. de curatione per venæ sect. c. 12.

Ordo attenditur ubi alia quoque opera efficienda sunt, vt cum non solum mittere sanguinẽ oportet, sed etiam reficere uires, aut purgare corpus. Teneri autem idem in operibus debet, qui deprehenditur in rebus a quibus requiruntur: prius enim efficiendum est illud opus quod requiritur à scopo qui cæteris præfertur, vel quod magis urgeat, uel quod sit causa futurorum, aut sine qua non, quemadmodum sæpe demonstrauimus. Magis autem urget uirium imbecillitas: quamobrem necesse est has prius [d] reficere, deinde cum sanguis si mittatur, causa sit cur facilius purgari corpus possit debet eius missio antecedere purgationem: sed cum satis explicatæ sint animaduersiones in missione sanguinis obseruandæ, proximum est vt pergamus ad ea
C instrumenta quibus utendum est.

d Galen. 9. meth. 10. & 13.

Spectant ad chirurgiam instrumenta omnia quibus vtitur medicus, seu minister cum sanguinem mittit, siue secet venam, siue incidat cutem pluribus locis, siue admoueat sanguisugas, triplici enim opera manus proposita detrahi sanguis solet; sed sectio venæ alicuius amplioris subito multum sanguinis et crassioris detrahit, & ideo tunc maxime aptatur, cum eiusmodi tedũdat, & præceps periculum est, nisi statim succurras. Vires autem bene valent, quia si imbecillæ essent, ob subitam eiusmodi effusionem deficerẽt. Incisio cutis complures exiles venas aperit, vnde parum sanguinis & tenuioris, & paulatim effunditur, adeo vt tunc accommodetur, cum paucum ac tenuem, & non subito detrahere oportet, neque refert si vires parum valent, parum enim exhauriuntur ob tam paruam ac lentam detractionem, ita vt facile ipsam sustineant, ob quam causam vbi subito multum mittere sanguinem oporteat, neque videantur vires ob imbecillitatem id pati posse, pro sectione venæ, inciditur cutis, quod auxilium vt minus vehemẽs est, ita magis tutum. Eadem ratio est sanguisugarum, quarum admotio & facilius sustinetur quam venæ sectio, & idem proficit quod cutis incisio: accommodantur autem quibusdam partibus quæ parum tuto inciduntur, veluti ano, naribus. His tribus operibus manus ad mittendũ sanguinem propositis, agendum de vnaquaque seorsum, & primum de secanda vena: quæ manus opera postulat apparatum antequam adhibeatur & curationem quandam postquam mis-
D sus est sanguis. Hoc euenire supra quoque ostendimus [e] cum restituuntur quæ suo loco mota sunt, conuenit enim & apparatus quidam priusquam restituantur, & quædam cura postquam restituta sunt, quæ duo sunt quasi προθεραπεία, & ἀποθεραπεία [f] quibus vtebantur gymnastæ cum corpora exercebant. Apparatus antequam vena secetur, attinet ad corpus ægrotantis, ad partem in qua secatur vena, ad instrumenta per quæ secatur, & ad sanguinem ipsum qui detrahendus est. Debet corpus ægrotantis cui secanda vena est, eo modo collocari quo minus defatigetur, & magis sustinere missionem sanguinis possit, quod fiet vbi iacebit, stantibus. n. aut sedentibus cum mittitur sanguis, non raro accidit animæ defectio. Pars cuius venã secamus, ita figurãda est, vt maxime secundũ naturam conuenit, nam sic diu detineri in eadẽ figura poterit, & cũ sanguinem fundit, & cum postea quiescit dum sanescat: sic etiam minus dolebit, & pars sectæ cutis manebit è regione plagę ipsius uenæ, neque suffundetur sanguis, ut euenit ubi non simul concurrant. Idonea instruméta ad uenæ sectioné sunt primo scalpellus in gladij uel securis speciem,

e Supr li. 15 cap. 7.

f Gal. li. 3. de ra. val. c. 2.

ciem, deinde etiam stylus, aut seta apri, quibus venæ paruulæ; vt in naribus perforantur: illæ quæ in ano sunt, aperiuntur cum adhibito vngue, vel specilli cyathisco, vel pumice, sepia, corio squatinæ, linteo aspero, aut alia eiusmodi re exasperantur: quanquam aperiri etiam possunt acrioribus medicamentis, vt cœpa ex aceto, aut felle taurino: sed quia maxima ex parte scalpello vtimur, eiusmodi operam ad chirurgiam reduximus, & sectionem appellauimus. Sanguis duplicem apparatum requirit, vnum per quem facile fluat, alterum per quem euocetur ad locum vbi secatur vena, fluet quidem si extenuetur, ad quod valent potio mulsę, vel oxymellis, in qua iacuerit aut bullierit hyssopum, thymum, calamentum, aliudue quod extenuandi vim habeat, prætetea frictio, & perfusio aquę calidę, quibus præsidijs liquescit qui ante cõcretus erat, & extenuatur qui crassus, adeo vt facile fluat. Hoc autem quod anteuertere debet sectionem, necessarium aliquando est etiam post ipsam vbi sanguis aperta vena non fluat: neque enim desistendum est à frictione, & a perfusione aquæ calidæ, dum fundatur. Euocabitur autem ad locum in quo vena inciditur, si calefiat ijsdem pręsidijs, frictione scilicet, & perfusione aquæ calidæ, quibus fundi & extenuari diximus: habet enim calor [a] attrahendi facultatem, sicut & dolor, quamobrem concitandus & eodem sanguis est per ea quæ dolorem faciunt. Maxime autẽ idonea est habena aliqua angustior imposita, atque astricta paulo supra locum vbi secanda vena est, caue tamen ne ita arcte astringatur, vt fiat gangræna, [b] & emoriatur pars: caue etiam ne iuncturam vincias, vincere enim paulo supra conuenit, ne sanguini aditus intercludatur. Cũ aperitur vena in capite; siue in fronte, siue in occipitio, siue in naribus, siue in temporibus, siue in angulo oculi, siue post aures astringitur ceruix, ita vt venæ capitis intumescant, non tamen valde officiatur respirationi. His ita paratis, venitur ad sectionem: debet autem qui venam secat, sinistræ manus indicem ad ipsam admouere, paulo supra locum secandum, pollice vero & indice dextræ scalpellum demittere nõ timide, ne frustra cutem laceret. Si vena conspicua sit, cæsim ferienda est, si lateat, neque facile reperiatur, punctim, dum scalpellus ad ipsam perueniat. Quæ cœsim inciditur, accipere plagam potest vel in longitudinem, vel transuersam, vel obliquam: transuersa diutius manet aperta, parum diu quæ in longitudinem est, obliqua his interiecta est & tanquam media. Ea igitur plaga conuenit, quæ maxime expedita videatur, habita ratione missionis celerius vel tardius iterandæ: nam vbi iteranda non sit, pręstat venam in longitudinem incidere, vt minus diu hiet & celerius coeat. Cauendum pręterea est, ne scalpello pars aliqua periculose violetur, vt musculus sub radio, vbi secatur externa vena in cubitos vel arteria, vbi interna, vel neruus, vbi media. Cum missio iteranda est, soluto vinculo, vena non amplius scalpello, sed medio digito auerso ferięda est, vt recens eius coitus resoluatur, iterumque sanguinem fundat misso sanguine quantum necesse erat. Cura quam postea adhibendam esse diximus, eo spectat vt claudatur locus, ne vlterius fundatur: plerunque satis est linamentũ molle, & spongiam ex aqua frigida expressam superimponere, atque alligare. Sed vbi non cedat, confugiendum est ad medicamentum quod componitur ex [c] duabus thuris & vna aloes, diluiturque albo oui, & pilis leporinis exceptum superdatur: quod si ne sic quidem supprimatur sanguis, auertendus est secta vena in contraria parte, vt docuit Hippocrates, desinit [d] enim fluere qua volumus, obiectis quæ prohibent, & alio dato itinere. Vltimum remedium est transuersam venam aut arteriam [e] præcidere, nam sic capita vtrinque contrahuntur, & clausa non permittunt amplius sanguinem exire. Sed de supprimendo sanguine vbertime in sequentibus agemus, qua de curatione symptomatum. Altera chirurgia qua sanguis mittitur, est cutis incisio, quæ similiter & ante, apparatum quendam, & post, diligentiam aliquam desiderat. Apparatus eo potissimum spectat vt sanguis extenuetur, & concitetur ad locum vbi cutis inciditur: extenuabitur si calefiat, & multa frictione, & perfusione aquæ calidæ: interdum autem membra non solum perfunduntur, sed in ea detinentur, ueluti cum demittuntur crura in peluim vbi sit aqua calida, sic enim extenuatur sanguis, & melius fluit etiam cum incisa cutis est. At concitatur & frictione, & aqua calida adhibita, sed multo magis si cucurbitula admoueatur, quæ non tantum conuenit ante incisionem cutis, sed etiam post, plurimum enim valet ad sanguinem extrahendum. Post apparatum secatur cutis scalpello pluribus locis, & primo in inferioribus, secundo in superioribus, nam si contra fieret, occuparet locũ secandũ sanguis superne fluens. Debet autem scalpellus non verberare cutẽ, sed attrahere: conueniunt maiores plagę vbi sanguis crassior est. Numerus earum respondere debet spacio vbi continetur sanguis, quem detrahere oportet: Gangræna magna, plures, parua, pauciores desiderat. Sed siue plures, siue pauciores conueniant, Hippocrates præcipit vbi caleis cutem incidit, ut omnes fiant ęquales: cum detractum est tantum sanguinis quantum res postulat; exprimuntur plagæ, nequid sanguinis retineant, perfunduntur que aceto ab Hippocrate, [f] ut dissoluatur siquid ibi manet concretũ, neque praua afferat symptomata. Tertia chirurgia ad detrahendum sanguinem vsitata, est admotio sanguisugarum: admouentur autem ad uarias partes, ut ad nasum, ad tempora, post aures, ad poplitem, sed præcipue ad anum. Requiritur ab hac etiam apparatus antequam illæ admoueantur, & quædam cura postquam detractus est sanguis. Cõsistit apparatus in delectu sanguisugarum in loco ad quem admoueri debẽt, in sanguine qui emittẽdus est. Præstat igitur sanguisugas petere ex aquis puris ac fluentibus vbi ranæ [g] uiuunt, præterea quæ colorẽ habeant subruffum,

E F G H

a Gal. 13. meth. c. 5. & 2. de diff. feb. c. 11.

b Gal. 7. de anat. c. 13.

c Galen. 5. meth. c. 4.

d Hippo. 3. prorrhet. 53

e Gal. li. 8. de anatom. adminis. c. 6.

f Hip. lib. 2. de fract. 18.

g Auic. li. 1. fe. 3. c. 22.

ruffum,

A tuffum, vel subuiridem,& per aliquod spacium retentę fuerint in aqua bona. Vt autem facilius
inhærescant, neq; sordis alicuius fœditate fugentur, detergendus ante locus est ad quem admo
ueri debent: neq; alienum est ipsum vnguibus, vel linteo [a] aspero exasperare, ita vt aliquid san
guinis fundat quo sanguisugæ alliciantur. Sanguis concitandus est ad eum locum ijsdem præsi
dis. quibus concitari diximus,& vbi vena secatur,& vbi inciditur cutis. Post apparatum cũ iam
sanguisugæ admouentur, purgatur spongia [b] mucus quem habent: ipsæ autem demittuntur in
calamum vtrinque perforatum, vnde exeuntes ipsam venam attingant, à qua detrabendus est
sanguis, pro cuius copia maiori vel minori, proque numero venarum ad quas admouentur, ma
ior vel minor esse debet numerus sanguisugarum. Sed vbi iam plenæ distenduntur, sponte re-
solui solent: resoluuntur tamen cum primum [c] sale, vel cinere, resperguntur. Vbi iam remotæ
sunt, permittendum est adhuc vt exeat sanguis, effundetur enim apertis venulis, præsertim vbi
aqua calida foueantur. Vbi detraxeris quantum necesse est, supprimi debet, quod facile fit ad-
motis medicamentis [d] emplasticis, vel astringentibus, vt polline farinę tenuissimo, thure, aloe,
galla, malicorio, terra armena, gypso, facile autem sistitur, ita vt hoc munus relinquatur mini-
stris. Hactenus de sanguinis missione.

B

De Purgatione. Cap. VI.

HAnc proxime sequitur purgatio, quæ similiter humores totius corporis,& per se de-
trahit,& euidenter. Vocatur autem κάθαρσις, definiturque detractio [e] humoris qua
litate peccantis. Peccant qualitate humores [f] omnes cum immoderati sint, exce-
pto sanguine, qui potest tantum sui copia male habere. Aliorum igitur omnium de
tractio quam ope medicamentorum molimur, purgatio est, nam si sponte expellantur, non di-
cuntur purgari, sed simpliciter exinaniri. Quanquam latius patet purgationis vocabulum, ita
vt interdum eo medici abutantur ad quamlibet expulsionem notandam, vt Hippocrates, &
Erasistratus ad menstruam; nos autem proprie nunc eo vtentes duntaxat detractionem signifi
cabimus, qua ope præsidiorum vomitum, vel deiectionem mouentium extrahuntur humores
sua qualitate peccantes: eiusmodi præsidia, quod purgent, [g] καθάρτικα à Græcis appellantur,
sed dicta etiam sunt [h] φάρμακα, ita vt quod erat commune nomen omnium medicamentorum,
propter excellentiam suum effecerint, inde ductum est uerbum φαρμακεύειν, quo Hippocrates [i]
significat purgare. De purgatione igitur locuturi, videbimus primo an conueniat, quod vbi sta
C tuerimus, æstimabimus, qualis, quanta, quotuplex, quando, qua via, quomodo,& quo ordine cõ
ueniat. Postremo explicabimus quibus instrumentis efficiatur. Primo igitur vtendumne purga
tione sit, colligemus ex requirentibus & tolerantibus, quemadmodum in alijs operibus cõsue-
uimus. Si debet medicus purgando prodesse & non obesse, necesse est purgatio, requiratur, &
toleretur: quid illud sit à quo requiritur, patet ex eius definitione, quam diximus [k] esse detra-
ctionem humoris qualitate peccantis. Est autem succorum prauitas, quam Græci κακοχυμίαν [l]
appellant, cum vel vnus, vel plures redundant,& non omnes æqualiter, quemadmodum in ple
nitudine, vbi sanguinis copia, venæ sectionem [m] postulat. Cum non omnes æqualiter redun-
dant, siue vnus, siue plures, qualitate vitiosi sint, purgari debent, modo ita corrupti sint, vt redi
re ad naturalem statum non possint, nam si concoqui, ac corrigi queant, poterunt etiam relin-
qui in corpore,& mutari, neque necessario purgationem postulabunt, quã quam poterunt quo-
que purgari. Id ergo omne quod purgationem desiderat, pertinet ad qualitatem succorum ui-
tiosam, veluti dolor oculorum à succis [n] erodentibus proficiscens, pustulæ [o] cum deiectione
biliosa, menstrua naturalem colorem non retinentia in quibus Hippocrates [p] purgare corpus
uoluit. Quod fieri etiam iubet antequam morbus incipiat, [q] ut uere,& autumno, ubi sit parui-
tas succorum, quæ quia potest et ad uulnerata, fracta, aut luxata,& ad dolentes iuncturas con-
D fluere, ac tumorem aliquem excitare,& curationi officere, ad auertẽdum ac propulsandum fu-
turum malum similiter purganda est. Verum si non magna sit prauitas, aut multa materia ui-
tiosa, non est quod ad leuem affectum tam uehemens præsidium admoueamus. Est enim purga
tio ex numero ualidiorum, ita ut post uenæ sectionem primas occupet inter species detractio-
nis. Quamobrem humor qualitate peccans ubi uel paucus sit, uel parum uitiosus, aut retentus
in corpore, partim à natura, partim à uictu,& medicamentis corrigetur, aut exhaurietur faci-
liori alia detractionis specie: euocabitur enim ad cutẽ, unde uel exhalabit in uapores dissipa-
tus, uel effluet in sudorem conuersus. Purgationem igitur solum desiderat humor sua qualitate
nocens, cũ aut multus est, aut ualde corruptus, siue præsens sit morbus, siue impendeat. Si quã-
do autem pro uenæ sectione adhibeatur cum uires minus ualent, tunc cum sanguine redundãt
etiam succi uitiosi, qui si non adessent, uires utiq; ualerent, & sustinerent sanguinis missionem.
Ergo ubi non sit prauitas succorum, aliena purgatio est, quemadmodum beneualentibus, qui-
bus [r] si dentur cathartica, cum prauitatem, succorum non reperiant, ob uehementem uim at-
trahendi quam habent, sanam carnem liquefaciunt, & neruorum distentionem afferunt, tum
tormina,& uertiginem, propter purgationis difficultatem.

At

a Gal. de hirud. ca. 1. & Oribas. lib. de scarificatione c. 21.
b Oribas. ibidem.
c Gal. li. de hirudin. ca. 1. & Orib. lib. de scarific. & cucurbit. c. 21.
d Galen. & Oribas. ibi.
e Galen. 1. aph. com. 2.
f Galen. 2. aph. cõ. 17.
g Galen. 5. simpl. c. 2.
h Galen. 1. aph. cõ. 22.
i Hip. ibid.
k Galen. 1. aph. com. 2.
l Galen. 13 meth. 6.
m Gal. ibi. & 2. aphor. com. 17.
n Hippo. & Gal. 6. aph. 31.
o Hippo. 2. aph. 15.
p Hippo. 5. aph. 36.
q Hippo. 6. aph. 47.
r Hippoc. 2 aph. 36.

At non continuo vtendum purgatione est vbi requiritur, sed videndum an sustineri possit à viribus, quæ vbi firmæ sint, licet minuantur, adhuc tamen superערunt, sed imbecillæ, deficient vbi purgatione vlterius infirmentur. Neque obstat quod detrahantur praui succi, atque inutiles, quandoquidem cum ipsis semper vtile aliquid ad vires sustinendas emittitur. Forsitan quispiam dixerit nunquam coniungi firmitatem virium cum prauitate succorum, & idcirco nunquam licere purgatione vti cum vires non patiantur. Cui respondere possumus cum prauitate succorum concurrere posse vires si non firmas, certe mediocres, quæ purgationẽ non recusent, quam recusarent si valde essent imbecillæ. Referuntur autem ad vires validas, uel imbecillas, quæcunque purgationem vel admittunt, vel repudiant, siue sint secundum naturã, siue mediæ, siue contra naturam. Temperationem corporis moderatam consequitur virium robur, ita vt sustinere purgationem possit. Ex immoderatis cum corpus humidius est facilius purgatur, [a] minusque læditur à catharticis, sed valde vexatur quod siccius, ita vt periculum sit, ne sequatur neruorum distentio, quæ tandem vires conuellat. Sustinet purgationem ætas media, quam tamen non recusat neque prima, neque vltima: nam & senes, & pueros, vbi validiores sint, purgare licet. Purgantur infantes [b] ab Hippocrate dato cathartico nutricibus. Habitus purgationi opportunus mediocris est, nimis obesus ob succorum crassitudinem non facile purgatur, nimis gracilis purgatur cum periculo [c] ne distendantur nerui, & idcirco ne conuellantur vires, ad quas spectat habitus immoderatus, si non præsentes, certe futuras. Consuetudo purgationis facilitatem quandam affert, facilius enim fertur purgatio, sicut quiuis alius labor à consuetis, ita vt vires magis renitantur: conceptio, quæ similiter secundum naturam est, repudiat [d] purgationem, tum propter id quod dictum est de sanguinis missione, quia scilicet necesse sit relinqui in vtero gerente quod & ipsam & fœtum sustineat, alioquin abortũ faceret, quod euenit his quæ superflue purgantur, tum propter violentiam purgationis, ob quam [e] resoluuntur, vel abrumpuntur ligamenta per quæ fœtus nectitur cum vtero, vnde sequitur abortus, præterim primis mensibus, cum ligamenta adhuc tenera sunt, vel postremis, cum pondus est maius. Quamobrẽ tantum [f] à quarto mense ad septimum, nõ ante aut post purgatur prægnantes licet, tumque parcius, & non nisi humores turgeant, ac per corpus vagent, neque certam sedem occupẽt, ita vt periculum sit ne ad præstantissimam aliquam partem concurrant: ergo vbi humores turgẽt, & quia facilius eliciuntur cum moueantur, & quia vitari maius periculum debet, licebit hoc tẽpore grauidam mulierem purgare. Res mediæ, vt anni tempus, regio, præsens cæli status, pertinent ad aerem, hic vero ad vires, seu præsentes, seu futuras, nam si moderatus sit, illæ adeo valent vt sustinere purgationem possint, si immoderatus, frigidus quidem cogendo humores reddit purgationem difficilem, vnde labefactantur vires, calidus vero, quod euocet [g] ad cutem humores, qui à catharticis ad intimas corporis partes reuocantur, deinde quod siccet, & propterea non solum vires exhauriat, sed etiam reddat corpus purgationi minus oportunum: postremo quod cum ad purgationem necessaria sint cathartica quæ calida sunt, si adsit æstus, addetur calor calori, & hoc pacto vires exhaurientur: prohibere etiam purgationem possunt res contra naturam, veluti febris ex morbis, quæ cum calor sit immoderatus, si dentur cathartica, quæ calida sunt, addetur [h] similiter calori calor, & non soluetur, sed augebitur morbus. Vbi febris feruorem validum non habeat, sed tolerabilem, quemadmodum quotidiana, & quartana, tuto dantur medicamenta purgantia; sed vbi feruor magnus sit, quemadmodum in continuis, atque in ardentibus, exhaurientur vires, si dentur cathartica: fieri tamẽ potest vt in valde acutis morbis vbi sunt eiusmodi febres, necessaria sit purgatio, hoc autem accidit vbi humores turgent, quod [i] raro euenit, sed tunc facile sequitur purgatio, quod humores moti cedant catharticis, præsertim vbi corpus alioquin opportunum fuerit purgationi, quodque suscipiatur minus periculum vt euitetur maius. Causa morbi, vt humor valde biliosus, aut valde [k] crudus ac pituitosus non finit purgari corpus, nam biliosus magis tuto refrigeratur, quam purgetur, quia si dentur cathartica, nimium incalescet corpus, & vires deficient. Succus crudus, quia crassus & glutinosus est, non facile ducitur, neque facile sequitur alliciẽs catharticum, ita vt ob molestiã purgationis sæpe vires conuellantur. Symptoma, vt dolor intolerabilis, morsus in ore ventriculi, expulsio aliqua [l] vehementior sponte facta; cum vires debilitet, purgari corpus non finit. Quicquid igitur purgationem prohibet, refertur ad vires imbecillas, vel præsentes, vel futuras. Quod si requiratur purgatio, & non sustineatur à viribus, oportebit uel non detrahere prorsus humores nitiosos, sed corrigere, uel detrahere quidem, sed faciliori aliqua via, ut per digerentia, quę ipsos dissipent in uapores, uel purgare, sed leuibus admodum medicamentis, quale est asininum lac, quo utitur Hippocrates [m] in febre ardente, uel si uehementiora dentur, non purgare subito totum id quod requiritur, sed uicissim uires recreare. Explicauimus primum quod propositum de purgatione erat, scilicet an conueniat, nunc tempus est exponere ea quæ obseruari in purgando debent, sumemus initium a qualitate.

a Hipp. ac Gal. 4. aph. 13.
b Hip. 5. 6 epid. 35.
c Hipp. ac Gal. 2 aph. 35.
d Hippo. 5. aph. 34. & 4. aph. 1.
e Hipp. & Gal. 4. aph. 1.
f Hip. ibid.
g Hippo. ac Galen. 4. aph. 5.
h Gal. lib. quos purg. oportet.
i Hippo. 1. aph. 24.
k Gal. 4. de ru. val. c. 5. & 12. meth. c. 3.
l Gal. 1. ad Glauc. c. 14
m Hipp. 4. acut. 7.

Qualitas siue pro specie, siue pro affectione quadam accipiatur, eadẽ esse debet in purgatione, quæ in requirente ipsam, modo toleretur. Species humorũ sua qualitate peccantiũ sunt flaua & atra bilis, pituita, atque aquosus humor. Redundant interdum plures, interdũ unus, uel alter duntaxat, & modo synceri, modo mixti: semper autem purgãdus est ille qui redundat, ac uitiosus

A tiosus est, siue simplex, siue multiplex, siue syncerus, siue mixtus, & ita speciei humoris, aptanda species purgationis. Quod facile fit, cum natura nobis largita sit multa medicamenta simplicia, quæ separatim & hunc, & illum, & vnum & plures purgare possunt: præterquam quod eadem à nobis miscentur, cum res postulat, & composita dantur. Ergo siue tollere præsentem morbum, siue propulsare impendentem constituerimus, speciem illam humoris purgabimus quæ superat & vitiosa est, quod & natura[a] ipsa facit, quam imitari debemus: nam si sponte effluant humores vitiosi, leuatur ægrotans, & facile sustinet eiusmodi expulsionem. Contra vbi non expellantur quæ oportet, hoc est quæ vitiosa sunt, præter quam quod nihil proficitur, homo plurimum offenditur, id quod accidit etiam vbi arte, seu vomitu, seu deiectione[b] purgentur quæ non oportet, hoc est quæ non redundant, aut vitiosa sunt, veluti si purgetur in hydrope flaua bilis, aut in morbo regio pituita. Sed accipi etiam diximus qualitatem pro affectione quadam humoris, vt pro coctione, vel cruditate, pro habitu crasso, tenui, vel medio: sic quoque si quales oportet purgare purgentur, hoc est si quales redundant ac vitiosi sunt, poterit conferre purgatio, non tamen semper facile feretur, sed sæpe difficilis admodum erit, & molesta, veluti cum purgare crudos tentabimus: facile autem purgantur[c] qui cocti sunt vt paulo post monstrabimus, cum purgandi tempus exponemus. De habitu, scire licet facile eos purgari, qui medij sunt inter crassos & tenues, nō ita facile tenues, sed multo difficilius crassos: qui me-

(a Hippo. 1. aph. 2.) (b Hippoc. 1. aph. 25.) (c Hippo. ac Gal. 1. aph. 22.)

B dij sunt non hærent, sed prompte sequuntur vim cathartici. At crassi & glutinosi hærent, neq; cedunt ducenti, sed viam claudunt, & tenuioribus, & sibi ipsis, neque sinunt penetrare vim cathartici, vnde purgatio infestissima est, cum magna nausea, vertigine, torminibus, præsertim si vehemens aliquod medicamentum sumitur, veluti veratrum. Quamobrem, vbi tales fuerint humores quos purgare oportet, cuiusmodi pituita est, ante necesse est[d] extenuentur, atq; incidantur: quod sibi voluit Hippocrates in opere de morbis vulgaribus cum ait irritare,[e] significat enim habiles reddere ad expulsionem, sed clarius in illis sententijs qui aphorismi vocatur, vbi scribit corpora cum[f] quispiam vult purgare, oportet fluentia reddere: fluent corpora, si crassi & glutinosi succi extenuentur, atque incidantur, si interclusum iter patefiat, si ipsa molliātur. Vtemur ad extenuandum atque incidendū & victu extenuante, & medicamentis. Dabimus enim potui oxymel, aut mulsam, in qua iacuerit vel bullierit[g] thymum, hyssopum, origanum, calamentum, vel aliud quid simile, quibus etiam supra extenuari sanguinem crassiorem diximus vt facilius fluat cum mittitur: dantur hæc aliquot dies antequam sumatur catharticum, sed miscentur etiam cum ipso. Vt autem iter pateat vnde exire debent humores qui purgantur, cum euomendi sunt, assuefacere hominem oportet leuioribus præsidijs vomitum mouentibus, cuiusmodi est aqua tepida: cum deijciendi, liquāda est aluus immissa mulsa cum oleo, aut humore alio à quo soluatur. In vniuersum autem quodcunque expellendum sit, veluti sputum

(d Galen. 2. aph. cō. 9.) (e Hipp. a. 6. epid. 9.) (f Hippoc. 2. aph 9.) (g G3. 1. aph. comm. 24.)

C quoque & vrina, præstat exitum recludere. Corpora vero molliuntur ante purgationem crassorum humorum, ne ob violentam agitationem nerui distendantur, aut strangulетur homo cum non sequuntur humores qui à cathartico alliciuntur: molliuntur autem vbi madefiāt, id quod Hippocrates[h] efficit plurimo cibo & quiete, quod similiter efficit balnei vsus. Hoc pacto igitur facile sustinebitur purgatio crassorum & glutinosorum succorū, & citra noxam licebit excerpere quicquid inest in ea boni: at vbi tenues sint, cum protinus fluant ac sequantur, non videntur apparatum aliquem[i] requirere, neque debere reddi crassiores: constat tamen eos qui ex pulmone & thorace extussiendi sunt, k vbi tenues sint, hac atque illac perfluere, neque impelli ac detrudi posse, nisi prius crassiores fiant. Idem euenit his qui repellendi sunt, elabuntur enim vbi tenues sint, neque cedunt præsidijs repellentibus. Sed cum trahantur à catharticis, illi qui purgari debent & non impellantur, quanto tenuiores sunt, tānto promptius cedunt ducentibus, ita vt non debeant effici crassiores. Sed cum nisi materia turgeat expectāda[l] coctio sit (vt paulo infra ostendemus) & humores qui tenues sunt, dum concoquuntur necessario crassiores euadant,[m] non purgantur cum tenues sunt, non requirunt tamen propterea crassitudinem arte comparatam. Qualitas igitur purgationis ea conuenit quæ maxime requiritur & toleratur; ad qualitatem id etiam referri potest quod purgatio tuto, cito, & iucūde fieri debeat.

(h Hippo. 4. aph 13.) (i Gal. l. quos purgare oportet, & quando.) (k Galen. 2. prog. com. 43.) (l Hippo. & Gal. 1. aph. 22.) (m Aristo. 4. meteororū. c. 2.)

Quantitas purgationis eadē sit quæ humoris ipsam requirentis, debet enim vt qualitas qua-

D litati, ita quantitas quantitati respondere, dummodo feratur à viribus. Si humor non sit ex toto corruptus, non necesse est vbi exhauritur eatenus purgetur quatenus redundat, sed aliqua parte exinanita, vincitur quod reliquum est à natura. Cæterum copia humoris vitiosi scire exquisite[n] non potest, coniectura tamen inuestigatur, quæ (vt prius de sanguine diximus) fallitur nonnunquam, sed ad veritatem sæpissime dirigitur. Hoc tamen interest inter sanguinis missionem & purgationem, quod in illa, quantitas tantum eius quod superat opinabilis est, nā eius quod mittitur certa est, quoniam aperta vena[o] situm est in nobis quantum detrahatur, cū liceat & eam claudere, & sinere vt fluat quantū expedire arbitramur: at in purgatione vtriusque quantitas, & eius quod redundat, & eius quod ducitur, coniecturalis est: conijcere autem oportet quantum debeat esse catharticum quo purgatur vitiosus humor, at non facile est, nam à pari alij moderate purgantur, alij parcius, alij[p] fusius quam res postulet, ac nisi perspecta sit natura ægrotantis, vix fieri pōt vt nō detur plus, aut minus q̄ necesse sit: vbi plus epotū fuerit,

(n Gal. de venæ sect. contra Erasist. c. 7. & 2. acut. com. 11.) (o Gal. de venæ sect. contra Erasistr. c. 7.) (p Gale. 2. acut. com. 11.)

non est amplius in manu nostra prohibere ne nimium humorem euomantur, aut deijciantur: E vbi minus, non potest postea augeri, cum non satis ab ipso ducitur quod ducendum est. In vtrã nis partem peccetur, malum est, & graue quidem cum lenius ᵃ catharticum sumitur, nam vel nihil ducit, vel parcius, quo fit vt humores qui ad ventrem alliciuntur, tormina excitent, morsum, dolorem, frigus, anxietatem, atque ingentem perturbationem, & denique defectionem animæ; sed grauius adhuc vbi nimis validum, nam ex nimia purgatione oritur neruorum distẽtio ᵇ insanabilis, neque enim hæc quæ inanitate ac siccitate fit, curationem admittit, sicut illa quam affert catharticum, cum vel mordet os ventriculi, vel nimis violenter humores trahit. Exhauritur ergo corpus à purgatione superfluente, ita vt conuellantur vires quæ moderationem quandam desiderant, fiatque pulsus maxime languidus, ob vasa ᶜ enim debilitata atque ora aperta, & morsum irritantem, non solum effluit humor quem solet catharticum ducere, sed post ipsum exeunt alij quoque, ac primo tenuiores, deinde crassiores, sanguis postremus ᵈ effluit, vtpote quem natura magis amplectatur. Vt ergo euitentur eiusmodi mala, antequam catharticum detur, diligenter inspicere oportet quantum dari debeat; vbi autem sumptum est & iam purgari cœpit corpus, docet Hippocrates ᵉ quo pacto intelligamus an vtiliter adhuc purgetur, an purgatio iam superuacua sit, quandoquidem noluit multitudinem spectari eorum F quæ deiiciuntur, sed attendi qualitatem, vbi enim adhuc talia fluere perseuerent qualia oportet, hoc est ea quæ vitiosa sunt, vtilis est & purgatio, & confert ac bene fertur. Duplex igitur proponitur ab Hippocrate ᶠ signum, quo vtilis & superuacua purgatio internoscatur, & quod exeant quæ oportet, & quod conferant, & facile sustineantur ab ægrotante cum purgatio vtilis est, contra cum superuacua. Neque attenditur hic coloris ᵍ mutatio, vt interdum fieri diximus in sanguinis missione, neque expectatur animæ defectio, quam Galenus ʰ laudat, tãquam maximum remedium ad grauissimum dolorem quem excitat prauitas succorum. Sed cum non ita sit in nobis in purgatione mensura, sicut in missione sanguinis, non video quo pacto experiri eiusmodi purgationem liceat, verendum enim esset ne cum animæ defectione sequeretur interitus ex purgatione nimium superfluente.

Numerus, vel pro iteratione accipitur, & ita refertur ad modũ, vel pro detractione diuersorum humorũ, atq; hoc pacto pertinet ad speciem & qualitatem, quam ante explicauimus, vel ad viã, quod scilicet moueatur tantum vomitus, aut deiectio, aut hæc & ille simul, & sic attinet ad locũ vnde purgare conuenit, quem in sequentibus exponemus. Quocunq; referatur, debet respondere numero requirentium, hoc est humorũ quos purgare oportet, modo toleretur à viribus, quæ quanto minus exhauriuntur, tanto magis resistunt, & sustinent purgationis laborẽ. G Tempus purgationis, tũc est cum ea superant à quibus requiritur, modo ferri possit à viribus, quæ non sustinent ipsam quouis tempore, sed tantum cum materia cocta ⁱ est, tunc enim maxime habilis est quæ expellatur, & naturam paratam habet ad expellendum, ita vt facile purgetur. Sed cũ cruda est, difficulter purgatur, neq; enim idonea est quæ ducẽtẽ sequatur, vnde violenter attrahitur à cathartico, neq; naturam habet adiuuantem. Docet Hippocrates ᵏ si quis tentet ab inflammata parte cathartico crudam materiã purgare, nihil ex ea duci, neq; remitti affectum qui crudus est, neq; cedere curationi morbũ, sed partes sanas liquari, superuenire tormina, obstrui angustos canales à crudis succis, qui iter & sibi & alijs intercludũt dũ ad ventrẽ alliciuntur, quamobrem præcipit ˡ vt quę cruda sunt, ne q; purgentur, neq; alio auxilio moueãtur, priusquam concoquantur, purgatio enim quæ sponte sequitur, tanto vtilior est, quanto materia magis cocta est, tanto deterior, quanto magis cruda: ex quo colligi potest quando facile feratur purgatio. Ex quatuor quidẽ morbi temporibus, in principio oĩno cruda est, ita vt moleste tunc admodum purgetur, in incremento manifeste incipit concoqui, non tamen adhuc cocta est, & idcirco non facile purgatur, in vigore maxime concoquitur, & propterea nõdum purganda est, sed expectãdum dum perfecte ᵐ coquatur, nec interea auertere naturam licet, quæ maxime in coctionem incumbit, & deinde expulsionem tentat. Adde quod tunc vires maxime defatigantur ob morbi feruorem, & symptomatum grauitatem. Laborat autem maxime facultas animalis, nam aliæ duæ, vitalis & naturalis, magis renituntur: quamobrem differenda pur- H gatio est ad finem vigoris, quo tempore materia perfecte cocta est, & præterit iam occasio expulsionis naturalis, ita vt necessarium ⁿ sit petere auxilium ab arte, & catharticum sumere, à quo non propterea abstinendum est, quod iam remittatur morbi imperus, nam vbi humores etiam cocti relinquantur ᵒ recidiuam timere oportet, periculum enim est, ne si maneant in corpore, deteriores fiant, & morbus recrudescat: nõ licet igitur purgare materiam priusquam perfecte concoquatur. Excipe ᵖ morbos illos acutos in quibus ex purgatione materiæ crudæ plus commodi est quam mali; id quod eueniet ubi & corpus opportunum purgationi erit, paratumque, quemadmodum paulo supradictum est, & humores turgebunt, quorum vim explicare nunc oportet, sumpto initio à verbo turgere, quod Græci, ὀργᾶν dicunt: significat ᵠ autem proprie impetum illum quo belluæ magna incitatione feruntur in Venerem, dicuntur enim tunc ab ʳ Aristotele proprie ὀργᾶν, hoc est turgere. Quod vocabulum transfert Theophrastus ˢ ad terram habilem semini, nam cum madet ac tepida est, ὀργᾶν dicitur, quasi semen appetat. Transfertur & ab ipso ᵗ Aristotele ad corpora properantia expellere, quomodo vsurpatur etiã

ab

a Galen. de venæ sect. contra Erasistratum c. 7.
b Hippo. 5. aph. 1.
c Galen. 3. simpl. c. 18.
d Hip. 3. de nat. hum. 29. & 30.
e Hippo. 1. aph. 13.
f Hipp. ibi.
g Ga. de venæ sect. cõtra Erasistratũ ca. 7.
h Galen. 1. aph. cõ. 23.
i Hippo. 1. apho. 22 & Gale in eo cõmẽto.
k Hippo. 4. acut. 22.
l Hippo. 1. aph. 22.
m Hipp. ac Galenus 2. aph 29.
n Galen. 1. aph. cõ. 20.
o Hippo. 2. apho. 12.
p Hipp. ac Gal. 1. aph. 22.
q Galen. 1. aph. cõ. 22.
r Aristot. 2. de hist. ani. c. 1.
s Theoph. li. 3. de cau. plant c. 3.
t Aristot. 4. Probl. 9.

A ab Hippocrate, a cum signum ossis abscessuri ponit, multitudinem puris, quod inquit ex vlcere profluit, & videtur turgere. Sed siue vniuersum corpus, siue pars aliqua properet expellere q infestat, ob id turgere dicitur, quod humores impetu quodam moueantur. Hos autem frequenter Hippocrates dicit ὀργᾶν, qui agitati inordinate sensus laborantis irritant, feruntur enim ab vno loco ad alium, nec certam sedem occupant, aut ad certum locum confluunt, & ita titillāt, ac stimulant varias partes, nec quiescere ægrotantem patiuntur. Illi vero qui fluunt ad certū locum, vt ad inflammatam partem, quamuis moueantur, non tamen dicuntur turgere, sæpe.n. ita mouentur, at raro turgent humores, hoc est inordinate, & magna incitatione vagantur per corpus. Accedit hoc tantum calidis ac tenuibus succis, vt flauæ bili, & sanguini bilioso, atq. idcirco tantum in morbis acutis, & in principio, nam processu temporis remittitur vis atq. impetus humorum, neque illi qui longos morbos efficiunt, tāto impetu inordinate moueri possunt. Eos igitur humores qui turgent, non solum licet, sed etiam oportet b initio purgare adhuc crudos: oportet quidem, quia periculum est ne cum vagantur per corpus, ad præstātem c aliquam partem ferantur, vnde sequatur aut interitus, aut certe grauissimum malum: licet d vero, quia cum non solum mobiles sint e sed etiam moueantur, facile ducentem sequuntur, egentque natura quæ ipsos expellere contendit, veluti manum porrigente, atque ipsos ad aluum deducente, quod vbi fiat, purgatio neque molesta erit, neque vires labefactabit. Eueniret id si purga- B rentur crudi succi, non turgentes, præclare enim f Aristoteles detrimentum quod sequitur, siquis expellere tentet quæ non turgent, ostendit exemplo stirpium, quæ violenter è terra euelluntur, ducunt enim secum alienum aliquid, & nonnullas relinquit ex suis partibus abruptas: idem accidit cum quis tentat purgare crudos humores non turgentes, aliquid enim detrahit ex eo quod vtile est, & plurimum relinquit ex inutili. Nō committendum igitur est vt purgentur humores non cocti, nisi vbi turgeant. Sed dubitari potest de tenuibus, de multis, de perniciosis, de his qui continentur in parte aliqua præcipua, de his denique qui confluunt, vel quos timemus ne confluant ad aliquem locum, an purgari debeant cum crudi sunt & non turgent. Loquamur seorsum de singulis, & primo de tenuibus, qui cum parati sint expulsioni, videntur posse purgari sine noxa. Scribit Galenus g tenues & aquosos humores inter initia posse purgari, cum facile ducentem sequantur: sed non dubium est quin facilius purgentur vbi cocti sint, ita vt satius sit coctionem expectare: possunt tamen vbi in primis venis contineantur, autem etiam citra noxam purgari, atque hæc fortasse fuit sententia Galeni. At vbi multi sint, existimant recentiores leuiori purgatione principio minuendos esse, ne grauissimum afferant malum, si ex toto retineantur in corpore. Addunt h & naturam melius superare deinde quod relinquitur. Comprobant hoc etiam auctoritate Hippocratis, i qui in principio iubet vt moueatur siquid mouendum videtur, quorum opinioni non subscribo, siquidem vbi materia nimis C multa sit, tuto minuitur sāguinis missione qua impendens malū euitatur, neq. necesse est agitare materiā crudam, vt vel euitetur periculum, vel melius superetur à natura quod relinquitur. Neque aliud sibi voluit Hippocrates, k cum præcepit vt moueamus initio siquid mouendum videatur, nisi vt mittatur sanguis, quod auxilium non ita facile sustinetur processu temporis: quod si velis id præceptum pertinere quoque ad purgationem, ita accipiendum erit, vt nō repugnet alteri quod iam traditum est de purgando à principio illos tantum humores qui turgent. Illi vero qui adeo perniciosi sunt vt tota substantia naturę nostræ aduersentur, & veneni vim habeant, quia celerrime possunt interitum afferre, statim purgandi videntur, suscipiendū enim illud malum est, quod sequitur purgationem crudorum, vt vitetur exitium. Purgantur etiam in febre pestilente à Galeno, l quamuis ferantur ad cutem, & pustulas faciant, timet.n. ne qui adhuc retinentur totus perniciose tentent m partem aliquam præcipuam, & ideo periculosam & ancipitem curationem adhibet. Sed quicunque succi in parte præcipua continentur, videntur purgandi etiam si crudi sint & non turgeant, ne ibi manentes hominem in exitiū præcipitent. Sed si plus adipiscare ex re explicata mali, quam ex addubitata boni, purgatio omittenda est. Iam ostendimus nihil eum proficere qui tentet ab inflammata parte, n humorē purgare, antequam coquatur, sed liquare carnem sanam, & maiorem noxam afferre quam cōmodum. Restant, illi qui vel iam concitantur ad partem affectam, vel quos timemus ne ad lo- D cum aliquem confluant, & magnum detrimentum afferant. Hos purgare expedit, vt purgatione eiusmodi periculum vitetur, veluti in fractis, luxatis, vulneratis, aut aliquo modo dolētibus, ubi non magna cruditas sit, quæ non adest cum homo & exercetur, & moderate cibum ac potionem sumit: ubi adsit cruditas humorum, cum nondum contineantur in parte affecta, neque morbum adhuc faciant, cum minori periculo purgantur. Dat Hippocrates o ueratrum eodem die in fractura calcis. Suscipitur leuius periculum ut effugiatur quod grauius instat, & ex malis eliguntur minima: libero tempore cum soluta est nobis eligendi optio, solos purgabimus humores coctos, & ex crudis eos tantum qui turgent. Numerus autem dierum, aut horarum, quē admodum nec in sanguinis missione, ut supra ostendimus, ita nec in purgatione attendendus est, talis enim eligendus, qualis ab indicantibus scopis requiritur, & à tolerantib. ferri potest.

Locus unde exire debent humores qui purgantur, duplex esse potest, cū uel deijciendi sint, uel euomendi: semper autem aptandus est loco quem uel occupant, uel occupaturi sunt, modo

a Hippo. 3. de fractur.
b Hippoc. 1. aph. 22.
c Hippoc. 1. aph. 22.
d Hippo. 1. aph. 10.
e Gal. in eo com. & cō. 22. li. 1. aph.
f Aristot. 4. probl. 9.
g Gal. l. quos purgare oportet.
h Galen. 2. aph. cō. 29.
i Hippoc. 2. aph. 29.
k Galen. 2. aph. cō. 29.
l Gal. 5. metho. c. 12.
m Galen. 1. prorrhet. com. 12.
n Hippo. 4 acut. 22.
o Hippo. 2. de fract. 27

vires id patiantur. Distinguemus primo occupent ne totum corpus, an proprie ad certam ali- E
quam partem attineant: qui occupant totum, pariter possunt vomitu ac deiectione duci, qua-
re illam viam seligere præstat quæ facilius feratur: ijs qui ad certam aliquam partem attinent,
non æque aptatur vtranis, sed necessaria est alterutra, proxima quidem, cum iam occupant
partem affectam, distans vero, cum vel fluunt, vel fluxuri sunt ad illam, quicquid enim iam in
loco affecto detinetur, exhaurire debet, quod commode fit proxima via. Hoc docuit Hippo-
crates, [a] cum præcipit dolorum causa proximum ventrem purgari; præterea doloribus supra [b]
septum conuenire vomitum, his qui ad genua spectant, deiectionem. Humor vero qui vel fluit,
vel fluxurus est, quam longissime auertendus est, quamobrem vbi periculum est ne feratur ad
caput, deiectio conuenit non vomitus, qui alioquin caput [c] impler, & idcirco etiam alienus est.
Prodest in lippitudine alui profluuium, [d] in surditate deiectio [e] biliosa: sed contra, si auertẽda
materia sit à cruribus, accommodatur vomitus, quo nomine dat Hippocrates [f] in fractura cal-
cis eodem die veratrum album. Sed siue totius corporis, siue partis alicuius causa hæc aut illa
via requiratur purgationis, intueri oportet an toleretur, an reijciatur à viribus: audacter enim
tunc tentanda est, cum requiritur, & toleratur. Intelliges an toleretur ex duobus quæ rei natu-
ra nobis proponit, ex humore videlicet purgando, & [g] loco vnde purgandus est. Quod spectat
ad humorem, illa via facile fertur ad quam inclinat, sic enim ducetur vnde natura tẽtat, quem-
admodum Hippocrati [h] placuit: ille qui tenuis est & calidus, cum leuior sit, sponte superiora F
petit, veluti flaua bilis, & [i] idcirco facile vomitur: contra qui frigidus, crassus [k] & granis, prom
pte descendit ad inferiora, vt pituita, sed multo magis humor melancholicus, quem nunquam
euomere oportet, sed semper deijcere. Ad humoris inclinationem pertinet quod traditum est
de vomitu, qui conuenit [l] æstate, & de deiectione quæ hyeme: nam vbi exhaurire & non auerte
re propositum est, æstate cum redundat flaua bilis, vomitu purgabitur, hyeme, cũ pituita, deie
ctione; ob eandem causam & gracilibus [m] conuenit vomitus, siquidem biliosi sunt: obesis [n] deie
ctio quia pituitosi. Principio etiam accessionis tentat natura vomitum, quod tenuiores succi
tunc petant os ventriculi, in fine vero deiectionem, quod crassi descendant ad fundum. Mon-
strat igitur inclinatio humoris qua via facile sustineatur purgatio, illa. n. facile sustinetur, ad
quam inclinat, contraria difficulter: idem monstratur à loco vnde exire debet humor qui pur-
gatur, cuius meminit Hippocrates, [o] vbi commemorat inclinationem humoris, addit enim cõ-
uenientem regionem; cum scribit quæ ducere oportet, vndecunque natura tentat, inde duce-
re per conuenientem regionem, conueniens regio ad quam detrudatur quod noxium est, siue
abscessum faciat, siue exeat ex corpore, minus præstans est quam illa quæ exhauritur. Sed in
purgatione vtraque via conueniens est, & idonea per quam sine noxa transeant quæ purgan-
tur, sed magis via deiectionis quam vomitus, vnde difficilius fertur hic quam illa: Verum nõ sa- G
tis est si regio unde ducitur ac transit humor qui purgatur, ignobilior est, sed debet esse etiam
naturaliter affecta; partes enim ægrotantes plurimum læduntur trãsitu eorum quæ ab alijs ex-
pelluntur, neque enim ualidæ sunt ut possint ab eorum iniuria defendi. Quamobrem alienum
est euocare humores aliunde ad affectum locum, neque enim eos qui in alijs partibus uersan-
tur, læso ore [p] uentriculi expedit euomere, aut laborantibus intestinis deijcere, quia non facile
id toleraretur. Attendere etiam oportet an locus unde fit expulsio (quamuis bene ualeat in eo
homine qui curatur) habilis sit eiusmodi purgationi. Ille uẽtriculus aptus est ad uomitum, qui
& facile uomit, & uomere consueuit, ita ut facile hanc uiam purgationis sustineat. Contra ille
qui & difficulter uomit, & non est assuetus, hunc enim absurdum [q] est cogere ut uomat. At non
tantum locus obseruandus est unde transit materia, sed ille etiam qui uicinus est, eique con-
gruit, & ab ipso afficitur. Cum requiritur uomitus, si homo thoracem habeat angustum & per-
macrum, periculum [r] est ne uena abrumpatur, & idcirco nequit sustineri, sicuti si homo boni
habitus esset, & thoracis lati. Fieri autem potest ut uia quæ requiritur, non toleretur, uel quod
locus ægrotet, uel quod non sit habilis, uel quod periclitetur uicina aliqua pars. Quod ubi ac-
cidat, ad id consilium dirigemus quod maioris momenti uidebitur, ut fit in controuersis operi
bus, atque operum differentijs. H

Modus in eo consistit, ut uel totum simul purgetur quod purgandum est, uel diuidatur pro
modo humoris purgationem requirentis, qui uel eodem tempore totus simul est, quemadmo-
dum ille qui occupat uniuersum corpus, & ille qui totus iã continetur in parte affecta, uel non
totus simul, sed diuisus, uelut ille qui cum ab una parte ad alteram transmittatur, auertendus
est: nam transmissio non tota simul est, sed ex interuallo temporis. Euenit interdum ut humor
quamuis totus simul sit, non tamen totus paratus existat, neq; totus habilis ad purgationem,
quod aliqua pars eius extenuata sit, aliqua maneat adhuc crassior. Hoc ubi accidat, est ac si hu
mor non esset simul, sed diuisus, & idcirco iteratam purgationem postulat, subinde enim pur-
gare cõuenit quod extenuatum est, & uicissim extenuare quod crassum; quod Galenus [s] obser-
uat cum quartana febre, aut obstructione iecinoris, & morbo regio laborantibus medetur, ne-
que enim totum simul purgat, neque expectat dum extenuetur totum id quod crassum est, sed
uicissim dat medicamenta nunc extenuantia, nunc purgantia, detrahens enim subinde quod
extenuatum est, maiorem facit habilitatem ad id quod relinquitur extenuandũ ac purgandũ.

Idem

a Hipp. l. 4. acut. 121. & 6. 6. epid. 5.
b Hippo. 4. aph. 18.
c Gal. li. de venæ sect. contra Erasistra. c. 9.
d Hippo. 6. aph. 17.
e Hippo. 4. aph. 28.
f Hippoc. 2. de fract. 27
g Galen. 1. aph. cõ. 21.
h Hippoc. 1. aph. 21.
i Hippo. & Gal. 4. aph. 4. & 6.
k Hipp. ibi.
l Hippoc. 4. aph. 6.
m Hipp. 4. aph. 7.
n Hippo. 5. epid. prope finem libri.
o Hippo. 1. apho. 21.
p Galen. 13. meth. c. 12.
q Gal. l. 1. de loc. aff. c. 5.
r Hippo. & Gal 4. aph. 3.
s Gale. 1. ad Glauc. cap. 11. & 2. ad Glauc. c. 5.

A Idem facit vbi ſanguinem dettahit, quem ſi craſſior eſt, viciſſim extenuat & mittit, vt facilius
poſſit effundi . Non diſſimile eſt quod præcipit [a] in curatione duri tumoris, in quo cum non ſi
nat duriries humorem diſſipari in vapores, viciſſim vtitur mollienribus, & digerentibus medi a Gal. 2. ad Glauc. 4.
camentis, neque expectat (quemadmodum in aperienda ſuppuratione) dum tota materia ſup
purauerit, quoniam in hac pus quod retinetur iam factum, fouendo confert ad confectionem
eius quod nondum ſuppurauit. Sed in tumore duro, ſi ſubinde in vapores digeratur quod mol
litum eſt, facilius deinde mollitur & digeritur quod reſtat. In purgando etiam cum humor nõ
totus ſimul paratus eſt, præſtat viciſſim & parare per extenuantia medicamenta, & detrahere
per cathartica, atque ita purgationem iterare, hoc pacto modus purgationis, modo requiren-
tis reſpondebit. Sed inſpicere oportet an toleretur à viribus: hæ vbi purgationem abſolute ſu
ſtinent, facilius ſuſtinebunt diuiſam atque iteratam. At non ſimul licet totam ſimul, niſi vali-
diores ſint, neque enim licet detrahere quod ſuperat ex corporibus noſtris, vt ex vtre, aut ex
vaſe alio inanimato totum ſimul: ſed cum vires noſtri corporis detractione exhauriantur, æſti
mare oportet an ſuſtinere detractionem totam ſimul poſſint: vbi imbecilliores ſint, quia peri-
culum eſt ne deficiant, illam iterabimus, vt ſupra etiam [b] ſanguinis miſſionem, quãuis alioquin b Sup. in c. anteced.
tota ſimul requiratur & indicetur. Ordo ſupereſt ex animaduerſionib. quæ in purgando obſer
B uantur, attẽditur autem vbi cum purgatione neceſſaria ſunt plura opera ſimul, veluti refectio
virium, miſſio ſanguinis, temperatio acriorum ſuccorum, in quib. idem ordo tenendus eſt, quẽ
eſſe intelligimus inter ſcopos à quibus requiruntur: debet enim antecedere primo quod ma-
gis vrget, deinde quod eſt cauſa futurorum, vel quod eſt cauſa ſine qua effici reliqua non poſ-
ſunt. Requiritur refectio virium ab imbecillitate, quæ quia maxime vrget, poſtulat vt ante om
nia reficiantur, ne vna cum [c] ipſis deficiat vita. Requiritur ſanguinis miſſio à copia humorum c Gal. 9 metho. c. 13.
æqualiter redundantium, quæ ſi minuatur, cauſa eſt cur facilior deinde futura ſit purgatio: ea
propter [d] ante purgationem mittere tunc ſanguinem expedit. Purgatio requiritur à prauitate d Gal. de renũ affectibus c. 4.
ſuccorum, quæ niſi minuatur, nequeunt qui acres ſunt temperari, ita vt ſit cauſa ſine qua non:
quamobrem prius vti purgatione oportet prauorum ſuccorum, deinde temperare acres qui
reſtant. Hos ſi ante lenientibus præſidijs mitiores reddere contendas, nihil proficies, lenia. n.
quæ dantur ab acrium multitudine vincentur ac remittentur. Inſtrumenta quibus ad purgan-
dum vtimur, non pertinent ad chirurgiam, ſicut illa per quæ mittitur ſanguis, ſed ſubijciuntur
medicamentis: vocantur autem cathartica à græcis pariter atque à latinis à facultate purgan e Gal. 1. de nat. fac. 14.
di per quam aptantur operi requiſito. Hanc ſuſtulit ex toto [e] Aſclepiades, exiſtimauit enim
non attrahi, ſed effici à catharticis ſuccos quos euomi aut deijci videmus. Sed conuincit [f] ra- f Gal. ibi. &
C tio ipſa & veritas cathartica prædita eſſe facultate ducendi, ac purgandi certos humores, ob lib. de fac. med. purg. c. 2.
quam euidenter proſunt vbi illi redundant, plurimum nocent vbi deſint. Nam ſi detur quod
pituitam purgare poſſit hydropi, manifeſte leuabitur homo, ſi laboranti morbo regio, non ob-
ſcure lædetur, quod minime eueniret ſi non ducerent, ſed gignerent ſuccos quos purgant: non
conſiſtit hæc facultas in temperatione, neque enim purgat catharticum, quod calidum, aut
quod frigidum, quod humidum, aut quod ſiccum ſit, ſed quod tota ſubſtantia [g] ſimile humori g Gal. locis dictis.
quem ducit, quæ ſimilitudo licet non ſit temperatio, illam tamen conſequitur, perinde ac con-
centus relaxationem, & tenſionem chordarum, quamuis non ſit neq; tenſio, neque relaxatio.
Ad hanc totius ſubſtantiæ ſimilitudinem plurimum confert calor, quæcunque enim attrahen-
di vim habent, eo promptius & magis attrahunt quo calidiora fuerint. Quamobrem & cathar
tica quoque quibus ſi accedat aliquid aſtrictionis, cum firmiorem reddat naturam noſtri cor-
poris, augebit cathartici effectionem, quamuis aliqui velint ipſum non egere ope naturæ, ſed
cum primum ſumptum eſt, habere per ſe vim alliciendi ac ducendi humorem quem purgat. q
mihi non fit veriſimile, cum non continuo ducat humorem vt lapis magnes ſtatim ad ſe ferru
allicit, ſed poſt certum tempus, & interea à calore noſtro calefiat, quemadmodum & medica-
menta, quæ alias et [h] habent facultates, vt calefaciendi, refrigerandi, molliẽdi, digerendi: neq; h Gal. 3. de temp c. 4.
D enim prius nos mutare incipiunt, quam fuerint calefacta à noſtro calore, per quem elucet atq;
emergit facultas quæ ante obſcura erat & quaſi demerſa. Allicit ergo catharticum ad ſe cum
aliquid noſtri caloris concepit, manet autem in ventriculo, neq. fertur ad humorem quem pur
gat, neq. diſtribuitur per venas, vt placuit [i] Ariſtoteli, ſæpe enim totum euomitur aut deijcitur i Ariſtot. 1. probl. 42.
cum humore qui purgatur, quod non eueniret ſi diuideretur per venas, & ferretur ad humorẽ.
Decipiuntur etiam illi qui credunt vapores à cathartico in ventriculo exiſtente exhalantes
tendere ad humores purgandos, & ita ipſos allicere, nam cum nequeãt deſcendere ad partes
inferiores, non poterunt ad ſe allicere humores qui in illis verſantur, præterea vbi ſuperiores
perant, & iungantur cum humore, nihil amplius efficient; quæcunque. n. ob ſimilitudinem ali-
quid alliciunt, vbi cum illo iunguntur, ceſſant attrahere, ridiculumq. eſt exiſtimare catharticũ
quod exhalantibus vaporibus effœtum quodãmodo fit, rurſus ad ſe allicere & vapores qui ex
halarunt, & ſimul ſuccos cum quibus iuncti ſunt. Supereſt igitur ut exiſtimemus retineri in uen
triculo catharticum, & uapores, ſed impertiri uim & qualitatem longe lateque, ita ut ad humo
res quoq. purgandos pertineat. Elatterium nutrici, purgatio infanti inquit Hippocrates, qđ [k] k Hipp. 5. 6 epid. 35.
uis cathartici impertiatur ſanguini, atq. idcirco etiã lacti, ſicut impertitur lux a ſole, qđ in im-

menſo mundo longe lateque collucet. Quemadmodum autem lumen quo illuſtrius eſt, eo lon- E
gius ac latius ſplẽdet (nam à minori, minus ſpacium illuſtratur) ita catharticum quo efficacius
fuerit, eo longius vim ſuam diſtribuit. Ac ne longius abeas, purgandi facultas quã habet aloes,
cum imbecilla ſit, pertinet duntaxat [a] vſque ad iecur: validiora cathartica, quemadmodum
ſcammonea, & veratrum, quam longiſſime vim ſuam diffundunt, ita vt alliciant ad ſe humores
etiam ab illis partibus quæ plurimum à ventriculo diſtãt, veluti à capite, & à pedibus: id quod
non eſt tribuendum proprie facultati quam habeant attrahendi magis ab vna parte, quam
ab alia, ſed ſimpliciter facultati validiori, aut imbecilliori. At non propterea negamus quorun
dam medicamentorum facultates ad certas partes attinere: conſtat enim à [b] cantharide re-
nes, à lepore [c] marino pulmonem proprie exulcerari. Sed longius digreſſi ſumus, domũ redea-
mus, hoc eſt ad facultatem cathartici quæ accommodatur operi nunc propoſito, purgationi
videlicet. Præter facultatem obſeruare in adhibendo cathartico vt in alijs medicamẽtis opor
tet quale, quãtum, quotuplex, quando, qua parte, quo modo, quo ordine dari debeat, per quas
animaduerſiones accommodetur, non tantum purgationi, ſed animaduerſionibus quoq. quas
in illa neceſſarias eſſe declarauimus. Qualitas cathartici aut ad ſpeciem refertur, aut ad affe-
ctionem quandam. Species tot ſunt quot facultates purgandi quas habet: aliud enim pituitam
ducit, aliud flauam bilem, aliud ſuccum melancholicum, aliud humorem aquoſum, aliud plu-
res ſimul. Illud igitur dari debet quod aptetur ad ſpecies purgationis: quæ totidem ſunt, quot F
purgandorum humorum. Reſpondebit ſpecies cathartici, ſpeciei purgationis, cum tale dabi
tur quale poſſit ducere illum qui purgandus eſt: ſi ſuperet pituita, quod ipſam purget [d] φλεγμα-
γωγὸν græce dicitur, vt agaricus, colocynthis, chamelæa, cnicum, granum gnidium; ſi flaua bilis,
ſimiliter ſumendum erit quod hanc purget χολαγωγὸν [e] græce nominatur, vt ſcammonea, rha-
barbarum: ſi ſuperet ſuccus melancholicus, conuenit quod ipſum attrahat, græci μελαναγωγὸν
appellant, vt veratrum nigrum, epithymum, polypodium: ſi humor aquoſus ſit qui purgatio-
nem poſtulet, vtendum erit cathartico quod ipſum extrahat ὑδραγωγὸν græce vocatur, vt elate
rium, braſſica marina, centaurea, ſuccus ex radice iridis. Quod ſi vitium fuerit in pluribus hu-
moribus, ita vt plures ſimul purgare oporteat, dãdum erit catharticum ſiue ſimplex, ſiue com-
poſitum, quod ſimul redundantes ſuccos ſimul etiam purget. Hoc pacto igitur aptabitur ſpe-
cies cathartici ſpeciei purgationis. At ſi qualitas pro affectione quadam ſumatur, referetur ad
primas vel ad ſecundas qualitates: ad primas quidem, vt ad calorem, vel frigus, cum poſſint
cathartica & calefacta ſumi, & refrigerata: ad ſecundas vero, quod vel liquida ſumantur, ac
duriora, & craſſiora; præterea huius vel illius odoris, coloris, ſaporis. Sed tam primæ quam ſe-
cundæ qualitates cathartici aptari debent qualitati purgationis, quę neceſſe eſt tuto, cito, &
iucunde homini ſuccurrat. Huc ergo ſpectare debent qualitates propoſitæ, nam vt tuto pur- G
getur corpus, debet catharticum præter facultatem purgandi, carere pernicioſa atq. occulta
qualitate, qua naturæ noſtræ aduerſatur. Ineſt hæc pleriſq; catharticis, ſed corrigitur vbi aut
aromata, aut alia miſcentur corrigendi vim habentia. Miſcet Hippoc. [f] veratro daucum, ſeſeli,
cuminum: peplio vero, ſilphij ſuccum. Vt aũt cito ſequatur purgatio, non ſemper vtile eſt, nam
dato cathartico humores qui continentur in partib. à ventriculo diſtantibus, non ita cito du-
ci poſſunt, ſicuti ſi vicini eſſent, hos. n. expedit, & licet cito purgare, id quod faciunt cathartica
liquida epota. Quæ autem craſſiora ac duriora ſunt, & deuorantur, non ita cito deſcendunt, &
idcirco dum immorantur in ventriculo, poſſunt ad ſe allicere eos humores qui continentur in
partib. remotis. At non ſolum hoc nomine talia dantur cathartica, qualia bibantur, aut deuo-
rentur, ſed etiam vt proprie homini cui dantur iucundiora ſint, aut certe minus moleſta, & mi-
nus nauſeam excitent. Spectant ad iucunditatem complures aliæ qualitates, & primæ & ſecũ-
dæ, vt quod cathartica dentur calida, tepida, aut frigida, dulcia, acida, amara: permixtione. n.
aliorum redduntur minus moleſta homini. Admiſcentur odores, adijciuntur quæ aſpectum de
lectent, veluti cum aurantur pilulæ, atque hoc pacto iucunditas comparatur. Quantitas cathar
tici, quantitati purgationis reſpondere debet, ſed hanc vtriuſq. exquiſitam inuenire difficilli-
mum eſt. Oritur difficultas partim à cathartico, cuius mediocre pondus, nõ ſemper mediocrẽ H
habet facultatem purgandi, ſed variam, pro vt recens aut vetuſtum eſt, tum campeſtre aut col
linum: partim & multo magis à corpore ægrotãtis, quod interdum leui cathartico plurimum
exinanitur, interdũ valido vix, aut ne vix quidem purgatur. Quamobrem, niſi perſpectam ha-
beat eius naturam medicus, facile in alterutram partem peccabit: quod vbi accidat, q̃ perni-
cioſum ſit, in [g] ſuperioribus oſtendimus: quo pacto ſuccurrendũ ſit, nunc adijcimus. Nimia pur
gatio ſupprimenda eſt, quod Hippocr. [h] fieri iubet ſomno, & quiete: nam ſi homo quieſcat, vel
etiam dormiat, vis cathartici & ſuccorum minus facultatem expultricem excitabit. Poteſt ẽt
euocari materia à ventre ad cutem, quemadmodum idem Hippocr. monſtrauit, euocabitur au
tem aere calido, ac balneo, & ita auertetur, neq. amplius ſollicitabit aluum. Vbi pauca ſit, con
citatur, atq. augetur motione [i] corporis. Mouentur. n. ſimul & ſucci cum vi cathartici, & ma-
gis irritant naturã ad detrudendũ. Sed poteſt tunc ẽt vomitus euocari pinna in gulam demiſ-
ſa, atq. agitata, vel aluus duci iniecto per clyſterẽ acri aliquo humore. Numerus catharticorũ,
numero purgationis accommodetur: multiplex purgatio, ſiue ad varias humorũ ſpecies ſiue
ad di-

[a] Gal. 8. catatop. c. 2.
[b] Galen. 3. ſimpl. c. 23.
[c] Gal. 1. Catageni c. 1.
[d] Gal. de dinamidijs.
[e] Gal. ibid. & 4. l. aph. com. 2.
[f] Hippoc. 2. acut. 11.
[g] Sup. ab initio huius capitis.
[h] Hippoc. 4 apho. 14 & 15.
[i] Hipp. ibi. 4. apho. 14. & 15.

A ad diuersam viam, siue ad diuisionem atque iterationem referatur, multiplex catharticum desiderat, simplici, simplex satisfacit. Tempus dandi catharticum idem est ac purgandi: cum purgatio requiritur & toleratur, tunc conuenit, & tunc etiam sumendum catharticum est; neque attenditur numerus dierum, aut horarum, tantum videndum est ne cibus, aut paulo ante datus, aut paulo post dandus sit, ne alterum alteri sit impedimento. Sumat ergo catharticum ieiunus, neque aliud postea cibi aut potionis capiat donec id ex toto suum opus effecerit: quod si potione velis abluere ac detergere os ventriculi, ne quid restet ex substantia cathartici illi inhærens, statim vbi epotum est, ipsam dabis, quomodo Hippocrates [a] sumpto veratro statim dedit ptissanæ cremorem. Alienus etiam somnus est sumpto cathartico, [b] nisi aut cum nimia purgatio sequitur, aut statim postquam sumptum est vt retineatur & calefiat a ventriculo, sed breuis conuenit, nam longior vim purgantem frangeret. Sunt qui existiment somnum statim perniciosum esse, quod vis veneni quam habet cathartica complura, feratur ad viscera, & partes præstantissimas, quibus respondendum est nullum subesse eiusmodi periculum, quoniam cauendum est a catharticis eiusmodi perniciosis, aut admiscenda sunt ea quæ exitiosam vim remittant. Locus vnde sumuntur cathartica est, [c] ipsum os, epota enim, aut deuorata, vomitum, aut deiectionem mouent. Non nihil etiam conferunt quæ per clysterem in aluum induntur, ducunt enim inferne vitiosos humores. Adde quod quædam cum extrinsecus ventri illinuntur, B veluti succus cyclamini, Vnguentum Agrippa dictum, vim purgantem intimis partibus impertiunt, vnde vitiosi humores deijciuntur. Modus, vt scilicet catharticum vel totum simul detur, vel diuidatur, respondere debet modo purgationis, quæ si semel tota conueniat, simul totum catharticum sumendum est, quod diuidi debet vbi illa iteranda sit. Errant qui ob aliam causam ipsum diuidunt, veluti qui primo partem solidiorem dant, & deinde post aliquot horas ingeri liquidam iubent, nam sic effectio vnius ab altero impeditur, præstatque eiusmodi crassa & liquida miscere, & simul sumere. Ordo in dandis catharticis vbi plura alia instrumenta conueniant, idem teneri debet, atque in operibus a quibus requiruntur. Hactenus de purgatione.

a Hippo. 3. acuto. 12. & Ga. li. quos purgare oportet in fi. oe.
b Hip. 4. aphor. 14. & 15.
c Diosc. li. 2. c. 158 de cyclamino

De euocatione vrinæ. *Cap. VII.*

EVocatio vrinæ sequitur, quæ species detractionis similiter [d] attinet ad vniuersum corpus, & euidens est ac per se. Intueri autem primo oportet an conueniat, dein vbi conuenire videatur, quas animaduersiones desideret, & quæ instrumenta. C Conuenit igitur non secus atque alia opera, cum requiritur, & toleratur. Id a quo potissimum requiritur est [e] aquosus humor, qui ex potione superat, quiue cũ sanguine miscetur, veluti serum cum lacte. Exit aliqua eius pars ex foraminibus cutis, ita vt fiat materia sudoris. Purgatur etiam per aluum ab illis catharticis quæ ὑδραγωγα, & quæ χολαγωγα [f] nominari diximus, sed maxima ex parte in vrinã conuersus expellitur, quotidie quidem cum homo sanus est, eatenus profluit, quatenus contrahitur. Sed cum præter naturam affectus est, plus contrahitur ipsius, quam expellatur, quamobrem redundans exhauriri debet, id quod commode fit cum euocatur vrina, sic enim attrahitur non solum ex sanguine, sed ex alijs succis, cum quibus supra modum miscetur. At pertinet vrinam citare non solum ad humorem aquosum, sed alios quoque cum liquefacti [g] sunt atque extenuati: attrahuntur enim ac descendunt cum vrina potissimum pituita tenuis, & flaua bilis. Sed siue aquosus humor, siue alius extenuatus ac liquefactus conciretur ad urinam, potest ex vniuerso corpore manare, sed multo promptius ex gibba [h] parte iecinoris, ex renibus, ex vesica, quæ partes maxime per vrinam purgantur. Sed ſ ac requiri euocationem vrinæ, antequam ad eam aggrediaris, videre oportet an toleretur. Vires vbi valde infirmæ sint, neque hanc, neque aliam [i] detractionis speciem sustinent; possunt D tamen hanc ferre etiam si non multum valeant, neque enim tantum robur necessarium est in hac detractione quantum in missione sanguinis, aut in purgatione. Sed intueri etiam oportet humorem redundantem, & locum vnde duci debet, an patiantur euocari urinam. Humor ubi uel multus sit, uel crassus ac glutinosus, si ad vrinam concitetur, uerendum est ne angustiores canales obstruat, & sibi & alijs aditum intercludat, atque idcirco vbi magna sit humoris copia in gibba parte [k] iecinoris, potius deijcienda est, quam ducenda ad urinam. Locus unde transire debet id quod cum urina redditur, ad renes attinet, & canales qui ab ipsis ad uesicam pertinent: tum ad hanc, & ad ipsum colem. Quæ partes, ubi secundum naturam affectæ sunt non lædentur, cum urina concitatur, sed si ulceratæ sunt, aut inflammatæ, aut si alio uitio laborent, [l] maxime offenduntur cum euocatur vrina, & cum ea quæ alibi superant ad ipsas ducuntur. Quod si febris adsit uehemens, non sinit ea adhiberi quæ uehementer urinam euocãt, quoniam cum [m] calida sint, ipsam augerent. Vbi concurrant quæ urinam requirunt cum his quæ ipsam non tolerant, pro eo quantum vnum quodque sit ponderis existimanda sunt. Animaduersionum uero quas obseruare oportet cum urina euocatur, hæc ratio est: qualitas & pro specie, & pro affectione quadam accepta iam explicata est, diximus enim tantum humorem

d Ga. de arte me. c. 89.
e Galen. 4. apho. cõ. 2.
f Galen. li. quos purgare oportet.
g Gal. 3. de cau. sympt. c. 2 & 1. ad Glau. c. 10.
h Gal. de arte med. 99. & 7 meth. c. 13.
i Galen. 9. meth. 10.
k Galen. 7 meth. c. 13
l Galen. 13 metho. 11. & 6
m Gal. 11. meth. c. 10. & 5. simpl. c. 16.

aquo-

aquosum,& eum qui liquefactus ac extenuatus est,commode per vrinam detrahi. Quantitas E respondere debet in homine sano quantitati potionis, sed in ægrotante quantitati humoris aquosi redundantis,vel alterius extenuati,ac liquefacti, quem maxime natura tentet cum vrina expellere. Numerus ad numerum referendus est eorum humorũ qui redundãt cũ & vrina detrudendi sunt, interdum enim superat aquosus humor, interdum biliosus, aut pituitosus : pro vt ergo vel multiplex, vel simplex est humor qui redundat, ita simplex vel multiplex esse debet qui cum vrina attrahitur. Tempus euocandi vrinam tunc est cum requiritur & toleratur: requiri diximus cum superat aquosus humor, vel alius extenuatus ac liquefactus. At non toleratur nisi postquam imminuta [a] multitudo est,& crassitudo extenuata: quamobrem initio morbi abstinendum ab euocantibus vrinam,cum fere materia multa sit,crassa & glutinosa,differenda enim sunt dum minuatur, extenuetur,atque incidatur. Modus euocandi vrinam semper diuisus [b] est,neque enim licet totum id semel per vrinam expellere,vt per sanguinis missionem,aut purgationem,sed iterari debet vrinæ euocatio, quatenus & res postulat,& vires patiuntur. Vbi plura opera necessaria sint,attenditur ordo,veluti si minuenda multitudo,aut extenuanda crassitudo,& euocanda vrina est. Id autem antecedere debet quod est causa futurorum,aut sine quo non possunt cætera commode fieri. Quamobrem ante detrahenda multitudo erit,deinde [c] extenuanda crassitudo,ob causam superius positam, postremo vrina euocanda. Instrumenta quibus vtimur ad vrinam euocandam, medicamentis subijciuntur: si quæ autem esculenta aut poculenta ad idem valent,habent in se vim medicamenti. Vocantur autem quæ vrinam mouent græce διουρητικά,[d] non tamen omnia quæ quocunque modo illam concitent, F nam ea quæ remouent impedimentum a quo retinebatur, ve obstructionem : veluti quæ calculum comminuunt,aut quæ crassos & glutinosos succos incidunt,atque extenuant(quamuis vrinam concitent)non tamen dicuntur διουρητικά,sed illa duntaxat quæ hoc efficiunt segregando aquosum [e] humorem a sanguine, vnde facile postea attrahitur a renibus,& ad vrinam fertur,quod nõ eueniebat vbi mixtus erat: separatur aũt aquosus humor a sanguine per medicamenta eodẽ modo quo serum a crassiori parte lactis,ex qua conficitur caseus per coagulũ. Quod si coaguli naturã inuestigemus, non difficile erit intelligere in quo cõsistat vis medicamẽtorũ citantiũ vrinam. Cogitur a coagulo pars crassior sanguinis, quoniam calidum est: ita enim natura comparatum est, vt calor cogat [f] similia, separet dissimilia : non quo cognitione aliqua præditus sit,sed quo vim habeat crassiora efficiendi quæcunque non sunt omnino aquosa,nam hæc nullo pacto crassitudinem admittunt,atque idcirco cum alia crassa fiunt,hæc separantur. Comprobatur idem inductione,quicquid enim lac cogit,calidum est,veluti coagulum, [g] quod a lactentibus belluis petitur,gallium herba,lac fici,non tamen caprifici,quod frigidius est,& propterea(vt inquit [h] Theophrastus)non potest lac cogere. Si qua autem frigida id præstare vas videantur, vt æneũ plenũ aqua frigida superimpositum lacti bullienti, aut frigidum [i] oxymel eidem respersum,id faciunt contrahendo calorem,a quo deinde hoc cogitur. Eadem G ratio est medicamentorum quæ in corpore nostro separare debent serum a sanguine,suo enim calore cogunt partes crassiores,vnde exprimuntur quæ tenues sunt & aquosæ,nullamque admittunt crassitudinem. Ad euocandam igitur vrinam adhibenda sunt medicamenta calida, quæ facultatem habent segregandi aquosum humorem a sanguine. Verum quia debent instrumenta non tantum accommodari operibus,sed etiam operum differentijs,vt qualitati,quantitati,numero,tempori,loco,modo,ordini, necesse est quæ propositam facultatem habent per similes differentias respondeant ijs quæ in euocanda vrina diximus esse obseruanda. Quod attinet ad qualitatem,cum debeãt esse calida,quæ calidiora sunt,maiori facultate prædita sunt, ita vt valeant etiam vbi urina difficilius concitatur,quemadmodum cum succi minus liquefacti sunt,& aquosus humor valde mixtus est cum sanguine : tunc enim aptantur quæ calida & sicca sunt tertio gradu,tum acria & a quibus [k] efflantur suaues odores, veluti semen apij,petroselini,fœniculi,dauci,smyrnij: præterea,phu,ammi,asarum. Sed vbi hæc propter feruorem febris non sustineantur,aut vbi sufficiant leuiora,illa omittimus,& confugimus ad hæc quę minus calida & minus sicca sunt,veluti quæ menstrua concitant, ue ad calamenthum,hyssopum, origanum: quanquam æstiuo tempore utimur etiam minus calidis, cuiusmodi est semen cucumeris,aut peponis,quod detergendo modice urinam euocat. Quantitas eiusmodi medicamentorum respondere debent quantitati humoris,quem curare oportet. Numerus nõ attenditur, H cum idem medicamentum possit satisfacere,sed plerunque plura inter se miscentur,ut ex omnibus fiat unum magis idoneum. Tempus quo dari debent hæc medicamenta est idem atque illud quo urinã euocandã esse diximus,uidelicet cum requiritur,& toleratur. Hora idonea censẽtur maxime cum homo ieiunus est, & iã confecit priorẽ cibũ in uentriculo, hoc.n. tẽpore cũ succo qui uertẽdus est in sanguinẽ, facile attrahitur uis medicamentorũ a uenis. Locus unde sumi debent hæc medicamenta,unus duntaxat est, os uidelicet,neq;.n.in aluum induntur,aut imponuntur extrinsecus. Modus ut respondeat operi quod iterandũ esse diximus,admonet diuidi debere,& nõ tota simul dari medicamẽta quæ urinã euocant. Ordo ubi plura instrumẽta necessaria sint,idẽ esse debet atq; ille qui in operib. attenditur, primo.n. adhibenda sunt quæ multitudinẽ [l] minuant,deinde quæ crassitudinem extenuent,postremo quæ concitent urinam.

a Galen. 7. meth.c. 13.

b Galen. 4. aph. cõ. 73.

c Galen. 7. meth.c. 13. & li. 11. meth. c. 10.

d Gal. li. 5. simpl. c. 13

e Ga. 5. simplic. c. 13.

f Arist. li. 3. cœli. c. 8.

g Gal. 3. de ali. fa. c. 16.

h Theoph. li. 1. de cau. plan. c. 19.

i Gal. 3. de ali. fac. 16.

k Ga. de ren. affect. c. vlt.

l Ga. lib. 11. meth. c. 10.

A

De sudatione. *Cap. VIII.*

EX numero earum detractionum quæ vniuersum corpus & per se & euidenter exhauriunt, est etiam sudatio, qua pariter vtendum est cum requiritur & toleratur. [a] Requiritur autem ab illis ipsis a quibus diximus postulari euocationem vrinæ, ab humore videlicet aquoso, atque ab alijs succis, cum tenues sunt: hoc tamen interest, quod cum feruntur ad renes, & vesicam, vertuntur in vrinam, cum ad cutem & partes externas, in sudorem. Humor aquosus non totus secundum naturam attrahitur a renibus, sed aliqua eius pars [b] miscetur cum sanguine, & ipsum diluit vt distribui possit per totum corpus, & penetrare per venas angustiores, ex quibus deinde transmittitur ad cutem, vnde vel obscure expirat dissipatus in vapores, vel manifeste conuersus in sudorem, quem Diocles [c] voluit omnino præter naturam esse. Cuius sententia defendi non potest, cum constet bene valentes, quamuis maxime secundum naturam se habeant, sudare, veluti æstate, & cum exercentur: præcipue igitur sudationem postulat humor aquosus quem diximus, sed deinde etiam succus quilibet tenuis, præsertim biliosus, quanquam & alij quoque cum extenuantur ac liquefiunt, per sudorem emittuntur. Colligitur hoc tum ex febribus ab humorum putredine ortis,

B quibus plurimum sudor proficit, siue a sanguine, siue a pituita, siue a flaua, siue ab atra bile proficiscantur: tum ex colore [d] sudoris vario, qui superantem humorem denunciat, veluti ruber sanguinem, albus pituitam, flauus flauam bilem, ater, atram. Quod minime [e] vsu veniret si non posset quilibet humor suppeditare materiam sudori: aptatur itaque sudoris euocatio tam humori aquoso, quam succis omnibus vbi occupant [e] vniuersum corpus: quanquam aptatur etiam vbi certam aliquam partem obsideant, docuit enim Hippocrates [f] qua parte sudor apparet, ibi morbum esse. Siquidem non solum corpus vniuersum, sed proprie etiam pars affecta sudore exhauriri potest. Requiritur interdum sudor ad auertendum alui profluuium, materia enim quæ aluum sollicitat, propter communem conspirationem & consensum partium omniũ inter se ad cutem euocatur, sicuti ab hac cum eam minus sudor exercet, & nimium corpus digeritur, ad ventrem reuocatur, atque auertitur. At non semper quod requiritur effici debet, sed considerare oportet an toleretur. Vires cum infirmæ sunt, sudore exhauriuntur ac deficiunt, relaxata [g] enim summa cute effunduntur spiritus, & vna dissipatur calidum innatum quo facultas omnis ac vita continetur. Quamobrem [h] in remissione accessionis relaxata cute cum sudore ac spiritibus vita effunditur, quæ diutius retinetur cum astricta cutis est, veluti accessionis initio. Ob eandem causam præsidia relaxantia quibus vtimur ad sudorem euocandum alie

C na sunt visceribus illis quorum facultas maxime est ad vitam necessaria, dissipatur enim hęc atque expirat, nisi admixtis [i] astringentibus retineatur. Recusat etiam sudoris perinde atque vrinæ euocationem materia quæ vel multa, vel crassa & glutinosa superat, nam cum elicitur ad cutem, periculum est ne claudat angustiores canales, ac magis obstructionem & putredinem augeat. Præterea vehemens febris magis [k] feruescit, cum euocatur sudor sub calidis præsidijs, talia enim necessaria sunt. Quod si ea quæ sudorem postulant cum illis iungantur a quibus repudiatur, dirigere consilium oportebit, ad id quod maioris momẽti iudicabitur. Sed fac requiri iam & tolerari, vt satisfaciat scopo requirenti debet ad eiusdem differentias accõmodari, vt ad qualitatem, quantitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem. Qualitas sudationis & ad speciem & ad qualitatem materiæ quæ euocatur referri potest, vtranque ante explicauimus, debet enim elici vel aquosus humor, vel succus aliquis extenuatus, non caro liquefacta. Quantitas eadem conuenit sudoris atque humoris a quo requiritur, si per vires liceat, neque committendum est vt corpus sudore digeratur, & anima deficiat, sed maturius finiendus est. Numerus eorum quæ per sudorem detruduntur, aptetur numero humorum a quibus postulatur, quot enim superant, totidem detrahi debent. Tempus sudori opportunum est

D cum requiritur ac toleratur. Ex temporibus totius morbi, recte euocatur, cum coctio apparet, principio cum materia [l] cruda sit, omnino alienus est, nam crudi succi cum ad cutem euocantur, obstruunt, & claudunt canales angustiores. Ex temporibus accessionis opportunus est sudor in remissione, quando natura transfert humores ad cutem, nam auxilia [m] quæ tunc adhibentur, habent naturam adiuuantem. Locus vnde exire sudor debet, vnus tantum est, videlicet foramina cutis: sed si materia redundet in vniuerso corpore, æquabiliter ex tota cute elicere sudorem oportet, si obsideat aliquam partem, magis ex illa euocabitur quam ex alijs. Quod attinet ad modum, iteranda est sudoris euocatio, ac diuidenda, cum humor quoque diuisus est quemadmodum in febribus intermittentibus; si tota simul sit vt in continuis, tota simul euocari debet. Febri ardenti (inquit [n] Hippocrates) si rigor superueniat, soluitur morbus, quoniam rigorem sequitur sudor, qui longe effusus exhaurit materiam uniuersam. Vires tamen cum non multum ualent, subitam detractionem reijciunt, ita ut præstet tunc paulatim sudorem elicere, quamuis totus simul desideretur: ordo cum necessaria sunt multa opera simul, idem tenendus est in ipsis quem constat esse in scopis requirentibus. Spectãdum enim primum est ad id quod magis urget, ut ad refectionem uirium, [o] si hæc necessaria sit, tum ad id quod est causa futurorum

a Galen. de arte med. c. 89 & 99.
b Gal. 4. de vsu p. c. 6. & 1. de tu. ual. 22.
c Gal. 1. de diff. sympt. c. 6.
d Gal. 4. de tu. ual. c. 4.
e Gal. ibid.
f Hippo. 4. aph. 38.
g Gal. 2. ad Glauc. 2.
h Galen. 3. cris. c. 9.
i Gale. 10. meth. c. 16.
k Gale. 11. meth. c. 9. c. 10.
l Gal. 2. 1. ep. com 27
m Gale. 2. cris. c. 3.
n Hippo. 4. aph. 58.
o Galen. 9. met. c. 13.

rum,aut causa sine qua non,vt ad minnendam materiæ multitudinem, & ad extenuãdam crassitudinem,postremo veniendum est ad euocandum sudorem. E

Instrumenta idonea nobis patesaciet natura rei:ad sudorem mouendum concurrunt facultas ipsa expellẽs,humor qui redundat,& locus vnde effundi debet. Facultas si non bene ualet, non satis potest per sudorem expellere succos superãtes, quæ expulsionis species difficilis est, & quasi laboriosa:Quamobrem confirmanda est,id quod fit per ea quæ partim immoderatam temperationem corrigunt,partim reficiunt quod exhaustum est,de quibus diximus in superioribus. Humor qui expellendus est,vbi crassus sit & glutinosus, minus idoneus est qui ex foraminibus cutis emittatur, nisi prius extenuerit atque incidatur. Id quod præstant & victus extenuans & medicamenta [a] quę superius enarrauimus,cum egimus de humorum qualitatibus corrigendis. Locus vnde effluere sudor debet, est cutis ipsa,cuius foramina si clausa sint, non patiuntur ipsum prorumpere, nisi aperiantur;quamobrem vbi obstruuntur,detegenda sunt per ea præsidia quę enarrauimus,[b] cum cauorum curationem explicaremus: vbi astringuntur,relaxari debent. Ea quibus relaxantur,magis proprie dicuntur sudorem elicere,quam illa quæ aut obstructionem auferunt ab ijsdem foraminibus,aut humores extenuant,atque incidunt,aut naturam imbecillam confirmant:quamuis & hæc omnia conferant ipsa quoque ad sudorem mouendum vt monstrauimus. Insistemus igitur in his quæ cutem relaxant,hæc calida sunt aut moderate,aut non vltra primum gradum caloris,quod si cum calore iungatur humor,erunt in relaxando efficaciora,nam ut ualde astringitur cutis ab ijs quę frigida sunt & sicca,ita ab ijs quę calida & humida plurimum relaxatur, & propterea plurimum euocatur sudor. Ea vero quæ valde calida sunt & sicca,quamuis principio relaxare cutem videantur, & violenter liquefaciendo sudorem mouere,tamen processu temporis siccando cutem astringunt,& materiam sudoris absumunt. Vtemur igitur ad cutem relaxãdam calidis & humidis,quæ partim sub victu, partim sub medicamentis comprehẽduntur:sub victu quidem balneum aquæ dulcis, & aer calidus atque humidus,[c] sub medicamentis ea quæ non sunt consueta tempore sanitatis, veluti chamomęlum,oleum anethinum,cataplasmata,& fomenta omnia calefacientia simul & madefacientia. Recte igitur adhibentur ad euocandum sudorem eiusmodi instrumenta, dummodo obseruentur animaduersiones quæ satisfaciant differentijs operis propositi. Qualitas præsidiorum talis esse debet qualem iam descripsimus,vt tales euocet humores quales diximus per sudorem esse exhauriendos,quæ validiora sunt, liquefaciunt carnem, atque adipem,& ita non euocant qualia oportet,hoc est inutiles succos. Quantitas eorum a quibus elici sudor debet, tanta sit vt respondeat quantitati humoris euocandi. Numeri eiusmodi præsidiorum non habetur ratio,sufficit enim aliquando vnum duntaxat,interdum plura necessaria sunt, vt exhauriatur numerus eorum quæ sudoris euocationem postulant. Tempus quo admoueri debẽt quæ sudorem euocant,illud ipsum est quo sudatio requiritur & toleratur. Diximus autem ex temporibus morbi opportunum illud esse quo coctio apparet:ex temporib. accessionis, illud quo remittitur,quamobrem tunc vtendum est illis quæ sudorem mouẽt. Locus in corpore idoneus eiusmodi remedijs maxime est cutis,vel totius corporis, si humor redundet in toto,vel partis, si in parte. Extrinsecus idonea sunt aer calidus, balneum,olea, & cataplasmata,fomenta,sed vim etiam habent euocandi sudorem relaxantia quæ intus dantur, quemadmodum potiones aquæ calidæ in qua talia bullierint: laudatur ad hunc vsum potus aquæ in qua incoctum fuerit chamomælum. Sed valet quoque [d] vinum tenue dilutum,quod neque acre sit, neque austerum. Modus adhibendi quæ sudorem moueant, similis esse debet modo quo sudatio requiritur,siue iterari debeat,siue tota simul esse. Sed si quando plura alia instrumẽta adhibere oporteat,idem ordo tenendus in illis est qui in operibus ad quæ spectant: primum exempli gratia adhibebimus ea quæ [e] vires reficiant,deinde quę superantem materiam minuant,& quę crassitudinem incidant,demum quæ cutem relaxent,& sudorem moueant.

a Sup. c. 2.

b Supr. lib. 15. c. 5.

c Sup. i hoc eod. c.

d Gal. 4. de tu. ual. c. 4.

e Supra in hoc eod. c.

F

G

De detractione per digerentia præsidia sensum latente. *Cap. IX.* H



T non tantum manifeste detrahitur humor a toto corpore,sed etiam obscure:quod Hippocrates [f] monuit cum dixit succos hos quidem expellere, illos vero exsiccare. Intelligit enim eos expelli qui manifeste [g] detrahuntur, vt per sanguinis missionem,purgationem,euocationem vrinæ,sudationem, de quibus ante locuti sumus: exsiccari vero illos qui in vapores dissipantur,ita vt hæc detractio [h] sensum lateat, quam nunc tempus est pertractare, videreque an conueniat, & vbi conuenire videatur,quas animaduersiones postulet,& quæ instrumenta. Conuenit igitur cum requiritur, & sustineri potest:requiritur autem ab humore aquoso,qui facile in vapores dissipatur:requiritur & a succis omnibus,modo ita extenuentur vt discuti & exhalare possint, eadem enim est ratio,siue in toto corpore contineantur,siue in aliqua parte:sed in hac ubi tumorem faciant præter naturam veluti sanguis inflammationem,flaua bilis erysipelas,atra cancrum,pituita tumorem illum laxum qui Græce vocatur οἴδημα, commode digeruntur in vapores vbi tempestiue dentur quæ

f Hipp. 2. 6. epi. 2. & 31.

g Galen. in com.

h Ga. de arte med. 95. & 13. meth. c. 9.

discu-

A difcutiendi vim habeant. Quamobrem & in vniuerfo corpore redundantes digerentia præfi-
dia poftulant, modo craffiores [a] non fint quam vt difcuti poffint. Prompte autem digetitur fla- a Gal. 2. ad
tus, deinde humor aquofus, alij humores non ita facile: fed non incommode fic quoque exhau- Glauc. 2.
riuntur illi qui prope cutem funt & in partibus extetnis, expirant enim ex foraminibus cutis
conuerfi in vapores: at non æque illi qui obfident partes intimas. Ad eiufmodi detractionis
fpecies maxime idoneus eft habirus [b] rarus, qui calidam & humidam temperationem confe- b Galen. 9.
quitur, in hoc enim facile difcutiuntur humores qui prope cutem funt, & ad fuperficiem cor- meth. c. 5.
poris feruntur. Contra in eo qui denfus eft, & vbi temperatio frigida & ficca fit, quod in fuper
ficie redundat, non facile difcutitur & exhalat, ita vt parum illis proficiant digerentia præfi-
dia. Eodem fpectat aer, nam cum calidus eft, vt æftiuus, plutimum digeritur [c] humoris, fed cum c Galen. 1.
frigidus, veluti hibernus, patum. Illud etiam ignorare non oportet, quod hac via multitudo hu aph. cõ. 15.
morum paulatim detrahitur & non fubito, ficuti per fanguinis miffionem, aut purgationem.
Quamobrem vbi fubita detractio requiratur, quemadmodum in morbis acutis, non recte ad-
hibentur digerentia, fed expedit (quemadmodum [d] Hippoc. præcepit) fanguinem mittere. Id d Hippo. 4.
igitur a quo requiritur obfcura hæc detractio, eft humor tenuis externas partes occupans in acut. 19.
habitu raro, aere calido, vbi nihil fit quod vrgeat, & paulatim liceat demere quod fuperat. Sed
B an fuftineri poffit, intelliges fi vires æftimabis, quæ fi admodum imbecillæ fint, fub digerenti-
bus præfidijs exhaurientur ac deficient, vt [e] fæpe in balneo nimis calido accidit: poffunt tamé e Hippo. 3.
fuftinere hoc præfidij genus vbi non ita firmæ fint, neque enim neceffe eft tantum roboris ha- acut. 59.
beant quantum vbi mittendus eft fanguis, vnde cum minus valent, pro fanguinis miffione alio
quin requifita, adhibentur difcutientia. Præter vires, intueti etiam oportet quanti & quales
fint humores in partibus internis, nam fi multi, periculum eft ne fub digerentibus præfidijs
[f] magis euocentur interni ad cutem, quam diffipentur illi qui fint in fuperficie. Quod fi ob f Ga. de ar
multitudinem periculum fit ne vena abrumpatur, fugienda maxime funt digerentia, a quibus te med. 95.
fufus atque extenuatus fanguis, magis poteft venas abrumpere: Si in primis uenis fucci crudi &13. meth.
fint, aut acres, non prius adhibenda funt digerentia ad cutem quam illi corrigantur aut exhau c. 22.
riantur, alioquin attraherentur per corpus, & non mediocriter ipfum offenderent. Sed cum
per hæc licet, audacter fi requiritur, vtendum eft obfcura detractionis fpecie, illis tamen obfer
uatis quæ in eiufmodi operibus animaduerti folent, ac primo vt qualitas humoris detracti fit
eadem quæ redundantis, hoc eft vt ille humor detrahatur quem conftat redundare. Quantitas
detractionis refpondeat copiæ humoris ipfam requirentis, ficuti numerus humorum qui diffi-
pantur numeto fuperantium. Tempus tempori quo requiritur & toleratur eiufmodi detra-
C ctio: fed caue ne fit cruditas, neque enim conuenit ad cutem digerentia præfidia adhibere, ni-
fi poft coctionem, ne caua & canales obftruantur. Locus vbi digerere oportet, eft ille vbi redũ
dant fucci digerendi, fuperficies videlicet, & cutis ipfa. Quod fpectat ad modum, licet totus
fimul fit humor, non tamen poteft totus fimul in vapores diffipari, cum fiat hæc detractionis
fpecies paulatim: quo circa diuidenda eft atque iteranda. Vbi plura requirantur opera, idem
teneatur ordo in illis, qui eft inter fcopos requirentes, ante exempli caufa minuatur [g] multitu- g Ga de ar
do, & extenuetur craffitudo, deinde diffipẽtur in vapores quæ redundant in fuperficie. Inftru te med 85.
menta quibus vtimur ad digerendum, partim ad victum attinent, partim ad medicamenta, par h Hip. li. 3.
tim ad chirurgiam. Sub victu comprehenditur motus & balneum. Motu vehementiori digerun de off. tex.
tur atque in vapores diffipantur tenues humores: quo fpectat multa frictio, quam Hip. [h] uoluit 25.
abfumendi ac digerendi vim habere, Eandem habet & balneum, [i] fiue fpectes aerem calidum i Et Gal. 2.
qui in eo eft, fiue aquam calidam. Inter medicamenta digerentia referuntur primo illa quæ re aph. cõ. 17.
laxant, fuperius commemorata ad fudorem euocandum: fed ficut hæc imbecilliora funt, ita & Gale. 14.
nimis valida, quæ extrahunt, a quibus non tantum difcutitur quod in fuperficie eft, fed ex in- meth. c. 7.
ternis partibus etiam aliquid allicitur. Quæ autem maxime idonea funt ad propofitum opus,
medicamenta calida funt [k] & ficca cum tenuitate partium, nã craffa, pus mouent, fed tenuio k Gale. 14.
D ra quemadmodum aromata, & femina acriora, digerunt. Maxime autem opportunum eft ca- meth. 7. &
ftorium, quod cum tenuitate partium calidum & ficcum eft, non tamen vltra quam vt in vapo 4 fimp 19.
res diffipare humorem poffit. Ad hoc etiam ualent aquæ [l] fponte nafcentes calidæ prædita vi l Gale. 14.
fulphuris, bituminis, aut falis: tum olea, vt anethinum, irinum, laureum. Efficaciffimum inftru- meth 7.
mentum in digerẽdo eft [m] cucurbitula, quæ ad chirurgiam pertinet: magis autem aptatur vbi m Oribas
in toto corpore digerendus eft humor. Reftat rectus vfus propofitorum inftrumentorum, quæ de cucurb.
primo talia fint qualia defctipfimus, non nimis valida, nam calidiora efficiunt vt flaua bilis c 16 & 17.
magis efferuefcat, & exficcando exafperant atram: tum ex pituita & fanguine confumunt te-
nuiores partes & relinquunt [n] craffas, quæ difcuti poftea non poffunt. Quantitas tanta effe
debet, vt poffit quantitati refpondere humoris digerendi in uniuerfa fuperficie corporis. Suffi n Gal 2. ad
cit interdũ fimplex inftrumentũ, interdũ neceffaria funt plura, veluti balneũ, & vnctio, vt vni- Glauc. c. 2.
uerfa eiufmodi materia exhauriatur. Tẽpus adhibẽdi digerentia idem eft atq. id quo neceffe
eft digerere. Locus loco refpõdeat, debent n. inftrumenta dari ad totã cutẽ, vnde digerenda
materia eft. Sunt autẽ iteranda, & non fimul adhibẽda, nam & opus ipfum diuiditur, atq. itera-
tur. Ordo, vbi varia inftrumenta requiruntur, idẽ fit atque in operibus, a quibus requiruntur.

De

De detractione humorum ad partes attinente, & proprie de auersione. E
Cap. X.



Actenus tractauimus eas detractionum species quæ pertinent ad vniuersum cor-
pus, siue fiant alio interiecto medio vt inedia, siue per se, aut manifeste, vt sangui-
nis missio, purgatio, vrinæ & sudoris euocatio, aut obscure, vt dissipatio in vapo-
res; nunc de his dicam quæ partibus assignantur. Distinguere autem primo opor-
tet humor detrahendus fluat ne an fluxurus sit ad aliquem locum, an in eo conti-
neatur, & iam ipsum obsideat. Ille qui fluit, vel quem timemus ne fluat, prohibendus [a] est flue
te, sed qui iam continetur in loco, demendus. Vtrumque opus ad detractioné refertur, & mul-
tiplex est, nam vt prohibeatur fluere qui vel fluit, vel fluxurus est, ad tria dirigere consilium
oportet, quæ natura rei nobis suppeditat, ad partem vnde, ad partem ad quam influit, & ad ip
sum humorem influentem. Pars vnde emanat sananda est, quod quemadmodum fiat commu-
niter supra ostensum est in curatione morborum generatim, sed proprie ostendetur in curatio
ne membratim. Pars [b] ad quam influit, vel allicit ad se, vel admittit quod transmittitur, allicit F
autem vel calefacta, & tunc refrigeranda est, quemadmodum docuimus in curatione morbi
calidi, vel dolens & a dolore liberari debet, vt proximo libro docebimus, vbi curationem sym
promatum, & proprie doloris persequemur. Sed ne admittat efficiunt præsidia [c] repellentia,
quæ cum retrocedere etiam cogant quod nuper influxit, differentur ad detractionem mate-
riæ iam contentæ in loco. Tertium ad quod consilium dirigi diximus, erat humor, qui ne
fluat ad affectum locum attrshendus est ad contrarium, qoæ auersio Græce [d] ([illegible]) nomi-
natur. Humor vero qui iam obsidet affectum locum, adimendus est, id quod fit, cum vel [e] retro-
cedere cogitur, vel extrahitur inde vbi est: retrocedit, vbi vel repellitur, [f] vel deriuatur: extra-
hitur vel [g] obscure dissipatus in vapores, vel manifeste effusus. Hæc opera, auersio, impulsus, de
riuatio, extractio, omnia inter detractionis species ad partem attinentes referuntur, quas om-
nes seorsum explicabimus exorsi ab auersione. Primo autem intuebimur an auertendum sit,
deinde quæ obseruanda sint in auertendo, & quibus instrumentis vtendum. Petendum est igi-
tur ab auersione præsidium cũ requiritur & toleratur. Requiritur hoc opus perinde ac quod-
uis aliud ad curationem necessarium a contrario vitio: est autem auersio contraria fluxioni ad
aliquam partem, cum ad contrariam retrahat quod fluit ad illam, siquidem nihil eodem tem-
pore moueri potest duobus motibus contrarijs, si reuellatur materia ad partem contrariam,
non feretur amplius ad illam quam influebar. Desiderat ergo auersionem [h] humoris ad aliquã G
partem fluxio siue præsens, siue imminens: nam & ea quoque auertimus quæ veremur ne fluãt
ad locum quem defendere operæprecium iudicamus. Quod si materia fluens ad partem non
retinetur in ea, sed effunditur, vt in sanguinis profluuio, non minus auersionem postulat quam
si retineretur in loco: desinit enim fluere sanguis cum alia parte prorumpens, [i] amittitur. Sed
vbi etiam consistit quod influit, & non effunditur, ea fluxio similiter auersionem postulat. Ve-
rum ob vtramuis fluxionem auertere oporteat, cum hoc præsidij genus sit detractionis spe-
cies, si vires sint imbecillæ, non poterunt ipsum sustinere, præsertim vbi per effusionem auersio
fiat: nam quæ sine hac fit, minus vires exhaurit, quamuis ipsa non nihil defatiget ob agitatio-
nem materiæ quam attrahit ad locum contrarium: vires igitur admodum imbecillæ neutram
auersionem sustinent. Sed finge iam requiri & tolerari, adhibenda erit. Recte autem adhibebi
tur si animaduertantur quæ oportet, & primo qualitas seu species, quam proxime diximus du-
plicem esse: siquidem materia quæ ad contrarium locum attrahitur a medico, aut effunditur
aut ibi relinquitur. Nam & natura quoque materiam quam transmittit ab vna parte ad alte-
ram, aut effundit, aut relinquit, ita ut tumorem faciat, vtraq; specie auersionis vtitur Gale. [k] in
profluuio sanguinis, nam vbi fluat ex vulnere, secat venam in contraria parte; vbi ex vtero, cu-
curbitulas admouet ad mammas. Illa auersionis species qua emittitur humor qui attrahitur,
consistit in sanguinis missione, vel purgatione, vel euocatione vrinæ, seu sudoris, vel in aperien H
do canales clausos, veluti venas vteri & ani. Altera vero qua retinetur in parte ad quam attra-
hitur, spectat vel [l] ad calorem, vel ad dolorem, vterque [m] enim humorem cócitat ad locum vbi
excitatur. Implentur partes quæ calefiunt, implentur & quæ dolent. Necesse autem est calo-
rem & dolorem excitari maiorem in parte contraria, quam ille sit quo læsa pars laborat. Duo-
rum dolorum qui simul accidunt diuersis partibus, vehementior obscurat [n] alterum inquit Hip
pocrates, multiplex igitur est auersionis species, illa autem vbique conuenit quæ maxime re-
quiritur & toleratur. Requiritur vbi fluit sanguis, vel fluxurus est, sanguinis missio; vbi alius
succus, purgatio: vbi aquosus humor, vrinæ vel sudoris euocatio; quæ cum maiora sint præsidia
quam quæ citra effusionem auertunt, aptantur ubi maius periculum subest, sed minus ferun-
tur a uiribus imbecillis, ut supra [o] dictum est. Vbi autem non emittatur humor, qui ad con-
trariam partem attrahitur, facilius auersio fertur, siue fiat per calefacientia, siue per ea quæ
dolorem moueant. Præstat autem illis vti a quibus minus offendatur pars ad quam fluxio
reuocatur. Quantitas auersionis aptari debet quantitati requirentis, modo toleretur: facilius
autem

a Ga. de arte med. ca. 89 & 95.
b Gal. 2. de diff. feb. c. vlt.
c Ga. de arte med. 95.
d Gal. de arte med. 89. & 95. & 90
e Gal. de arte med. 89. & Hip. l. de humo. ab initio & Gale. 4. meth. 6.
f Ga. de arte med. 95.
g Gal. ibid.
h Galen. 4. meth. c. 6.
i Gal. li. de cur. per venæ sect. c. 11
k Ga. li. de cucurb. & reuulsio. c. 2. & lib. de cur. per venæ sect. c. 11 & Hipp. 5. aph. 50.
l Gal. 2. de dif. feb. c. 11
m Hipp. 2. aph. 46.
n Galen. 4. meth. 6 & de cur. per venæ sect. c. 11.
o In hoc eodé c.

A autem tolerant vires, ac præsertim languidæ, minorem quam maiorem. Maior illa est quæ cum effusione, quam quæ sine hac fit. Inter species effusionis, primas occupat sanguinis missio, secundas purgatio: ex his vero quæ sine effusione fiunt, maximam vim habet illa quam cucurbitulæ præstant: quæuis in suo genere quanto maior fuerit, tanto maiorem habet auertendi vim, & idcirco aptatur vbi multa, & vbi periculosa fluxio est. Quantitatem auersionis auget numerus: quanto enim plures species adhibentur, tanto efficacius auertunt. Eodem spectat & temporis diuturnitas, nam quanto diutius perseueramus in auertendo, tanto magis auertimus. Debet etiam auersio tempestiue adhiberi, quod tunc fit cum maxime requiritur & toleratur: sed tunc potissimum requiritur, cum vel timemus ne fluat, auertimusque ad futuram iniuriam propulsandam antequam incipiat, vel vbi iam fluere cępit humor, quod maxime euenit initio morbi, vt inflammationis, quo tempore Hippocrates [a] maxime necessariam esse auersionem memoriæ prodidit. Sed si vires tunc imbecilliores sunt, non est tentandum hoc præsidium priusquam reficiantur, quod si pars à qua retrahenda fluxio est doleat, aut valde calida sit, non patietur humorem attrahi ad contrarium, idcirco ante remittendus erit calor, vel leniendus dolor, qui lenitur non tantum adhibitis relaxantibus, sed etiam deriuando ad vicinum locum materiam à qua proficiscitur, quemadmodum docuit Hippocrates [b] cum scribit deriuare cedentem, retrahere: intelligit enim deriuandum esse ad locum vicinum
B illum humorem qui auertentibus præsidijs non cedit, quod retineatur ab affecta parte dolente, cum vero qui cedit, retrahi ad contrarium voluit, hoc est auerti: antequam igitur ad contrarium retrahere fluxionem tentemus, dolorem eius quæ [c] affecta est sedabimus. Locum ad quem attrahenda materia est, demonstrat ille ad quem vel fluit, vel fluxura est. Diximus enim auersionem vocari à Græcis ἀντίσπασιν, [d] quod retrahat ad locum contrarium. Contrarius locus ille est (auctore [e] Aristotele) qui maxime distat, ita vt idem sit auertere ad contrarium, & ad maxime distantem locum. Refertur ea [f] oppositio loci, vel ad longitudinem, vt sursum & deorsum, vel ad latitudinem, vt ad læuam & ad dextram, vel ad altitudinem, vt ante & pone: vna autem sufficit in auertendo, vt longitudinis, aut latitudinis, [g] aut altitudinis, siquidem necessaria est conuenientia quædam partis à qua cum parte ad quam influens humor retrahitur: quæ nulla esset si dupliciter, vel tripliciter contrarius esset locus ad quem auertimus; illa autem auersio quæ fit sine conuenientia partium parum adeo proficit. Neque satis est si vna tantum sit oppositio, sed simul necessarium est quoddam cõsortium vasorum, exempli gratia cum mittitur sanguis ad auertendum à capite, secanda est vena externa cubiti, cui maxime congruant illæ quæ pertinent ad caput: ob eandem rationem secanda est interna [h] cubiti, cum auertimus à thorace, aut ventre, quoniam maxime congruit illis venis quæ has partes alũt: ob
C eandem conuenientiam secatur vena à regione loci patientis, siue interna, siue externa cubiti incidatur, habet enim maius cõsortium cum loco affecto. Natura etiam [i] cum recte humorem superantem ad aliquam partem expellit, siue effundatur, siue ibi tumorem faciat, è regione loci affecti illam transmittit. Vbi autem distantia non sit quanta maxime esse potest, sed propter necessitatem conuenientiæ non ita multum distet à loco vnde auertitur materia, ille ad quem attrahitur, adhuc etiam proficiet, modo tantum distet quantum humerus ab humero. Ad partes quæ maxime [k] vicinæ sunt, non auertitur, sed deriuatur materia, nam quæ deriuantur, ad locum vicinum attrahuntur. Cum retrahitur humor [l] ab occipitio ad frontem, vel ab hac ad illud, potius dici debet deriuatio, quam auersio: neque enim sufficit ad auertendum oppositio illa vicina. Quamobrem laborante capite, eiusmodi præsidium ponitur in illis quæ proprie pertineor ad locum affectum, & non ad alia membra, postulatque antequam fiat vt habeatur ratio totius corporis, detrahaturq; alia via multitudo. Causa cur nõ semper auertitur materia ad partem maxime distantem, sed sæpe trahitur ad locum medium inter distãtem & vicinum, est materia quæ partim fluxit ac continetur in loco affecto, partim fluit: hæc deriuanda est à loco vicino, illa auertenda quam longissime. Quod si ad medium spacium attrahatur, duplici nomine proderit, auertendo scilicet quod influit, & deriuãdo quod influxit. Id quod accidit cum la-
D borante capite [m] secamus venam externam cubiti è regione, laborante thorace vel ventre, internam similiter è regione: quod præsidium ad auersionem simul & deriuationem pertinet. Quamobrem ab eadem parte fit auersio, modo ad magis, modo ad minus distantem: à capite maxime distant crura, in quibus secatur vena, cum [n] pręripere fluxionem ad ipsum volumus antequam incipiat. Sed deiectio, & crurum exercitatio ac vinculum idem præstat. Sectio venæ externæ in cubito, simul à capite auertit, [o] & deriuat, valetq; vbi materia iam cępit fluere. A thorace [p] ad brachia quidem partim auertitur, partim deriuatur materia: ad crura vero tãtũ auertitur, à uentre ad crura magis deriuatur, sed ad brachia magis auertitur. Auertitur uomitus ad deiectionem, ad urinam, ad menstrua. Auertit Hippocr. [q] ab utero ad mãmas. Auertimus à partibus genitalibus, ab intestinis, ab illis quæ urinæ inseruiunt, cum mouemus uomitum. Auertimus à mẽbris, uel à dextro ad sinistrũ, uel à sinistro ad dextrũ, uel à brachijs ad crura, uel à cruribus ad brachia: hos igitur locos in auertendo eligimus. Sed animaduertere oportet an cõtrarius qui requiritur semper toleretur. Scire licet cauendũ esse ne quod ad unam partem fluit trahatur ad alteram quæ ægrotet, nam plurimũ læderetur si ad ipsam humor concitaretur. Cauẽ-

a Hip. li. de humorib.
b Hippo. 2. 6. epid. 8.
c Galen. 9. meth. c. 13.
d Aui. li. 1. f. 4. c. 1.
e Ari. 2. cęli tex. 9.
f Ga. de arte med. 89.
g Gal. li. 5. aph. cõ 68.
h Gal ibid. & 13. met. 11.
i Galen 3. crif. c. 3.
k Gal de arte med 89.
l Hippo 5. aph 68.
m Ga. 2. ad Glauc. c. 2. & 13. met. c. 11.
n Ga de cura. per venę sect. c. 19.
o Galen. 13 meth 22. 2. ad Glau. 2.
p Hippo. 5. aph. 50.
q Hippo. 6. aph. 25

dum est etiam ne trahatur ad partem nobiliorem vbi maius malum afferret. Auertimus à iecinore ad lienem qui ignobilior est, non tamen contra. Ad internas partes cum nobiliores sint, non licet trahere quod confluit ad externas. Erysipelam scribit Hippocrates a periculose ab externis partibus ad internas conuerti. Falsum tamen est quod nonnulli existimant, non licere ab inferioribus partibus auertere materiam ad superiores quæ sunt nobiliores, cum liceat quę in imo ventre sunt sursum retrahere ad brachia, quæ sunt minus præstantia. Ad partes autem quæ vere præstâtiores sunt, cauere debemus ne id attrahamus quod fluit ad ignobiliores. Quid quod vbi periculû est ne impetus materiæ feratur ad partem aliquã nobilem, vt ad oculos, non licet ignobiliores veluti articulos confirmare, & prohibere ne accipiant id quod alioquin ad ipsas influeret. Quod spectat ad modum auersionis, cum id à quo requiritur diuisum sit, & non totum simul, ipsa quoque diuidi debet atque iterari, siquidem natura non transmittit assidue humorem, sed vbi tanta eius copia contracta est vt ipsam moueat. Ferunt autem vires magis auersionem diuisam, quam totam simul. Ordo cum plura opera requiruntur vt refectio virium, leuatio doloris, auersio fluxionis, talis esse debet vt antecellat quod magis vrget, veluti virium refectio, & quod est causa futurorum, vel sine qua non possunt effici, vt doloris leuatio: postrema sit auersio. E

a Galen. 9. meth. 13.

Instumenta ad auertẽdum idonea, varia sunt: siquidem auersio fiat cum effusione materiæ, mittaturque sanguis, aut purgetur corpus, aut euocetur vrina vel sudor. Eadem accommodantur instrumenta quæ in superioribus posuimus ad eiusmodi detractionem valere si aperiendi sint canales clausi: quibus instrumentis hoc fieri possit, exposuimus cum de curatione morborum in causis ageremus. At si fiat auersio citra effusionem, vt calorem, uel dolorem excitando, ad calefaciendum quidem vtemur vehementi exercitatione, ac frictione illius partis ad quam humor attrahitur. Vtemur & balneo ac perfusione calida, quæ sub victu continetur. Huc spectant etiam medicamenta, quorum admotionem consequitur partium rubor, vt sinapi, thapsia stercus columbinum: tum illa quæ quod calida sint & tenuium partium, attrahendi vim habent, vt propolis, sagapenum, galbanum. Eodem accommodatur etiam chirurgia, cum admouentur cucurbitulæ, quæ b vim habent attrahendi maxime efficacem. Dolorem faciunt quæcunque obijciuntur molesta cuiuis sensui, præsertim tactui, quo referuntur vincula arcte membris adhibita. Plurima igitur sunt huiusmodi instrumenta quibus auertitur humor: semper autem illa eligenda sunt quæ qualitati vel speciei auersionis aptentur, siue effundendus humor sit, siue retinendus; tum siue calorem siue dolorem excitare oporteat in parte ad quam humor retrahitur. Quantitas instrumentorum accommodetur quantitati auersionis requisitæ, sicut numerus numero: tempestiue autem tunc admouebuntur c cum requiretur & tolerabitur auersio, atque ad illum locum admouenda erunt ad quem auertere oportebit. Sicut autem iterandam esse auersionem diximus, ita etiam oportet iterare instrumenta, in quibus vbi plura requirantur ad diuersa opera efficienda, idem tenendus est ordo qui in operibus à quibus postulantur, F G

b Galen. de cucurbit. c. 2.

c Supr. in c. antecedẽte.

De repellendo. Cap. XI.



Qua ratione prohibeatur, ne humor ad partem aliquam confluat; satis iam dictum est: nunc tempus est ad illum pergere qui iam confluxit, & illam obsidet. Hunc (vt supra diximus adimere d oportet: quod dupliciter fieri potest, vel quod retro commeet ad partes vnde venit, vel quod extrahatur ex eodem loco in quo est. retro commeabit, si vel repellatur, vel attrahatur: neque enim alia ratio excogitari potest qua retrorsum ferri cogatur, præter repulsum (Græci ἄπωσιν e dicunt,) & tractũ, quem nominant ἕλξιν: agemus ante de repulsu, postea de tractu. Animaduertemus primo an repellendum sit, deinde vbi repellere expediat, quid obseruandum in repellendo, & quibus instrumentis vtendum. Expedit repellere, vbi eiusmodi opus requiratur ac toleretur. Requiritur repulsus (vt ante f ostensum est) vbi humoris impetus ad aliquam partem cohibendus est, neque permittendum vt in ea recipiatur, quo nomine inter auertentia præsidia recte repellentia adhibentur. Sed requiritur etiam cum iam influxit, & receptus est, quem nunc agimus. Cogere igitur oportet hunc remeare ad partes à quibus venit, quod primum fit repellendo: id ergo quod repulsum postulat, humor est qui vel influit, vel nuper influxit. Vbi requiratur, videndum est an toleretur & à rebus secundum naturam, & ab his quæ præter naturam sint; ex rebus secundum naturam, attendemus primo vires, deinde locum ipsum cui repellentia ob iam dictas causas conuenire viderentur: ex rebus præter naturam, humorem ipsum qui vel fluit, vel fluxit ad affectum locum: præterea si quod symptoma sit quod hoc auxilium adhibere non sinat, quemadmodum dolor. Sustinent vires repellentia etiam vbi non fuerint validæ, neque enim exhauriuntur sicuti cum effluit humor ex corpore, sed potius confirmantur, cum per repellentia calor contractus validior fiat. Verum si essent valde imbecillæ, deficerent, quoniam extingueretur calor innatus sub repellentibus præsidijs, quæ H

d Gal. de arte med. 59.

e Arist. 7. phys. c. 10.

f In cap. antecedente.

tere

fere [a] frigida sunt,& quamuis reniterentur,neque deficerent,nihil tamen illa proficerent. Ne a Ga.5.simpli.c.17.
A que enim quæ dantur à medico, possunt per se repellere, nisi natura ipsa concurrat expellen-
do,quod præstare non potest,vbi valde imbecilla sit. Locus non quilibet admittit repellentia,
cum alicubi [b] periculose dentur, alicubi inutiliter:dantur periculose, cum pars ignobilis est, b Gal. 10.
timeturq; ne quod ad ipsam vel fluit,vel iam fluxit, ad præcipuas impellatur,& graue aliquod catatop. c.
malum afferat.Euenit hoc cum natura per subitam illam mutationem, [c] quam Græci κρίσιν di- 2.& 5. me-
cunt,superantem humorē transfert à nobilissimis partibus ad vilissimas, siue in his retineatur, th.c.6 & 11
quemadmodum cum fiunt tumores præter naturam,siue ex ijsdem effluat, ita vt effundatur ex meth.c.17.
corpore.Idem accidit cum aliquæ partes præstantiores ob imbecillitatem frequenter ęgrota- c Gal.1.ad
re solent.Verendum.n.estne ad has conuertatur quod ab ignobilioribus repellitur, vt ab articu- Glauc.c.15
lis ad oculos.Præterea cum vicinæ partes,ad quas proxime transmittitur humor,qui ab ignobi
lioribus repellitur,præcipuæ sunt.Quare non adhibentur tuto repellentia ad caput cū sanguis
fluit ex naribus,ne transferatur ad cerebrum. Periculum est etiam in sputo sanguinis, cum ea
dantur [d] ad thoracē,ne transferatur ad cor,& pulmonem.Quare aut omnino omittenda sunt, d Galen. 5.
aut admodum leuia admouenda,'& postquam multum sanguinis fluxit. Maxime autem suspe- meth.6.
cta sunt repellentia,cum humor vel fluit,vel fluxit, ad glandulas, quæ tanquam vilissimæ exci-
pere humorem solent,quem noxium transferunt præstantissimæ partes,veluti [e] cerebrum ad e Gal.3.catatop.c.2.
B eas quæ iuxta aures & in ceruice sitæ sunt: cor & pulmo ad eas quæ in alis: viscera ventris, ad
eas quæ in inguinibus. Verendum igitur est si ad propositas glandulas repellentia admo-
ueantur, ne humor reuertatur ad partes illas præstantissimas vnde venit, & hominem interi-
mat.Satius ergo [f] est ad has euocare quod influit,aut redundat in partibus internis,quam re-
pellentia adhibere.Tuto itaque dantur semper repellentia ad locum pręstantiorem,ad ignobi f Gal. ibid.
liorem vero non semper,sed quoties periculum non sit ne quod repellitur transferatur ad par & 13.meth.
tes nobiliores,sicut transferri solet cum fit crisis, ac partes nobiles ob imbecillitatem ægrota- c.5.
re consueuerint.Cum autem illæ ad quas proxime impellitur materia,nobiles sunt,cum partes
vnde repellitur naturaliter excipiant quod in præstantioribus redundat, quemadmodum glan
dulæ,tunc semper ab eiusmodi medicamentorum vsu abstinendum est.

Locus ad quem inutiliter repellentia admouentur, vel intimus est, vel laxior: si intimus sit,
quemadmodum articulus [g] coxæ, non potest humor qui tam alte insedit vi repellentium ex- g Gal.10 ca
primi,quin potius ille qui cōtinetur in partibus externis intro compellitur: si locus laxior est, tatop.c.2.
quemadmodum receptacula sunt,nihil proficiunt repellentia, neque enim exprimere possunt
materiam ita libere vagantem per spacia laxiora, neque potest hæc reuerti ad partes vnde ve
nit,nisi attrahatur.Ex rebus contra naturam,humor multus inhærens,crassus,glutinosus,[h] aut h Gal. 13.
C nimis tenuis,aut prauus,non sinit adhiberi repellentia; multus autem, aut est in parte affecta, met.c.6.
aut in toto corpore; si in parte,eatenus prohibet repellētia,quatenus distendēdo,dolorē facit.
Hic autem eget relaxantibus, vt paulo post ostendemus de dolore agentes: Offenditur à re-
pellentibus quæ cogunt & adstringunt,sed multitudo siue sanguinis,siue aliorum succorum in
vniuerso corpore,non sinit ab affecto loco reprimi quod influit, vel quod influxit, & quia non
facile reciperetur ab alijs partibus, & quia periculum esset ne impelleretur ad locū nobilem,
& grauissimum aliquod malū afferret.Euitari hæc poterunt,si ante exinaniatur totū [i] corpus, i Gal. 14.
quo fiet etiam vt partes exhaustæ non solum recipiant, sed ēt attrahant quicquid repellitur; met.3.
licet & interim dum purgatur corpus,aut mittitur sanguis, admouere repellentia,sed plus pro
ficiunt,& magis tuta sunt,cum dantur postquam vniuersum corpus exinanitum fuerit: in quo
siquid parum supererit adhuc humorum,nullam propterea noxam afferent repellentia. Cæte-
rum humor qui iam fluxit,& continetur in loco,si valde inhæreat & adstrictus sit, renititur,mi
nimeq; cedit repellentibus præsidijs, quorum vsu tunc reddi affecta pars solet dura & liuida.
Sed hęrere humorē constat,cum iam diu retentus est,atq; idcirco tantum repelli debet qui nu-
per fluxit.At neque cedit etiam qui valde crassus [k] & glutinosus est,neq; redire potest ad par k Gal.13.
tes vnde venit,ita vt nihil conferant repellentia, sed inde educi debet vbi continetur: ille ta- meth c.6.
D men qui non admodum crassus & glutinosus est,repelli pōt,pituitosus & melancholicus,non ta
men ita facile vt qui mediocris est vel tenuis:verū & ille quoque qui valde tenuis est,exprimen
tem facultatem effugit,elabiturq; ita vt repelli nequeat,quemadmodum cum ex thorace edu-
cendus est:vt enim valde crassus resistit & nō educitur impetu tussis,ita & qui valde tenuis est
elabitur,neque sursum impelli ab aere potest.At humor qui valde prauus est, etiam si cederet
repellentibus, non tñ repellendus esset, sicuti neq; venenum quod morsu ferę alicuius inseri-
tur reprimi debet:nam quod sic perniciosum est,cum impellitur ad partes internas ac pręstan
tes hominem interimit.Vnde in morbo quem gallicum dicunt cum humoribus prauitas quędā
insit,vbi ad externas partes ferantur,non debent repelli.Præter humorem, dolor etiam ex re-
bus contra naturam prohibet adhiberi repellentia,postulat enim relaxantia: illa vero quæ re-
pellunt,cogunt,& adstringunt,& vbi valida sunt,excitant contundentium sensum,sicuti valde
digerentia,sensum erodentium.Quamobrem vbi dolor [l] sit,aut omnino supersedendum est re l Gal. 2. ad
pellentibus,aut leuiora danda,vitanda quæ valida sunt,vt vinum valde acerbū,plus.n. afferūt Glauc. c.2.
detrimenti ob dolorem materiam euocando, quam vtilitatis ob repulsum reprimendo. Vidi-

 mus.

mus iam à quib. repudiantur repellentia. Sed fac requiri simul & tolerari posse, inspicete oportet qualitatem, quantitatem, numerum, tempus, locum, modum, ordinem, quæ vt in alijs operibus, ira in repulsu debent animaduerti. Qualitas intelligitur species & affectio humoris repulsi, ille enim qui vel fluit, vel nuper fluxit, repellendus est, quicunque ille sit, modo non adsit aliquid ex prohibentibus iam dictis. Quantitas humuris repellendi, respondeat quantitari humoris requirentis repulsum: vt autem multitudo multitudini, ita numerus numero aptari debet. Tempus repellendi est cum humor vel fluit, vel nuper fluxit, neq; valde adhuc [a] inhærescit, aut adstringitur à parte in qua consistit. Ergo dum humor vel fluit, vel non adstringitur à parte affecta, tempus est repellere, quod maxime accidit in principio, [b] tunc enim sola repellentia danda sunt, nam in incremento, repellentibus additur aliquid ex digerentibus: in vigore, [c] hæc æqualiter inter se miscentur, nisi repudientur à dolore: in remissione, finis omnino faciendus est repellendi, & solis vtendum digerentibus. Maxime igitur conuenit repellere principio cum & materia fluat, & quæ fluxit facile reprimatur, tũ quia tenuis est, & nondum reddita crassior, tum quia vires adhuc valent, quæ multum conferunt ad repulsum. Locus ad quem dantur repellentia si materia fluxit, est ille ipse in quo consistit, sed cum adhuc fluit, ille etiam qui superior est, & per quem transit. Modus, non idem aptatur ad repellendum humorem qui fluxit, & qui fluit, nam hic cum totus simul sit, postulat vt simul dentur repellentia, ille cum non totus simul fluat, vt iterentur: quanquam si perseueremus in reprimentibus, tunc quoque nullum sequitur incommodum. Ordo cum necessaria sunt plura opera, vt detractio multitudinis, leuatio doloris, & simul repulsus, dirigi debet ad id quod magis vrget, vel quod est causa futurorum, aut sine quo non possunt cætera fieri: primum enim opportebit multitudinem detrahere, tum lenire dolorem, & demum repellere quod fluit, vel nuper influxit.

a Galen. 13 meth. c. 6.
b Gal. ibid.
c Gale. 14. meth. ca. 9. & 6. catatop. c. 1.

Instrumenta quibus ad repellendum vtimur, partim subijciuntur medicamentis, partim chirurgiæ. Vocantur medicamenta repellentia [d] Græce ἀποκρουστικὰ, & ἀνασταλτικά: sunt autem frigida, nam frigus cogit, & cogendo exprimit: sed iũgitur interdum cum humore, interdum cum siccitate: quod frigidum & siccum est, adstringit & maiorem vim habet repellendi, quam quod frigidum & humidum est. Quæcunque autem frigida sunt, quanto [e] crassiorum sunt partium, tanto efficacius repellunt, sicuti ex contrario, quæ calida, quo tenuiorũ, eo efficaciorẽ habent vim attrahendi: at non omnia quæ adstringunt frigida sunt, cum quædã validam habeant adstringendi vim cũ immoderato calore iunctã, quemadmodum alumen, atramentũ sutoriũ, mentha, sisymbrium: sed & mastiche ex his est quæ calefaciunt simul & adstringunt, & idcirco repellendi vim habent. At frigida quæ cum adstrictione repellũt, sunt [f] galla, malicorium, hypocisthis, acacia, polygonium, tribulus, plantago, solanum, mali punicæ flos, myrthus, lentiscus, mala cotonea, terra armena, vel lemnia, hæmatites, vinum nigrum austerum [g] crassum, non tamen vehementer acerbũ, nam hoc vltra modũ cogit, & dolorẽ facit: quod tenuium partiũ est, mordet, vt flauum, ruffum, cum ad carnem altius descendat, quod nõ facit crassum nigrum, hoc enim refrigerando, & contrahendo qualitatẽ duntaxat impertit: assidue autem perfundendũ, quoniam exsiccatur celeriter: cum frigore autem & humore, repellit psyllium, auricula muris, viola, lactuca, tum aqua frigida. Sed quæ valde frigida & humida sunt, vltra debitũ refrigerãt, torporemq; afferunt penetrando ad altiores partes, vt papaueris lachryma, mandragoræ succus, cicuta: idcirco magis aptantur austera omnia quæ terrenam naturam habent. Huiusmodi ergo sunt simplicia medicamenta repellentia, sed vtimur etiã compositis, vt oleo rosa cõdito, vel cerato quod ex ea fit: tum posca; prætcrea cataplasmate ex [h] semperuiuo ac malicorio in vino decoctis cũ rhù & farina hordei. Huc spectant ẽt emplastra, veluti [i] albũ quod ad Heram refertur; tum illud quod Macherionẽ auctorem habet, & quod enemum barbarũ dicitur, & diachalciteos. Rectus autem vsus medicamentorũ repellentiũ, postulat ut sicut per facultatẽ operi efficiendo, ita per differentias satisfaciant & eiusdem operis differentijs. Facultas repellentium medicamentorum in quo consistat abunde explicauimus. Differentiæ eædem attendendæ sunt in medicamentis, quæ in opere, videlicet qualitas, quantiras, numerus, tempus, locus, modus, ordo. Refertur qualitas medicamentorũ ad species & affectiones quasdã ipsorum, quę aptari debent humori, & loco. Humor calidus [k] frigidiora postulat præsidia à quibus corrigatur: frigidus calidiora: tenuis cedit etiam leuiter repellentibus, neq; facile crassus redditur ubi dentur ualida. Contra qui crassus est, non cedit leuibus, à ualidis nimium cogitur, ita ut solum gaudeat mediocribus. Quod spectat ad locũ, attendimus præstantiam, sensum, laxitatem, uiciniã. Pars pstãs desiderat repellentia cũ adstrictione, [l] ut suum robur retineat, reijcit frigida & humida, tũ quæ tanguntur frigida, siue refrigerata dantur, quæ sustinetur à parte ignobiliori sine noxa, quibus utiliter ẽt adhibetur uel posca, uel aqua tactu frigida. Vbi sẽsus exquisitus sit, ueluti in oculo, fugere [m] oportet quæ ita frigida sunt & humida ut stupefaciãt. Partes laxiores, ut glandulæ, mãmæ, testiculi, repudiant ualde adstringẽtia, gaudent lenibus, ut uel oleo duntaxat calido, uel cataplasmate ex faba, uel emplastro diachalciteos diluto cũ oleo rosa condito, aut samia terra eodẽ oleo subacta. Si locus intimus sit, necessaria sunt ualidiora repellẽtia, quod eorũ uis in itinere frangatur, quib. additur aliquod diducens, ueluti acetũ cerato liquido. Quãtitas aũt quæ ad molem refertur medicamentorũ, respondeat quantitati operis efficiendi, quæ

magna

d Gal. 3 catatop. ca. 2.
e Galen. 5. simpl. 17.
f Galen. 14 meth. 17. & 2. ad Glau. 15.
g Galen. 4. meth. ca. 7.
h Gal. 2. ad Glaur. 2.
i Gal. 1. catageni cap. 16.
k Gal. 1. ad Glauc. 15.
l Galen. 11. meth. c. 16.
m Gale. 13 meth. c. 22.

A magna esse debet vbi grandiores partes tractantur. Numerus repellentium is esse debet qui perficere possit repulsum. Interdum etiam præter medicamenta vtimur [a] chirurgia, & fascijs, quemadmodum ad crura inflata. Tempestiue autem tunc adhibentur repellentia, cum requiritur & toleratur repulsus. Locus ad quem adhibenda sunt, ille ipse est à quo repellere oportet: quamobrem non solum extrinsecus imponuntur, sed etiam intus dantur, vel epota, vel per clysterem indita. Adhibenda vero sunt vel partita, vel tota simul, prout & repulsus, vel totus simul requiritur, vel iterandus est. Ordo cum plura instrumenta requiruntur, idem tenendus est qui in operibus. Primo exempli gratia vtemur his quæ multitudinem exhauriunt, tum his quę dolorem leniunt, denuum veniemus ad repellentia. Chirurgia [b] quoque ad repellendum idonea est, & proprie cum datur fasciæ arcte adstrictæ super locum à quo repellere oportet, quemadmodum facit Hippocrates [c] cum quod influit, vel nuper influxit ad membra fracta duplici fascia repellit, qua arcte in orbem circundata, repellitur & ad superiores, & ad inferiores partes id quod influxit, & non permittitur aliud recipi. Verum à membris duntaxat quæ circundari in orbem possunt, repellere per fascias licet, nou sic a cæteris partibus, neque enim aptantur capiti, in quo, vbi os fissum aut collisum est, exciditur vt detrahi possit sanguis qui fusus est super membranam, neque enim potest fascia exprimi, sicut exprimitur à fractura membrorum.

a Hip 2. de off in fin.
b Hip 2. de off in fin.
c Hipp. li. 1. de fract.

B

De deriuatione. Cap. XII.

Altero modo cogitur reuerti humor qui in affecta parte consistit ad eas vnde venit, cum attrahitur, hoc est cum deriuatur, quod Græci παροχετεύειν [d] dicunt, vt & deriuationē de qua nūc nobis agendum est παροχέτευσιν. Definitur autem deriuatio tractus ad vicina, sicut auersio ad contraria: vtramq; inuenit [e] Hippocrates, scribit enim in libro de humoribus, auerti quod fluit ad cōtraria, deriuari quod iam fluxit ad latus. Intueamur primum à quibus requiratur ac toleretur deriuatio, vt intelligamus an deriuandum sit, deinde vbi statutum sit præsidium hoc necessarium esse, quæ obseruanda sint in deriuando, & quibus instrumentis vtendum. Illud à quo requiritur deriuatio, est humor qui iā fluxit, & in affecta parte consistit, si Hippocrati [f] credendum est. Verum ille etiam qui fluit, videtur deriuationem postulare, vel vt supprimatur cum nimis effunditur, quemadmodū in profusione sanguinis, quod coercemus non solum auertendo, sed etiam deriuādo, cessat enim fluere qua volumus si alia parte, siue remota, siue vicina mittatur, vel vt possit auerti vbi est dolor;
C siquidem tunc (vt in superioribus [g] ostensum est) prius deriuatione vtimur vt leniamus dolorem, deinde auertimus. Sed si rem exquisite perpendas, intelliges ad dolorem leniendum deriuari eum qui in affecta parte consistit, & iam fluxit, vt possit ille auerti qui fluit, ita vt proxime deriuationem postulet qui fluxit, non qui fluit, nisi vbi emittitur, & exit ex corpore. Hic siquidem non solum attrahi potest ad locum distantem, & ita auerti, sed tuto etiam deriuari ad vicinum: neque enim periculum subest ne cum eiusmodi effusione impleatur locus affectus. Sed reuertamur ad eum humorem qui iam fluxit, & in loco affecto consistit, danda opera est vt hic retro commeet, [h] non solum repulsus, sed etiam attractus, ac deriuatus. Qui crassus & glutinosus est, reuerti non potest ad partes vnde venit, siue repellatur, siue attrahatur. Similiter [i] ille qui iam diu fluxit, atque admodum inhærescit, & astringitur à loco in quo versatur. Ille item qui admodum prauus & perniciosus est, etiam si idoneus esset qui remearet, neque repellendus, neque deriuandus est, ne (vt ante [k] dictum est) perniciose feratur ad partem aliquam nobilem: qui tenuior est, non cedit repellentibus, facile tamen attrahitur. Requirit igitur deriuationem humor qui nuper ad affectam partem confluxit, & neq; nimis crassus est & glutinosus,
D neque valde prauus. Sed an sustineri ea possit, conijcies si vires, humoris multitudinem, & cætera à quibus admitti, vel reijci repulsum diximus, accurate, obserues. Vires cum valde imbecillæ sunt, nullam admittunt detractionis speciem, & idcirco neque deriuationem, nisi prius reficiātur, quam tamen ferre possunt vbi non ita firmæ sint. Sed cum deriuatio, non secus atque auersio alia humorem quem attrahit effundat, alia retineat, hæc minus vires debilitat, illa magis, & idcirco non ita facile sustineri potest à viribus imbecillioribus. Multitudo humorum occupans vniuersum corpus prohibet quo minus possit quod fluxit remeare ad partes vicinas, cum vel non admittatur ab [l] ipsis multitudine distentis, vel periculum sit ne dum cogitur repulsus atque atractus, cum summo periculo [m] feratur ad partem aliquam præstantiorem. Adde quod proprie præsidia deriuantia, cum attrahunt humorem ad locum vicinum, vbi sit in toto corpore multitudo, ipsam simul quoque concitare possunt ad affectum, & morbum augere. Quamobrem non prius tētanda sunt, quam totum corpus exinanitum sit. Præter vires & multitudinē, in repellendo diximus obseruari locum, dolorem, & expulsionem naturæ, quæ non sinunt interdum repelli quod nuper influxit. Ex loco laxo vel intimo, nihil repellitur ob causam superius [n] assignatam, potest tamen aliquid deriuari, cum quæ ad locum, vel intimum, vel laxum pertinēt uasa, si in vicino exhauriantur, affectum exhauriant. Dolor affectæ partis exasperatur, & gra-

d Hip. li. de humoribus ab initio & Oribas. de cucurbit. c. 18.
e Hip. ibid.
f Hip. loco dicto & Gal. 2. ad Glauc. 2.
g Sup. c. 10.
h Ga. de arte med. 95.
i Galen. 13. meth. c 9.
k Capite antecedenti.
l Galen. 9. meth. c. 13.
m In superiori. c.
n In antecedenti cap.

E

uior fit cum admouentur repellentia, [a] sed minuitur ac lenitur, cum humor ad vicinum locum deriuatur, & idcirco finit deriuari, non tamen repelli quod influit. Expulsio naturæ, vt non permittit adhiberi [b] repellentia, ita neque deriuantia, nisi siquando materia ad nobiliorem partem transmittitur: recte enim tunc ad vicinam ignobiliorem deriuatur, alioquin neque repellenda, neque deriuanda est, sed magis ad eundem locum euocanda, atque inde extrahẽda est: reijcit igitur deriuationẽ summa virium imbecillitas, copia humorũ redundans in toto corpore, expulsio quam natura tentauit; vbi nihil horum fit, audacter deriuandus est humor qui nuper ad affectam partem confluxit, neque admodum crassus, glutinosus, aut paruus est. In deriuando autem qualitas, quantitas, numerus, tempus, locus, modus, ordo aptari debent similibus differentijs humoris requirentis, modo tolerentur. Qualitas, hoc est species deriuationis, perinde atque auersionis (vt iam [c] diximus) vna mittit, altera retinet id quod attrahitur: illa citius, hæc tardius succurrit. Sed vtraque multiplex est; illi quæ effundit: subijcitur, sanguinis missio, purgatio, sudoris & vrinæ euocatio: ad illam quæ relinquit quod attrahitur, referuntur quæ calefaciunt, & quæ dolorem excitant, quemadmodum supra in auersione ostensum fuit. Illa autẽ species seligenda est quę maxime requirenti aptetur, si vrget humor qui partem occupat, ita vt statim succurrere oporteat, confugiẽdum est ad illam quæ cum effusione est: si liceat diutius expectare, sufficit altera. Quod si cum emissione deriuare oporteat, mittetur [d] sanguis, adhibebitur purgatio, aut alia species detractionis, & proprie illa quæ humori deriuando magis accõmodabitur, modo vires patiantur, quæ minus debilitantur cum deriuamus sine emissione: sed quando etiam effundendum est quod deriuatur, magis infirmantur ab effusione sanguinis, quã alterius humoris. Quantitas deriuationis tanta conuenit, quantus est humor requirens. Numerus similiter eorum quæ deriuantur, idem esse debet atque illorum quę deriuationem postulãt.

F

Oportune vero admouentur deriuantia, cum requiruntur & tolerantur ab illis quæ supra perpendimus. Initio morbi, vt repulsus, ita etiam deriuatio [e] maxime conuenit, cum vires tunc validiores sint, & humor nondum inhærescat, vnde hic promptius attrahitur, illæ facilius detractionem sustinent. Locus ad quem humor deriuatur, vicinus [f] esse debet, seu ad latus partis patientis, vt docuit Hippocrates [g] nam qui longissime distat, idoneus auersioni est. Ad eum qui proximus est cum ducitur materia atque effunditur, extrahi dicitur, & non deriuari. Locus igitur deriuationi idoneus, neque proximus est, neque longissime distans, sed vicinus, neque satis est hoc, sed necessaria est quædam conuenientia partis, ad quam, cum ea à qua deriuamus: hęc adest [h] cum ad eam deriuamus quæ è regione ægrotantis sit, & cuius [i] vasa societatem & coniunctionẽ habeant cum illis quæ ad eundem pertinent, vt supra [k] etiam in auersione ostensum fuit, eiusmodi locus qui requiritur, tolerabitur, modo nõ sit nobilior quam ille vnde humor attrahitur, modo non sit præter naturam affectus, nam sic posset morbus vnus

G

leuis conuerti in alterum grauiorem. Vbi non adsit præstantia partis, aut affectus aliquis præter naturam, eligendus ad deriuandum omnino talis locus est qualem exposui: hoc percipit Hippocrates, [l] cum iussit dolorum causa proximum ventrem purgari, & sanguinem mitti, eligit enim proximum ventrem tanquam locum vicinum parti dolenti, vnde materia deriuanda est: non tamen intelligit maxime vicinum. Ille autem locus qui medius est, hoc est qui neque vicinus est, neque longissime distat, non simpliciter idoneus est ad quem tantum auertamus, aut tantum deriuemus, cum simul ad ipsum commode auertatur quod fluit, & deriuetur quod fluxit. Terminus viciniæ præscribi exquisite non potest, proferemus tamen quædam exempla ex veteribus medicis, ex quibus colligi poterit qui locus proprie aptus sit ad deriuandum, qui simul etiam ad auertendum, & magis vel ad hoc, vel ad illud: quod in occipitio est, deriuatur ad frontem: quod in fronte, in oculis, & naribus, [m] ad occipitium. Deriuatur etiam materia [n] ab oculis, ab auribus, ad os, & ad nares: tum à naribus ad os, ab ore ad nares, ab aspera arteria ad gulam, à vesica ad vterum & intestina, & rursus ab his ad illam: præterea ab vtero ad intestina, ab intestinis ad vterum. Sed cum in angina secatur vena externa cubiti è regione, aut cum in morbis thoracis & ventris secatur interna similiter è regione, simul auertitur

H

quod influit, & deriuatur quod influxit. Id quod euenit etiam à dorso [p] ad cubitum. A renibus vero & partibus [q] obscœnis tam maris quam feminæ ad poplites & talos, non auertitur, sed deriuatur duntaxat quod influxit: à brachijs ad crura, à cruribus ad brachia, est auersio: sed à brachio ad brachium, à crure ad crus, auersio simul & deriuatio. De modo deriuandi, scire licet vbi materia sit tota simul, totam simul deriuandã esse, neque diuidendam, nisi vbi vires imbecillæ totam simul recusent. Sed si materia paulatim assidue fluat, deriuatio aut iterãda est aut continuanda, quemadmodum in suffusione, & fluxione ad oculos: in occipitio .n. exulceratur cutis medicamento adurente, aut candenti ferramento: vel traijcitur stilo ferreo filum ducente, seruaturque plaga aperta vel per filũ illud quod relinquitur in ea quæ traijcitur, vel per cicer, quod demittitur in eã quæ vsta est, vbi iam abscessit crusta: ex eiusmodi plaga assidue aliquid effluit, & ita cum quadam oppositione deriuatur ab oculis. Requirũtur sæpe plura opera in quibus ille ordo tenẽdus est, quẽ esse cognoscimus in requirẽtibus, si multitudo sit, si fluxio, si materia in affecto loco, primũ necesse est corpus exhaurire, dein auertere siquid adhuc fluit. Sed dum auertimus quod influit, interdum etiam deriuamus quod influxit, quemadmodum

a Gal. 2. ad Glauc. c. 2.
b Gal. 1. ad Glauc. 15.
c Paulo ante.
d Gal. 2. ad Glauc. c. 2.
e Galen. 4. meth. c. 6. & Hipp. li. de humor.
f Gal. li. art. med. c. 99. et l. 5. meth. c. 3. & 2. 6. epid. com 7
g Hip ibid.
h Supra in c. 10.
i Hippo. 6. 6. epid 5.
k Hippo. 6. 6. epid. 8.
l Galen 13. meth. 19.
m Galen 5. meth 3.
n Gal. ibid.
o Gal. 13. meth. 11.
p Galen. 2. aph. 22.
q Gal. 13. meth. c. 11.

A euenire diximus [a] vbi secatur interna vena cubiti è regione in morbis thoracis,aut ventris:po- a Supra ca. 10.
stremo veniendum est ad deriuationem illius quod influxit, quæ non solum conuenit postquã
remota sunt repellentia,sed magis proficiet dum imposita sunt: magis enim cedet attrahenti-
bus id quod simul etiam repelletur.

Instrumenta quæ ad deriuandum valeut,partim sub rationem victus cadunt,partim sub me-
dicamenta,partim sub chirurgiam:referuntur ad victum,& proprie ad motum,frictiones, quæ
sine effusione deriuant,id quod faciunt etiam medicamenta attrahentia,quæ calida sunt & te-
nuium partium,præsertim si adeo efficacia sint vt eorum admotionem robur consequatur, ve-
lut sinapi,stercus [b] columbinum,thapsia. Cum effusione auertunt medicamenta illa quæ aluũ b Paulus
ducunt, vrinam, vel sudorem euocant, eliciunt pituitam ex ore & naribus, aperiunt venas in Aegin.li.7.
ano. Cum effusione etiam deriuat chirurgia vbi secatur vena,vel inciditur cutis:tum vbi adhi- c. 17.
bentur sanguisugæ,aut exasperantur venæ sepia,vel pumice,vel alia eiusmodi re aspera:sed si-
ne effusione deriuat chirurgia cum defiguntur [c] cucurbitulæ. Varia igitur sunt instrumẽta vel
ad hauc vel ad illam deriuationem idonea: ea autem vbique eligemus quæ proprie aptentur c Galen. 2. ad Glauc. 2
speciei deriuationis,quam conuenire iudicauimus. Quantitas instrumentorum respondere de
bet quantitati auersionis;sicut numerus numero,tempus tempori, modus modo, ordo ordini:
B neque enim difficile est accommodare horum differentias differentijs operis requisiti.

De extrahendo humore ex loco ad quem fluxit. Cap. XIII.

SI humor qui ad affectam partem confluxit,totus siue repulsus,siue deriuatus, reuer-
ti ad eas posset,vnde venit,bene ageretur cum ægrotãte, expeditaq; curatio esset:
At nunquam totus remeat, nisi vbi admodum paucus sit ac tenuis, sed plerunque
ibi subsistit,vnde necessario extrahi debet, quod opus nunc perpendendum nobis
proponitur. Spectabimus autem primo à quibus requiratur & toleretur, deinde quas animad-
uersiones desideret,& quæ instrumenta. Id quidem à quo requiritur [d] est humor vel admodũ d Galen. 4. meth. 6.
prauus,vel adeo crassus,glutinosus,adeoque inhærescens atq; astrictus, vt neq; repelli potue-
rit,neq; deriuari:ille qui adhuc fluit, auerti debet,vt ante ostensum est, neque licet dum fluit,
extrahere quod fluxit,ne ab extrahentibus concitetur fluxio ad locum affectum. Quanquã re-
quiritur idem opus interdum à multitudine humoris affectum locum cum intolerabili dolore
distendentis,quem minuere oportet,atque idcirco [e] extrahere,vt relaxetur locus, & leniatur e Gal. 2. ad
C dolor,etiamsi fluxio nondum constiterit,& recens sit affectus: suscipitur enim minus periculũ, Glau. 7. ad
vt euitetur maius. Quo spectans Galenus curem valde [f] tensam, & in inflammatione inguinis, 13. metho.
& in magnis abscessibus scalpello pluribus locis incidit,ademptaque parte humoris, relaxat, c. 5.
& dolorem lenit. [g] Hippocrates etiam in fractura calcis,timens ne inflammetur,neue cutis ob f Galen 13 meth. c. 5.
duritiem ibi distendatur,& grauiter doleat,eam pluribus locis incidi iubet, vt similiter detra-
cta aliqua parte materiæ,efficiatur laxior. Multus etiam humor, quamuis nondum adeo partẽ g Hip. 2. de fract. text.
distendat vt dolorem afferat,non potest nisi diuturnitate temporis digeri, quamobrem debet 18. & Gal.
euidenter extrahi,ne interea corrumpatur,& partem corrumpat in qua astringitur. Præterea in com.
vbi nec multus sit,nec talis vt non possit repelli aut deriuari, sed transmissus fuerit à natura ad
aliquem locum,debet inde similiter extrahi,neq; enim cogendus est reuerti retrorsum, præser
tim vbi periculum sit ne à viliori parte ad præstantiorem feratur. Sed cum duplex sit ratio [h] ex- h Ga. de ar
trahẽdi,vt à toto corpore,ita etiam à parte,una qua humor manifeste emittitur,altera qua di- te med. 95.
geritur ac dissipatur in vapores,& ita sensum latet,prestat loqui de vtraq; seorsum,intuerique
proprie à quibus requiratur & toleretur,tum quas animaduersiones,& quæ instrumenta postu
let. Veniat primo in medium dissipatio in vapores, quæ vbi sufficere possit humori extrahẽdo,
non est tentanda effusio manifesta: sufficit autem cum illic non multus est, non valde crassus, &
D glutinosus, non omnino prauus, non sub cute densa aut in loco ad quem digerentia præsidia
nequeant pertinere: qui multus est,non potest totus digeri,qui crassus & glutinosus,non facile
dissipatur in vapores,qui omnino prauus,ne affectam partem corrumpat,celerrime extrahen-
dus est,& idcirco euidenter,& non obscure,qui sub cute densa concluditur, aut versatur in lo
eo quem non possunt attingere præsidia digerentia,manifeste emittendus est,neque tentanda
dissipatio in vapores,quæ nihil proficeret. Ille igitur humor qui paucus est,tenuis,non omnino
prauus, sub cute laxiore ac molliore, parumque distat à loco quo peruenire possunt præsi-
dia digerentia,cum digeri possit,vbi extrahendus sit,dissipari in vapores debet. Eadem au-
tem est ratio puris atque humoris qui nondum conuersus est in pus. Sed pone iam requiri,
hoc auxilium non sustinetur à viribus cum valde imbecillæ sunt, nam cum humore superante
exhauriuntur etiam spiritus, & euocatur calor innatus ad exteriora, quemadmodum supra [i] i Sup. c. 9.
ostendimus,cum tractauimus detractionem humoris ab vniuerso corpore per digerentia: quan
quam multo magis renituntur etiamsi infirmiores sint, cum digeritur humor ab una tantum
parte,quam cum à toto corpore. Sed reijcitur [k] etiam hoc opus, vbi sit multitudo humorum k Sup. ibid.
in uniuerso corpore, periculum enim est ne si tunc tentemus digerentia, plus attrahamus ad
locum

locum affectum, quam digeramus: habent enim auxilia digerentia vim quoque attrahendi, ita E
vt vbi vel humorum copia etiam mediocris sit, implere possint locum cui imponuntur, nisi an-
te exinanitum fuerit totum corpus, aut nisi superioribus partibus dētur repellentia, quæ astrin
gendo & densando, aditum intercludant humori qui attrahitur. Iam vero & dolor, vt non pa-
a Sup c.11. titur adhiberi [a] repellentia, quæ sensum afferunt contundentium, ita neque digerentia quę
morsum quendam repræsentāt, & dolorem augent. Quamobrem vbi pars doleat, præstat vel
omnino abstinere à repellentibus, atq; à digerentibus, vel cū ipsis admiscere quæ relaxādi ac
mitigandi vim habeant. Fac non solum requiri, sed etiam tolerari humoris dissipationem in va
pores. Qualitas, hoc est species eorum quæ dissipantur, eadem esse debet atque illorum à qui-
bus requiri hoc opus diximus. Copia autem tanta eorundem dissipanda est, quāta redundat:
tot item numero dissipandi sunt, quot superant, tuncque cum redundant, & nihil est quod pro
b Sup. ibid. hibeat digerentium vsum. Principio quidem conueniunt [b] repellentia, & deriuantia, cum re-
c Sup. c. antecedenti. uerti [c] retrorsum debeat humor qui nuper influxit. In incremento miscenda sunt repellentia
cum digerētibus, vt repellatur si quid restat quod repelli possit, & simul incipiat digeri quod
d Gale. 13. meth. ca. 5. & 6. digerēdū [d] est. In vigore, solis digerentibus vtendum, nisi dolor ac feruor prohibeat, nam sic
magis relaxare, ac mitigare oporteret. Cum iam deferbuit morbus, & remitti cœpit, digeren-
tia non solum requiruntur, sed etiam tolerantur. Debet autem superdari loco affecto, siue in- F
ternus, siue externus sit, tum simul tota, cum materia digerenda tota simul sit, in quibus diutius
perseuerandum est, quod non subito, sed paulatim digeratur. Sed si plura simul opera requi-
rantur, necesse est antecedant quæ magis vrgent, aut causa sunt futurorum, vel sine qua fieri
nequeunt quæ facienda sunt. Quamobrem detrahere multitudinem, auertere fluxionem re-
pellere ac deriuare quod nuper influxit, vbi hæc requirantur, prius oportet, deinde extrahe-
e Galen. 4. c. 6. re, [e] ac digerere id quod nec repelli, nec deriuari potuit.

f Sup. ca. 9. Instrumenta digerendi vim habentia, supra [f] exposita sunt, cum ageremus de humoribus à
toto corpore obscure detrahendis, diximus enim referri ad victum, ad medicamenta, ad chi-
rurgiam. Eadem nunc accommodantur partibus: spectant ad victū, motus atque exercitatio,
& frictio partis vnde humor extrahendus est, præterea perfusio aquæ calidæ. Medicaméta di
gerētia calida sunt & sicca cum tenuitate partiū, vt aromata, semina acriora, castorium, aqua
sulphuris, bituminis, aut salis particeps, oleum anethinum, irinum, laureum. Huc spectant etiā
relaxantia, sed imbecilliora sunt, sicut ex contrario extrahentia, nimis valida: ad chirurgiam
referuntur cucurbitulæ, quæ ad digerendum efficacissimę sunt, maximeque aptantur partibus
externis. Varia autem cum sint instrumenta digerentia, illa potissimum eligere oportet quæ
operi penitus satisfaciant: huiusmodi sunt quæ & loco, & humori aptantur. Locus internus nō
admittit frictionem, aut perfusionem non cucurbitulas, & ideo nec victu, nec chirurgia eget, G
sed solis medicamentis, quæ tamen non sint metallica, aut validiora quam vt sustineri possint
a teneris visceribus: maxime autem idonea sunt aromata, & antidoti quæ ex ipsis cōficiuntur.
Locus exterior admittit frictionem, exercitationem, perfusionem, cucurbitulas: admittit & me
dicamenta validiora, ac metallica etiam: humor, si in superficie sit, leuioribus præsidiis digeri
potest: si ab ea distet, non solum requirit, sed etiam tolerat validiora, cum non tangant ipsum
proxime. Idem euenit vlceri sordido, quod postulat, & tolerat valide detergentia, quæ non ip
sum, sed pus quo suffunditur proxime attingunt. Humor quamuis multus sit, nō propterea po
stulat validiora digerentia, sed diuturniorem vsum mediocrium. Id quod facit etiam crassus,
g Gal. 2. ad Glauc. c. 7. qui si dentur [g] valida, exhaustis partibus tenuioribus, multo crassior efficitur, ita vt digeri am-
plius non possit; si admoueantur leuiora, nihil exhauritur, adeo vt opus sit mediocriter digerē
tibus, vt paulatim digeratur: tenuiori sufficiunt leuiora, quibus eget calidus quoque, vt flaua
bilis, efferuescit enim si dentur acriora, quæ magis requiruntur ac tolerantur vbi frigidior fue
rit, quemadmodum pituita. Quæcunque autem instrumenta conuenire videātur, debent quā-
titate, seu mole, numero, tempore, loco, modo, & ordine quo dantur, aptari iisdem differētiis,
quas in opere, cui aptantur proxime explicauimus. Altera ratio extrahēdi materiam, est cum H
euidenter emittitur: requiritur autem ab eo humore qui cum in affecta parte contentus neq;
repelli, neque deriuari potuerit, extrahendus est, & nequit in vapores dissipari, vel quod mul-
tus est, vel quod crassus, & glutinosus, inhærens, atque astrictus, vel quod valde prauus sit. Qui
multus est, non solum quia distendit partem, & dolorem facit, sed etiam quia manens in cor-
pore, dum totus dissipetur, interea corrumperetur, & affectam partem corrumperet, euiden-
h Gale. 11. meth. c. 5. ter extrahendus est. Hoc pacto incisa cute, pluribus locis extrahi à Galeno & [h] Hippoc. [i] dixi
i Hipp. 2. de fract. qua de calce. mus illum qui cutem vehementer tendit. Qui autem crassus, glutinosus, atq; astrictus est, non
cedit digerentibus, adeo vt manifeste effundēdus sit, quemadmodum cum aperitur abscessus,
vt exeat pus, vel cum incisa cute pluribus locis adhibetur cucurbitula vt extrahantur inflam-
mationis reliquiæ. Qui uero admodum prauus & corruptus, vt in carbūculo & gangræna, ne
k Gal. 2. ad Glau. c. 9. diutius retineatur in loco affecto, emittitur secta cute satis [k] altis plagis. Recusant extractio-
nem manifestam interdum vires, quod imbecilliores sint, multo enim magis debilitantur ab
hac, quam à dissipatione in vapores. Prohibet etiam copia humorum in vniuerso corpore re-
dundans emissionem manifestam, quod periculum sit ne præsidia per quę ipsam molimur, ma-
gis

A gis nocеant concitando humorem ab alijs partibus ad affectam, quam prosint effundendo
quod in ea consistit. Sed cum hoc præsidium requiritur simul & toleratur, qualitas, hoc est spe
cies eorum quæ emittuntur, eadem esse debet quæ humorum requirẽtium. Qui eatenus & tot
emittendi sunt, quatenus, & quot redundant, & tunc cum effusionem postulant. Si humor aut
valde prauus est, aut valde multus, principio emittendus est antequam partem affectam cor- a Paulo ante.
rumpat, alioqnin expectandum [a] est dum remittatur morbus, & materia concoquatur. In fer-
uore aliena sunt vt digerentia, ita & euidenter extrahentia: locus vnde effundendus est hu-
mor, cum ægrotat pars sensui subiecta, est vel ipsamet, vel maxime vicina, vbi illa quæ labo- b Galen. de
rat periculose incidatur, quemadmodum oculus, qui incisus excæcaretur, & propterea exina- cura. per sã
nitur aperta vena [b] in angulo, quemadmodum item guttur, quod exinanitur, aperta vena [c] sub guinis missionem ca. 16.
lingua, ne si ipsum incidatur, homo stranguletur. Vbi morbus sit in partibus internis, finxit na
tura canales & foramina vnde vnaquæ exhauriatur, ex quibus extrahendum est quod in vna- c Gal. 13.
quaque redundat, veluti quod in cerebro, ex ore, naribus, oculis, auribus, quod in thorace & meth. c. 11.
pulmone, ex ore per tussim, quod in ventriculo, vel per vomitum ex gula & ore, vel per deie-
ctionẽ, ex intestinis & ano: quod in liene, in intestinis, & in caua parte iecinoris, similiter per
deiectionem: quod in gibba iecinoris parte, in renibus, & in vesica, per vrinam: quod in vtero,
per menstrua. Fabricata enim natura est idoneum exitum his quæ superãt in singulis partibus
B internis, ita vt inde exhauriendæ sint. Iam vero quod emittitur, totum simul emittendum vi-
detur, cum totum simul redundet: sed vbi vires imbecillæ sint, non ferunt emissionem multæ
materiæ (quamuis prauę) totam simul, quoniam effundũtur spiritus simul. Quamobrem Hip-
pocrates præcepit [d] ne totum simul pus cum aperitur thorax, aut tota simul aqua cum perfo- d Hippo. 6. aph. 27.
ratur venter, hydropicis emittatur: debet ergo emissio iterari, vbi vires non admodum valeãt.
Quod si plura opera simul requirantur, prius efficienda sunt quæ magis vrgent, aut quæ sunt
causa futurorum: primo exempli gratia minuemus copiam humorũ redundantium in toto cor
pore, deinde veniemus ad emissionẽ manifestam eorum qui consistũt parte affecta. Instrumen
ta, quæ quod extrahendum est, euidenter effundunt, partim attinent ad medicamenta, partim
ad chirurgiam. Medicamenta quæ huc spectant, varia sunt, alia enim pituitam ex cerebro eli-
ciunt, veluti acria illa quæ manducantur, aut in nares, aures, oculos demittuntur: alia euocant
sputum mouendo tussim, & ita pulmonem, & thoracem purgant, alia mouẽt vomitum, aut de-
iectionem, aut vrinam: alia erodunt, vel adurunt partes externas, quibus sæpe exhauriũtur ab
scessus. Per chirurgiam perforatur, vel inciditur locus scalpello, aut candenti ferramento ape-
ritur. Huiusmodi sunt instrumenta idonea ad extrahendum euidenter, quorum rectus vsus po
stulat vt partibus, atque humoribus exhauriendis accommodentur: ad internas partes, neque
chirurgia vti licet neque adurentibus, aut erodẽtibus medicamentis, sed his quæ proprie euo
C cent, & per canales à natura affictos, quod in vnaquaque redundat. Externas partes licet &
chirurgia, & medicamentis erodentibus atque adurentibus aperire. Expedit autem ægrotan
tem consulere, malitne cum maiori dolore celerius per chirurgiam curari, an per medicamen
ta cũ leuiori tardius. Sed chirurgia, cũ vel scalpello vtatur, vel candenti ferramento, scire licet
operam scalpelli magis expeditam esse. Si demittatur candens ferramentum, quod fuerit per
ignẽ diuisum, minus celeriter coit, & diutius patet puri effundendo, tum si quid putre est, vitio
ne abscedit, & vlterius serpere vitium non permittitur. Huc igitur spectantes vbiq; idonea in-
strumenta accommodabimus, dabimusque operam, vt eorum quantitas, numerus, tempus, lo-
cus, modus, ordo, respondeat differentiis operis ad quod efficiendum adhibentur. De curatio
ne causarum satis iam dictum est. Finem faciamus aliquando huius libri, cuius longitudinem,
compensabit breuitas sequentis, in quo symptomata persequemur.

D



VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM,

E

Partis Primæ Liber Decimus Septimus:

Qui est de Curatione symptomatum.

De curandis symptomatibus in vniuersum. Cap. I. F



QVæcunque effecta à suis causis non solum oriuntur, sed etiam conseruantur, cum hæ recedunt, statim finiũtur ac cessant. Huiusmodi cum sint illa quæ morbos quasi vmbra corpus consequuntur, (sympromata Græce ᵃ nominantur) necesse est vna cum morbis eodem opere tollantur. Sunt ramen nonnulla eorum, quæ non à morbo, sed vel à causa morbi, ᵇ vel alio sympromate ᶜ proxime proficiscantur, quæ cessant, cum aufertur aut morbus, aut aliud symptoma à quo emanant, quod cum ᵈ tandem oriatur à morbo, vna cum eo finitur. Sed cum de curatione morborum & causarum vberrime iam locuti simus, nihil videtur amplius superesse quod ad symptomatum curationẽ pertineat, remotis ᵉ enim morbis & causis, necesse est omnia symptomata remoueantur: verum curatio hæc non refertur per se ad symptomata, sed ad morbos & causas à quibus emanant, & cum quibus ᶠ finiuntur. Quædam tamen interdum adeo molesta sunt, aut adeo periculosa, vt non sinant expectari causæ vel morbi curationem, quæ sæpenumero longius trahitur: tunc autem vt hominem, vel ab intolerabili molestia vindicemus, vel liberemus ab impendente periculo, cogimur posthabitis morbis & causis, ad symptomata respicere, quod non est curare, veluti cum tolluntur morbi, neque propulsare, veluti cum auferuntur causæ, sed lenire, id quod similiter fit per opera, & instrumenta. Symptomatibus (vt supra ostẽsum est) opponi debent opera ᵍ contraria: proprie autem somnus vigiliæ, vigilia somno, retẽtioni effusio, effusioni retentio, dolori leuatio molestiæ, & ita quod vnicuique contrarium sit, quæ opera, vna cum instrumentis à quibus perficiuntur, persequemur cum agemus de curatione membratim, vbi docebimus qua ratione cuiusque partis nõ solum morbi, sed etiam symptomata sanentur. Nũc aũt in curatione generatim duo tantũ symptomata tractabimus, dolorẽ, & sanguinis fluxum, quæ non patiuntur expectari dum curetur morbus, & tollatur causa, sed propria postulant præsidia, ne interea aut ægrotans nimium crucietur, aut vires deficiant. Pertinet fluxus sanguinis ad quamuis partem multiformem, cum in qualibet venæ sint à quibus fundi potest. Pertinet item dolor ad quamuis partem sentiendi facultate præditam, ita vt vterque communis sit, & propterea tractari semel debeat in curatione generatim, ne in curatione membratim sæpe repetendus sit. Explicabimus igitur qua ratione duo hæc symptomata sanẽtur, neque solum opera & instrumenta exponemus, sed simul etiam reuocabimus in memoriã essentiam, species, differentias, & causas: quibus vnum sub aspectum positis, facile inueniri possint opera & instrumenta ad eorum depulsionem necessaria. Refertur dolor ad actiones læsas, fluxus sanguinis ad ea quæ contra naturam detruduntur. Sub tertio genere symptomatum H quod complectitur ea quæ diuersis sensibus præter naturam comprehenduntur, nullum continetur commune symptoma, quod propriam curationem postulet, nam luridus ille color, quem in superficie totius corporis arquati præ se ferunt, non adeo vrget, vt propriam sanationem desideret, sed vna cum morbo & causa auferatur. Agemus igitur de dolore & fluxu sanguinis duntaxat, quæ non sunt ex numero permanentium, sed assidue fiunt, ita vt nequeant leniri, nisi leniantur causæ a quibus efficiuntur.

a Gal. li. de diff. sympt. c. 2.
b Gal. 3. de sympt. cau. c. 1.
c Gal. li. de diff. sympt. c. 3. & li. 3. de nat. fa. c. 4.
d Gal. ibid.
e Gale. 2. 6. epid. 9.
f Galen. 12. meth. c. 1. G
g Gale. 11. meth. c. 12.

De curatione doloris. Cap. II.



EXordiemur à dolore, qui in quacunque parte sit, communiter à Græcis nominatur ὀδύνη, πόνος, ʰ κόπος, ἀλγηδών, λύπη: ⁱ proprie autẽ in capite ᵏ κεφαλαλγία, in dẽtibus ὀδονταλγία, in ore ventriculi καρδιαλγία. Cuius definitionem in vniuersum expositur, statuemus quod firma omnium consensione approbatur, tantum dolere viuentia illa quibus natura tribuit sentiendi facultatem, quæcunque enim sensu carent, veluti ea quorum

h Gal. li. de diff. symp. c. 3.
i Arist. 2. de anima tex. 20. & M. Tu. Cic. in 2. Tusc.
k Gal. li. de diff. sympt. c. 3.

A quorum ſtirpes è terra gignuntur,& quædam animărium partes,vt oſſa, cartilagines,ligamen-
ta,doloris omnino ſunt expertia;ex quo colligitur dolorem pertinere ad ſenſum. Merito itaq;
medici ipſum definiunt ſenſum [a] moleſtum,vel rei [b] contra naturam, ſicuti voluptatẽ ſenſum a Gal 2. de
ſuauem,vel rei ſecundum naturam. Ponunt enim & hanc,& illum in perceptione,ſeu cognitio loc.aff. c. 1.
ne. Quanquam phyſici [c] volunt dolorem & voluptatem eſſe finem perceptionis, quam vbi rei b Auic lib.
ſuauis ſit,conſequitur voluptas,vbi rei moleſtæ,dolor:vnde ſtatim oritur appetitus, quem Ari 1.f.2.d.2.c.
ſtoteles [d] ſimilem eſſe dicit menti affirmanti,vel negăti:videtur enim affirmare,cum rem per- 19.
ſequitur quam ſenſus ſuauem iudicauit,tuncq; effunditur animus: videtur negare eum decli- c Ariſto. 2.
nat id quod ſenſus moleſtum,& naturæ alienum percepit,ſed tunc animus contrahitur, quam de ani. tex.
contractionem Alexander [e] Aphrodiſeus,dolorem,ſicuti effuſionem voluptatem eſſe exiſtima 20.
uit. Conſtituunt igitur Phyſici dolorem & voluptatem in appetitu. Sed non multum inter- d Ariſto. 3.
eſt,nam teſte etiam Ariſtotele [f] ſenſus & appetitus re idem ſunt,tantum ratione differunt:ea- de ani. tex.
dem enim facultas quatenus percipit rem commodam & incommodam,vocatur ſenſus, quate 29.
nus hanc declinat,illam perſequitur,dicitur [g] appetitus. Medici qui ad curationem & ſanita- e Alex li 9.
tem ſpectant,minus ſubtiliter rem iudicant,cumque intelligant tantum dolere ea quæ ſentiũt quæſt. nat.
rem moleſtam, definiunt dolorem ſenſum rei moleſtæ. Ex quinque autem ſenſibus maxime [h] quæſt 6.
referuntur ad tactum,dolor & voluptas:quamuis pertineant etiam ad reliquos [i] quatuor,lon f Ariſtot. 3.
B ge tamen maiores percipiuntur ex his quæ tractantur moleſta vel ſuauia,quam craſſiora, & ſo de anima.
lidiora ſunt. Quæcunque enim ſenſibus ſubijciuntur,quanto craſſiora ſunt,tanto magis, quan- g Gal. li. de
to tenuiora,tanto minus eas efficiunt:voluptate quidem,vbi ſuauia,dolore vero,vbi moleſta. diff. ſympt.
Viſu percipitur lux quæ tenuiſſima eſt, auditu aer qui minus tenuis, odoratu vapor qui adhuc c. 3.
minus,guſtatu humor qui craſſior eſt,ſed tactu corpus ſolidũ quod eſt craſſiſſimũ: quæ tenuio- h Gal. 1. de
ra ſunt,vt minus ſuauia,ita etiam minus moleſta ſentiuntur. Quod ſi oculi & aures ſæpe intole- cauſ. ſymp.
rabili dolore cruciantur,id non viſui,aut auditui,ſed tactui [k] tribuendum, qui æquabiliter fu- cap. 6.
ſus eſt per omnes corporis partes ſentientes,& idcirco per oculos etiam & aures. Pertinet igi- i Galen. ibi
tur dolor proprie ad ſenſum tactus,ita vt ſit tactus moleſtus:ſed cum in ſymptomatibus nume dem.
retur,neque referri poſſit ad retenta vel expulſa præter naturam,neq; ad ea quæ à naturali ſta K Gal. ibi-
tu mutata in corpore ægrotantis hoc aut illo ſenſu percipiuntur,neceſſe eſt referatur ad actio- dem.
nem [l] læſam:neq; obſtat quod ſentire,ſi exquiſite conſideretur,ſit accipere & non agere,quo- l Ariſt. 2 de
niam munera facultatum ſentientium à medicis [m] vocantur actiones. Continetur ergo dolor anim. 118.
ſub actione læſa,non quidem ſub ablata,aut ſub imminuta,cum adhuc faciat ſuum officium, & m Gal. li. 5.
non debiliter,ſed ſub deprauata, [n] cum alio modo quam ſecũdum naturam conueniat,co tun de Plac.
gatur: Si quis neget deprauari ſenſum tactus in dolore,cum tale percipiat quod obijcitur qua- Hippoc. &
C le eſt,non repugnabimus, ſi facultas ſpectetur, ſed ſi attendatur id quod obijcitur incommo- Plat. c. 3.
dum,atque omnino alienum,deprauari dicetur tactus,cum ab eo obiecto lædatur,à quo niſi re n Gal. 1. de
moueatur,tandem corrumpetur. Conſtat igitur dolorem eſſe tactum rei moleſtæ,& ex numero diff. ſympt.
eorum ſymptomatum quæ ad actionem deprauatam referuntur. cap 6.

His ita conſtitutis de eſſentia doloris,non difficile erit eius ſpecies inueſtigare,quas Archige
nes [o] ſaporum vocabulis appellabat,vocabat enim dolorem amarum, ſalſum,acrem, dulcem,
acerbum:ſed nominum confuſione, res ipſas perturbabat. Eorum enim quæ diuerſis ſenſibus o Gal. 2. de
ſubijciuntur,vocabula debẽt eſſe diuerſa: totidem autem ſunt doloris ſpecies,quot perceptio loe. aff. 6.
num rerum moleſtarum quæ tractantur. Repræſentant hæ ſenſum [p] onerantis, tendentis,pru-
rientis,erodentis,pungentis, exulcerantis,pulſantis, ſtupefacientis. Sub his octo continentur p Galen. 6.
quæcunque quouis modo tactui moleſta ſunt: quicquid enim moleſtum tractatur ob grauita- aph. com. 5
tem,tenſionem,pruriginem,roſionem,exulcerationem,pulſum,aut ſtuporem moleſtum eſt. Sed
fieri poteſt vt plura ex ijs ſimul iungantur,vnde oriatur ſpecies compoſita doloris, & non ſim-
plex aliqua noua præter iam dictas. Ad vnamquamq; autem plures attinent differentiæ,petin
de atque ad morborum ſpecies,quæuis enim poteſt eſſe parua vel magna, ſimplex vel multi-
D plex,continua vel intermittens,æqualis vel inæqualis:tum ſtabilis vel mobilis, per eſſentiã vel
per conſenſum,aſcendens vel deſcendens, in hac in illa parte ita vt pluribus differentijs diſtin
guatur perinde ac morbi ſpecies,id quod & ad prognoſticũ,& ad curationem nouiſſe plurimũ
conducit. De cauſa quæ dolorem facit,non conuenit inter Phyſicos & Medicos, illi enim cum
dolorem definiant [q] contractionem animi,cauſam aſſignare coguntur perceptionem rei mo- q Alex. 9.
leſtæ:ſed Medici quibus placet dolorem eſſe tactum rei contra naturam,atq; incommodæ,cau lib. quæſtio
ſantur id quod moleſtum tangitur. Nos quid ſentiamus exponemus: ſpectantes autem ad na- num natur.
turam rei,facile doloris cauſas indagabimus. Ex definitione igitur quam Medici tradunt, ad quæſt. 6.
dolorem faciendum duas cauſas neceſſario concurrere colligitur,vnam accipientem, alteram
efficientem,definitur enim tactus rei moleſtæ. Sine ſenſu ergo tactus,ſine re moleſta,non con-
ſtit dolor;ſed tam hæc quam ille cauſa continens eius eſt. Ea quibus nõ tributum eſt vt ſentiãt,
quemadmodum oſſa,in dolorem non incidunt:tantum dolent quibus natura largita eſt ſentiẽ
di facultatem:quanto autem habent ſenſum acriorem, tanto magis dolent, ſiue ille ſecundum
naturam ſit, ſiue ab exulceratione emanet, quæ enim exulcerata ſunt, longe magis ſentiunt
quã quæ inuiolata. Duplex tamen ſenſus requirit,externus ſcilicet qui obiecta percipiat,& in-

ternus

ternus qui illa molesta esse diiudicet, absque interni enim iudicio non esset dolor, vt in apho- E
rismis dicebat [a] Hippocrates. Hactenus de causa accipiente, de sensu videlicet tactus; efficiés
vero hoc est res molesta quæ tractatur, qualis sit inquirendum est. Alij [b] dicunt esse vehemen
tem mutationem primarum qualitatum, alii solutionem [c] continui: sed neutra sub tactum pro
prie cadit, siquidem mutatio illa spectat ad motum, solutio vero ad numerum, quæ pluri-
bus sensibus subiiciuntur: at debet quod doloré efficit, proprie cadere sub sensum tactus, qué-
admodum primæ qualitates, quemadmodum item & secundæ, quas fortasse intellexerunt qui
& mutationem primarum, & solutionem continui doloris effectricem causam esse voluerunt.
Quod si mutatio pro primis qualitatibus accipiatur, & solutio pro soluentibus continuum, ve
ræ causæ erunt doloris, & proprie sensui tactus subiicientur. Quotquot autem dolorem exci-
tare possunt, ad alteram duarum necesse est referãtur, de ambabus seorsum agemus, si quædã
prius communia vtriusque exposuerimus. Ergo vtrauis causa, nisi valida sit, non facit doloré,
tum nisi subita: nam vt [d] in voluptate subitus est reditus ad naturam, ita in dolore, subitus di-
scessus, qui non fit sine vehementi causa quæ subito continuum soluat. Vtriusque etiam appul
sus, vbi cum motu fit, maiorem excitat dolorem, quam vbi sine hoc: quanto auté vehementior
est motus causæ, tanto acrior est morsus doloris, atque idcirco partes dolentes cum quiescunt
minus affliguntur, quam cum exercentur. Proprie autem ex primis qualitatibus tantum [e] ca- F
lor & frigus dolorem faciunt, ex humore & siccitate non oritur dolor, nisi iungatur cum calo-
re vel frigore. Quorum rursus non quiuis appulsus ciere dolorem potest, sed ille duntaxat qui
inæqualis sit; neque enim dolent quæ æqualiter contra naturam calefacta sunt, veluti corpo-
ra, aut laborantia febre hectica, aut refrigerata, nisi adsit inæqualitas. Magnus autem percipi-
tur cruciatus ad radices vnguium, non cum manus nine refrigerantur, sed cum refrigeratæ ad
ignem admouentur, ob frigoris & caloris inæqualitatem. Porro vis vtriusque vt faciat dolo-
rem, necesse est tanta sit vt soluat continuum, id quod facit calor nimis relaxando, [f] frigus
nimis cogendo. Neque enim corrumpere naturam statim possunt, nisi intensæ fuerint eius-
modi qualitates, atque validus sit earum appulsus, quandoquidem oppositis qualitatibus quæ
in partibus continentur, si leuiter excederent, refrangeretur illarum virtus: cum autem tales
esse debeant, non mirum si quatenus continuitatem soluunt, dolorem producere dicantur.
Altera causa quæ citra appulsum caloris aut frigoris cõtinuum soluit, & dolorem facit, aut vul
nerat, aut erodit, aut tendit, aut premit, aut conuellit, siue externa sit, vt telum & ictus, siue in-
terna, vt flatus atque humor multus vel acris, ad quam spectat inflammatio: dolent autem par
tes vulneratæ, non ex solutione vnitatis quæ iam facta est, sed ex inflammatione quæ superue
nit, vt monstrat [g] Galenus in curatione doloris capitis ex ictu, & ad solutionem vnitatis refer
tur: adde quod partes vulneratæ magis sentiunt, vt cutis soluta [h] quam integra, & ideo magis G
læduntur ac dolent etiam sub leuioribus causis. Refertur etiam ad externam causam motus
& situs partium incommodus, & naturę alienus: sed cum dolor fit à causa externa, videtur inci
dere corpore alioquin bene valente, ac sine morbo: at quod non consequitur morbum, non est
symptoma, vt in superioribus ostensum est. Quid ergo erit eiusmodi dolor, qui arripit ob cau-
sam externam? Ad quam dubitationem dicendum est, vel illum dolorem nó esse symptoma,
sicuti neque etiam brachii alligati læsa actio dicenda symptoma videtur, aut cum causis exter
nis facientibus dolorem coniungi morbum aliquem, veluti solutionem continui, atque idcirco
eum dolorem qui illis incurrit, symptoma esse: neque obstat quod morbus vna cum ipsis rece-
dat, non enim inhæsit valide, neque altius quasi radices egit. Eædem duæ causæ, sensus videli
cet qui accipit, & id quod efficit, soluendo continuum, vt dolorem excitant, ita & doloris spe-
cies, ac differentias: nã vt genus à genere, ita species a specie, differentia à differentia profici-
scitur. Simpliciter dolorem faciunt causæ propositæ, quarum species similem doloris specié
mouent, sicut & differentiæ similem differentiam, siue similitudo expressa sit & patens, siue im
plicita & abscondita: tum siue in altera causa, siue in vtraque. Id quod manifestum fiet, si vnã-
quãq; doloris specié ac differentiam persequamur. Dolor onerans, qui ponderis alicuius spe-
ciem repræsentet, & hoc pacto grauis dicatur, fit à causa habente in se grauitatem, [k] vt à mul- H
titudine humorum onerantium naturam imbecilliorem. Dolor distendens, oritur à causa ha-
bente in se vim distensionis, [l] concurrit enim pars quæ distendi possit, veluti membrana, ac
vasorũ tunica, vna cum efficiente quæ tendere possit, veluti flatus, & copia humorũ. Prurien-
tiũ sensus, versatur in partibus prurigini opportunis, vt in superficie, & fit ab humore [m] acri,
non quidem tenui, qui euaderet ex foraminibus cutis, neque crasso, qui exulceraret, sed inter
vtrumque: humor hic acris ac mediocriter crassus vbi in membrana retineatur, pũctionis [n] sé-
sum repræsentat: at vbi non solum acris sit, sed etiam valde crassus, vim habet vlcerandi, & id-
circo sensũ affert exulceranti similem. Rosio, siue morsus, excitatur tam à calidis q̃ a frigidis,
vtraq; enim vbi valida sint, mordét, præsertim partes [o] vlceratas: sed quæ calida sunt, cũ mor-
su videntur erodere, quæ frigida, cum adstrictione. Dolor pulsans affertur à causis habẽtibus
vim pulsandi, huiusmodi sunt locus dolens qui arteriarũ particeps [p] sit, & inflãmatio, siue mate
ria inflammationé efficiés: naturaliter enim arteriæ pulsãt, sed quia locus laxior est, & ille pul-
sus cõsuetus, nó sentitur molestia cũ arteria libere moueatur. Quod si huiusmodi locus ad qué

perti-

a Hippo 2. aph. 6.
b Gal. li. de inæquali intẽperie c. 3. & 2. cata top c. 1.
c Gale. 12. meth. 7. & 4. simpli. 2.
d Gale. lib. de inæquali intempe. c. 3. & 1. de caus. symp. c. 6.
e Gal. ibid.
f Gal. 4. simplic. c. 2.
g Gal. 2. cataop. c. 1.
h Galen 4. simpl. c. 1.
i Sup. lib. 2. c. 1.
k Galen. de curatione per venę sectioné c. 6. & 3. de loc. aff. 9.
l Gal. ibid.
m Ga. 2. de loc. aff. c. 7.
n Gal. 2. de loc. aff. c. 5.
o Hippo & Gal. 5. aph. 20.
p Gal. 2. de loc. aff. 3.

A pertinent arteriæ, inflammetur, coarctatur spacium illud & comprimitur arteria, ita vt non
possit libere moueri, & propterea cogatur vehementius pulsare, [a] vnde verbetat proximas a Gal. ibid.
partes, & verberatur ab ijsdem: atque hic est ille pulsus qui præter naturam cruciat partem in
flammatam. Superest dolor stupefaciens, qui non est simplex species, componitur enim ex do-
lore & stupore, percipiturque solummodo in dentibus ac gingiuis cum homo vel euomit aci-
dam pituitam, vel sumit cibos aut potiones astringentes. Appellatur hic dolor à Græcis, αἱμωδία, [b] ad quem efficiendum necessaria est & habilitas partis, quæ tantum inest in dentibus ac
gingiuis, & causa effectrix, quæ consistit in acidis vel acerbis, quæ dum sumuntur vel euomun- b Gal. lib. de dif. sym pt. c. 3.
tur, dentes & gingiuas attingunt. Verum diximus vnamquamq; speciem doloris distingui pos
se pluribus differentijs, quæ oriuntur à simili differentia vtriusque, vel alterius causæ, hanc vel
illam doloris speciem excitantis. Grauis, hoc est vehemēs, seu magnus dolor, fit à magna cau
sa, huiusmodi est partim sensus acris, (magis enim dolent quæ acrius sentiunt) partim illud ip
sum quod tractatur cum magnum est ac vehemens. Leuis dolor fit à leui causa, vt à sensu hebe-
ti, aut ab eo quod tractatur leue atque imbecillum. Dolor continuus, fit à continua cau-
sa, sicut intermittens ab intermittente, æqualis ab æquali, inæqualis ab inæquali, mobilis à mo
bili, stabilis à stabili. Eadem ratio est aliarum differentiarum, inter quas illæ maxime ad tē per
tinent quæ referuntur ad locum affectum. Causa autem cur dolor magis hāc aut illam partem
vexet, partim consistit in natura loci, partim in natura humoris: locus dēsus non accipit humo-
B rem crassum, propterea docuit Hippocrates, [c] eos qui acidum eructant, hoc est pituitosos ho- c Hippo. 6. apho. 33.
mines, non arripi dolore lateris, quod in membrana succingente costas non possit penetrare
humor crassus ac glutinosus, qualis est pituita; tenuis nō retinetur in loco laxiore, sed exhalat,
quemadmodum flaua bilis ex substantia cerebri. Est igitur aliquo pacto similis differentia cau
sæ facientis dolorem loco in quo sit. Hactenus de causis facientibus & dolorem simpliciter, &
quamlibet eius speciem ac differentiam.

In homine autem dolente oportet & hæc quæ dicta sunt tanquam præsentia recognoscere,
& quod futurum est præsagire. Ex præsentibus, dolor absolute cognoscitur sensu vt si quic-
quam aliud: species doloris sub sensum ipsæ quoque cadunt, id quod euenit etiam differentijs,
illæ tamen quæ pertinent ad locum dolentem, cum internus est, non deprehenduntur amplius
sensu, sed necessaria est ratio, quæ quo pacto significet nobis affectum locum, docuimus qua de
recognoscendis in vniuersum morborū differentijs, quibus indicijs nunc etiam vtemur: tantū
addemus in diuersis partib. sentiri diuersas species ac differētias doloris, quæ maxime locum
affectum patefaciunt. Punctio, membranam ostendit, pulsus arteriam, leuis dolor, partem in
qua sensus hebes, qualis est in visceribus, grauis, sensum acrem, vt in intestinis. Causæ dolorem
C mouentes, si externæ sunt, non solum comprehenduntur sensu, sed etiam declinantur, vel ab
imperitis, & a bestijs. De agnoscendis internis, suo loco egimus: tantum hic attendere oportet
speciem, & differentiam doloris, quæ plurimum confert ad internam causam inuestigandam.
Flatus distendit tantum: multitudo grauitatis simul etiam sensum affert: humor acris & cras-
sus exulcerare videtur; minus crassus punctionem aut pruriginem excitat: magna distentio a
multo flatu, vel a multo humore oritur, parua a pauco: ita vt & specie & differentia doloris nō
difficile sit causam recognoscere. Quo spectat etiam [d] fomentorum vsus, quæ cum iuuant, mon d Hipp. & Ga. 3. acut. ab initio.
strant dolorem oriri vel a flatu, vel ab humore pauco ac tenui, cum obsunt, denunciant succo-
rum multitudinem, quos magis alliciunt ad dolentem partem, quam discutiant. Quod attinet
ad futurorum præsagitionem, dolor vbi aut vehemens sit, aut longus, conuellit vires, ita ut tan
dem cum vita deficiant: vbi leuis aut breuis sit, periculo vacat, neque enim simul atque arri-
puit, interfecit. Tempus quo finiri debet & via, colligitur ex causa, aut breuioris temporis, aut
diuturnioris: præterea vergente ad hanc aut illam viam. Sed de his vberrime scripsimus ante
in prognosticis in vniuersum.

Curatio restat doloris, quæ duplex esse potest, vna communis omnium symptomatum,
altera propria ipsius: exordiemur a communi. Finiuntur [e] symptomata omnia cum [f] tol- e Supra in pricipio capitis.
D litur causa a qua fiunt, quod opus non dicitur restinctio doloris, sed magis curatio morbi,
vel causæ. Idem vsuuenit in dolore, qui statim amouetur cum detrahitur causa. Eiusmo- f Ga. 5. simplic. 19.
di autem amotio non refertur ad dolorem, sed ad causam, siue externam, siue internam,
quæ externa est, ut ardor solis, vt frigus hyemis, vt telum atque ictus, sine vllo artificio uel eui-
tatur, vel aufertur, nisi ubi conditur in corpore, veluti sagitta, aut pila plumbea, quam chirur-
gia euellere oportet. Interna causa [g] omnis, aut inanitati subijcitur, aut plenitudinis ob inanita g Sup. lib. 2. c. 1.
tem exsiccantur, & conuelluntur ac dolent partes nostri corporis, nisi madefiant atque impleā
tur. Plenitudo vel est substantiæ solidæ, vel flatus, vel humoris: substantia solida, manus opera
detrahitur, quanquam interdum vtimur medicamentis, veluti ad commouendum, aut euocan
dum calculum vna cum vrina. Flatus dissipatur in vapores, vel per medicamenta digerentia,
vel per cucurbitulas, de quibus supra locuti sumus [h] cum ageremus de detractione sine a toto h Sup. lib. 16. ca. 9. & 13.
corpore, siue a partibus sensum latente. Humor aut qualitate vitiosus est, aut superat quantita
te. Vitium qualitatis, vel ad manifestam aliquam refertur, vel ad occultam, ac totam substan-
tiam: vtrumuis sit, curatur vel detractione humoris, vel correctione, cum relinquitur in corpo-

re. Quantitas nimia postulat primum vt prohibeamus ne nouo concursu augeatur, id quod potissimum præstat auersio; deinde vt exhauriatur ea quæ iam continetur in loco affecto, siue cogatur per repulsum aut deriuationem reuerti ad partes vnde venit, siue extrahatur ex loco in quo est, aut dissipata in vapores, aut euidenter emissa. Vbi per hæc opera tollantur causæ, tollitur simul & dolor. Curatio autem non refertur ad dolorem atque ad symptoma, sed ad ipsas causas, nisi si vt auferatur dolor, tantum materiæ detrahatur vt anima deficiat: Neque enim tentatur ita præceps auxiliũ ob causã, sed vt homo vindicetur a symptomate. Illa uero præsidia a quæ cũ dolorẽ discutiunt, hominẽ cruciant, ita vt curatio tormentũ aliquod habeat, proxime non dolori, sed causis medentur, quas sine dolore auferri non licet, quod intellexit Hippocrates,[b] cum dolore tolli dolorem scripsit. Eadem ratio est fluxus, cum curatur[c] fluxu: neque enim proxime tollitur malum, cum aliud simile affertur, sed magis duplicatur atque augetur: causa tamen quæ fluxum concitabat, nouo adiecto, tota detrahitur, & cum ea fluxus finitur. E

bx :xx) z
a Galen. 1. aph. cõ. 23.
b Hippo. 2. 6. epid. 9.
c Sup. lib. 12. c. 4.

Vt autem dolor in vniuersum discutitur adempta causa, ita hæc vel illa species doloris aufertur sublata hac vel illa specie causæ, & ea proprie a qua ipse proficiscitur. Differentiæ quibus dolorum species distinguuntur, similem postulant differentiam in opere quod ad causam tollendam efficiendum esse demonstrauimus, siue similitudo expressa sit, siue lateat. Magnum opus exempli gratia, cõuenit vbi magna sit causa, paruum, vbi parua: eadem ratio est aliarum differentiarum. His ita constitutis de curatione doloris per amotionem causæ, quæ communiter spectat ad omnia symptomata, tempus est ad propriam pergere, quę aduersatur dolori, cruciatum leniendo. Præsidia autem lenientia vocantur a Græcis [d] ἀνώδυνα, παρηγορικά, & [illegible], quæ Gal. altero[e] duorum modorum mitigare dolorem voluit, vel relaxando, quæ proprie, vel stupefaciendo, quæ minus proprie, & non vere ἀνώδυνα vocari ait: ita vt doloris leuationem in duobus operibus constituat, in relaxando, & in stupefaciendo. Sed præter hæc duo, spectant eodem nonnulla alia quæ lenire dolorem possunt, & ab ipso[f] interdum commemorantur, veluti cum secta cute pluribus locis, minuitur multitudo quæ locum affectum distendit, & cum temperatur succus acris qui erodendo dolorem affert intolerabilem, cumque ac ligatur atque astringitur pars, quæ quod dimoueatur ac distendatur, vehementer dolore opprimitur. Sed præstat ad certam regulam dirigere quicquid dolorem mitigat, quam colligemus ex natura rei propositæ. Dum dolor non consistat, neque sit ex numero permanentium, sed assidue fiat atque excitetur, nulla ratione propulsari potest, nisi occurramus causis a quibus proficiscitur, quæ cum duæ sint, sensus, & id quod molestum sentitur, quamuis ambæ necessario concurrant, satis est si alteri medeamur, dempta enim vna, non poterit altera dolorem facere. Sensus aufertur stupefaciendo: præsidia quæ id præstãt, cum appellamus ἀνώδυνα, g vocabulo abutimur, vt iam diximus. Alio modo videtur remouere sensus partis dolentis, excitando dolorem maiorem in parte diuersa: duorum enim dolorum qui eodem tempore fiunt, (inquit Hipp.)[h] vehementior obscurat alterum, sensus enim totus videtur transferri ad eam partem quæ maius tormentum sentit: sed hoc opere augetur potius quam remittatur dolor. F G

d Ga. 5. simplic. 19.
e Gal. ibid.
f Galen. 13. meth. 3. & Hipp. 2. de fract. qua d calce.
g Ga. 5. simpli. c. 19.
h Hippo 2. aph. 46.

Alteram causam esse diximus id quod molestum sentitur; hoc vbi ex toto auferatur, tollitur dolor, quæ amotio (vt ante[i] ostensum est) non dicitur leuatio doloris, sed curatio causę. At potest hæc manere, sed tamen aliqua ex parte debilitari ac minui, & ita dolor mitior fiet, ac remittetur, quæ remissio proprie ad ipsum pertinet, & non ad causam, cum adhuc maneat, & non tota adimatur. Ratio remittendi impetum causæ, multiplex est, aut enim aliquid demitur de multitudine ipsius, siue dissipetur in vapores, siue manifeste effundatur. Quod autem restat, non ita distendit locum affectum, & idcirco non torquet amplius hominem, aut temperatur qualitas acris, ita vt non possit erodendo cruciare, aut arcte alligatur pars dolens, ne nimis agitetur, ac distendatur, vnde acriorem sentiat doloris morsum: quanto enim magis quiescit, tanto minorẽ percipit molestiam. Cohibetur motus thoracis in tussi, astricto thorace: cohibetur & pulsus in tẽporibus, astricto capite: non permittuntur intestina nimium distendi a flatu, cum astringitur venter. Quæ omnia opera, licet referantur ad causam effectricem doloris, cum ipsam non detrahant ex toto, sed relinquant in corpore, dicuntur dolorem leuare. Intueri autem medicus debet, cum ad tollendum dolorem adhibetur, præstet ne causam depellere, an dolorem lenire atque vbi statuerit satius esse lenire dolorem, vtrum expediat sensum stupefacere an vim frangere causæ effectricis, hoc est eius quod molestiam affert: tum vbi oporteat effectricis vim remittere, conueniat ne quantitatem minuere, an qualitatem temperare, vel motum atque agitationem cohibere. Id quod colliget ex requirentibus & tolerantibus, quæ primum sigillatim persequemur, deinde instrumenta inuestigabimus per quæ vnumquodque ex propositis operibus perficiatur. Ergo vbi id fieri possit vt vna cum amotione causæ auferatur dolor, nihil antiquius, sublata enim causa finiuntur symptomata, neque superest aliquid quod curationem postulet. At ubi proprie symptomatibus succurramus, restabit causa, neque erit adhuc curatio absoluta: interdum autem symptomata (vt in superioribus[k] monstrauimus) vel quod nimis hominem excrucient, vel quod vires conuellant, non patiuntur expectari dum morbus & causa curetur. Hoc potissimum vsuuenit in acerrimo dolore, qui utroque nomine posthabita causa postulat propriam curationem, quæ tota ad id dirigitur ut mitigetur: ubi mi- H

i Pau. Sup. I hoc eod. c.
k Supra ab initio hui⁹ libri.

tior

tior sit, non requirit propriam medicinam, sed permittit vt curetur causa cum qua ipse quo-
A que finitur. Vnicuique autem contrarium opus opponendum est, vt multitudini detractio, qua
litati correctio, inanitati appositio. Fac tantum esse vt postulet relicta causa propriam curatio
nem per quam leniatur: cum hæc duplex proposita fuerit, vna quæ sensum aufert, altera quæ
frangit impetum causæ effectricis, præstat vbi licet, hac vti quæ id aufert quod contra naturã
est, nam illa tollendo sensum [a] remouet quod secundum naturam est, & conseruari debet. Sed — a Gale. 12. meth ca. 8.
tanta est interdum effectricis causæ vis, vt neque celeriter, neque facile possit remitti, sed acer
rimos ciet cruciatus, qui nisi celerrime succurramus, hominem conficient: quamobrem cogi-
mur maxime expeditam adhibere curationem, quæ sensum aufert, & ex malis eligere quod mi
nimum est. Confugimus igitur ad stupefacientia, quæ alioquin maxime suspecta sunt, præser-
tim vbi euentur partes præcipuum aliquem sensum habentes, vt oculi: nam cum vindicat
[b] hominem a dolore, simul & visu priuant, aut visum hebetem [c] reddunt, sicut collyria ex opio — b Ga. 2. lib. catarop. c. 1
ad oculos data: afferunt etiam grauitatem auditus quæcunque ad vehementem aurium dolo- — c Galen. 6.
rem ex succo papaueris composita sunt: offenduntur papaueris lachryma partes solidæ, adeo — aph. com. 1
vt curationem postulent. Cæterum auferri quoque dolorem diximus, cum alter [d] maior in di- — d Hippo 2.
uersa parte excitatur, quod præsidium magis ipsum auget, quam mitiget. Tantumque conue- — aph. 46.
nit cum pars dolens nobilior est a qua auertitur impetus materiæ, cum sit maior dolor in alte-
ra minus nobili. Vbi res non adeo [e] vrgeat, non oportet stupefacere sensum, sed lenire vim cau — e Gale. 12.
B sæ effectricis, aut minuendo multitudinem, aut temperando qualitatem, aut cohibendo mo- — meth c. 1.
tum vehementiorem. Siquidem cum doleat pars onerata vel distenta multitudine, minuetur
maturata vel dissipata in vapores si flatus sit aut tenuis succus, vel euidenter emissa si crassior,
& relaxabitur locus distentus. Sed si dolor oriatur ab humore acri atq. erodente, temperanda
erit eiusmodi qualitas: si vehementior motus sit causa doloris, cohibẽdus erit astricta parte quę
nimis violenter agitatur. Plura igitur cum sint opera quibus leuari dolor potest, quod maxime
efficiendum sit, iam patefactum est: qualecunque autem efficiatur, desiderat quantitatem, nu-
merum, tempus, locum, modum, ordinem, quæ respondeant his quæ in ipso animaduertuntur.
Instrumenta vero vt alijs, ita etiam propositis operibus aptanda sunt, sic vt & ipsis, & ipsorum
differentijs respondeant. Quibus autem vtendum sit ad causam remouendam, vt ad implen-
dum, ad qualitatem corrigendam, ad multitudinem, siue auertenda materia sit, siue repellen-
da, siue deriuanda, siue digerenda, siue effundenda ex affecto loco, superiori libro vberrime
explicauimus. Quæ dolorem excitant, nota sunt omnibus, omnes enim nouerunt quo pacto &
a quibus læsi videantur, quam maximum dolorem inurant. Quæ stupefaciunt sensum ναρκωτικὰ,
vel quod somnum moueant [f] ὑπνωτικὰ, græce nominantur, habent validam refrigerãdi vim, quẽ — f Ga. 5. sim plic. c. 19.
C admodum aqua gelida, quam Hippocrates [g] stupefaciendo leuare dolorem ait. Coniungitur
autem in medicamentis stupefacientibus frigus vel cum humore, vel cum siccitate: sicciora tu — g Hipp. lib. de humid. vsu.
tiora sunt, vt hyoscyami semen, cortex mandragoræ, papaueris lachryma; humidiora magis
periculosa, veluti cicuta. Sed illa etiam quæ sicca sunt, magis tuta redduntur, vbi miscentur cũ
re calidiore, vt cum castorio, aut aromatibus. Complures sunt eiusmodi compositiones, vt pa-
stillus ille qui quod ex seminibus fiat, διὰ σπερμάτων [h] græce dicitur, & confectio quæ ad Philo- — h Gale. 12. meth. 1.
nem [i] veluti & quæ ad Nicolaum auctorem refertur: tum Theriace ipsa cum adhuc recens est,
quæ & deuorantur, & in intestina immittuntur, & extrinsecus etiam imponuntur partibus do — i Gal. ibi.
lentibus. Ad materię multitudinem minuendam, siquidem digerenda sit, veluti flatus ac tenuis
succus, valent medicamenta relaxantia (χαλαστικὰ græce dicuntur) simul enim & cutem relaxãt,
& tenues succos ac flatus [k] extenuant, ita vt facile exhalent apertis foraminibus cutis: sunt — k Gale. 12. meth. ca 8.
hæc calida & humida, moderate tamen calefaciunt, vel non vltra primum gradum, concoquũt
etiam & æquabiles reddunt humores, sicut chamomælum, sertula campana, fœnugręcum, ane-
thum, & olea his condita, ex quibus fiunt fomenta quæ accommodantur cuilibet humori, mo-
do non si crassus, & tuto superdantur vbi doloris causa ignoretur. Hippocrates [l] tamen cum la- — l Hippo. 2. acut. a principio.
D teris dolori medetur, fomenta tentat varia, quæ omnia tactu calida adhibentur, vnde πυρίαι a
græcis appellantur: eodem enim [m] auctore calor dolorem leuat. Proponũtur ergo ad tollendũ — m Hipp 5. aph 22.
lateris dolorem, humida, sicca, & media inter vtraque: tum lenia, acria, & similiter media, quo
rum omnium exempla proferemus. Humidum fomentum lene, fit ex aqua calida: acre, ex mu-
ria: medium inter acre & lene, ex aqua aut oleo vbi acriores aliquas herbas incoxeris. Siccum
lene, fit ex millio, acre, ex sale: medium ex furfure. Restat medium inter humidum & siccum,
quod vel lene est, sicuti quod constat ex relaxantibus incoctis in aqua seu oleo, vel acre, vt ex
eruo incocto in aceto, vel medium, ut ex furfure decocto similiter in aceto. Conuenit humi-
dum lene, ubi causa [n] ignota sit, sed ubi perspicua, recte opponitur cuique contrarium fomen- — n Galen 2. acut. ab initio.
tum, vt leni, acre: acri, lene: siccæ, humidum: humidæ, siccum: mediæ autem medium aptatur.
Qualecunque adhibeatur, leniter, adhibendum est, & sæpius eodem die iterãdum, si ita res po
stulet. Ad effusionem manifestam materiæ crassioris locum dolentem distendentis, (veluti ini-
tio inflammationis aliquãdo solet) pertinet chirurgia, secatur enim cutis pluribus locis, simul-
que effunditur pars materiæ quæ distendebat locũ, & cutis secta redditur laxior: quo nomine — o Hip. 2. de fractur. qua de calce.
Hip. [o] in fractura calcis, cutem illam subiectam duriorem voluit incidi: ea de causa vbi nimium

a Gal.1.li.de motu mu-scu.ci.

nerui distenduntur,ita vt periculum sit ne dolor hominem[a] interimat;transuersi præciduntur, & sic laxiores euadunt.Iam vero acres succos atque erodentes mitiores reddi,tam victu,quã medicamentis,superiori libro declarauimus qua de secundis qualitatibus causarum corrigendis.Hunc igitur vbi dolorem faciant, mitiores ijsdem instrumentis reddentur, licet manentes in corpore adhuc exhauriendi sint, neque enim agimus hic de causis penitus auferendis, sed de frangendo ipsarum impetu. Ergo ubi succi qui dolorem faciunt erodentem vim habent, esculentis & poculentis vtemur,quæ quod boni succi sint εὔχυμα, quod dulcis γλύκυμα a græcis nominantur,quemadmodum oua sorbilia,amilum,ptissana, alica, vinum dulce.Medicamenta vero quæ temperant prauam illam succorum qualitatem, ἐπικεραστικά, & ἐπικρατικά dicuntur, sunt morsus expertia,& partim intus dantur, partim extrinsecus imponuntur, veluti oleum quam dulcissimum,siue amygdalinum, quod omnibus modis & epotum,& in intestina inditũ, & externis partibus illitum,vim succorum acrem remittit:tum terra samia,cera elota.Cauendum tamen vbi vtimur his quæ temperandi vim habent, siue sint cibi & potiones,siue medicamenta,ne a multitudine prauorum succorum vincantur, nam sic corrumperentur,& prauitatem augerent:quod Hippocrates[b] significauit cum dixit,non pura corpora quanto magis nutries,tanto magis lædes: quamobrem, vbi multitudo sit prauorum succorum, ante minuenda est,deinde leniendum quod relinquitur,& temperandum per mixtionem contrariorum,adhibitis lenibus auxilijs.Motum atque agitationem violentam cohibet vincula,fascijs enim astricta pars non ita libere moueri potest:alligatur caput vbi arteriæ violenter in temporibus pulsant,alligatur thorax cum a tussis impetu laceratur. Vinciebat Secundus Athleta quem Gale.[c] commemorat,similiter thoracem,cum respirans offensam sentiret circa septum transuersum. Cingebatur arcte rusticus ille quem recenset[d] similiter Gal. cum intestinorum dolore cruciabatur,sic enim ea distendi a flatu non sinebat,& ita vindicabatur a dolore. E F

b Hipp.2. aph.10.

c Gal 4.de loc.aff.c.4.

d Gale.12. meth.c.8.

De curatione fluxus sanguinis. Cap. III.

Sup. li.3. c.9. & 15.

e Gale.3.de symp.cau. ca.3.

Alterum symptoma, quod similiter spectat ad omnes partes corporis, & propriam curationem aliquãdo desiderat,diximus esse fluxum sanguinis, non tamen omnem, sed illum qui consequitur morbum.Pertinet autem ad expulsã[e] toto genere præter naturam,siquidem sanguis retineri naturaliter debet,excepto menstruo & illo quẽ natura onerata,aut irritata,expellit tempestiue, vt in crisi:ea enim effusio est[f] opus naturæ,& non symptoma,nisi vbi plus profluat quam necesse sit,ita vt vires exhauriat, nam tunc similiter symptoma est ad expulsã pertinens,non toto genere præter naturam, sed copia duntaxat. Verum siue toto genere,siue copia tantum sanguinis fluxus alienus sit,& idcirco in symptomatibus ponendus,communis est(vt diximus)partium omnium,siquidem ad omnes pertinent venæ,& arteriæ,ex quibus effundi potest.Species fluxus,ad vasa referunt, exit enim aut ex venis aut ex arterijs.Differentię vero ad impetum,qui maior,aut minor est,vel ad locum vnde erumpit,siue internum,siue externum.Curatur autem nõ secus ac cætera symptomata, sublato morbo & causis a quibus proficiscitur.Interdum tamen cursus copiosior est quam vt exspectari patiatur,dum sanetur morbus,& causa. Tunc autem ne vita cum sanguine fundatur, propriam curationem desiderat. Nos vt in tractando dolore, vtramque curationem,& communem quæ causas aufert,& propriam,quæ symptomati succurrit, adscripsimus, ita nunc etiam in fluxu sanguinis adscribemus. Quod vt via cum ratione persequamur, causas propter quas sanguis contra naturam effunditur,in memoriam reuocabimus. Attinent autem[g] vel ad facultatem retinentem,vel ad sanguinem,vel ad vasa,hoc est ad venas,& arterias in quibus cõtinetur. Tria hæc,vbi secundum naturam affecta sint, retinetur sanguis ad vitam sustinendam necessarius: qui vbi effundatur,necesse est uitium esse uel in uno,uel quod plerunque accidit,in pluribus illorum trium.Facultas retinens cum imbecilla est,non amplectitur sanguinem.Oritur imbecillitas a morbo,hoc est ab immoderatione temperationis,& ab illa prætertim in qua calor & humor superat,vnde & expultrix validior fit, & ora uasorum patefiunt, ita ut patiantur sanguinem effluere,quod non eueniret si clausa essent. Sanguis cum quantitatem & qualitatem mediocrem retinet,non permittitur effluere,sed vbi uel copiosior[h] fit, uel acrior, onerans atque excitans,naturam cogit atque impellit ad detrudendum: quo nomine effundi solet per nares, & in febre synocha,quę fit a multo sanguine,& in ardente quæ a bilioso.Ille autem qui tenuis & aquosus est,minus retinetur & promptius exit. Venæ & arteriæ naturaliter tunicam habẽt, si non densam,saltem non raram:habent & ora clausa,& præterea integra sunt, atque idcirco non patiuntur sanguinem[i] effluere.Sed si uel parua foramina(quibus earum tunica distinguitur)aperiantur,uel ora ipsarum patefiant, uel ipsæmet diuidantur, sanguinem non amplius continent,sed effundunt.Duo priores affectus, ad morbos pertinent in cauis adapertis,tertius refertur ad solutionem continui, quorum morborum causæ supersunt. Cum parua foramina in tunicis uasorum aperiuntur, causari oportet immoderatam temperationem calidam & humidam relaxandi vim habentem. Exit autem tunc sanguis duntaxat vbi tenuis sit,ita ut uidea- G H

g Gal.li.de diff.sympt. c.6.& 3.de cau.sympt. c.1.

h Sup. ibi.

i Gal.3.de cau.symp. c.1.

A videatur quasi sudatio, quod symproma græci [a] διαπήδησιν nominant; accidit autem vasis viscerum frequentet. Patefiunt ora vasorum, quod vitium græce dicitur ἀναστόμωσις, vel ab eadem temperatione immoderata calida & humida, vel ab impetu sanguinis, vel à vi externa. Diuiduntur [b] tandem venæ & arteriæ, cum inciduntur, rumpuntur, aut eroduntur. Inciduntur autem à telis acutis, siue cæsim, siue punctim ferientibus. Rumpuntur non solum à causis externis, vt à telo graui, atque hebete, & ab ictu, sed etiam ab internis, vt à sanguine, vel multo, vel admixto cum flatu, quemadmodum rumpi videmus dolia plena musti. Ad internas causas, quoniam oritur à nobis, redigitur & motus violentus per vocem, ac tussim. A quacunque causa offendantur, non æque rumpuntur in quouis homine, sed magis in eo in quo opportuniores sunt eiusmodi iniuriæ. Tales autem tensæ sunt, & duræ, nam quæ molles sunt & laxæ, magis impetum sustinent eorum quæ abrumpendi vim habent, cedunt enim: contra quæ tensa sunt franguntur, neque ob aliam causam ficciores venę facilius abrumpuntur quam humidiores, nisi quia magis tensæ sunt. Frigus vero venas rumpit, partim excitando tussim, partim durando, ac tendendo. Eroduntur venæ [c] & arteriæ à prauis succis, vt à pituita salsa, à flaua, vel atra bile, quod vitium [d] διάβρωσιν græci appellant. Tunc autem soluitur continuũ, & quia pars tunicæ exesa est, patefit quodammodo fenestra sanguini effluenti. Sed morbos & causas vnde oritur propositum symptoma, satis mihi videor explicasse: nam species à simili specie, differentiæ à simili differentia causarum proficiscuntur. B

a Gal. ibid.
b Galen. 5. meth. c. 2.
c Gal. 5. metho. 10.
d Gal. 5. metho. c. 0.

Proximum est vt in homine cui sanguis erumpit, quo pacto & hæc recognoscantur, & quæ futura sunt præsagiri possint, explicemus. Exordiemur à symptomate, hoc est ab ipsa profusione sanguinis, deprehenditur hæc sensu, ita vt non egeat signis à quibus indicetur. Species autem quæ ex venis procedit, ab illa quæ ex arterijs in partibus externis, sensu internoscitur: arteriæ enim cum tractantur, sentiuntur pulsare, quod nõ euenit venis. Sed quę in intimis partibus sunt, sub sensum non cadunt, ita vt ex argumentis res colligenda sit. Arteriæ, [e] impetu quodam eijciunt & quasi iaculantur sanguinem valde calidum, tenuem, subflauum cum spirituum multitudine, quem venæ sine impetu fundunt crassiorem, valde rubrum, nõ ita calidum, & cum paucioribus spiritibus. Quod attinet ad differentias, cursus copiosior aut leuior sensui subijcitur, sicut & partes externæ, cum ex illis fluit, sed internæ, mente duntaxat conijciuntur ex signis, quæ clarissime exposuimus, cum ageremus de recognoscendis morborum differentijs. Propria autem indicia per quę hæc aut illa pars significetur, sigillatim tractabuntur in opere de curatione membratim. Causæ partim sensu, partim mente percipiuntur. Imbecillitas facultatis retentricis, cum sub sensum minime cadat, intelligitur primo ex causis, vt ex immoderata temperatione calida & humida: tum ex contrarijs quæ illi prosunt, & similibus quæ C nocent: ex effectis tandem, siquidem quod effertur, neque multum est, neque omnino bonum. Sanguis, si aut copiosior sit, aut acrior, colligitur ex signis quæ superiori libro proposuimus, multitudinem vel qualitatem eius notantibus: quamquam cum effunditur, qualis sit, oculis apparet. Tertia causa est vitium in vasis, sine qua non possunt duæ superiores sanguinem effundere. Quod si parua foramina quibus distinguuntur tunicæ venarum atque arteriarum relaxentur, non deprehenduntur sensu, sed coniectura ducta à causis antegressis, quæ calefaciendi ac madefaciendi, & idcirco relaxandi facultatem habuerunt. Ex iuuantibus [f] quæ densitatem faciunt, & nocentibus quæ relaxant: tum ex effectis, nam sanguis tenuis est, & magna [g] ex parte aquosus, ac parum fluit cum ora vasorum patefiunt in partibus externis, vt in venis ani sanguinem fundentibus, sensui subijciuntur, sed in internis, latent. Colliguntur tamen ex causis, vt ex aere calido & humido, ex balneo, ex ictu, ex multitudine sanguinis qua corpus redundat, ex flatu qui cum eo admixtus est: tum ex his quæ astringendo iuuant, vel aperiendo nocent: postremo ex effectis, vt ex multa profusione sanguinis non corrupti. Solutio continui, seu vasa incidantur, seu rumpantur, seu erodantur, in partib. externis sub aspectum cadit, in internis, conijcitur ex causa incidente, aut erodente, aut abrumpente, quæ præterijt: D monstrat enim vnaquæque solutionem continui in vniuersum, sed proprie incidens, sectionem: rumpens, fracturam: erodens, rosionem. Huc spectant etiam iuuantia, quæ solutionem continui sanant, & remouent causas soluentes: tum nocentia his contraria. Accedunt & effecta quoniam vbi fit solutio continui, multum erumpit sanguinis, & non solum tenuis, sed etiam crassi: proprie autem ille qui corruptus est & acris, vasa exesa denunciat. Quod spectat ad futura, exitus salubris, vel perniciosus, colligitur ex specie. Facilius qui ex venis quam qui ex arterijs profluit sanguis supprimitur: tum ex differentijs, facilius vbi parum, quam vbi multum, & vbi ex externis, quam vbi ex internis vasis effertur. Quid autem timendum sit, aut sperandum vbi ex hoc vel illo viscere profluit, exponemus in opere de curatione membratim. Tempus sanationis ex specie, differentia, & causa præsagitur. Si ex arterijs, si ex partibus internis, si valde profluat, & propter solutionem continui, non ita cito conquiescit, sicuti cum hæc contraria sunt. Diuturnum tempus postulat prauitas succorum, & idcirco vena, vel arteria exesa. Via sanationis huiusmodi est: si parum profluat, & ex parua venula, per se subsistit, alioquin medicina opus est, ad quam nunc aggredimur.

e Gale. 1. de loc. aff. c. 1.
f Gal. 5. metho. c. 6.
g Gal. 3. de cau. symp. c. 2.

Curatur sanguinis fluxus perinde atque alia symptomata, cum causa remouetur. Interdum

tamen

tamen propriam curationem postulat. Agemus primo de remotióne causæ, quæ tunc conne- B
nit cum leuior est effusio, vt cum parua foramina tunicarũ relaxata sunt, & cum celeriter aufer
a Sup. prin. ri causa potest, nec timemus ne interim vires deficiant. Triplex a autem proposita est, im-
c. 15. becillitas facultatis retentricis, copia vel praua qualitas sanguinis, vitium in vasis relaxatis,
patefactis, aut diuisis. Si facultas imbecilla sit, curatur sanando temperationem immodera-
tam, veluti refrigerando & siccando vbi calida sit & humida. Si sanguis copia fui, vel quali-
tate male habet, exhauriendus ac temperandus est. Si vasorum tunicæ laxiora foramina ha-
beant, reddi densa debent. Si ora patefacta, astringi: sed si ipsa diuisa fuerint, seu incisa, seu
incisa, seu rupta, seu exesa sanare oportet solutionem continui. Quæ omnia opera vna cum
instrumentis per quæ fiunt, petenda sunt ex superioribus libris, vbi morborum, & causarum cu
rationem, & generatim, & speciatim persecuti sumus. Hæc autem ratio succurrendi sangui-
nis fluxui, non refertur ad ipsum symptoma, sed ad causas. At vbi magnus sit effluentis san-
guinis impetus, (quod potissimum euenit, cum aut arteriæ, aut magnæ venæ patefactæ sunt,
aut diuisæ, præsertim exesæ, & offensa magna est,) non patitur expectari dum tollatur causa,
b Gale. 12. ne homo prius intereat quam illa sanari possit. Tunc b ergo posthabitis causis ad symptoma
meth. c. 1. duntaxat dirigere consilium oportet, quod quo pacto fiat, iam dicere ingredior. Cum san-
c Sup. in c. guinis fluxus non sit ex numero eorum quæ permanent, quemadmodum nec dolor, (vt c su- F
anteced. pra ostensum est,) cohiberi non potest, nisi vis causæ frangatur, quæ cum vel ad facultatem re
tentricem, vel ad sanguinem, vel ad vasa referatur, constat facultatem vbi imbecilla sit, non
posse celeriter confirmari. Immoderatam temperationem non licet subito depellere, neque
si liceret, id sufficeret: superest enim vasorum offensa, cui succurrendum esset. Quamobrem
vel ad sanguinem spectandum erit, vel ad vasa. Dabimus igitur operam ne sanguis ad exitum
concurrat, & ne vasa sinant ipsum effluere, quod fiet vbi claudantur: de quo loquemur cum ex
plicauerimus qua ratione prohibeamus sanguinem eo se conuertere. Ex duobus operibus
propositis, sæpe alterutrum sufficit: interdum tamen vtrumque necessarium est, veluti cum ma
gnum vulnus profusionem sanguinis facit: sed siue alterutrum, siue vtrumque fiat, occurretur
symptomati, non tamen causæ, cum relinquatur idem vitium, siue in quantitate & qualitate
sanguinis, siue in vasis relaxatis, patefactis, aut diuisis. Ergo ne sanguis currat ad partem vn-
de exit, fiet si ab ea non alliciatur, si trahatur ad aliam, si repellatur. Non allicietur, vbi tol-
lantur causæ ob quas allicitur, vt calor refrigerando & quiescendo, dolor leniendo & vitan-
do situm molestum. Sunt qui scribant vitandum esse aspectum rerum purpurearum, quod
vel ob calorem, vel ob similitudinem concitet sanguinem, & fluxum augeat. Trahetur ad
d Galen. 5. aliam partem, vbi vel quam longissime, d vel etiam ad latus euocetur, hoc est, vbi vel auerta-
meth. c. 3. tur, vel deriuetur, & ita desinet fluere qua volumus. Postulat tam auersio, quam deriuatio, vt G
caueamus ne trahatur ad locum nobiliorem: sed cum vtraque vel tantum trahat, vel etiam
emittat quod traxit, tam hac, quam illa vti licebit: ea tamen cautione, ne quod emittitur co-
piose emittatur, nam vires deficerent, quæ fluxu plerunque exhaustæ sunt. Trahitur etiam
sanguis ad diuersa, & auertitur cum reuocatur ad partes internas. Repellitur quod ad exi-
e Galen. 5. tum concurrit refrigerato, e vel astricto loco qui iuxta est. Sic enim intercluditur aditus,
meth. ca. 5. neque potest amplius ex vlterioribus partibus sanguis venire. Non tamen vtendum repel-
& l. 3 cata- lentibus f præsidijs, vbi periculum est ne ab externis partibus sanguis reuocetur ad internas
top. c. 3.
f Galen. 5. nobiliores. Cum fluit ex naribus, non licet caput vehementer refrigerare, ne repellatur ad
meth. c. 6. cerebrum: neque in sputo sanguinis, thoracem, ne ad cor & pulmonem, nisi & vbi iam corpus
larga effusione exinanitum est, & vbi leuiora refrigerantia adhibeantur. Spectat aliquo modo
g Galen. 5. ad repellendum situs g partis vnde erumpit: qui sublimis esse debet, nam sanguis qui grauis
meth. c. 3. est, non facile ascendit. Defendit Hippocrates h membra fracta & luxata ab inflammatio-
h Hipp. l. 3. ne, atque ab impetu sanguinis confluentis, collocando sublimiora: Quod tamen eatenus fieri
d: off. med.
30. debet, ne doleant, nam dolor (vt proxime i diximus) sanguinem concitat. Pars ergo vnde
i Paulo an- exit, ne ad ipsam concurrat, sublimis habenda est. Cum per nares funditur, collocatur homo k H
te in hoc eo capite ad scapulas demisso, sic enim qui prius descendebat ad nares, neq. ad eas poterit ascen
dem cap.
k Gale. l. de dere, neque efferri. His itaque modis omnibus prohibemus ne sanguis concurrat ad partem
præsag. ad vnde erumpit. Ille vero qui confluit, non sinitur effundi, vbi exitus claudatur: clauditur au-
post. c. 13. tem, & cum obstruitur, & cum adstringitur: hoc tutius est, illud expeditius. Protinus igitur ob-
l Galen. 5. struentia l tentabimus, quæ vbi cohibere impetum sanguinis nequeant, confugiemus ad ad-
meth c. 4. stringentia. Vtraque cum & leuiora, & ualidiora esse possint, vtemur leuioribus, vbi res mi-
nus vrgeat, nã iucundius curant: sed vbi periculum sit ne homo profusione sanguinis intereat,
veniemus ad validiora, vel ad maxime ualida, ut ad laqueum, sectionem, ustionem, præstat
enim tunc tuto, quam iucunde curare. Sub neutro autem propositorum præsidiorum genere
curatur causa, relinquitur enim uitium in sanguine ac solutio continui, in uasis incisis, ruptis,
aut exesis, sed tantum succurritur symptomati, quamobrem illa ad hoc proprie referuntur,
m Galen. 5. non ad causam. Sed utrouis modo claudantur, sæpe manet in affecto loco m aliquid sanguinis
meth. c. 8. concreti, qui cum grauissima afferat symptomata, necesse est discutiatur ac dissipetur: complu
ra igitur sunt opera quæ posthabita causa requiruntur ad curandum ipsum symptoma quod

præ

A præ manibus nunc sese offert, videlicet sanguinis fluxum, vt auersio, deriuatio, leuatio doloris, temperatio caloris, interclusio aditus, obstructio vel astrictio exitus, & concreti sanguinis dissipatio.

Instrumenta quibus hæc perficitur, partim in superioribus exposita sunt, partim hic subijcientur. Illa quæ valent ad auertendum, aut deriuandum, siue cum effusione, siue sine, superiori libro [a] enarrata sunt, qua de auersione, ac deriuatione. Illud tantum adscribere nunc oportet, quod vt reuocetur sanguis ad partes internas, vtendum est [b] refrigerantibus. Idonea est perfusio aquæ frigidæ: sed si incutiatur homini timor ex ipsius periculo, fertur similiter sanguis ad viscera, & auertitur à partibus externis, atque à loco vnde erumpit. Instrumenta vero quibus lenitur dolor, paulo ante [c] tradita sunt. Illa quibus temperatur calor, exposita sunt in curatione morborum, qua de immoderata temperatione calida. Aditus intercluditur cum refrigeratur aut astringitur locus proxime supra exitum. Ad refrigerandum maxime idonea est aqua frigida, & intus sumpta, & extrinsecus imposita: cauendum tamen ne plagam attingat, nam frigus, cum (teste Hippocrate [d]) sit vlceribus mordax, potest sanguinem concitare. Cauendum item ne frigidiores partes plurimum refrigerentur, nam sic solet neruorum [e] distentio superuenire. Sed eo nomine etiam iuuat aqua frigida, quod sanguinem cogit, & crassiorem efficit, ita vt reddatur fluxioni minus opportunus. Contra vtroque nomine aliena est B perfusio calida, quod sanguinem extenuet, & eidem aditum patefaciat. Merito igitur præcipit Hippocrates [f] vt vitemus, vbi timeatur sanguinis profluuium. Intercluditur etiam aditus, cum astringitur, quo spectat manus opera: imponitur enim fascia [g] loco vnde sanguis erumpit, ibique arctius astricta, laxior deinde ducitur ad superiorem partem, hoc est versus originem, & quasi radicem vasorum, [h] quæ in arterijs cor est, in venis iecur: superior ergo pars illa dicitur quæ maxime vicina est cordi, aut iecinori. Refrigerando igitur & astringendo excæcantur itinera per quæ sanguis ferebatur. Supersunt instrumenta illa quæ claudunt exitum ipsum, siue obstruendo, siue astringendo. Obstruitur autem interdum solo sanguine ipso concreto citra aliud auxilium: interdum adducta [i] cute vel carne à vicinis partibus, vel superpositis digitis, aut linamentis. Quæ chirurgia vbi sufficit, quemadmodum in partibus externis, cum vehementer sanguinem fundunt, expedita est. At vbi per hæc nequeat supprimi fluxus, admouenda sunt medicamenta obstruendi vim habentia, cuiusmodi sunt & emplastica, & adurentia. Vocantur emplastica à græcis illa quæ morsus sunt expertia, & facile illini possunt, siue humida sint, vt album oui, siue sicca, vt gypsum, terra Samia, Armena. Aptissimum autem est medicamentum quod accipit duas [k] partes thuris & vnam aloes, dilutas albo oui subacto, C & exceptas pilis leporinis: adeo autem valet, vt fere sistat quemuis sanguinis impetum ex arterijs etiam emanantis. Quo item modo maxima cum conferentia adhibetur medicamentum quod accipit aloes, mannæ thuris, corticis pini, terræ lemniæ, boli armenæ, lapidis hæmatites, hypocisthidis, gallæ, omphacitidis, singulorum drachmam, quæ in tenuissimum puluerem sint redacta: Eodem tendit & puluis qui conficitur ex mastichis, thuris, cuiusque drachma, sanguinis draconis, terræ armenæ, cuiusque drachmis duabus, rosarum, balaustiorum, myrthorum, singulorum drachmis tribus: siue quod accipit Resinæ frictæ, pollinis farinæ triticeæ, gypsi, singulorum drachmas duas ex quibus puluis conficitur eadem ratione adhibendus. Ad partes autem internas ea emplastica maxime accommodantur quæ alendi etiam vim habent, & esculenta sunt ac poculenta, vt oua sorbilia, vel mollia ex olla, amylum, pulticula ex farina: hæc & sanguinem crassiorem faciunt, & vasa simul etiam oppilant. Quibus etiam partibus tuto dantur terra armena, samia, hæmatites, charabes, corallum, trochisci ex terra sigillata, ex charabe, veluti & exigua portio philonij, quo potissimum tenuitas sanguinis crassior redditur. At vrentia medicamenta tantum imponuntur partibus externis, quibus tanquam igne [l] adustis crustam inducunt, quæ deinde occupat exitum vnde sanguis erumpit. Sunt autem valde D calida & sicca, tum crassarum partium. Præstat autem illis vti quæ simul aliquam habeant [m] astringendi facultatem, quemadmodum atramentum sutorium, chalcitis, misy, vt diutius crusta retineatur, & interea crescente carne claudatur locus, nam vbi dentur quæ astrictione carent, veluti calx, crusta celeriter cadit, & locus deinde magis effusioni patet. Plurimum autem proficiunt adurentia, vbi cum sanguinis fluxu putredo coniungitur: si maximum sit sanguinis profluuium, ueluti cum membra præciduntur, præstat ad chirurgiam venire, & locum candenti ferramento adurere, quod statim crustam inducit, ita vt sanguinis effusio conquiescat. Altero modo claudi exitum diximus cum astringitur, id quod fit & per medicamenta, & per chirurgiam: astringunt medicamenta quæ frigida sunt, comprimunt [n] enim & cogunt, quemadmodum aqua frigida, cum effluente sanguine per nares attrahitur. Quod si non solum frigida, sed etiam sicca sint, maiorem habebunt astringendi facultatem: veluti galla, hypocisthis, malicorium, rhu, acacia. Eandem uim habent medicamenta, quæ quod cruentis vulneribus statim inijciantur ἔναιμα græce dicuntur, ueluti emplastrum barbarum. Internis uero partibus aptantur plantago, portulaca, polygonium, solanum, succus qui ex ipsis exprimitur, aqua in qua bullierit rubus, myrthus, lentiscus, præterea pastillus Pasionis, Andronis, Polidæ: trochisci de terra sigillata, de lapide hæmatite, de charabe, quæ partim obstruendo, partim astringendo san-


a Sup. li. 16. c. 10 & capit. 12.
b Galen. 5. meth. ca. 5. & c. 6.
c In antecedenti cap.
d Hippo. 5. aph. cō. 19.
e Gal. l. 3. prrhet. cō. 3. & Hippo. 5. aph. 17.
f Hippoc. 5. aph. 19.
g Galen. 5. meth. c. 3.
h Hipp. l. de alim. circa medium & Gale. 6. de plac. c. 9.
i Galen. 5. meth. c. 3.
k Galen. 5. meth. c. 4.
l Gal. ibid. & 1. simpl. c. 18.
m Gal. ibi.
n Gal. 3. 6. epid. cō. 14

do sanguinis fluxum cohibent, chirurgia qua exitus sanguinis astringitur, varia est; primo[a] enim adducuntur oræ vasis ipsius diuisi vt inter se coeant, deinde superdatur fascia, quæ à contraria parte orsa, & vtrinque ad plagam attracta, oras adductas atque in vnum coniunctas retineat. Quod vbi fieri non possit, laqueo astringitur vas; sub eo enim traijcitur acus linum ducens, quo deinde arctius alligato, non potest amplius sanguis effundi. Sed periculum est ne si nimis astringatur magnum aliquod vas, [b] oriatur gangræna. Postremum remedium est venas vel arterias quæ sanguinem fundunt, circa id quod est ictum duobus locis deligare, & postea [c] intercidere, vt in se coeant, & nihilo minus ora præclusa habeant: sic autem imbecillior redditur pars, cum minus postea alatur à minoribus vasis: quod tamen satius est, quam sinere vt cum sanguine vis omnis effundatur, quemadmodum in distentione neruorum præstat transuerso musculo, aut neruo [d] secto, partem aliquam actione priuare, quam permittere vt homo conuulsus intereat: Dissipandus tandem est sanguis cöeretus manens in loco affecto, ad quem vsum intus sumitur coagulum [e] leporis, aut succus calamenthi. Sed acetum efficacissimum [f] est tam in partibus internis, quam in externis, vnde in sanguinis sputo bibitur posca: vbi sanguis [g] cum vrina redditur, oxymel. Veteres in fractura caluariæ subiectam membranam ea de causa aceto respergebant. Hippocrates, [h] vbi adhibita cucurbitula scalpello cutem pluribus locis incidit, eandem misso sanguine, aceto perfundit, vt dissipetur siquid ibi concreti sanguinis mansit. Quæ de operibus & instrumentis ad tollendum morbos, causas, & symptomata pertinentibus generatim dicenda erant, habeant hunc terminum.

a Galen. 5. meth. c. 3.
b Gal. 7. de anatom. ad minis. c. 13.
c Gal. 8. de anatom. ad minis. c. 6.
d Gal. 1. de mot. musc. c. 1.
e Galen. 10 simpl. c. de coagulo.
f Diosc. l. 5. simpl. c. 17
g Galen. 5. meth. c. 8.
h Hipp. l. de vlceribus



A



VIDI VIDII
DE FEBRIBVS,
B
SIVE DE CVRATIONE GENERATIM
Partis Secundæ Liber Primus:
Qui est de Febribus in vniuersum.

Quæ superſint tractanda in opere de curatione generatim. Cap. I.



Væcunq; ad id quod institutũ est,referuntur, pertractari omnia coniunctè debent: si qua tamen pars adeo magna ac multiplex est,vt in ea explicanda mul to longior ponenda sit oratio, quam in reliquis omnibus, tãtum attingi debet in perpetua tractatione cum cæteris, ne si contexta cum illis vberrime expli- cetur, verborum ac sententiarum copia legentis mens,adeo obruatur, vt ne-
C queat in memoriam redire & reliquarum partium,& eius quod præcipue pro positum erat, sed repetenda eadem est deinde in proprio opere, diutiusque in ea commorandum, vt quod alibi inchoatum erat absoluatur: hoc tam ab historicis quam à philosophis, & medicis obseruatur. Qui historiam conscribunt, quædam bella & ciuiles quasdam coniuratio nes,in quibus volunt mentem totam versari,& diutius insistere,à perpetua tractatione seiungunt. Aristot.cum in opere de anima, sensum vna cum alijs animæ facultatibus proposuisset, seorsum deinde in vno libro quem de sensu composuit,omnia quæ ad ipsum pertinent colligauit. Cumque ad rempublicam aliquo modo spectaret etiam res familiaris,hanc seorsum perse- qui voluit in libro quem œconomicum inscripsit. Galen.cum in libro de symptomatum differentijs horrorem & tremorem vna cum alijs symptomatibus proposuisset, vtrumq. deinde dilatauit in vno libro quem de ipsis composuit: hoc idem & nobis faciendum est, nam cũ chirurgiam conscribemus,cuius pars ᵃ est anatome, si hanc coniunctè cum alijs explicare quantũ res postulat volemus, longior erit hæc sola pars chirurgiæ quam reliquæ omnes, quamobrem vna cum alijs eatenus declarãda est,vt intelligatur quid sit & quo pacto ad chirurgiam referatur, deinde separatim in vno volumine vberrime explicanda. Nunc etiã cum in superiorib. ᵇ libris
D generatim morborum omnium species: differentias,causas,symptomata,signa,& curationem seorsum explicauerimus,quoniam nonnulli sunt qui longiorem tractationẽ desiderant,alios libros conscribere operæprecium iudicauimus, in quibus illa latissime tradantur,& vnum sub aspectum ponantur quæ ad vnum quemq. pertinent, atq. hoc pacto exerceatur ea methodus speciatim quæ generatim tradita est: sunt autem morbi ad quos reuerti oportet,febris, tabes seu siccitas vniuersi corporis,repugnantia totius substantiæ:tumor præter naturam: exitus articulorum à sua sede: solutio vnitatis:ordiemur à febre, quæ vt si quis alius morb. vulgatis est, & sæpe grauissima,adeo vt qui moriuntur nisi trucidentur,fere omnes febricitent: hinc vetus prouerbium in eos qui molesti sunt & iniurij, vis sine febre mori? Quod si hæc à nobis vberrime tractata fuisset suo loco,videlicet vbi egimus de morbis simplicium partium,& proprie de immoderata temperatione calida,quæ (si est in toto ᶜ corpore) dicitur febris, mentem legentis adeo longitudine tractationis obruissemus, vt vix potuisset ad reliquas immoderatas temperationes deinde reuerti,earum omnino oblitus:in febribus autem tractandis,ante quæ cõmunia sunt declarabimus, deinde ad ᵈ singulas species pergemus; primo autem pro vt consonum esse alibi diximus,persequemur cognitionem curandorum, deinde rationem curandi.

a Vid.l.14 de cur.gen. par.1.c.4.
b Vid.in 1. par. de cur. gen.
c Gale.l.de cauſ morb. c.2.
d Vid.li.3 inſt.c.2.

De nomine & definitione febris. Cap. II.

E

IN omnibus quę ratione docentur ac via, primo constituendum est [a] quid illud sit qđ proponitur, quo spectat definitio, qua vt cuiusque alterius rei, sic etiam febris nűc nobis propositæ notio explicatur: recte autem colligitur eius definitio ex nomine, dicitur enim latine febris à feruore, quasi feruidus calor, græce [b] πυρετὸς ἀπὸ τοῦ πυρὸς, hoc est ab igne quasi igneus: illa vero febris quæ vehemẽs est, vocatur ab Hippoc. [c] πῦρ hoc est ignis, ita vt ex vi nominis intelligere liceat febrem esse calorem feruentem seu igneum. Idem colligitur ex notione communi omnium, neque enim medici duntaxat, sed ignari homines ẽt, cũ ingenti calore detinentur, dicunt se febricitare. Est igitur febris calor feruidus siue igneus. Constat autem calorem in animantibus non semper æqualem deprehendi, sed sæpe moderatum & suauem, interdum immoderatum & insuauem, ille innatus [d] est, hic aduentitius: innatus præterea [e] duplex est, insitus & influens, insitus calor impertitur partib. nostris à semine & sanguine menstruo, ex quibus principijs [f] procreamur: influẽs ijsdem distribuitur per arterias & venas à corde & iecinore, inest enim in sanguine & spiritu qui funditur in vniuerso corpore: ex insito & influente vniuscuiusque partis tertius quidam fit, qui similiter [g] dicitur innatus, pertinet ad hunc calorem, primo vis gignendi [h] & procreandi, tũ alendi, augendi, ac sustinendi corpora nostra: quamdiu enim remanet in nobis, tam diu remanet sensus [i] & vita: refrigerato & extincto refrigeramur ipsi & extinguimur. F Aduentitius calor quem diximus immoderatum esse & insuauem, non innascitur nobis, sed superuenit, præter naturam quidem ex illis caussis, quæ ignis modo calefaciunt corpora, naturaliter autem ex alimento quod procedente ætate diutius sumimus, atque hoc plurimo redundant iuuenes, [k] sicuti pueri innato. Qui præter naturam est, tantum abest vt vitalis sit, vt quocunque inuasit, omnia [l] conturbet ac dissipet, sitque confector omnium & consumptor, idcircoque aduentitij caloris nomine hunc tantum deinceps significabimus. Ille autem quẽ naturaliter aduenire diximus, licet quatenus ab eo qui ex semine & sanguine emanauit diuersus concipitur, aduentitius appellari queat, tamen quoniam innato valde affinis est, & cum eo in vnam quandam substantiam cõflatus miscetur, probeque fungitur vitæ muneribus, sub innati nomine absolute continetur. Calor igitur innatus & aduentitius ille præter naturam plurimum videntur inter se distare: at non propterea sunt diuersæ speciei, sed sub eadem ambo comprehenduntur, sunt enim primarum qualitatum quatuor imæ species, calor, frigus, humor, siccitas, calori subijcitur tam innatus quam aduentitius, neque enim differt vnus ab altero quatenus calor est, sed quatenus vel moderatus, & ideo naturæ nostræ similis & amicus, vel igneus, & idcirco eidem dissimilis atque inimicus. G Cum igneum dico non est quod intelligas simpliciter igneum, siquidem cum tali vita ne momentum quidem temporis seruatur, sed mixtum ac fractum, adeo tamen immoderatum, vt accedere ad naturam ignis videatur: huiusmodi est ille quo febris [m] continetur, immoderatus videlicet & ad ignis naturam vergens, non tamen omnino igneus, cum febricitãtes sub eo sæpe diutius viuant, & compluribus vitæ muneribus fungantur, inter quæ illa interdum maxime euidentia sunt quod concoquunt, aut expellunt putres & noxios succos qui febrem accendunt. Nequeunt opera hæc proficisci à calore penitus igneo, sed sequuntur remissum & medium quodammodo inter innatum & aduentitium, qualis est calor febrium præsertim salubrium, nam illæ quæ perniciosæ sunt, videntur igneo magis quam medio calore contineri, nec est quod propterea dicas vt quibusdam placet, in febricitante duos esse calores, vnum innatum, alterum aduentitium: siquidem calor cum ad vnam duntaxat speciem referatur (vt [n] iam ostendimus) non potest duplex esse in eadem materia: potest eadem accipere plures diuersorum accidentium formas, vt figuræ, coloris, & primæ alicuius qualitatis, non tamen plures eiusdem speciei, nam hæ multiplicantur tantum multiplicata materia, à qua diuersa distinguuntur, & diuersa numero fiunt: quamobrem in febricitante vnus tantum calor adest, hic autem est medius inter innatum & igneum, siue (vt tam Græci [o] quam Arabes [p] philosophi ac medici clarissimi voluerunt) innatus conuersus in igneum: H solidæ enim partes quibus proprie [q] tribuitur morbus, & propterea febris, immoderate calefiunt, quod nimis accendatur innatus earum calor, & vergat id igneum, quo minus autem recedit ab innato ac moderato, eo magis perficit munera vitæ. Quo magis igneus fit, eo minus: adeo vt vbi talis redditur, omnia perturbet [r] & conficiat. Calor igitur in quo febris continetur, est innatus [s] conuersus in igneum, sicut & opera [t] quæ ab ipso efficiuntur media sunt, non secus atque in abscessibus suppuratio, quæ medium quoddam est inter alimentum & putredinem, & à medio calore proficiscitur. Cum Galen. [u] febrem definiuit conuersionem innati calidi in igneum, abusus est nomine conuersionis, significare volens quod mutatum est & non mutationem, sicuti cum [x] alibi tradidit febrem fieri ex conuersione caloris innati in igneum, tunc enim proprie vsus est conuersionis vocabulo ad mutationem notandam ex qua oritur febris, quæ cum sit morbus, non est mutatio, sed res mutata, est enim qualitas, & ex numero permanentium, non ex his quæ fluunt sicut motus, sed gignitur per motum, quemadmodum per

conuer-

a Plato in Hippia.
b Gal. 3. li. de fracturis. com. 8.
c Hippo. 3. epid. tex. 11.
d Gale. 4. 6. epid. cõ. 25
e Vid. lib. 6. de tuẽ. val. memb. c. 1.
f Gale. 1. de tuen valet. c. 2.
g Vid. li. 6. de tuẽ. val. membr. c. 1
h Galen. 1. aph. cõ. 15.
i Arist. li de resp. c. 4.
k Galen. 1. aph. cõ. 14. & l. 2. de tẽper. c. 2.
l Gal. li. 11. meth. c. 8.
m Gal. 4. 6. epid. 25.
n Paulo ante.
o Galen. 1. aph. cõ. 16.
p Auerr. l. 3. coll. c. 3
q Auic. li. 1. f. 1. c. de subiectis.
r Galen. 11. meth. c. 8.
s Galen. 1. aph. cõ. 16.
t Galen. 2. aph. 47. cõ. & 5 simpl. cap. 6. & 1. progn. cõ. vlt.
u Galen. 1. aph. cõ. 16.
x Ga. 1. acu. cõ. 8. & 1. apho. commen. 14.

conuersionem innati caloris in igneum. Nequeo satis mirari illos qui existimant ideo febrem
A vere mutationem & conuersionem esse ad igneam qualitatem, nō formam & qualitatem iam acquisitam, quod calor febricitantium nondum peruenerit ex toto ad formam ignis, quasi nō possit esse qualitas ignea iam inchoata & nondū absoluta: hac igitur continetur febris & non conuersione ad ipsam, estque omnino febris innatus calor vergens ad igneum. At non quouis modo vergat ad igneum innatus calor febris est, sed cum adeo igneus redditur, vt vitæ muneribus officiat: ille qui nondum eo peruenit vt actiones lædat, neque febris censetur neq; morbus, [a] neque enim dicuntur febricitare qui ex labore, ex ira, ex æstu concalescunt ante consuetorum munerum vacationem: quare febricitantium calor eatenus necesse est ad igneum vergat, vt vitæ munera impediat. Potest quidem igneus calor febricitantium non solum lædere, sed etiam labefactare actiones nostras omnes, cum & in corde ac in vniuerso corpore versetur (vt paulo post docebimus) & efficacissimus sit, præsertim vbi valde ad igneum accedit: non tamen necesse est omnes lædat, sæpe enim restituit ablatas, perficit imminutas, corrigit deprauatas: sanat enim superueniens neruos [b] resolutos & distentos: [c] sanat torpentes & attonitos: succurrit dolori, [d] quemadmodum Hippocrates testatur, id quod febris efficit, vbi actionum noxa, vel ab immoderato frigore proficiscatur, cui opponitur igneus calor, vel à crudis & concretis succis, & à flatu, qui ab eodem concoquuntur ac dissipantur. Scribit Plato [e] in
B Timæo, affectus ac distentiones à flatu superueniente febre sanari: nec mirum etiam videri debet, si ob eandem causam hebetem sensum excitat, aut motum imbecillum confirmat. Gaudent etiam actiones aliquæ calore magis, quam frigore, sicuti contra, aliquæ magis frigore quam calore. Labefactat tamen maximus [f] cuiuslibet elementi excessus quāuis actionem, id quod potissimum facit calor igneus, cum efficacissimus sit, qualis est interdum ipsius febris, sed semper lædit aliquam actionem, licet non ita vehemens sit. Vbi autem actiones læduntur, necesse est aliqua ex parte mutari affectus & qualitates corporis, & aliquid detrudi aut retineri præter naturam. Perpetuo itaque febrem sequuntur symptomata, non tamen necessario plurima aut maxima. Non esset autem febris, vt ante dictum est, nisi innatus calor adeo in igneum verteretur, vt eiusmodi offensas afferret. Illud autem in dubium incertumque reuocatur, quod febris non videtur sub proposito tantum genere comprehendi, sub calore videlicet igneo, sed etiam [g] sub siccitate, nam cum duplici morbo contineatur, calore & siccitate, duplici quoq. genere definienda est: quod autem non tantum sit calor, sed etiam siccitas, pluribus argumentis conficitur, & primo, quia ignis non tantum [h] calore, sed etiam siccitate præditus est, quare vbi est calor igneus, quemadmodum in febre, debet etiam esse siccitas: deinde quod immoderatus calor humorem absumit, & euidenter exsiccat corpus, in quo versatur, &
C eo magis, quo maior fuerit: si siccat ergo, etiam siccauit, neque.n. fit momento temporis, & vere præclare ostensum est ab Aristotele, cum [i] cum vere dicitur moueri aliquid, vere etiam dicitur, motum esse: si ergo igneus calor siccat, siccauit etiam corpus febricitantis, ita vt siccitas in ipso copuletur cum calore. Accedit ratio curandi per humida [k] præsidia, victus humidus, inquit Hippocrates, [l] omnibus febricitantibus conuenit, quare si auxilium non modo frigidum esse debet, sed etiam humidum, necesse est febrem, cui tanquam contrarium opponitur, non tantum calorem esse, sed etiam siccitatem. At res aliter se habet, cum constet quasdam febres valde humidas esse, quales illæ sunt, quæ [m] τυφώδεις & ἑλώδεις, græce nominantur, sub quibus à primo statim die ægrotantes largius sudant, nihilque propterea aut certe quam minimum leuantur: contra quasdam valde siccas, ita vt ingentem sitim afferant, linguā scabram, [n] cutim corij instar duram, & corpus vniuersum aridum efficiant: quamobrem tenendum est, febrem perpetuo calorem esse, non tamen perpetuo siccitatem, diluendaque argumenta sunt, quæ monstrabant siccitatem cum calore necessario copulari. Quod igitur primo dicebatur, igneum calorem esse siccum, concedendum est, vbi valde igneus sit, & versetur in corpore, nō valde humido, sed minus ardens calor, qualem præ se fert febris lēta, & in corpore, quod multis humoribus redundet; non necessario iungitur cū siccitate. Quod etiā adducebatur, igneus
D calor siccat, ergo siccauit, concēdendum est, verum vbi corpus humidum sit, ea siccitas nondum tāta est, vt mediocritatem superet, aut actiones lædat: quin per calorem eiusmodi corpora potius ad mediocritatem inter humorem & siccitatem perueniunt, quam ad nimium siccitatis excessum. Postremum erat argumentum sumptum ab auxilijs, non tantum frigidis, sed ēt humidis, quæ cum febricitantibus aptentur, videntur indicare febrem, non tantum calore, sed etiam siccitate contineri: diluitur autem quod non valeat, aptantur semper humida febri, ergo febris semper est sicca, opponuntur enim non tantum siccitati præsenti, sed etiam futuræ: recte enim traditum est ab Hippocrate, [o] quæ sequentia morbos sanant, antegressa prohibent. Præterea vt quæ siccant calorem acriorem reddunt, & siccitatem nō inepte [p] veteres dixerunt cotem caloris, ita quæ madefaciunt vim eiusdem frangunt ac remittunt, atq. hoc pacto aptantur humida febricitantibus, vt retundentia calorē, & idcirco refrigerātia. Perducta igitur iam est ad exitū tota quæstio de siccitate, patetq. febrem definiēdā esse calorē duntaxat adeo igneum, vt lædat actiones: hoc aūt totum est proximum genus, quod cū vno nomine vacet plurib. explicatur: sumitur aūt à forma, cum definiuntur accidētia, sicuti à materia cum definitur

a Gale. de diff. morb. c.7. & l. art. med. c.8.
b Hippo. 2. aphor. 26.
c Hippoc. 5. aph. 52.
d Hippo. 7. aph. tex. 52
e Plato in Timæo.
f Galen. 3. aph. cō. 22.
g Galen. 1. acut. cō. 18
h Arist. li. 2. de ortu & interitu tex. 16: & 23.
i Aristot. 6. physic. non longe a pricipio.
k Galen 1. acut. cō. 18
l Hippoc. 1. aph tex. 16.
m Gal. cōt. Lycum e 2
n Hippo. 4. acut. tex. 4. & 13.
o Hipp 3. 6. epid. tex. 40
p Auic. qua de complexionibus.

substantia: contra differentiam in definitione substantiæ [a] suppeditat forma, in definitione accidentis materia. Febris cum qualitas sit, & accidens quoddam definianda est differentia, sumpta à materia, quæ adijciatur generi, quod esse diximus formam, & ignenm calorem lędentem actiones. Materia, in qua versatur eiusmodi calor, est corpus [b] nostrum vniuersum: refertur.n. febris inter morbos communes totius corporis, & non inter proprios alicuius partis: residet autem per se in omnibus partibus simplicibus, & per has in multiformibus, earum enim partium per se est temperatio [c] immoderata, quarum est moderata: hæ autem sunt simplices, q ex quatuor elementis componuntur, nam multiformes constant ex simplicibus, ob quas vt moderata temperatione fruuntur, ita etiam immoderata detinentur. Versatur igitur febris per se in partib. simplicib. omnib. totius corporis, & per has etiam in omnibus multiformibus. Huic sententiæ illud aduersatur, quod nonnullæ partes febricitantium quorundam frigidę sentiuntur, veluti extremæ initio [d] accessionum, quæ tunc inalgescunt, quamuis homo febricitet, veluti ēt externæ in febribus malis, in quibus internæ vri [e] videntur. Præterea vbi fit magna copia crudæ pituitæ, tam internæ, quam externæ eodem tempore & calidæ & frigidæ sentiuntur: in nulla ergo propositatum febrium calor occupat vniuersum corpus, cum quædam partes euidenter frigidæ sint. Adhæc dicendum est, calorem febricitantium semper accendi in thorace, quē admodum Hippocrates [f] scripsit, hoc est in corde, & inde per arterias in vniuersum corpus distribui, quomodo & innatus ille distribuitur, qui per easdem arterias à corde influit in vniuersum corpus, quamobrem vbi homo febricitat, cum calor in corde igneus fiat, par est similem reddi in vniuerso corpore, nisi sit quod prohibeat; prohibet autem initio accessionis concursus spiritus & sanguinis, & idcirco caloris ad medias partes; quo fit, vt extremæ, à quibus recedit, non solum non calefiant, sed etiam [g] aperte refrigerentur; prohibet in malis febribus igneus calor viscerum, qui adeo vehemens est, vt cucurbitulæ modo alliciat spiritum & sanguinem, & idcirco calorem, à partibus externis, quo fit, vt remaneant frigidæ: prohibet idem & copia crudorum succorum, qui distribui per vniuersum corpus, non possunt æqualiter omnes incalescere, sed pars ipsorum, quæ tenuior est, prius calorem cōcipit, quæ crassior tardius: quare eædem partes simul [h] calidæ & frigidæ vidētur. Materia igitur, quæ calorem igneum febris accipit, est cor, & idcirco vniuersum corpus, nisi quid prohibeat, necessario enim accenditur in corde, alioqnin [i] non esset febris, non tamen necessario incipit à corde, cum possit in quouis febrium genere primo accendi in [k] alia parte, & inde ferri ad cor, vnde postea in vniuersum corpus distribuatur. Illud autem obliuisci non oportet, quod cum triplex sit genus substantię, vt in reliquis partibus, ita etiam in [l] corde, non necesse est quodlibet, vbi homo febricitat, inflammatum esse, sed sæpe vnum inflammatum est, reliqua duo inflammātur: quamobrem fit [m] aliquando pulsus febricitantium inæqualis, quod non omnis substantia cordis calefacta sit, sed aliqua duntaxat, dum reliqua, quæ adhuc striget, incalescit. Sed longius labimur in exponenda febris definitione: constituamus, febrem esse calorem innatum, [n] ad igneum adeo vergentem, vt lædat actiones, versarique semper in corde, plerunque etiam in vniuerso corpore.

[a] Arist. 7. diuinorum. [b] Gal. li. de caus. morb. c. 2. & li. de cur. per venæ sect. c. 5. [c] Vid. lib. 4. de cur. gen. c. 2. parte 1. [d] Gal. 2. prognost. cō. 4. [e] Gal. 1. de inæquali intēperie c. 8. [f] Hippoc. 4. acut. 39. & Gal. 1. acut. cō. 18. & 10 meth. c. 8. [g] Gal. 2. prognost. cō. 4. & Hipp. 4. acut. 39. [h] Gal. de inæquali intēperie c. 8. [i] Gale. 1. de diff. feb. c. 3 [k] Hippoc. 4. apho. 55. & Gal. 10. methød. c. 8. [l] Galen. 1. de diff. feb. c. 2 [m] Gal. 3. de præsa. puls. c. 5. [n] Gal. 1. acuto. cō. 18. & 2. meth. c. 7

E F G

De causis febris in vniuersum. *Cap.* *III.*



Lterum præter naturam, quod de febre in vniuersum explicare oportet, causa est, à qua proficiscitur, effectrix videlicet, neq. enim nunc materiam aut formam inquirimus, quæ proxime exposita sunt in definitione. Causa igitur, quæ febrem efficit, est multiplex illa, à qua supra [o] in libro de morborum causis generatim calidū morbū oriri demonstrauimus, eandem nunc repetentes, ostendemus, quo pacto in vniuerso corpore, & non in vna parte duntaxat accendere calorem possit, & febrē excitare. Diximus augeri calorē in corpore nostro ab illis causis, à quib. augetur in reb. [p] externis, à motu videlicet, putredine, retētione calidæ expirationis. Ab eo, quo quasi pabulo nutritur, à vicinia rerū calidarū. Eadem omnia accendere febrem possunt, si valida sint in quouis homine, si minus valeāt, in eo tm̄, qui febri est opportunus, hoc est, qui naturaliter calidus est, siquidē constitutimus, [q] febrē fieri ex innato calore, conuerso in igneum: quo autem maior fuerit, eo magis accenditur, & fit igneus, propterea senibus (teste Hippoc.) febres [r] nō similitet acutæ fiunt. Frigidum.n. corpus habent: quare aut non incidunt in febrem, aut non in acutam, aut non nisi à maxima [s] causa, ob quam in summo periculo versantur. Contra qui plurimum habent innati calidi, leui etiam de causa sæpe incidunt in febrem, eamq., acutam. Vbi naturaliter calor non solum plurimus sit, sed ēt acris, qualis est in iuuenibus, à quib. acriores fuligines exhalant, eiusmodi homines maxime febrib. etiam ardentibus exponuntur, & ob quamuis causam febricitant. Ex tempera tionib. [u] illa, quæ calida & sicca est, maxime obnoxia est febri, dein illa, quę calida & humida, tum quę calida tantum, post hanc, quę media in calore ac frigore, dein illa, quę tātum excedit in humore, postremo illa, in qua superat frigus, siue cum humore, siue cum siccitate, siue cum mediocritate inter hęc iungatur. Causę autem, à quibus diximus, calorem in nobis augeri, H

[o] Lib. 2. de cur. gen. c. 10. par. 1. [p] Gal. li. de caus. morb. c. 2. [q] In capite pręcedenti. [r] Hippoc. 1. aphor. 14. [s] Gal. in co comm. [t] Gal. ibid. [u] Gal. 8. methød. c. 7. & 8.

si debent

A ſi debent febrem accendere, neceſſe eſt, calefaciant cor adeo, vt vitæ [a] munera offendantur,
nam vbi hæc ſecundum naturam ſeruentur, nondum ægrotat homo: tum vbi calor in alia par-
te augeatur, & non in corde, poterit quidem eſſe morbus calidus, non tamen febris. Motus vt
ab hoc ordiamur, non ſolum exercitationem corporis complectitur, ſed perturbationem quo
que animi, vbi diutius ac vehementer moueamur, caleſiunt præcipue muſculi & articuli, ſed ſi
mul etiam arteriæ, quæ iuxta ſunt, per has calor impertitur cordi, in quo, ſi adeo augeatur, vt
reſpirationem maiorem, celeriorem, & magis crebram deſideret, eiuſmodi motus tunc pri-
mum [b] exercitatio appellatur: quæ ſi perſeueret, degenerabit in laborem, ob quem ita corde
augetur aliquando calor, vt actiones lædat, & ſit febris. In animi perturbationibus mouetur
ſubſtantia calidi innati, [c] vel ab externis partibus ad internas, vt in metu & ægritudine, vel
ab internis ad externas, vt in ſpe & gaudio: quanto autem maiores fuerint animi perturbatio
nes, tanto magis mouetur, & efferueſcit, præſertim in corde, ad quod illæ potiſſimum attinẽt,
& maxime ira, quæ feruor ſanguinis eſt in corde: eiuſmodi ergo motus, vbi validior fuerit, fe-
brem concitat. Putredo, vt in rebus externis, [d] quemadmodum in ſtercore calorem excitat,
ita etiã in nobis, id quod vel ex ſupputatione perſpicuum eſt, euidenter enim incaleſcit pars
illa, in qua vertitur aliquid in pus: quod ſi ſuppuratio vel magna fuerit, vel prope [e] arterias
B grandiores, tantum calorem cordi impertit, vt febrem afferat. Calida expiratio, quæ ex corpo
re naturaliter exhalare ſolet, interdum retinetur, quod vel adſtringantur, vel obſtruantur, aut
parua foramina [f] cutis, aut interni canales. Prohibita autem effluere, calorem auget in loco,
vbi retinetur, præſertim ſi fuliginis modo acris fuerit, inde per arterias fertur ad cor, cuius ca-
lorem [g] igneum efficit, & excitat febrem, in corpore adſtricto vel obſtructo relinquitur vapor
excitatus ab humoribus feruentibus, qui febrem prius accenſam fouet, non ſolum per ſe qua-
tenus manet, ſed etiam quatenus adurit, quæ proxima ſunt. Non poteſt autem obſtructio ex-
citare febrem, niſi quod tranſpirat, copioſum ſit & calidum: ad eiuſmodi retentionem refer-
tur ſatietas, ocium, cruditas, ſub quibus tanta fit obſtructio, vt non poſſit calida expiratio ex-
halare, ſed retenta febrem efficiat. Pabulum noſtri caloris ſuppeditant eſculenta & poculenta
multa, non tamen adeo, vt ipſum ſtrangulent, nam ſic extinguitur calor, inquit Hippocrates, [h]
perinde atque à lignorum multitudine ignis exiguus, qui tamen augetur, vbi illa proportione
ipſius adijciantur. Eadem ratio eſt noſtri caloris, quem auget cibus & potio, ſi moderate ſu-
mantur, ſuffocat, ſi immoderate, vt ebrijs aliquando accidit: at dicet quis, ab eſculentis & po-
culentis reddi calorem noſtrum plurimum, quod attinet ad ſubſtantiam, ſed non propterea
igneum & in febrem conuerti; cui reſpondebimus, eſculenta & poculenta calidiora interdum
ſumi, vt aromata & vinum vehemens vetus, à quibus non tantum augetur ſubſtantia calidi in
C nati, ſed qualitas etiam adeo redditur ignea, vt vertatur in febrem, vbi autem dentur modera
te calida, nequeunt tanquam pabulum conuertere innatum calorem in igneum, ſed ſolum vbi
multa ſint obſtruendo & retinendo calidam expirationem. Vicinia reſtat rerum calidarum,
vt aeris [i] a ſole vel ab igne calefacti, penetrat hic ad cor, cum attrahitur partim a pulmone,
partim ab externis arterijs: idem facit calor medicamentorum, quę extrinſecus imponuntur,
penetrat enim per arterias ſimiliter ad cor, & febrem accendit. His quinque cauſis, a quibus
augeri calorem, in externis rebus monſtrauimus, accedit ſexta, inedia [k] nimirum, ſub qua pro
prie in animalis corpore calor accenditur, ad nullam autem propoſitarum videtur poſſe refer
ri, cum non motus, non putredo, non retentio calidæ expirationis, non pabulum ſit aut vicinia
rerum calidarum. Conſtat autem ob inediam efferueſcere bilem, [l] & mordere os ventriculi,
tum vſque adeo incaleſcere corpus noſtrum, vt incidat in febrem, præſertim ſi bilioſum fue-
rit: huiuſmodi ergo ſunt cauſæ, quæ nos calefaciunt, & in febrem compellunt. Vertitur autem
in dubium, quo pacto, quæ calida non ſunt, vim habeant calefaciendi, cum non modo ſubſtan
tia, ſed etiam quod ſubſtantiæ accidit (vt à philoſophis [m] demonſtratum eſt) ab aliquo ſimili
procreetur. Debet igitur calor fieri à calore: ex cauſis autem, quas commemorauimus ſola vi
D cinia rerum calidarum calore, calorem auget, augeturq; calor per contactum rei calidæ: quo-
modo igitur reliqua poſſunt calorem augere? Reſpondẽdum eſt, per ſe [n] & proxime calorem
augeri, tantum à rebus calidis, à quibus materia ſimilem accipit formam, ab alijs vero nõ pro
xime, ſed aliquo medio interiecto: quanquam alia quoque ad rem calidam referuntur, quic-
quid enim efficit non proxime, neceſſe eſt ad aliquod redigatur, quod proxime efficiat: redi-
guntur itaque cuncta illa, quæ calorem augent non proxime, ad rem calidam, tãquam ad pro-
ximam cauſam, nam retentio calidæ expirationis per materiam retentam, quæ calida eſt, ca-
lorem auget: pabulum propterea, quod conuertitur in rem calidam: putredo & motus aliquo
modo ad pabulum caloris ſpectat, ſiquidem in putredine circumfuſus calor internæ rei, quæ
putreſit, vna cum calore humorem euocat, quo paſcitur, & tanquam à re iam effecta calida
augetur: motus vero atterit atque extenuat materiam, ex qua calor nutritur, vt idonea ſit,
quæ facile ipſi alimentum ſuppeditet: inedia quamquam minus videtur, tamen ipſa quo-
que redigitur ad rem calidam, & eatenus nos calefacit atque excitat febrem, id quod facile
intelligetur, ſi in memoriam reuocemus, quod præclare dictum fuit, à veteribus [o] ſiccitatem
eſſe quaſi cotẽ caloris: ob inediam exſiccatur corpus, & calor deſtituitur illo humore, quẽ ſup-

a Gal. 2. me tho. c. 7.
b Gal. 2. de tuend. val. c. 2.
c Gal. 4. de cauſ. pulſ. a princ.
d Galen. de cau. morb. c. 2.
e Hippo. & Gal 4 aph. com. 55.
f Gal 8. me thod. c. 2.
g Gal. 9. me thod. c. 3.
g Hipp. 1. aph. 14.
h Gal. 1. li. de diff. feb. c. 4.
i Galen. 8. meth c. 2.
k Gal. de venæ ſect. cõtra Eraſiſt. c. 4.
l Ariſt li. 7. diuinorum tex. 30.
m Sup li. 2. de cur. gen. c. 10. par. 1.
n Auic. qua de complexionibus.

peditabant esculenta & poculenta, & a quo retundebatur, cumque non retundatur amplius, E
aerior redditur, & in calefaciendo efficacior, ita ut afficiat, quæ proxima sunt, a quibus calefa-
a Sup. lib. 2 de cur. gen. c. 10 par. 1.
ctis, tanquam a re calida tandem augetur. Quicquid [a] igitur calorem & febrem excitat, aut ca
lidum est, aut aliquo pacto ad rem calidam refertur.

De symptomatibus sequentibus febrem in vniuersum. *Cap. IIII.*

SEquitur symptoma, quod est tertium præter naturam in vniuersum pertinens ad fe-
brem, quæ cum morbus sit, necesse est, [b] actiones lædat, mutetque tam affectus &
b Gal. de arte med. c. 8. & meth. 2. c. 7.
qualitates corporis, quam quæ secundum naturam retineri solent, aut detrudi, ita
vt a febre tria symptomatum genera oriantur. Primo quidem ab ea lædi actiones di
cimus, quamuis non hæ, sed [c] facultates proxime lædantur, quibus offensis necesse est, deinde
c Gal. li. de diff. morb. c. 2.
offendantur actiones, quæ ab ipsis proficiscuntur: sed cum facultates sensum lateant, pro ipsis
attenduntur a medico actiones læsæ, a quibus patefiunt. Reliqua duo symptomatum genera,
quæ consistunt in affectibus & qualitatibus corporis mutatis, & in his, quæ præter naturam
detruduntur aut retinentur, aliquo pacto ad actionum læsionem referuntur, neque enim
superueniunt, nisi hæc adsit, & cum adest, necesse est aliqua ex parte superueniant: exem- F
pli causa, cum læditur coctio & sanguinis procreatio, non remanet color corporis, qui
prius erat, neque vrina redditur, qualis naturaliter reddebatur. Sed iam tempus est,
d Auer. li. 3 collig. c. 3.
symptomata illa enarrare, quæ superuenire febricitantibus solent. Placuit Auerroi [d] a febre læ
di quamlibet actionem nostri corporis, ea autem ratione ducebatur, quod cor, in quo Aristote
e Arist. li. 3. de par. ani. cap. 4.
les [e] animæ domicilium esse voluit, distribuat per arterias vitalem spiritum, per quem singulæ
partes suis muneribus funguntur: febricitantib. innatus cordis calor [f] vertitur in igneum, quo
f Supra c. 2.
fit, ut lædatur eius facultas, nec possit spiritus æque bonus impartiri singulis particulis, ut an-
g Gal. li. de cauf. morb. cap. 2.
te, quamobrem desunt officio suo & muneri: huc accedit, quod non tantum in corde, sed ple-
runque etiam in [g] uniuerso corpore febricitantibus innatus calor conuertitur in igneum, &
propterea officit singularum partium actionibus, quibus læsis, ut diximus, necesse est de natu-
rali statu deturbari affectus & qualitates corporis, & quæ naturaliter detrudi aut retineri de-
bent: uidemus tamen, febricitantibus non omnia hæc mala superuenire, sed quædam non mu-
h Supra c. 2
tari, nonnullas actiones seruari integras, nonnullas tantum abesse, ut offendantur, ut etiam re-
stituantur cum [h] ablatæ sunt, perficiantur cum imminutæ, corrigantur cum deprauatæ: hanc
i Supra c. 2.
quæstionem [i] supra absoluimus, cum explicaremus definitionem febris, quæ est innatus calor,
k Ga. 2 methodi. c. 7.
adeo ad igneum uergens, ut lædantur [k] actiones: diximus autem, ubi adeo immoderatus sit, G
ut pene igneus fiat, omnes actiones ab ipso labefactari: sed cum minus à naturali moderatione
recedit, nõ necessario omnes ab eo lædi, idque duplici de causa, una, quia licet omnes actiones
à moderato calore perficiantur, quædam tamen gaudent etiam immoderato, quemadmodum
sensus & motus: altera, quia homo, qui in febrem incidit, interdum prius excessu frigoris & hu
moris laborabat, ob quem minus belle quibusdam muneribus fungebatur, sed superueniente
febre temperatur frigus & humor, & illa ad naturalem statum reuertuntur. Quod autem dici-
tur de qualibet parte, valet etiam in corde, cuius facultates & munera ob iam dictas causas nõ
semper omnino labefactantur, sed spiritus, qui distribuuntur in vniuersum corpus, adhuc vi-
talem facultatem singulis partibus impertiunt, ob quam possunt suum officium facere. Multa
igitur symptomata non tamen omnia febrem sequuntur, quæ vero magna ex parte sequi so-
leant febrem, intelligemus, si vim ignei caloris, quo continetur, intueamur. Cum ab vno quate-
nus vnum est, proxime [l] vnum tantum effectum, idque simile proficiscatur, à calore, qui vnum
l Arist. li 7. diuinorum text. 30.
quoddam est, vnum quoque ac simile expectabimus, nempe calorem, quem concipiunt par-
tes, quas proxime attingit, sed dum calefacit, pascitur humido, & ideo necesse est, quod ab ip-
so calefit, simul etiam siccetur: calor igitur primum calefacit, deinde etiam siccat; sed cum ita
natura comparatum sit, vt quæ frigore concrescunt, liquentur calore, quæ tenuia sunt, cum à ca H
lore concoquuntur, exhalantibus partibus aquosis reddantur crassiora, relaxat etiam calor,
ac liquat, quæ densa & concreta sunt, & propterea videtur madefacere, cogit item quæ te-
nuia & adstringit quæ laxa, & eatenus videtur crassitudinem ac siccitatem afferre; recte au-
m Arist. li. 3. problem. 16. & 17.
tem traditum est ab Aristotele, [m] calorem perinde ac vinum in alijs hominibus alia præsta-
re: madefit, & humidius redditur à calore corpus illud, in quo humores concreti liquescunt, re-
n Gal. contra Lycum cap. 6.
laxatur cutis, quæ [n] nimium a frigore adstricta erat: quod laxum & humidum est corpus, ma-
gis exsiccatur & cogitur. Ex his igitur effectis, quæ vel proxime, vel aliquo interiecto medio in
varijs hominibus à calore proficiscuntur, non difficile est colligere, quæ symptomata cuiusf-
que generis superuenire febricitantibus soleant. Ex actionibus, à febre quatenus est calor
auctus in corde præter naturam, primum læditur pulsus & respiratio, neq; enim seruari potest
o Galen. 1. de cau. pul. c 5.
secundum naturam, cum cor maiori egeat perspiratu, quamobrem augeri tam pulsum quam
respirationem oportet, & primo [o] fieri maiorem, deinde etiam celeriorem, postremo fre-
quentiorem quoque. Quod si febris nanciscatur hominem sicciorem, cum à calore supra modũ
siccetur,

A ficcetur, vigilia & sitis accedit. Mutantur a febre affectus & qualitates corporis, humoribus enim calefactis, color ex subrubro fit ruber, ex pallido flauus, ex flauo fuscus: cutis a calore exsiccata, fit dura magis & densa ex molli & laxa: contra vero, quæ astricta & dura ob præcedens frigus erat, laxior fit & mollior a febre: quod attinet ad retenta & depulsa in corpore, naturaliter sicco, aucta ob febrem siccitate, parciora effluunt, & plura retinentur, quam secundum naturam soleant, ex contrario, si humores in corpore concreti fuerint, superueniente febre, per vrinam, deiectionem, sudorem, redduntur longe plura, & retinentur longe pauciora, quam ante, quod fit etiam,[a] dum liquantur a calore partes humidiores, vt caro & adeps, in febribus ardentibus: in hecticis vero cum tabe liquantur partes solidæ, ac siccæ, & duræ: quare parum est, quod effluit, vt a carnibus siccioribus cum alantur, & id parum non apparet, cum vertatur in vapores. Huiusmodi igitur sunt symptomata, quæ a febre, quatenus febris est, proficiscuntur, plura autem & grauiora proprie id genus febris sequuntur, quod oritur ab humorũ putredine, sed suo loco omnia exponentur, nunc enim solummodo ea tractamus, quæ pertinẽt ad febrem in vniuersum.

a Gal. li. 10. meth. c. 11.

De differentijs febris in vniuersum. Cap. V.

B Febres perinde atque alii morbi, compluribus differentijs distinguuntur, quas tractare operæprecium iudicauimus, postquam persecuti sumus causas & symptomata, a quibus ipsarum nonnullæ deprомuntur, in vniuersum igitur ex differentijs rerum (vt recte traditum est a Porphyrio[b]) quædam faciunt ἄλλο, quædam ἀλλοῖον, quę faciunt ἄλλο, id est, aliud, constituunt specię, diciturque tunc fieri ἄλλο, cum aliquid gignitur: quæ faciunt ἀλλοῖον, aliquo pacto immutant rem constitutam, manentem tamen. Thelephus apud Homerum patrem suum a Minerua in moribus immutatum vocat ἀλλοῖον, non tamen ἄλλον. Differentiæ, quas & in alijs morbis, & in febribus animaduertimus, aliæ[c] faciunt aliud, aliæ aliquo pacto immutant, quod factum est: quæ faciunt aliud constituunt diuersas species febris, sumunturque ab ipsa natura rei, hoc est, a forma ignei caloris, qui prout diuersus est, diuersas efficit febrium species, est autem diuersus pro diuersa materia, in qua versatur, vt infra ostendemus, vbi expositis, quæ ad febres in vniuersum pertinebant, ad earum diuisionem pergemus: nunc autem agemus de his, quæ iam constitutas species immutant,[d] hæ, si non continent in se formam, aliquo nomine tamen ad ipsam referuntur, nam quæ omnino aduentitię sunt, cum nihil penitus ad curationem spectent, penitus a medico omittuntur, veluti quod
C febris fit in homine nobili vel ignobili, docto uel indocto, quæcunque autem aliquo nomine ad curationem attinent, a medico attenduntur, eatenus autem referuntur ad formam, quatenus vel sumuntur a subiecto corpore, in quo versatur febris, vel a modo, quo ipsum informatum est, vel ab his, quæ formam in subiecto corpore consequuntur, vt a magnitudine, numero, loco, motu, tempore: vel a causis, ob quas eiusmodi forma accepta est in eodem subiecto corpore, uel ab effectis, quæ profert: neque enim ibi ociosa manet. Eiusmodi differentias omnes sigillatim perpendere nunc oportet, exordiemur ab his, quæ sumũtur a subiecto,[e] quod potissimum differt temperamento, ætate, sexu: temperamentum biliosum, sanguineum, pituitosum, aut melancholicum est, huiusmodi etiam sunt febres, quanquam hæ differentiæ magis ad causam spectant, quam ad subiectum: ætas vt pueritia, iuuentus, senectus, suppeditat febriũ differentias similes, nam aliæ sunt pueriles, in quibus calor potius multus est, quam acris aliæ iuueniles, in quibus & multus est & acris, aliæ seniles, in quibus acris est, sed non multus: a sexu ducuntur febrium differentiæ, quod aliæ viriles sunt & sicciores, aliæ muliebres, & humidiores. Modus, quo subiectum corpus febre informatur, varius est, cum æqualiter vel inæqualiter,
D perfecte vel imperfecte, primario vel secundario informetur, quibus nominibus febres etiam inter se differunt, cum aliæ æquales sint, sicut illæ, quæ[f] occupant solidas partes, aliæ inæquales, velut illæ, quæ versantur in spiritibus aut putribus succis, aliæ rursus perfecte contractum calorem habent, aliæ imperfecte, hoc est, aliæ habitum contraxerunt, & stabiles[g] sunt, aliæ instabiles, & nondum inhærent, in quibus calor facile recedit: idem vsuuenit lignis ad ignem admotis, quædam enim adeo ipsum conceperunt, vt etiam, cum remouentur, incensa maneãt, quædam adeo parum calefacta sunt, vt remota ab igne paulo post frigescant. Interdum febris est primarius affectus, ita vt nullum alium[h] sequatur insignem morbum, interdum secundarius est, & ab alio proficiscitur, vt ab[i] inflammatione: has febres secundarias veteres[k] appellarunt symptomata, vt quæ symptomatum modo alterius morbi sint effecta, illas, quæ primariæ sunt, neque ab alio insigni morbo oriuntur, dixerunt morbos. Ex differentijs sumptis ab his, quæ formam consequuntur in subiecto, primum sese offerunt illæ, quæ pertinent ad quantitatem, complectitur hæc magnitudinem & multitudinem, abutimur nomine magnitudinis ad qualitatem significandam,[l] dicimus enim, calorem plurimum, & hominem magis aut minus febricitare, tum febres magnas vel paruas esse: comparamus autem calorem igneum cum innato, qui prius aderat, magis vel minus in igneum conuerso: quanquam interdum magnam

&

b Porphyrius in prædicabilib. c. de dif.

c Vidus li. 4. de cur gene. c. 1. par. 1.

d Vidus ib.

e Vidus ib.

f Gal. li de inæquali intẽperie c. 7.

g Ga. 5. metho. c. 1.

h Gale. 4. aph cõ. 73.

i Gal. 1. ad Glauc. c. 3. & 4.

k Galen. 4 aph. 73.

l Ga. cõtra Lycum. c. 7.

& paruam febrem dicimus, respicientes ad vires hominis validas vel imbecillas, & interdum E
a Sup. li. 4. d cur. gen. ca. 5. p. 1. & Gal. 4. meth. c. 6. tribuimus magnitudinem prauitati, appellamusque [a] magnas illas febres, quæ prauæ sunt, sicuti paruas illas, quæ mites: sed prauitas refertur magis ad causas, quam ad magnitudinem, & est differentia potius illarum febrium, quæ ab humorum putredine proficiscuntur, quam totius generis. Multitudo eas nobis suppeditat differentias, quod aliæ febres simplices sunt, aliæ multiplices & compositæ: componuntur autem cum causis, cum symptomatibus, & cum alijs morbis, præsertim cum alijs febribus, siue alterius, siue eiusdem generis ac speciei. Consequitur etiam formam in subiecto, locus, motus, & tempus, a quibus plures nobis suppetunt febrium

b Sup. li. 4. d cur. gen. c. 3. par. 1. e Gal. li. de cau. morb. c. 2. d Sup. c. 2. huius libri. differentiæ. Loco differunt morbi, quod alij occupent vniuersum corpus, & dicuntur [b] communes, alij vnam partem, & appellantur proprij, febres cum [c] versentur in vniuerso corpore, communes sunt duntaxat, neque differunt loco, quod aliæ sint propriæ alicuius partis, nisi dicas, non occupari ab omnibus vniuersum corpus, sed cor, & idcirco differre, quod in quibusdam calor non versetur in omnibus partibus, quod extremæ inalgescant: omnes tamen dicendæ sunt communes, quod nisi quid prohibeat, occupent vniuersum corpus; quemadmodum docuimus, [d] cum febris definitionem explicaremus. In motu attenditur qualitas & modus, qualitas ad celeritatem & tarditatem spectat, differunt autem febres, quod aliæ celeres sunt, aliæ

e Gal. 2. de dif. feb. c. 11 tardæ. Modus cõsistit in circuitib. & assiduitate, vel intermissione: quædã febres [e] habẽt circuitus, quædã circuitib. carent: quæ circuitus habent, quotidianæ sunt, aut tertianæ, aut quartanæ, atq. oẽs possunt, vel assiduæ esse, vel intermittere. Pertinent aũt eiusmodi differentiæ motus, proprie ad febrem ex humorum putredine ortam. A tempore suppetunt differentiæ, quatenus vel multum, vel exiguum intercessit, ex quo febris hominem prehendit, tum quatenus incipit, augetur, viget, remittitur, aliæ enim febres recentes sunt, aliæ vetustæ, præterea aliæ in principio, aliæ in incremento, aliæ in vigore, aliæ in remissione, quæ differentiæ solummodo sunt febrium continentem causam habentium, cuiusmodi sunt illæ, quas concitat humorum putredo. Sumuntur & quædam differentiæ a causis, ob externas enim causas differunt febres, quod aliæ vulgares sunt & communes multorum, aliæ propriæ & diuersæ in diuersis hominibus, tum quod aliæ vernæ, aliæ [f] æstiuæ, aliæ autumnales, aliæ hyemales. Ob internas vero,

f Hippo. & Gale. lib. 2. aph. 25. g Gal. 1. ad Glauc. c. 8. quod aliæ exquisitæ, [g] aliæ spuriæ, aliæ mites, aliæ prauæ, aliæ coctæ, aliæ crudæ, aliæ humidæ, aliæ siccæ, prout & humor putris, a quo proficiscuntur, uam ad has proprie pertinent propositæ differentiæ, & non ad omnes. Super sunt effecta, hoc est, symptomata, quæ vt grauiora vel leuiora sunt, ita etiam febres, quas sequuntur grauitate & leuitate inter se differunt. Ex differentijs febrium in uniuersum, quas enarrauimus, colliguntur etiam differentiæ causarum & symptomatum, differunt enim hæc inter se non secus quam morbi, sed qui horum differentias norit, facile etiam percipiet eas, quibus illa distinguuntur. Oriuntur febris differentiæ ab ijsdẽ G
causis, a quibus oritur febris, causæ enim, quæ aliquod efficiunt cum differentia, id efficiunt similiter illi, qua præditæ sunt, siue similitudo implicita sit & abscondita, siue aperta & expedita,
h Vidus li. 4. d cur. gene. c. 3. p. 1. quemadmodum in superioribus [h] libris demonstrauimus, cum persecuti sumus causas differentiarum generatim, quibus morbi inter se differunt.

De signis ad febrem in vniuersum attinentibus. Cap. VI.



Væ absolute cognoscenda erant de febre in vniuersum, vberrime iam exposuimus, sed non satis est ad curandum absolute cognouisse, quæ præter naturam sunt, & remoueri debent, cum oporteat quoque in ægrotante eadem recognoscere, conijcere quæ præterierunt, & præsagire quæ futura [i] sunt: quo pacto autem hoc in febricitan

i Ga. 1. acu. com. 3. & Hip. 1. pg. ab initio. k Ga. 1. progn. com. 5. l Vidus li. 5. de cura. gen. 1. p. 1. & eod. lib. c. 4. m Sup. li. 5 de cur. gen. c. 2. p. 1. te assequi possimus, tẽpus est enarrare. Veniant primo in medium præterita, huiusmodi potissimum sunt causæ, quæ præterierunt, sunt autem intelligendæ, vt denuncient quæ præsentia sunt; intelligentur [k] si referentur ab ægrotante, vel a familiaribus, quod cum penitus artificio H
careat, præstat vt auctoritas arti comparetur, [l] & ob id æger magis obsequatur, eas ex quibusdam signis conijcere, sumuntur hæc non a causis, quia si latent præteritæ causæ, multo magis latent causæ, a quibus profectæ sunt: non ab his, quæ prosunt aut obsunt, cum ei, quod fuit, nihil queat prodesse aut obesse, sed ab effectis dũtaxat, quæ ab ipsis relicta sunt in corpore ægrotantis, quemadmodum ostendimus in superioribus [m] libris, cum de cognoscendis præteritis ageremus: sunt autem præteritæ causæ veluti labor, animi perturbatio, ebrietas, satietas, inedia, æstus, frigus aeris circumfusi, a quibus potissimum oritur febris illa, quæ versatur in spiritibus: hanc cum persequemur, effecta declarabimus, a quibus sigillatim eiusmodi causę indicantur. Pręsentia, quæ in ægrotante cognoscere oportet, sunt morbus, causa, & symptomata

n Sup. c. 2. huius lib. o Gal. li. 2. de tẽp. c. 2. p Arist. li. 2 an. tex. 117. vna cum differentijs, de quorum cognitione absoluta iam egimus. Morbus, id est, febris, cum sit calor [n] ad igneum vergens, sensu deprehenditur, calor enim & frigus [o] sensu iudicantur, & proprie tactu, cum sint ex qualitatibus, quæ tractantur, vt inquit Aristoteles: [p] iudicat tactus ignem esse calidum, niuem frigidam: idem percipit calorem ad igneum vergentem in vniuerso corpore: sensu etiam percipitur actionum offensa ab eiusmodi calore, atque idcirco febris adeo

A adeo vt superuacanea videantur signa, quę febrem in vniuersum demonstrant, ex quibus ta-
men poterit medicus eandem conijcere, vbi volet, ducet autem ipsa, a causis, a iuuantibus & a Sup li. 5. d cur. gen.
lædentibus, ab effectis: cum causis numerare oportet habilitatem corporis ægrotantis, quod c. 3. par. 1.
vbi calidum fuerit, magis par est in similem morbum, & idcirco in febrem compulsum esse,
quam si frigidum fuisset: causæ calefacientes, a quibus supra [b] monstrauimus, febrem accendi, b Sup. c. 2.
vt motus, putredo, obstructio, vicinia rerum calidarum, pabulum caloris, si adfuerint, conijce- huius lib.
re præsentem febrem conuenit: hanc coniecturam augent iuuantia & lædentia, cum scilicet
ægrotantem iuuant, quæ sunt contraria febri, lædunt quæ similia. Ergo si hominem iuuent fri-
gida, lædant calida, indicant febrem, quanquam iuuant febricitantem etiam [c] madefacientia,
& lædunt siccantia, cum febre enim aut siccitas iuncta est, aut non multo post iungetur: pro- c Hippo. 1.
sunt ergo humida præsidia, quod præsentem siccitatem tollant, imminentem propulsent: ergo apho. 16. &
vbi frigida & humida prosint, noceant calida & sicca, denunciant febrem adesse, id quod fa- Gal. 1. acu.
ciunt etiam effecta, hoc est, symptomata, vt actiones læsæ, qualitates corporis mutatæ, retenta com. 18.
& expulsa præter naturam, si fuerint, qualia supra [d] febrem sequi demonstrauimus, veluti si au- d Sup. c. 4.
geatur respiratio, ita vt maior, aut celerior, aut etiam frequentior fiat, similiter & pulsus, [e] qui huius lib.
vel omnibus, vel aliquibus ex his modo augeri febricitantibus solet, fere autem celerior appa- e Gal. 3. de
ret: si accedat sitis, vigilia, si color ex albo ruber, ex pallido flauus reddatur, si cutis durior fiat, præsag. puls. c. 3.
B si deiectio, vrina, sudor, largius reddantur, quam soleant, vel supprimantur, aut exeant acriora,
& magis colorata: monstratur enim ex his effectis omnibus febris. Alterum præter naturam
ex præsentibus recognoscendum est causa ipsa febris, hæc autem est putredo, quæ cum pro-
prie spectet ad eas febres, quæ resident in humoribus, differenda est, tunc enim eius signa tra-
ctabimus, cum proprie febrem persequemur, ab humorum putredine ortam. Symptoma vero,
quod erat tertium præter naturam in febricitante agnoscendum, sensu percipitur, siue ad
actiones læsas, siue ad qualitates corporis mutatas, siue ad expulsa & retenta præter naturam
referatur. Sub sensum etiam cadunt differentiæ ipsæ febris in vniuersum, quas [f] supra monstra- f Sup. c. 2.
uimus depromi a subiecto corpore, a modo quo informatur, ab his quæ formam in subiecto cō huius lib.
sequuntur, vt a magnitudine, multitudine, loco, motu, tempore: tum a causis & ab effectis, ita
vt non opus sit signis, per quæ dignoscantur. Futura, quæ præsagire in febricitante non secus
atque in alijs ægrotantibus oportet, sunt [g] euentus futurus, tempus, & via ipsius: triplex [h] au- g Gal. 4. de
tem in morbis esse euentus potest, cum ægri aut sanentur, aut decedant, aut sine insigni muta- præsag. ex
tione diu viuant, ita vt morbus videatur in eodem statu permanere: id quod non euenit febri, puls. c. 11.
quæ necesse est, aut remoueatur, aut hominem interimat, ita vt alterutrum euentum præsagire h Sup. li. 9.
in febricitante oporteat: colligetur autem ex causis, ex [i] robore videlicet naturæ & morbi, de cur. gen.
C quæ præsentes sunt, & iam effectionem aliquam præ se ferunt: pugnant enim inter se natura & c. 2. & 3. p. 1.
morbus: si naturæ robur maius videatur, superabit morbum, & sequetur salus, si maius sit ro- i Gal. 2. li. de
bur morbi, superabit naturam, & homo interibit. Intelligetur naturæ robur [k] ex causa, vt ex constitu ar.
moderata quantitate & qualitate spirituum, humorum, & partium solidarum, quo spectat bo- c. 18. & 4. d
nus habitus, ætas adolescentiæ, aut iuuentutis, temperatio moderata: colligetur idem naturæ præsag.
robur ex iuuantibus & lædentibus, nam si ea, quæ parum iuuare hominem solent, multum pul. c. 11. &
iuuent, si ea, quæ multum lædere, parum lædant, indicabunt naturam esse validam, id quod fa- Vid. li. 9 de
cient etiam effecta, vt actiones, affectus, & qualitates corporis, quæ expelluntur ac retinentur, cura. gene.
vbi parum a naturali statu mutata sint, neque enim possunt omnino esse secundum naturam in c. 3. p. 1.
homine ægrotante. Morbi robur ex differentijs colligitur, præterea ex causis, ex iuuantibus & k Sup. li 10
lædentibus, ex effectis. Ex differentijs illæ, quæ sumuntur a subiecto, demonstrant morbi ro- de cur. gen. c. 3. p. 1.
bur, si non simpliciter, saltem ratione habita corporis: febres in senibus magis periculosæ sunt,
quam in iuuenibus, quod non nisi a vehementi [l] causa proficiscantur: vbi vero aut flatus, [m] aut l Ga. 1. aph.
humor frigidus & humidus ante fuerit in corpore, superueniente febre superatur, ita ut salu- com. 14.
bris magis, quam periculosa existimari debeat. Sed intueri oportet & differentias magnitudi- m Sup. c. 2.
nis simpliciter, ut quod calor parum, vel multum conuersus sit in igneum, siquidem vbi parum, huius li. &
D febris robur imbecillum est, vbi multum censeri validum debet. Ex causa colligitur morbi ro- Plato in Timæo.
bur, quæ, vbi valida fuerit, notat magnum, vt imbecilla, paruum. loquimur autem nunc de cau-
sa, quæ præterijt, nam illa, quæ præsens est, non pertinet ad febrem in vniuersum, sed (vt iam
diximus) ad illam proprie, quam concitat humorum putredo: quod attinet ad ea, quæ prosunt
aut obsunt, si quidem parum prosint, quæ multum prodesse consueuerunt, aut multum obsint,
quæ parum obesse, indicant morbum esse validum: idem faciunt effecta, hoc est, symptomata, n Galen. 4.
quæ, quo [n] grauiora & plura fuerint, eo maius morbi robur denuncient, quo pauciora & leuio met. c. 6. &
ra, eo minus: conferre igitur oportet inter se signa, a quibus diximus monstrari vtriusque ro- li. de const.
bur, videreque, vtra plura [o] & maiora sint, ea quæ naturæ, an ea, quæ morbi vires validiores art. c. 18
demonstrant, & inde colligere euentum futurum. Tempus, quo expectare vtrumuis euentum o Sup. li. 9.
oportet, & longum esse potest, & breue: vtrumuis esse debeat, demonstrabit [p] exuperantia ro- de cur. gen. c. 3. par. 1.
boris magna aut parua, nam vbi magna sit, celeriter vincet, aut natura morbum, aut morbus p Supra Vi
naturam & breui sequetur salus vel interitus: vbi parua, tarde & non nisi post longum tempus dus ibid. &
interibit homo, aut seruabitur. Illud autem scire licet quod tempus quo refrigeratur quod ca- Gal. de con
lefa- stit art. c. 12

lesactum est, breue est, celeriter enim refrigerantia præsidia immoderatum calorem temperant, quod non euenit vbi humidis temperatur siccitas, neque enim madesacere licet quod exsiccatum est, nisi post longum temporis spatium. Via sanationis pertinet ad artem duntaxat, quæ refrigerantibus auxilijs igneo calori medetur, neque enim temperari potest a natura, nisi ubi concoquit, aut expellit humorem qui putrescit, & est causa febris: simpliciter igitur febris seu igneus calor curatur ab arte. Via interitus in via caloris consistit, qui interdum adeo igneus redditur, vt vitalem cordis facultatem labesactet ac tandem penitus corrumpat. E

De operibus necessarijs ad curandam febrem in vniuersum.
Cap. VII.



His ita constitutis de cognoscendis tam absolute, quam in homine rebus præter naturam in vniuersum ad febrem pertinentibus, proximum est vt ad alterum caput pergamus, hoc est ad rationem curandi: duo enim in superioribus libris necessaria esse ad curandum monstraulmus, [a] cognitionem curandorum, & rationem curandi: vnum ergo cum de febribus in vniuersum absoluerimus, nunc alterum superest, nempe ratio curandi, quæ continetur [b] operibus & instrumentis; [c] persequemur primum opera, deinde instrumenta. Venatur rationalis medicina quam profitemur, opera per indicationem: est autem indicatio: comprehensio [d] iuuantis simul cum comprehensione nocentis, atque vt in ratiocinationibus percepta propositione & assumptione, percipimus id quod consequitur, ita, in indicatione cognitis rebus quæ curandæ sunt cognoscuntur opera efficienda: debent autem curari res præter naturam, morbus [e] videlicet, causa, & symptoma: sed vt simul conseruentur quæ secundum naturam sunt, harum quoque [f] habenda ratio est, respicere enim oportet temperationem corporis, ætatem, sexum, habitum, consuetudinem, vires. Sunt etiam quædam res mediæ [g] inter naturales & eas quæ præter naturam sunt, vt tempus anni, regio, præsens tempestas, quæ ad vnum aerem referuntur, hic autem animaduertendus est, quia si prodest, secundum naturam est, si obest, præter naturam, & habet vim causæ: prodest quidem cum contrarius est morbo & similis naturæ: obest cum huic contrarius est, & morbo similis: quod secundum naturam est opere simili conseruari debet, quod præter naturam contrario remoueri: aer autem cum morbo contrarius est, iuuat naturam ad resistendum, & idcirco reddit morbum leuiorem, qui deinde leuius opus contrarium desiderat: cum similis est morbo, eius vires auget ita vt validius opus ad curationem requiratur. Attenduntur differentiæ vt in morbo, ita etiam in opere quod efficiendum est: debent autem esse similes, [h] siue implicite & abscondite, siue aperte & expedite: hæc quæ communiter obseruanda sunt in eligendis operibus ad curationem pertinentibus, proprie etiam animaduerti debent in curatione febris in vniuersum, in qua spectabimus primum quod opus requiratur a morbo, quod a causa, quod a symptomate, & simul etiam differentias animaduertemus. Morbus, hoc est febris cum sit calor immoderatus & in igneum vergens, postulat vt [i] refrigeremus, quod est contrarium opus: quod vnum videtur satis esse ad curationem, siquidem & febris vnum quoddam est: ab vno autem quatenus vnum est, non requiritur [k] nisi vnum: sola igitur refrigeratio a febre desideratur. Verum experimento compertum est madefaciendos esse illos qui febricitant, docuitque Hippocra. [l] victum humidum omnibus febricitantibus conuenire: rationem supra reddidimus cum febris definitionem [m] explicaremus, diximus enim maxima ex parte in febre calorem cũ siccitate coniungi, siquidem ad igneum vergit, ignis autem non solum calidus est, sed etiam siccus: si quando vero in febricitante magis sit humoris quam siccitatis exuperantia, illa processu temporis a calore exsiccatur: quare aut præsens est siccitas, aut imminet, quæ præsens est, requirit contrarium opus, nimirum vt corpus madefiat, idem postulat quæ imminet, nam teste Hipp. [n] quæ subsequentia morbum sanant, antecedentia prohibent. Ergo quod assumebatur febrem vnum esse, falsum est, cum siccitas ei aut accesserit, aut accedat, quamobrem opus quod requiritur duplex est, cum refrigerare febricitantem oporteat & simul etiam madefacere: quod autem additur a veteribus medicis relaxandum esse corpus febricitantis vt comparetur perspiratus, non est tertium opus separatum ab illis duobus, sed ad refrigerationem spectat, quam per se efficiunt quæ frigida sunt, per aliud quæ comparant perspiratum, & calidæ expirationis exitum. Refrigerare igitur duntaxat & madefacere febricitantem oportet, quæ madefaciunt imbecilliora sunt quam quæ refrigerant, [o] & idcirco minus subito suam vim imprimunt, adeo vt periculum non sit ne nimis madefiat febricitans, sicuti periculum est ne nimis refrigeretur, maius etiam periculum impendet in refrigerando quod calefactum est, quam in calefaciendo quod refrigeratum, non quod calor non sit efficacissimus, sed quod frigus magis alienum sit a natura nostra, quæ (vt recte demonstratum [p] est a medicis & philosophis) calida est & humida: huc accedit quod immoderatum frigus cum stupefaciat sensum, non percipitur ab ægrotante, qui cum sentit immoderatum calorem, conqueritur, & non permittit vt adhibean-

a Sup. lib. 12. de cur. geo. c. 2. p. 1
b Sup. li. 12 de cur. gen. ca. 1. par. 1.
c Ratio eurandi inuenitur p indicationē.
d Ga. li. de optima sect. ca. 11.
e Vidus li. 3 instit. medici. c. 2. & Gal. 9. meth. c. 14.
f Gal. ibid.
g Gal. ibi.
h Sup li. 13 de cur ge. c. 4. par. 1.
i Gale. 10. meth. c. 10
k Gale. de opt. sect. c. 4.
l Hippo. 1. aph. 16. & 1. acut 18.
m Sup c. 2. huius lib.
n Hip. 3. 6. epid. 40.
o Sup. c. antecedenti & Gal. 10. meth. c. 7.
p Ga. 2. de tempe. c. 1 & Arist. li. de resp. c. 4

F G H

A beantur quæ vlterius calefaciant: eatenus autem refrigerare febricitantem conuenit, quate-
nus innatus calor ipsius a naturali moderatione recessit versus igneum, cum redigendus sit ad
pristinum statum, & non simpliciter ad mediam temperationem. Ex hoc videtur posse colligi
magis refrigerandos esse febricitantes illos qui naturalitet frigidiores sunt, veluti senes, quam
qui calidiores vt iuuenes, cum in his calor minus videatur a naturali recessisse, quam in illis,
qui frigidi naturaliter sunt. Constat tamē cum iuuenes febricitant requiri & tolerari validius
refrigerantia quam cum senes, hi siquidem & a leuioribus sanantur & a validioribus offendun
tur. Diluetur quæstio hæc si statuamus id quod ab Hippo.[a] traditum fuit, senes non incidere in a Hippo 1.
febres ardentes ita vt iuuenes, siquidem innatus calor vbi paruus est, non potest in multum aph. 14.
igneum conuerti, quamobrem senes non egent vehementer refrigerantibus, cum non vehe-
menter febricitent, neque etiam possint ea citra noxam perferre, extinguitur enim debilis ca-
lor a multo frigore. Quod si in æque febres ardentes inciderent, quoniam maior esset recessus
a statu naturali, magis etiam refrigerantia postularent quam iuuenes æquali febre laborantes,
ita vt nulla relinquatur amplius dubitatio. Abunde igitur iam explicata sunt opera quæ requi
runtur a morbo. Aer simul [b] attendendus est cum natura & ætate, postulat autem si moderatus b Galen. 8.
est, similia, si immoderatus, contraria. Causa aut iam [c] præterijt, aut adhuc manet, quæ iam præ meth. c. 9.
terijt nihil amplius postulat, tantumque inquiritur a medico vt indicet quid effecerit: quæ ad- c Galen. 4. meth. c. 3.
B huc manet, & efficienter manet, contrario [d] opere tollenda est. Postulat succorum copia detra d Gale. 11.
ctionem, quo opere finitur simul & morbus & causa, hoc tamen tantum vsuuenit illis febribus meth. c. 12.
quæ a putredine ortæ in humoribus versantur, nam illæ quæ occupant spiritus duntaxat, ple- & li. d' opt.
ræque non habent amplius [e] causam; cum iam recesserit, sicut & ab illis omnibus quæ occu- sect. c. 25.
pant solidas partes, quo autem opere auferri præsens causa debeat, tunc docebimus, cum illas e Gale. 11.
febres persequemur, quæ oriuntur a putribus succis, nunc enim tractamus febrem in vniuer- meth. c. 2.
sum. Symptomata restant ex rebus præter naturam, quæ varia sequi febrem monstrauimus,[f] & f Sup. ca 4.
non solum actiones læsas sed etiam qualitates mutatas, & retenta atque expulsa præter natu- huius lib 1.
ram: tolluntur autem omnia sublata febre, si quæ tamē aut quod valde molesta sint,[g] aut quod
vires conuellant non sinant expectari dum curetur morbus, sed propriam curationem deside- g Gale. 12. meth. ca. 1.
rent, hæc quoque aliquo pacto contrarium [h] opus postulant, veluti si sitis, vigilia, aut aluus astri h Gal li. 11.
cta hominem torqueant, danda sunt quæ sitim extinguant, quæ somnum faciant, quę aluum sol meth. c 12.
uant; & ita contrarium opus opponendum est vnicuique, sed cum omnia hæc sequantur sicci-
tatem immoderatam, madefacere oportet, in siti per potionem, in vigilia per capitis perfusio-
nem, in aluo astricta per ea quæ in intestina per clysterem immittuntur: sed cum in operibus
necessariæ sint certæ differentiæ, has similes esse oportet differentijs rerum a quibus requiri
C opera [i] monstrauimus: similitudo autem vt diximus hoc eodem capite, aut aperta sit aut certe i Sup li. 13.
implicita, est autem aperta in differentijs quæ sumuntur a magnitudine febris, si quidem ma- decur. gen.
gna febris magnum opus desiderat, parua, paruum: latet & implicita est in multis alijs differen c. 4. par. 1.
tijs, veluti in illis quæ sumuntur a corpore subiecto, vt quod aliæ febres seniles sint, aliæ iuueni
les, postulant enim seniles febres non aperte senilia remedia, sed implicite, hoc est quæ ad se-
nes accommodentur, sicuti iuueniles iuuenilia, hoc est quæ aptentur iuuenibus.

De instrumentis ad curandam febrem in vniuersum attinentibus.
Cap. VIII.


Opera quæ ad febrem in vniuersum curandam proposuimus, sine instrumentis perfi-
ci non possunt, per hæc enim tam a natura [k] quam ab arte cuncta proficiscuntur. k Arist. li. 4
Opera quæ spectant ad symptomata, cum sub illis comprehendantur quæ referun de gen. an.
tur ad morbum, vt supra monstrauimus, omittentur vna cum instrumentis a quibus c. 1.
perficiuntur: omittentur etiam opera & instrumenta quæ attinent ad causam, nam hæc pro- l Gal. li. 11.
prie spectant ad febres [l] ex humorum putredine ortas, tantum igitur agemus de instrumentis meth ca. 2.
D ad refrigerandum & madefaciendum attinentibus, quæ duo opera postulari [m] ostendimus a m In c an-
morbo, hoc est a febre. Inde autem ordiemur quod quæcunque ad refrigerandum vel madefa- tecedenti.
ciendum adhibentur, aut proxime, aut aliquo interiecto [n] medio suum opus efficiunt: proxime n Galen. 1.
refrigerant quæ frigida sunt, proxime madefaciunt quæ humida, cæterum frigida dicuntur illa simp. c. 2.
quæ aut tactu frigida sentiuntur, aut quamuis nullum frigus præseferant, habent vim refrigerā o Gal. li. 3.
di: aqua exempli gratia frigida tactu sentitur, lactuca autem quamuis non sentiatur [o] frigida cū de tēp. c. 2.
tractatur, habet tamen vim refrigerandi. Madefacientia per se ac proxime humida sunt simili- & 1. simp. c. 2.
ter aut actu, aut facultate: actu humida sentiuntur quæcunque liquida sunt, facultate autem il- p Gal. 2. de nat. fa c. 9.
la quæ habent vim madefaciendi: verum non omnia quæ actu humida apparent, hoc est quæ li q Ga. li. 10.
quida sunt, ad madefaciendum accommodantur, cum quædam etiam siccent veluti [p] muria & meth. c 9.
acetum: [q] illis ergo vtimur ad madefaciendum, quæ non tantum liquida sunt, sed etiam habent r Gal. li. de
vim humidam, vt aqua & vinum lene, quamuis aqua [r] cum non restituat humidam substantiam marcore c.
partib. nostris magis irrigat quam madefacit: vinum aūt & humida esculenta cū substantiam 7. & 4. aph. com. 13.

humidam

A magis accenſo, magis etiam abſumitur humida ſubſtantia & ſiccatur corpus. Ira autem ex animi perturbationibus maxime inimica [a] eſt febricitantibus, cum magis calefaciat cor & exſiccet. Docet Hippocrates [b] hanc alienam eſſe calidis naturis, ex quo colligere potes quanto magis aliena ſit febricitantibus, quibus potiſſimum conuenit tranquillitas. Quæ detruduntur ac retinentur, ipſa quoque non proxime, ſed aliquo interiecto medio pertinent ad refrigerandos ac madefaciendos febricitantes, primo enim ſi retineantur quæ frigida ſunt & humida, veluti ſucci pituitoſi, detrudantur quæ calida & ſicca, veluti bilioſi, refrigeratur ac madeſcit corpus, deinde ea quę naturaliter expelli ſolent, vt vrina, deiectio, ſudor, ſi expellantur, non includitur in corpore calida expiratio, ſed magis exitum habet, quo fit vt corpus relinquatur frigidius: quare danda opera eſt vt febricitantibus hæc quæ naturaliter ſuperant educantur. Præter victum plurimum valent ad refrigerandos & madefaciendos febricitantes medicamenta frigida & humida, ſiue intus dentur, ſiue extrinſecus imponantur. proxime autem & nullo interiecto medio opus ſuum efficiunt, ſiue tactu ſentiantur frigida & humida, ſiue facultate duntaxat talia ſint: ex internis medicamentis, quæ tactu frigida & humida ſunt, efficaciſſima eſt aqua [c] frigida, quæ vbi large & præter conſuetudinem bibatur vim habet medicamenti, conuenitque febricitantibus omnibus, niſi cum febre iungatur alius affectus ipſam reijciens, vt ventriculi [d] imbecillitas, humorum cruditas, obſtructio, ac tumor aliquis viſcerum: non conuenit autē omnibus B febricitantibus eodem modo, nam vbi parum ſanguinis eſt, pauca danda eſt, & modice frigida. Dantur etiam intus medicamenta vim frigidam & humidam habentia, vt potiones illę quæ ſyrupi vocantur, quemadmodum roſatus, violatus, acetoſus, de endiuia, ex cichorio, aqua item in qua decoctæ fuerint frigidiores herbæ, vt lactuca, intybum, viola, endiuia. Idem præſtant & confectiones ex viola, ex roſa, ex ſemine, papaueris & ſaccharo. Extrinſecus adhibentur ad refrigerandum olea frigidioribus herbis condita, aut ſucci earundem herbarum, aut cataplaſmata quæ ex ipſis fiunt. Valet inunctio ex cerato [e] refrigerante ipſius Galeni, ex vnguēto roſato, ex ſandalinis ipſius Meſues. Valet & balneum [f] aquæ frigidæ, niſi obſtet aut imbecillitas innati calidi, aut alius affectus, vt viſcerum tumor, & ſuccorum cruditas: quamobrem nō temere tentandum eſt, ſed tantum vbi ab ardente calore requiratur, neque repudietur ab altero affectu. Balneum aquæ dulcis moderate calidum plurimum valet ad madefaciendum, id quod ſentiunt qui ob longum [g] iter ſole ſub ardente defatigati atque exhauſti eo vtuntur, celeriter enim vindicantur à ſiti: at refrigerantur etiam, habet enim aqua calida primo vim calefaciendi, ſed proceſſu temporis exhalantibus calidis vaporibus deponit calorem omnem, & ad naturam ſuam reuerſa corpus refrigerat, quamobrem eiuſmodi balneum conuenit febrici- C tantibus omnibus, niſi ſit affectus aliquis [h] prohibens, vt multitudo humorum, quæ cum à calore balnei funditur, magis interdum fluit ad partes præſtantiores, & magnam ac periculoſam ſępe obſtructionem affert.

a Gal. 5.6. epi. com 9.
b Hip. 4.6. epid. 15.
c Gal. li. 1 t meth. c. 9.
d Galen. 9. meth. c. 5.
e Gale. 10. meth. c. 9.
f Galen. 7. meth. ca. 7. & 10.
g Gale. de marcore. c. 7.
h Galen. 11. meth. c. 9.

Diuiſio febris in vniuerſum in ſua genera. Cap. IX.

QVæ de febre cognoſcenda & curanda in vniuerſum expoſuimus, ſpeciatim quoque perpendenda ſunt, quod fieri non poteſt niſi prius ſubiectas illi ſpecies omnes inueſtigemus; commode autem ipſas venabimur, ſi febrem ſummum genus in quædā inferiora genera, atque hæc rurſus in ſpecies recte partiamur, id quod aſſequemur ſi teneamus partiendi præcepta illa tria quæ tradita ſunt à Platone, [i] primū eſt vt adijciamus generi differentias ſumptas à natura rei quæ diuiditur, alterum vt nihil prætermittatur aut redundet, tertium vt cum à ſummo genere ad imam ſpeciem peruenerimus [k] diuidendi finē faciamus, neq; deſcendamus ad ſingula, quæ cum infinita ſint & intereant, ſub artem minime ca- D dunt; hæc ſi firma & ſtabilia ſint nullum in diuiſione vitium erit, contra [l] ſi vtamur in diuidendo differentijs communibus non ductis à natura rei, ſed à rebus aduentitijs, id erit magis frāgere quam diuidere: erit etiam vitioſa diuiſio, ſi aliquid aut prętermittamus propriū, aut adſciſcamus alienum, tum ſi prætervehamur imā ſpeciē, non poterimus ſic certa genera ac ſpecies ſtatuere ipſius febris. A propoſitis igitur præceptis minime diſcedentes, aggrediemur ad diuidendam febrem in prima genera, quæ cum ſeorſum deinde tractabūtur in ſuas ſpecies partiemur. Differentiæ quas febri tanquā ſummo generi adijciemus, non petentur à rebus aduentitijs [m] quæ nihil prorſus ad artem pertinent: at neq; ſolum ſpectabūt ad naturā rei, ſed magis ipſa cōtinebuntur; ex differentijs enim ad rei naturam ſpectantibus, aliæ in ipſa conſiſtunt, & hæ, vt inquit [n] Porphyrius faciunt aliud, hoc eſt conſtituunt ſpeciem, aliæ ad ipſam aliquo nomine referuntur, atq; hæ mutant aliquo pacto ſpeciē conſtitutam, quas ſupra [o] explicauimus, cum differentias febrium in vniuerſum perſequeremur. Nunc vt inueſtigemus prima genera febris, illas differentias adiungemus, quæ proprie conſiſtunt in natura eius, quam diximus [p] eſſe immoderatum calorem: quod ſi aliunde differentias ſumeremus, quamuis aliquo pacto ad rei naturam pertineret, non aſſequeremur genera quæ nunc inquirimus, & in eodem errore verſaremur, in quo Chryſippus & [q] Eraſiſtratus, qui differentijs à pulſu ductis diuidendam eſſe febrem in ſua

i Plato in Philebo, & in Sophiſta, & i Politico.
k Porphyrius ex Platone in prædicabilib. c. de differentia.
l Gal. 1. lib. de diff. feb. c. 1.
m Gal. lib.
n Porphyrius cap. de diff.
o Supr. c. 5. huius lib.
p Supr. c. 2 huius lib.
q Gale. 1. 6 epid. com. 29.

genera crediderunt. Apparet quidem alius pulsus in aliis febribus, non tamen constituit ipsarum genera ac species. Defertur in similem errorem Praxagoras, qui febres distribuit in simplices & compositas: differunt quidem febres inter se, ex eo quod iungantur vel non iungātur cum aliis, non tamen propterea sunt alterius generis, cum sub eodem & simplices comprehendi possint & compositæ. At neque recte facta est distinctio febrium à veteribus [a] in morbos & symptomata, nam [b] licet aliquæ symptomatum modo ab aliis morbis oriantur, aliæ nullum sequantur insignem morbum, non propterea diuersi generis sunt, sed eidem sæpe subiiciuntur, neque consistūt eiusmodi differentiæ in calore, sicuti neque illæ quas commemorat Hippocrates [c] in sexto libro de morbis vulgaribus, vbi scribit, alias febres flauas esse, alias rubras, alias liuidas; sumuntur enim à calore qui in alijs febricantibus alius conspicitur, non tamen efficit diuersa genera ac species febrium, cum non consistant in calore, sicut illæ quas Hippocrates ibidem [d] proponit, diuidens febrem differentijs ab ipso ductis qui aut lenis est, aut acris: quo fit vt dentur duo prima genera febrium, vnum lene, alterum acre: in hoc caloris qualitas à naturali plurimum recessit & valde mutata est, in illo magis aucta copia videtur quā mutata qualitas, cum adhuc lenis sit, quanquam aliquo pacto etiam ipsa mutata est, neque enim ita lenis calor est hominis febricitantis quouis genere febris, sicuti eiusdem naturaliter affecti. Ceterū F
calor acris, aut vapores multos edit, aut squallidus est, vtraque differentia ad eius naturam attinet & idcirco quoddam genus febris cōstituit, adeo vt genus febris quod acre esse diximus, in duo distribuatur, [e] in id quod vapores multos edit, & id quod squallidum est. Potest etiam primo diuidi febris in tria genera, in lene, in acre cum vaporum copia, & acre squallidum, sic eadem membra sunt vtriusque diuisionis, sed paulo secius partita ac distributa. Vtrouis modo fiat, nec fortuito, nec temere, sed recte facta dicetur: Sed cum calor sit quædam forma, non potest per se augeri vel minui, aut aliquas differentias accipere, sed quatenus versatur in materia substrata, id quod Aristoteles [f] tradidit de iustitia, de sanitate, de voluptate, de aliis formis. Quamobrē differentiæ quibus calor ac febris distinguitur, a substrata [g] materia varia, hoc est a diuersis partibus nostri corporis proficiscuntur. Posuit Plato in Timæo tres species ignis, lucem, flammam, & carbonem, pro varia materia [h] vt crassa, tenui, ac media inter vtrāque. Partes nostri corporis diducuntur ab Aristotele [i] in solidas, & humores, quibus Hippocrates adiecit spiritus tanquam tertium genus partis, cum sexto [k] libro de morbis vulgaribus commemorauit, continentia, contenta, & impetum facientia: continentia enim intelligit partes solidas, contenta humores, impetū facientia spiritus. Respondent hæc tribus initiis ex quibus constamus, sanguini, spiritui, ac semini: calor igitur quo febris continetur, diuersus est pro diuerso genere partium in quibus residet, vt lenis in spiritibus, acris cum vaporum copia in humoribus, G
acris squallidus in partibus solidis: qualis igitur est substrata materia, talis est calor, cumq; illa triplex [l] sit, triplex quoq; genus caloris præter naturam, ac febris potest in corpore nostro versari: illa quæ in spiritibus residet leni calore continetur, neq; enim potest ita acris fieri in materia tenui vt in crassa, vocaturq; à Græcis [m] ἐφήμερα, quod eodem die finiatur, à Latinis diaria. Ea vero febris quæ acri calore continetur nullū cōmune nomē inuenit, quod vtrunq; eius genus significet, id scilicet ꝙ residet in humoribus, acre cum vaporū copia, & id ꝙ in partibus solidis acre & squallidū, sed hoc proprie a Græcis nominatur ἑκτικὸς ἀπὸ τῆς ἕξεως, hoc est ab habitu: duo.n. notat [n] habitus, videlicet partes solidas nostri corporis, & dispositionem cōfirmatam, ab vtraq; significatione dicta est febris hectica. Alterum vero genus quod residere diximus in humoribus, acre cum vaporum copia, à medicis circumscribitur, dicunt enim febrem à putredine ortam, neq; enim accenditur eiusmodi calor in humoribus nisi putrescant, [o] neque possunt sola copia febrem excitare, cū in multis sæpe redundent, qui nō propterea febricitāt, sed quomodocunque nominentur statuere oportet tria genera febrium, vnum lene in spiritibus, alterū acre cum humorum copia in humoribus, tertium acre squalidum in partibus solidis, quæ seorsum tractabimus, vbi duo quæ ad propositam diuisionem spectantia in dubium vertuntur dissoluerimus. Primum igitur dubium accidit quo pacto possint pro triplici genere partium nostri corporis constitui tria genera febris, cum ad solidas tantum referendæ omnes febres videantur, si quidem illis partibus tribuendæ sunt, quarum lædunt actiones: ergo H
tantum [p] solidis, quandoquidem actiones his tantum, non humoribus, non spiritibus, tribuuntur, ex quo sequitur vnum tantum ponendum esse genus febris, idque in partibus solidis, non tria. Huic dubitationi occurrit [q] Alexander Aphrodiseus in libello illo aureolo quem de febribus inscripsit: concedit autem semper in partibus solidis quarum sunt munera quæ læduntur, febricitantium calorem versari, non tamen eodem modo, sed addit has interdum calefactas esse, interdum calefieri: calefactas dicit cum igneus calor inhæret, & quodammodo infixus est earum substantiæ: calefieri cum residet in humoribus aut spiritibus, quos illæ continent: vt autem ad perfectionem actionum requiritur non modo insitus calor, sed simul etiam influens secundum naturam, ita ad læsionem satis est, si alteruter immoderatus sit, vel ille qui insitus est in solidis, vel ille qui influit per spiritum & sanguinem: concedit igitur Alexander, febricitantium calorem semper versari in partibus solidis quarum munera offendit, sed vult aliquando eum residere in ipsis per se, quemadmodum vbi est hectica febris,

aliquando

a Galen. 4. aph. cō. 73
b Supra ca. 5. huius li.
c Hip. l. 6. epid. 29.
d Hip. ibi.
e Gal. 1. de dif. feb. c. 7.
f Arist. l. 10. Ethic. c. 3.
g Gal. 1. de dif. feb. c. 1.
h Plato in Timæo.
i Arist. l. 2. de part. anim. 2.
k Hip. l. 6. epid. 7. & Gal. l. 1. de dif. feb. c. 1
l Gal. 1. l. de dif. feb. c. 1.
m Gal. 10. meth. c. 2.
n Gal. 1. de dif. feb. c. 7
o Gal. ibid.
p Auic. l. 1. f. 1. t. 1. c. de subiect.
q Alex. l. de febribus et Gal. l. 1. de dif. fe. c. 1.

A aliquando per humores ac spiritus, veluti cum adest aut ephemera, aut illa quæ sequitur hu-
morum putredinem: semper igitur partes solidæ calorem immoderatum aut contrahunt, aut
contraxerunt. Quæ res magis dilucida redditur exemplo [a] balnei, in quo similiter attendi pos a Gal. 1. de
sunt tria genera partium, aer, labrum aquæ & paries: potest calorem concepisse aer duntaxat à differ. febr.
quo & aqua & parietes calefiant: potest & aqua jam esse calefacta, & calefacere aerem ac pa- c. 1.
rietem: potest denique paries calorem contraxisse ob quem & aer & aqua incalescant: idem
vsuuenit partibus nostris quarum aliquæ calefactæ interdum sunt præter naturam, & reliquas
calefaciunt: Vbi calefacti sint spiritus & calefaciant humores & solidas partes, febris [b] erit dia b Gal. ibid.
ria: Vbi humores prius incaluerint & calefaciant spiritus & partes solidas, dicetur febris ab hu
morum putredine orta: vbi ante calefactæ sint partes solidæ deinde incalescant spiritus & hu
mores, erit hectica febris: ita vt quælibet trium possit sine alijs duabus versari in corpore no-
stro. Sed prima dubitatione præcisa, sequitur altera: reuocatur enim in dubium possit ne quæli
bet febris cuiusuis generis per se incipere non antecedente altera: non enim videtur posse fie-
ri hectica, nisi prius fiat & diaria, & illa quæ humorum putredinem sequitur: neque videtur et
posse fieri hæc sine diaria, siquidem par est vbi crassiores partes calorem conceperunt, calefa-
ctas prius fuisse tenuiores [c] veluti spiritus ante humores, & humores ac spiritus ante solidas c Ari. li. 13.
partes: siquidem quod tenuius est, minus renititur & afficitur celerius quã quod crassius, quod probl. par-
B non solum sensu atque auctoritate philosophorum [d] comprobatur, sed ratione etiam, quando ticula 7. &
quidem vis effectrix facilius per tenuiorem substantiam peruadit, quam per crassiorem, quare Gal. de inæ
nunquam incipit hectica febris quin & diaria præcesserit, & illa quæ consistit in humoribus pu quali intẽ-
tribus, & nunquam hæc sine diaria, non poterit ergo incipere, per se quæuis febris cuiusuis ge- perie c. 4.
neris, sed necessario illam quæ residet in partibus crassioribus, antecedet alia quæ in tenuiori- d Aris. loco
bus: Verum non perpetuum est quod assumpsimus, id quod tenuius est seu minus crassum cele- citato.
rius affici atque incalescere, cum ex natura, vel efficientis, vel accipientis sequi oppositum pos
sit, vt prius scilicet afficiatur atque incalescat quod crassius est: potest natura efficientis causæ
magis idonea esse ad vnum genus partium celerius quam ad alterum calefaciendum, veluti pu-
tredo quã posuimus in causis caloris ac febris, calefacit enim hæc prius humores in quibus ex-
citatur, deinde spiritus: potest & ex natura accipientis euenire, vt quod crassius est celerius in
calescat quam quod tenuius, cum ad effectionis celeritatem non tantum conferat tenuitas, sed
etiam qualitatis similitudo. Quod calidius est, quamuis crassius, potest celerius accendi quam
quod minus crassum & frigidum: si in solidis partibus nostri corporis immoderate calidis ver-
sentur frigidi humores, prius accendentur solidæ ob similitudinem qualitatis quam humores
ob tenuitatem substantiæ. Quibus ita constitutis magnum pondus accessit ad propositam du-
C bitationem tollendam: prius possunt calefieri humores quam spiritus vbi putredo sit causa ca
loris, quoniam humores sunt illi qui proprie putrescunt, quamobrem incipere febris in humo-
ribus potest antequam incipiat in spiritibus. Solidæ item partes vbi calidiores sunt, prius ac-
cendi possunt quam humores frigidi, & ita prius incipiet hectica febris quam illa quę oritur ab
humorum putredine. At non ita constat an solidæ partes possint calorem concipere ante spiri
tus, & ita an possit incipere hectica ante diariam: quandoquidem spirituum tenuitas tãta est,
vt si conferatur cum partibus solidis, nulla videatur proportio, & propterea celerrime afficiun
tur atque incalescunt: neque enim frigidi sunt vt remitti possint calefacientibus causis: quam-
obrem incalescent semper [e] ante solidas partes, neque poterit vnquam per se incipere hecti- e Gal. 2. de
ca febris: si quando autem in medicorum libris legimus, ipsam aliquando [f] incipere, aliquãdo cris. c. 13.
sequi alteram [g] febrem, intelligemus hecticam tunc sequi alteram cum illi succedit quæ ori- f Gal. ibid.
tur ab humorum putredine: tunc incipere, cum succedit diariæ, quæ adeo breuis est vt vix ani- g Gal. 3. de
maduerti à medico possit: quo fit vt videatur tunc hectica incipere, quamuis ante accendatur præsag. ex
spiritus, & antecedat diaria. Statuamus igitur solutis dubitationibus, tria genera febriũ distin- pulsib. c. 7.
cta reperiri posse, pro [h] triplici genere partium nostri corporis, & agamus vt polliciti sumus de
vnoquoque separatim. h Gal. 1. li. de diff. feb. c. 1.
D



VIDI VIDII E

DE FEBRIBVS

SIVE DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber Secundus:

QVI EST DE FEBRIBVS DIARIIS. F

Quid sit febris Diaria, & quot species amplectatur. Cap. I.



Vm pertractandæ sunt species vni generi subiectæ, nihil referre videtur a qua ordiaris, siquidem illud amplectitur æqualiter omnes: præstat tamen, eodem ordine ipsas persequi quo fuerunt inuentæ, veluti nunc febres quas pro partibus nostri corporis in quibus versantur, & primo pro spiritibus qui tenuissimi sunt, deinde pro humoribus qui mediocres, demum pro solida substantia, quæ admodum crassa, in tres species distribuimus: a quamobrem eas primo tractabimus quæ in spiritibus, deinde eas quæ in humoribus, postremo eas quæ resident in substantia solida. Eadem autem duo capita in singulis persequemur, quæ supra tractata sunt de febre in vniuersum, cognitionem videlicet curandorum, & rationem curandi. Illa igitur febris quæ occupat spiritus (vt in superioribus b ostensum est) vocatur a Latinis Diaria, ab Hippocrate c ἐφήμερα: appellatur enim diaria Latine, Græce ἐφήμερα, opera vnius diei. Nominat Aristoteles ἐφήμερον quoddam animal, quod eodem quo nascitur die decedit. Colchicum herba ἐφήμερον dicta est, quia eodem die quo sumitur hominem conficit: nomine diei significatur G spaciũ d vigintiquatuor horarũ, ita vt comprehendatur etiã nox. Febris autem quæ in spiritibus hæret, maxima ex parte est vnius diei, raro alterius, rarius e plurium. Ergo etiam si aliqua ex parte claudicet, tamen ex multo maiori parte obtinere debuit nomen diariæ: ita autem natura comparatum est, vt quæ tenuia sunt celerrime his aut illis qualitatibus afficiantur. Spiritus in quibus residet proposita febris, vt f cito incalescunt, ita & cito ad naturalem temperationem reuertuntur, facile enim qualitates accipit g materiæ tenuitas, neque renititur quemadmodum crassitudo; adde quod qui calidiores effecti sunt, exhalant & noui gignuntur moderate calidi à substantia cordis, quæ nondum febrem contraxit, quare mirum non est si illa manet vnum diem duntaxat; si quando autem vlterius perseuerat, id fit, quia fouetur ab aliqua causa quæ non permittit calefactos h præter naturam spiritus refrigerari, & ad pristinum statum reuerti. Spiritus autem qui in diaria febre accenduntur, vitales sunt qui in corde habitant & arterijs, cum quibus necesse est simul & animales accendi, & naturales, ad quos procreandos assidue vitales concurrunt. His ita constitutis de natura & nomine propositæ febris proximum est vt ad definitionem pergamus, quæ eadem esse debet quam de febre in vniuersum tradidimus, sed contracta per propriam differentiam: definiuimus i febrem calorem innatum in corde mutatum in igneum adeo vt lædat actiones: huiusmodi calori si lenitatem H adieceris, diariam febrẽ definieris, quæ non aliud est quam calor innatus in corde mutatus in igneum adeo vt lędat actiones, retinens k lenitatem. Si roges quo pacto lenis esse possit ille calor, cum vbi conuertitur in igneum continuo fit acris, respondebimus concedentes fieri acriorem quam ante, posse tamen aliquid lenitatis retinere ob substantiæ in qua nititur tenuitatẽ: quare calor qui in spiribus versatur, vbi præter naturam augetur, licet aliquid lenitatis amittat, aliquid tamen retinet, ita vt lenis dici adhuc possit, quod non euenit vbi versatur in substantia crassiore humorum, aut partium solidarum, tunc. n. si augeatur & vertatur in igneũ, redditur l acris, quo enim materia quæ incenditur crassior est & dẽsior, eo calore concipit acriorem. Ligna salicis vbi vrũtur, quoniã minus densa sunt, minus acrem calorem præsefetunt quã ligna ilicis, aut quercus: multitudo lignorum accensa, calorem edit multum: crassitudo & densitas acrem. Eadem est ratio partium nostri corporis, quæ cum incenduntur, maiorem vel minorem calorem præseferunt pro multitudine & paucitate; acriorem vel leniorem pro crassitudine & tenuitate: calor igitur qui in spiritibus præter naturam accenditur, potest esse m multus, non tamen acris, in humoribus vero & partibus solidis vbi in igneum conuertitur, necesse est

a Loco anteced. c. vlt.

b Vidus ibi.

c Hipp. l. 4. aph. lex 55

d Arist. l. 5. de hist. ani. c. 19.

e Dioscorides l. 4. fine 79. & 80.

f Gal. 10. l. meth. c. 4.

g Arist. l. 8. problem.

h Gale. 10. meth. ca. 2.

i Lib. antecedenti 2.

k Gal. 1. li. de dif. feb. c. 7.

l Gal. ibid.

m Trall. li. 12. c. 1.

A est acris, reddatur. Dubium autem controuersumque est an diaria febris quam definiuimus, distribuatur in alias species, videtur enim quæuis sub vna tantum contineri, cũ materia in qua versatur, vna sit, vitalis scilicet spiritus duntaxat, diuersæ autem species caloris a diuersa specie partium proficiscuntur, quemadmodum in proximo [b] lib. monstrauimus, cum febrẽ quasi summum genus in suas species distribuimus. Spiritus igitur qui in diaria febre accenduntur, cum sub vna specie contineantur, vnam tantum efficiunt diariæ febris speciem, Galenus [c] tamen duas esse voluit, vnam in spiritibus, alteram in sanguine calefacto & nondum putri: mouetur autem lenitate caloris quæ percipitur cum sine putredine sanguis præter naturam incalescit, perinde atq; vbi accenduntur spiritus, ita vt diaria febris quæ leni calore cõtinetur, duas species amplectatur, vnam quæ residet in spiritibus, alteram quæ in sanguine calefacto, appellauit autem vtramque, ἐφήμεραν, hoc est diariã, quod ex maiori parte eiusmodi calor auctus præter naturam, lenitatem adhuc retinens, maneat vnum diem, quamuis cum residet in sanguine calefacto (quod raro euenit) plures dies perseueret: maluit tamen Galenus [d] abuti nomine vsitato, quam nouum fingere, & ad vnam speciem redigere omnes illas febres quæ leni calore continentur, quam ad duas, & ita constituere tres tantum primas species febrium: vnam quæ continetur calore leni siue in spiritibus, siue in sanguine calefacto versetur: alteram quæ acri cum vaporum multitudine in humoribus residentem: tertiam quæ similiter acri sed squallido in partibus solidis: verum vt à calore acri pro præsentia vel absẽtia vaporum duas species

B febrium duxit, ita potuit duas ducere à calore leni similiter pro præsentia vel absentia vaporum: lenis calor qui in sanguine præter naturam calefacto versatur, ingẽtem edet vaporum copiam, ille qui in spiritibus potius edet tenues quasdam exhalationes, quam vaporum copiam, ita vt eodem modo liceat habita ratione vaporum, vt caloris acris, ita etiã lenis, duas species statuere diuersas, & ita facere non tres, sed quatuor primas species: differentia igitur qua cõstituitur illa diaria quæ versatur in sanguine calefacto spectat ad [e] multitudinem vaporũ, quæ cum caloris lenitate coniungitur: differt etiam multitudine caloris hæc febris ab illa quæ occupat spiritus, quoniam longe copiosior sentitur calor inflammato sanguine quam spiritibus: verum differentia quæ sumitur a copia, non ita cõstituit speciem, sicut illa quæ à qualitate diuersa caloris, quod si sanguis non tantum calefiat, sed etiam putrescat, calor nõ retinebit lenitatem, sed acris efficietur, minus tamen quam si [f] putrescat alius humor, quamobrẽ febris quæ accenditur à sanguine putri, non continetur amplius calore leni, & idcirco non est species diariæ, sicut illa in qua sanguis incalescit duntaxat: reliqui tres succi non possunt febrem excitare nisi [g] putrescant, nam pituita & humor melancholicus cum frigidi sint nunquam accenduntur nisi cum putrescunt: flaua bilis licet calida sit, nunquam tamẽ adeo redundat vt possit sine pu-

C tredine febrem accendere, quamobrem plerique ex his quorum cutis hac suffunditur, febre vacant, tantum vbi adstricta [h] cute retineatur acris fuligo accẽditur febris etiam si humor nõ putrescat: ergo sanguis tantum potest calefactus sine putredine febrem accendere: sed siue putrescat, siue inflammetur duntaxat, febris quam excitat cũ assidua sit & vna accessione contineatur, σύνοχος [h] græce nominatur, perseuerat autem interdum à principio ad finem similis & vocatur græce [i] ὁμότονος, interdum semper increscit & dicitur ἀκμαστικός, siue [i] ἐπακμαστικός, interdum semper decrescit & vocatur παρακμαστικός, sed qualiscunque sit tota vnico circuitu continetur, neq; repetit, neque accessiones habet quotidianas, tertianas, aut quartanas, quemadmodum febres quæ oriuntur à putredine pituitæ, humoris melancholici aut flauæ bilis: illa etiam diaria quæ in spiritibus residet non repetit, sed sine circuitibus est & vnam [l] tantum accessionem habet quod materia non sit partita, sed tota [m] simul, neque confluat ad aliquem locum ex certis interuallis sicuti pituita, & flaua aut atra bilis cum putrescunt: si quando autem diaria repetere videtur quod à nonnullis [n] obseruatum est, in ea quam cruditas affert, tunc nõ est eadem febris quæ repetit, sed noua excitatur ex noua cruditate, quod rursus accendantur spiritus perspiratu destituti: liquet igitur diariam quamlibet carere circuitibus atque accessionibus, sed iam tempus est eius causas persequi.

a Gal. l. 2 de dif. feb. c. 7
b Libro antecedẽti c. 9. & Gal. 1. de diff. feb. c. 1.
c Galen 9. meth. ca. 2. & 2. de dif. feb. c. 9.
d Galen. 9. meth. ca. 1. & 2.
e Galen 9 meth. ca. 2. & 3.
f Gal. 2. de dif. feb. c 9
g Gal. 2. de dif feb. c. 5.
h Gal. 8 meth. c. 2.
i Gal. 9. meth. c. 2. & 3.
k Galen. 9. meth. ca. 3. & lib. 2. de diff feb c. 2
l Galen. 9. meth. c. 1.
m Gal 2. de diff feb. ca. vlt.
e Auic. li. 4. f. 1. Tr. 1. c. 34.

D

De causis febris Diariæ. Cap. II.



Vicquid oritur, qualecunque est, ex aliqua causa oritur, quare & diariam febrem cum oriatur, ex aliqua causa gigni necesse est: cũ [o] vero legimus diariæ cum hectica hoc conuenire quod causam nõ habet, ita intelligere oportet, ut non habeat causam continentẽ cum iam facta sit: in diaria enim calefacti sunt spiritus, in hectica partes solidæ. Tãdiu autẽ manet vtraq; febris, quam diu manet calor quem spiritus aut solidæ partes conceperunt, adeo vt nõ necessaria sit causa continens à qua seruetur, quemadmodum illa quę residet in humoribus: hẽt enim putredinem tanquam causam cõtinentẽ, qua sublata cessat: at diaria [p] & hectica febris citra causam continentẽ manent, donec ea quæ præter naturã calefacta sunt, spiritus videlicet aut partes solidæ, ad pristinam temperationem reuertantur: potest tamen cum hectica febre coniungi [q] humorum putredo, cum diaria [r] adstrictio vel obstructio, aut inflammatio glandularum,

o Galen. 8. meth. c. 2.
p Gal. ibi.
q Gale. 1. de diff. feb. ca. 10. & 3 1. epid. com. 9
r Gale. 2. de crisi c. 1. & 8. met. 3. 2. 4. 5. & 6.

quæ causæ calefaciendi vim habent & fouere possunt calorem, quem aut spiritus, aut partes so- E
lidæ præter naturam contraxerunt, non tamen necessariæ sunt, cum & sine ipsis perseuerent
eiusmodi febres, dum restituatur pristina temperatio: ex quo intelligi potest diariam & hecti
cam febrem non habere causam continentem. Illud tamen reuocare in memoriam oportet,
quod in proximo [a] libro expositum fuit, febrem diariam cũ sit morbus, & propterea lædat actio
nes, quæ propriæ sunt partium solidarum, necessario versari in partibus solidis, quæ tamen nõ-
dum calefactæ sunt, sed à spiritibus calefactis in quibus versatur diaria, calefiunt [b] tanquam à
causa continente, quam non requirit calor præter naturam in spiritibus contractus vt conser-
uetur, quamuis possit adesse & calorem conseruare, vt adstrictio, obstructio, vel inflãmatio glan
dularum, quæ vltra 24. horas febrem retineat, sed plerunque abest, & tunc diaria [c] febris est
vnius diei duntaxat: semper autem, siue maneant, siue non maneant, [d] antegrediuntur causæ,
quæ quales sint, iam inquirendum est. Fuit antiquum dogma Athenæi [e] & eius sectę, quamlibet
febrem fieri ex putredine, quod magna ex parte, non tamen omnino, verum est, cum nonnullæ [f]
febres sine vlla putredine oriantur, ex labore, vigilia, ira, sollicitudine, sacietate, inedia, ebrieta
te, æstu, frigore, aliaue simili re, quemadmodum diariæ, quarum paucæ admodum, atque illæ dũ
taxat quas affert inflammatio glandularum à putredine oriuntur. Sed cum multæ [g] sint ac va- F
riæ causæ, quæ diarias febres faciunt, pręstat omnes ad certam viam & rationem dirigere, & ex
certis locis quasi ex fontibus haurire, Ergo [h] quæcunque corpus nostrum afficiunt, aut ad ip-
sum pertinent, siue fluant, veluti labor corporis, animi perturbatio, vigilia: siue maneant, vt in-
flammatio, obstructio, adstrictio: aut omnino externa sunt, veluti quæ offeruntur, vt cibi, potio-
nes, & quæ extrinsecus incidunt, vt appulsus caloris aut frigoris vehementis, aut rei astringen
tis: quæcunque causæ corpus nostrum in morbum compellunt, aut ad externa referuntur, aut
ad ea quæ attinent ad corpus nostrum, quare & illæ etiam quæ faciunt febrem diariam, aut
enim omnino externæ sunt quas [i] procatarcticas, aut pertinẽt ad corpus nostrum, quas proigu-
menas [k] græci nominant. Voluit Galenus [l] omnem diariam gigni à causa procatarctica: quod
non totum, sed magna ex parte vere dicitur, nam si procatarcticam causam tantum externam
intelligamus, quemadmodum ipse aliquando intelligit, poterit quis obiicere animi perturba-
tiones, à quibus sæpe diariam [m] febrem fieri scribit: quod si has sub procatarcticis atque exter
nis complecti velimus, sicut & ipse aliquando complexus est, adhuc obijciet quis inflammatio-
nem glandularum, [n] quæ neque externa est, neque procatarctica, & tamen excitat diariam. Qđ
si hanc quoque causam, sub externa & procatarctica, quia euidens est, comprehendi asseuere-
mus, afferre quis poterit astrictionem [o] & obstructionem, à quibus fieri interdum febrem dia- G
riam constat: Sed cum lateant, nullo modo redigi possunt ad euidentes, & idcirco ad procatar-
cticas, nisi dicas fieri illas à causa manifesta recenti, veluti à frigore, ab ardore solis, ita vt sem-
per diariam antegrediatur causa procatarctica, externa, recens atque euidẽs: at neque hoc p-
petuum est, cum idem scribat, nasci diariam febrem aliquando ab obstructione, [p] quæ ab humo
ribus ex cibo paulatim & latenter contractis, multis, crassis, glutinosis proficiscitur, quod tamẽ
rarum est, plerunque enim ex eiusmodi obstructione, oritur putredo in humoribus, & aliud ge-
nus febris, ex quo colligitur diariam febrem nõ semper, sed maxima ex parte oriri à causa pro-
catarctica, hoc est euidente, siue externa sit, quod plerunque accidit, siue ad corpus nostrũ per
tineat, sed quæcunque illa sit, superest vt videamus quo pacto possit cordis spiritus calefacere
diariam afferre, & in quo potissimum corpore. Res omnes quæ calefaciunt, & febrem accen-
dunt (vt declarauimus [q] cum persecuti sumus causas febris in vniuersum) aut calidæ sunt, aut
rediguntur ad calidas, quatenus vel non sinunt exhalare calidam expirationem, vel suppedi-
tant ac parant quasi pabulum calori, ex rebus externis, quæ extrinsecus incidunt, si calidæ
sint veluti ardor solis, tanquam res calidæ calefaciunt eas partes nostri corporis quas attin-
gunt, atque hæ rursus proximas, donec incalescant spiritus cordis & accendatur febris dia-
ria: si refrigerent vel adstringant, claudunt foramina cutis, neque sinunt calidos vapores exha-
lare, qui retenti, tandem calefaciunt spiritus cordis & diariam febrem afferunt: quæ offeruntur
vt esculenta & poculenta, si calida fuerint efficiuntur [r] tanquam pabulum caloris, si multa cras- H
sa glutinosa, obstruendo, si adstringentia cogendo retinent calidam expirationem & calefa-
ciunt spiritus in corde ac diariam efficiunt: excitatur etiam febris ex cibis corruptis, quãdo in
inferiorem ventrem fuerint depulsi, intellige corruptos à calore, qui nidorem edunt & tanquã
pabulum calorem augent. Abstinentia vero, idem præstat, quatenus calor cum non retũdatur
humore cibi & potionis, acuitur & acrior redditur, potissimum in spiritibus qui facillime ac-
cenduntur. Ex causis ad corpus nostrum attinentibus, quæ fluunt, vt labor & animi perturba-
tio ad motum refertur, qui parando [s] pabulum, calorem auget. Ad motum similiter refertur do
lor, siquidem dolenti mouentur spiritus & accenduntur: animi defectio [t] ob metum, aliquan-
do diariam febrem affert, quamuis primo corpus refrigeret: somnus & vigilia, faciunt diariam
ob contrariam rationem, quod ex somno contrahantur spiritus & sanguis, vnde nimis accen
ditur calor, in vnum contractus in corde, quasi aucto pabulo: vigilia quatenus calor destitui-
tur humore à quo remittebatur, vim habet calefaciendi, absumit enim humorem ac siccat.
Quæ permanent [u], sunt inflammationes glandularum, adstrictio & obstructio [i] appellat
Hippo-

[a] Libro anteced. c. 9.
[b] Galen. 1. de diff. febr. c. 1.
[c] Gale. 10. meth. c. 5.
[d] Gal. 1. de dif. feb. c. 7.
[e] Gal. 1. de dif. feb. c. 5
[f] Gal. ibid.
[g] Gal per totum 8. librum de meth & 2. de crisibus cap. 13.
[h] Vidus l. 2. de cur. ge. c. p. par. p. & Gal. l. de caus. mor. c. 2. in fine.
[i] Gal ibid.
[k] Gal. l. p. de dif. feb. 7.
[m] Gale. 8. meth. c. 3. & 1. de cris. c. 13
[n] Galen. 8 meth. c. 6. & pri. ad Glauc. c. 2
[o] Galen. 8. meth. c. 2. l. 2. de cris. c. 13. & p. ad Glauc. c. 2.
[p] Gale. l. 8. meth. c. 4. & 5.
[q] Libro antecedẽti 3.
[r] Vidus ibidem.
[s] Vidus ibidem.
[t] Vidus ibidem.
[u] Auic. l. 4 f. 1. Tract. p. c. 29.

A Hippocrates [a] inflammationes glandularum, siue ad inguina sint siue ad alas, siue ad ceruices βουβῶνας, in his putrescit sanguis, & calidior redditus, calefacit proximas partes, atque hæ rursus alias, donec calor impertiatur spiritibus cordis: quod si non tantum calor, sed etiam fuligo putris à glandularum inflammatione ad cor pertineat, putrescent in eo humores & non excitabitur amplius [b] diaria, sed alterum genus febris: adstrictio vero & obstructio retinendo calidam expirationem diariam efficiunt, sequuntur autem maxima ex parte (vt supra [c] ostensũ est) causas externas recentes ac manifestas, vt vehementem frigoris, vel caloris appulsum, aquas astringentes, ciborum & potionum multitudinem, crassitudinem, calorem. Causæ quas enarrauimus, illam diariam febrem efficiunt, quæ residet in spiritibus: altera quæ in sanguine calefacto & nondum putri versatur, & quam diximus [d] synocham nominari, oritur à causa interna, à copia [e] videlicet carnis & sanguinis, multa caro comprimit canales, multitudo sanguinis eosdem obstruit, ita vt vtroque nomine claudantur, neque sinant exhalare calidam expirationem, quæ retenta, sanguinem præter naturam calefacit, & hoc pacto excitat diariam synocham, quæ vnica [f] accessione continetur cum inflammatus sit sanguis vniuersus neque nouus per certos circuitus inflammetur: manet autem dum refrigeretur & ad pristinam temperationem reuertatur. Quod si calidi [g] vapores pariter exhalent ac gignantur, perseuerat similis à principio vsque ad finem: si plures gignantur, quam exhalent, videtur assidue augeri, contra si plures exhalent quam gignantur, assidue minui. B Non sunt autem opportuni æque omnes homines diariæ [h] febri, sed alij magis alij minus, neque item omnes æqualiter obnoxij sunt vtrique speciei diariæ, sed alij magis vni, alij magis alteri: atneque omnes pariter ab iisdem causis in diariam febrem compelluntur, sed alij magis ab hac, alij ab illa. In diariam synocham incidunt tantum adolescentes bono [i] habitu, ac multo & calido sanguine redundantes, non senes qui frigidiores sunt, non pueri à quibus multum est quod expirat, quiue multum absumunt sanguinis in incremento. Alteri diariæ quæ versatur in spiritibus, exponuntur primum corpora calida [k] & sicca, proxime calida & humida, tum calida tantum, dein sicca tantum, posthæc quæ media sunt inter calida & frigida, inter humida & sicca: in alijs vero corporibus in quibus naturaliter aliæ qualitates exuperant, non facile accenduntur spiritus, aut fit diaria febris. Ab inflammatione [l] ac putredine glandularum accenduntur spiritus cordis potissimum in corporibus calidis & [m] humidis, in quibus facile sanguis putrescit. Ex cruditate febricitant illi qui quæ sumant non bene concoquunt, sed aut acida reddunt, aut etiam vitiosa [n] & cum nidore: vtraq; autem obstruunt & retinent calidam expirationem, sed quæ nidorem edunt, præbent et pabulum calori. Postremo à causis claudentibus, siue cogant, siue obstruant parua foramina cutis excitatur diaria febris, maxime in illis hominibus qui multam fuliginem contrahunt, hæc C enim retenta, [o] facile accendit spiritus in corde: colligitur multa fuligo in corporibus calidis & [p] siccis: sunt autem hæc nigra, gracilia, hirsuta, cum calore mordaci atque vrina acri: colligunt autem multam fuliginem, præsertim post ortum caniculæ, post inediam, [q] vigilias, labores, studia, cibos & potiones acres, ac mali succi: quæ omnia si contrario modo se habeant, nequit obstructio vel adstrictio diariam febrem afferre.

a Hippo. 4. aph. 55. & Galen. 13. meth. c. 5.
b Gal. 1. de differ. feb. c. 5.
c In hoc eod. c.
d Supra in cap. antec.
e Galen. 9. metho. c. 3. & 4.
f Gal. 2. de diff. feb. c. 2.
g Gal. ibid. & li. 9. met. c. 1.
h Galen. 8. meth.
i Galen. 9. meth. ca. 3. & 4.
k Galen. 8. meth. c. 8.
l Gal. 1. lib. de diff. feb. c. 5.
m Galen. 8. meth. c. 7.
n Gal. li. 8. meth. c. 5.
o Galen. 8. meth. c. 2.
p Galen. 8. meth. c. 2.
q Gal. ibid.

De Symptomatibus Diariæ Febris. Cap. III.

EXpositis causis diariæ febris, proximum est vt ad effecta pergamus, hoc est ad symptomata: nulla autem videntur ipsam sequi cum simplicissima [r] sit & mitissima, at tamen aliqua necesse est sequantur cum morbus sit & idcirco actiones offendat, actionum enim offensæ symptomata sunt, cum quibus etiam iunguntur retenta & expulsa præter naturam, & quædam ex his quæ in corpore nostro sensibus percipiuntur mutata: in hac controuersia statuendum est diariam febrē non carere omnino symptomatibus, cum sit morbus, sed cum simplicissima sit & mitissima, illis vacare quæ propriam curationem postulāt, aut grauia sunt qualia [s] tractantur ab Hippocrate, in libris prognosticorum, D neq; enim copulatur diaria febris cum delirio, cum neruorum distentione, cum difficultate respirationis, cum frigore externarũ partium & ardore internarum, cũ facie illa quam ex [t] Hipp. Lucretius his verbis expressit. Nasi primoris acumen tenue, cauati oculi, caua tēpora, frigida pellis, duraque: at neq; iungitur etiam cum fætore aut nigritie eorum quæ expelluntur. Nullũ ergo ex eiusmodi symptomatibus periculosis diariæ febri superuenit, neque mirum est, cum spiritus duntaxat in corde conceperint calorem præter naturã, atq; hunc lenē, solidæ vero partes, neq; calefactæ sint, neq; etiam vehementer calefiant, modo nihil in curatione erretur, neq; praua aliqua qualitate afficiantur, sicuti solent in febribus ab humorum putredine ortis, in quibus impertitur cordis putris [u] fuligo. Retinent igitur solidæ partes cordis suum robur, & vitalem vim impertiunt reliquis partibus, ita vt nō possint valde lædi actiones, neq; accedere symptomata grauissima: illa autem leuia quæ superueniunt, partim ab ipsa febre emanant, partim à causis: à febre hoc est calore aucto in spiritibus cordis, augetur pulsus [x] & respiratio, fit. n. potissimum pulsus maior, celerior, & interdũ etiam frequentior, sed cum lenis sit eiusmodi calor,

r Gal. 1. ad Glauc. c. 2.
s Gal. 2. de crisib. c. 13.
t Galen. 1. progn. 6. 7. 8. & Lucr. li. 6. qua de peste.
u Gal. 1. de diff. feb. c. 5.
x Gal. 2. de cris. c. 13.

non

non liquat quæ concreta sunt, neque nimis exsiccat humorem, & ideo neque adstringit, neque E
resoluit aluum. Causæ quæ adhuc manent, nonnulla symptomata afferunt, veluti glandularum inflammatio, dolorem cum pulsu: quæ recedunt etiam [a] sæpe aliquem affectum relinquunt, & cum eo symptoma, vt ardor solis dolorem atque æstum capitis, frigus destillationem, labor lassitudinem, vigilia, difficultatem dormiendi, cibus multus, crassus, durus, cruditatem.

a Gal. 1. ad Glauc. c. 2.

De differentijs Diariæ Febris. CAP. IV.



Præter morbum causas & symptomata, attendere etiam in diaria febre oportet differentias, quarum aliæ constituunt speciem, quales sunt quæ sumuntur à forma caloris lenis, qui si non iungatur cum multis vaporibus, constituit eam diariæ speciem quæ residet in spiritibus calefactis: si cum vaporum copia copuletur, synocham [b] diariam quæ versatur in sanguine calefacto & nondum putri. Aliæ mutationem quandam afferũt speciei iam constitutæ, atque hæ non sunt omnino aduentitiæ, sed aliquo pacto spectant ad formam, sumuntur [c] enim vel à subiecto corpore, vel à modo quo forma in eo versatur, vel ab his quæ formam in ipso consequuntur, vt à magnitudine, multitudine, loco, motu, tempore, vel à F
causis, vel ab effectis. Intueamur quo pacto eiusmodi differentijs distinguantur inter se febres diariæ. Distinguuntur primum subiecto corpore, cum aliæ fiant in eo quod multo sanguine [d] redundat, & boni habitus est, veluti synocha, aliæ in eo quod multam [e] fuliginem contrahit, veluti ille in quo ob parua foramina cutis clausa, spiritus accenduntur, aliæ in eo quod calidum est & humidum, quemadmodum illæ quæ sequuntur putredinem, [f] atque inflammationem glandularum. Modo quo forma residet in subiecto corpore, non differunt inter se febres diariæ, cum idem in omnibus sit, neque enim hæret calor valde spiritus, aut habitum cõtraxit, sed facile remouetur, & est vt Græci dicunt κατὰ χέσιν [g] non καθέξιν. Magnitudo eadem videtur inesse omnibus diarijs, cum omnes leni calore contineantur: [d] differunt tamen quod multo plus caloris sentitur in synocha, quam in alijs: at cum simplicissimæ [h] sint, non distant inter se multitudine superuenientium symptomatum, nisi si quæ sequantur causas aliquas, hæc enim tantum in illis apparent [k] quæ ab eiusmodi causis oriũtur, paulo autem [i] supra à nobis exposita sunt: loco non distinguuntur diariæ febres quemadmodũ illæ quæ versantur in humoribus putribus varias partes corporis occupantibus: Sed accenduntur spiritus in corde, aut in eodem incalescit sanguis, ita vt locus idem sit semper. Quod spectat ad motum, omnes [k] diariæ vno circuitu, atque vna accessione continentur, omnes item celeriter mouentur: proprie tamen synochæ aliquæ [l] à principio ad finem manent similes, aliquæ semper minuuntur: tempore distinguuntur diariæ, quod quamuis pleræque vnum [m] tantum diem maneant, aliquæ tamen sunt plurium dierum, velut illę quæ fiũt ex inflammatione glandularum, aut ex foraminibus adstrictis vel obstructis. Causæ vero differentias afferunt quatenus vel adhuc manent, vel iam recesserunt: manent in his quæ fiunt ab inflammatione glandularum, ab adstrictione vel obstructione. Quæ recesserũt, aut nullum reliquerunt affectum præter febrem, quemadmodum plerũque animi perturbationes, aut reliquerunt aliquem, veluti solis ardor capitis æstum, frigus, destillationem, vigilia difficultatem [n] dormiendi, labor lassitudinem, cibus cruditatem. Effectis denique hoc est symptomatib. distinguuntur diarię, quod aliquibus accedant leuia illa symptomata duntaxat quæ sequuntur morbum, aliquibus illa etiam quę afferuntur a causa, vt à labore, vigilia, cibo, æstu, frigore, inflammatione. Porro causæ à quibus propositę differentię oriuntur, eædem sunt atque illæ quæ febrem diariam afferunt, tantum assumunt similem differentiam, siue similitudo implicita sit & abdita, siue aperta & expedita, quemadmodum declarauimus [o] cum causas differentiarum febris in vniuersum in superiori libro persequuti sumus.

b Galenus 9. met. c. 2.
c Sup. libr. antec. c. 5.
d Galenus 9. meth. c. 3
e Galenus 8 meth. c. 2 & 7.
f Galenus 8. meth. c. 7
g Galenus 8. meth. c. 9 & c. 1. eiusdem lib.
h Gal. 1. ad Glauc. c. 2.
i Sup. in c. antec.
k Galenus 9. meth. c. 7. & l 10. meth c. 2.
l Galenus 9. meth. c. 3 & leg 2. de diff. feb. c. 2
m Gal. 10 l. de methodo meden. c. 2.
n Galen. 1. ad Glauc. c. 2.
o Supra l. antec. c. 5.

De Signis Diariæ Febris. CAP. V. H



Quę absolute intelligenda erant de diaria febre, iam exposita sunt: proximum est vt ad ea pergamus quæ cognoscere in homine oportet, siue præsentia sint, veluti morbus, causæ quæ adhuc remanent, ac symptomata: siue præterita, vt causę antegressę: siue futura, vt euentus vna cum tempore ac via. Ordiemur à præsentibus ex quibus symptomata quęcunque illa sunt seu morbum sequantur, vt respiratio & pulsus præter naturam: seu causam, vt ardor capitis, distillatio, difficultas dormiendi, lassitudo, sub sensum cadunt, neque egent signis à quibus indicentur, agemus itaque tantum de recognitione morbi & causarum. Morbus, hoc est diaria febris, statim internosci debet & distingui ab aliis febribus, plurimum enim hoc interest, partim ad ægrotantis molestiam pellendam, partim ad periculũ propulsandum: duo autem molestiam afferunt laboranti, vnum est, quod animi pendet, metuitque ne morbus ingrauescat: alterum est curatio, nam vbi medicus incertus est quę febris sit, imperat [p] inediam, interdicit refrigerantibus: cessat vtraque molestia, cum intelligens esse diariam,

p Galenus 8. met. c. 2.

A riam, ostendit laboranti morbum esse leuissimum & vnius diei, non vtitur inedia, non prohibet
refrigerantia. Periculum quod imminet, similiter duplex est, vnum, ne si diaria sit, & non inter-
noscatur, homo qui alioquin calidus, siccus ac biliosus est, compellatur [a] in hecticam: alterum
ne si febris quæ in putribus humoribus versatur existimetur diaria, permittatur homo viuere
quemadmodum maxime iuuat, & ex leui, malum fiat grauissimum. Expedit igitur primo die in
telligere quæ febris sit, & num diaria, quod non ita [b] difficile est vt nonnulli existimarunt, qui
diariam febrem facile curari, difficulter cognosci voluerunt, cum possit partim sensu, partim
mente, clarissime deprehendi; sentitur ab ægrotante, cum sit inæqualis immoderatio caloris,
sentitur & à medico: proxime autem cadit sub sensum tactus calor quo diaria cõtinetur, nam
licet versetur in corde, quod neque attingi potest, neque tractari, impertitur tamen ac fundi-
tur in vniuerso corpore, & idcirco in partibus externis, in quibus potest tactu percipi eius qua
litas, quantitas, tempus, ac motus: si quis enim antea cognouerit cuiusmodi esse hæc debeant
in diaria, statim atque hominem tanget, sentiet diaria laborare. Est autem (vt in superioribus
ostensum est) eius calor qualitate lenis & similis naturali, nõ acris, vt in alijs febribus: edit præ
terea vapores [c] suaues, non mordentes, quemadmodum in illis: quantitate vero multo copio-
sior est quam naturaliter esse soleat, quippe qui officiat vitæ muneribus: refert autem illum quẽ
irati, ebrij, aut exercitati præseferunt. Tempus quo manet [d] est, vigintiquatuor horarum, ple-
B runque non porrigitur vltra vnum diem, neque enim manet plures, nisi aut quid erretur, aut
adsit inflammatio glandularum, obstructio, & adstrictio, à quibus causis retinetur, alioquin ita
primo die finitur, vt nullum eius vestigium relinquatur: mouetur etiam æqualiter, statimque se
ostendit atque augetur, neque intus includitur, sed emergit, quæ omnia si quis diligenter ani-
maduertat, tactu deprehendet, & vna diariam quæ in eiusmodi calore consistit. At mente etiã
conijci diaria febris potest ex causis, vna cum habilitate corporis ægrotantis, ex his quæ pro-
sunt aut obsunt, ex effectis. Quod spectat ad causas, commune existimatur cuiuslibet diarię ori
ri ex externa aliqua recenti ac manifesta, quod vt paulo [e] supra mõstrauimus cum causas per
sequeremur, non omnino, sed maxima ex parte verum est; Oritur enim plerunque [f] ab ęstu, fri
gore, appulsu astringentium, cibo, potione, labore, dolore, perturbatione animi, inflammatio-
ne glandularum. Illam vero quæ proficiscitur à foraminibus clausis, plerunque antegreditur
aliqua eiusmodi causa recens ac manifesta: raro enim sine hac fit obstructio paulatim, à qua
oriatur diaria febris. Incipere igitur ex causa recẽti & manifesta, fere commune est cuiuslibet
diariæ, non tamen ita proprium vt non possit alijs quoque febribus accidere: illæ enim quæ re-
sident in humoribus putribus, aliquando ab eiusmodi causa incipiunt [g]. Fit etiam coniectura
C diariæ febris, ex habilitate corporis ægrotantis, quod vbi tale est, vt facile in diariam incidat,
verisimile est cum febricitat in eam incidisse: maxime autem [h] huic febri exposita esse [i] mõstra-
uimus corpora calida & sicca, deinde illa in quibus calor & siccitas excedit; quędam autem
temperatio corporis magis obnoxia est vni speciei quam alteri, & ab his causis magis quam
ab illis in diariam compellitur, vt in sequentibus apparebit. Iuuantium & lædentium hæc ra-
tio est, quod præter ea quæ prosunt aut obsunt communiter omnibus febricitantibus, proprie
diaria febre laborantibus, primo die prodest [l] vsus balnei, neque inde sequitur horror, prodest
& cibus & potio, sed obest abstinentia, quo signo vtimur tantum post 24. horas, cum calor iam
exhalauit, confirmat [k] enim præteritam accessionem fuisse diariam, sicuti vtilitas quæ citra
noxam ex purgatione sequitur, confirmat catharticum [l] fuisse recte datum. Postremo effecta,
hoc est symptomata magnam fidem faciunt diariæ febris, absunt enim grauia illa quæ comme-
morantur [m] ab Hippocrate [n] in libris prognosticorum: quæ vero superueniunt diarię, leuia ad-
modum sunt, nisi causam sequuntur; sequuntur autem febrem ex actionibus primo respiratio [o]
aucta, monstrat enim hæc qualis sit calor cordis, cuius causa fuit à natura [p] instituta. Aucto igi
tur calore fit hæc maior, celerior, & frequentior, vt maiorem habeat perspiratum: verum vt ca-
D lor in diaria febre parum accenditur, ita etiam parum augetur respiratio, quod contra accidit
febribus ex humorum putredine ortis, in quibus & valde accenditur calor, & idcirco valde
etiam augetur respiratio: idem vsuuenit [q] in pulsu, qui ob eandẽ causam similiter in diaria red
ditur maior, celerior [r] & frequentior, nisi quid obstet, vt virium imbecillitas, aut causa aliqua
ipsius febris, sed quia in alijs quoque febribus augetur pulsus, distinguemus hanc ab illis, quod
vt calor leuiter, ita & pulsus leuiter in ea augeatur, sed animaduertimus etiam in pulsu molli-
tudinem arteriæ, per quam diaria discernitur ab hectica; animaduertimus & similem ęqualita-
tem [s] atq; ordinem constantem, quæ non ita apparent in febribus ab humorum putredine or
tis: maxime aũt est proprium febris diariæ, quod arteria celerius dilatatur [t] quam cõtrahatur,
siquidem magis opus est refrigerare calorem auctum, quod fit cum arteria dilatatur, quam ex-
pellere fuligiñẽ, quod accidit cum contrahitur; neq; enim multa est in diaria febre, veluti in il-
la quæ versatur in humoribus putribus: præterea cũ duplex [u] in pulsu attendatur quies, vna in-
terna post cõtractionem, altera externa post dilatationẽ, breuioris temporis est interna quies
quam sequitur dilatatio, quam externa quã sequitur contractio: ita vt magis frequẽs sit pulsus
ob internã quietẽ, quam ob externam, quod (vt iam dictum est) diaria febris magis postulet di
latationem, quam contractionem: id contrario [x] modo accidit illi quæ versatur in humoribus
purribus,

[a] Galen. 9. meth. c. 1.
[b] Galen. 8. meth. c. 3.
[c] Gal. 2. de crisib. c. 3.
[d] Gale. 10. meth c. 2.
[e] In hoc libro cap. 2.
[f] Gal. 2. de crisib. c. 13. & 1. ad Glau. c. 2.
[g] In hoc li. cap. 2.
[h] Galen. 8. meth. c. 7.
[i] Galen. 8. meth. c. 2. & 1 ad Glau. c. 2.
[k] Galen. 9. meth. c. 1.
[l] Primo li. apho. 2. 23. & 25.
[m] Gal li 2. de cri c. 13
[n] Hipp. li 3 progn. 8.
[o] Supr. lib. antec. c. 4.
[p] Gal. li. de vsu pul. c. 2
[q] Gal 2. li. cris. c. 13.
[r] Sup. li antece c. 4. & Galen. 3 de præs. ex pu. c. 2. & 7.
[s] Gale. 2 li. de crisib. c. 13.
[t] Gal. 2. de pręs. puls. c. 7.
[u] Gal. 1. de differ puls. c 8.
[x] Gal. 3. de pręs. puls. c. 7.

putribus,cum magis postulet vt expellatur fuligo,quam vt temperetur excessus caloris:reuertitur etiam pulsus in diaria febre post finem accessionis ad naturam suam,neque vllum [a] mutationis vestigium retinet,quod non euenit alijs febribus,in quibus vbi soluta est præcedens accessio,etiamsi multum sequens distet,quemadmodum in tertianis,& in quartanis,non propterea reuertitur ad naturam suam,neque sequitur omnino integritas:quæ omnia si quis in pulsu diligenter obseruer,facile diiudicabit inter diarias & alias febres.Ad actiones læsas [b] refertur horror, qui non incidit,initio diariæ , nisi ex æstu aut frigore oriatur, sed illarum duntaxat febrium quæ sequuntur humorum putredinem.Sed relictis actionibus pergamus ad expulsa quę sequuntur secundum naturam:certum autem indicium videtur sumi ab vrina,cum [c] emanet ex venis atque ex arterijs,vbi continentur humores,qui si putrescāt,necesse est vrina mutetur & aliquam putredinis notam præseferat,si secundum naturam seruentur, ipsa quoque vrina seruabit naturalem habitum & colorem,& quæ in ea subsident,secundum naturam se ostendent: accidit hoc diarijs solis atque omnibus,nisi obstet obstructio,adstrictio,vel alius affectus à causis,vt ab animi perturbationibus relictus:exit etiam in diaria cum calor recedit,sudor aut [d] vapor lenis , cum quo cessat & febris & siquid adest symptoma: in alijs autem febribus quod ex cute exit acre est, & interdum remanent aliqua symptomata , licet leniantur.Ex qualitatibus corporis,diariam febrem nulla sequitur insignis,[e] quare vbi superueniat mutatio coloris, gracilitas,frigus extremarum partium,aut aliud simile, ratum habendum est eam febrem non esse diariam : hæc quæ hactenus proposita sunt magis proprie monstrant speciem illam diariæ febris quæ versatur in spiritibus.Altera quæ residet in sanguine calefacto & nōdum putri,deprehenditur partim sensu,ex ipso calore,qui quamuis [f] lenis sit,est tamen longe copiosior , & longe plures vapores edit:partim diiudicatur mente,ducuntur enim signa à causa, vt à multitudine sanguinis [g] in adolescente boni habitus,tum à iuuantibus & lædentibus,quod prosit sanguinis missio & inedia,obsit balneum ac cibus:postremo ab effectis vt à respiratione aucta, à pulsu item aucto ac pleno,ab vrina [h] rubra , crassa,a rubore totius corporis . Differentiæ diariæ febris omnes sub sensum cadunt vndecunque sumantur,non secus atque illæ quę sequūtur febrē in vniuersum,vt [i] supra ostendimus,cum earum iudicia enarraremus.

a Gale. 2.l. pecr isib.c. c.13.
b Gale. 1.l. de dif. feb. c.9.
c Gal. 2 de cris.c.13.
d Gal.1.ad Glauc c.2.
e Gale. 2.l. de cris. ca. 13.
f Gal. 2. de diff.feb.c 6 & 9.meth. c.4.
g Galenus 9.meth.c.3
h Galenus 9.meth.c.4
i Libro anteced.c.9

G

De signis causarum diariæ. Cap. VI.



Causæ febris diariæ plerunque prætereunt,quemadmodum in superioribus ostensum est,interdum tamen remanent,expedit vtrasque intelligere,& præsentes [k] quidem vt tollantur,nec diariam febrem diutins retineant,præteritas vero [l] vt indicent nō tantum febrem quam fecerunt,sed si quem alium affectum cui succurrēdum sit,præter ipsum reliquerint in corpore ægrotantis,loquemur primo de cognoscendis causis præsentibus atque adhuc manentibus,cuiusmodi sunt [m] cruditas,inflammatio glandularum,adstrictio vel obstructio,quorum omnium commune est diariam febrem plures dies trahere,proprie autem cruditas ad obstructionem refertur,obstruit enim siue acida sit,siue nidorem præseferat,[n] quamuis hæc non tantum obstructionis nomine,sed etiam ob calidas exhalationes quas reddit,diariam febrem accendat:vtraque autem cruditas,vel ex solo ructu percipitur, qui aut acidus est,aut nidorem repræsentat,sed cum referantur ad obstructionem,non est quod in illis dignoscendis diutius insistamus.Inflammatio glandularum sub sensum cadit,sed multo artificiosius & cum maiori admiratione omnium conijcitur ex signis,plurimumque habet auctoritatis apud ægrotātem,qui magis [o] illi obseqnitnr,quē magis admiratur:Ergo si subsit inflāmatio glādularū,colligetur primo ex causa,siue ex occasione,ob q̃ excitata est,hęc aūt vlcus in ē ore cū inflāmātur glādulę ceruicis,in brachiis,cū illæ q̃ [p] sub alis,in cruribus,vel partib. genitalibus, cum illæ quæ ad inguina,sunt enim eiusmodi vlcera occasio inflammationis , pręsertim in homine calido & humido,siquidem sanguis confluens ad vlceratas partes per venas & arterias glandularum,aliqua ex parte in ipsis retinetur.Accedunt iuuātia,& lędentia,quæ similiter demonstrant glandularum inflammationem:prosunt enim [q] quæcunque relaxandi vim habent , obsunt quæ adstringendi:quanquam non adhibentur nisi prius nota sit inflammatio, ita vt nō multum valeant hęc signa.Longe certiora sunt quę ab effectis sumuntur,siquidem pulsus [r] valde plenus est,velox,frequens & ęqualis,raroque in vno atque eodem ictu inæqualitatem præsefert;vrina alba & aquosa est,quod calidus humor qui cum ea misceri solet,totus [s] rapiatur à loco inflammato,ob quam causam phreneticorum [t] quoque vrina alba est ; & quibus ingenti inflammatione viscera premuntur extremę partes [u] inalgescunt;exit etiam aliquid sudoris qui ex altioribus partibus post vigorem fertur ad cutem:rubet pręterea vniuersum corpus & pręsertim facies :priusquam igitur glandularum inflammatio sensu percipiatnr,ex propositis indiciis colligi commode potest.Adstrictio foraminum cutis quę diariam febrem [x] excitat pręsertim in corporibus multam fuliginem contrahentibus,conijcitur primo ex causis vna cum habilitate corporis,facile autē coguntnr his quibus laxa [y] sunt,admittunt enim sic vim cogētiū causarum , quę non facile permeant vbi angusta sunt:ob eandem causam aqua [z] calida facilius re- H

k Galenus 8.meth.c.2 & 4.
l Galen. 4. meth.c.3
m Gal l.10. meth.c.2
n Galenus 8.meth.c.5
o Hippocr. 2.prognos. ab initio.
p Ga.2 dif. feb.c.11. & 13 met.c.5.
q Galen.13. meth.c.5
r Gal.2.l.de cris.c.13
s Ga.7.aph. com.1.
t Hippo. & Gal.4.aph. 72.
u Galen.7. aph.c6.1
x Galenus 8.meth.c.2
y Gal.3.de tu.val c.10
z Gal. 4.6. epid. com. 30.

fri-

A frigeratur,quam ea quę gelida est,quare foramina quoque cutis vbi nostra corpora priusquã
calefacta sint patent,& multo facilius coguntur,quam quæ alioquin adstricta sint. Causę cogẽ
di vim habentes partim refrigerant,vt appulsus aeris frigidi,aut vsus aquæ frigidæ: partim ad
stringunt,veluti balneum aquæ habentis [a] vim aluminis:demonstrant propositæ causæ adstri-
ctionem quam indicant etiam & ea quæ prosunt, vt relaxantia [b] calida & humida, & ea quæ
obsunt,vt cogentia,siue frigida sint,siue etiam adstringant:ex effectis vero pulsus velocior est,
sed minor,cum à retẽta fuligine debilitetur aliquo pacto facultas vitalis:[c] vrina alba & tenuis
est,quod non misceatur amplius cum humoribus calidis,à quibus infici solebat: nihil præterea
exit sudoris,cutis dura est,calor tangentis statim mitis apparet,sed paulo post acrior sentitur,
quod talem efficiat retenta fuligo. Obstructio foraminum cutis diariam affert, id quod facit
etiam obstructio internorum canalium vbi parua [d] sit,nam vbi magna,putredinem excitat, &
alterum genus [e] febris. Intelligitur obstructio primum ex causis vna cum habilitate corporis,
parua foramina & angusti canales etiam à leui causa obstruuntur. Obstruuntur foramina à for
dibus retẽtis,sed interni canales à multis crassis & glutinosis [f] succis qui ex similibus cibis sũt
contracti. Iuuant detergentia,extenuantia,incidentia,extrahentia,nocent contraria ; ex affe-
ctis pulsus est frequẽs ac paruus,adest quidam sensus grauitatis,vrina colorata est, nullus exit
sudor,calor minus lenis sentitur quam soleat in diaria. Illæ vero causæ quæ præterierũt,quam-
B uis possint ab ægrotante [g] & familiaribus referri,vtilius tamen conijciuntur,non quidẽ ex alijs
causis à quibos ortæ sunt,quia multo magis latent:non ex iuuantibus,aut lædentibus,nihil. n.
iuuare aut lædere potest id quod præterit,sed ex solis [h] effectis,quæ ab ipsis sunt relicta:si quã
do autem sumimus,indicijs sumptis ab his quæ prosunt aut obsunt,id facimus vt moustrent af
fectum corporis,quem causæ reliquerunt,ex quo cognito proximæ indicantur causæ antegres-
sæ:referuntur autem omnes,vel ad animum,vt mœror,metus,gaudium,spes,ira:vel ad corpus,
vt somnus,vigilia,labor,inedia,sitis,inanitas,animi defectio ebrietas,satietas,æstus,frigus:per
curramus effecta vniuscuiusque causæ separatim. Perturbationes animi,magna ex parte recef
ferunt cum iam adest diaria:Quod si adhuc remanent,debent tanquam res præsentes colligi
ex [i] effectis,& potissimum ex [k] pulsu qui vario modo mouetur,prout varie in illis calidum inna
tum contrahitur,effunditur,aut feruet:sed interdum quæ recesserunt animi perturbationes ali
quam relinquunt in pulsu mutationem,[l] ex qua conijci possunt: quod vbi non accidat intueri
oculos oportet ægrotantis,præseferunt enim lætitiam,mœrorem,iram,atque eam animi com-
motionem quæ diariam febrem effecit:vrina his qui læti sunt,secundum naturam redditur,mę
stis vero acris & colorata,in quibus calor potius [m] sentitur acris quam multus:cõtra iratis mul
tus potius quam acris. Vbi somnus diariam excitauerit,pulsus plenior apparet & validior, cu-
C tis sentitur tactu mollior,& veluti elixa,quæ detruduntur cocta sunt:cõtra si vigilia causa fue
rit diariæ quod magis accidit,pulsus paruus est,vrina [n] cruda,oculi concaui,palpebræ vix ape
riuntur,cutis dura tangitur,& veluti assa. Labor conijcitur primo ex iuuantibus, prosunt enim
quies,cibus & potio,cum sint exhaustæ vires,obsunt exercitatio & inedia,ex effectis principio
pulsus magnus est,sed si labor diu pseueret minuitur, vrina redditur calida & ruffa,cutis prin-
cipio madet,sed processu temporis [o] fit squallida. Inedia si diariam febrem accẽderit prodest
cibus,pulsus sentitur paruus ac debilis,vrina exit colorata,cum vis caloris non remittatur am-
plius ab humore cibi,cutis tangitur squallida. Ab iisdem effectis indicatur sitis & inanitas, à
quibus inedia,ita vt cũ illa appareant,nõ absolute hanc aut illã causam,sed aliquam ex ipsis an
tegressam esse dicendum est:proprie autem si antegressa sit sitis,prodest potio,si inanitas,tam
cibus quam potio. Quod si ex animi defectione orta sit diaria, prodest quouis modo refician-
tur vires,languet non solum pulsus,sed quæuis alia actio,oculi perturbati sunt,facies pallida.
Satietas & cibi copia si diariam excitauerit,iuuat inedia,nocet cibus,pulsus magnus est & vali
dus,vrina non cruda,non nimis colorata,cutis tangitur mollior & humidior. Si fuerit ebrietas
prodest aquæ potio,pulsus magnus ac vehemẽs est,vrina multa,vapor ex cute exhalat quę mol
lior percipitur. Aestus vbi causa diariæ fuerit,prodest [p] balneum aquæ dulcis,nocet potio vini,
D augetur pulsus & respiratio,sentitur totum corpus,sed potissimum caput calidius, sitis magni
tudo non respondet magnitudini caloris,venæ in oculis & facie distenduntur, sequitur destil-
latio ex cerebro. Postremo si diariam febrem attulerit frigus,nocet balneum, prodest vini po-
tio,pulsus durior fit & magis subsidet quam attollatur,vrina alba est,non colorata : hoc pacto
igitur dignoscuntur causæ quæ præterierunt.

De Prognostico Diariæ febris. *Cap. VII.*

FVtura supersunt quæ in homine qui diaria laborat præcognoscenda sunt,euentus vi
delicet,tempus,& via;præsagitur euentus ex causis, quæ sunt natura [q] & morbus;
differentiæ vero temporis & viæ ex simili differentia addita causis. Expectabimus
in febre diaria euentum salubrem,cum mitissima [r] sit & homo 24. horis [s] perueniat
ad integritatem,teuertique possit ad munera consueta:Quod perpetuum est nisi quid erratũ
fue-

a Galenus 8. meth c. a
b Galenus 5. simpl. c. 11.
c Galen. 1. ad Glauc. c. a.
d Galen. 8. meth. c. 4.
e Galen. 9. meth. c. 4.
f Galen. l. 9. meth. c. 4
g Galenus 1. prog. cõ. 8.
h Gal. 2 de cris. c. 13.
i Gal. l. 2. de crisib. c. 13.
k Gal. 1. ad Glauc. c. a
l Gal. ibi. & 1. progn. com. 8.
m Gal. 1. ad Glauc. c. a.
n Gal ibi. & lib. 2. de crisib. c. 13
o Gale. 2. l. de cris. c. 13
p Gale. lib 8. Methodi c. 18
q Gal. l. de const. ar. c. 18.
r Galen. 2. cris. c. 13.
s Gale. l. 10 meth. c. a.

fuerit,aut nisi alins affectus præter naturam accesserit.Incidit error culpa medici,ægrotantis, E
ministrorum,aur rei alicuius fortuitæ,à quocunque antè proficiscatur,in eo fere consistit,quod
aut corpus importune refrigeretur,aut adhiheatur inedia oon conuenieos. Refrigeratur cor-
pus ab aere circumfuso,à frigidis medicamentis qnæ inunguntur:aliena autem sunt refrigerā-
tia externa prius quam expitent calidi vapores,nam retenti,tanquam calor ambientis,vim ha
bent putrefaciendi,quo fit vt diaria in eam vertatur,quæ resìdet in humoribus putribus,præser
tim vbi sit obstructio,ve l adstrictio,& ita non sequatur salus eodem die . Inedia vero vbi cor-
a Galen. 8. meth c. 5. pus calidum sit,siccum & biliosum,æstiuo tempore sub cœli constitutione simili,efficit [a] vt dia
ria febris conuertatur in hecticam,præsertim si ex æstu,labore,animi perturbatione,vigilia or-
ta sit,calor enim quo continetur ob siccitatem quam affert inedia,redditur acrior,ita vt à soli-
dis partibus concipiatur;euenit interdum vt in corpore quod diaria prehenditur,sit alius affe
ctus præter naturam,ob quem si nihil etiam erratum fuit,diaria vertitur in alteram febrem id
quod maxime accidit,vbi interni canales vel adstricti sunt,vel obstructi:calor enim qui in spiri
tibus accensus est,retentus,putrefacit humores,atque hoc pacto ex diaria fit alterum genus fe
bris.Euentus quem expectare oportet,cum diaria degenerauerit,vel in hecticam , vel in eam
quæ versatur in humoribus putridis,tunc exponetur eum eas persequemur;nunc satis sit intel- F
lexisse diariam eodem die finiri,nisi in alteram febrem degeneret,vel ob errorem,vel ob alium
affectum præter naturam;hoc vbi accidat diiudicandum est.Quod si iam degenerauerit,decla
b Galenus 9.meth.c.1 ratur ab indicijs illius febris in quam versa est:interea dum degeoerat,[b] mixta indicia præse-
fert,partim diariæ,partim alterius in quam vertitur;sed antequam mixta hæc signa euidenter
se ostendant,prouidere oportet eiusmodi conuersionem,quod si post 24.boras,diaria non per
c Gal. 2. l. de dif. feb. c.7. ueuerit ad integritatem,sed cum [c] cœperit remitti adhuc molestia perseueret,& non facile to-
leretur,monstratur conuertendam esse diariam in alteram febrem.Cōuertitur interdum in Sy
d Galen 9. met.3. & 4 nocham sine putredine:quod prædices,vbi perseuerate alteram diariam videas in adolescen-
te qui boni habitus [d] sit,& multo sanguine redundet.Sed sæpe degenerat in eam quę residet in
sāguine,vel ī alio humore putri.Colliges hoc ex causis,vt ex adstrictione vel obstructione;quo
e Galen. 8. meth c.4. spectat error,quem incidere diximus cum importune [e] refrigeratur febricitans, & prohibetur
perspiratus.Accedunr iuuantia & lædentia:iuuāt enim quæ relaxandi vim habent;nocent quę
adstringunt.Accedunt denique effecta,vt inæqualitas pulsus,grauitas corporis, dolor eapitis,
vrina mutata.Eadem ratione præsagitur cōuersio diariæ in hecticam,ex causis videlicet à qui
f Gale. 10. meth. c.6. bus orta est;vt ex æstu,labore,animi perturbatione in corpore [f] calido & sicco , ac bilioso,vbi
imperetur inedia;tum ex iuuantibus & nocentibus;iuuant enim refrigerantia & madefacien-
tia,nocent cōtraria:postremo ex effectis,vt ex calore aucto post cibum,ex squallore cutis. Qđ G
g Galenus 9.meth.c.1 & l.10.meth.c.2. attinet ad differentias euentus,tempus,est [g] vnius diei,vnde nomen traxit diaria febris ; quod
si vlterius perseueret,id proficiscitur à causis,à quibus fouetur,vt ab inflammatione glandula-
rum,ab adstrictione,vel obstructione,ex quibus id colligi potest;causæ enim diuturnitas mon-
strat diuturnitatem effectus.Quod si diaria in alteram febrem degeneret,differentia temporis
non pertinet amplius ad ipsam,sed vel ad hecticam,vel ad eam quæ proficiscitur ab humorum
putredine,de quo agemus cum peruenerimus ad eas.Via euentus si degenerauerit in alteram
similiter ad alteram pertinet:si adhuc sit diaria,in eo consistit vt calor præter naturam partim
h Gal. 2.l. crisi.c. 11. refrigeretur ab externis,partim exeuntibus calidis vaporibus expiret:soluitur autem sine [h] vl-
la perturbatione,ita vt eius solutio à Medicis non appelletur crisis,nisi nomine abutantur.

De Curatione Diariæ febris in vniuersum. *Cap. VIII.*

i Gal 8.meth. plu. locis & pr. ad Glau. & Auicen.l. 5 fen.p. Tr.p plurib.loc.

EXpositis his quæ ad cognitionem pertinebant,sequitur curatio, quæ superuacanea
videtur,cum diaria febris per se eodem die sine vllo remedio finiatur:traditur ta-
men eius curatio à veteribus [i] medicis,& quoniam perseuerat interdū plures dies,
& quoniam periculum est (vt in superioribus ostensum fuit)ne siquid erretur,de- H
generet aut in hecticam,aut in illam quæ consistit in putribus succis;quamobrem
k Gal. 2. cr. c.13. non negligenda est,sed inuenienda sunt opera & instrumenta per quæ curari possit. Ex tribus
l Gal. l.12. meth.c. 1. autem præter naturam quæ supra enarrauimus,symptomata,cum leuissima [k] fiot,nihil propriū
postulant,sed tolluntur ablato [l] morbo:causa si adhuc manet,contrario opere submouenda [m]
m Gale. 4. meth.c.3 est,ne febrem vlterius faciat:si iam recessit,nihil desiderat:tantum vbi aliquem reliquerit affe-
ctum præter naturam in corpore ægrotantis præter febrem,ad ipsum spectare oportet,morb.
n Galenus 8.meth.c.3 qui restat ex rebus præter naturam,contrario [n] opere curatur. Qua ratione autem succurren-
o Libro an teced. c.7. dum sit & causæ præsenti,& affectui quem reliquit antegressa,exponemus vbi enarrauerimus
curationem morbi.Est igitur morbus febris,& idcirco calor præter naturam,qui cōtrario ope-
p Galenus 8.meth.ca. 2.& 3.& l. 10.met.c.10 re eget:refrigerare enim oportet spiritus qui accensi sunt:at conuenit etiam madefacere (quē
admodum supra [o] in vniuersum monstrauimus) vt siccitas cum adest auferatur, cum imminet ,
propulsetur:his ergo duobus operibus continetur curatio morbi.Id vero quod præcipiunt me
dici,vt vtamur relaxantibus,[p] non est tertium quoddam,sed spectat ad refrigerandum:expirat
enim

A enim relaxata cute, calida exhalatio, atque eo pacto refrigeratur corpus: maxime autem necessaria est relaxatio cutis, dum maxime expirat exhalatio calida, veluti post vigorem, præsertim in illis febribus quæ ex foraminibus clausis oriuntur: quod si tunc refrigerantibus extrinsecus impositis cutis reddatur densa, periculum est ne calida exhalatio retenta [a] putredinem excitet: quare solummodo vtendum est externis refrigerantibus, cum corpus febricitantis naturaliter calidum & siccum est, periculumque instat ne in hecticam compellatur. Sed siue externa, siue interna remedia ad refrigerandum adhibeantur, non est in ipsis diutius insistẽdum; siquidem spiritus vt perfacile accenduntur, ita etiam perfacile refrigerantur: restituendi autem sunt ad [b] pristinam temperationem, quam cognoscere oportet, ne plus iusto refrigerentur: sed respicere simul etiam ad consuetudinem, & aerem conuenit: consuetudo [c] enim similibus conseruanda est: aer si frigidus sit, vim habet remedij, & ideo monstrat minus opus esse refrigerantibus: si calidus, cum tanquam causa morbum augeat, magis refrigerandum esse corpus demonstrat. Vires, in diaria febre, cum nondum exhaustæ sint, nihil proprium postulant, neque etiam auxilia quæ tunc desiderantur debilitare illas possunt, cum non necesse sit exhaurire corpus, aut sanguinem mittere, [d] nisi in synocha, quam separatim tractabimus: instrumenta per quæ refrigeramus, madefacimus, relaxamus diaria febre laborantem, fere sub victu comprehenduntur & sub his quæ quotidiana sunt, atque vsitata etiam cum homo bene valet; quan-
B quam vtimur aliquando medicamentis quoque præsertim ad homines calidos & siccos, ne incidant in hecticam: inungimus enim thoracem & præcordia cerato [e] liquido, aut succo aliquo frigido, vt semperuiui, lactucæ, lentis palustris: damus potui aquam frigidam, quæ his qui vinum bibere soliti sunt, medicamentum est, & idcirco aptatur, modo non sint ei omnino insueti, neque cruditate laborent, neque adstrictione, vel obstructione internorum canalium, ex his quæ pertinent ad victum, aer sit frigidus & humidus, pareturque arte vbi non habeatur [f] talis: hic cum ex pulmone proxime feratur ad cor, in quo præcipue residet febris, maxime est opportunus: sed ne circumfusus retineat calidam expirationem, & cutis foramina cogat, veste tegendæ sunt externæ [g] partes: sic enim citra noxam, naribus atque ore haustus, refrigerabit ipsum cor. Cibus conuenit boni succi, & qui facile concoquatur, tum frigidus atque humidus, præterea lenis, non acerbus aut austerus, non acris, salsus, aut amarus: at neque crassus, neque glutinosus. Accommodantur cremor ptisanæ, [h] panis ex aqua madefactus, vel decoctus, lactuca, cucurbita, pisces saxatiles: opportune vero sumuntur cum diaria recedit, neque expectatur [i] tertius dies, vt faciebant veteres illi, qui nescientes primo die internoscere inter diariam & tertianam, expectabant tertium diem, vt viderent an noua accessio superueniret: quod si homo bilio-
C sus sit, & valde calidus & siccus, etiam prius quam desinat diaria, hora vsitata cibum sumet. Potio sit [k] aqua, aut vinum tenue [l] aquosum valde dilutum, quod non solum vires confirmat, sed confert ad concoquendum, & ad mouendum sudorem, vel vrinam. Somni & vigiliæ necessaria moderatio est, nam hæc externas, ille internas partes calefacit: quod tamen spectat ad madefaciendum, conuenit longior somnus, nam vigilia [m] siccandi vim habet. A motu & exercitatione abstinendum est, cum calefaciat ac siccet. Quies requiritur, quæ contrarium præstat. Animi perturbatio motus quidam est, quanquam per itam non solum [n] mouetur, sed etiam efferuescit sanguis: vitari igitur debent. Animi tranquillitas, maxime opportuna est. Eorum quæ retinentur aut detrahuntur moderatio quædam requiritur, quæ nimis retinentur, obstruendo calorem augent: nimia expulsio, nõ solum corpus exsiccat, sed reddit etiam calorem acriorem: vbi retineantur quæ naturaliter expelli solent, euocanda sunt; vt deiectio, per ea quæ aluum molliunt, vrina, per ea quæ ipsam citant: sudor, per relaxantia, quo potissimum spectat balneum, de quo vberius agendum est.

Balneum simpliciter, intelligitur aquæ dulcis, nam aliud, cum adiectione dicitur aquæ salsæ, aut alterius: pertinet autem ad victum, vt quod sanis etiam vsitatum est, referturque pro-
D prie ad ea quæ retinentur ac detrahuntur, quemadmodum vsus clysteris. Balnei vires intelliget qui sigillatim perpendet eius partes, quæ multæ erant apud veteres, [o] vt mora in aere calido, lauatio primum ex calida, tum ex frigida aqua: detersio: inunctio. Aer calidus præditus est facultate calefaciendi simul & madefaciendi, propter quam relaxat foramina cutis adstricta, liquat humores concretos, ita vt facile per cutem educantur; ob quam causam, si homo diutius in eo versetur, exsiccatur. Aqua calida madefaciendi vim habet; quomodocunque enim adhibeatur aqua, siue calida, siue frigida, perpetuo madefacit: sed vbi adhibetur calefacta, tam diu nos [p] calefacit, quamdiu calida manet: processu temporis expirantibus calidis vaporibus, reuertitur ad naturam suam, & refrigerat. Illa vero quæ moderate calida est, calefactos refrigerat, refrigeratos calefacit: at frigida similiter madefacit, sed refrigerat [q] repellitque intus calidum innatum, & propterea vires confirmat: sed claudit foramina cutis, & propterea prohibet perspiratum. Detersio, valet ad sudorem euocandum. Inunctio ex oleo vel hydrælæo, ante lauationem, confert ad madefaciendum: post lauationem, ad exhauriendum corpus: in ipsa lauatione, ad vtrumque. Huiusmodi cum sint uires balnei, videndum est an commune aptetur omnibus diaria febre laborantibus, quemadmodum [r] veteres medici tradiderunt. Intelligunt autem vtile esse balneum in omni diaria, quatenus diaria est: nam potest ob

a Galen. 8. met. c. 4 & 9. met. c. 5
b Gale. 8. meth. c. 9.
c Hipp. & Ga. 1. aph. com. 16.
d Gale. 9. meth. c. 4.
e Gale. 10. meth. c. 7. & c. 9.
f Gale. 10. meth. c. 8.
g Gal. ibi.
h Galen. 8. meth. c. 2.
i Gal. ibid.
k Gal. ibi.
l Galen. 8. meth c. 3.
m Gale. 2. acu cõ. 55.
n Gal. 2. de cau. symp. c. 5.
o Ga. 8. meth. ca. 2. & lib. 10. meth. c. 10.
p Auerr. li. 6. collig. c. 4.
q Gal. 3. de cau. pulf. c. 15.
r Gal. 1. ad Glauc. c. 3.

causam inimicum esse, auget enim obstructionem: quare vbi hęc febrem excitet, vitandum est. E Id quod similiter [a] obseruandum est vbi destillatio sit a frigore orta; nam illa quæ oritur ab æstu, postulat balueum, quod alioquin morbo accõmodatur, hoc est diariæ febri, quæ (vt supra monstrauimus) postulat vt refrigeremus calorem immoderatum, madefaciamus corpus ob siccitatem præsentem vel imminentem, & ob vim caloris, vt retundatur: relaxemus vt detur exitus calidis vaporibus, & ipsi substantiæ diariæ febris. Spectemus igitur quæ balnei partes, his, aut illis operibus perficiendis accommodentur. Mora in aere calido madefacit, cum aer sit humidus, non tamen ita valide vt aqua, quæ magis inhærescit, [b] quamuis aer sit humidior: calefacit etiam appulsus calidi aeris statim, sed cum relaxando det exitum calidis vaporibus, nõ multo post refrigerat; quare pertinet ad refrigerandum ac madefaciendum, & idcirco ad opera quæ requiruntur a diaria febre, siccat tamen siquis in eo diutius versetur, cum relaxando atq. extenuando humores, exhauriat corpus; quamobrem non debent qui diaria febre laborant, diutius in eo versari, nisi vbi foramina cutis valde adstricta sint, vt relaxẽtur: lauatio ex aqua frigida, ob vim communem aquæ madefacit, & quia frigida adhibetur, etiam refrigerat: confirmat [c] vires, reddit cutem densam, & intercludit exitum calidis vaporibus, qui retenti calorem augent, & putredinem excitant: quare magis nocet quam prosit, & ideo vitanda est, nisi vbi periculum est ne homo alioquin calidus & siccus, æstu, ac sole perustus; ex diaria incidat in hecticam. Detersio valet ad sudorem euocandum, cum quo simul educitur substantia diariæ febris, F sed nimis corpus exhaurit atque exsiccat, quamobrem homo, nec vehemẽter, nec diutius detergendus est, nisi vbi valde sint obstructa foramina cutis. Inunctio ex [d] oleo, vel hydræleo homini qui diaria febre laborat magis conuenit ante balneum, & in balneo, quam post balneum: cum magis necesse sit hominem madefacere quam exinanire. Quo pacto igitur diuersæ balnei partes accommodentur ad perficienda opera quæ requiruntur a febre diaria, satis iam demonstratum est: illud autem obliuisci non oportet, quod eo tempore maxime opportunum est balneum, quo cutis [e] sponte relaxatur, & exhalant calidi vapores; facilius enim & celerius ex balnei vsu, & illa relaxabitur, & hi educentur.

a Galen. 8. meth. ca. 3.
b Auer. 6. collig. c. 4.
c Gal. 3. de cau. pulf. c. 15.
d Gal. li. 8 meth. c. 3.
e Gal. li. 8. meth. c. 3.

De Curatione Ephemeræ synochæ. Cap. IX.



Atio curandi, quam communem esse diximus omnis febris diariæ, maxime pertinet ad eam quæ in spiritibus versatur: altera enim quæ residet in sanguine calefacto & nondum putri, quoniam iungitur cum causa, nempe cum obstructione internorum canalium, quam efficit sanguinis multitudo, magis detractionem postulat quã G ea quæ refrigerant ac madefaciunt: quamuis hæc quoque ad ipsam pertineant, ut quæ communia sunt cuiusuis diariæ. In synocha igitur consilium dirigi debet ad febrem, non secus atque in diaria quæ in spiritibus versatur: sed multo potius ad causam, hoc est ad obstructionem tollendam; quæ tolletur si auferatur causa, nimirum sanguinis multitudo, qua detracta cessabit [f] etiam febris, non secus atque ignis cum ligna auferuntur, & corpus in pristinum statum restituetur. Primo igitur mittere sanguinem oportet, quod remedium & requiritur a causa morbi, & fertur a viribus, cum proposita febre non prehendatur nisi adolescens multi sanguinis, [g] ac boni habitus, cuius vires necessario validæ sunt. Siquis obijciat sanguinis missionem magnum [h] esse auxilium, neque conuenire nisi cum morbus est grauis, cuiusmodi non est febris synocha sine putredine, cum sit species diariæ: dicendum erit, non tantum vbi magnus morbus, sed etiam vbi immineat talis, vt propulsetur, requiri magnum auxilium: quæcunque enim sequentia sanant, antecedentia prohibent inquit Hippo. [i] periculum autem est, ne diaria [k] synocha, vertatur in aliud genus febris, sanguine putrescente; & idcirco, ne fiat magnus morbus; quamobrem magnum requiritur auxilium, cuiusmodi est sanguinis missio, qua propulsabitur impendens periculum, & simul cum causa tolletur febris: imminet enim periculum ob multitudinem sanguinis, etiam ubi non sit febris, ne abrumpatur [l] vena aliqua, vires deficiant, homo stranguletur. H Quamobrem mittere sanguinem oportet, [m] & ex vena aliqua magna, veluti ex interna dextri cubiti: nam sic celerius perficietur quod requiritur, quam si ex parua aliqua mitteretur: multus autem mittendus est, quoniam & multus redundat: quod si mittatur vsque ad animæ defectionem, maxime erit præsens [n] remedium, continuoque refrigerabit corpus, & morbum auferet vna cum causa: mane autem opportune detrahitur, quanquam detrahi potest quauis hora, modo non sit cibus [o] crudus in ventriculo: misso sanguine, refrigerare & madefacere corpus oportet idoneo victu, qualem supra monstrauimus communiter in diaria: potissimum vero cibo, ut ptissana, [p] & potione aquæ; non est autem opus medicamentis frigidis, neque externis, neque internis; quoniam detractio sanguinis vsque ad animæ defectionem satis corpus refrigerat: contra in morbis qui à flaua bile proficiscuntur magis opus est refrigerare corpus medicamentis, quam exinanire.

f Galen. 9. meth. c. 4.
g Galen. 9. met. 7. c. 3. 4.
h Galen. 4. meth. ca. 6.
i Hip. 3. 6. epid. 40.
k Galen. 9. meth. c. 4.
l Galen. 9. met. c. 5. & 1. aph. c. 6. 3.
m Gale. de cur. per venæ sectio. c. 19.
n Galen. 9. met. c. 4. & 1. aph. com. 23.
o Gale. de cur. per venæ sect. ca. 20. & li. 9. meth. c. 4.
p Galen. 9. meth. c. 4.

De

A

De curatione causarum Diariam efficientium. Cap. X.



TRactauimus curationem diariæ febris, synochæ quidem vna cum causa, alterius vero quæ in spiritibus resider nulla facta mentione causæ: quamobrem transire nunc ad ipsam oportet, facta primum ea distinctione, quod vel adhuc [a] manet, veluti inflammatio glandularum, adstrictio, obstructio, cruditas: aut iam recessit, veluti perturbatio animi, labor, vigilia, inedia, æstus, frigus, satietas, ebrietas: hæc cum præterierit, [b] nihil postulat: remedia vero quæ habira eius ratione adhibentur, pertinent ad affectus præter naturam, quos præter febrem reliquit in corpore ægrotantis. Illa cum præsens [c] sit, remouenda est, remouetur autem simul cum ea, & febris: siquid autem restat caloris, illis auxilijs tolletur quæ supra tradita sunt ad quáuis diariam: sed simul respicitur ad causam, quæ si iam sopita est, cauetur ne remedijs morbi rursus excitetur: sed quæ curatio proprie conueniat vnicuique causæ, iam videndum est. Fac primum diariam febrem ortam esse ab inflammatione glandularum: huic prius mederi oportet, deinde curare siquid superest febris: sed cum inflammatio augeri possit, prius quam auferatur quæ iam facta est, prohibendum ne concursu nouæ materiæ increscat. Succedet hoc, si remoueatur causa, [d] hoc est si detur opera ne vel transmittatur ab alijs partib. ad glandulas inflãmatas, vel propter vlcus & dolorem ab
B
ipsis alliciatur: non transmittetur materia aliunde, si ea quæ redundat in corpore exhauriatur: si sanguis sit, secta vena: si alius succus, dato cathartico, neque verendum est ne impediatur naturæ motus, vbi cum inflammatione glandularum iam facta, adhuc adest in vniuerso corpore redundantia: nam cum [e] pustulæ etiam in corpore nascuntur, si plenum sit, exinaniendum est. Non allicietur materia aliunde, si curetur dolor, ob quem [f] allicitur, & succuratur vlceri. Lenitur dolor perfuso oleo tepido quod rosa conditum sit. Superimponitur vlceri medicamentum quod concoquendi vim habear, veluti tetrapharmacum, & macedonicum. Inflammationi quæ iam facta est, opponitur detractio illius materiæ qua continetur: detrahitur autem, non quidẽ [g] repellentibus, ne transferatur ad partes nobiliores, sed extrahentibus, si nimis multa est, ita vt distendatur locus affectus. Extrahitur a principio scalpello secta cute pluribus atque altioribus plagis, sed processu temporis medicamentis relaxantibus, ac digerentibus, a quibus dissoluitur, & versa in vapores euanescit: superdatur autem lana succida intincta ex oleo chamæmelino. Admouetur cataplasma [h] ex farina hordeacea: hoc pacto curatur inflammatio glandularum, cum qua diaria febris finitur: præstat tamen refrigerare ac madefacere corpus, & cutẽ relaxare, quod commune esse diximus omnis febris diariæ, perficiturque vsu [i] balnei, ac reliqui victus superius positi. Quod attinet ad balneum, plurimum proficit mota in aere calido, la-
C
uatio ex aqua calida, frictio mollis, inunctio ex oleo. Vitanda est lauatio ex aqua frigida, ne cutem cogat, & perspiratum impediat. Abstinendum [k] a potione vini, ne rursus accendatur calor, qui curata inflammatione iam extinctus erat.

a Galen. 8. meth. c. 1.
b Ga. 4. metho. c. 3.
c Galen. 8. meth. c. 2.
d Gale. 13. meth. c. 3.
e Gal. 2. 6. epi. cõ. 30.
f Ga. 13. metho. c. 14. & 5.
g Gal. ibid.
h Ga. ibid.
i Gal. 1. ad Glauc. c. 3.
k Ga. ibid.

Adstrictio foraminum cutis, si diariam faciat, similiter curanda prius est, deinde danda illa remedia quæ requiruntur a febre. Tollitur adstrictio relaxantibus: relaxant [l] quæ moderate calida sunt & humida, uelut inunctio olei tepidi, balneum, [m] & proprie diuturnior mora in aere calido, & proprie in aqua calida. Quod attinet ad febrem & calorem refrigerandum, magis vtendum est his quæ relaxando & educendo calidos vapores refrigerant, quam externis medicamentis frigidis, aut lauatione ex aqua frigida: periculum enim est, ne rursus foramina cutis adstringantur. Valet ad relaxandum, vini porio, quod tamen vitandum est ubi corpus plenum sit, ne fundendo ac secum ducendo humores, obturet caua.

l Galeo 5. simp. c. 11. & 14.
m Ga. 1. ad Gla. c. 3. & 8. meth. c. 1.

Obstructio, quæ diariam febrem excitat, pertinet aut ad foramina cutis, aut ad internos canales: quod si parua sir, facile rollitur, prohibeturque ne diaria vltra primum diem prorogetur; si magna, necesse est diariam plures [n] dies manere, & plerunque in illud genus febris conuerti quod versatur in humoribus putribus: qualiscunque sit, remoueri debet. Remouetur remota causa continente, quæ est materia multa, [o] crassa, vel glutinosa. Inspicere autem
D
oportet, plenum ne corpus sit, nam vbi sic affectum est, ea quæ valde obstructionem remouent, nocent, [p] quod alliciant plus materiæ & idcirco magis obstruanr, siue foramina cutis, siue internos canales: quare prius exinanire totum corpus oportet, [q] venæ sectione, aut purgatione, prout expeditius videtur: deinde veniendum est ad ea quæ valide obstructionem tollunt: tuto enim tunc adhiberi possunt. Vbi obstructa sunt foramina cutis, valent detergentia ad detrahendam mareriam obstruentem; huiusmodi est farina hordei, fabarum, erui, iris, aristolochia: validius adhuc est mel. Vbi obstructi sunt interni canales, marcria obstruens, si multa est, [r] exinaniri debet, si crassa, extenuari, si glutinosa, incidi: exinanitur sanguinis missione, aut purgatione, inciditur atque extenuatur, medicamentis tennium partium, & calidis: cauendum tamen est, ne nimis [s] calefaciant, quemadmodum calamenthum, origanum, serpillum, hyssopum, nam augerent febrem, idcirco vtendum minus calidis, vt apio. Pro medicamentis etiam, commode adhibentur alimenta, vt mulsa bene diluta, ptissana hordeacea, quæ citra noxam conferunt ad extenuandum atque incidendum crassos, ac glutinosos succos: licet minus ef-

n Ga. 8. metho. c. 2.
o Ga. ibid.
p Gal. ibid.
q Ga. ibid
r Gal. ibid.
s Gal. ibid.

ficacia sint quam medicamenta calidiota. Spectabimus etiam ad febrem, vtemurque ad refrigerandum, madefaciendum, ac relaxandum, balneo, & reliquo victu superius posito: ea eautione ramen vbi interni eanales obstructi sunt, vt omittatur balneum: vbi obstructio versatur in foraminibus cutis, vitentur medicamenta frigida quæ extrinsecus imponuntur, & balneum ex aqua frigida, a quibus obstructio augeretur. E

a Galen. 8. meth. c. 5.

Cruditas siue acida sit, siue eum nidore, eatenns diariam febrem efficit,[a] quatenus obstruit, ita vt referatur ad obstructionem, est autem ex illis affectibus, quos diximus præter febrem relinqui a causis in eorpore ægrotantis: relinquitur autem a nimia eopia cibi & potionis, quare cum illis tractanda est, ad quos iam pergimus.

De curatione Diariæ febris coniunctæ cum affectibus quos præterita causa reliquerunt. Cap. XI.



b Galen. 4. meth. c. 4.

c Galen. 8. meth. ca. 3.

CAusa diariæ febris quæ iam recessit; siue ad animum pertineat, vt ægritudo, metus, spes, gaudium, ira: siue ad corpus, vt satieras, ebrietas, inedia, vacuitas, animæ defectio, vigilia, somnus, dolor, labor, æstus, frigus, nihil per se postulat[b] cum non amplius sit. Remedia autem quæ eius habita ratione adhibentur, spectaur (vt supradiximus) ad eos quos extra febrem reliquit in ægrotante præter naturam affectus, quorum vnicuique contrario opere succutrendum est. Commune est cunctis animi perturbationibus vt eorpus exsiccent, quamobrem madefacere runc magis hominem oportet, quam si in febrem inciderit ex causa non exsiccante, vt ex frigore, ex nimia copia eibi & potionis. Aptatur ergo aer humidior, cibus & potio madefaciendi vim babens, somnus longior, quies corporis, animi tranquilliras, retentio atque expulsio moderata, balneum,[c] præsertim lauatio ex aqua calida, & perfusio ex hydræleo: nam mora in aere calido, breuior esse debet: a lauatione ex aqua frigida omnino abstinendum est. Præter hæc quę communia sunt, proprie vnicuique perturbationi contrarium opponendum est, vt ægrirudini quod lætitiam afferat, lætitiæ quod ægritudinem, timori quod spem, spei, quod timorem: iraros traducere oportet ad spectacula atque ad alias eogitationes, cũ eo vt a vino abstineãt, ne rursus accẽdatur sanguis. Vtantur cibis & potionib. refrigerantib. ac madefacientibus, larga perfusione olei, lauatione ex aqua tepida. Si nimia copia cibi & potionis fecerit febrem, par est corpus repletum esse, & idcirco exhauriendum: id quod commode præstat inedia, quamuis alioquin ad madefaciendum corpus febricitantis requiratur cibus & potio: vbi tñ orta est febris ex satietate, vel ebrietate, inedia opportunior est. F

d Galen. 8. meth. c. 5.

e Galen. 8. meth. ca. 5.

f Gal. ibid.

g Gal. ibi.

Efficit autem multitudo esculentorum & poculentorum obstructionem, & eo nomine febrẽ. G Efficit prærerea cruditatem in ventriculo: acidam[d] quidem, vbi illa frigida & humida fuerint in homine simili; cum nidore vero, vbi calida & sicca in homine similiter calido & sicco. Vtriq. autem occurrendum est, tum detractione, vel coctione materiæ erudæ, tum confirmatione ventrieuli: proprie autem si cruditas nidorem pręseferat, & aluus adstricta sit, sumendum est medieamentum quod aluum laxet; veluti eassia quam fistulam vocant; Diaprunis fine scammonio, Diacatholicon Nicolai, Serapium ex pluribus infusionibus rosarum, vbi reliquiæ cibi in superioribus intestinis retineantur: at ubi descendetinr ad inferiora, immirtenda per clysterem in aluum mulsa eum oleo; vel vbi morsus sentiatur, adeps anserina aut gallinacea ex oleo liquata. Si aluus satis per se fluat, permittendum est vr reddat totum id quod crudum est: si nimium profluat, confugiendum est ad adstringentia, vt ad mala cotonea, ad pyra acerba, quæ & intus dentur, & extrinsecus imponantur, atque olea ex ipsis confecta illinantur. Cibus sit[e] polenra, potio vinum austerum: si cibi fastidium superuenerit comedantur mala punica. Confirmatur ventriculus oleo aliquo adstringente, & simul refrigeraute, quale acerbum est tosa conditum, & melinum, siue lẽtiscinum. Si cruditas acida sit, non necessarium est exinanire, cum concoqui etiam possit quod crudum est: concoquitur autem a calore naturali, quo conferuur tam alimẽta quam medicamenta calefacientia. Valent antidoti, vt Diatrion[f] pipereon, Diacalamenthũ, Dianisum, Diospoliticum, Diagalanga. Ad confirmandum ventriculum vremur oleo nardino,[g] mastichino, aut in quo bullierit vel maduerit absintbium; quodcunque adhibeatur, calefiat ex duplici vase, neque superdetur tepidum, quia relaxat, & imbecillum reddir ventriculum, sed calidum. Vtiliter etiam superimponitur medicamenrum quod mastichem habet & parum aloes cum oleo nardino. H

h Galen. 8. meth. ca. 2.

i Gal. ibid.

K Hipp. 2. aph. 16.

l Hippo. & Ga. 2. aph. com. 11.

Contra, si fames aut sitis fuerit diariæ causa, cum reliquerit corpus exhaustũ, maxime desideratur cib. & potio: conuenit autem ptissana[h] hordeacea, & vinum renue dilutũ. Quod attinet ad balneum, parum moretur homo in aere calido, sed diutius in aqua[i] tepida, a qua illi qui cõficiunr iter æstiua & puluerulẽta via statim a siti vindicãtur. Vitetur oĩno motus, nã ut præclare nos docuit Hip.[K] vbi fames laborandũ nõ est. Eadem rario est vacuitatis, & animæ defectionis, quæ famis ac sitis, sub vtrisq. enim exhauritur corpus[l], & reficiendum est: celerrime autem reficitur odore, deinde potione,[l] tardius cibo; vinũ aũr, vt si quid aliud ad reficiendas vires accõmodatur. Vigilia quoque & somnus (vt in superioribus monstratum est) possunt diariam febrẽ excitare, quod vbi accidat opponere somno vigiliã oportet, & vigilię somnum: ergo aduer

sus

A ſus vigiliam pugnabimus facientes ſomnum, non quidem per medicamenta ſtupefacientia, niſi vbi alia præſidia non proficiunt, ſed per victum & primo per cibum, cum quo ſumatur papauer, aut lactuca: potus [a] ſit vinum mediocriter dilutum, & mediæ ætatis. Quod merum & vetus eſt, ſi large bibatur, cerebrum ſiccat, & magis vigiliam [b] efficit quam ſomnum. Quod valde dilutum eſt, paucos edit vapores, & non mouet ſomnum. Vbi fuerit ſomnus nimius, excitandus erit homo, motu, ac frictione vehementi, & his quæ dolorem faciunt, ad quem vſum cucurbitulæ deſiguntur. Illos autem qui nimis laborarunt, quieſcere oportet: in omni enim motu [c] corporis vbi cœperit quis dolere, quieſcere ſtatim remedium eſt. Conueniunt etiam madefacientia, & præcipue vinum, quod ſumendum eſt quantum cócoqui poteſt: prodeſt lauatio ex aqua tepida, & perfuſio [d] ex hydræleo: ſic enim mollitur corpus, quod ob præcedentem laborem percipit tendentium ſenſum. Qui ex æſtu in febrem incidunt diariam: etiam vbi hæc finitur, nimis calidi apparent, ſentiuntque æſtum quendam præcipue circa caput: quare per frigidiora pugnandum eſt cum febricitante, & poſtea perſeuerandum adhuc diutius eſt in refrigerantibus: vtendum tam potu quam balneo aquæ frigidæ, niſi quid repugnet: a vino abſtinendum eſt, mora in aere calido breuior ſit, pro aqua calida vtendum lauatione ex tepida. Conuenit autem his balneum, [e] etiam ſi ob æſtum ſuperuenerit deſtillatio & grauedo: caput vero æſtuãs perfundendum eſt oleo roſa condito, quod ex altiori loco per lanam exprimatur: ſit autem refrigeratum in puteo, aut ſub fonte aquæ frigidæ emanantis, vel in vaſe quod niue circumdetur: licet etiam pro oleo perfundere hydræleum. Si frigus diariam attulerit, pugnandum eſt per calefacientia, vt per aerem calidum, per cibum conditum aromatibus, per vinum tenue mediocriter dilutum. Conuenit autem balneum, & lauatio ex aqua calida, niſi acceſſerit deſtillatio, [f] aut grauedo, nam tunc vitari debet: abſtinendum a lauatione ex aqua frigida, inungendum caput ex oleo aliquo calido, vt ex anethino, quod in duplici vaſe calefactum ſit.

B

a Gal. 1. ad Glauc. c. 3.
b Gal. 2. de loc. aff. c. 9.
c Hippo. 2. aph. 48.
d Gale. 8. meth. c. 2. & 3.
e Galen. 8. meth. c. 3.
f Galen. 8. meth. c 3.

VIDI VIDII
DE FEBRIBVS.
SIVE DE CVRATIONE GENERATIM

C

Partis Secundæ Liber Tertius:

Qui eſt de his quæ in vniuerſum pertinent ad cognoſcendas Febres in humoribus putribus reſidentes.

Definitio febris in humorum putredine conſiſtentis. Cap. I.

FEbres quæ in humoribus reſident, aut ad diarias referuntur, quemadmodum ſynochæ quæ verſantur in [g] ſanguine calefacto, quaſque vna cum diarijs ſupra tractanimus: aut ad alterum genus quod humorum putredinem ſequitur, nunc nobis propoſitum. Putreſcit autem, tam ſanguis, quam quiuis alius humor, vt pituita, flaua vel atra bilis, & putreſcens febrem accendit: non [h] tamen poteſt quiuis humor calefactus, citra putredinem excitare febrem, ſed ſanguis duntaxat: nam alij, vel frigidi ſunt, vt pituita & humor melancholicus, atque idcirco non poſſunt ſine putredine tantum caloris accendere vt actiones offendat, & dicatur febris, vel calidi, vt flaua bilis, quæ non adeo redundat, vt ſine putredine calefacta, poſſit febrem accendere, quemadmodum ſanguis, etiam ubi apparet copioſa ut in arquatis, qui plerunque non febricitant: id quod euenit etiam & melancholicis & hydropibus illis quas leucophlegmatias appellant. Ergo neque flaua bilis, neque humor melancholicus, neque pituita, poſſunt ſine [i] putredine febrem accendere, quamuis redundare videantur, ſed tantum cum putreſcunt febrem efficiunt: proponitur igitur nunc nobis exponenda ea febris quæ in putredine vel ſanguinis, vel aliorum humorum conſiſtit. Nullum autem commune nomen in-

D

g Galen 9. meth. ca. 3. & 4.
h Gal. 2. de diff. feb. c. 5. & Vidus ſupra li. anteced. c. 1.
i Gal. ibid.

uenit apud græcos, aut apud latinos, vt supra monstrauimus, cum febrem in tria genera diuisi- E
mus: sed describitur, diciturque febris in humorum putredine consistens: quanquam recentio
res medici putrem appellant: abutuntur autem vocabulo, id enim quod putre est, substantia
est non qualitas, atque idcirco humor, non febris. Sed siue describatur, siue proprio vocabulo
a In duob. antec. lib. appelletur, eadem ratione a nobis tractabitur, qua [a] supra tractauimus & febrem in vniuer-
sum, & diariam: ante enim insistemus in cognitione curandorum, deinde in ratione curandi.
Cognitio curandorum, prius absolute a nobis proponetur, deinde in homine; absolute igitur
declarabimus morbum, causam, & symptoma, ordiemur a morbo, hoc est a febre illa in vniuer
sum quæ sequitur humorum putredinem: hæc quid sit definitione inuestigabimus, eadem au-
tem esse debet quæ febris in vniuersum: tantum restringenda est addita differentia quæ pro-
b Sup. li. 1. c. 2. prie hanc speciem siue genus constituat. Definiuimus [b] febrem in vniuersum, calorem inna-
tum cordis vergentem ad igneum, ita ut lædat actiones: huic si addatur lenitas, constituit dia-
c Sup. li. 2. c. 1. riam febrem, quemadmodum [c] ante ostensum est: si acrimonia, duplex aliud genus, quod vel in
d Ga. li. 1. de dif. feb. c. 7 partibus solidis consistit & dicitur hectica, de qua postremo agemus, vel in humoribus [d] putri
bus, de qua nunc tractatur. Eius definitioni, ne ad hecticam transferri possit, addere oportet
acrimoniæ alteram differentiam, scilicet cum fumo: nam hectica febris cum acrimonia, squallo- F
rem habet, hæc quæ versatur in humoribus putribus, nō solum acris est, sed etiam fumosa, quo
niam partes solidæ in quibus hectica versatur, calefactæ nullum edunt fumum, quem exhala-
e Gal. 2. crisi. c. 3. & p. 6. ep. cō. 2. re percipimus ab humoribus putribus; quod vero scribunt veteres [e] medici, biliosam febrem
squallidam esse, non absolute accipiendum est, sed si comparetur cum pituitosis, quę valde
fumosæ [f] sunt: multum enim fumi reddit pituita putrescens, instar lignorum viridium cum in-
f Gal. de 1. ad Glauc. c. 7. cenduntur: parum flaua bilis, instar aridorum, & proterea squallidam febrem efficit, hoc est
cum pauco admodum fumo. Definitur ergo febris, quam nunc tractamus, calor in humoribus
cordis innatus ad igneum vergens, adeo vt lædat actiones, acris & fumosus: quod si addas defi
nitioni ob putredinem, hæc causa magis propositam febrem explicabit. Refertur calor præ-
ter naturam ad immoderatam temperationem, quæ aut æqualis est, aut inæqualis; in febre
g Gal. 1. de inæquali intemp. c. 5 hectica cum solidæ partes calorem conceperint, est [g] æqualis: sed inæqualis cum febris sequi-
tur putredinem, quandoquidem cum humores [h] calefacti sunt, solidæ partes calefiunt, ideo
h Gal. li. 1. de diff. fe. c. 1. non est eadem immoderata temperatio omnium partium cordis, sed cum febris hectica facta
sit, quod solidæ partes calorem iam conceperint, non habent amplius causam. Ea quæ putre-
dinem sequitur assidue [i] fit, putrescentes enim humores assidue solidas partes calefaciunt, &
i Ga. li. 11. meth. ideo sunt causæ cur illæ incalescant: habet ergo febris hæc, cum assidue fiat, causam continen-
tem: hæc autem est putredo ad quam tractandam nunc aggredimur. G

De Putredine & Causis febris consistentis in humoribus putribus.
Cap. II.



k Ari. 4. li. meth. ca. 1. PVtredinem, latini, [k] σαπρότητα græci, nominant interitum rei absolutum & natura-
l Ga. li. 2. de m. ual. c. 2. lem: via vero ad interitum etiam naturalem, veluti senium, non appellatur a græcis
σαπρότης, sed in animalibus [l] γῆρας, in stirpibus αὔανσιν: at neque ille interitus quem ef
ficit causa uiolenta, appellatur putredo, veluti cum ignis extinguitur, sed tantum il
le qui naturalis est, veluti eorum quæ ætate tabescunt, huiusmodi tantum appellat Plato natu-
ralem mortē, aliam vero omnem violentam: nihil ergo proprie dicitur putre, nisi quod & ex to
to, & naturaliter interijt, ea quibus adiungitur fœtor, minus proprie dicunt Græci σήπεσθαι,
m Gale. li. sim. c. 15. [m] Latini putrescere. Eam quæ proprie dicitur putredo, cum res ex toto & naturaliter interit,
n Arist. 4. met. c. 1. definit [n] Arist. interitum interni caloris in humore, ob calorem externum, hoc est aeris circum-
o Arist. li. 7 diuin. fusi: in qua definitione seruat regulam illam ad quam diriguntur definitiones [o] accidentium:
sumit enim genus a forma, differentias partim a subiecta materia, partim a causa, pro forma,
tanquam genus ponit interitum, pro subiecta materia, tanquam differentiam, ponit interni ca H
loris in humore, pro altera differentia, tāquam causam externam, addit ab externo calore, hoc
est aeris circunfusi, quæ cum suobscura sint, non alienum est aperire. Inde autem exordiemur
quod putredo opponitur procreationi, quæcunque autem procreantur, gignuntur ex quatuor
p Vidus li. 1. de tu. va. gen. c. 7. elementis, ex calore, frigore, humore, ac siccitate, [p] calor habet vim formæ, humor materiæ, hic
terminantur, ille terminat, sed quia simplex valor, materiam potius absumit quam terminet, ne
cesse est temperetur frigore, sicut simplex humor siccitate, nam per se nimis effiueret ac dila-
beretur; cū res naturaliter interit, necesse est simul intereat internus eius calor in humore quo
continetur, & hoc pacto putredo procreationi contraria est, cum in hac calor frigore tempera
tus, terminet humorem temperatum siccitate, in illa intereat calor, & nō amplius terminet hu
q Aristo. 4. met. c. 1. morem. Sed cum Aristo. [q] ponat putredinis causam, externum calorem, hoc est aeris circūfusi,
reuocatur in dubiū qui fieri possit vt calor a calore interimatur, cū omnia conseruentur a si-
mili, interimātur à contrario. Videtur internus calor debere ob frigus interire, sed nō ob calo
rem aeris circunfusi: hoc facile diluet, qui in memoriā reuocabit, calorem non tantum a cōtra
rio,

A rio, vt à frigore extingui, ſed etiam interire ob inopiam alimenti, quemadmodum idem [a] Ariſtot, alibi tradidit, extinctio à frigore, violenta eſt, interitus ob inopiam pabuli, naturalis: auolat calor cum humore tanquam alimento deſtituitur, & non poteſt amplius retineri. Calor ergo aeris circunfuſi allicit ad ſe internum humorem, cum quo ſimul exit calor alimento deſtitutus. Ob hanc cauſam, apparent quæ putreſcunt extrinſecus humidiora, quod ſcilicet euocetur humor ad partes externas, ob quem conſpiciuntur ſubnigra quæ putreſcunt: nigredo enim ſequitur humorem. Quæ ex toto putruerunt, alba ſunt, quod abſumpto humore, ſicca euaſerint, ſed præter calorem externum, addit Ariſtot. [b] concurrere etiam internum frigus ad efficiendam putredinem, neque enim putruit adhuc id cuius calor aliqua ex parte ſeruatur: cum perit internus calor ſuccedit frigus, & tunc res ex toto putreſcit, concurritque cum calore aeris circunfuſi internum quoque frigus ad putredinem efficiẽdam. Porro [c] putreſcunt omnia, tam elementa, quam quæ ex elementis coagmentantur, excepto igne, cuius calor adeo ingens eſt, vt à calore aeris nequeat ſuperari. Sed cum in putredine intereat internus calor in humore, videntur non poſſe putreſcere ea quæ non ſint calida & humida, quamobrem ex elementis, tantum aer videtur poſſe putreſcere, nam aqua caret calore, terra calore & humore: conſtat autem & aquam, & terram quoque poſſe putreſcere, quoniam neutrum elementum purum eſt, ſed cum aqua aliquid eſt admiſtum caloris, cum terra aliquid caloris, & humoris, atque ob hãc cauſam putreſcunt: quæcunque vero ex elementis coagmentantur, quo humidiora ſunt, eo citius putreſcunt, quo ſicciora, eo magis putredini renituntur, quamobrem quæ dura ſunt [d] & amara, minus putreſcunt quam quę mollia & dulcia. Ex malis punicis ſcribit [e] Theophraſtus facilius putreſcere dulcia quam alia: celeriter etiam putreſcunt quæ calido & humido [f] loco continentur, quod humorem ſuperantem contrahant, & ab externo calore & valido euocetur internus. Renituntur cauſis putredinem efficientibus quæcunque aut magna ſunt, aut mouentur, parua, facilius ſuperantur, & minorem habent retinendi vim, quæ quieſcunt ob aſſiduum eiuſdem aeris contactum, facilius [g] afficiuntur quam quæ mouentur, & locum mutant [h] atque aerem circunfuſum, propterea perſpiratus putredinem arcet. Quod ſi vinum in vtre non pleno [i] agitatum, magis putreſcit, quam quod in vtre pleno non dimouetur, id non tribuẽdum eſt proxime motui, ſed vaporibus excitatis, qui concluduntur in vtre, & inſtar calidi aeris circunfuſi vim habent calefaciendi.

Hæc quæ dicta ſunt de putredine in vniuerſum, nunc perpendenda ſunt proprie in humorum putredine quæ nobis propoſita eſt. Definiuimus autem putredinem in vniuerſum, [k] interitum caloris interni in humido à calore externo, hoc eſt aeris circunfuſi: inſpiciamus an genus & differentiæ in hac definitione poſitæ aptentur humorum putredini, quam nunc tanquam cõtinentem cauſam propoſitæ febris tractamus. C Loco generis quod à forma accipiendum [l] eſſe demõſtrauimus, fuit interitus quem diximus debere eſſe abſolutum & naturalem: nam vbi aut non abſoluatur, aut violentus ſit, non dicitur putredo. Poſſunt humores ex toto putreſcere, ita vt, exhalãtibus partibus humidis, reſtent quaſi cinis, ſiccæ & terrenæ, quæ exiguæ admodum ſunt, neque ex foraminibus [m] cutis exeunt, ſed manifeſte cum vrina aut deiectione expelluntur. Verum illa putredo humorum quæ febrem accendit, adhuc fit, & non eſt ex toto facta, in ea enim quæ ex toto facta eſt, exhalauit internus calor [n] & ſucceſſit frigus, ita vt non poſſit accendi febris, ſed cum fit ab externo calore, euocatur internus humor putreſcentis materiæ, & ita excitatur febris, ſicuti etiam cum pus conficitur, magis quam vbi confectum eſt, quemadmodum Hippocrates [o] tradidit. Putredo igitur humorum febrem efficiens, non eſt abſoluta & ex toto facta, ſed partim fit, partim facta eſt: alienatur autem putreſcens humor, nunc magis, nunc minus, velut in abſceſſibus, à quibus modo ſanies effluit cruda & praua, modo pus coctum, album, lene & æquale. Eadem ratio eſt humorum qui diffuſi putreſcunt, modo enim valde alienantur, modo ſemiputres ſunt: demonſtratur hoc ab his quę reſident in vrina, ſunt enim [p] ſimilia his quæ effluunt ex abſceſſib. humores qui ſemiputres ſunt, vt in curatione docebimus, concoqui poſſunt & in alimentum conuerti, qui vero valde putres, neceſſe eſt educantur: ſed cum febrem accendunt ſatis oſtendimus nondum computruiſſe ex toto. D Quod vero dicebamus interitum qui pro genere ponitur in definitione putredinis, eſſe naturalem & non violentum, nõ videtur valere in humoribus cum putreſcant ex morbo, ſed tantum in his qui ætate ac ſenio cõficiuntur: ſolum enim hunc interitum Plato dicit eſſe naturalem, cæteros iudicat violentos: catenus enim dici poteſt humorum putredo naturalis, quatenus non apparet externa violentia, veluti in his quæ ab igne vertuntur in cinerem: eſt autem & putredo & morbus naturalis, habita ratione ſi non formæ, [q] ſaltem materiæ. Hactenus de genere, pergamus ad differentias, quas duas poſuimus; priorem ſumpſimus à ſubiecta materia, cum diximus caloris interni in humido: non videtur hæc omnibus humoribus conuenire, ſed tantum ſanguini, qui cum calidus ſit & humidus, poteſt putreſcere ita vt intereat internus eius calor in humido. Cæteri humores non videntur poſſe putreſcere, cum aut non ſint humidi, veluti flaua bilis, aut non ſint calidi, veluti pituita, aut neque calidi neque humidi ſint, veluti humor melancholicus: conſtat tamen omnes putreſcere, quare id de ipſis dicendum eſt, quod de elementis [r] ante dictum fuit, non eſſe ita puros ac ſimplices, vt non ſit in omnibus aliquid humoris & caloris, propter quem poſ-

sint

a Ariſt. lib. de iuuentute & ſenec. c. 3. & lib. 3 de cęlo tex. 52.

b Ariſto. 4. meth. c. 1.

c Ariſt. ibi.

d Galen. 4. ſimpl. c. 20.

e Theophraſtus li. 5. de cauſ. plant. c. 27.

f Ariſt. 5. de gen. an. c. 7 & Gal. lib. 11 met c. 4

g Gal. ibid.

h Plato in Theęteto & Ariſt. li. 13. probl. tex. 7.

i Ariſt. lib. 22. probl. tex. 4.

k Ariſt. li. 4 meth. c. 2.

l Paulo ante.

m Ga. 2 de præſa puli. c. 7.

n Ariſto. 4. met. c. 1.

o Hippo. 2. aph. 47.

p Galen. 1. progn. vlt. & 1. de aliment. c. 2.

q Ariſt. li. 4 de gen. ani. c. 4. & li. 2. phyſic. tex 88. & 89.

r Paulo ante.

sint putrescere; celerrime autem putrescunt qui calidi sunt & humidi, vt sanguis: deinde illi E
in quibus exsuperat calor & siccitas, vt biliosi: tum in quibus frigus & humor, vt pituitosi: po-
stremo in quibus frigus & siccitas, vt melancholici. Altera differentia sumpta est à causa effi-
ciente, quam posuimus externum calorem, hoc est aeris circumfusi; euocat hic internum hu-
morem, cum quo simul exhalat internus calor; euenit hoc vt alijs rebus putrescentibus, ita
etiam humoribus nostri corporis, ad quos per asperam arteriam, per arterias leues, per fora-
mina cutis, permeat externus aer, ob quem putrescunt: quamquam sine hoc putrescunt etiam
ob calorem qui præter naturam in nostro corpore continetur, [a] quemadmodum vbi inflamma
tis spiritibus diaria vertitur in eam febrem quæ residet in humoribus putribus; sæpe etiã clau
sis canalibus, aut paruis foraminibus cutis, calida expiratio retenta quasi aer circunfusus pu-
trefacit humores circa quos versatur, neque enim est interna si cum ipsis comparetur, sed ex-
terna; apparet igitur quo pacto definitio tradita de putredine in vniuersum aptetur humori-
bus qui putrescentes febrem accendunt.

Locus vbi putrescunt humores qui febrem excitant, quasi focus vbi ligna incenduntur, vel
[b] communiter spectat ad vniuersum corpus, vel ad aliquas partes: si ad vniuersum corpus, in-
cluduntur in venis, si ad aliquam partem, aut similiter includuntur in venis aut extra venas,
vel diffusi, vel in paruis foraminibus adstricti, quales sunt qui inflammationem [c] faciunt, quam
Erasistratus [d] semper voluit esse causam propositæ febris, & propterea prohibuit potionem F
aquæ frigidæ, qua tamen constat ardentes sanari, pleræque igitur febres humorum putredi-
nem sequentes, sine inflammatione fiunt: quæ vero hanc sequuntur, symptomata à veterib. [e]
nominantur; quicunque autem illis laborant, non dicuntur febricitantes, sed phrenitici, pleu-
ritici, peripneumonici, aut alio eiusmodi vocabulo. Exposita continente ac proxima causa ea-
rum febrium quæ resident in humoribus putribus, putredine videlicet: sequitur vt alias expo-
namus, quę non proxime, sed alio interiecto medio eiusmodi febrem accendunt: talis primum
est ea quæ proxime putredinem excitat, calor videlicet [f] externus hoc est aeris circumfusi: ha-
bet autem expiratio retenta in corpore vim aeris circumfusi, cum non sit propria humoris, sed
externa; est igitur proxima causa putredinis, calor externus, siue aeris, siue quod plerunque
accidit calida expiratio retenta. Vt autem libero perspiratu [g] defenduntur à putredine quæ
extra corpus nostrum sunt, veluti aqua, aer, carnes, & eadem putrescunt vbi conclusa sunt, &
perspiratu priuantur: sic humores in corpore nostro cum perspiratum habent, defenduntur à
putredine, putrescunt cum eo priuantur; quod accidit, cum interni canales, vel externa fora-
mina clauduntur ipsius cutis, & non permittunt exire calidam expirationem, præsertim cor-
poribus putredini opportunis, qualia sunt calida & humida, & quæ redundant multis succis
præsertim prauis; ea item quibus innatus calor est imbecillus, ita vt reniti non possit, sed vinca G
tur ab externo, quemadmodum senibus, in quibus alioquin ob cruditatem, humorum superat
multitudo. Valde etiam est opportunus putredini locus calidus [h] & humidus, siue externus
siue internus: appello externum locum aeré ipsum in quo degimus, qui quatenus calidior est,
ad putrefaciendum est efficacior, quatenus humidior, similiter afficit corpus nostrũ, quod hu-
midius redditum, magis putredini exponitur. Internum locũ appello illum in corpore nostro
vbi continentur humores; qui ob eandem causam si calidus sit & humidus, plurimum ad putre
dinem confert, quo nomine facile illa putrescunt quæ in ore, aut [i] partibus genitalibus con-
tinentur. Non solum autem à prohibito perspiratu, verum etiam à contactu rerum putrium ac
cenditur putredo in corpore nostro: aer putris, [k] siue ob aspirationem auerni, siue ob multi-
tudinem cadauerum, siue ob vapores à paludibus exhalantes, siue ob pluuiarum multitudinẽ
& æstum citra perflatum, permeans per corpora nostra putrefacit humores, & interdum etiã
solidam substantiam cordis, quemadmodum in febre [l] pestilenti. Partes quæ computruerunt,
veluti quæ gangræna detinentur, putrefaciunt alias quas [m] attingunt, & denique totum cor-
pus, nisi abscindatur. Præter prohibitum igitur perspiratum, potest rerum putrium contactus
putrefacere: quæ enim putria sunt, vbi nondum ex toto putruerunt, calidiora sunt, & humidio
ra, atq. idcirco præbent vim efficientis, & materiæ, quamquam possunt etiam cum inhærescũt H
perspiratum prohibere, & putredinem afferre. Maxima igitur ex parte proxima causa putre-
dinis in corpore nostro, est prohibitus [n] perspiratus. Medicamenta vero quæ Græce [o] σηπτικά
vocantur, quamuis putrefacere dicantur partes nostri corporis ad quas admouentur, magis ta
men excessu caloris, & tenuitate partium eas erodunt, quam putrefaciant: neque .n. sunt cali
da & humida, sicut illa quæ proprie ad putrefaciendum conferunt. Prohibetur autem perspi
ratus, clausis vel internis canalibus, vel externis foraminibus cutis: clauduntur autem cum [p]
vel adstringuntur, vel obstruuntur. Obstructio plerunque putredinem excitat: & febrem in ea
residentem, raro autem & non nisi parua admodum sit excitat diariam. Adstrictio foraminum
cutis plerunque diariam febrem [q] efficit; potest tamen & putredinem afferre corpore putre-
dini obnoxio, sed internis canalibus adstrictis, facile putrescũt humores. Restant causæ adstri-
ctionis & obstructionis, obstruunt [r] humores crassi glutinosi, non tantum internos canales,
sed etiam externa foramina cutis, ad quæ concitantur ex motu, ira, æstu, qui proxime succedat
frigori. Adstrictio fit à frigidis, ab acerbis, ab exsiccantibus in foraminibus cutis: sed in inter-
nis

a Gal. 9. metho. c. 1. & 1. de differ. feb. c. 7.
b Galen. 11. meth. c. 4.
c Gal. 11. metho. c. 7.
d Galen. de cau. procatarcticis capit. 1.
e Gal. 4. apho. 73.
f Aristot. 4. meth. ca. 1. & Gal. l. 11 meth c. 8.
g Gale. 11. meth. c. 4.
h Gal. ibid.
i Gal. 6. catatop.
k Gal. 1. de diff. febr. c. 2. & 4.
l Gale. 3. de præsa. puls. c. 3.
m Gale. 11. meth. c. 8.
n Gal. ibid.
o Ga. 5. simpl. c. 15.
p Gal. li. de cau. morb. c. 7.
q Galen. 8. meth. c. 3.
r Gal. 8. metho. c. 4.

A nis canalibus, etiam [a] à comprimentibus, siue sint externa, vt vincula, siue interna, vt tubercu- a Galen 8. metho. c. 4. & de caus. morb. c. 7.
la & tumores. Enarrauimus causas omnes quæ vel proxime, vel alio interiecto medio febrem
accendunt in humoribus putribus residenté, ex illis, aliæ sunt causæ [b] & symptomata, vt pro-
hibitus perspiratus, qui est expulsio ablata vel imminuta: aliæ causæ & morbi simul, vt adstri- b Galen. 11. meth. ca. 9.
ctio & obstructio, aliæ sunt causæ tantum, vt putredo & ea à quibus fieri diximus adstrictio-
nem & obstructionem.

De symptomatibus sequentibus in vniuersum febrem ab humorum putredine exortam. *Cap. III.*



EX tribus præter naturam quæ ad febrem in humoribus consistentem attinēt, duo
iam absoluimus, morbum scilicet, & causam, superest tertium, symptoma videli-
cet, quod multiplex incidere solet, cum ob febrem ipsam, tum ob causam, hoc est
ob humorum putredinem. Symptomata quæ ob febrem sequuntur, non alia sunt,
quam quæ supra [c] enarrauimus, cum febrem in vniuersum tractaremus: tanto autem validio- c Sup. lib. 1. c. 4.
ra sunt in hac febre, quam in diaria, aut hectica, quanto hæc maior illis est & ardentior: siqui-
B dem diaria parua est & lenis, hecticæ calor neque magnus neque ardens percipitur, quamuis
diutius hominem tangenti videatur acrior. Repetamus summatim illa symptomata quæ con-
sequuntur febrem ob vim caloris, quatenus calefaciendo siccat quæ humida sunt, & liquefacit
quæ concreta, febris siccando, vigiliam, sitim, neruorum distentionem affert: præterea adstrin-
git aluum, & linguam primo arefacit, tum exasperat, & tandem perrumpit, perinde atque aer
æstiuus terram quamuis pinguem. Concitat vero liquefaciendo destillationem, grauedinem,
raucedinem, alui profluuium, & plurimum mouet vrinæ atque sudoris. Eliquat ardens prauaque
que febris partes humidiores, ita vt euidenter detrudantur, sed in febre hectica marasmode
tabefiunt partes vere solidæ, siccæ ac duriores, & quod liquescit in vapores digeritur, ita vt
non sit perspicua eius expulsio. Huiusmodi sunt symptomata quæ ob febrem consequuntur:
spectant autem partim ad actiones læsas, partim ad ea quæ præter naturam retinentur atque
expelluntur, partim ad qualitates mutatas. Pergamus ad ea symptomata quæ ab humorum
putredine oriuntur, alia autem apparent in alijs partibus prout humor putris aut in illis resi-
det, aut ad easdem transmittitur: transmittitur autem non semper ipse humor, sed interdum
fuligo, [d] quæ plurima exhalata pituita putrescente, modica à sanguine, & flaua bile, pauca d Gale. 1. de diff. feb. capit. 5.
ab atra. Non solum autem varia symptomata oriuntur prout variæ partes tentantur à putri
C materia, sed prout ipsa etiam varia est, pituitosa, sanguinea, biliosa, melancholica, si feratur ad
caput, dolorem eius affert: proprie autem fuligo si cerebrum tentet, facit delirium; [e] Si flaua e Gale. 3. 6. epid. cō. 36
bilis inhæreat membranis cerebri, efficit vigiliam & [f] phrenesim: si pituita [g] cerebrum occu- f Gal. 2. 1. epid. cō. 73.
pet, lethargum excitat, & grauiorem somnum efficit: vbi materia putris versetur in auribus, [h]
surditatem affert: vbi in naribus, sternutamentum aut fluxum sanguinis: vbi in lingua, depra- g Galen. 13. meth. c. 21.
uationem gustus; combibitur enim ob eius raritatem spongijs assimilem, quo fit vt esculenta
& poculenta non gustētur amplius sui saporis, sed illius cuius sunt succi quos lingua accepit: h Hippo. & Gal. 4. aph. 60.
accipit autem tenuem partem ac veluti serum, cuiusuis putrescentis succi, vel à cerebro ad ip-
sam descendentis, vel ab inferioribus partibus, vt à pulmone, ventriculo, vtero, ad eandē trans- i Hippoc & Galen. 5. 6. epid 14.
latis: quorum colore etiam inficitur, ob quem [i] monstrat quales sint in corpore putrescentes
humores, recte etiam traditum fuit ab Hippocrate [k] eiusdem coloris esse linguam, cuius est k Hipp. ibi.
vrina, cum vtraque à redundantibus succis inficiatur: quamquam inficitur etiam lingua à fuli-
gine quam excipit ex humorib. putrescentibus in ventriculo, aut pulmone. Si materia putris
in thorace sit & pulmone, quatenus loci angustiam affert, respirationem lædit, sed quatenus
infesta est, expultricem facultatem irritat, & tussim mouet. Eadem si tētet cor, vires debilitat,
ita vt sequatur animæ defectio, præsertim vbi valde putris sit: si versetur in ore ventriculi, ip-
D sum mordet, & vires conuellit, ita vt superueniat animæ defectio, non secus atque vbi læditur
cor. Sequitur etiam affecto ventriculo singultus, nausea, vomitus: fastidium, cum fertur ad inte
stina, efficit alui profluuium & interdum tormina, sed vbi fertur ad cutem, frigus affert, non
tam vbi frigida est, quam etiam vbi calida: inalgescunt enim partes externę cum calor contra
hatur ad internas, interdum autem non solum sentiuntur frigidæ, sed etiā concutiuntur: quod l Gal. li. de tremore rigore c. 6.
si cum frigore sola cutis agitetur, dicitur [l] Græce φρίκη, Latinæ horror, si cum frigore externa-
rum partium, non tantum cutis, sed totum corpus concutiatur, eiusmodi symptoma vocatur à
Gręcis [m] ῥῖγος, à Latinis grauis horror: si quidem rigor apud Latinos distentionem simul ac du- m Gal. ibi.
ritiem à frigoro ortam significat, rigereque dicuntur quæ valde refrigerata sunt: vocatur etiā
rigor neruorum ille qui à Græcis appellatur τέτανος: nos tamen horrorem concutientem, vt ab
altero horrore distinguamus, appellabimus rigorem, sicuti nunc vulgus medicorum solet. Su-
perueniunt hæc principio accessionum, quo tempore calor inquit Hippocrates [n] accenditur n Hippo. 4. acut. 39.
in thorace, & fertur ad caput, quo fit ut extremæ partes relinquantur frigidæ, quæ propter os-
sa ac neruos frigidæ sunt: sed cum remittitur accessio, diffunditur calor per uniuersum corpus
ex tho-

a Hipp ibi. b Hipp ibi. & 1. acuto. com 46. c Gal. li. de rigore c. 6.

ex thorace, ita vt pedes calidiores reddantur, quam sit ipse a thorax: hoc autem tempore ac E cessionis quo calor ad pedes descendit, conuenit b hominem alere. Sed relicto frigore, spectemus horrorem ac rigorem, & eius causas, in quibus tractandis, ob rei difficultatem diutius insistemus. Horror simpliciter quem Græce diximus appellari c φρίκην, est vbi cum frigore externarum partium sola cutis dimouetur, veluti mare flante fauonio: differt autem à graui horrore, qui Græce nominatur ῥῖγος à iunioribus Latinis rigor, quoniam sub hoc vna cum frigore partium externarum, non tantum concutitur cutis, sed simul etiam quiuis musculus, & propterea vniuersum corpus: quamquam accipitur ῥῖγος à Græcis aliquando pro vehementi frigore quod sine vlla agitatione sentiunt corpora sana: in ægrotantibus tamen notat cum frigore agitationem omnium partium, atque hoc pacto accipimus rigorem de quo nunc loqui instituimus. Definitur autem non simpliciter frigus, aut etiam frigus vehemens, vt nonnulli voluerunt, sed

d Gal. ibid.

adeo molestum, vt d omnes partes corporis concutiantur: neque enim rigent omnes qui aut frigore simpliciter, aut etiam vehementi prehenduntur, nisi adeo molestum fit, vt partes corporis inæqualiter dimoueat: hic motus quem definitioni rigoris adijcere oportet, præter naturam est, veluti palpitatio, neruorum distentio, tremor, à quibus tamen omnibus differt: à

e Gal. 1. de cau. sympt. c. 2. f Gal. de rigore c. 8.

palpitatione e quidem, quoniam hæc pauca, rara & tarda est, ille contra multus, cum diutius perseuerat: celer, cum velociter fiat, frequens, quia parum intercedit quietis inter duos contrarios motus quibus continetur. Differt à distentione neruorum, quæ similiter f est motus F earundem partium motui voluntario inseruientium, quoniam hæc, quamuis præter voluntatem accidat, est tamen similis motui voluntario, ille agitatio quædam inæqualis. Distat & à

g Plato in Timæo, & Gal. l. de rigore c. 7. h Arist. li. 3 probl. 25. i Gale. 2. de cau. sympt. c. 2.

tremore (quamuis Plato, g & Aristoteles h vtrunque eundem esse motum existimare videantur) quod licet ambo ad musculos pertineant, ad tremorem efficiendum concurrat voluntas, rigor sit omnino præter voluntatem, cui resisti homo minime potest, quamuis maxime contendat, contineaturque ab alijs, præterea rigor, est totius corporis, tremor, vnius partis dumtaxat. Sed iam tempus est rigoris causam exponere, quem & motus, & frigus efficit. Efficit motum facultas expultrix i contendens inde excutere quod molestum est, expellit primo pars sentiens ad vicinam, donec omnes dimoueantur, concutiaturque vniuersum corpus dum abijciatur id quod molestum est: hinc itaque proficiscitur agitatio. Frigus quod simul sentitur, potest oriri à causa frigida irritante facultatem expultricem, sed quia oritur etiam vbi ea ca-

k Gal. l. de rigore c. 6. & lib. 2. de cau. sympt. c. 5. l Gal. ibid.

lida k fuerit, aliud causari oportet à quo refrigerentur partes externæ, nam iuremæ rigentium calidæ sunt: id autem non aliud est quam contractio l calidi innati ad partes internas. Consistit innatum calidum in spiritu & sanguine, quibus cum destituuntur externæ partes, quod confugiant ad internas, relinquuntur frigidæ: contrahitur autem innatum calidum quo expultrix facultas, natura, & sensus continetur, cum aliquid molestum percipit, sed quia contractum non potest seruari sine perspiratu, necesse est rursus extra feratur, quod sine magno G impetu fieri non potest, cum à re molesta externa prohibeatur quam contendit expellere. In hac pugna ac motu innati calidi, vicissim intro & foras, concutiuntur omnes partes corporis, & ita simul fit cum frigore agitatio, & propterea rigor, quem affectum omnes voluerunt esse caloris, & illi etiam ipsi qui innatum non cognouerunt, veluti Asclepiades, qui solum posuit

m Hipp. 5. aph. 30.

aduentitium, incipit autem à lumbis & dorso rigor, vt docuit Hippocrates m quoniam hæ partes frigidiores sunt quam anteriores, quæ raræ sunt & pilosæ: facilius autem in eum incidunt fœminæ, quod frigidiores sint quam mares, à dorso per spinæ medullam afficitur cerebrum, quod & frigidum est & molle, ita vt facile noxam accipiat, quæ inde etiam impertitur neruis & musculis omnibus, ita vt non mirum sit si vniuersum corpus concutiatur. Perspecta proxima causa rigoris, quæ est facultas expultrix & natura ipsa innato calido contenta, cum contrahitur & effunditur, cum hoc eueniat quia percipit rem molestam, qualis hæc sit iam nunc videndum est. Quamuis rigor sit affectus frigidus, causa irritans facultatem expultricem non propterea semper frigida est, sed potest etiam esse vel calida, vel neque calida neque frigida: id quod perspicuum erit, si omnes & euidentes, & abditas causas à quibus oritur

n Gal. 2. de cau. symp. c. 5. o Galen. 2. prog. co. 58 p Gale. 10. meth. c. 4.

intueamur, constat euidenter rigorem fieri à subita n perfusione calidæ vel frigidæ aquæ, ab H acribus medicamentis superdatis parti o vlceratæ, à timore, ab auditu & aspectu terribilis alicuius rei, contrahitur enim calor intro & externas partes relinquit frigidas, cumque rursus extra fertur & excutit quod molestum est, agitatur vniuersum corpus: at timor ac tremor, neque in calidis, neque in frigidis numerari potest, interna vero causa, siue sit humor, siue p exhalatio ac flatus, mordet & molesta est, aut calore, aut frigore, plerumque autem excitat rigorem flaua bilis quæ ad cutem expellitur, tum in tertianis principio accessionum, tum in ar-

q Hippo. 4. aph. co. 58. r Gale. 2. de cau. symp. c. 5. s Gal. lib. de rigore c. 7.

dentibus q cum soluuntur: detruditur enim ex venis materia biliosa, quæ tandem educitur per sudorem, sed interea, dum à musculis excutitur, sequitur rigor, eundem efficit & humor melancholicus, qui per se frigidus est, sed putrescens incalescit, ita vt tam r calore quam frigore molestus sit, quemadmodum apparet initio quartanæ accessionis, videtur autem illa molestia peruertere vsque ad ossa, iungitque cum morsu manifestum frigus, contra quam in tertiana, in qua sentitur magis acrimoniæ molestia, quam frigoris, fit similiter rigor s à pituita cruda, qualis illa est quam Praxagoras vitream appellauit, sed lenis est, neque excitatur nisi

cum

A cum homo dimonetur, non enim potest pitnita cum extenuatur ad tenuitatem flauæ bilis peruenire, & ideo magnum rigorem excitare, accidit autem potissimum mulieribus, & his qui in [a] ocio degunt, multisque ac frigidis succis nuttiuntur, redundantque humoribus crudis, præsertim vbi post cibum exercentur, aut calida aqua lauantur. Accidit autem etiam si non febricitent, & non tantum semel, sed etiam repetit, id quod non eueniebat Hippocratis [b] seculo, cum homines parcius viuerent, & magis exercerentur; tūc enim vt ipse testatur, rigorem semper sequebatur febris, neque enim fiebat rigor, qui non degeneraret in febrem, quod accenderentur humores vt qui minus crudi essent. Scribit autem Epicratis [c] vxorem quæ multis crassis succis abundabat, primo & secundo die in rigorem incidisse, neque febrem sequutam esse nisi tertio. Exposita causa rigoris, non difficile est illam inuestigare, quæ horrorem facit, eadem enim est sed leuior, sicuti horror idem symptoma est quod rigor, nisi quod [d] leuius est: cum frigore enim sola concutitur cutis. Causa igitur, veluti humor, si parum admodum molestus est vix sentitur, ita vt vel nullum excitet symptoma, vel inæqualitatem duntaxat: si paulo molestior sit, efficit lassitudinem: si magis infestus horrorem: si molestissimus, rigorem. Proficiscitur maior & minor molestia, partim à corpore ęgrotantis, partim ab ipso humore: in corpore ægrotantis attendimus vires & sensum: vires validæ, leuius symptoma efficiunt, quod renitantur, & idcirco contemnant causam lædentem: contra imbecillæ, cum magis offendantur, & magis reniti possint, magis contendunt excutere quod noxium est, & idcirco grauius
B efficere symptoma, nisi vbi ob summam debilitatem non audeant pugnare cum causa lædente. Quod attinet ad sensum si acris est, magis percipit quæ molesta sunt, magisque excitatur natura ad ea expellenda, fitque grauius symptoma qnam si hebes: materia vero si pauca est, si lenis, si quieta, leue excitat symptoma, contra si multa, si acris, si moueatur. Nunquam vero excitat rigorem quod symptoma grauissimum est, nisi [e] moueatur: mouetur autem & à nobis cum exercemur, cum versamur in sole, aut in balneo: sponte autem cum transfertur ex vna parte ad aliam, & vt tradit Plato in Timæo, fit rigor à bile cum influit, hoc est cum mouetur: non potest autem per se multitudo & frigus ac calor humotis rigorem facere nisi moueatur, nam & hydropes & Arquati qui magna copia flauæ bilis, vel pituitæ opprimuntur, non proprerea rigent: leuiora symptomata possunt etiam fieri, sine motu materiæ. Ea quæ mouetur, quanto velocius mouetur, tanto grauius affert symptoma: in vniuersum igitur grauius vel leuius excitatur, prout causa validior vel imbecillior est, & corpus ægrotantis magis vel minus opportunum eiusmodi noxæ.

a Gal. ibid. & lib. 2. de cau. sympt. cap. 5.
b Gal. 2. de cau. symp. c. 5. & Hip. in prin. lib. de morbis.
c Hipp. 3. 1. epid. 22.
d Gal. 2. de diff. feb. c. 7 & 2. de cau. sympt. c. 5.
e Gal. li. de rigore c. 7.

C

De differentijs febrium humorum putredinem sequentium. *Cap. IV.*

RES præter naturam attinentes ad febrem ex humorum putredine profectam, morbum, causas, & symptomata, vberrime persequuti sumus: restant differentiæ quib. illa in vniuersum distinguitur, has cum suppeditentur etiam à causis ac symptomatibus exponere placuit, vt facilius intelligi possent postquam causas & symptomata exposuimus. Omittemus autem & illas quæ sunt omnino aduentitiæ, cum nihil ad curationem conducant, & illas quibus motbi forma continetur: nam hæ constituunt species, quas explicabimus, vbi absoluerimus ea quæ in vniuersum explicanda erant: agemus autem de illis duntaxat, quæ aliquo pacto pertinent ad formam: sumuntur [f] enim vel à subiecta materia in qua residet, vel à modo quo in illa versatur, vel à consequentibus ipsam, vel à causis, vel ab effectis. Attenditur [g] in subiecta materia, hoc est in corpore ægrotantis, ætas, sexus, temperatio, robur. Ab ætate suppetunt differentiæ qđ aliæ febres pueriles sunt, veluti quotidianæ, aliæ iuueniles, veluti tertianæ puræ, aliæ seniles, veluti ardentes illæ qnas affert pituita salsa. A sexu, quod aliæ mnliebres, vt piruitosæ, aliæ viriles, vr biliosæ, sed hę omnes differentiæ videntur ad causas referendæ, hoc est ad humores pntres, & idcirco etiam ad species, quæ (vt in sequentibus ostendemus) diuersæ sunt pro diuersis humoribus putrescentibus. A temperatione quod
D aliæ congruæ sunt veluti ardentes hominibus calidioribus: aliæ non congruæ, veluti eædem frigidioribus. A robore magno vel paruo, quod mediocres magnæ sint, comparatæ ad morbū paruum, paruæ ad magnum. Sed pergamus ad modum quo forma residet in subiecta materia: hic multiplex est, vt perfectus & imperfectus, æqualis aut inæqualis, per se aut per aliud medium interiectum, efficit autem varius modus, varias febrium differentias; cum forma, hoc est calor perfecte residet in subiecta materia, tunc contraxit habitum, & occupat solidas partes, dicunturque eiusmodi febres hecticæ, sed quæ nunc nobis proponuntur humorum putredinem sequentes, nondum perfecte inhærescunt, neque habitum contraxerunt cum partes solidæ nondum ex toto calefactæ sint, sed etiam calefiant ab humoribus putribus, pro maiori autem vel minori putredine, magis vel minus hærent, & facilius vel difficilius remouentur. Cæterum immoderatio caloris qua febris continetur, potest æqualiter, vel inæqualiter occupare partes nostri corporis, & ita erit febris æqualis aut inæqualis: Sola autem hectica [h] febris æqualis est, diaria vero & quæ humorum putredinem sequitur, necessario inæqualis est, cum

f Sup. l. 1. c. 5
g Vid. ibid.
h Gal. li. de inæquali intemp. c. 6.

alia

alia sit temperatio in partibus solidis, alia in humoribus & spiritibus. Quod spectat ad eum G
modum quem diximus vel per se, vel per aliud, scire licet, omnes febres esse per se partium simplicium, & per has multiformium, proprie autem quæ consistunt in humoribus putribus, aut sine inflammatione sunt, aut cum hac, vbi humores citra inflammationem putrescunt, febres dicuntur morbi per se. Sed vbi adsit inflammatio, hæc proprie appellatur morbus, febres quæ illam sequuntur dicuntur à veteribus a symptomata, quod symptomatum modo alium morbum sequantur. Illi vero qui his laborant, vocantur non febricitantes, sed phrenitici, peripneumonici, pleuritici, aut alio eiusmodi nomine ab inflammatione ducto; quamuis etiam eiusmodi febres lædant actiones, & idcirco sint morbi. Consequuntur formam in subiecta materia, quantitas, b locus, modus, tempus, ad quantitatem refertur magnitudo & numerus, sub magnitudine comprehenditur etiam paruitas, vnde aliæ febres dicuntur paruæ, aliæ magnæ. Accipitur magnitudo morbi interdum pro spacio c maiori, vel minori, quod ab ipso occupatur, interdum pro parte affecta nobili vel ignobili, vtroque modo accepta refertur ad locum. Interdum pro prauitate & facilitate morbi, & hoc pacto spectat ad symptomata & effecta. Interdum pro gradu qualitatis maiori vel minori, hinc dici solet, (quamuis minus proprie) d magna febris, cum calor est vehemens, parua, cum leuis, atque hoc pacto accepta magnitudo ad quantitatem refertur, quemadmodum refertur, plurimum calidum innatum, quod Hippocrates e esse ait in his qui crescunt. Numerus, eas suppeditat febrium differentias, quod aliæ simplices ac solæ sunt, aliæ multiplices ac compositæ, componuntur autem cum symptomatibus propriam curationem requirentibus, cum causis, & cum morbis, præsertim cum alijs febribus, siue diuersi generis, veluti cum hecticis, siue eiusdem, vt cum alijs ab humorum putredine ortis, siue sint eiusdem speciei, vt biliosæ omnes, siue alterius, vt vna biliosa, altera pituitosa, quæ si eadem hora inuadant, dicuntur etiam f confusæ, si diuersa, appellantur solummodo compositæ. Locus quem occupat febris quælibet, est vniuersum corpus, & ita quæuis febris communis est morbus, nulla g proprius, quemadmodum inflammatio alicuius partis: quare à loco, nullæ sumuntur harum febrium differentiæ. In motu animaduertitur qualitas & modus: consistit qualitas in celeritate & tarditate, ob quam aliæ febres dicuntur celeres, aliæ tardæ: sed cum celeritas breuitatem, tarditas longitudinem afferat, aliæ febres rursus dicuntur breues, aliæ longæ, dicuntur longæ, quæcunque h vltra quadragesimum diem trahuntur, breues, quæ citra, ita vt quadragesimus dies sit vltimus breuium febrium, primus longarum. Breues si continuæ sint & vehementes, nominantur acutæ i siue simpliciter, sicut illæ quæ quatuordecim k diebus terminantur, siue valde, vt illæ quæ ante, vel tertio, vel quarto, vel septimo, vel nono, vel vndecimo die finiuntur, nominanturque peracutæ siue ex recidiua, vt illæ quæ post decimumquartum vsque ad quadragesimum. Vocantur autem acutæ ex recidiua, quod cum inceperint ac cessauerint, rursus reuertantur, neque enim manere acutæ perpetuo possunt quadraginta dies, sed tantum quatuordecim. At neque longæ etiam eodem tempore omnes terminantur, sed quædam sexaginta diebus, quędam octuaginta, quædam centum, quædam centum & viginti, quædam septem l mensibus, nonnullæ enim quæ hyeme incipiunt, æstate finiuntur, & ex contrario, hyeme, quæ æstate a nonnullæ etiam multo diuturniores sunt, veluti quartanæ. Modus quem in motu diximus animaduerti, multiplex est, primo autem aut vnus idemque est à principio vsque ad finem, diciturque à Græcis σύνοχος, m aut distinguitur pluribus circuitibus, ille qui idem est, aut eodem n modo semper procedit, & appellatur ὁμότονος, aut semper augeri videtur, & appellatur ἐπακμάστικος, aut semper minui & dicitur παρακμάστικος, quæ differentiæ tribuuntur febribus illis quæ circuitibus carent: circuitus vero qui Græce dicitur o περίοδος, significat ęquale tempus quo aliquid similiter reuertitur, veluti olympias: sunt autem alij circuitus ordinati, alij inordinati, ordo qui in ipsis obseruatur, vocatur à Græcis τύπος, circuitus autem si quotidie p reuertitur, quotidianus est, si tertio quoque die tertianus: si quarto, quartanus, quintanus non apparet nisi raro & q obscurus, septimanus & nonanus, neque inuenitur, neque nominatur, at neque reperitur etiam in corpore nostro humor à quo possit proficisci, sicuti in sequentibus ostendemus oriri à pituita quotidianum, à flaua bile tertianum, ab atra quartanum. Ex circuitibus ordinatis, alij reperunt eadem hora, alij anteuertunt, alij tardantur ob vim quandam propriam, præter eam quę communis est, ob quam in vigore reuertuntur eadem hora, in incremento anteuertunt, in remissione tardantur: dies vero in quibus reuertuntur, interdum pares r sunt, interdum impares. Est præterea circuituum motus aliquando stabilis s & constans, aliquando instabilis & inconstans: illud item spectat ad modum motus, quod alię febres t incipiunt vehementes, sed vsque ad vigorem paulatim remittuntur, alię cum mediocres inceperint crescunt paulatim vsque ad vigorem, alię quodammodo ex his compositę sunt, leues enim incipiunt, sed postquam paulatim increuerunt, & suam magnitudinem assequutę sunt, remittuntur dum discutiantur: maxime autem in circuitibus ordinatis, illę differentię attenduntur, quod febres u aut intermittunt, aut sunt continuę, intermittunt illę quę in singulis circuitibus ad integritatē perueniunt, continuę sunt illę in quibus homo nullo tempore integer est: habentur autem in quotidianis, tertianis.

a Galen. 4. aph. cō. 73.
b Sup. l. c. 5.
c Galen. 4. meth. c. 9.
d Gal. contra Lycum c. 7.
e Hippo. 1. aph. 14.
f Gal. 2. crif. c. 7 & 2. de diff. feb. c. 8
g Gal. de curat. per venæ sect. capit. 19
h Hippo. & Gal. 1. prog. com 25.
i Gale. 2. de dieb. decr. c. 12.
k Galen. 2. aph. cō. 23.
l Galen. & Hipp. aph. com. 28.
m Gal. 2. de diff. feb. c. 2
n Gal. ibid. & li. 9. metho. c. 3.
o Gal de typis ca. 2.
p Gal. li. de typis c. 4.
q Gal. 3. 3. epid. cō. 64 & 3. 1. epid. com. 17.
r Galen. 3. 1. epid. cō. 18.
s Hippo. & Gal. 3. aph. com. 8.
t Gal. l. 3. 1 epid. cō. 10.
u Hippo. 4. aph. 43.

A tianis,& quartanis,tam continuæ quam intermittentes:Sed fit etiam continua febris vbi simul coniunguntur [a] plures intermittentes diuturniores, ita vt noua inuadat antequam vetus recesserit. Tempus quod similiter morbi formam in subiecta materia cõsequitur, ob celeritatem motus,breue est,ob longitudinem,longum,quare & febres aliæ longę sunt,alię breues,quarum differentias complures ante persequuti sumus. Sumuntur etiam à tempore aliæ differentiæ febrium,prout multo,vel paulo ante inceperunt,dicunturq; recentes vel vetustæ, sed hæ magis monstrant affectum stabilem vel mobilem,quam quod differẽtiam curationis postulent. Quod autem aliæ febres nocturnæ [b] sint, aliæ diurnæ, magis pertinent ad causam quam paulo post subijciemus,quam ad tempus,quod nunc tractamus. Referuntur etiam ad tempus quatuor partes febris,quæ respondent quatuor ætatibus animalium,incipit enim, augescit, viget, senescit seu inclinatur,sunt autem quatuor hæc tempora motiones causarum, quamobrem maxime attenduntur in morbis habentibus causas,veluti in febribus humorum putredinem sequentibus, non in hecticis,aut [c] in diarijs quæ causas non habẽt. Principium est cum causa agere incipit, terminaturque incremento,in quo effectionem suam auget vsq; ad vigorem,quare & tunc accessiones anteuertunt,maiores & longiores sunt,in vigore maxime agit,& omnia fortiora sunt inquit Hippocrates [d] succedit vigor incremento,sicuti vigori remissio, quod est quartum tem-
B pus,in quo causæ vis remittitur,& omnia imbecilliora sunt:non reperitur autem nisi in morbis salubribus,nam perniciosi non [e] remittuntur:huiusmodi sunt quatuor ætates seu quatuor tempora febrium,quæ neque ęqualia sunt in diuersis febribus,vt acutis,vel diuturnis,neque etiam inter se in eadem. Animaduertuntur eadem quatuor tempora in vnoquoque circuitu, incipit enim,augetur,uiget,remittitur,sed inter principium [f] & incrementum, reperitur inæqualitas quædam quæ quasi quintum tempus adijci potest: præterea in febribus intermittentibus, remissionem sequitur intermissio, quæ quasi sextum tempus illis additur, ita vt diuidatur circuitus intermittentium febrium in sex partes, continuarum in quinque, quanquam potest tam intermittentium quam continuarum circuitus bipartito [g] separari in accessionem & remissionem:Accessio quæ Græce dicitur παροξυσμὸς continet sub se partes [h] deteriores ipsius circuitus, principium, incrementum, & vigorem: remissio in febribus intermittentibus, non tantum comprehendit inclinationem,sed etiam intermissionem seu integritatem. Differunt igitur febres inter se eiusmodi temporibus,& ipsius circuitus,& totius morbi. Causæ tam externæ quam internæ, plurimas suppeditant propositarum febrium differentias: externæ quidem vel prout corpus nostrum variæ afficiunt, vel prout communes sunt aut propriæ. Afficitur [i] varie corpus nostrum ab aere, ob regionem, ob præsentem cœli constitutionem austra-
C lem,vel aquiloniam; sed potissimum ob quatuor anni tempora, ob vicissitudinem diei ac noctis,à quibus similes sumuntur harum febrium differentiæ: aliæ enim exempli gratia, hyemales sunt,aliæ [k] vernæ,aliæ æstiuæ,aliæ autumnales: tum aliæ diurnæ, aliæ nocturnæ. Efficiunt etiam externę causæ similes febrium differentias,vt propriæ sunt, aut communes:propriæ dicuntur cum aliæ alios homines vexant, à quibus febres oriuntur propriæ, quæ Græce [l] σποράδες, seu σποραδικαὶ nominantur. Communes sunt,quæ complures lædunt, efficiuntque communes morbos,qui Græce πάνδημοι,& πάγκοινοι vocantur: in vno autem populo à constitutione aeris facti, vocantur ἔνδημοι: in vna regione ἐπιδήμιοι. Quod si communitati adijciatur prauitas, fiunt febres pestilentes,quas Græci nominant [m] λοιμώδεις. Causa interna, hoc est humor putris,pro specie,qualitate,motu,exitu,varias efficit differẽtias. Species humorum quatuor sunt, sanguis,pituita,flaua & atra bilis, à quibus constituuntur species propositarum febrium, vt [n] synocha à sanguine, quotidiana à pituita, tertiana a flaua bile, quartana ab humore melancholico, quas in sequentibus persequemus, cum quę in vniuersum de omnibus dicenda erant absoluerimus:quæcunque autem sit species humoris putrescentis,si purus sit, facit febrem puram,quæ exquisita dicitur:si mixtus [o] cum alio,mixtam,quæ nominatur spuria: nam vt tumores præternaturam, si à puro humore fiant, dicuntur exquisiti, si a mixto spurij, sic etiam fe-
D bres. Qualitas humoris similem efficit febris differẽtiam;si cocta est,coctam:si cruda, crudam: tum si mitis,mitem:si praua,prauam:est autem praua qualitas,vel manifesta, ut in flaua & atra bile,uel occulta ob repugnantiam [p] totius substantiæ,quemadmodum ubi uim habet ueneni: mouetur interdum putris humor febrem accendens & impetu quodam per corpus uagatur, efficitque febrem turgentem:plerunque autem frigescit,& tunc febris quam efficit non turget: attenditur & in interna causa,hoc est in humore putri,exitus:cum interdum retineatur, interdum exeat:ubi nihil uel paulum exeat materiæ,febris dicitur sicca:ubi exeat, humida,præsertim si exeat humor:nam expirat interdum uapor duntaxat. Ergo si exeat multus humor, uelut in illis febricitantibus,qui primo die sudant,& nihil propterea leuantur, eiusmodi febris ualde humida est appellaturq; Græce [q] τυφώδεις, & ἱδρώδεις: ubi exeat uapor putris,si glutinosus sit, cum illis inhærescat quos contingit,efficit febrem quæ contage [r] contaminat proximos;quod nõ euenit cum ille,qui exit uapor minime glutinosus est. Ab effectis,hoc est à symptomatibus, sumuntur propositarum febrium differentiæ,quod [s] mites sunt uel prauæ, quod item salubres uel perniciosæ:sunt enim prauę,illę quibus praua symptomata accedunt:nõ tamen propterea perniciosę,cum non omnino spem adimant,sed solummodo portendãt periculum:sunt mites,

a Gale. 1. 1. epid. com. 23.
b Gal. 3. 1. epid. com. 6.
c Gale. 11. meth. c. 2.
d Hippo. 2. aph. 30.
e Gal. 3. de cris. c. 5. & 9.
f Gal. li. de temp. mor. c. 4.
g Ga de totius morbi temp ca. 6. & 1. li. aph. com. 12.
h Galen. 9. meth. ca. 5. & 11. met. c. 1.
i Hippoc. 3 aph. 15.
k Hip. 3. 1. epid 6.
l Gale. 1. 1. epid. com. 1 & 1. acu. com 9.
m Gal. 1. 1. epid. com. 1.
n Gal 2. de diff. febr. c. 9.
o Gal. 2. de dif feb c. 8
p Gal 6. de loc. aff. c. 5. & 1 de dif. feb. ca. 3. & c. 4.
q Gal. contra Lycũ, cap. 2.
r Gal. 1. de diff. feb. c. 2
s Gal. 3. progno. ab initio & Hip. in eod. loco

illæ quæ carent prauis symptomatibus; perniciosæ, quæ habent symptomata grauissimã, salubres, quæ non multum grauia. Possunt autem esse salubres, quæ tamen non sint mites aut leues. E
Absoluimus differentias quibus distinguuntur febres ab humorum putredine profectæ; proximum est vt earum causas inuestigemus.

De causis differentiarum febrium illarum, quæ ab humorum putredine oriuntur. Cap. V.

a Vidus li. 4. de cu. gener. cap. 6. par. 1.
b Gal. 1. de caus. pul. c. 1.

N superioribus a libris, cum differentiarum quibus morbi distinguuntur in vniuersum causas inuestigaremus, regulam adscripsimus communem, qua nunc etiam vtẽdum est: ea autem est, quod b effectorum differentiæ proficiscuntur à simili differẽtia causarum, vel omnium, vel aliquarum: siue similitudo aperta & expedita sit, siue implicita & abscondita: ad causas autem efficientes redigere oportet habilitatẽ accipiẽtis. Sumamus initium ab illis differentijs, quæ ducuntur à subiecta materia, hoc est à corpore ægrotãte, in quo animaduerti monstrauimus ætatem, sexum, temperationem, vires à quibus suppeditantur variæ febrium differentiæ, vt quod aliæ pueriles sint, aliæ iuueniles, aliæ seniles: quod itẽ aliæ viriles, aliæ muliebres: tum aliæ congruæ, aliæ non cõgruæ temperationi, aliæ paruæ, quod robur paruum sit, aliæ magnæ quod magnũ: harum differentiarum causa, est similis differentia in causa febris, si non in efficiente, certe in habilitate materiæ subiectæ, hoc est corporis ægrotantis: differunt & febres inter se, modo quo accipitur forma in subiecta materia, vt perfecte in hectica, imperfecte in alijs febribus, cuiusmodi est quam nunc tractamus: æqualiter in hectica, inæqualiter vt in his. Oriuntur aũt à simili differentia causæ efficientis; quæ vim hẽt afficiendi perfecte aut imperfecte, æqualiter aut inæqualiter. Eadem causa per se afficit partes simplices, per has vero multiformes, quamobrẽ & febris per se tribuitur partibus simplicib. per has multiformibus. Putredo humorum quæ diffusa est, habet vim efficiendi febrẽ morbũ; quæ vero con- F

c Galen. 4. aph. 73.

clusa in inflammatione, febrem c symptoma. Ex consequentibus morbi formam in subiecta materia diximus esse quantitatem, locum, motum, tempus, quantitati subijcitur magnitudo & numerus, magnitudo complectitur sub se quoque paruitatem. Cã febris magnæ vel paruæ, hoc est magni & parui excessus caloris, est ipsa causa febris, nempe humorum putredo vim habens in se magnitudinis & paruitatis. Si calidus humor valde putrescat, magnã febrẽ affert, paruam, si frigidus reddatur parũ putris. Quod attinet ad numerũ, febres aut simplices sunt, aut composi-

d Gal. 2. de diff. feb. c. 8
e Ga. de cural. per venę sect. ca. 19.

tæ, prout & cã potest d simplices vel compositas afferre: sunt itẽ confusæ vel compositæ tantũ, prout cã ijsdem vel diuersis horis, potest plures febres accedere. Locus in quo residet febris, est cor, & propterea vniuersum e corpus, ita vt sit morbus communis totius corporis, quare & causa quoque communis est, hoc est quæ potest in corde & in toto corpore febrẽ excitare. Ad motum pertinere diximus qualitatem & modũ à quibus nascuntur plures febrium differentię: qualitas consistit in celeritate & tarditate, ob quam aliquę febres celeres sunt, aliquæ tardæ: illæ aũt quæ celeres sunt, necessario breues sunt: sicuti quæ tardæ, longæ, & magis aut minus tales, siue longæ fiot siue breues, vt acutæ simpliciter, acutæ ex recidiua, & peracutæ; quæ differẽtiæ proficiscuntur à simili differentia causæ efficientis febrem, hoc est humoris putrescentis: qui q̃uis neq; celer neq. tardus sit, habet tamen in se vim celeritatis cũ tenuis est & calidus, vt flaua bilis: vim tarditatis, cũ crassus & frigidus, vt humor melancholicus. Ad modũ motus multæ referuntur differentiæ, & primo illę, quod aliquæ febres, eędẽ manent à principio ad finẽ, & dicuntur a Græcis synochæ vnica accessione contentæ, aliquæ pluribus circuitibus distingun- G

f Gal. 2. de dif. feb. c. 11

tur, & dicuntur periodicæ: oriũtur aũt a simili f differentia causæ efficientis, hoc est materiæ putris, quæ si tota simul sit, ita vt constet ex tota sua materia, facit synochã febrem non distinctã circuitibus, sed totam simul, cuiusmodi est q̃ efficit sanguis in venis putrescens, vbi residet veluti focus totus simul: si materia non tota simul putrescat, sed accendatur partita, necesse est febrem quoq; partitam esse, & circuitibus distingui; quod euenit cum materia certis temporibus cogitur, transmittitur ex vno loco ad alium, & putrescit: quod autem synocha perpetuo aut ea- H

g Gal. 2. de dif. feb. c. 2

dem maneat à principio ad finẽ, aut minuatur, aut augeatur, fit a causa, hoc est a putredine humorum, quæ similiter aut eadem manet g a principio ad finem, ita vt æqualiter accendatur, & exhauriatur; vel semper augetur, quod magis accendatur quam exhauriatur; vel semper minuitur, quod magis exhauriatur quam accendatur. At vbi febris circuitibus distinguitur, si quidẽ hi ordinati sint sequuntur causam ordinatam, si inordinati inordinatam: qui ordinati sunt, aut quotidie repetunt, aut tertio, aut quarto quoque die, & ita citius vel tardius pro vi humoris putrescentis, qui ob multitudinẽ vel acrimoniam celerius naturã mouet ad expellendũ, ita vt celerius reuertatur circuitus; ob paucitatẽ tardius, tuncque plus temporis intercedit inter circui-

h Gal. 3. 1. epid. com. 17. & 3. 3. epid. com. 64.

tus. Pituita cum plurima sit, quotidianos efficit: plus aũt potest præ copia quam flaua bilis præ acrimonia: hæc quę acris est, non differt circuitus in quartũ diem, vt humor melancholicus, qui neque multus est, neque multũ acris, sed tertio reuertitur. Alij circuitus vltra quartanum, vt h quiotanus, aut septimanus, raro accidunt, & videntur magis tribuẽdi erroribus ordinatis, quam

certæ

A certæ speciei humorum: nisi dicas quintanum referendum esse ad paucitatem humoris melancholici, qui longiori interposito tempore naturam irritet; nam vbi multus sit, post breuius tempus facit circuitum quartanum. Ad modum motus pertinent constantes febres & inconstantes, tum quod febres vel primo fiant magnæ, vel processu: vel primo fiant leues, sed postquam paulatim increuerunt, remittantur, id proficiscitur à causa, hoc est à putredine humorum, quæ eo pacto mouetur, quod si moueatur diebus paribus, fit similiter febris diebus paribus, vt quotidiana; si diebus imparibus causa similiter mouetur, reuertitur imparibus diebus. Quod vero febris anteuertat, aut tardetur, aut eadem hora reuertatur, tribuendum est causæ eam vim habenti, siue ob [a] proprietatem quandam, siue ob communem vim, in incremento anteuertendi, in remissione tardandi; in vigore eadem hora reuertendi. Sed quod accessio continua sit aut intermittat, oritur similiter à causa, hoc est à putredine [b] humorum similí, hoc est continua vel intermittente. Cum humor putrescit in venis, putredo continua est, cum extra venas intermittit, quoniam quod putrescit, expirat, & ex corpore euadit. Causa cur retineatur in venis, est partim imbecillitas facultatis expultricis, partim multitudo & crassitudo materiæ, partim exitus interclusus: nec est quod tribuas assiduitatem & intermissionem multitudini & paucitati materiæ putrescentis, nam hæc facit longitudinem & breuitatem accessionis: nec est quod dicas in febre intermittente inspici vrinam, & mitti sanguinem, quod humor putrescat in venis: nam
B ea spectant ad materiam, quæ putrescere debet, & non ad eam quę iam putrescit. Ille vero humor qui ex venis ad exteriores partes fertur, primo quidem rigorem facit, deinde cum putrescit, febrem, quæ cum ille postea educitur ex cute, intermittit. Locus ergo vbi putrescit humor, est causa assiduitatis & intermissionis. Tempus suppeditare eas propositarum febrium differẽtias diximus, quod aliæ breues sunt, aliæ longæ, tum aliæ recentes, aliæ vetustæ: & tãdem quod aliæ incipiunt, aliæ increscunt, aliæ vigent, aliæ remittuntur. Causa longitudinis & breuitatis, est celeritas & tarditas motus quam supra exposuimus: causa vero nouitatis & vetustatis est nouitas & vetustas efficientis causę, veluti putredinis, quæ si non multo ante fuit, febris recens est: sed si iam diu incepit, vetusta est: principij vero, incrementi, vigoris, & remissionis causa est illa ipsa quæ febrẽ efficit, putredo videlicet, prout incipit, augetur, viget, remittitur: sunt enim eiusmodi tempora febrium mutationes ipsius partis, sed cum eadem conspiciantur in singulis circuitibus, causari similiter oportet putredinis mutationem in vnoquoq; circuitu: quę si intermittat, efficit febris intermissionem, sicut vbi inæqualiter accenditur, inæqualitatem. Illarum vero differentiarum quas depromi à causis monstrauimus, non difficile est causas inuestigare: vnaquæq; enim oritur ab ea causa à qua depromitur. Specta illas differentias febrium, quæ sumuntur à causis externis, veluti ab aere, quod aliæ sint hyemales, aliæ vernæ, aliæ æstiuę, aliæ au-
C tumnales, vel quod aliæ diurnæ, aliæ nocturnæ sint: ab aere proficiscitur, hyemali, verno, ęstiuo, autumnali, diurno, nocturno; similiter quod aliæ febres sint communes, aliæ vulgares, aliæ propriæ: à causa externa oritur quæ aut communis est, aut propria. Eadem ratio est differẽtiarum illarum quæ sumuntur à causa interna, fiunt enim singulæ ab eadem causa à qua sumuntur, videlicet ab humore putri, in quo animaduertimus speciem, qualitatem, motum, exitum. A diuersa specie humoris diximus sumi diuersas species febrium, quas seorsum in sequentibus persequemur. Si humor quicunque sit, purus [c] est, exquisitam febrem affert: si mixtus, spuriam, qualitas etiam humoris putrescentis, cruda vel cocta, mitis vel praua, est causa illarum differentiarum, quas ab illa sumpsimus, vt quod aliæ febres coctæ sint, aliæ crudæ; tum aliæ mites, aliæ prauæ. Motus & quies materiæ, vt suppeditat, ita etiam efficit similes differentias in propositis febribus, vt quod aliæ febres sint quietæ, aliæ turgeant. Exitus humoris putrescentis efficit febrẽ humidam, sicuti retentio siccam, quas differentias sumi ab exitu & retentione monstrauimus. Sed proficiscitur exitus & retentio, partim à vi materiæ putrescentis, partim a cute: materia putrescens, vbi multa humida, & tenuis sit, educitur, vbi contraria, detinetur: cutis si rara præbet exitum materiæ, si densa minime. Attendi etiam ostendimus exitum vaporis à quo sumi diximus eas differentias quod aliæ febres per contagionem afficiunt proximos, aliæ nihil eos lædunt: id quod proficiscitur à natura vaporis, qui si glutinosus & valde putris [d] expiret, febrem
D efficit quæ contagione proximos contaminat: si vapor minus putris sit & nõ glutinosus, febris non contaminat eos qui proximi sunt, neque homines, neque etiam pannos; nam hi quoque interdum contaminari solent a vaporibus valde putridis & glutinosis. Differentię quæ oriuntur ab effectis, hoc est à symptomatibus, quod scilicet aliæ febres sint mites, aliæ prauæ, quod item aliæ salubres, [e] aliæ perniciosę, fiunt à causa febris nempe a putredine humorum, uim habente efficiendi aut leuia symptomata, & ita febrem mitem, aut grauiora quam uideatur conuenire magnitudini morbi, & ita febrem prauam, aut grauissima, & ita febrem perniciosam, aut minus grauia & ita febrem salubrem: sed satis iam locuti sumus de differentijs & differentiarum causis, deque rebus pręternaturam ad propositam febrem attinentibus absolute cognoscẽdis.

a Gal. 1. de crisib. c. 3.
b Gal 2. de diff. feb. c. 11. & lib 2. de crisi. c. 3. & 6. & lib. de tremore, rigore c 7.
c Galen 1. de dif. feb. c. 8.
d Gal 1. de diff. febr. c. 2.
e Galen. 1. crisi. c. 13.

De recognoscenda febre ex humorum putredine orta in vniuersum.
Cap. VI.

PRoximum est vt ad ea quæ in ægrotante, siue præsentia, siue præterita, siue futura co
gnoscenda sunt, pergamus: præsentia sunt morbus, causę, symptomata, differentię,
de quibus supra egimus, exordiamur à morbo, hoc est à febre in humoribus putri-
bus consistente. Recognoscitur hæc vt febris est eo modo quo docuimus[a] recogno
sci febrem in vniuersum, sed vt sequitur humorum putredinem, primo die internosci[b] etiam
potest à diaria & ab hectica, quod non magis difficile est medico perito atque exercitato, quā
agricolæ[c] cognoscere herbas nuper nascentes, partim autem sub sensum cadit, partim mente
percipitur: tactui subiicitur qualitas ac motus caloris, quo hæc febris continetur, eadem men-
te conijcitur ex causis, ex habilitate corporis ægrotantis, ex his quæ prosunt aut obsunt, effe-
ctis, hoc est ex symptomatibus: ex quibus omnibus maximam fidem faciunt ea quæ in ægrotan
te apparent, aliquid etiam valent externa, vt causæ quæ præterierunt, & ea quæ prosunt aut F
obsunt: tactu itaque percipitur & qualitas & motus caloris: qualitas[d] acris & fumosa est, ob
acrimoniam differt hæc febris à diaria, quæ lenis[e] est, ob copiam fumosæ exhalationis, ab he-
ctica, quæ quamuis sit acris, est tamen squallida[f] ac sine fumo; mouetur eiusmodi calor inæqua
liter, & interdum sæpius accenditur, quod non euenit[g] diarijs, aut hecticis febribus, sed illis so
lum, quæ humorum putredinem sequuntur, quamuis non omnibus: in his enim quæ proficiscū-
tur à flauabile, calor vt plurimum æqualis[h] apparet, & semel tantum accenditur. Reditus ac-
cessionum similiter ad motum refertur, & tantum propositis febribus accidit, quamuis nō om-
nibus; siquidem synocha quæ sequitur putredinem sanguinis vna accessione continetur, inte-
gritas vero nunquam ex toto deprehenditur inter accessiones harum febrium, sicut vbi diaria
finitur. A tempore quo manet calor, non sumitur firmum iudicium huius febris, quod scilicet
maneat plures dies, nam nonnullis febribus diarijs idem monstrauimus[i] euenire: hecticam ve
ro diuturnam esse & circuitibus carere, omnes intelligunt. Quo pacto igitur qualitas, & motus
caloris, possit propositam febrem demonstrare satis exposuimus: sed qua ratione eadem men-
te conijciatur, videndum superest, & primo ex causis: si humorum putredinem, quæ continens
causa est intelligeremus, simul notum etiam nobis esset hoc genus febris. Quo pacto autem pu
tredo cum sensum lateat deprehendi possit, in sequentibus subijciemus vbi ad causas transibi
mus: aliæ causę internę vt prohibitus perspiratus, obstructio, astrictio, humor multus crassus & G
glutinosus, eatenus indicant hanc febrem, quatenus monstrant putredinem quam efficiūt. At
spectamus etiam num febris sine causa externa atque euidenti inceperit, quod est proprium
earum quæ humorum putredinem sequuntur: nam diariæ prope omnes[k] incipiunt à recenti
aliqua atque euidenti causa, quod interdum etiam accidit, sed raro, illis quæ consistunt in hu-
moribus putribus. Incipere ergo sine huiusmodi causa, magis proprium est harum febrium,
quam perpetuum: habilitas corporis ægrotantis ad putredinem, nō nihil & ipsa valet ad hāc
febrem indicandam, in his enim qui[l] calidi sunt & humidi, & idcirco putredini obnoxij, par
est febrem ab humorum putredine proficisci. Iuuantium & lædentium hæc ratio est, quod
præter frigida & humida quæ iuuant, calida & sicca quæ lædunt febricitantes omnes, pro-
prie vbi sit humorum putredo, prosunt ea per quæ illi aut concoquantur, aut educantur, ob-
sunt ea quæ aut illos retinent, aut obstruendo, vel astringendo putredinem augent. Restant
effecta, hoc est symptomata, ex quibus maximam vim habet pulsus ob calorem cordis, &
vrina[m] ob putredinem humorum qui in venis versantur, perpendemus tamen & alia quæ
sub quouis trium generum comprehenduntur, ex omnibus enim aliquid colligitur, per quod
proposita febris internoscatur. Ex actionibus læsis pulsus aucto calore vt in alijs febribus,
ita etiam in hac necesse est augeatur, fit enim nisi quid prohibeat, maior, celerior, sed pro-
prie in hac febre magis augetur contractio[n] quam dilatatio, cum magis necesse sit fuliginem H
expellere quæ à putredine excitatur, quam temperare vim caloris hausto aere frigidiore;
quamobrem celerior est motus contractionis, quam dilatationis, & breuior externa quies,
quam[o] interna; quod contra accidit in hecticis ac diarijs, à principio autem accessionis, pul
sus fit velox, cum calor contrahatur, sed deinde redditur magnus, neque in intermissione re
uertitur[p] ad naturam suam, etiam si plurimum distet futura accessio vt in tertiana & quarta-
na: præsefert etiam in vno[q] ictu inæqualitatem, cum in medio tardius moueatur, in principio
& fine velocius. Durities vero ipsius pulsus ad nullam febrē[r] proprie attinet, neque etiam ad
hecticam, nisi adsit aut concretio à frigore, aut materia distendens: siccitatem affert inanitas
& febris ardens, aut diuturna, concretionem frigus: distentio ob copiam materiæ maxime
sequitur inflammationes & duros tumores. Eadem ratio est respirationis quæ pulsus, cum
similiter ad refrigerandum, & ad fuliginem expellendam pertineat: quare celerius expel-
litur aer calidus quam attrahatur frigidus, & quies externa similiter breuior est quam in-
terna, horror ac rigor qui similiter ad actiones læsas refertur, tantum his febribus accidit
non

a Supra l. p. c. 6.
b Gal. l. p. de dif. feb. c. 7.
c Gal. l. 14. meth. c. 9.
d Gal. ibi.
e Gal. p. ad Glauc. c. 2.
f Gale. 10. meth. c. 6.
g Gal. p. de dif. feb. c. 7.
h Auic. l. 4. f. p. tr. 2. c. 2.
i Supra l. 2. c. 4.
k Gal. p. de dif. feb. c. 7.
l Gal. 8. meth. c. 7.
m Gal. 10. meth. c. 4. & pri. ad Glauc. c. 2. & p. de dif. feb. c. 7.
n Gal. 3. de præsag. ex puls. c. 2.
o Gal. ibi.
p Gal. p. ad Glauc. c. 2.
q Gal. p. ad Glauc. c. 6.
r Gal. p. de dif. feb. c. 8.

A non tamen omnibus, neque enim apparet [a] in continuis, quare vbi sit, dijudicare possumus febrem sequi humorum putredinem: sed non propterea si absit esse de numero aliarum; eò plures aliæ actionum noxæ superueniunt huic febri, quæ non apparent in alijs, veluti dolor qui nullus sentitur in hectica, at neque etiam in diaria, nisi ab æstu, frigore, aut ebrietate profecta fuerit; superuenire etiam solet his febribus somnus, vigilia, delirium, vertigo, morsus in ore ventriculi, singultus, sitis, anxietas, quæ in alijs minime apparent, & idcirco monstrant, vbi adsint, hanc febrem. Sed transeamus ad alterum genus symptomatum, quod consistit in qualitatibus mutatis. Superuenit febricitantibus ex humorum putredine frigus partium extremarum, nigrities & asperitas linguæ, tumor & durities præcordiorum, quæ neque in diaria, neque in hectica fieri solent. Ex his quæ detruduntur maximam vim habet vrina ad hanc febrem demonstrandam, à principio enim aut cruda est, aut parum cocta, nunquam vero ex [b] toto cocta vt in alijs febribus, ita vt firmam fidem faciat huius, quam demonstrant etiam expulsa, aut retenta, quæ sunt vt plurimum immutata, & sudor quem consequatur ex toto integritas, quemadmodũ vbi diaria febris recedit.

a Gal. de tẽporib. morbi. c. 7. & 2. cris. c. 3. & 6.

b Gal. p. ad Glauc. c. 7.

B

De recognoscendis causis & symptomatibus febrium in humoribus putribus consistentium. *Cap. VII.*



Causæ vero, quæ recognoscendæ sunt in ægrotante, si præteriere pertinent ad præterita, ad quorum cognitionem veniemus vbi præsentia absoluerimus: sin præsentes sint, qua ratione recognoscantur, iam nunc explicandum est: sunt autem præsentes causæ primum putredo, [c] quæ proxime propositam febrem efficit, deinde prohibitus [d] perspiratus, à quo proxime proficiscitur putredo, tum obstructio & astrictio quæ perspiratum prohibent, & tandem humor multus, vel crassus, vel glutinosus obstruens, & frigus ac siccitas astringens; latent omnes hæ causæ sensum, & idcirco coniectura colligi debẽt ex causis vna cum habilitate ægrotantis, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis. Colligitur itaque putredo primum ex causa proxima, quam diximus esse prohibitum perspiratum, ex habilitate corporis ægrotantis, quod diximus esse calidius [e] & humidius, ex his quæ aut prosunt seu exhauriendo vel concoquendo humores putres, seu perspiratum expediendo, aut nocent intercludẽdo exitum humoribus putribus, & calidæ expirationi: ex effectis demum, & proptie ex proposita febre, quam acri & fumoso [f] calore diximus cõtineri, & ex morsu qui in varijs corporis partibus sentitur, ex inæqualitate pulsus, ex his quæ expelluntur putredinem quandam C præseferentibus, vt ex vrina, deiectione, sudore, sanguine vndecunque effluẽte. Prohibitus perspiratus colligitur similiter ex causis, vt ex obstructione vel astrictione, tam internorum cauorum, quam externorum foraminum cutis, ex his quæ vel iuuant remouendo eiusmodi causas, vel nocent easdem augendo: ex effectis, vt ex putredine & sensu caloris præter naturam in intimis partibus ob calidam expirationem retentam. Obstructio indicatur à causa, quæ est humor vel multus, vel [g] crassus, vel glutinosus: ab habilitate ægrotantis, habile enim est ad obstructionem id corpus, cuius angusta sunt vel interna caua, vel externa foramina cutis: ab his quæ prosunt exinaniendo, extenuando, incidendo, detergendo, vel obsunt augendo humores multos, crassos, vel glutinosos: ab effectis vt à prohibito perspiratu cum sẽsu quodam grauitatis. Astrictionis indicia sunt causæ, vt frigus ac siccitas, habilitas corporis egrotantis in quo similiter externa foramina & interna caua angusta sint, quæ iuuant relaxando, aut nocent astringendo, effecta, vt prohibitus perspiratus sine sensu aliquo grauitatis. Causa obstruens, vt humor multus, crassus vel glutinosus, conijcitur ex causis, vt ex esculentis & poculentis similiter multis, crassis & glutinosis, ex habilitate corporis ægrotantis, quod ob frigidiorem temperationem eiusmodi humorem naturaliter contrahat; ex his quæ vel iuuant, quatenus talem humorem corrigũt aut D educunt, vel nocent, quatenus eundem cõtrahunt; ex effectis, hoc est obstructione. Causa astringens siue sit excessus frigoris, siue siccitatis, siue vtriusque simul, deprehenditur ex causis, quæ [h] aut refrigerare, aut siccare, aut vtrunque efficere potuerint: ex habilitate corporis ægrotantis, quod in eiusmodi immoderationem temperationis facile incidat; ex his quæ aut calefaciendo & madefaciendo iuuant, aut nocent refrigerando, & siccando: ex effectis, vt ex astrictione. Symptomata sequuntur, quæ similiter recognoscenda sunt in ægrotante, recognoscũtur autem sensu, ita vt non opus sit argumentis ex quibus conijciantur: id quod patebit, si omnia tria genera percurramus, & primo actiones læsas, mutationem pulsus ac respirationis, dolorem, somnum vigiliam, difficultatem respirandi, morsum in ore ventriculi, sitim, singultum, anxietatem, horrorem, rigorem: omnia enim sub sensum cadunt, sicuti & qualitates corporis præter naturam, veluti [i] frigus partium extremarum, inæqualitas frigoris & caloris in vniuerso corpore, nigrities & asperitas linguæ, tumor & durities præcordiorum. Sensu etiam accipiuntur quæcunque præter naturam aut retinentur, aut expelluntur, vt deiectio, vel retenta vel mutata, vrina, sudor, vomitus, fluxus sanguinis, aut eiusmodi aliud præternaturam.

c Gale. 11. meth. c. 4.

d Gal. ibid. & 11. met. c. 10.

e Galen. 8. meth. c. 7.

f Gal. 1 de dif. feb. c. 7

g Gal. 11. meth. c. 4.

h Gale. de caus. morb. c. 7.

i Supra in c. antec.

De recognoscendis differentiis febrium in humorum putredine consi- stentium. *Cap. VIII.*

SVpersunt ex præsentibus recognoscendis in homine qui laborat febre ab humorum putredine orta, differenriæ quas [a] supra proposuimus, recognoscuntur autem fere omnes sensu, sed colliguntur etiam ex iisdem ex quibus indicatur ipsa febris, vt ex causis, ex iuuantibus & lædentibus, ex effectis assumentibus aliam differẽtiam aperte vel latenter similem, id qnod vberrime docuimus, cum de morborum differentijs in vniuersum recognoscendis locuti [b] sumus: nunc autem valere eandem regulam monstrauimus in differentijs propositæ febris, vnamquamqne seorsum percurrentes. Illæ quæ spectant ad subiectã materiam, hoc est ad corpus ægrotantis, quod pueriles, iuueniles, aut seniles sint, tum viriles, & muliebres, indicantur primo à causis, hoc est ab eiusmodi ætate vel sexu, vel à tẽperatione qua aut ætas aut sexus continetur, tum ab his quæ huic vel illi ętati aut sexui prodesse vel obesse cõsueuerunt, & tandem ab effectis, hoc est à symptomatibus quæ superuenire solent cuiuis ętati ac sexui, quod autem febres congruæ sint vel non congruæ, intelliges ex ipsa habilitate ægrotãtis quæ ad causam refertur, siquidẽ calidioribus corporibus, congruunt ardenriores febres, quę frigidioribus non conueniunt. Deprehenduntur similiter ex habilitate corporis ægrotantis febres magnæ & paruæ ad vires collatæ, quas si quis cognoscat imbecillas, mediocrem febrem iudicabit magnam, eandemque paruam existimabit vbi vires validæ videbuntur. Quo pacto autẽ viriũ robur quale sit petcipiatur, in prognostico docuimus, quod in [c] superioribus libris in vniuersum persequuti sumus. Differentiæ quæ à modo, qno forma in subiecta materia residet depromuntur, vt quod propositæ febres sint stabiles vel instabiles, percipiuntur ex simili differẽria addita, & causis & effectis, quæ vbi stabilia sint, stabilem formã demonstrant, vbi instabilia instabilem: sed cum quæuis ex propositis febribus inęqualis sit, non est quod inquiramus signa per quæ discernantur æquales ab inæqualibus, sed potius discernere oportet eas quæ morbi sunt, ab his quæ symptomata dicuntur, discernentur autem ex causa, hoc est, ex putredine quæ si diffusa sit febrem efficit morbum, si conclusa, quemadmodum in inflammationibus, efficit febrem [d] symptoma. Sumuntur differentiæ pertinentes ad consequentia formam in subiecta materia, & primo à quantitate, quod aliæ febres magnæ sint, aliæ paruæ, ob maiorem vel minorem excessum caloris. Discernuntur autẽ primo ex causis, vt ex purredine, quæ si magna fuerit in humore calido ac multo magnam febrem efficit, ac demonstrat paruam in contrario, effecta etiam, hoc est symptomata, si magna sunt, magnam febrem denunciant, si parua, paruã, quę prosunt etiam magnæ febri auxilia, necesse est magna sint, quæ paruæ non item. A numero depromi diximus differentias, quod febres aut simplices sunt aut multiplices, seu compositæ tantum, seu etiam confusæ: deprehenduntur autem ex simili differentia: nam causæ, iuuantia & lædentia, atque effecta simplicia, simplicem demonstrant, multiplicia multiplicem, compositæ cõpositam, confusę confusam. In motu diximus attẽdi qualitatem & modum; qualitas motus eas suppeditat differentias, quod aliæ febres celeres sunt & idcirco breues, aur etiam acutæ, aliæ tardę & idcirco longę: monstrantur hę differentię primo à causis quę quales efficiunt, tales demonstrant, deinde ab his quę vel tarde vel celeriter prosunt, aut obsunt, & tandem ab effectis, quę celeriter, vel tarde apparent, plurimum autem valent ad celeritatem & tarditatem demõstrandam, quę detruduntur, quę si diu cruda permanent, tarditatem significant, si celeriter mutantur, Ita vt vel concoquantur, vel deteriora fiant monstrant celeritatem. A modo motus sumuntur febrium differentię, quod alię febres carent circuitibus, aliquæ circuitibus distinguuntur, illæ sunt totæ simul, & idcirco colliguntur ex causis, ex iuuantibus & lædẽtibus, ex effectis quæ tota simul sint, hæ partitæ sunt, & certis temporibus redeunt. Quamobrem coniiciũtur ex causis, ex iuuantibus & lædentibus, ex effectis partitis, & non totis simul. Rursus quæ circuitibus distinguuntur, si ordinatæ sunt, ex ijsdem signis colliguntur otdinatis: si inordinatæ, inordinatis.

[a] In hoc li. c.4.

[b] Vidus l. 8. de cur. ge.c. p. pa. pr.

[c] Vidus l. 10. de cur. gen. c. pri. par. p.

[d] Gal. p. ad Glauc. c.3.

F

G

H

Sunt autem ordinatę febres quotidianæ, tertianæ, quartanę, què deprehenduntur ex ijsdem signis, per quotidianos, tertianos, quartanos circuitus redeuntibus, vel eadẽ hora, vel tardius, vel citius prout & febres aut eadem hora reuertuntur, aut anteuertunt, aut tardantur. Eadem signa prout magna, vel à principio, vel processu temporis apparent, ita febrem, vel primo, vel processu temporis vehementem denunciant: eadem prout continua sunt vel intermittunt, ita continentem vel intermittentem febrem demonstrant: tempus prout ad breuitatem vel longitudinem refertur, eas efficit differentias, quod alię febres longę sunt alię breues, sunt autem eędem ac celeres & tardę, & ideo ex ijsdem signis colliguntur paulo [e] superius ostensis, sed complectitur tempus etiam sub se vetustatem, & nouitatem, quę differentię febris colliguntur ex causis & effectis similibus, hoc est nouis ac vetustis. Differentię qnę sumuntur à quatuor temporibus, quod aliæ febres incipiant, aliæ increscant, aliæ vigeant, aliæ remittantur, deprehẽdũtur ex signis habẽtib. in se vim principij, incremẽti, vigoris, aut remissionis, & primo ex causa, hoc

[e] In hoc eodem.

A eſt ex putredine,quæ prout ſuo motu facit,ita etiam demonſtrat principium, incrementum,vi
gorem & remiſſionem iuuantium & lædentium hæc ratio eſt, quod alia aliis temporibus pro-
ſunt aut obſunt:incipientibus morbis inquit Hippocrates [a] ſi quid tibi videtur mouendũ mo- a Hippo.2. apho.29.
ue,in vigore quieſcendum eſt. Quæ igitur ſolent aut prodeſſe,aut obeſſe, hoc vel illo tempore
prout proſunt,vel obſunt,ita ipſum ſignificant. Effecta etiam hoc eſt ſymptomata,prout inci-
piunt,augentur,vigent,remittuntur,ita indicant principium,incremẽtum,vigorem aut remiſ-
ſionem:circa principia & fines ſcribit Hippocrates [b] omnia imbecilliora,in vigore omnia for- b Hipp. 2. aph.30.
tiora:indicantur & quatuor hæc tempora febris ab his quæ expelluntur crudis aut coctis, cru
ditas monſtrat [c] principium,coctio vero vbi manifeſta incipit incrementum,vbi perficitur,vi- c Gal.li. de totius morbi temp. c. 3. et l.2.criſ. c.9.c.10.
gorem,vbi iam perfecta eſt remiſſionem: quo tempore autem maxime perficitur ſymptoma-
ta [d] validiora ſunt,& proprerea febris viget,quod perpetuum eſt in febribus morbis,nam in il
lis quę ſymptomata nominari diximus,cum inflammationis materia paulatim effluit [e] proceſ-
ſu temporis cum perfecte coquitur,quamuis ſymptomata tunc ob feruorem augeantur,mino d Hipp. 2. aph 30.
ra tamen ſunt quam ante, quod longe minor ſit materiæ copia quam ante fuit, nam plus eſt, e Galen. 3. acut. com. vlt.
quod inopia materiæ detrahitur, quam quod adijcitur feruore coctionis: vbi vero materia nõ
effluat paulatim,tunc quando maxime coquitur,maxima etiam ſunt [f] ſymptomata. Eadem
quatuor tempora quæ in tota febre animaduertimus, animaduertũtur in ſingulis circuitibus, f Hippo. 2. aph.47.
B cum ſimiliter incipiant,augeantur,vigeant,remittantur:quibus quatuor temporibus in inter-
mittente febre accedit inæqualitas,& intermiſſio. Deprehenduntur hæc omnia,primo ex cau-
ſis ſimilem differentiam in ſe habentibus,deinde ex his quę proſunt aut obſunt,alia enim aliis
temporibus,vt totius morbi,ita etiam cuiuſlibet circuitus commoda ſunt, vel incommoda.
Somnus exempli gratia,cum incipit acceſſio incommodus [g] eſt,cum remittitur cõmodus: quo g Galen.2. aph.c.1.
nomine demonſtrant illud tempus,cui commoda,vel incommoda eſſe conſueuerunt, ſed ma-
xime deprehenduntur tempora circuituum ex ſymptomatibus,quæ prout incipiũt,augentur;
vigent,remittuntur,intermittunt,inæqualia ſunt, ita monſtrant ſingula hæc tempora ſeu par-
tes circuitus. A cauſis ſuppetere monſtrauimus differentias,& primo ab externis,quod hæ fe-
bres ſunt hyemales,vernæ,æſtiuæ,autumnales:præterea diurnæ, nocturnæ: indicantur autem
primo à cauſis,vt à tali aere,qualis eſſe ſolet his temporibus: ab his quæ tunc obeſſe, aut pro-
deſſe ſolent. Æſtate exempli gratia magis conferunt refrigerantia & madeſacientia, hyeme
extenuantia & incidentia. Ab effectis denique,quæ talia appareant qualia ſolent his tempori
bus apparere. Ob eandem externam cauſam quatenus communis vel propria eſt, febres aliæ
communes ſunt,aliæ propriæ:cognoſcũtur autem ex ſignis communibus vel proprijs;ſiue ſint h Gal.1. de diff.fe.c.4.
cauſæ ſiue effecta,ſiue iuuantia & lædentia. Quod ſi communia ſunt & ſimul praua [h] peſtilen-
C tem febrem denunciant. Cauſa interna ſuppeditat differentias pro qualitate, motu, exitu:
nam pro ſpecie humoris putreſcentis, fiunt diuerſæ ſpecies febrium vt in ſequentibus appare
bit:quæ ſpecies ſi humor purus ſit,dicuntur exquiſitæ,ſi mixtus [i] cum altero ſpuriæ. Colligun i Gal. 2. de dif.fe. c. 8.
tur ſyncetæ & exquiſitæ,ex ſynceris,& exquiſitis cauſis,ex iuuantibus & lædentibus, atque ef
fectis:ſicuti ſpuriæ ac mixtæ ex ſpuriis ac mixtis. Qualitas vero humoris prout cocta vel cruda
eſt,ita efficit febres vel coctas,vel crudas:ad cognoſcendam [l] coctionem vel cruditatem, ſpe-
ctabimus ea quæ expelluntur,& potiſſimum vrinam,quæ cocta,coctam febrem,cruda,crudam
ſignificat,ad qualitatem referuntur & illæ differentiæ,quod febris aut mitis eſt aut praua:de-
monſtratur autem ex ſimili cauſa, quo ſpectant etiam ſymptomata [k] leuiora aut grauiora: k Gal.li.de conſt. ar.c. 18 & l.2. de criſi. c. 13.
quod attinet ad motum aliæ febres turgent, aliæ ſunt quietæ, turgentes deprehenduntur ex
cauſa,quæ varie per corpus [l] mouetur,& non occupat certam ſedem:proſunt his quæ turgent
purgantia [m] medicamenta,quamuis materia cruda ſit. Effecta etiam, vt varietas ſymptoma- l Gal.1.aph. com.22.
tum,& anxietas,demonſtrant turgentem febrem:ſicuti quietam contraria ſigna. Differentiæ
quæ ab exitu vel retentione materiæ ſuppeditantur,vt quod aliæ febres humidæ ſint,aliæ ſic- m Gal.ibi. & 4. apho. 10. & Hip. in cõtextu.
cæ,vel ex ſolis expulſis ac retentis conijciuntur. Si multus exeat ſudor à principio, febris eſt
humida:ſi nullus ſicca. Quod ſi vapor exeat glutinoſus febrem efficit, quæ contage proximos
D contaminat, quod non euenit, vbi non ſit glutinoſus: deprehenduntur hæ differentiæ ſenſu,
quanquam ſi quis nouerit cauſas,poſſunt ex ipſis quoque deprehendi. Reſtant differẽtiæ quæ
ducuntur à ſymptomatibus,vt quod aliæ febres mites ſint,aliæ prauæ,indicantur autem a ſimi
libus tam cauſis quam effectis. A grauiſſimis item ſymptomatibus febres pernicioſæ dicũtur,
ſicuti ſalubres à leuibus, ſed quia dignoſcere ſalubrem vel pernicioſam febrem ſpectat ad fu-
turum,tractabitur à nobis in prognoſtico. Explicatis præſentibus recognoſcendis in ægrotan
te ſequuntur præterita,huiuſmodi ſunt cauſæ quæ præterierunt,referũtur autem ab ægrotan-
te,vel à familiaribus:ſed poſſunt etiam arte conijci ex effectis,quod quo pacto fiat,cum [n] ante
abunde expoſuerimus in tractandis febribus diariis, nunc prætermittentes tranſibimus ad fu n Sup.li. 2. c.6.
turorum præſagitionem.

E

De futuris præsagiendis in febre ab humorum putredine orta, & primum de euentu. *Cap. IX.*



Vtura quæ præsagire oportet, spectant [a] vel ad euentum, vel ad tempus & modum, quæ sunt differentiæ ipsius: duplex autem euentus in proposita febre expectari potest, salus videlicet, & interitus, nam neuter status non potest in hoc morbo vt in quibusdam alijs vsu venire, cum necesse tandem sit hominem aut interire, aut sanari: nequit enim cum hac febre consenescere. Tempus quo expectãdus est euentus, longum & breue esse potest, lateque patet tam longitudo quam breuitas. Via euẽtus varia est, cum aliquando febris hæc subito finiatur, aliquando paulatim; & si subito vel cum pugna, vel sine pugna: cum pugna autem vel educta, vel translata materia quæ febrem accendit. Hęc sunt quæ præuidere oportet: latẽt autem sensum, qui tantum [b] percipit quæ præsentia sunt, quamobrem mente conijci debent: at non potest coniectura duci ab effectis, cum nondum sint: non ab his quæ prosunt aut obsunt, neque enim ei quod non est, aliquid prodesse potest aut obesse: relinquitur ergo vt solis causis conijciantur quæ futura sunt, vt in superioribus [c] libris ostensum est, qua de prognostico in vniuersum: causæ autem rerum futurarum præsentes [d] sunt, & iam ad efficiẽdum aggrediuntur, præseferuntque quam habent vim. Sunt causæ futuri euentus natura [e] & morbus inter se pugnantes, si videatur natura in eo certamine [f] validior, superabit febrem, & erit causa salutis: contra si febris validior appareat, vincet naturam, & interitum afferet. Intueri tamen oportet vt in gestando onere, itineris longitudinẽ, ita in sustinendo morbum, eius [g] diuturnitatem: natura enim quamuis valida videatur, diuturnitate temporis interdum succumbet: quare cum æstimatur naturæ robur, conferturque cum robore morbi, primo perpendere diuturnitatem oportet. Spectemus ante illa indicia à quibus patefiat robur naturæ, deinde transibimus ad ea quæ indicant vim morbi, & proprie febris, quam diximus consistere in humoribus putrescentibus. Naturam [h] intelligimus facultatem gubernantem corpus nostrum, & non modo naturalem, sed etiam vitalem & animalem, quas omnes facultates expedit validas esse in quouis morbo, sed aliæ in alijs magis necessariæ sunt, exempli causa vbi humor ex aspera arteria educendus sit, necessarium est robur facultatis animalis ad arbitrium nostrũ mouentis, quod non ita requiritur in proposita febre, magis enim opus est facultate naturali concoquente, & expellente [i] putrescentes humores. Non cadit sub sensum naturæ robur, sed mente colligitur ex causis, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis. Causæ cur natura valida sit sunt moderata qualitas & quantitas spirituum, [k] humorum, & partium solidarum: sed cum febricitantibus non possint esse hæc moderata, æstimabimus qualia esse naturaliter soleant, nã hoc patefaciet etiam dum homo febricitat, naturæ robur. Videbimus item quantum recedant à naturali statu, siquidem cum paruo recessu seruatur adhuc magnum. Iuuantium & lædẽtium hæc ratio est quod ea quæ parum prodesse solent, si multum prosint: quæ multum obesse, si obsunt parum, magnum monstrant naturæ robur, sin contrario modo se habeant paruum. Effecta in vniuersum siue sint actiones, siue qualitates corporis, siue expulsa & retenta, quanto magis similia sunt naturalibus, tanto maius indicant naturæ robur, quanto magis dissimilia, tanto minus, maxime autem ex actionibus attẽdere naturales oportet & proprie [l] coctionem, quæ vbi adsit, monstrat naturam omnino validam esse & superaturam febrem. Indicant coctionem ea quæ expelluntur, & potissimum vrina cum ex venia [m] emanet, vbi resident humores à quibus subinde putrescentibus hæc febris accẽditur: tanti autem ponderis est si vrina bene cocta perseueret, vt veteres [n] medici cum hac nullum febricitãtem scribant interijsse: sed quia facultas naturalis fouetur à vitali tentare arterias oportet; validus enim earum pulsus validam ostendit facultatem vitalem quæ plurimum cõducit ad naturalem: hactenus de robore naturæ. Morbi, nempe putridæ febris robur colligitur similiter ex causis, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis. Causæ non tantum sunt illæ quæ morbum faciunt, sed etiam differẽtiæ, pro quarum varietate morbus interdum adeo validus est vt naturam superet & interitum afferat: interdum adeo imbecillus vt soluatur & ab ea superetur: Species vero febris humorum putredinem consequentis, ob causam, hoc est, ob humorem putrescẽtem mitiorem vel deteriorem, validior est aut imbecillior. Intueamur primo differentias, deinde causas perpendemus tam externas quã internas, tum iuuantia & lędentia & tandem effecta, ex quibus intelligere possimus robur morbi paruum aut magnum. Ordiamur à differentijs quæ sumũtur à subiecta materia, hoc est à corpore ægrotantis: pertinent autem aut ad vim naturæ quã proxime tractauimus, aut ad tẽperationem ob quam febres congruæ sunt aut non cõgruæ: quæ non sunt congruæ, vt ardentes senibus, [o] validiores sunt ꝙ à validiori causa fiant; quæ cõgruæ imbecilliores. Modo quo forma residet in subiecta materia propositæ febres differunt, quod aliæ stabiles sunt, aliæ facile remouẽtur, & nondũ hærent, constat autem has esse imbecillas, illas vero firmas; quod vero non sequãtur alium morbum, sed dicantur ipsæ morbi, aut existimentur symptomata inflãmationũ, non propterea sunt imbecilliores aut validiores, sed quatenus sequuntur grauiorem vel leuiorem

F

G

H

a Gal. 4. de præsag pulsuum c. 11.
b Ari. 2. de anima & Gale. 1. de loc affe. ab initio.
c Vidus li. 11. de cura. ge. c. 1. par. 1.
d Ga. 1. prognost. co. 3. & 4.
e Galen. de consti. art. c. 18.
f Gal. lib. & 4. de præsa. pulf. c. 11.
g Galen. 3. crif. c. 5.
h Gal. 2. de caus symp. cap. 1.
i Galen. 11. meth. c. 9.
k Gal. li. 10 meth. c. 1.
l Galen. 11 meth. c. 6.
m Gal. 2 3. epid. com. 6. & 4. aph. com. 77. & 3. crif. c. 3.
n Gal. 1. de diebus decretorijs: c. 11.
o Galen. 1. apho. com. 14.

causam,

A causam, hoc est putredinem humorum. Plurimum autem possunt illæ differentiæ quæ sumuntur ab his quæ consequuntur formam in subiecta materia, & primum à quantitate, aliæ enim magnæ sunt, aliæ paruæ; quæ magnæ sunt, præseferunt robur, quæ paruæ imbecillitatem. Numero distant inter se quod aliæ simplices sint, aliæ multiplices; simplices imbecilliores sunt, multiplices validiores, siue tantum compositæ sunt, siue etiam confusæ. In motu animaduerti diximus qualitatem, & modum; qualitas cõsistit in celeritate & tarditate, quo fit vt alię febres celeres sint, & idcirco breues, aliæ tardæ, & idcirco longę; [a] longitudo, vbi par sit magnitudo, febris robur demonstrat, breuitas imbecillitatem; efficiẽs enim causa, quo diuturnior est, plus efficit, & idcirco validior est quam quæ breuior; modo alioquin æquales sint, nam sæpe breuiores morbi vehementiores, ac peracuti sunt deteriores quam lõgi, & idcirco etiam validiores. Ad modum motus pertinet primum, quod aliæ febres totæ simul sunt, aliæ circuitibus distinguuntur; quæ totæ simul sunt, validæ sunt ob assiduitatem, sed non propterea validiores quam illæ quæ circuitibus distinguuntur. Oriuntur enim à sanguine putri, qui mitior [b] est quam ille humor qui febrem cum circuitibus accendit. Differentiæ vero illius febris quæ circuitibus caret quam synocham dicunt, quod aliæ semper augeri videantur, aliæ semper minui, aliæ in eodem statu perseuerare à principio ad finem, validiorem & imbecilliorem febrem denunciãt; validior enim est, quæ semper [c] augeri videtur; imbecillior quæ semper minui; quæ in eodem B statu perseuerat, media est inter vtranque; vbi sint circuitus, si inordinati sunt, imbecilliorem febrem demonstrant, cum ab externa causa, & a prauitate [d] victus proficiscantur; ordinati, validiores sunt, cum causam internam, & stabilem sequantur. Sunt autem circuitus ordinati, quotidiani, tertiani, quartani; robur quod demonstrant & imbecillitas, ad causam refertur, quæ si multa est, vt pituita in quotidiano, mõstrat morbum validum, id quod facit etiam vbi acris sit veluti flaua bilis in tertiano. Quæ autem neque ita multa, neque ita acris est, circuitum imbecilliorem reddit, vt quartanum, humor melancholicus. Possunt autem ordinati circuitus quicunque sint, & eadem hora reuerti, & anteuertere, & tardari; qui eadem hora reuertuntur, validiorem febrem ob magis stabilem [e] causam denunciant, qui vero anteuertunt, ex quadam proprietate, [f] non ex vi incrementi, validiorem febris vim monstrant quam qui tardantur; Ex magnitudine febris statim apparẽte in principio quam paulo post sequatur leuitas, indicatur minus robur febris, quam ex leuitate à principio quam sequatur magnitudo; si autem vt plerisque euenit, paulatim febris augeatur, dein minuatur, non monstrant propterea robur aut imbecillitatem: vbi motus incõstans est; cæteris paribus, febris validior est quam vbi constans; quæ mouentur diebus imparibus imbecilliores sunt quam quæ paribus, quod non tan- C tum proficiscitur à vi dierum, sed etiam ab humore, vt a pituita quæ mouetur diebus paribus, & quia multa crassa & glutinosa validiorem efficit febrem quam flaua bilis quæ diebus imparibus mouetur; quamuis hæc magis ardentem febrem efficiat, & hoc nomine etiam validiorem. Pertinet quoque ad modum motus, quod aliæ febres continuæ sunt, aliæ intermittentes: quæ continuæ, sunt validiores; quæ intermittunt, [g] imbecilliores, ita vt periculo vacent: quæ plus temporis intermittũt, imbecilliores sunt veluti quartana.

Sequuntur differentiæ attinentes ad tempus, ad quod spectat, quod aliæ febres diuturniores sunt, aliæ breuiores, de quibus supra locuti sumus cum egimus de celeritate, & tarditate. Refertur etiam ad tempus, quod febris aut vetusta est aut recens: videtur imbecillior, quę recens est, quod nondum hæreat, vetusta validior quod valde hęreat, & stabilem causam sequatur: nouitas [h] & vetustas per se nihil requirunt. Quatuor vero tempora totius febris, monstrant quando idem morbus sit validior, quando imbecillior: id quod faciunt etiam quatuor tempora totius circuitus, febris enim cum incipit imbecilla est: cum crescit, validior: cum viget validissima: cum minuitur deinde, maxime imbecilla. Circa initia & fines inquit Hippocrates, [i] omnia imbecilliora, in statu omnia validiora: non tamen monstrant qua- D tuor tempora, & totius febris, & cuiuslibet circuitus, robur & imbecillitatem absolute. Supersunt differentiæ quæ sumuntur à causis & ab effectis a quibus per se sumemus etiam indicia; intuebimur primum quo pacto causę tam internæ quam externę; deinde iuuantia & ledentia, postremo effecta, hoc est ipsa symptomata monstrent robur & imbecillitatem febris. Causę aut externę sunt, aut internę; externę quę extrinsecus incidunt vt aer, quę offeruntur, ut cibi & potiones, sub externis comprehendi possunt quęcunque euidentia sunt, veluti quę excernuntur ac retinentur, motus quies, somnus, vigilia, animi tranquillitas; omnia hęc vbi valida sint, febrẽ vt efficiunt, ita etiam demonstrant validam; vbi imbecilla, imbecillam; nõ tamẽ proxime & per se, sed per internam atque abditam causam, hoc est humorum putredinem quam mouent, pręclare enim scriptum est à veteribus [k] medicis, causas euidentes mouere eas quę abditę sunt; quatenus vero externę atque euidentes causę communes sunt vel proprię, nihil faciunt ad significandũ robur aut imbecillitatẽ febris, nisi cum prauitate quadam iungantur, quemadmodum aer putris ac pestilens, sic enim notant magnum febris robur; interna causa est humorum [l] putredo. Potest tam putredo quam humor putrescẽs, & validam, & imbecillã febrem afferre: putredo enim interdũ magna est, interdum parua: quæ magna est, magnam febrem indicat, paruam quæ parua, veluti cum humores sunt [m] semi putres. Differũt etiam inter se hu-

a Hippo. 2. aph. 25.
b Gal. 2. de de differ. feb. c. 9.
c Hippo. 2. apho. 43.
d Gal 2. de diff. febr. c. 11.
e Hipp. l. 2. aph. 30.
g Gal. li. 1. de cris. c. 3.
g Hippo. 4. aph 43.
h Galen. 4. meth. ca. 5.
i Hip. 2. apho. 30.
k Galen. 1. de ca. puls. c. 1.
l Gal. 11. meth. c. 4.
m Gal. l de dif. fe ca. 6. & l. art. medic c 89.

se humores putrescentes, specie, quantitate, qualitate, motu, exitu, pro quorum varietate effi- E
ciunt ac denunciant febrem nunc validam, nunc imbecillam. Species quidem humorum refer
tur ad qualitatem, alijs enim præditi sunt qualitatibus tam primis quam secundis aliæ humo-
rum species, quamobrem de specie paulo post agemus cum qualitatem perpendemus. Miscen
tur interdum inter se humores[a] & efficiunt febres spurias, interdum synceri sunt & faciunt ex
quisitas; synceri validiorem febrem afferunt quam mixti, propterea quod qualitas quæ in syn-
ceris exedit mixtura contrarij humoris non remittitur, quo nomine Hippocrates[b] malum es-
se ait, cum ex corpore syncerum aliquod educitur, notat enim humores à quo morbus profici-
scitur syncerum esse: expedit autem magis esse mixtum, cum (vt diximus) sic remittatur eius
vis à contrario; non tamen expedit vitiosos plures humorē separatos eodem tempore in ęgro
tante versati, qui multiplicem morbum efficiāt; eiusmodi enim validior est, & maiori negocio
aufertur. Sed si humor vnus duntaxat morbum excitet, expedit tunc mixtum esse magis quam
syncerum; quamuis vbi simul plures humores putrescant validior[c] ea ratione interdum febris
sit, quia iidem difficilius concoquuntur. Illud tamen obliuisci non oportet quod sanguis qui
maxime naturæ conuenit, minus nocet cum putrescit vbi syncerus est, quam vbi miscetur cum
alio humore, veluti cum flaua bile; quantitas putrescentis humoris vbi maior est validiorē red
dit febrem, vbi parua imbecilliorē quicunque ille humor sit: sequuntur enim validiores causas
effecta validiora: qualitas consistit & in primis & in secundis qualitatibus, quod attinet ad pri F
mas, quo humor calidior est, eo maiorem febrem & validiorem accendit, quo frigidior, eo im-
becilliorem. Siccitas humoris reddit acriorem calorem, & propterea validiorem febrem, sed
humida qualitas magis est obnoxia putredini, quæ maior effecta validiorem ipsa quoque red-
dit febrem: ex secundis qualitatibus crassitudo[d] humorum cum difficilius superetur quam te-
nuitas maius propterea robur demonstrat, verum humores non tantum qualitate nocent, sed
interdum etiam tota[e] substantia pugnant cum natura nostra, quod vbi accidit vires addunt
morbo quem efficiunt, si humor qui febrem accendit moueatur & non occupet certam se-
dem efficit[f] turgentem quæ longe validior est quam quieta, nam præterquam quod potest
quæ mouetur materia occupare præcipuam aliquam partem & interitum afferre, non ita fa-
cile concoquitur sicuti quæ quiescit quamuis facilius expellatur. Retinetur materia ex to-
to interdum in febribus ita vt siccæ sint, interdum a principio incipit euidenter effluere ita
vt sint humidæ, vtræque validæ sunt, admodum humidæ propter copiam materiæ, val-
de siccæ propter crassitudinem atque exitum interclusum, præstat autem neque omni-
no humidam esse febrem neque omnino siccam, sic enim imbecillior est & facile superatur,
quod attinet ad vapores expirantes si glutinosi sint, quemadmodum in febre illa quæ conta-
gione proximos contaminat, robur demōstrat, quod non euenit vbi non sint glutinosi. Hoc pa G
cto igitur colligitur robur, & imbecillitas febris. Accedunt iuuantia & lædentia, quæ similiter
possunt vim febris significare: vbi ea quæ plurimum iuuare solent, aut parum iuuent, aut etiam
noceant, quemadmodum de somno tradidit Hippocrates[g] malum est, morbus enim tunc vi-
detur naturam superare, quod si ea quæ parum lædere solent valde noceant, monstrant simili-
ter robur febris validum: lædit ægrotantem præcipue ipsa febris; quæ cum facile toleratur, im
becillior est: cum ægrum maxime vexat, ita vt vix eam ferre possit, valida est, & naturam vin-
cit. Vxor Dromedai quam describit Hippocrates,[h] non facile morbum ferebat, sexto autem
die interijt. Heropytus qui similiter non facile morbum sustinebat, sed alioquin validus erat,
centesimo tandem die sanatus ab Hippocrate[i] commemoratur. Effecta restant, hoc est sym-
ptomata, quæ maxime demonstrant qualis sit febris, valida ne an imbecilla: nam vt in superio
ribus[k] libris ostensum est, vbi prognosticum tractauimus in vniuersum, symptomata quanto
plura & grauiora sunt, tanto validiorem morbum denunciant; quanto pauciora & leuiora, tan
to imbecilliorem: proprie autem cum læduntur actiones illæ quæ magis necessariæ ad vitam
sunt, maius robur febris denunciant, quam vbi offenduntur aliæ quæ minus necessariæ sunt: il-
læ actiones quæ proxime proficiscuntur à parte præcipua, vt à corde, a iecinore, vbi grauiter lę
dantur, validam esse febrem significant. Animales actiones, aut ad præcipuas facultates atti- H
nent, vt ad intelligentiam, rationem & memoriam: aut ad sensum: aut ad motum volūtarium.
Vbi grauiter lædatur intelligentia, atque imaginum comprehensio, vt in his qui floccos[l] car-
punt; & festucas legunt, necesse est cerebrum male affectum sit, & idcirco febrem esse validam
cum læditur ratio, minus graue delirium est cum[m] risu, quam serio: minus item cum cerebrum
alijs partibus ægrotantibus[n] congruit quam cum per se ægrotat: vbi læditur memoria, siqui-
dem grauiter,[o] extingui calorem in cerebro denunciat, & propterea febrem validam. Sensus
vero, aut communis est, aut proprius: ad sensum[p] communem pertinet somnus & uigilia, quæ
ubi modum ualde excedant,[q] malum: immoderata enim uigilia ab immoderato calore ac sic-
citate cerebri ꝓficiscitur, sicuti immoderatus somnus ab immoderato frigore & humore eius-
dem; quamobrem necesse est tunc febrem esse ualidam, siue ferueat calor in cerebro, siue etiā
extinguatur. Sensus proprii, siue ablati, siue grauiter læsi, grauem febrem denūciāt, prę sertim
illi qui prope cerebrum resident, vt visus & auditus; quare grauissimum signum est tam cęci-
tas quam surditas[r] superueniens. Ad sensum tactus refertur dolor, qui vbi vehemens sit circa

vea-

a Gal. 2. de dif feb. c. 8
b Hipp. 2. prog. c. de sputo.
c Gal. 1. de cris. c. 11.
d Gale. de const. ar. c. 16.
e Gal. 3. 3. ep. com. 77
f Galen. 1. ap. com. 22
g Hipp. 2. aph. 1 & 3. 3. ep. 76.
h Hip. 3. 1 epi. 28.
i Hipp. 33. ep 80.
k Vid. l. 10. de cur. ge. c. 5. par. 1.
l Hip. & G. 1. prog 23.
m Hipp & G. 6. aph. com. 33.
n Gal. 1. pr. com. 8
o Galen. 2. pror. cō 30
p Gal. 1. de cau sym. c. 8.
q Hipp. 2. aph 3.
r Hippo. 1. pror. 32.

A ventriculum, vt docuit Hippocrates [a] in febre, malum est; malum etiã si statim dolor cesset manente adhuc causa. Motus voluntarius si in toto corpore auferatur, quemadmodum in attonitis, febris aut perniciosa est, aut sanatu difficilis; minus graue est vbi motus minuatur dũtaxat. Vbi deprauetur motus voluntarius, superueniatque neruorum distentio ob febris calorem exsiccantem, significatur febris validissima; quod si homo sustinere [b] membra non potest, neque iacere cruribus paulum reductis, sed subinde ad pedes delabitur, febrem adeo validam demõstrat, vt labefactet facultatem ad arbitrium mouentem; quæ si non ita desideratur [c] valida in proposita febre vt coctrix, est tamen necessaria propter respirationẽ, quæ in morbis acutis vbi secundum [d] naturam fiat imbecillam febrem denunciat, vbi auferatur, minuatur, deprauetur, grauem, præsertim si auferatur, malus est & anhelitus subsistẽs; grauis etiam est difficultas magna spirandi, anhelitus magnus & rarus, notat [e] delirium, si exeat frigidus, extinctionem [f] caloris. Ad vitalem facultatem spectat animæ defectio & læsio pulsus; docet autem Hippocrates [g] eos repente mori quibus sine causa manifesta magna & frequens accidat animæ defectio. Pulsus vero, magnum febris robur demonstrat, non solum vbi valde præter naturam augetur, sed multo magis vbi valde minuitur, ita vt fiat rarus, tardus, vel etiam intermittens; notat enim extinctionem [h] caloris innati. Ad facultates naturales, referuntur quatuor ministræ, attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix, quæ sunt ad alendum necessariæ; quibus accedit etiam appetitio
B cibi & potionis vt fames, & sitis. Vbi appetitio cibi vehementer augeatur, notat frigus ventriculi, [i] magnum, quod deinde sequitur animæ defectio; vbi auferatur, nisi homo fortis sit, conetur que omnibus modis cibum sumere, vires deficiunt, vt sæpe in pestilentia [k] vsu venit. Sitis vehemens ardentem febrem denunciat, sed si præter rationem [l] subito cesset, notat extinctionẽ caloris innati. Attractio & retentio, quanto grauius læduntur, tanto validiorem febrem ostendunt, coctio, sicuti cum perficitur denunciat [m] naturæ victoriam, ita cum corrumpitur morbũ validiorem significat; quæ autem aufertur indicat morbum non superari à natura; hæ læsiones deprehenduntur ex his quæ excernuntur, potissimum ex vrina, quæ paulo post subijciemus. Expulsio vbi auferatur ex toto, aut extinctionem sensus & caloris significat, aut calorẽ valde vrẽtem aut exsiccantem, quod non fit sine magno febris robore. Ad expulsionem pertinet rigor, qui si in febribus intermittẽtibus principio accessionum fiat, bonus est; quibus enim quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur inquit [n] Hippocrates; idem si superueniat continuis, & potissimum [o] ardentibus, monstrat magnum naturæ robur, quæ deinde per sudorem expellit bilem, à quo eiusmodi febris proficiscitur; vbi non sequatur sudor aut non incalescat post rigorem homo, aut adsit virium imbecillitas, [p] obliuio, stupor, deprauatio oculorum malum; notat enim febris robur à quo natura superatur, quamuis tẽtet pugnare; malum autem si sexto [q] die
C superueniat rigor, quoniam eiusmodi motus non est ordinatus, sed irritatur natura ante tempus, id quod febrem validam denunciat. In secũdo genere symptomatum sunt ea quæ præter naturam apparent mutata in corpore nostro, siue vni, siue pluribus sensibus; quo magis autem recedent à statu naturali, eo validiorem febrem indicant; ordiamur ab his quæ sub aspectum cadunt, colores cutis [t] monstrant quales sint subiecti humores qui febrem accendunt, prout autem vel boni sunt vel praui, ita imbecillitatem, vel robur febris denunciant, qui suffusa bile atquati fiunt ante septimum [f] diem, his natura ob validam morbi vim cogitur intempestiue trãsferre ad partes externas ea quæ lædunt internas, sed si tales reddantur post [t] septimum diem, natura superat morbum. Color niger [u] innati caloris extinctionem denunciat; extinguitur autem, vel à causa vrente, & tunc præcedit [x] color viridis, vel refrigerante, & præcedit liuor; vtrouis modo maximum febris robur demonstratur, interdum nigrescunt externæ partes humore melancholico ad ipsas transmisso, quod vbi tempestiue [y] fiat, magis est opus naturæ quam symptoma, & maius demonstrat robur naturæ quam morbi. Sub auditum cadit vox & [z] crepitus ex intestinis editus; notat vox mutata delirium, vbi non mutetur vitio instrumẽtorum & facultatis mouentis, idem notat & crepitus vbi non edatur ad sedandum dolorem: at delirium (ut
D in superioribus ostensum est) cum læso cerebro sequatur, significat magnum esse febris robur. Quod spectat ad odoratum, fætor ex corpore febricitantis exhalans, magnæ putredinis [a] est indicium, & ideo ualidam febrem demonstrat. Gustu percipitur qualis sit saliua aut sudor à frõte destillans in eos, repræsentat sapor humoris redundantis speciem, [b] & propterea qualis sit febris causa, ex qua robur uel imbecillitatem colligi supra demonstrauimus. Tactu deprehenduntur & primæ qualitates, & quædam etiam ex secundis: præstat æqualiter totum corpus calidum esse, ut docuit Hippocrates [c] ualidus æstus circa uentriculum in febre continua malum, mõstrat enim focum febris in principali parte residere; malum & frigus [d] extremarum partiũ, quoniam significat internarum inflammationem quæ cucurbitulæ modo attrahat ad se spiritum & sanguinem. Inequalitas etiam frigoris & caloris per uniuersum corpus, mala, cum nequeat morbus à natura superari: malum etiam si frigus sit in aliqua parte, ueluti in [e] uesica, notat enim illam emortuam esse.

Humor & siccitas ex mollitie & duritie percipiuntur, quæ sunt secundæ qualitates: expedit uniuersum corpus [f] molle esse, malum est si præcordia dura sint, duros enim tumores denunciant: sed, longe deterius si totum corpus reddatur durum; summum enim frigus denũciat

&

a Hippo. 4 aph 65.
b Hippo. 1. prog. 14. & 15.
c Gal. 11. met. c 9.
d Hippo. 1. prog. 25.
e Hippo. 1. prog. 24.
f Hip. ibid.
g Hip. 2. ap. 41.
g Gal. 1. de caus. pul. c. 6.
h Gal. de arte medi. c. 63.
i Hi. & Ga. 3. 3. ep. 58.
K Hippo 2. pror. 22.
l Hipp. 2. 1. ep 45.
m Hipp. 4. ap. 63.
n Hippo. 4. aph 58.
o Hi. 4. ap. 46.
p Hi. 4. ap. 29.
q Gal. 1. ap. com. 2.
r Hip. & G. 4. aph. t. cõ. 62.
f Hip. 4. ap. 64.
t Hippo. 1. prog. 7.
u Galen. 1. cril. c 13.
x Hipp. & Gal. 2. pro. t. com. 9.
y Hippo. 2. prog. 24.
z Gal. 8. meth. c. 7.
a Gale. 10. sim c. de sudore.
b H p. 2 prog. 56. & tex. 5.
c Hi. 7. ap. 1. & 2. pro. 4. & Gal. dictis com.
d Hippo. 2. pror. cõ. 16
e Hi. 2. pro. 5. & 56.

A potest vsque ad quadragesimum diem, quamuis finiatur. 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 20. & tandem vsque
ad 40. prædicere autem oportet quo tempore; & non solum longo ne an breui, sed etiam quo-
ta die euentus sit futurus, præsertim vbi debeat esse subito: modus enim, ad quem iam pergi-
mus varius est, cum euentus aut [a] paulatim fiat, aut subito: & si subito, vel cum pugna, vel sine a Galen. 3. crif. c. 1.
pugna, vbi cũ pugna fiat, vel educitur ex corpore materia faciens febrẽ, vel transfertur ad ali b Gal. 1. pr. com. 19.
quam partem, vel subito coquitur, quemadmodum in infantibus [b] per longum somnum. Vbi
paulatim sequatur euentus, bonus quidem fit per coctionem materiæ, malus per tabem.

Quadruplex autem proponitur euentus ab Hippocrate, [c] ad salutem, ad interitum, ad c Hipp. 3. 1. ep 6.
melius ad deterius spectãs: potest quilibet & paulatim sequi & subito: qui subito sequitur, vel
ad salutem, vel ad melius, spectet, necesse est fiat cum pugna quam sequatur eductio materiæ,
vel abscessus aut longus somnus cum valida coctione, quemadmodum infantibus. Mutatio ad
deterius spectans vel ad interitum, potest similiter subito sequi, vel paulatim: si subito sequa-
tur, potest fieri vel cum pugna, & simul cũ eductione aut abscessu, vel sine pugna; quod homo,
vel [d] initio accessionis multa materia cruda strãguletur, vel a vi symptomatũ i incremẽto aut d Galen. 3. crif. c. 9.
vigore accessionis obruatur, vel cũ remittitur accessio, deficiant vires exhalantes vna cũ calo
re. Mutatio quæ fit paulatim, vt ante dictum est, si salubris sit, per coctionem sequitur: si perni-
B ciosa, per tabem. Ex propositis mutationibus videre oportet quo tempore febris quæuis acci
dere possit, vt intelligamus quod tempus sit prædicendum. Illa mutatio, quæ optima est, subi- e Galen. 3. crif. c. 10.
ta scilicet ad salutem, fit cum materia cocta [e] est, & idcireo in fine vigoris: quæ vero ante hoc
tempus fit, si multum distet, deterior, quam si parum. Mutatio ad melius fit paulo ante perfe-
ctam coctionem: sed mutatio ad deterius multo ante, veluti in incremento, nã non potest esse
principiũ vbi est mutatio vel ad deterius, vel ad interitũ, sed vtraqua necessatio erit aut in in-
cremẽto, aut in vigore, nõ in remissione, quia [f] cũ natura tũc superauerit febrem, non põt neq; f Galen. 3. crif. c. 9.
mori homo, neque deterior fieri; quæ aũt fit subita mutatio sine pugna ad interitum, vel in in-
cremento, vel in vigore totius febris accedit, nunquam in principio aut in remissione [g] totius g Gal ibid.
febris: quamuis sequi possit in principio, aut in remissione vnius accessionis, quemadmodũ
paulo supra ostensum fuit. Expositis mutationibus seu modis euentus, illi qui subito fiunt &
cum pugna, crisis [h] nomen apud græcos inuenerunt; quod vocabulum transtulerunt vulgares h Ga. 1. crif. c. 20.
ab his [i] qui coram iudice, capite damnandi iudicium timent, ad ægrotantes, cum maxime agi i Gal 2. crif. c. 2.
tantur pugnante natura cum morbo. Medicus autem [k] ab Hippocrate edoctus, non timet val
de mala quæ præter rationem eueniunt: definitur ergo crisis, subita mutatio cum pugna, sed k Hi. 2. aph 27.
C quæ ad salutem spectat, dicitur simpliciter [l] crisis sine adiectione, quæ ad interitum crisis ma- l Ga. 1. crif. 2.
la: quæ ad melius, crisis bona imperfecta: quæ ad deterius crisis mala imperfecta. Est autem
opus naturæ pugnantis cum materia faciente morbum, quæ prout uincit, aut uincitur, uel ex
toto, uel ex parte diuersas efficit mutationes subiectas cum pugna, quæcunque uero uel sine
pugna fiunt, uel paulatim, non appellantur nomine crisis.

Dies autem crisimi, sunt quibus fiunt crises, hoc est eiusmodi mutationes subitæ cũ pugna:
quorum uim in superioribus [m] libris fusius explicatam paucis nũc repetere oportet, ut ea per m Gale. 2. crif. c. 2.
specta, possimus uenari signa non solum temporis, sed ẽt diei quo futurus euentus expectatur.
Dies pro spacio accipitur xxiiij. horarũ: [n] non oẽs autem dicuntur crisimi, quamuis omnibus n Gal. 1. de die. dec. c. 3
possit fieri crisis, hoc est subita mutatio cum pugna, sed illi duntaxat in quibus ea fieri frequen
ter [o] solet, & bona. Comprobatur dierum crisimorum uis experimẽto, & ratione, quemadmo- o Ga. & H. 2. aph. 24.
dum in superioribus [p] libris monstrauimus, ubi soluimus argumenta eorum qui eiusmodi dies p Gal. ibi.
tollebant: ibi etiam internas species ipsos distribuimus, est cum aliqui iudicent, aliqui in-
dicent, aliqui intercidant: iudicantes dicuntur quando illi in quibus fit eiusmodi mutatio quẽ
admodum 7. & 14. indicantes sunt illi a quibus indicatur subita mutatio futura, 4. dies indicat
mutationem futuram in primo septenario, 11. in 14. & ita deinceps, quartus dies præcedens se- q Ga ib. c. 9
D ptimum, semper eius [q] index est. Sequuntur autem motum [r] lunæ hæ mutationes, quæ septimo r Gal. 1. de die. crit. c. 4
quoque die insignem accipit luminis mutationem, sed in medio spacio monstratur quod futu
rum est: dies uero intercidentes non sunt ex numero indicantium, sed habentur in iudicanti-
bus, cumque non sequantur lunæ motum, sed fiant a natura [s] coacta, uel ob uim accessionis, uel s Gal. ibi.
ob errorem aliquem, dicuntur intercidentes: intercidũt autem ante diem 20. cum ualidior est
accessio: huiusmodi est 3. 5. 9. sed post 14. cum non numerentur dies integri 17. est index [t] 20. & t Gal. 2. de die. crit. c. 2
non 18. vigesimi primi. Similiter uigesimus quartus, est index 27. trigesimus, trigesimi quarti:
trigesimus septimus quadragesimi. Dignissimus inter dies iudicantes est septimus, tum deci-
mus quartus, postea uigesimus: deterrimus omnium est sextus, sæuoque tyranno similis, ut se-
ptimus optimo principi: est sextus dies in intercidentibus, quo die febris terminari ad interi-
tum solet. Sexti diei nullus ex toto prauitatẽ imitatur, octauo tamen, & decimo die fieri etiam
mutationes prauæ solent: post quadragesimum soluitur uis dierum crisimorum, & longe im-
becillior redditur: fiunt autem mutationes subitæ cum pugna, non septimo, sed uigesimo quo
que die, ut sexagesimo, uel octuagesimo, uel centesimo, & uigesimo.

His ita constitutis, transeundum est ad signa quæ differentias futuri euentus patefa-
ciant: & primo tempus, deinde modum. Demonstrantur differentiæ ab ijsdem signis, a

quibus demonstratur euentus, sed assumentibus differentiam similem, siue aperte siue implicite, ostendimus [a] autem euentum demonstrari à causis, à robore videlicet maiore vel minore naturæ & morbi; eædem causæ assumentes differentias longitudinis, aut breuitatis, patefacient nobis differentias temporis longi aut breuis. Proficiscitur longitudo & breuitas temporis (vt in superioribus ostensum est) a celeritate & tarditate motus, quamobrem robur naturæ & morbi, prout præditum est vi mouendi celeriter aut tarde, ita etiam vi longitudinis & breuitatis temporis, siue superare natura debeat, siue morbum sequetur euentus post breue tempus si illi insit vis celeritatis: post longum, si tarditatis: causæ enim hoc pacto monstrant effectum. Constat autem efficientem vim, eo celerius efficere, quo validior [b] fuerit, eo tardius quo minus valida: vteruis effectus sequatur, siue bonus, siue malus, debet aut natura, aut morbus superare, & ideo validior esse: sed huiusmodi excessus roboris magnus & paruus esse potest: si magnus sit, celeriter & post breue tempus sequetur euentus; si paruus, tarde & post longum. Sed roget quis ex quibus cognoscatur maius vel minus robur naturæ vel morbi, cui respondendum est, ex ijsdem signis ex quibus supra diximus [c] indicari robur ipsorum, monstrari etiam maiorem vel minorem excessum eiusmodi roboris. Depromebantur ea signa à causis, à iuuantibus, ab effectis; causam roboris naturæ posuimus bonam temperationem, ad quam refertur: ætas ea quanto melior fuerit, & magis moderata, tanto validiorem naturam demonstrat. Causam roboris morbi monstrauimus esse, non tantum species, sed etiam differentias: vbi plures concurrant & magnæ differentiæ indicantes robur morbi, denunciabunt ipsum maius. Causæ etiam morbi, prout validiores, vel imbecilliores sunt, maius, vel minus robur patefaciunt: sunt tamen quædam causæ morbum efficientes, præditæ vi celeritatis & tarditatis, quemadmodum humores; nam flaua bilis celeriter mouetur, pituita tarde. Iuuantia & lædentia quanto magis id habent, per quod demonstrari diximus morbi vel naturæ robur, tanto maius ipsum denunciant. Effecta quæ naturalibus similia sunt, denunciant naturam validiorem; quæ dissimilia, [d] morbum; verum maior similitudo maius naturæ robur ostendit, sicut maior dissimilitudo, maius morbi robur. Illa autem signa quæ post apparent posita ab Hippocrate [e] consistunt in his quæ excernuntur; quanto celerius apparent signa coctionis, tanto validiorem & celeriorem esse indicant naturam. Quod si pro coctione prauitas appareat, tanto maiorem vim morbi & celeriorem significat; vtraque autem & coctio & prauitas, si tarde appareat [f] imbecilliorem vim, & tardiorem motum naturæ vel morbi denunciant; ex his colligi potest longum vel breue tempus futuri euentus; sed quo die futurus sit, ex quibus indicijs colligatur nunc videndum superest. Colligetur autem primo ex [g] die indice, deinde ex die quo fit accessio, vt pari vel impari; ex celeritate motus, & tandem ex erroribus si qui accidant; sequitur enim euentus & subita mutatio cum pugna vbi indicetur a die indice, proxime die iudicante, potissimum si in eo fit accessio; nam maxime fit in die accessionis; vel ante diem iudicantem vbi motus celerior fit, vel post diem iudicantem vbi tardior. Dies quartus [h] (vt in superioribus ostensum est) index est septimi; vndecimus decimi quarti; & decimus septimus vigesimi; apparent in die indice signa coctionis aut signa prauitatis, vel grauia quædam symptomata quæ monstrant euentum futurum in primo die indicante; à quarto indicatur septimus, si euentus futurus sit salubris; sin [i] perniciosus, sextus. Error si accidat, efficit vt bonus euẽtus tardetur, malus anteuertat; sed magis aut minus, prout maior vel minor fuerit [k] error. Instans iam euentus, & mutatio subita cum pugna, cognoscitur ex grauitate symptomatum superuenientium nocte [l] præcedente diem quo futurus est euentus, aut die [m] præcedente noctem qua similiter idem futurus est; plerunque autem deteriori parte accessionis fit subita mutatio, præsertim illa quæ spectat ad interitum; hic enim vt in superioribus ostensum est, principio accessionis sequitur cum homo strangulatur à multa materia [n] cruda; in incremento vel vigore, cum obruitur vi symptomatum; in remissione, cum debilis calor [o] exhalat & vna vires deficiunt. Modus quo euentus in febre siue salubris siue perniciosus sequi potest, varius [p] est; cum & subito accidat, & paulatim, præterea cum pugna, & sine pugna; tum effusa, vel ad alias partes translata materia quæ febrem accendit. Quicunque futurus sit, diximus esse præsagiendum, & vt maior comparetur auctoritas arti, & ne auertatur natura ab opere suo. Intelligetur modus futuri [q] euentus ex signis demonstrantibus euentum, assumentibus tamen differentiam modi, si non aperte, saltem latenter similẽ. Significari euentum monstrauimus à causis, hoc est à natura & morbo: si subito futurus sit, inest tam naturæ quam morbo vis subitæ mutationis: si paulatim sequi debeat inest ijsdem cõtraria vis. Videre igitur oportet, qualis natura, & qualis morbus habeat vim vtriusque mutationis, & subitæ, & lentæ. Natura quo validior, est, eo magis subitam efficit mutationem [r]: quo imbecillior eo magis lentam. Consistit robur naturæ in ipsa temperie moderata ad quam refertur ætas; iunioribus fit mutatio subita; senioribus paulatim. Morbus itidem [s] validus habet vim subitæ mutationis; imbecillus lentæ; auget morbi robur, magnitudo, prauitas, & celeritas, quæ differentiæ vbi concurrant, fit subita mutatio; ex cõtrario lenta ubi morbus contrarijs differentijs distinguatur. Ad celeritatem motus refertur breuitas temporis, sicut ad tarditatem lõgitudo. Non fit subita mutatio aut raro in morbis post quadragesimum [t] diem; sed maxime usq; ad uigesimum; quanquam

non

- a In hoc li. c. 1.
- b Arist. li. 5. de gen. ani. c. 7. & 6. li. phys. to. 14.
- c In hoc li. c. 9.
- d Hip. 1. pr. tex. 5.
- e Hi. 1. aph. 12. & 2. 1. epi. 45.
- f Hippoc. 1. aph. 12.
- g Gal. lib. 3 cri. c. 4.
- h Hippo. 2. aph. 24.
- i Gal. 1. de dieb. crit. c. 4.
- k Gale. 1. de dieb. crit. c. 11.
- l Hippoc. 2 aph. 13.
- m Galen. 3. cris. c. 2.
- n Galen. 3. cris. c. 9.
- o Ibidem.
- p Galen. 3. cris. c. 7.
- q Gal. 4. de præsc. puls. c. 11.
- r Galen. 3. cris. c. 10.
- s Gal. ibid.
- t Ga. li. 1. de dieb. crit. c. 10.

A non raro fit a vigesimo ad quadragesimum. Causæ etiam quæ febrem faciunt, ipsæ quoque vim afferunt subitæ vel lentæ mutationis; aer calidus, siue ob regionem, siue ob præsentem cœli constitutionem, ad subitam mutationem confert, sicut frigidus ad eam quæ fit paulatim. Eadem ratio est causæ internæ; humor a calidus & tenuis, subitam excitat mutationem, vt flaua bilis, crassus & frigidus, lentam vt pituita, & humor melancholicus. Symptomata illa grauia, quæ superuenire solent vbi maxime natura pugnat cum morbo, mutationem subitam denunciant, absunt enim illa vbi hæc paulatim fiat; hoc pacto igitur deprehendere licet modum futuri euentus, paulatim vel subito; verum distinguere oportet eum qui subito fit an cum pugna sequi debeat, an sine; vbi subitus euentus ad salutem spectat, semper fit cum pugna; vbi ad interitum, potest etiam fieri, b sine pugna. Discernes vtro modo expectandus sit, ex signis monstrantibus euentum ex natura videlicet, & morbo vim habenribus pugnandi vel non pugnandi; cum natura valde imbecilla c est, nō audet pugnare cum morbo qui grauissimus sit; quamobrem expectandus est interitus sine pugna; veluti in principio accessionis, vbi materia d cruda est; aut in incremento & vigore, vbi grauissima sunt symptomata; aut in remissione vbi calor imbecillus vna cum e viribus totus exhalat. Quod si natura validior fuerit non tamen ita vt non superetur a morbo, audet pugnare cum eo, sequiturque tunc interitus cum pugna: vbi fit subita mutatio cum pugna potest ad salutem fieri per longum f somnū,

B per exitum humoris noxii ex corpore, per abscessum. Si euentus futurus sit perniciosus, necesse est sequatur subitam mutationem cum pugna vel expulsio materiæ, vel abscessus. Declarantur hi g modi, somnus, expulsio, abscessus, similiter a signis monstrantibus, a natura videlicet & morbo præditis vi huius vel illius modi. Somnum duorum dierum in subita mutatione cum pugna sequitur coctio, & propterea salus, si natura & morbus habiles fuerint ad eiusmodi somnum, & coctionem; habiles sunt natura infantes h ad coctionem & somnum longū præsertim hyeme i & vere: habilis est ad eadem febris orta ab humoribus semiputribus, concoqui enim illi possunt longiori somno; quod non eueniret si ex toto essent putres. At debeat ne febris quæ non finitur per somnum, finiri per expulsionem, an per abscessum, intelliges itidem ex natura & morbo, hac vel illa vi præditis: natura validior qualis esse in iuuentute solet, magis materiam expellit, quam efficiat abscessum; pulsus vehemens & sublimis notat vim concoctricem, & propterea expultricem validam, & idcirco expulsionem, non abscessum; quem efficit materia si non ex toto cruda, certe non cocta; quamobrem febris quæ a materia frigida & crassa orta est, per abscessum terminatur, & vrina multa crassa significat abscessum inquit Hippocrates k præsertim si vires fuerint imbecilliores. Illa vero febris quam affert materia calida & tenuis l per expulsionem terminatur, præsertim vbi celer sit motus: nam vbi tar-

C dus, magis fit abscessus. Ex symptomatibus rigor m monstrat naturam tentare expulsionem, quamobrem in tertianis & quartanis vbi validi rigores n fiunt, effunditur noxius humor ex corpore, non transfertur ad alias partes neque facit abscessum. Potest tam expulsio quam abscessus varie fieri, quo vero pacto expectari debeat, nunc exponendum superest: sumemus initium ab expulsione. Expellitur humor febrem accendens varie, nam aliis effluit sanguis ex naribus, ex vtero, ex venis ani: aliis mouetur vomitus: aliis deiectio: aliis vrina, aliis sudor. Quid horum sequiturum sit, prædices spectans ad naturam o & morbum, ex quibus vt colligitur euentus, ita etiam modus. Sanguinem ex naribus fluxurum expectabis, vbi multo sanguine natura redundet, quemadmodum adolescentibus & iuuenibus vsque ad trigesimum quintum annum, siue maribus, siue fœminis inquit Hippoc. Ad naturam p refertur tempus anni: verno q enim tempore ob copiam sanguinis, æstiuo ob acrimoniam, magis accidit sanguinis fluxus ex naribus, per quem maxime terminatur morbus ille qui proficiscitur a sanguine multo, vel acri: quemadmodum febris synocha, & ardens: tunc autem potissimum expectabitur, cum materia morbum faciens ad superiores partes feretur: indicant hoc præcordia r contracta, difficultas anhelitus, grauitas pulsus, & palpitatio capitis: splendor oculorum: rubur genarum & faciei; lachrymæ præter voluntatem fluentes. Admotio autem frequens manus ad nares iam instantem hunc fluxum sanguinis ex naribus denunciat. Ex vte-

D ro etiam effluens sanguis finit aliquando febrem: hunc s significat natura, vt mulierum a decimoquarto ad quadragesimum quartum annum, quibus abunde menstrua respondere consueuerint, & quæ plurimo redundēt sanguine, aut etiam acriori, morbus autem qui mēstruorū fluxu facile terminatur, est ille idem quem diximus finiri per sāguinem ex narib. nēpe qui oritur à multo vel acri sanguine, quēadmodū synocha & ardens febris. Quod si materia febrē faciēs deorsū feratur, ita vt mulieres sentiant grauitatem lūbotū, multo magis hac via finiēdā febrē iudicabis. Venis ēt in ano sanguinem fundentibus quibusdam febris finitur, quod rarius accidit, coniiciturque similiter ex natura & morbo vim habente eiusmodi fluxus: natura nō omnium idonea est ad ipsum, sed paucorum, & eorum duntaxat, quibus siue maribus, siue fœminis, cōsueuerint certis temporibus venæ ani sanguinem fundere: nam in aliis, non magis expectari debet, quam fluxus menstruorum in viris: maxime aūt accidere solet ætate cōllāte, & cū atra bilis plurima t redūdat. Inspicies ēt morbū, qui si a melancholico u sanguine proficiscatur, eiusmodi fluxu facile terminari poterit: melancholia, vel affectus renum, si cum febre iun-

a Ga. 2. cri. c. 11.
b Ga. 3 cris. c. 10.
c Gal. ibid.
d Ga. 3. cri. c. 9.
e ibid.
f Galen. 2. pror. cō. 29.
g Galen. 3. cris. c. 11.
h Galen. 2. pror. cō. 29
i Hi. 1. aph. 15.
k Hi. 4. aph. 74.
l Ga. 3. cris. c. 11.
m Gal. ibi.
n H. & Ga. 1. 6. ep. cō. 11.
o Gal. 4. de præs. pul. c. 11.
p Hi 3. p3. 11. & 33.
q Hi. 3. aph. 20.
r Ga. 3. cris. c. 11.
s Hippo 3. prog. 1. 50. & 51. & G. in com.
t Hi. 6 aph. 11
u Hi 6 aph. 11.

gantur, significant hunc fluxum, præsertim vbi materia morbum faciens deorsum feratur, sentiaturque circa lumbos grauitas. E Vomitu sæpe finiuntur febres: monstrant hunc natura hominis facile [a] vomentis, cuiuc fuerit vomitus vsitatus; huc spectat bilis multitudo, biliosi enim succi facile euomuntur; quamobrem Hippocrates [b] iubet vt æstate homines vomitu purgemus. Morbus etiam si fuerit biliosus, veluti tertiana febris, facile vomitu purgatur: quamobrem biliosis magis prædicendus est futurus vomitus quam pituitosis: quanquam ob facilitatem vomendi pituitosæ febres quibusdam vomitu soluantur. Quod si materia sursum feratur, multo magis futurum vomitum indicabit: tunc autem superueniet morsus [c] in ore ventriculi, nausea, frigus & contractio præcordiorum, dolor totius capitis cum quodam morsu, vertigo, tenebræ oculis offundentur. Deiectionem futuram monstrat natura idonea: quidam enim ab alui profluuio maxime capiuntur, quemadmodum balbi, [d] in quibus expectare deiectionem oportet, præsertim si redundent pituita, aut humore melancholico, qui humores deijciantur magis quã euomantur: quod si febris ab ipsis proficiscatur, magis deiectionẽ expectabimus præsertim vbi contineantur in caua [e] parte iecinoris, aut in primis venis: vbi sentiantur ilia suspensa, murmurantia, materia vitiosa tendit ad intestina & deiectionẽ monstrat, præsertim si retineatur [f] vrina. Contra si retineatur deiectio, monstratur copia vrinæ fluxura qua febris terminabitur, præsertim si natura & morbus habiles fuerint ad eiusmodi expulsionem; his quibus natura vrinæ canales laxiores fuerint, quiue consueuerint facile & large vrinam reddere, expectanda est vrinæ copia, præsertim si morbus à biliosis succis & tenuibus oriatur, aut si aquosus humor cum vitiosis succis plurimum admixtus sit; F quanquam interdum etiam pituitosi & crassiores succi cũ vrina expelluntur. Plurimum etiam confert ad vrinæ copiam demonstrandam, grauitas, & dolor circa vesicam. Restat sudor quo sæpe finiuntur febres, præsertim vbi homo secundum naturã facile sudet; quod euenit his quibus redundant tenues succi, & foramina cutis parefacta [g] sunt, nam vbi illi crassi fuerint & hæc clausa, non est quod sudorem expectes. Febres si lõgę fuerint, cũ proficiscantur ab humoribus crassis, non ita terminantur per sudorem, sicut acutæ quæ a tenuibus oriuntur: quanquam interdum pituitosæ febres sudore finiuntur, sed multo sæpius quartanæ, quod melancholicus humor concoquatur & extenuetur: quod si materia feratur ad cutim educitur per sudorem. Iudicat eiusmodi motum rigor [h] superueniens tam intermittentibus, quam continuis febribus; præterea exitus vaporum cum rubore cutis.

a Galen. 3. cris. c. 11.
b Hipp. 4. aph. 4.
c Gale. 1. ad Glau. c. 15. & 3. cris. c. 11.
d Hippo. 6. aph. 32.
e Galen. 3. cris. ca. 3. & Hippocr. 4. aph. 73.
f Hippo. 4. aphor. vlt. & Gale. 3. cris. c. 11.
g Gal. 3. de caus. symp. c. 2.
h Galen. 4. aph. 58.

Abscessus varius sequi potest subitam mutationem cum pugna: humor enim qui febrem accendit interdum transfertur ad cutem, in qua colorem mutat quemadmodum in arquatis, vel pustulas excitat: interdum ad glandulas quæ iuxta aures sunt, aut sub alis, aut in inguinibus: interdum ad articulos, qui [i] cũ laxiores sint, & moueantur, facile admittunt quod aliunde transfertur, sicut & glandulæ quia laxiores [k] sunt, & cutis quia facta est imbecilla à natura, & solũ G modo ad tegendum, non ad aliud munus obeundum: prædicere autem oportet non solum futurum abscessum, vbi natura media sit inter validam & imbecillam, media item materia morbi inter crudam & coctam; sed qui abscessus proprie futurus sit, colligere oportet ex natura & morbo vim habente huius vel illius abscessus. Communiter quidem omnibus tam cutis quam glandulæ & articuli, facile admittunt quod aliunde transfertur: sed proprie alijs imbecilliores sunt articuli, alijs glandulæ, alijs cutis, quæ quibusdã mollis est & rara: expectandus est abscessus in eo loco qui maxime imbecillus sit, & potissimum consueuerit accipere quod superat in partibus nobilioribus. Demonstrat etiam morbus locum abscessus, tum genere humoris vitiosi, tum loco in quo versatur: genere quidem humor tenuis facile ad cutim transmittitur, crassior ad glandulas [l] & ad articulos inferiores, minus crassus ad superiores glandulas. Quod attinet ad locum, si materia vitiosa diffusa sit per habitum corporis, facile transfertur ad cutem; si contineatur in cerebro, ad glandulas post aures: si in thorace, ad eas quæ sunt sub alis: si in ventre, ad eas quæ in inguinibus, aut ad inferiores articulos. Plurimum etiam confert ad præsagitionem huius vel illius abscessus, Intueri quo feratur impetus humoris; mutatur enim color & intumescit locus ad quem vergit; vbi etiam morbus diuturnior [m] sit, & tardius moueatur, magis fit abscessus in partibus inferioribus, sed ante vigesimum diem in superioribus. H

i Hippo. 3. aph. 44.
k Gal. 2. de diff. feb. ca. vlt.
l Hippo. & Ga. 3. prog. 10 com. 23.
m Gal. ibi. & 3. lib. de cris. c. vlt.

Præter differentiam temporis & modi euentus, operæprecium est etiam præsagire num euentus qui fit, aut iam factus est, futurus sit stabilis; nam interdum sequitur [n] recidiua salutem, aut mutationem ad melius. Comparabit auctoritatem arti huius differentiæ prædictio, & securitatem homini, qui vbi non timeatur recidiua liberius viuet, vbi timeatur magis se continebit & magis exquisita ratione viuendi vtetur. Colligetur hæc differentia stabilitatis & recidiuæ ex natura & morbo. Natura validior qualis est adolescentium, & eorum qui moderata temperatione continentur, stabilitatem efficit. In ea quæ imbecilla est, magis timeri debet recidiua. Morbi qui ab humoribus tenuibus & calidis proficiscatur, euentus stabilis est, contra timenda recidiua in eo quem excitauerunt crassi ac frigidi succi. Monstrant etiam iuuantia & lædentia stabilitatem vel recidiuam, nam vbi subita mutatio cum pugna plurimum contulerit & facile feratur, denunciat stabilem futurum euentũ, vbi minus [o] toleretur, aut non ita prosit, recidiuam timere oportet. Postremo ex effectis naturæ & morbi colligitur stabilitas vel recidiua: si eiusmodi naturæ motus fuerit in diebus crisimis a præcedente indice indicatus,

n Gal. 1. de dieb. crit. c. 3.
o Galen. 1. aph cõ. 20.

speranda

A fperanda eſt ſtabilitas euētus: vbi neque in die [a] criſimo ſequatur euentus, neque antea fuerit indicatus a die indice, timenda eſt recidiua: magis tamen vbi ſequatur abſceſſus quam vbi materia vitioſa ex corpore educatur: magis item vbi materia pauca quam vbi multa transferatur aut educatur; quæ enim relinquuntur in corpore noxia [b] recidiuam facere conſueuerunt. Indicat relictam materiam eſſe in corpore, ſitis, ſaſtidiū, aut aliud eiuſmodi ſymptoma remanens in ægrotante: non difficile eſt igitur coniicere quando ſperare ſtabilitatem debeamus, & quando timere recidiuam: ineſt enim vis ſtabilitatis aut recidiuæ tam naturæ quam morbi, quam demonſtrant cauſæ, iuuantia & lædentia, atque effecta, quemadmodum docuimus. Quæ cognoſcenda erant in vniuerſum de febre ab humorum putredine orta, habeant hunc terminum.

a Hi. 4. aph. 36 & 3. ſpg. 9. & 22.
b Hi. 2. aph. 12.

VIDI VIDII

DE FEBRIBVS.

B

SIVE DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber Quartus:

Qui eſt de Ratione curandi febres ab humorum putredine ortas.

De operibus, & inſtrumentis, in vniuerſum requiſitis ad curandam febrem in humorum putredine conſiſtentem. *Cap. I.*

C



Xpoſitis his quæ cognoſcenda erāt in vniuerſum, de febre in humoribus putribus conſiſtente, proximum eſt vt ad rationem curādi aggrediamur: cōtinetur hæc operibus & inſtrumētis, quæ primo inueſtigabimus vna cū animaduerſionibus ad rectum ipſorum vſum requiſitis: deinde ſeorſum tractabimus vnumquodque. Opera quæ in curanda febre propoſita requirūtur, varia ſunt, prout & illa a quibus ſumuntur: verſantur. n. in homine febricitāte tria præter naturam, morbus, cauſa, & ſymptomata: quæ [c] cōtrariis operibus tollere oportet: quibus accedūt, res [d] ſecundum naturam, vt vires, & temperatio corporis, quæ conſeruandæ ſunt opere ſimili: neque enim maneret vita, niſi defenderetur, neque reſtitueretur vera ſanitas, niſi naturalis tēperatio ſeruaretur: poſtulant igitur vires, & naturalis temperatio, conſeruationem per opera ſimilia: ſicut & res præter naturam, febres, cauſæ, ſymptomata, curationem per [e] contraria. Sed cum animaduertendæ ſint etiam differentiæ rerum, cuiuſmodi ſunt plurimæ [l] llæ, illas in febribus ab humorum putredine profectis inueſtigauimus: habenda quoque eſt illarum ratio. Similē autem deſiderant differentiā in opere quod requiritur: ſiue ſimilitudo aperta ſit, ſiue im-
D plicita: ſed cum multæ ſint res præter naturam, præſtat venari quę opera ab vnaquaq; requirātur: ſumpto initio a morbo: hic cum ſit febris, & propterea calor ad igneū vergens, refrigerātibus [f] eget, & madefaciētibus: quod ſupra [g] cum de curatione febrium communiter egimus, cōmune eſſe diximus omnium febrium. Duplex igitur eſt opus, quod ipſa febris poſtulat, vt refrigeremus ſcilicet, & madeſaciamus. Sed cū ea quæ in humoribus putribus conſiſtit, adhuc [h] fiat, neq; ſit ex toto facta, neceſſe eſt quoque proximam cauſam adimere, quam diximus eſſe humorum [i] putredinē. Opus ꝙ a putredine requiritur duplex eſſe debet, prout humores qui febrem accendunt, vel ſemiputres [k] ſunt, vel ex toto putruerunt: qui ſemiputres ſunt, aut coctione corrigendi ſunt, aut educēdi ex corpore: qui ex toto putruerunt, omnino neceſſe eſt educātur. At putredo, cū aſſidue fiat, neq; ſolum facta ſit, non tantum curāda eſt, [l] ſed etiam propulſanda ne amplius fiat, id quod ſuccedet remota cauſa proxima, quam diximus eſſe prohibitū perſpiratū: hūc igitur remouere oportet ne putredinem efficiat: remouebitur [m] autem ablata cauſa, quam oſtendimus eſſe obſtructionem vel adſtrictionem: auferuntur hæ ſublatis cauſis. Obſtructio quidem ſi humoribus multis occurramus per detrahentia, craſſis per extenuātia, glutinoſis, per incidentia & detergētia: adſtrictio vero, ſi vtamur relaxātibus. multa igitur ſunt opera

c Gal. l. 11. meth. c. 12.
d Gal. li. 9. meth. c. 14. & c. 15.
e Gal. li. 11. meth. c. 12.
f Gal li. 10. meth. c. 10.
g Sup. l. 2. c. 7.
h Gal. l. 11. meth. c. 2.
i Gal. lib. 11. meth. c. 4.
k Gal. de arte me. c. 89. & 1 acutor. com. 18.
l Gal. 11. meth. c. 10.
m Gal. l 11. meth. ca 4. & c. 10.

quæ a causa febris & proxima & remota requiruntur. Symptomata etiam, plurima superue- E
niunt huic febri, quæ quamuis cessent, vbi hæc remoueatur vna cum causa, sæpe tamẽ interea
a Gale. 12. meth. ca. 1. & 1. ad Glauc. c. 14.
adeo molesta [a] sunt, vt cogamur ea lenire; leniuntur autem contrario [b] opere, vt vigilia, per ea
quæ somnum faciunt; alui profluuium, per adstringentia. Differẽtiæ rerum a quibus opera de-
siderantur, similem vt diximus differentiam postulant in opere requisito; illæ enim differẽtiæ,
b Gal. l. 11. meth. c. 12.
quas supra animaduertimus in his febribus, similem desiderant differentiam in opere requisi-
to, siue similitudo expressa sit, siue implicita, vt in sequentibus patefiet. Ex operibus & differẽ-
tiis ad hanc curationem requisitis, vbi inter se conferantur, alia eadem inuenientur, alia dissi-
c Gale. 10. meth. c. 1.
milia, alia etiam contraria; vbi eadem requirantur, non est cunctandum [c] ea efficere, cum nihil
sit quod repugnet; vbi diuersa sint quæ requiruntur, aut opera aut differentiæ operum, si pos-
d Ga. 3. meth. c. 9.
sunt omnes simul fieri: effici debent; si non licet eodem tempore plura efficere, primum efficiẽ
dum est id, quod a re [d] magis vrgente requiritur, deinde id, quod debet esse causa reliquorum
quæ efficienda sunt; tum id, sine quo nequeunt cætera effici. At vbi quæ indicantur contraria
sunt, inspicere oportet an vnum aliquod ex ipsis præter cætera maxime desideret, an plura æ-
e Gal. 1. ad Glauc. c. 19 & l. 11. met. c. 9.
qualiter, an vnam magis quam alia, non tamen ita vt ipsa [e] non magnopere requirantur; id
quod præter cætera, maxime desideratur, solum efficiendum est, cæteris omissis; quæ æquali-
ter requiruntur, æqualiter facienda sunt; quæ magis requiruntur, magis efficienda; magis au-
f Gal. 8. meth. c. 9. & l. 11. meth. c. 3.
tem requiruntur, quæ a pluribus [f] rebus, & maiorem vim habentibus desiderãtur; neque enim F
solum oportet inspicere numerum, sed etiam vim requirentium; consistit vis non solum in ma
gnitudine, sed etiam in qualitate requirentium. Dignissimæ [g] sunt vires quibus vita cõtinetur,
g Gale. 11. meth. c. 3.
quamobrem eo primum spectare oportet vt conseruentur, neque media, aut detractione hu-
morum vtẽdum est, ubi sint imbecillæ; sed magis refectione [h] per cibum & potionem. Sympto-
h Gal. 9. meth. c. 13.
mata vbi grauia sunt, & vires conuellant, aut nimis molesta [i] sint, rapiunt consilium curantis,
& quod magna sint & quod referantur ad vires, quæ dignissimæ sunt; quod si morbum, hoc est
i Ga. 12. meth. cap. 1.
febrem, cum causa conferamus, siquidem pares sint, præstat remouere causam, qua remota si-
mul remouebitur & febris; sed si febris sit ardens, qualis est quæ a flaua bile putrescente pro-
ficiscitur, superat magnitudo caloris magnitudinem causæ, ita vt magis incumbendum sit in
ea quæ refrigerant, & madefaciunt, quam in ea quæ tollunt putredinem aut putredinis causã.
Opera quæ proposuimus, satisfaciunt rebus requirentibus; sed differentiæ operum debent sa
tisfacere differentiis rerum a quibus requiruntur. Attenditur in operibus facultas, per quam
aut conseruetur quod secundum naturam est, aut tollatur quod præter naturam: sed attendũ
tur in operibus etiam differentiæ, & veluti animaduersiones quædam, per quas satisfaciunt [k]
k Vid. li. 3. de cur. gen. c. 4. par. 1.
differentiis rerum requirentium; non sunt autem animaduersiones quæ in operibus attendun
tur, quot differentiæ rerum a quibus opera desiderantur; cum eadem animaduersio interdum G
pluribus respondeat; rediguntur omnes ad qualitatem, quantitatem, numerum, tempus, locũ,
modum, ordinem, quas obseruare oportet vbi statuerimus opus aliquod efficiendum esse; re-
l Gal. 5. de tu. val. c. 2. & 10.
spondere [l] debent animaduersiones operum similibus differentiis rerum requirentium, vt qua
litas qualitati, quantitas quantitati, numerus numero, tempus tempori, locus, loco, modus mo
m Ari. li. 2. de par. ani ca. 4.
do, ordo ordini. Instrumenta necessaria sunt cuilibet facultati, siue a natura, siue ab arte profi-
ciscatur ad opera [m] efficienda; quamobrem medicus, vt efficiat quæ requiri diximus ad cura-
tionem propositæ febris, necesse est vtatur instrumentis ea facultate præditis, vt possint requi
situm opus efficere, vt autem opus non tantum debet respondere requirenti, sed etiam diffe-
n Vid. l. 14. de cur. gen. ca. 5. par. 1. & G. de cõst. ar. c. 14.
rentijs per animaduersiones iam dictas, ita instrumenta [n] non tantum debent opus perficere
quod desideratur, sed respondere etiam animaduersionibus dictis; id quod facient, si eædem
in ipsis attendentur quæ dictę sunt in operibus, vtraque enim materia sunt auxiliorum; efficiũ
tur autem auxilia per animaduersiones propositas, vt per qualitatem, quantitatem, numerum,
locum, modum, tempus, ordinem: sed satis de operibus & instrumentis attinẽtibus ad febrem
ex humorum putredine ortam in vniuersum locuti sumus: nũc superest vt videamus a quibus
proprie instrumentis perficiatur vnumquodque opus, atque hoc pacto simul cũ opere vim in-
strumenti perpendemus; vbi vero idem aptabitur pluribus operibus, semel rãtũ tractabitur, H
vbi agetur de eo opere cui maxime cõuenit, sed simul ẽt omnis eius facultas explicabitur per
quã possit aliis operibus satisfacere, ne ad idẽ instrumentum sæpius redeundũ sit, ordiemur a
viribus conseruandis, quibus maxime aptatur ratio victus, quam simul cũ cõseruatione viriũ
persequemur: nam de temperatione agemus cum veniemus ad instrumenta refrigerantia, &
madefacientia febrem.

De conseruatione virium, & ratione victus in febre ab humorum putredine orta. *Cap. II.*

o Galen. 9. met. c. 13.
p Ga. 11. m. c. 1. & ca. 3.

Ires in quibus [o] vita consistit, tam sanis quam ægris conseruandæ sunt: nam ubi defi
ciant, neq; defendere amplius sanitatem oportet, neque morbũ sanare, cum homo
intereat. Continentur vires moderata [p] qualitate & quãtitate partium ex quibus
constamus, spirituum videlicet, humorum, & partium solidarum; quamobrem
confer-

A conseruaotur, vbi eiusmodi moderatio qualitatis & quantitatis retineatur: retinetur auté vbi assidue reficitur id quod absumitur, remittiturque qualitatis excessus, neque aliquod adhibetur remedium, quod qualitatis, vel quantitatis immoderationem afferat: ergo vires vt conseruentur, postulant ea a quibus temperetur substantia & qualitas; repudiant ea a quibus exhauriantur, vt inediam, venæ sectionem, purgationem: quæ instrumenta quo pacto repudientur a viribus, declarabimus cum ad ea veniemus: nũc insistemus in illis quæ a viribus proprie requiruntur. Vt remittatur qualitas caloris, requiritur, aer, qui per os, & nares [a] fertur ad pulmonem & cor: frigidior enim est quam qui in his partibus continetur, & idcirco temperat caloris excessum. Substantia vero qua vires retinentur, quo pacto reficiatur, nunc videndũ est. Sed quia continetur spiritibus, humoribus, & partibus solidis, in quibus consistit substantia nostri corporis: necesse est reficiantur [b] similibus, vt spiritus aere, humores potionibus, solida partes cibis: quanquam potione reficiuntur etiam spiritus & partes solidæ, sicuti cibis spiritus & humores, ostendere igitur oportet quales debeant esse aer, cibus & potio ad vires conseruãdas. Sed quia sub victu continentur, præstat simul etiam explicare reliquas res, quę sub eodem comprehenduntur, cum & ipsæ nonnihil ad conseruandas vires pertineant, & omnes etiam accommodentur ad alia opera quæ ad curandam propositam febrem desiderãtur. Complectitur [c] ratio victus, ea quæ quotidiana sunt & vsitata cũ homo sanus est: sunt autem sex res quas nominãt [d]
B nõ naturales, aer nimirum, cibus & potio, somnus & vigilia, motus & quies, animi perturbatio & tranquillitas, ea quæ expelluntur ac retinentur: quæ omnia seorsum persequemur exorsi ab aere. Aer vt proxime monstrauimus ad vires conseruandas pertinet duplici nomine, & quod substantia reficiat spiritus, & quod qualitate temperet immoderationem caloris: quamobré eligi debet substantia pura, & qualitas moderate frigida dum homo sanus est: dum febricitat, accommodatur aer, non solum ad conseruandas vires, sed etiam ad summouendam [e] febrem: idoneum enim est auxilium, cum assidue feratur ad cor, vbi maxime residet febris: talem igitur eligere oportet, qualis satisfaciat operi quod desideratur a febre, hoc est refrigeret, & madefaciat: neque solum eligatur moderate frigidus, sed adeo vt queat excessum caloris temperare: quod si non habetur talis, paretur [f] arte in cubiculo aliquo frigidiore, vbi frigidæ stirpes sternantur: perfundatur aqua frigida, prohibeatur hominum frequentia, quemadmodum docuimus [g] qua de curatione febris in vniuersum: sed cum in ea quæ oritur ab humorum putredine, præcipue periculum sit ne retineatur calida expiratio, si ab aere frigido claudantur foramina cutis, danda opera est vt reliquæ partes [h] capite excepto tegantur; sic enim percipietur vtilitas frigidi aeris citra omnem noxam; hoc pacto accommodatur, & ad conseruadas vires, & curandam febrem, neque necessariæ sunt animaduersiones omnes quas in multis instrumẽtis ob
C seruamus, tantum talis est substantia & qualitas eligenda ipsius aeris, qualis perficere possit, quæ tradidimus ab eo desiderari. Cibus requiritur a viribus, vt reficiatur quod assidue [i] absumitur, & potissimum substantia solida, [k] tam in homine sano, quam in ægrotante: sed cum homo sanus est, nihil est quod cibum repudiet, ita vt tuto dari possit: cũ ægrotat potest quod præter naturam est cibum repudiare, id quod euenit in ea febre quam nunc tractamus ab humorũ putredine profectam: causa enim continens, inediam [l] postulat & cibum reijcit, si quidem humor qui putrescit, partim concoqui, partim educi a natura debet; quæ si occupetur in cibo, ab vtroque munere auertetur: sed cum cibus simul & requiratur à viribus, & reijciatur a causa febris, hoc est ab humorum putredine, videndum est, vt in pugnantibus operibus ante demonstrauimus, vtrum plus possit id quod requirit cibum, an id quod postulat inediam: si æqualiter possint, medium quodammodo tenere oportet, inter cibum & inediam, quod fiet minuendo quantitatem: [m] si plus possit vnum quam alterum: vbi excessus magnus sit, solum in id incumbẽdum est, quod maioris est momenti, & ita vel solum adhibenda est inedia propter causam morbi, vel solum dandus est cibus propter vires, si non ita magnus est excessus, & dari cibus debet, & adhiberi inedia: sed magis in his spectandum ad id quod plus potest. Vires vbi imbecillæ sunt, non tolerant inediam, quamuis requiratur à causa morbi: sunt autem dignissimę, [n] cum in
D illis consistat vita: quare tunc etiam si morbi causa maxime inediam desideret, cibo reficiendæ sunt. Si vires sint validæ tolerant inediam: quod si parua fuerit febris causa inediam pollulans, siue vires validæ sint, siue imbecillæ, non est quod inedia vtaris, sed dare cibum oportet quem vires postulant. At cum in alimento sit vis medicamenti teste Hippocrat. [o] cibus requiri à morbo potest vt medicamẽtum, veluti frigidus & humidus [p] à febre. Cum datur cibus plura animaduertenda sunt, vt qualitas, quantitas, modus, tempus, ordo, quæ sunt veluti differentiæ ipsius, quas oportet respondere differentijs eorum quæ requirunt aut tolerant cibum. Quãtitas vt ab hac ordiamur, tanta esse debet, quanta requiritur à viribus & toleratur à causa febris. Vires quo maiores fuerint, eo plus cibi desiderant, non tantum in homine sano, sed etiã in febricitante: quo minores, eo contentæ sunt pauciore cibo. Causa febris hoc est humorum putredo, quo maior fuerit, eo magis vt requirit inediam, ita reiicit maiorem cibi copiam: quo minor fuerit, minorem desiderat inediam, & idcirco plus cibi admittit. Minor cibi copia loco inediæ est: si vires ualeant, ferre poterunt minorem cibi copiam qua sustineri nõ possent, si imbecilliores essent: quare, ut in dando cibũ, ita etiã in quantitate imperãda, si morbi causa ualidior

a Gal. l. 10. meth. c. 7. & 8.
b Gal. l. 11. m. ca. 3.
c Ga. de ra. va. ad Thra. c. o. 35.
d Galen. de art. med c. 85.
e Ga. 10. m. c. 7. 8.
f Gal. ibid. & l. 9 met. cap. 14.
g Supra l. 1. c. 8.
h Gal. l. 10. met. c. 8.
i Gal. 1 de s. val. c. 1.
k Gale. 11. met. c. 3.
l Gale. 1. ad Glauc. c. 10. & Hipp. 7. aph. 79.
m Gal. ibi.
n Gale. l. 11. met. c. 3. & 9. met. c. 13
o Hippo. & Gal. 1. acu. 18. & Gal. 3. de temp. a.
p Hipp. 1. aph. 16.

dior sit, ad ipsam magis spectandum est, modo vires ferre possint, vt inediam, ita paucitatem ci
bi ab ea requisitam: quod eueniet, vbi validiores erunt, nam vbi infirmiores conuellerentur: E
spectare autem oportet, non tantum quales sint vires præsentes, sed quales a futuræ sint in vi-
gore febris; qui si multum distet, plus cibi dandum est, cum non possint tandiu vires sustineri:
sed si celeriter expectetur, poterunt vires pauciori cibo seruari vsque ad vigorem, neque inte
rea deficient; quamobrem obseruatio futuri vigoris necessaria ad quantitatem cibi imperan-
dam, ad vires refertur, si non ad præsentes certe ad futuras; cum febris peracuta est, ob breui-
tatem tẽporis sufficit b sola potio, velut in illis quæ quarto die finiendæ sunt aut cremore ptis
sanæ, veluti in his quæ septimo; sed si acuta sit & terminari debeat decimo quarto, dabitur ma
ior cibi copia, & tota ptissana, c quæ magis vires reficit quam cremor. In febribus longioribus
opus est pleniori d victu, sed vbi vires imbecilliores sint, etiam in acutis febribus, alere vberius
hominem oportet, vt vires sustineantur, ad quas referuntur regio, tẽpus anni, præsens cæli sta-
tus, ætas, pituitosa vel biliosa temperatio, consuetudo sumendi plures vel pauciores cibos; cũ-
cta enim eatenus maiorem vel minorem copiam cibi dandam esse demonstrant, quatenus vi-
res reddunt validiores, vel imbecilliores. Qualitas cibi pro substantia etiam accipitur, nam cũ
medici ostendunt quales cibi conueniant, intelligunt qui cibi, & ita vsurpant qualitatis nomẽ
ad substantiam simul & qualitatem notandam; homini igitur qui laborat febre ab humorum
putredine orta, illi cibi conueniunt, qui aptantur viribus, & admittuntur à febre simul & putre F
dine. Quod attinet ad substantiam, debet cibus qui sumitur esse boni succi, & idoneus e qui fa
cile concoquatur ac distribuatur; eiusmod substantia vt requiritur à viribus ita etiam fertur à
febre ac putredine, modo cibum non recusent; id tamen cauere oportet, ne ille cibus sumatur
qui quamuis alioquin boni succi sit, & coctu ac distributu facilis, plurimum alimenti suppedi-
tat, quemadmodum caro suilla, quam Petronas f Medicus febricitantibus non prohibebat; sed
hoc refertur magis ad alimenti quantitatem. Qualitas vero, si proprie accipiatur, & non pro
substantia, siue ex primis sit, vt calor, humor, frigus, siccitas; siue ex secundis, vt mollities, duri-
ties, crassitudo, tenuitas similis esse g debet viribus hoc est substantiæ nostræ qua vires contineñ
tur, talis enim requiritur ad eam reficiendam; sed videndũ an toleretur à morbo & causa. Mor
bus mediam, ac moderatam qualitatem tolerat; similem reijcit à qua augetur; contrariã desi-
derat h tanquam medicamentum: eadem ratio est causæ, putres enim humores simili qualitate
augentur, contraria dissipantur, aut corriguntur, vbi qualitas eadẽ a viribus, a morbo, a causa
desideretur, audacter accipienda est; sed si quod desideratur ab vno, repudietur ab altero; ve-
luti calor & siccitas, quæ interdum desideratur a viribus, sed repudiatur a febre; veluti etiã fri
gus quod requiritur i à febre, sed reijcitur a causa febris, & putredinis, k vt a prohibito perspi
ratu. Conuenit igitur tunc spectare ad id quod magis vrget, vt ad vires, aut ad morbum, aut ad G
causam, alijs non neglectis; quod si reperire liceat aliquẽ cibum, qui his omnib. aptetur, eo ma
xime vtẽdum est, quemadmodum ptissana hordeacea, quam Hippocrates l mirum in modum
probat in morbis acutis: refrigerat enim & madefacit; sine asperitate detergit; nõ obstruit aut
adstringit: quare accommodatur & ad vires sustinendas, & ad febrem & ad causam. Pro cre-
more ptissanæ, licet cremorem auenæ sumere, aut panem elotum, vel decoctum ex aqua: tũ ex
oleribus cucurbitam, lactucam. Pepones madefaciunt & modice refrigerant, & detergunt, sed
vertuntur m in bilem & perturbant ventriculum. Arborum fructus æstiui ac dulces modice gu
stari possunt, nam large sumpti nocent, sed modice gustati madefaciunt, refrigerant, & nauseæ
aduersantur: mala vero vt punica, & cotonea adstringunt, prohibent perspiratum, & putredi-
nem augent: quamobrem non debent dari nisi vbi pugnandum n est contra alui profluuiũ; aut
contra aliquem affectum in ore ventriculi: vbi febris diuturnior est, utiliter etiam petuntur ci
bi ab animalibus, ut pisces saxatiles, oua o sorbilia, testes gallorum, alæ gallinarum, pedes suil-
li. Recentiores contundunt carnem gallinarum, & ex iusculo dilutam potui dant febricitanti-
bus; nonnulli exprimũt succum ex carne assa, uel auium uel quadrupedum, quem similiter dãt
potui: alij utũtur iure in quo elixus tabuerit pullus gallinaceus: maxime autẽ ad rem pertinet
quo cibo magis delectetur æger, nã Hippocrate p autore, etiam si paulo deterior fuerit, eligẽ H
dus est. Non est autem quod cibos refrigeres niue aut aqua, quia diutius manent in uisceribus
& canales claudunt: quod non euenit potioni quæ celeriter per uenas permeat, ita ut magis li
ceat refrigerare potionem, quã cibũ: æstate præsertim & ubi timeatur febris ardens: fructus au
tem illi dulces æstiui quos posse q gustari diximus a febricitante, refrigerati minus nocent quã
alij cibi, cum celeriter attrahãtur ad iecur, & concoquantur. Modus in eo consistit, ut id cibi q
requiritur, uel totum simul detur, uel diuidatur, sumaturque eodem die sæpius: dandum autem
est quemadmodum maxime requiritur a uiribus, & toleratur a morbo una cũ causa: ubi datur
vt alimentum (nã ut medicamentum, requiri diximus a morbo: & tolerari a uiribus.) Vires eo
modo cibum postulant, quo refici possint; at reficiuntur cocto cibo, quare eo modo dandus est
quo concoqui possit: si uires ualidæ sunt, possunt totum simul concoquere, si infirmæ, aut extin
guerentur r a multo cibo simul dato, aut certe non possent ipsum concoquere: quamobrẽ diui-
di tunc debet, ut bipartito, aut tripartito sumatur quod sumendũ est: huc spectant conualescẽ
tes, & senio prope confecti, qui sæpius s reficiendi sunt. Iuuenes, uero, & qui in ætate constan-
te,

Marginal notes:
a Hippo. 1. aph. 9. & 10. & Gale. 3. cris. c. 5.
b Gal. 2. de dieb. cri. c. 11.
c Gal. ibid.
d Hip. 1. ap. 4.
e Hippo. & Gal. 1. acut. 18.
f Cor. Cels. l. 3. ca. 9.
g Gal. l. 11. meth. c. 5.
h Gal. 1. ac. com. 18. & Hip. & Gal. l. 1. aph. 16.
i Gal. 8. me cap. 8.
k Ga. 1. acu. com. 18.
l Hi. 2. acu. 16. & Gale. in com. & l. 1. ad Glauc. cap. 13.
m Gale. de succo. bonit. & vitio c. 8.
n Ga. ib. & 1. ac. cõ. 20.
o Gal. 1. ac com. 17. & 1. ad Gl. c. 9
p Hip. 2. aph. 38.
q Gale. 1. ad Gl. c. 9
r Hip. 1. ap. 14.
s Gal. l. attenuand. cã. 100. & l. 5. de tu. val. c. 4.

A te,aut in prima senectute sunt,cum uires habeant adhuc ualidas,possunt totum simul cõcoque
re:sed pueris multum cibi datur,& sæpius,quod vires habeant validas,& plurimum exhauria
tur ex eorũ substantia. Cõsuetudo etiam ad vires refertur:qui totum cibum simul capere solẽt, a Hip.1.ac.
totũ etiam [a] simul concoquere possunt:contra qui ipsum diuidere,& sæpius sumere consueue a 24.ad 29.
runt. Ad vires quoq; referuntur tẽpora anni,nam æstate & autũno,cũ vires sunt imbecilliores, t.
præcipit Hippocrates,[b] vt sępius detur cibus:hyeme,& vere,cum valent, licet date totum si- b Hip.1.ap.
mul:sed cum debeat tolerari a morbo,cauẽdum est ne cũ diuiditur,incurrat cibus in accessio- 15.17.& 18
nem,nam tunc Hippocrates [c] abstinendum esse arbitratur:vbi tamen summa esset viriũ imbe c H.1.ap 11.
cillitas,ad conseruandam vitam [d] cogeremur etiam in accessione ipsas reficere,& cibum dare. d G 9 m c.
Tempus dandi cibũ est,cũ requiritur à viribus,& toleratur a morbo:vires tunc cibum deside- 13.
rant,cum coctus est,& ex ventriculo ad intestina descendit ille,qui prius absumptus erat,mo-
do nõ sint externæ partes balneo [e] ira aut exercitatione [f] plurimum calefactæ:nam sic crudus e Hi.3.ap.
cibus attraheretur a venis,& ipsas obstrueret:idcirco differendus est dum calor ille conquie- l.56.
scat,ac sedetur:id quod tam ad sanos pertinet,quam ad ægrotãtes;sed proprie in his qui labo f Gal.& H.
rãt febre ex humorum putredine orta,eo tempore fertur [f] facile cibus,quo leuior est febris. In 1.de sal. die
synocha,cum a principio ad finem eadem fere sit,æque toleratur cibus quauis hora:illa autẽ [g] ta 12.
eligenda est,quæ vsitata est & quotidiana:cõtra si febris circuitibus distinguatur,nõ est æqua g Gal l. 11.
B liter homo affectus qualibet hora:sed si sit ex numero intermittentium,in intermissione cũ ho- m.cap.5.
mo minus affligatur,sumere cibũ debet,in cõtinentibus autem oportet quã maxime ipsum re h Gal.ibid.
ducere à vigore præcedentis accessionis,& ab initio [h] sequentis nanque hoc tempore facilius
feretur,præsertim si longum sit eiusmodi spacium:sin breue non ita facile:deligendum itaque
est tempus remissionis,quæ quidem est altera pars circuitus,nam altera est accessio,quæ com-
prehendit principium,incremẽtum,& vigorem:quibus temporibus,cum homo magis affliga- i Gal.l. 11.
tur,debet a cibo abstinere:quod Hippocrates [i] voluit cum dixit, in accessionibus subtrahere me.c.21.
oportet. Quod si vires ob imbecillitatem cibum desiderent,periculumque sit,ne si expectetur
remissio,interea deficiant,nutriendus est homo antequam febris remittatur;sed cum quidam
magis affligentur initio accessionis ob copiam,& cruditatem succorum,quidam in incremen
to & vigore,propter vim symptomatum:si vires permittant,id tempus accessionis eligendum
est,quo minus vrgetur ægrotans:alioqnin præferre vires morbo oportet,& ne deficiant, quo-
uis tempore cibum dare,etiam in principio cum homo obruitur multitudine, & cruditate hu-
morum:datur enim tunc aliquid panis ex vino,vt recreẽtur vires;sed vt diximus si fieri potest k Hi.1.ap.
expectanda est remissio:& vt tradidit Hippocrates,[k] dum calor ex thorace ad pedes diffunda 11.
C tur,ita vt non solum æque calidi,sed etiam calidiores,atque ipse thorax sentiantur: cum vali-
dus manet calor febris in visceribus,cibus summopere nocet,implet caput,& viscera,& febrẽ
ac putredinem auget. Quod si consideres cibum,vt medicamentum requisitum a febre,quouis
tempore æque desideratur;sed vidẽdum quo maxime feratur a viribus:maxime autem fertur
quo tempore maxime desideratur,id autem est,cum pręcedens iam coctus ex ventriculo dela
psus est ad intestina. Ordo superest ex animaduersionibus ad cibũ attinentibus:attenditur au
tem vbi plures ac varij cibi dentur:dari autem prius debent,qui prius requiruntur ac toleran- l Hip.1.ac.
tur:huiusmodi sunt molles,tenues,atque aluum [l] laxãtes:post vero duri,crassi,aut adstringen- 46.& 4.ac.
tes,si ob aliquam necessitatem tales dentur febricitantibus: sic enim & opera quibus respon- 39.
dent postulant,& facilius tolerantur. Potio similiter ad reficiendas vires necessaria est,potissi-
mum autem accommodatur ad [m] recreandos humores,qui assidue absumuntur,quanquam ne m Gal.l.de
cessaria etiam est ad cibo coctionem ac digestionem:facilius enim cõcoquitur ac distribuitur, al.fac.c.11.
cum [n] dilutus est potione in ventriculo : quamobrem valet potio ad reficiendas vires,& per n Gal.l.11.
opem quam affert cibi concoquendo,ac distribuendo. Dedit natura sitim, hoc est [o] appetitio met. cap.3.
nem potionis,sicuti famem,hoc appetitionem cibi,cum vtroque opus sit:at debet potio tolera o Auic l. 1.
D ri à rebus præter naturam,& proprie ab humorum putredine,quæ desiderat inediam, & ideo fe.1.doct.4.
reijcit potius potionem,ne auertatur natura à suo munere : minus tamen auertitur à potione c.2.
quam à cibo,cum facilius [p] concoquatur,ac distribuatur:à morbo autem repudiatur potio,fer p Ar l.2.an
uor enim febris remittitur ab humore,à quo si frigidus fuerit,etiam extinguitur. Quamobrem tex 28.
vt medicamentum requiritur potio [q] à morbo:quanquam potest etiam talis eligi quæ medea- q Hipp.l.2.
tur causis,vt detergens , extenuans , incidens,vrinam vel sudorem euocans. Vbi autem causa aph.11.
febris valida sit,abstinendum à potione erit,nisi vires adeo langueant,vt periculum sit,ne sine
ipsa deficiant:tunc enim maxime spectandum est ad vires,quibus vita continetur. Ex animad
uersionibus in potione obseruandis,cum datur ad reficiendas vires, tanta esse debet,quantã
illæ desiderant,& quantam cõsueuit sumere homo dum sanus est:modo causa eam pati possit:
quæ ubi ualidior sit,largam potionem reijcit:sed tunc ea moderatione vtendum,ut & uiribus,
& causæ aliquid tribuamus:plus tamen ei quod magis urget. Sed ubi sumitur potio ut medica
mentum aduersus morbum,liberalius sumpta efficacior est,sicut & aduersus causam,modo to r Gal.11.
leretur à uiribus:quæ ubi exiguæ [s] sunt,periculum est ne calor debilis à multitudine potionis meth.c.9.
stranguletur. At uidendum est,qualis potio conueniat,hoc est quæ potio,ut de cibo diximus. s Gal 9.me
Substantia debet esse boni succi,& nullo pacto aliena naturæ nostræ. Qualitas uero siue prima th.c.5.
siue

siue secunda, similis qualitati nostrarum partium: quod si detur potio ut medicamentum contra morbum, qualitas conuenit frigida, & humida; contra causam, incidens, extenuans, detergens, vrinam, vel sudorem euocans, vt proxime monstrauimus. Sed pugnant sæpe inter se qualitates requisitæ, tam à rebus præter naturam, quam à rebus secundum naturã: necesse autem est ei plus tribuere, quod plus potest, vt sæpe dictum est. Ex potionibus autem vsitatis apud veteres in febribus, & proprie ab Hippoc. [a] in morbis acutis, sunt vinum, mulsa, oxymel, aqua. Valet vinum, quod inprimis reficiat vires, conferat ad concoquendos humores semiputres, & ad euocandum sudorem, & vrinam: sed nocet quod cum calidum sit, febrem augeat, & cum tenue ac facile penetret, suo calore secum trahat multos, crassos, & glutinosos succos; & propterea prohibeat [b] perspiratum, & putredinem augeat: tamen si & quale conuenit, & quo tempore, & in qua febre, bibatur, citra noxam proderit: eligendum tenue est & aquosum, non dulce crassum, aut vehemens: sumendum eum apparent [c] signa coctionis, & non ante: & vbi febris non sit ardens, sed leuior. Mulsa etiam vires reficit, & contra causam febris vt cõtra [d] obstructionem valet: habet enim vim detergendi, sed febrem auget: quare hæc vbi ardens sit, vitanda est, quamuis minus lædat biliosos, teste Hipp. [e] quam aqua, quoniam facilius penetrat: magis autem idoneum est, apomeli, quod fit ex aqua & fauis mellis, minus enim calorem auget. Oxymel obstructioni [f] medetur, quæ fit ab humoribus crassis ac glutinosis, præditum est enim facultate incidendi, sed non reficit vires, fermentat [g] atram bilem, ac lædit neruos, quas noxas minus affert vbi dilutũ est: quamobrẽ vbi in proposita febre crassi & glutinosi succi obstructionem faciant, vtemur oxymelle, quod eo tutius erit, quo magis diluetur. Aqua parum vires reficit: prodest tamen quatenus nõ sinit ita exsiccari corpus nostrũ, & quatenus per ipsam cibus coquitur, ac digeritur: est tamen idoneum medicamentum [h] febri, cum frigida sit, & humida: monet tamen Hipp. [i] ne detur biliosis, nam cum diutius moretur in visceribus, conuertitur in flauam bilem: neq; enim purum elementum est, & mixta in ventriculo & iecinore cum flaua bile potest in illam degenerare, quod non euenit mulsæ quę celeriter per venas permeat, & idcirco minus nocet quam aqua. Quod attinet ad modum dandæ potionis, eo modo requiritur à viribus, quo & cibum requiri diximus: si validæ sint, tota simul, si infirmæ partita: [k] tolerabitur aũt à morbo vtrouis modo, tantum vitanda est in accessione, præsertim in principio & incremento. Cum datur vt medicamentum, potio magis proficit si tota simul detur, modo non sit calor valde [l] imbecillus: tunc autem danda est potio, cum præcedens iam educta est à ventriculo: vitare tamen oportet, quãtum per vires [m] licet accessionem: vbi autem potio sumitur vt medicamentum ad euocandum sudorem, maxime conuenit in vigore accessionis, quo [n] tempore sequi solet somnus & exire sudor. Ordo autem in danda potione ille tenendus est, vt sequatur [o] cibum: siue totum, siue partem, ita vt vicissim detur. Somnus & vigilia sub victu continentur, attenduntur que & in viribus conseruandis, & in tollendis rebus præter naturam, siue quod requirantur, siue quod repudientur. Quo pacto autẽ illis vtendum sit, intelliget qui vtriusq; facultatẽ cognouerit. Vigilia instituta [p] est à natura propter munera quæ in ipsa exercentur, vt propter sensum & motum, quæ quia non possunt esse assidua, cum defatigentur instrumenta, necessaria fuit quies, quam præbet somnus, quem efficiunt vapores [q] cibi & potionis excitati dum in ventriculo concoquuntur: confert tam somnus quam vigilia ad vires reficiendas, quoniam in somno contrahitur [r] calor à quo alimentũ concoquitur: idẽ distribuitur concoctum in vigilia, cum calor ad externas partes euocatur: ad recreandas autem vires opus est alimento non tantum cocto, sed etiã distributo: quamobrem utendum est, & somno & uigilia uicissim, prout consueuit homo cum bene ualet: metitur enim natura ipsa spacium somni, tuncque expergiscitur homo cum non amplius opus est somno: cauendum ab excessu [s] tam somni quam uigiliæ, nocet enim, cum hæc quasi hominem asset, [t] ille elixet. Et rebus pręter naturam, morbus, nempe febris ipsa, similiter moderatione gaudet: sed cũ madefaciẽtibus egeât, magis illi aptatur somnus, qui madefaciendi uim habet, quam uigilia, [u] quæ siccandi: refrigerat somnus partes externas, cum calorem cõtrahat [x] ad internas quas calefacit, refrigerat uigilia partes internas, cum calorem euocet ad externas, quas calidas reddit, adeo ut quod ad calorẽ spectat, utriusque excessus alienus sit: sed quod ad siccitatem, diuturnior conuenit somnus: causa uero febris, hoc est humor putris, coctionem & expulsionẽ desiderat: coctioni aptatur somnus, concoquuntur [y] enim humores in somno calore ad interiores partes contracto: expulsioni magis confert uigilia, siquidem in somno retinentur omnia quæ expellenda [z] sunt excepto sudore. Quare confert somnus ad concoquendum humorem putrem, & ad sudorem educẽdum: nocet tamen quatenus noxios succos ad uiscera [a] allicit, & caput implet. Quo nomine semper alienus esset, nisi plus proficeret coctione. Multum autem detrahitur de noxa quam afferre solet, si febricitans eo tempestiue utatur, ut dum uiget accessio, & ad remissionem iam intendit: non in principio, cum humores contrahuntur ad partes internas, uel in incremento, cum adhuc contracti sunt. Lenitur & uis quam somnus habet calefaciendi partes internas, si homo dormiat in aere frigido, uestibus tamen tectus, ut præcipit Hippocrates [b] in his qui calorem acrem habent: sic enim refrigeratur cor, & non clauduntur à frigore foramina cutis: ut autem fit, ita etiam cõuenit post cibum [c] & coctionem somnus. Præbet cibus [d] materiã faciencien-

a Hipp. lib. 3. acut. per totum librum.
b Galen. 3 acut. com. 2.
c Gal. li. 11. metho. c. 9. & 1. ad Gl. ca. 9.
d Gal li. 11 meth. c. 11.
e Hipp. li. 3 acut. ca. de mulsa & c. de aqua.
f Gal. li 11. meth c. 11.
g Hipp. li. 3 acu. de oxymelle.
h Gal li. 11 meth. 9.
i Hipp. li 3. acut. ca. de aqua.
k Gal. li. 11 meth. c. 6.
l Gal. lib. 9. meth c. 5.
m Hip. li. 4. acut. 39.
n Gal. lib. 2 de cris. c. 3.
o Hipp. li. 6 epid & Gale. lib. 2. de tu. vale. c. 2.
p Arist. lib. de somno & vigilia.
q Arist. ibi.
r Hippo. & Galen. 4. 6. epid. com. 14. Gale. 3. de cau. pul. c. 9.
s Hipp. 2. li. aph 3.
t Hippo. & Ga. 2. l. acu. com vlt.
u Gale. 4. 6. epi com. 17
x Hipp. 4. 6 ep. 14. & li. 3. de caus. puls. c 9.
y Gale. 4. 6. epi com. 17
z Hippo. & Gal 4. aph. tex 15.
a Galen. 4. aph 67 cõ.
b Hipp. 4. 6 epid. 16.
c Hippo. 6. ep 18.
d Arist. li. de somno & vigilia.

A cientem somnũ,& somnus ipsum concoquit,ita ut sibi mutuo auxilientur. Motus & quietis eadem ratio est,quæ somni & vigiliæ: respondet quies somno (reuocat enim calorem ad partes internas & coctionem perficit,) motus vigiliæ:(elicit enim calorem ad externas partes & alimentum distribuit) quo nomine accommodantur ad vires reficiendas . Conuelluntur autem vires nimio motu;quiete potius recreantur:febri autem alienus [a] est motus , cum calefaciendi vim habeat:aptatur quies,cum refrigeret & madefaciat.Laudat [b] Hippocrates in calida natura quietem,reprehenditque Prodicum,qui febricitantes vehemẽter exercebat.Humor putris qui febrem accendit,vt concoquatur,maxime quietem expetit,magis enim assidue sica ttingitur,quod concoquendum est a partibus solidis:sed vt per sudorem expellatur aliquid, cõfert motus,veluti frictio mollis,cum febris iam incipit remitti.Perturbationũ ac tranquillitatis animi eadem similiter ratio est:respondet tranquillitas [c] quieti:perturbatio,motui.Quamobrem viribus reficiendis,febri,& causæ,magis conuenit trãquillitas,quam perturbatio: sicuti magis quies,quam motus:quæuis perturbatio,propter motum sanguinis,aliena est;sed potissimũ ira, in qua non solum mouetur,sed etiam feruet sanguis:minus nocet spes & gaudium,sub quibus calor ab internis partibus effunditur ad externas.

a Hip. 4. 6. epi.15.& 3. 6 epid.tex. com.31.
b Hippo.& Gal.4.acut. tex.cõ. 44.
c Gal.4.6.epid.com.15

Restant ex his quæ sub victu continentur,ea quæ expelluntur ac retinentur,quorũ moderationem vires desiderant:nam vbi retinentur quæ expelli solent,strangulant calorem innatũ,
B & idcirco vires labefactant:vbi expellantur quæ retinenda sunt,vires exhauriũt: quamobrem danda opera est vt educantur,quæ naturaliter redundant,veluti deiectio,sudor, vrina,& vt retineatur,si quid nimis profluat,quod quo pacto fiat,docebimus cum ad curationem symptomatum veniemus:hactenus de victu,& de opere à viribus requisito.

De refrigerantibus & madefacientibus ad febrem adhibendis.
Cap. III.

MOrbus,hoc est febris, id opus desiderat , [d] vt hominem refrigeremus , & madefaciamus.Instrumenta quæ hoc præstant,partim ad victum,partim ad medicamenta,partim ad chirurgiam referũtur . Ratio victus qualis requiratur aut toleretur à febre,proxime declarauimus:sequuntur medicamenta,quæ differunt ab his, quæ sub victu continentur,quod non sint vsitata [e] sanis:requiruntur hæc frigida & humida,siue tactu [f] talia sentiantur,siue facultatem habeant refrigerandi,& madefaciendi,quãuis talia non videantur:possunt tam hæc,quam illa & intus dari,[g] & extrinsecus adhiberi.Or-
C diamur ab his quæ intus dantur;omnium efficacissimum est aqua frigida potui data , quæ non solum refrigerandi,& madefaciendi vim habet,sed tangitur etiam frigida,& humida,& idcirco cuiuslibet [h] febris remedium est;sed cum magnum sit auxilium,non conuenit nisi magnis febribus,vt [i] continentibus,synochis,ardentibus,quarum proprium est medicamentum, præsertim si homo non assueuerit [k] ipsam bibere cum sanus est;adde quod nemo fere solet ex his qui eam bibunt,affatim ipsam haurire cum sani sunt,sicuti quando datur febricitantibus medicamenti loco;omnibus ergo fere medicamentum est;refrigerat enim & madefacit & propterea febrem extinguit,temperat feruorẽ & tenuitatem bilis,& reddit solidas partes validiores, ita vt expellãt [l] deiectione,sudore,vrina, vomitu id quod noxium est;præter quam quod imminẽtem [m] tabem propulsat,refrigerando ac madefaciendo.Videndum tamẽ an repudietur ab alijs rebus,siue secundum naturam,siue præter naturã,siue medijs.Ex rebus secundũ naturã si homo gracilis [n] sit & exigui caloris,non assuetus potioni aquæ frigidæ,summopere læditur,interdum [o] enim extinguitur calor,superuenit singultus,neruorum distentio,difficultas deglutiendi,& tandem interitus.Ex rebus præter naturam reijcit aquæ frigidæ potum,humorum cruditas,obstructio,inflãmatio,[p] quæ augentur aquæ frigidæ potu; erysipelas tamẽ exquisitum hoc
D solo remedio curatur.Aer autem,qui medius est inter res naturales & præter naturam, si frigidus est,prohibet potionem aquæ frigidæ,cum periculum sit,ne refrigeratum [q] corpus ab aere, non possit deinde sustinere aquam frigidam,quod non euenit æstate,confert enim calor aeris ad remittendum frigori aquæ.Sed fac requiri à morbo potum aquæ frigidæ,repudiari vero ab aliqua alia re;præferre tunc oportet,vt sæpe diximus,id quod magis vrget.Alexander [r] Trallianus,tunc pro aqua frigida dat potui calidam,quæ paulatim deponẽs calidos vapores,reuertitur ad naturam suam frigidam;& ita refrigerat simul & madefacit temperatque ardorem bilis;quam nos sæpe vsu comperimus plurimum profecisse.Venit in mentem Thomę Cornacchini Medici clarissimi,quo cum mihi summa necessitudo intercedit,hic annum agens trigesimũ sextum incidit in febrem biliosam satis ardentem;cumque non cederet feruor flauæ bilis alijs medicamentis,neque liceret ob viscerum obstructionem aquam frigidam dare,dedimus calidam large,qua sumpta statim remissa est febris,& anxietas incredibilis, quam flaua bilis afferebat in ventriculo:sunt qui cum aqua frigida misceant aliquid aceti,vel puri,vel cum saccharo mixti,per quod aut euomitur,aut facilius penetrat, & distribuitur per corpus.Liberaliter autem dãda est,ita vt homo quantum vult bibat;quod Hippocrates etiam in febre ardente [s] præ

d Gal.l.11. meth.c.9.
e Gal. 1. acutor.com. 9.
f Gal. lib.11 meth.c.2.
g Gal.l.10. meth c.7
h Gal.l.11. meth.c.9.
i Galen. 9. meth.c.5.
k Gal.ibid.
l Gal. ibid.
m Gal.l.de marasm.c. 7.
n Gal l.9 meth.c.5.
o Gal. ibi.
p Gal.ibi.
q Gal. l.11. meth.c.9.
r Trallian. l.1.c.13.
s Hipp.4.acut.5.

cepit non solum de aqua, sed etiam de mulsa [a] loquens. At non quouis tempore conuenit, sed E tãtum vbi apparet [a] coctio: quod non accidit venæ sectioni, licet enim sanguinẽ mittere etiam vbi causa febrem faciens cruda est. Præter potũ aquæ frigidæ licet etiã vti medicamentis quæ non tactu, sed facultate frigida sint, eiusmodi sunt quæ à pharmacopolis nũc syrupi nominantur, vt acetosus, violatus, de endiuia, de cichorio, de acetositate citri, de omphacio: miscentur an tẽ cũ aqua, in qua fuerit incocta frigida aliqua herba; veluti lactuca, cucurbita, nympbæa, oxalis, endiuia, cichoriũ. Sunt [b] qui eiusmodi aquã per clysterẽ in aluũ demittant, quod cõmodissimum est, vbi materia putrescens, & focus ipse febris residet in vẽtre. Sumitur etiam vtiliter ad refrigerandum & madefaciendum confectio diacodion, saccharum viola, vel rosa conditũ. Ex medicamentis externis maxime præsens est balneũ [c] aquæ frigidæ: est autem medicamẽtũ illis, quibus non est vsitatum dum sani sunt: cauendum tamen ne detur vbi naturalis calor debilis sit, & homo gracilis, hyeme, sed vt præcepit Hippocrates [d] in sanando neruorũ rigore per frigidæ aquæ perfusionem, elegit enim iuuenem bene carnosum, media æstate. Vbi tamen periculum sit, ne homo ex febre ardente in tabem incidat, licet homo gracilis sit, præstat experiri anceps hoc auxilium, siquidem vna salus victis nullam sperare salutem. Valet etiam ceratũ [e] liquidum, quo thorax & præcordia inunguntur; idonei sunt & succi herbarum frigidarũ, vt lactucæ, semperuiuij, vmbilici veneris, quibus inspergitur aliquid polentæ. Proprie autem ad caput F refrigerandum accommodatur oleum rosa conditum, cui aceti aliquid adiectum sit. Tertiũ instrumentum, quo ad refrigerandum vtimur, est chirurgia, cũ secatur vena, sanguinis enim missio [f] non per se & quatenus res frigida febricitantem refrigerat, sed quatenus adimit materiã calidam, eo modo quo refrigeratur conclaue aliquod subtractis lignis, quæ incendebantur.

a Gal. 9. meth. c. 5. b Auic. l. 4. fen. 1. c Gal. l. 10. meth. c. 10. d Hip. l. 5. aph. 21. e Gal. 10. meth. c. 9. f Gale. l. 10. meth. c. 10. g Galen. 11. meth. c. 10.

De succis semiputribus per coctionem curandis. Cap. IIII.

Putredo, quam diximus esse proximã causam propositæ febris, quatenus facta est remouenda [g] erit, quatenus adhuc fit, postulat vt remoueatur causa, quæ est [h] prohibitus perspiratus, de quo in sequentibus agemus; nunc enim tractabimus putredinem factam, quæ adimenda est; adimitur autem detractis humoribus putribus. Interdum tamen euenit, vt non sint ex toto putres, sed relicti in corpore corrigi possint, & tunc possunt exinaniri: non tamen necesse est cum reduci possint ad naturalem statum per coctionẽ: [h] quod opus nunc nobis proponitur vna cum instrumentis per quæ perficiatur. Definiuit Aristot. [i] coctionem, perfectionem à naturali & proprio calore, in humido & sicco, in qua definitione genus sumitur à forma, differentia à causis, videlicet ab efficiente & materia; forma est perfectio quam acquirunt ea quæ concoquuntur, mutantur enim & fiunt perfectiora, neque solũ apparent mutata vt volebat Asclepiades, [k] sed re ipsa [l] mutationem accipiunt: quod intelliges si G intueearis genera eorum, quæ concoquuntur, vt arborum fructus, alimentũ in animalibus, & cibos, qui ad ignem admouentur, mutationes quæ fiunt alimenti in nobis vt prima in ventriculo, secunda in venis, tertia in partibus solidis cum iã aluntur, omnes ad coctionem spectãt. Perfectio, quæ per coctionem acquiritur, aut dat ipsum esse quemadmodum in his quæ gignũtur, aut vsum aliquem his quæ genita sunt, vt odorem, colorem, saporem, crassitudinem, & ita vel substantiam vt in semine fructus, vel accidens vt in pericarpio, vtriusque enim coctionem ponit Theophrastus [m] in fructu, seminis quidem ad procreandũ, pericarpij ad vsum. Perfectio, q̃ acquirunt quæ concoquuntur in animali, est vt reddantur similia partib. [n] à quib. concoquuntur; quæ cruda manent non mutantur, neq; redduntur similia; id quod patebit si tres species crudorũ inspicias, quæ opponũtur totidem coctis, maturis videlicet, elixis, assis, in nullis enim deprehenditur perfectio acquisita. Causa efficiens proponitur ab Aristotele [p] internus ac proprius calor, hunc primus posuit Hippocrates [q] auctorem coctionis, frigus autem eatenus ad cõcoquendũ confert, quatenus calorem cõtrahit, qui efficacior [r] redditus perficit coctionẽ: debet tamen calor esse moderatus, nimius enim magis vrit quã concoquat: debet item calor cõcoquens, magis esse humidus quã siccus in corpore nostro, nã quæ concoquuntur in nobis magis elixantur quam assentur, quamuis contra senserit Erasistratus; [s] quamobrem pueri quibus H calor humidus inest, magis [t] valent ad concoquendum quam iuuenes, qui calidi sunt & sicci: hunc calorem moderatur [u] anima & in his quæ gignuntur, & in his quę aluntur, adeo vt non referendus sit ex toto ad elementa, sed etiam ad cœlum. Materia, quæ coctionem accipit, est humor vna cum siccitate, aqua enim & quæ aquosa [x] sunt coctionem non admittunt: difficilius autem coquuntur quæ magna, [y] quam quæ parua, quæ mollia, quam quæ dura, quæ calida [z] quam quæ frigida, magis enim ab interno calore superantur. hæc quæ dicta sunt de coctione in corpore nostro proprie pertinent ad alimentum, quod vere concoquitur & simile redditur, pertinent tamen & aliquo modo [a] ad ea quæ redundant & detrudenda sunt, neque possunt conuerti ad substantiam nostram; dicuntur autem concoqui, quod reddantur similia partibus, à quibus concoquuntur, quantum fert eorum natura: perfectio, quam acquitunt, est quidam vsus, minus enim lædunt odore, acrimonia, tenuitate, concretione; in vniuersum enim tam alimenta quam quæ ex ipsis superant & detrudenda sunt, cum concoquuntur crassitudinẽm, aliquã acquirunt, quod absumantur partes magis aquosæ à calore concoquente; sed quæ frigore concreta

h Gal. l. artis me. c. 89. i Aristo. l. 4. meteororũ c. 2. k Gal. l. 1. de nat. fac. c. 2. l Aristo. l. 2. de anima tex. 43. m Theoph. l. 1. de caus. planta. c. 18. n Gale. l. 2. de nat. fac. c. 7. & l. 4. acutor. c6. 44. o Arist. l. 4. meteor. c. 2. & 3. p Arist. ibi. c. 2. q Hip. l. 1. aphor. 14. & 15. r Gal. l. 1. aphor. com. 15. s Gal. l. 2. de nat. fac. c. 6. t Gal. l. 3. de caus. symp. c. 3. u Arist. l. 2. de anim. tex. 42. x Arist. l. 4. meteor. c. 3. y Aristo. l. 3. de par. ani. c. 5. z Gal. l. e. pid. com. 6. a Aristo. l. 4. meteor. c. 2. b Arist. l. 4. meteor. c. 2. & lib. 3. de par. ani. c. 5.

A creta sunt, cum concoqui incipiunt, liquescunt, & ideo apparent tenuiora, quamuis vbi liquata sunt & concoqui cœperunt ipsa quoque crassiora reddantur; coctio.n. quælibet crassitudinem addit; cum vero sanguis in sinistro ventriculo cordis vertitur in spiritum tenuior redditur, hæc tamen mutatio ζέσις, quasi [a] ebullitio, magis nominanda est quā coctio, separatur.n. ibi spiritus à sanguine vt in [b] intestinis à deiectione succus, quem primæ venæ alliciunt. Exposita natura coctionis eorum, quæ vel vertunt in alimentum, vel expellenda sunt, videndum est quibus instrumentis perficiatur, quibusve vtendum sit ad semiputres succos, qui febrem accēdunt. Cum à calore interno fieri coctionem dixerimus, videtur esse ex toto opus naturæ & nō artis, cum nihil videantur posse proficere externa, verum aliter res se habet; nam cū calor concoquens debeat esse moderatus, & qui validior est vrat, qui imbecillior non satis coctionē perficiat, medicus potest remittere calorem vbi immoderatus sit, & augere vbi imbecillus; remittet per instrumenta refrigerantia superius posita cum de victu, & medicamentis febris calorē refrigerantib. locuti sumus; augebit per ea, quæ vel tactu calida sentiuntur, vel facultatem habeant calefaciendi, siue proxime, siue alio interiecto medio. Quæ tactu calida sentiuntur externa, conferunt ad coctionem, vt balneum aquæ dulcis, & fomenta, veluti etiam [b] catuli, aut puerulī admoti ad ventriculum: nonnihil etiam confert calor solis vt ad maturitatem fructuū, ita etiam ad concoquendos in nobis humores, qui hyeme ex appulsu aeris frigidi magis cru-

B dos se ostendunt. Cauendum [c] tū balneum est vbi sit multitudo & cruditas humorum, ne fusi ferantur ad vasa angustiora & obstructionem augeant. Facultatem habent calefaciendi cōplura, quæ & intus sumuntur & extrinsecus dantur, intus quidem alimenta & præcipue [d] vinum, quod conuertitur in substantiam calidam, à qua noster calor auctus melius cōcoquit, quę cruda aut semiputria sunt; nocet tamen, cum permeans per venas, secum trahit crassiores succos & obstructionem affert; quare non est quod prius bibatur, quam appareant [e] signa coctionis, tunc.n. non ita periculum est, ne fiat obstructio. Extrinsecus imponitur ad maturādum pus cataplasma [f] ex tritico & saliua, vel ex farina triticea, auget.n. substantiam caloris nostri cū ab ipso calefactum est. Alio interiecto medio augetur calor, vel cū intro compellitur, vel cum retinetur calida expiratio, vel cum non euocatur extra. Compellitur autem intro à frigore aeris circumfusi, quamobrem hyeme melior fit coctio, quo tempore Hippoc. [g] ventres esse calidissimos natura posuit, & plurimum cibi voluit dari. Retinetur calida expiratio obstructis foraminibus cutis, vt à cataplasmate aliquo, quod tamen tentandum non est, vbi magna sit putredo; augeretur enim prohibito perspiratu. Non euocatur calor ad partes externas, si homo quiescat, præsertim si dormiat; nam somnus non solum non euocat, sed magis contrahit calorē ad partes internas; quo nomine quies [h] & somnus ad coctionem conducunt. Frictio vero, [i] quā-

C uis quieti opponatur, & propterea videatur obesse coctioni, prodest tamen si moderata sit, qđ calorem excitet, & idcirco augeat non solum in partibus externis vbi perficitur tertia coctio, & alimentum redditur ex toto simile substantiæ nostræ, sed etiam in internis. At non tantum iuuant coctionem, quæ pertinent ad vim effectricem, sed ea quoque quæ materiam concoquēdam præparant extenuando, [k] incidendo, madefaciendo; quæ tenuiora, minus glutinosa, & magis humida facilins concoquuntur quam contraria; pluuia etiam confert ad maturitatem fructuum, facilius enim concoquuntur, quæ madent quam quæ arida sunt.

a Arist. l. de resp. c. 8.
b Gal. 7. metho. c. 7.
c Gal. li. 11. meth. c. 9.
d Gal. ibid. & lib. 1. ad Glauc. c. 9.
e Gal. locis dictis.
f Gal. lib. 5. simpl. c. 9.
g Hipp. l. 1. aph. 15.
h Galen. & Hippo. l. 4. acut. text. com. 44.
i Gal. lib. 12 meth. c. 3.
K Gal. ibid.

De putredine ex corpore educenda. *Cap. V.*

PVtredo, quam proximam febris causam esse diximus, vbi ex toto facta sit, nō potest amplius corrigi per coctionem, sed necesse est putres [l] succi educantur, quod opus quo pacto fiat, & quib. instrumentis nunc ostendendum est. Primo autem statuere oportet, an exinanire corpus conueniat, deinde quæ animaduertenda sint in eiusmodi opere. Intelligemus exinaniendum ne sit, si intueamur requirentia & tolerantia, hoc.n.

D non secus atq. alia opera effici debet, cum requiritur & toleratur. In febre nobis proposita requiritur hoc opus à causa proxima, hoc est à putredine [m] humorum, qui corrigi non possunt, tum [n] à multitudine obstruente quam sequitur prohibitus perspiratus & putredo; quamquā vtiliter etiam exinanitur interdū corpus febricitantis vt refrigeretur, veluti vbi est magna copia [o] sanguinis; loquor autē de exinaniendis humoribus, & non de his, quæ naturaliter superant, vt de vrina, deiectione, sudore, quæ supra [p] sub victu tractauimus, cum de conseruandis virib. loqueremur. At non statim exlnanire corpus febricitantis oportet, cum hoc opus requiritur, sed videndum an toleretur à reb. naturalibus, præter naturam & medijs: ad res naturales pertinent vires & temperatio corporis: vbi vires [q] validæ sunt ferunt eductionē humorū, neq; enim refert si paulum debilitentur, vbi imbecillæ, non admittunt hoc auxilium, quia periculū est ne conuellantur, præterquam [r] vbi opprimantur à multitudine; tunc.n. exinanito corpore validiores fiunt; quod si multitudo cum imbecillitate copuletur, uicissim exinanire [s] multitudinem, & reficere uires oportet. Ad uires refertur tēperatio, ætas, habitus corporis, quę ubi talia sunt, vt exinanito corpore debilitētur uires, vt in pueris & in his q molliores sunt, reijciūt hoc

l Gal. de arte med. ca. 89. & lib. 11. meth. c. 8.
m Gal. l. 11. meth. c. 8.
n Gal. li. 11. meth. c. 10.
o Gal. li. 10. meth. c. 10.
p Supra c. 2. huius libri.
q Gal. lib. 9. meth. c. 10.
r Gal. ibid.
s Gal. ibid.

remedium;contra,vbi tales redeant vires vt reniti possint,ipsum admittunt: ad vires etiam re E
fertur aer, qui vbi a calidus est, non permittit corpus exinaniri, quod periculum sit ne vires
deficiant sub æstu debilitatæ. Ex rebus præter naturam morbus, vt ardor ipse febris, non finit
exinaniri b corpus quod vires debilitet: sicuti dolor, neruorum distentio, aut aliud eiusmodi
symptoma, quamquam etiam ob instrumenta, quibus vtendum est, aut ad purgandum, aut ad
vrinam mouendam, quod nimis calefaciant, c non finitur corpus exinaniri. Vbi controuersa d
sint quæ requirunt aut requiruntur, tribuẽdum, vt in alijs ita in hoc, plus ei quod magis vrget.
Vbi statuerimus exinaniendum esse corpus, obseruare oportet animaduersiones necessarias,
vt qualitatem, tempus, modum, ordinem. Qualitas in eo consistit vt intelligamus quos humo-
res exinanire oporteat; illi autem exhauriendi sunt, qui febrem, putredinem, vel obstructionẽ
efficiunt: nam vt præclare monuit Hippocrates, e si qualia oportet purgare purgentur, con-
fert & benefer unt; quod præceptum communiter pertinet ad omnia quæ ex corpore nostro
quouis modo exhauriuntur. Quantitas effusionis respondere debet quantitati succorum eam
requirentium, modo vires ferre possint, nam vbi imbecilliores sunt f non licet exquisite cor-
pus exhaurire. Modus educendi eo pertinet vt quod exinaniendum est, vel totum simul edu-
catur, vel iteretur detractio: materia quæ tota simul morbũ facit, vt sãguis in febre synocha, g
tota simul exhaurienda est, quæ vero subinde putrescit, subinde educenda est, veluti per sudo
rem in febre intermittente. Vires magis ferunt partitam detractionem quam totam simul, quã F
obrem iterare h tunc oportet vbi illæ infirmæ sunt; quamuis alioquin tota simul requiratur,
veluti ad febris ardorem extinguendum, tempus est educere eiusmodi succos cum febrem, pu
tredinem & obstructionem efficiunt, modo vires ferre possint, quæ tunc ferunt facilius hoc au
xilium, cum minus homo affligitur ab accessione; quamobrem eligere diem & horam magis
quietam oportet. Ordo vbi plura auxilia requirantur idem teneri debet, quem constat esse in-
ter requirentia, ad id ergo prius spectandum est, quod vel dignius est, vt ad vires i reficien-
das, vel causa futurorum, vt ad extenuandum & ad humores educẽdos. Via qua exhaurire cor
pus oportet, ea ipsa est ad quam natura k materiam superantem impellit, modo nihil sit qđ
prohibeat, veluti gracilitas l vomitũ: variæ autem sunt viæ vt per sanguinis missionẽ vrinã, su
dorẽ, q̃ varia instrumenta desiderant, de quib. sigillatim dicemus exorsi à sanguinis missione.

Sanguinis missio requiritur, vbi sanguis aut nimia copia aut qualitate nocet, & idcirco in
proposita m febre ad detrahendam putredinem & multitudinem imminuendam; præterea
ad ardorem ipsum n febris extinguendum: cessat.n. detracto sanguine, quemadmodum ignis
ademptis lignis. Neq; obstat, quod non omnes febres, quæ putredinem sequuntur, consistant
in sanguine putri, sed pleræque à flaua, vel atra bile, aut pituita putrescente oriantur, nam in
his, quæ assiduæ sunt, humores putrescunt in venis mixti cum sanguine & simul cum eo effun- G
duntur; in intermittentibus vero incipiunt putrescere in venis, vbi & obstructionem efficiunt:
quamuis statim ex o venis transferantur ad partes externas vbi perseuerat putredo & febrẽ
accendit, dum quasi in cinerem, veluti ea quæ vruntur, cõuertantur, quamobrem in his etiam
si mittatur sanguis detrahitur simul humor ille, qui si maneret in corpore putresceret & nouas
febres accenderet. Scire tamen licet sanguinis missionem esse magnum remedium, & idcirco
non necessarium esse, nisi vbi magna p sit febris, aut magna expectetur: in tertiana exquisita,
quæ neq. est, neq. expectatur talis, vt in sequentib. patefiet, non est q quod sanguinem mittas.
At non satis est, si requiratur, sed debet ferri sanguinis missio potissimum à viribus, r ad quas
refertur ætas non modo senum, sed etiam puerorum, quib. non licet ante decimumquartũ an-
num sanguinem mittere ob vires, quæ licet ualidæ appareant debilitarentur; quoniam eorum
corpora plurimum digeruntur; refertur etiam ad uires aer ualde s calidus ut æstiuus, quíubi
eas debilitet non permittit sanguinem detrahi, ut dolor, morsus in ore uentriculi, alui t proflu
uium: hæc enim omnia non alio nomine reijciunt uenæ sectionem, quã quod reddunt uires im-
becillas: ubi requiratur sanguinis missio, & non toleretur à uiribus, omittenda est, ne cum ipsis
uita deficiat, aut paululum u detrahendum est, & iteranda detractio aperiendaque uena ad-
modum exilis, siue exasperando cutim scalpello, siue admouendo sanguisugas ad anum. Cum H
uero statueris non solum requiri, sed etiam sustineri posse sanguinis missionem, non necesse est
qualitatem animaduertere, veluti in dando cathartico, cum secta vena qualiscunque sit san-
guis educatur; sed magis videre oportet ex qua vena mittendus sit. Cum febris sit morbus x
cõis totius corporis æqualiter ex quauis parte videtur sanguis mitti posse; ita ut liceat q̃uis ve
nam secare: eligimus aũt magnã aliq̃ veluti in cubito, ut celerius succurramus: ubi uires imbe-
cilliores sint præstat, ut paulo supra diximus, secare exilẽ aliq̃, ut in pede, aut manu, uel sangui
sugas adhibere ad uenas in ano sanguinẽ fundentes. Tm̃ aũt detrahendum sanguinis est, quan
tum copia recedit à moderatione; nõ tamen educendus est ille uniuersus, qui qualitate uitio-
sus est, nã dempta aliqua parte y qui relinquitur satis uel corrigitur uel expellitur à natura: in
magnis tñ febrib. usq. ad animi defectionẽ detrahẽdus est si uires ualeãt; quod si infirmæ sint,
neq. sinant tm̃ detrahi quantũ res postulat, ipsis potius cõsulendũ est, & parcius mittere opor
tet. Expedit ẽt in febrib. ubi uires ualeant totum simul detrahere eum quem detrahendũ esse
constituimus, ut statim remittatur feruor febris, & putredo atq. obstructio cesset; ubi non ita

ualeant

a Hipp. 4. aphor. 5.
b Hippo. & Gal. 4. aph. com. 24.
c Galen. 11 meth. c. 9.
d Gal. ibid.
e Hippoc. l. aph. text. 2. & 25.
f Gal. lib. 9. meth. c. 10.
g Galen. l. 9. metho. c. 4.
h Gal. lib. 9. c. 10.
i Gal 9. metho. c. 13.
k Hippo. 1. aph. 21.
l Hipp. li. 4. aphor. 8.
m Gal. l. 11. meth. c. 15.
n Gale. l. 10. meth. c. 10.
o Gal. l. 2. de diff. feb. capit. 11.
p Hipp. l. 4. acut. 19.
q Gal. l. 1. ad Glauc. c. 9.
r Hippoc. & Ga. 4. acut. 19 & Gale. l. 11. metho. c. 14.
s Gale. ibid.
t Gale. 1. ad Glau. c. 14.
u Gal. lib. 9. meth. ca. 10.
x Gale. l. de cur. per venæ sect. c. 19
y Gale. l. 11. meth. c. 15.

A valeant necesse est missionem [a] iterare. Tunc vero mittendus est, cum copia vel qualitate nocet, modo ferri possit à viribus, ob quas eligere diem & horam minus molestam conuenit; magis enim tunc renitentur, & sustinebunt hoc auxilium. Quod si plura alia simul requirantur, ille ordo tenendus est in operibus perficiendis, qui est inter res à quibus requiruntur, primo exempli gratia reficiendæ [b] vires sunt, deinde mittendus [c] sanguis, postea extenuandi humores crassi, & tandem vtendum carthartico vbi hæc omnia requirantur. Instrumenta quibus sanguis mittitur ad chirurgiam spectant, quæ scalpello venam aperit, aut adhibet sanguisugas.

Purgatione educuntur humores [d] sua qualitate peccantes, veluti pituita, flaua atque atra bilis, quæ immoderatione frigoris, caloris, humoris vel siccitatis nocent; requiritur purgatio ab illis febribus, quę sequuntur putredinem eorum humorum, quos diximus sua qualitate peccare, vt pituitæ, flauæ vel atræ bilis: videndum tamen est vbi requiritur, toleretur ne à rebus naturalibus, præter naturam, & medijs: ad res naturales refertur temperatio, ætas, consuetudo, ac [e] ratio victus, quæ omnia spectant ad vires; hæ vero si validæ [f] sunt, ferunt, si imbecillæ, reijciunt purgationem. Ex rebus præter naturam morbus, hoc est febris ipsa, non videtur purgationem admittere, cum fiat per cathartica, quæ calida [g] sunt, neque enim tuto additur calor calori: sed hoc potissimum accidit febribus [h] acutis, nam in alijs non ita febricitantem B lædunt cathartica: quare in acutis, aut eligentur imbecilla & valde lenia, aut si cogamur quemadmodum vbi materia turget, præferemus minorem noxam, quam carthartica afferre possunt maiori, quam afferrent humores turgentes, si tenderent ad partem aliquam nobilem. Ex rebus medijs aer valde calidus non finit corpus purgari: sub cane inquit Hippocrates, [i] molestę sunt purgationes, quoniam & additur calor calori, & vires debiles sunt neque possunt ferre eiusmodi auxilium. Cum purgatio requiritur & toleratur, eum humorem purgare conuenit, qui est causa febris, vt flauam bilem in tertiana, atram in quartana, pituitam in quotidiana: nā si qualia oportet purgare purgentur, inquit Hippocrates, [k] confert & bene ferunt: quamobrem necesse est vitiosum humorem internoscere & idoneo carthartico exinanire. Quātitas purgationis respondere debet quantitati humoris purgandi, qui vbi multus sit, si vires minus valeant conuellentur priusquam vniuersus fuerit exinanitus, atque idcirco necesse est tunc purgationem iterare, & non educere [l] totum simul quod educendum est, quemadmodum febris desiderat, sed magis spectandum est ad vires. Tūc autem requiritur purgatio, cum humor sua qualitate peccans putrescit & febrem excitat; non tamen sustinetur toto hoc tempore, sed tātum cum ille coctus [m] est, natura enim vbi concoxit allicit, si quid boni est & quod reliquum est, detrudit; iuuabunt igitur tunc mutuo se medicus & natura, si detur cartharticū vbi humor C coctus est, hoc est, in fine vigoris: in vigore maxime perficitur coctio, & tunc, auctore Hipp. [n] quiescendum est: in principio, & incremento materia cruda est, neque facile sequitur, neque naturam habet impellentem. Hoc autem pertinet non solum ad humores crassos, sed etiam ad tenues, qui cum cocti sunt à natura ipsa detruduntur & non dilabūtur huc atque illuc; sed sequuntur cathartica attrahentia; excipit tamen, Hippoc. [o] humores turgentes, hoc est qui impetu quodam per corpus mouentur neque certam sedem occupant: hos enim à principio purgare oportet, & quia facile educuntur à carthartico cum sponte moueantur, & quia sic euitatur periculum ne perniciose ferantur ad partem aliquam nobilem: vbi humor non turgeat expectare [p] coctionem oportet, neque vbi multus est, minuendus est, nisi per sanguinis missionem. Vbi prauus quemadmodum in febre pestilenti, incertum est expediat ne expectare coctionem, an statim purgare, quemadmodum in sequentibus docebimus, cum veniemus ad febres pestilentes. Via purgandi duplex est, superior & inferior, dantur enim cathartica quæ vomitu, & quæ deiectione vitiosos humores purgent, tutior est deiectio, neque enim conueñit vomitum mouere nisi vbi sponte incipit excitari: succi tenues vt biliosi [q] superne, crassi vt pituitosi & melancholici [r] inferne solent educi à natura quam sequi oportet. Quod si plura opera simul requirantur, tenere eum ordinem inter ipsa oportet, quem nouimus esse inter ea quę re- D quiruntur, uires exempli gratia [s] reficiendæ sunt, tum extenuandus [t] humor, deinde catharticum dandum. Sunt autem cathartica, instrumenta quibus perficitur purgationis opus, alia autem dantur ad alios humores educendos, siue per uomitum, siue per deiectionem, quæ enarrabimus, cum speciatim harum febrium curationem persequemur.

Euocatio vrinæ quatenus educit aquosum humorem, qui etiam sanis quotidie colligitur, pertinet ad rationem victus; atque vbi retineatur, quibus auxilijs cieatur in sequentibus ostendemus, cum persequemur curationem symptomatum; sed quatenus accommodatur ad exhauriendam materiam putrem, quæ febrem accendit, & multam, [u] quæ obstructionem efficit, nunc tractanda est. Conuenit aūt cum adest eiusmodi materia; modo toleretur; debet tolerari à viribus, quæ cum valde imbecillæ sunt [x] nullam humorum effusionem sustinent, quam quam minus offendātur ab hac cū paulatim fiat, q̄ à purgatione, aut sanguinis missione. At debet ēt tolerari ab his quæ præter naturam sunt; reijcitur [y] à febre, cum medicamenta quibus euocatur valde calida [z] sint & sicca; quare vbi febris uehemēs sit, hæc uitabimus; licebit aūt uti leuiorib. quæ ut minus oberunt, ita ēt minus proficient. Vbi ēt multitudo sit & crassitudo hu-

a Gale. l. de cur. per venæ sect. capit. 21.
b Galen. 9. meth c. 13.
c Gal. de curat. per venæ sect. c. 12
d Ga. 1. aph. com. 2.
e Hippo. 2. aph. 36.
f Galen. 4. meth. c. 6.
g Gal. l. 11. metho. c. 9. & l. contra Iul. c. 7.
h Hipp. l. 1. aph. 24.
i Hippo l. 4. aph. 5.
K Hippoc. l. aph. 2. & 25
l Gal. 9. metho. c. 10.
m Hipp. 1. aphor. 22.
n Hipp. l. 2. aph. 29.
o Hippoc. 1. aph. 22. & l. 4. aph. 10.
p Hippoc. 1. aph. 22.
q Hippo. & Gal. 5. aph. 6.
r Hippoc. 4. aph. 9
s Gal. lib. 9. meth. c. 13.
t Hippo. & Gal. lib. 2. aphor. 9.
u Gal. li. 11. meth. c. 10.
x Gal lib. 9. meth. c. 11.
y Gal. li. 11. meth c. 10.
z Ga. 1. simplic. c. 13.

humorum, periculum est, ne augeatur obstructio si medicamenta dentur, quę vrinam euocent. E Canales & receptacula, vnde transire vrina debet, si male affecta sunt non sinunt vrinam euocari. Sed fac requiri iam & tolerari, obseruare eas animaduersiones oportet, quæ in alijs operibus atque instrumentis obseruantur. Quantitas materiæ quæ per vrinam educitur, respondeat quantitati humorum vrinam requirentium, putrium videlicet & obstruentium, vbi vel tenues per se fuerint vel extenuati; fertur autem à viribus eiusmodi quantitas propter modum effusionis, neque enim subito exit & simul tota materia, sed paulatim plurib. [a] diebus. Tunc vero conueniunt, quæ vrinam euocant, cum materia à qua requiruntur cocta est; nam ante [b] periculum esset, ne sub eiusmodi medicamentis augeretur obstructio. Vbi plura requirantur simul cum vrinam mouentibus, ea prius præstare oportet, quæ causa sunt, cur reliqua tuto fiant, quare prius aut misso sanguine aut cathartico [c] multitudinem minuere oportet, tum crassitudinē extenuare, deinde venire ad ea quæ vrinam mouent; sic. n. non augebitur obstructio. Instrumēta idonea sunt medicamenta, quæ quod vrinam ciant διουρητικά, Græce nominantur, separant hæc [d] aquosum humorem à crassiore, quasi coagulum à sanguine serum, separatus tenuis humor à crassiore facilius & attrahitur à renibus & expellitur. Quæ hanc vim habent calida sūt & [e] sicca, non secus atq. ea quæ lac cogunt; est etiam eorum iucundus odoratus; ascendunt ad F tertium gradum caloris & siccitatis quæ valida sunt, vt semen apij, petroselini, fœniculi, dauci, azari, quæ maxime suspecta esse debent, cum febres vehementes sunt, cum lenes non item; tunc enim leuiora conueniunt vt potio aquæ, in qua iacuerint, vel bullierint radices apij vel fęniculi; huiusmodi est potio quam pharmacopolæ nominant syrupum acetosum de duabus, siue etiam de quinque radicibus. Leuiora sunt & minus calefaciunt semina peponum, quæ ob lenem quandam vim detergendi ipsa quoq. vrinam euocant & cum ea tenues humores.

Sudore postremo educitur [f] materia putris quæ febrem accendit, qui quamuis moueatur à natura, magno tamen adiumento est ars; spectabimus primo an euocari debeat, deinde quibus animaduersionibus, & quibus instrumentis euocandus sit. Debet autem euocari vbi requiratur & toleretur, requiritur in febricitātibus omnibus ab aquoso illo humore, qui nō exit per vrinam, sed per venas fertur ad cutem, diluens sanguinem vt facilius permeare possit, exitque deinde ex foraminibus cutis, sed eiusmodi sudor pertinet ad rationem victus quam supra tractauimus. Verum expelluntur cum sudore interdum humores tenues [g] vt biliosi, aut etiam crassi & concreti, cum extenuati & liquati sunt, à quibus requiritur euocatio sudoris, cū & putrescentes febrem accendunt, & copia obstructionem afferūt. Tolerati tamen debet sudor & primo à viribus, quæ vbi debiles sunt effusæ deficiunt: quo fit vt febricitantes nonnunquam in [h] remissione accessionis intereant. Viscera etiam imbecilla non sustinent relaxantia præsidia, à quibus euocatur sudor, sed magis postulant [i] astringentia, vt calor & spiritus in vnum G contractus conseruetur. Ex rebus præter naturam, febris vbi magna sit quemadmodum synocha non admittit euocantia sudorem quæ [K] calida sunt, ne calor calori adijciatur. Multitudo item & cruditas humorum [l] reijcit ea quæ sudorem euocant, quod periculum sit, ne fundendo humores nimis obstructionem augeant; quare vbi requiratur sudoris euocatio, necesse est ante vires [m] reficere si languidæ fuerint, febris feruorem remittere, multitudinem minuere, & crassitudinem extenuare. Quod spectat admodum euocandi, in febribus intermittentibus vt à natura, ita etiam ab arte debet iterari euocatio, in assiduis solet subitus sudor sponte superuenire [n] à quo soluuntur, & idcirco simul etiam euocandus est ab arte, modo vires id ferre possint; nam vbi infirmiores sunt, expedit euocationem iterare. Tunc autem euocandus est, cum non solum adsunt, quæ ipsum requirunt, sed etiam facilius fertur; id quod euenit vbi innatus calor effundatur, & non vbi contractus sit, atq. idcirco non in principio aut incremento accessionis, sed in fine vigoris, & in remissione, quo tempore vtiliter datur potio [o] & sequitur somnus atq. euocatur sudor. Quod si plura requirātur auxilia, vt refectio virium, detractio multitudinis, extenuatio crassitudinis vna cum euocatione sudoris, ea prius adhibenda sunt, quæ spectāt ad id quod magis vrget, vt ad vires, vel quæ sunt causæ futurorum vt extenuatio, & detractio multitudinis, deinde mouendus est sudor. Instrumēta, quib. mouetur, vel ad facul H tatem expellentem pertinent, vel ad materiam expellendam, vel ad locum vnde expellenda est. Facultas si debilis sit confirmanda est, vt melius suo munere fungatur; confirmatur aūt alimentis & potissimum uino tenui, quod ubi iam apparet [q] coctio utiliter datur febricitantib. ad sudorem excitandum. Materia hoc est humor putris, uel obstruens ubi crassus sit, & glutinosus extenuari debet & incidi. Locus unde exit sudor sunt foramina cutis, q̄ necesse est, pateāt: quamobrem utendum est relaxantibus moderate calidis & humidis, à quib. aperiantur, atque hæc proprie dicuntur sudorem euocare. Possunt aūt & intus dari, & extrinsecus adhiberi: maxime ad rē pertinet potio aquæ in qua decoctū fuerit [s] chamæmelum, aut in qua bullierit hordeum. Extrinsecus ualet balneū aquæ [t] dulcis moderate calidū præsertim post accessionē, cū iam remittitur febris, aut intermittit; nā ante alienū est. Conferunt etiā cataplasmata relaxantia: sed cū adhibentur ad præcordia admiscendū [t] est aliqđ astringens. Vbi sudor iam exit nō satis cōuenit inter medicos, ut largius exeat relinquendus ne sit, an detergēdus: sūt [u] qui existimēt relinquēdū esse, quod sic, q̄uis obstruat foramina cutis, tamen retinet calidam expirationem,

a Galen. 4. aph. cō. 74.
b Gale. l. 13. meth. c. 10.
c Gal. ibid.
d Gale l. 5. simpl c. 13.
e Gal. ibid.
f Gal. lib 11. meth. c. 10.
g Galen. 4. aph. cō. 58.
h Galen. 3. cris. c. 9.
i Gal. lib. 13. meth. c. 5.
K Gale. l. 11. meth. c. 10.
l Ibid. Gal.
m Galen. 9. meth. c. 13.
n Gal. lib. 4. aph. cō. 58.
o Gal. lib. 2. crisi. c. 3.
p Gale. l. 11. meth. c. 10.
q Gal. l. 11. metho. c. 9. & lib. 1. ad Glauc. c. 9.
r Gal. 3. simplic. ca. 10.
s Gale. li. 11. meth. c. 20.
t Galen. 11. meth. c. 16.
u Paul Aegineta li. 2. c. 47.

A tionem,quæ magis deinde sudorem monet: [a] plerique ipsum detergunt, vt apettis foramini bus magis pateat exitus: in quorum sententiam imus, vsu enim ipso comperimus magis euocari si detetgeatur quam si relinquatur.

a Gal. l. 10. meth. c. 10. & li. 8. metho. c. 4. & Auic. li. 4. f. 2. tract. 1. c. 66.

De curatione obstructionis & astrictionis prohibentis perspiratum. Cap. VI.



Narrata curatione putredinis, quæ est ptoxima causa febris, videndum est, qua tatione expedire oporteat prohibitum perspiratum, quem supra ostẽdimus esse proximam [b] causam putredinis. Expedietur autem si auferatur continens causa, quę vel astrictio [c] est, vel obstructio. Ordiamur ab obstructione: cessar hæc si obstruentes causę remoueantur, quas [d] diximus esse humores multos, crassos, & glutinosos. Multirudinẽ detrahete oportet sanguinis missione, purgatinne, vtinæ aut sudoris euacuatione, vt proxime tradidimus. Succi crassi & glutinosi extenuandi, atque incidendi sunt: quod opus nunc nobis proponitur. Requiritur autem vbi crassi & glutinosi succi, obstructionem afferunt; sed videndum an toleretur præsertim à rebus præter naturam, nam vires extenuantium vsum fa-
B cile ferre solent; sed cnm hæc sint calida & sicca febrem [e] augenr, quæ cũ ingens est, aut non admittit extenuantia & incidentia, aut ea solummodo quæ imbecilla sunt, nam valida non sustinentur, nisi vbi febres leuiores sint. Quod si cum huiusmodi humoribus crassis, & glutinosis iungatnr [f] multitudo, periculum est, ne si adhibeantur extenuantia & incidentia, deducãtur ad vasa angustiora & obstructionem augeant; quamobrem non prius veniendum est ad extenuantia & incidentia, quam multitudo fuerit exinanita. Vbi statuerimus opus esse extenuantib. & incidentibus, eatenus incidere & extenuare oportet humores crassos & glutinosos, quatenus ad debitam mediocritatem reducanrur, reducuntur autem paulatim, neque enim vt subito detrahitur sanguis, ita subito licet extenuare & incidere, sed paulatim hoc opus efficiendum est. Tempus extenuandi, atque incidendi est, cum adest crassa & glutinosa materia obstruens, modo liceat per [g] ardorem febris, aut pet multitudinem. Ex quo colligitur ordo vbi plura opera requirantur, prius exempli gratia remittere feruorem, diminuere multitudinem oportet, deinde extenuare atq. incidere. Instrumenta quib. vtimur ad hoc opus, aut sunt esculenta & poculenta, & ita sub victu comprehenduntur, simul.n.& alere & mederi possunt; aut sunt medicamenta duntaxat, quæ ad obstructionem internarum partium acria cõueniunt, aut etiam amara; quod si simul nonnihil acerba sint, efficaciora erunt: quemadmodũ absinthium [h]
C in quo acerbiras parua est, & compellendo vim amaram magis detergentẽ reddit; valent herbæ acriores vt calamenthum, hyssopum, origanum, puleium si incoquãtur vel iaceant in aqua, quæ deinde potui detur, valent cappares ex oxymelle, tum confectio illa quæ diospoliticum, [i] & quæ diacalamenthnm nominatur. Si obstructio sit in foraminibus cutis detergenda est amaris & nitri vim habentibus medicamenris, sed carentibus [k] omni acerbitate; astringerentur enim vel à modica acerbitate cũ parua sint, & clauderentur. Quod si astrictio perspiratũ prohibeat in internis canalibus, sanare tumores oportet à quib. astringuntut, sed in paruis foraminibus cutis necesse est vti [l] telaxantibus, quæ calida sunt & humida: cuiusmodi sunt cataplasma, perfusio, balneum aquæ dulcis, de quib. supra locuti sumus cum mouentia sudorem persequeremur, accommodantur.n. telaxantia ad sudorem mouendum. Sed videndum est, ne vires valde imbecillæ sint aut viscera infirma, nimis.n. effunderentur spiritus, & extrema afferretur debilitas. Præterea vbi sit multitudo periculum est, ne nimis euocetur materia ad foramina cutis, & ea obstruat, præsertim si dentur potui telaxantia medicamenta veluti chamæmelum.

b Gal. l. 11. meth. c. 4.
c Gal. ibid. & li. 8. metho. c. 4.
d Gal. li. 11. meth. c. 10.
e Gale. li. 11. meth. c. 10.
f Gal. ibid.
g Gal. ibid.
h Gal. l. 1. ad Glauc. c. 9.
i Gal. l. 4. de tu. val. c. 5. & 7.
k Gal lib. 5 simpl. c. 12.
l Galen 8. meth. c. 4.

De curatione symptomatum sequentium febrem ortam ab humorum putre-
D *dine. Cap. VII.*



Ymptomata supersunt ex rebus præter naturam curanda, hæc, vt in superiotibus ostendimns, sequuntur febrem consistentem in puttibus succis, partim ob calorem ipsum exsiccantem aut liquantem, partim ob putrescentes succos qui tentant varias corporis partes. Tollunẽ hæc non secus, atq. alia symptomata sublato morbo & causa, à qua proficiscũtur: sed cũ interdum aut periculosa [m] sint & vires conuellant, aut nimis molesta sint & hominẽ affligant, non permittunt expectari dũ auferatur motbus vel causa, sed interea postulãt leuationem aliquam, q̃ nunc sigillatim persequi instituimus: vbi illud prius in memoriã rednxerimus: ꝙ quædam ex his symptomatibus, quæ febres sequuntur, crisima [n] sũt hoc est accidunt, cum fit crisis, id est cũ natura subitã morbi mutationẽ tentat, ea autem vel sunt symptomata tantum, quemadmodũ actiones læsæ, vel simul etiã [o] causæ quemadmodũ expulsiones vt deiectionis, vrinæ, sudoris, vomitus, sanguinis ex naribus. Quæ sunt tm̃ symptomata nullum postulant auxilium: statim.n. cessant

m Gal. l. 12. meth. c. 1.
n Gal. l. 1. ad Glauc. c. 15
o Gal. l. 1. crisium c. 8. & c. 14.

cum mutatio facta est, quæ subito fit, hoc est breui admodum tempore, in quo non est, quod symptomatibus succurras, ac naturæ motum impedias. Expulsiones vero, quæ symptomata simul sunt & causæ crisimæ, si sufficiunt, satis hominem expediunt & à morbo, & à symptomatibus; si nimis largæ sint coercendæ sunt, si nimis parcæ augendæ. Alia vero symptomata, quæ E

a Gal. li. 12 meth. ca. 1. & li. 11. meth. c. 12.

crisima non sunt, contrario [a] opere lenienda sunt: quod quo pacto, & quibus instrumentis perficiatur, paucis exponemus in vnoquoq; ex prædictis symptomatibus: vberius enim hæc tractabuntur in curatione membratim vbi symptomatibus medebimur sigillatim ad vnam quamq; partem attinentibus. Nunc autem ordiemur ab his quæ siccitatem sequuntur, quam affert calor febris, huiusmodi sunt sitis: linguæ asperitas, vigilia, astrictio alui, neruorum distentio. Sitis

b Arist. li. 2 de anima. tex. 28.

sedatur si dentur ea quæ appetũtur, frigida [b] & humida videlicet, quę si valida fuerint, quemadmodum potio aquæ frigidæ simul cum siti febrem auferunt, sed tunc non dicuntur curate symptoma, vbi minus valida sint, manente adhuc morbo, leniũt symptoma. Prodest autem aer

c Ga. lib. de arte medi. c. 64.

frigidus & humidus, vbi sitis à pulmone [c] oriatur; nam vbi à ventriculo, prodest potio frigida & humida vt aquæ, cui aliquid aceti, vel oxymellis compositi cum saccharo sit adiectum; aut in qua bullierit hordeum, cui aliquid zulapij rosei, violacei, siue etiam serapij de endiuia adijciatur: nonnihil etiam ad rem pertinet abluere os aqua frigida; superimponere linguæ lactucam ex aqua frigida madefactam, tenere in ore aliquid crystalli, aut os cerasij vel pruni: exprimit enim dum dimouetur in ore humorem ex glandulis, quæ iuxta sunt, & aliquo pacto linguã F

d Hipp. & Gal. li. 3. de officina. com. 15.

madefacit ac sitim lenit. Refrigeratur etiam & madefit vniuersum corpus ex balneo [d] aquæ dulcis, ita vt incredibiliter sitim extinguat: quod illi experiuntur, qui iter confecerunt æstuosa, & puluerulenta via; vindicantur enim à siti paulo post quam in balneum sunt ingressi: quæ

e Hippo. & Gal. 5. aph. com. 27.

omnia proxime sitim sedant. Sed quædam alia aliquo interiecto medio, vt somnus [e] quatenus perficit coctionem, qua perfecta non feruntur amplius multi & calidi vapores ad linguam &

f Hip. lib 3. 6. epid. 33.

fauces: quies, silentium, os clausum, quod Hippocrates [f] monuit, quatenus non exiccatur corpus motu, sermone, fuligine, quæ ore aperto linguam afficit, nam vbi clausum habetur, exit per nares. Exasperatur lingua febricitantium ob nimium feruorem exsiccata, adeo vt, nisi succurras, exulceretur: leniri autem oportet quod exasperatum est, id quod in primis efficit lac si in ore teneatur, tum humor qui mucci instar extrahitur ex semine psyllij, aut malorum cotoneorum, aut ex dulci radice saccharo conditus. Vigilia quoque febricitantibus accidit ob calorem nimis exsiccantem atque absumentem vapores qui cerebrum obstruere & somnum facere debent; hanc lenire oportet implendo cerebrum humidis vaporibus, qui partim per nares ab aqua calida ad ipsum ferantur, partim excitentur à cibis & potionibus ex ventriculo

g Gal. 1. ad Glauc. c. 3.

& potissimum à vino, quod [g] nisi vehemens & vetus admodum sit, vt si quid aliud, somnum facit. Vbi hæc non sufficiant veniendum est ad medicamenta stupefacientia, quæ refrigerando G

h Ga. 1. lib. de caus. sympt. c. 8.

faciunt pro somno [h] veternum: contrahunt enim & claudunt iter per quod transire debẽt spiritus, qui præbent vim sensus & motus partibus cerebro subiectis: leuiora sunt diacodion cum saccharo, & syrupus ex papauere, validiora quæ accipiunt papaueris lachrymam vt philonium, requies Nicolai, & recens Theriaca, sed hæc intus dantur; extrinsecus autem inunguntur nares, tempora, & caput oleo nymphęa condito, vnguento populeon, aut perfunditur aqua in qua bullierit lactuca, papauer, hyoscyamus, mandragora. Affertur etiam neruorum disten-

i Galen. 2. aph. cõ 26.

tio a calore exsiccante, quæ curationem [i] non admittit, nam si liceret solidæ substantiæ exhaustum humorem reficere, possent senes iterum fieri iuuenes: licet tamen madefaciendo efficere vt symptoma quod incepit aut non augeatur, aut sequatur leuius; vtemur igitur madefacientibus & potissimum perfusione olei communis, siue eius quod ex lini semine, vel dulcibus amygdalis exprimitur. Astringitur aluus febricitantibus similiter ob vim caloris exsiccantis, quam laxare oportet medicamentis partim intus datis, partim per clysterem in intestina iniectis. Sumitur autem vtiliter cassia, & mel quod ex rore colligitur, aut cõfectio diacatholicon, vel diaprunis quod scammonij sit expers. Tum saccharum viola conditum, uel syrupus ex pluribus rosarum seu uiolarum infusiõnibus. Per clysterem demittitur in aluum mulsa cum oleo uiolaceo præsertim in febribus acutis; nam in illis quæ magis lentæ sunt acriora inijcimus, ut salem, hieram, aquam in qua bullierint acriores herbæ. Vrina autem si ob siccitatem pauca exeat succurrendum est larga potione; sicut & sudori si ob eandem causam exiguus effluat. Ob alias vero causas si retineatur, aut sudor, aut vrina, illis auxilijs utendum est, quæ supra posuimus euocare urinam uel sudorem. Calor non tantum siccat sed etiam liquat quæ concreta sunt, ex quo sequitur tussis si materia liquata feratur ad thoracem; Profluuium deiectionis, si ad intestina, urinæ, si ad renes & uesicam, sudoris si ad cutem, quanquam fiunt etiam eiusmodi profluuia cum humores putres feruntur ad hæc loca. Quæ symptomata lenienda sunt; sed habenda prius est ratio feruoris, quem & externis, & internis auxilijs refrigerantibus & madefacientibus extinguere oportet, nõ secus atque illum qui in febre hectica tabefacit partes nostri corporis. Lenitur tussis partim relaxando thoracẽ uelut inunctione butyri, aut adipis gallinaceæ, siue olei ex

k Gal. li. 5. simp. c. 20.

amygdalis dulcib. partim [k] temperando acrimoniã materiæ his quæ lenem uim habent ut amylo, tragacãtho, succo dulcis radicis; eclegmate ex psyllio, ex sarsara, ex papauere. Profluuiũ deiectionis, urinæ & sudoris, ubi nimiũ sit & uires debilitet, coercendũ est: id qđ fit partim auer-

tendo

A tendo materiam ad alias partes,partim aſtringendo locum vbi recipitur, & vnde effunditur,
ne recipi aut effundi poſſit.Humor qui nimius deijcitur,auertitur ad canales[a] vrinæ per ea me- a Galen 4. aph cō vl.
dicamenta,quæ vrinam euocant;auertitur etiam ad cutem: cõſpirant enim inter ſe partes ex- b Hipp. 6.
ternæ & internæ,& vt inquit Hippocrates,carnes[b] alliciunt a ventre: quamobrem vtiliſſimum 9 epid. 1.
eſt balneum & humor,qui nimius concurrit ad ventrem & inteſtina euocetur ad cutem. Aſtrin-
gimus autem ventrem partim his,quæ ſumuntur, partim his quæ per clyſterem inijciuntur in
inteſtina,partim his quæ imponuntur extrinſecus. Oua quæ in aceto iacuerint ex quo fuerint
etiam decocta vtiliter comeduntur; tum fructus aſtringentes,vt ſorba,meſpila,corna,pira: ſed
potiſſimum mala cotonea, & confectio quæ ex ipſis componitur: datur & potui quem vocant
ſyrupum ex roſis ſiccis, ſiue ex granis myrthi,veluti & miua citoniotum; valet confectio quæ
ex cornis,ex ſorbis,aut etiam ex meſpilis ac ſaccharo paratur, præſertim ſi ante alia alimenta
deuorentur.Inijciuntur in aluum per clyſterem olea aſtringentia,vt melinum,maſtichinum,ro
ſeum omphacinum: tum aqua in qua herbæ aſtringentes iacuerint vel bullierint vt plantago,
roſæ,myrthus vel lentiſcus: extrinſecus ventri ſuperdatur medicamentum ex maſtiche, aloe,
& oleo melino, aut cataplaſma ex pane toſto & vino aliquo acerbo, ſiue ēt quod a recentiori
bus de panis cruſta nuncupatur. Vrina ſi nimis copioſe exeat auertitur ad cutem per ea quæ
ſudorem mouent,ad inteſtina[c] per ea quæ aluum deijciunt. Aſtringuntur canales vnde tranſi- c Galen.4. aph.cō.vl.
B re debet potus aquæ vim ferream habentis,aut alterius in qua bullierit myrthus,plantago,ro-
ſa ſicca.Sudor denique vbi immoderate effluat auertitur ad inteſtina. Sed foramina cutis con
trahuntur aſtringenti aliquo medicamento, vt oleo myrtheo, maſtichino,melino,aut aqua in
qua decoxeris ſalicem,malicoriũ,hypociſtidem;vel in qua tabuerit aliquid aluminis.Contra-
huntur etiam foramina cutis aere frigido veluti cum fit ventus flabello. Sed vt cum euocatur
ſudor extenuare humores oportet,ita cum ſupprimitur reddere craſſos decet,id quod faciunt
cibi craſſi,veluti alica,panis ſiligineus: tum medicamenta refrigerantia ut theriaca noua,dia-
ſpermaton,& diacodion, quod magis conuenit ſebricitantibus. A cauſa febris hoc eſt ab hu-
moribus putreſcentibus varia ſymptomata fieri demonſtrauimus,[d] prout varias partes ten- d Sup.li 4. c.3.
tant,quæ ſæpe adeo moleſta ſunt vt[e] leuationem quandam deſiderent non expectata curatio
ne morbi aut cauſæ. ſac primum tentari caput,varia tunc ſymptomata ſuperueniunt; vt dolor, e Ga.li. 12. meth. c. 1.
delirium,ſomnus grauis.Leniuntur hæc ſymptomata omnia ſi materia tendens ad caput ſiue ſu
ligo,ſiue humor auertatur ad partes inferiores,& prohibeatur recipi in capite. egregie auerte
tur ſi per clyſterem in aluum indantur liquores acriores; ſi adhibeãtur cucurbitulæ,frictiones,
laquei ad crura.non permittetur[f] recipi in capite,ſi ſuperimponatur linteum madefactum ex f Gal. li. 1. ad Glauc. c.15.
oleo roſa condito,cui aliquid aceti ſit adiectum; aut ſi inungatur caput cetato liquido refrige
C rato;quæ remedia etiam commode ſuperimponuntur ceruici, vnde tranſeunt grandiores ve-
næ & arteriæ ad caput pertinentes, neque periculum eſt ne ſub eiuſmodi medicamentis re-
primentibus materia repellatur ad cerebrum ab externis partibus capitis, cum nondum in il-
lis ſit. Proprie autem aduerſus dolorem pugnamus aut relaxantibus,[g] aut etiam ſtupefacienti- g Ga 5. ſim pli. c 19.
bus ſi grauiſſimus ſit quod raro accidit, neque enim intolerabili dolore vexari ſolet caput,ut
inteſtinum colum[h] quod ſi cum dolore ſentiatur quidam pulſus, lenitur ſi vitta circumdetur h Gale. & Hip.li 3. d' offic. textu com 36.
caput,minus enim moueri poterunt arteriæ ſi adſtringãtur; quod remedium quamuis ſrequẽ
retur a mulieribus, fuit inuentum a veteribus medicis. Delirantibus uero opportune dantur
quæ ſomnum faciunt;ſicuti graui ſomno oppreſſis excitantia & dolorem mouentia. Inſtrumẽ-
ta ſenſuum,vt oculi,aures,lingua ſi tententur materia putri, poſtulant ſimiliter auertentia &
repellentia;non tamen tuto dantur ad aures quæ repellunt,ne per proximam & patentem viã
putres ſuccos ad cerebrum reprimant. Proprie autem lingua poſtulat quæ abluant & leniter
detergant vt ſerum lactis,& mulſam.Si ſanguis ex naribus nimis large effundatur auertendus
eſt cucurbitulis ad præcordia[i] impoſitis,præſertim e regione illius[k] naris vnde exit;ad quem i Gal li. 1. ad Glauc. c.vlt.
vſum valent etiam cucurbitulæ in occipitio defixæ, ſed obturare oportet locum vnde exit.
maxime præſens eſt medicamentum, quod accipit[l] duas partes thuris & vnam aloes dilutas
albo oui,& excepras pilis leporinis. Quod ſi materia putris ad thoracem feratur efficit difficul k Hipp. & Galc. li.3. prorit.t. cō men.33.
D tatem ſpirandi;quam leniemus inungentes thoracem butyro, vel oleo chamemælino; ſed ne
augeatur,auertemus ſimiliter quod adhuc fluit ad partes inferiores.Sed ſi tentet cor,ſequi ſo-
let animæ defectio: vires enim quæ requirunt moderatam qualitatem, & quantitatem[m] ſpiri- l Gal. li.5. meth. c.4.
tuum humorum & partium ſolidarum, debilitantur in corde concurſu humorum interdum
copia interdum qualitate manifeſta, interdum repugnantia totius ſubſtantiæ lædentium, vbi m Ga li.11 met c.1.& c.3.
impendet animæ defectio,antequam ſuperueniat, auertenda eſt materia putris ad partes in-
feriores,cucurbitulis,frictionibus & acriore aliquo humore per clyſterem in inteſtina immiſ-
ſo. vbi iam animus deficit recreare vires oportet, recreantur autem vbi reficitur ſubſtantia
in qua conſiſtunt; at neque humores neque partes ſolidæ celeriter refici poſſunt vt res poſtu- n Hipp. 2 apho.11 & Ga.10 me tho.c.4.
lat,neceſſe eſt igitur reficiantur ſpiritus;reficiuntur autem celerrime odoribus ad nares admo
tis,celeriter etiam[n] potione præſertim vini tenuis, aut ſorbitione[o] cremoris ptiſanæ infuſæ
per vas oris anguſti diductis maxillis: mirifice ad idem conducit elixir vitæ,cum aqua carnis, o Ga.li 10. meth. c. 3.
cuius aliqua portio præſertim ex diſtillatitio pulli liquore exhibeatur, at vbi iam recreari vi-
res

res cœperunt, præsens remedium est panis ex vino: interea dare operam oportet vt qui effusi E sunt spiritus contrahantur & validiores fiant: contrahuntur autem appulsu frigoris externi, quo spectat aqua frigida respersa in faciem, & aer frigidus ac ventus quem flabellum efficit. Vexatur sæpe os ventriculi a concursu materiæ putris, ex quo sequitur morsus quidam, vomitus, singultus. Quæ symptomata similiter postulant, vt quod ad ventriculum influit, trahatur ad partes inferiores, & quod iam influxit & in eo continetur, vel temperetur, vel educatur: temperatur acrimonia bilis cremore ptisanæ, iure pulli gallinacei, potione aquæ tepidæ: educitur sumpta hiera, & per deiectionem expellitur, magis enim conuenit deiectio quam vomitus, vbi male affectum est os ventriculi, ne materia concitetur ad affectum locum, sed auertatur ad partes inferiores. Vbi tamen vomitus materiæ putris sponte sequatur libenter excipiendus est; quod si diu perseueret, neque retineri possint esculenta & poculenta, occurrere oportet astringentibus medicamentis, & intus datis & extrinsecus impositis; vtiliter sumuntur mala punica & coronea, veluti & potio quæ ex succo cotoneorum, & melle vel saccharo conficitur, quam miuam a citoniorum tum simplicem, tum compositam appellant. Vtiliter superimponitur cataplasma ex pane torrefacto, & vino austero, siue quod ex panis crusta a recentioribus nūcupatur; inungiturque oleum mastichinum, siue absinthinum. Singultus postulat vt materia putris, quam combibit os ventriculi, excutiatur; excutitur autem motu atque agitatione vehementi quam affert singultus; quanquam à calore aucto concoqui etiam & digeri potest: augetur suppresso spiritu, & aqua frigida retenta in ore, quæ à Platone b proponuntur ad sanandū singultum. Fertur denique materia putris ad cutem, quod potissimum accidit principio accessionum vbi affert frigus horrorem & rigorem, quemadmodum in superioribus ostensum fuit: quanquam rigor extra principium accessionis interdum superuenit vt symptoma c crisimum; sed tunc vbi superueniāt eiusmodi symptomata principio accessionis succurrere oportet, frigori sufficiunt lintea calida, horrori & rigori necessaria sunt medicamenta calefacientia, & intus sumpta, & foris admota. Debent autem esse tenuium partium, vt facile permeent per vniuersum corpus: huiusmodi est d calamenthum siccum, quod & ex mulsa bibitur, & ex oleo inungitur; prætereа piper, castorium, & confectio diatrium e pipereon, & diacalamenthum dicta; valet etiam f panis ex vino calido sumptus initio accessionis; valet & inunctio totius spinæ ex oleo irino, piperino, castoreino, ac similibus, quæ calida sunt & tenuibus partibus cōstant. Succurritur per hæc rigori, & horrori, quem propulsabimus si crassos humores extenuemus ac purgemus: quo nomine veteres dant g Agaricum vt pituitam educant, quanquam hoc est mederi causæ potius quam symptomati. Distinguere etiam oportet curationem rigoris in febre ab humore frigido, vt melancholico, vel calido vt bilioso, nam ubi frigidus, licet intus & extrinsecus dare medicamenta calefacientia, sed ubi calidus, tantum impenenda sunt extrinsecus, magisque conueniunt frictiones quam medicamenta valde calida.

a Mesues li. 3. de antidotis.
b Plato in conuiu.
c Hip. li. 4. aph. 58.
d Gal. li. 7. simpl. c. de calamen.
e Gal. li. de rigore c. 7.
f Ga. li. 10. meth. c. 4.
g Gal. li. 6. simp ca. de Agarico.

F

G

Quid in curatione postulent differentia febris humorum putredinem sequentis. Cap. VIII.



QVO pacto & quibus instrumentis perficiantur opera requisita primum a rebus naturalibus, deinde a rebus præter naturam in illis qui ob humorum putredinem febricitant, hactenus ostensum est; nunc proximum est, vt quid postulent earundem rerum differentiæ explicemus, atque illæ potissimum quas in superioribus h posuimus ad ipsam febrem attinere, sumique vel a subiecta materia, in qua illa residet, vel a modo quo in eadem versatur, vel a consequentibus vt a magnitudine, multitudine, loco, motu, tempore, uel a causis, vel ab effectis. Diximus autem commune esse omnium differentiarum postulare similem differentiam in opere requisito, siue similitudo expressa sit, siue implicita id quod sigillatim nunc explicare oportet. Materia subiecta, hoc est corpus febricitantis pro varia æta te, sexu, temperatione varias efficit differentias febrium, quæ postulant similem differentiam seu animaduersionem operis, quod simile existimabitur vbi idoneum erit; exempli gratia, si dandus cibus sit docet ætas pauca sufficere senibus, multum desiderari a pueris, quemadmodum docuit Hippocrates, similiter i si refrigerare oportet, a iuuenibus & requiruntur & sustinentur magis refrigerantia quam a senibus; eadem est ratio temperationis calidæ & frigidæ, tum sexus, nam fœminæ frigidiores sunt, mares calidiores. Quod attinet ad modum formæ in subiecta materia, febris quæ humorum putredinem sequitur semper inæqualis k est, nunquā contraxit habitum vt hectica; semper etiam proxime pertinet ad partes simplices, & per ipsas ad multiformes; quamobrem opera quæ requiruntur inæqualitatem habere debent, neque enim incumbendum est in ea tantum quæ refrigerant vt fit in hectica febre, sed in ea quoque, quæ causam submouent: neque ita perseuerandum est in remedijs refrigerantibus, sicut ubi contractus est habitus: prætereа quæ fiunt opera ad febrem proxime accommodantur ad partes simplices & per has ad multiformes. Ex consequentibus magnitudo febris aperte similem operis differentiam postulat sicuti patuitas, paruitatem; quare cum opus est refrigerare, si febris

h Sup. li. 3. c. 4.
i Hippo. 1. aphor. 13. & 14.
k Gal. li. de inæquali intemp. c. 9

H

A bris ardens sit, vtemur valde refrigerantibus, si leuis, leuiter: idem enim esse debet gradus frigo
ris in remedijs, qui caloris in febre. Multitudo febrium non postulat aperte multitudinem re-
mediorum, cum idem remedium sæpe sufficiat multis febribus, sed iterari debet, & hoc pacto
multiplex esse in diuersarum febrium circuitibus, sed simplex in simplici. Febres quæ ex mul-
tis componuntur, composita præsidia desiderant, vt separatim monstrabimus cum persecuti
singulas species febrium ad quasdam differentias reuertemur, quæ longiorem tractationem
postulant, & ex his quæ in vnaquaque specie tradentur perspicua fient. Locus in quo versatur
febris cum sit totum [a] corpus, remedia postulat quæ toti corpori aptentur. Causa, vt putredo, si a Gal. li. de
diffusa est, postulat similiter remedia ad totum corpus attinentia; si conclusa in aliquo loco, cur. per ve-
quẽadmodũ vsu venit in inflammationibus, remedia accommodari debent ad certum locum: næ sect. c. 19
sed nunc non tractantur febres ab inflammatione ortę. Ad motum pertinet modus & qualitas.
Modo motus differunt febres, quod aliquæ circuitibus distinguũtur, aliquæ sunt synochæ, desi
derant quæ synochæ sunt opus simile, hoc est totum simul vt [b] sanguinis missionem, aut refrige b Gale. li. 9.
rantia: quæ circuitibus distinguuntur amant remedia per circuitus iterata. Prout autem syno- meth. c. 4.
chæ febres a principio ad finem aut similes manent aut semper augentur, aut semper decre-
scunt, ita etiam, quæ adhibentur opera, aut similia esse debent, aut semper augeri, aut semper
minui. Vbi sint circuitus si inordinati, opera quoque inordinata conueniunt, si ordinati vt quo
B tidiani, tertiani, quartani, ordinata & similia. Ijdem circuitus si febris assidua sit, assidua postu-
lant remedia, si intermittant intermissa; sed cum febres assiduæ [c] magnæ sint, hoc nomine ma- c Hippo. 4.
gnis præsidijs egent. Qualitas motus ad celeritatem & tarditatem spectat, quæ differentiæ fe- aphor. 43.
brium similes amant operum differentias. Celeribus febribus, cuiusmodi sunt peracutæ, celeri
ter succurrendum est, & eadem die dandum catharticum si expedit, & vt inquit Hippocrates,
[d] si materia turget, tardare enim in eiusmodi malum est. Si febres lentæ sint festinandum non d Hippo 4. apho. 10.
est, nam vt inquit Hippocrates, [e] de corporibus reficiendis, quæ longo tempore extenuantur e Hippo. 2.
corpora lente reficere oportet, ita in morbis qui lenti sunt lente conuenit dare remedia. Ex aph. 7.
celeritate autem & tarditate motus sequitur longitudo & breuitas febris: quæ similem requi-
runt animaduersionem, vt scilicet vel diutius in remedio perseueremus, vel paruo tempore, &
ita subito vel paulatim hominem curemus, quemadmodum postulari diximus a celeritate &
tarditate motus. Ad tempus attinet nouitas & vetustas febris quæ per se nullam [f] animaduer-
sionem operum demonstrat, sed quatenus indicat nouitas quidem facilẽ, vetustas vero ægre f Galen. 4.
mobilem febrem, eatenus significant hanc quidem tollendam diuturnioribus & validioribus meth. c. 4.
præsidijs, illam vero leuioribus & breuioris temporis. Quatuor & totius febris & vniuscu-
iusque circuitus partes, referuntur ad tempora efficiuntque differentias febrium, incipientiũ,
C increscentium, vigentium, & inclinantium, a quibus desiderantur opera opportuna. Docet
[g] Hippocrates initio mouendum esse, si quid mouendum videatur, in vigore quiescendum, simi g Hippo. 2.
liter in accessionibus subtrahendum [h] esse cibum, quem postea licet dare in remissione aut inte aph. 19.
gritate. A causis externis sumi diximus differentias, quod febres aut communes sunt, aut pro- h Hippo. 1.
priæ, similia autem præsidia requirunt communia scilicet vel propria: tum vel pestilentes, vel aph. 11.
non pestilentes, sed hæ differentiæ similiter, proficiscuntur a causa interna, quæ pro vt mitis
est vel praua, ita mites vel prauas febres efficit. Cæterum de febribus prauis ac pestilentibus
cum longiorem tractationem postulent seorsum agemus vbi persecuti erimus species febrium
putrium, quæ fiunt a diuersa specie caloris, quam efficit diuersa species humoris putrescentis,
ita vt tandem diuersæ species febrium oriantur a diuersa specie humorum putrescentium, &
idcirco causæ internæ: qui humores putrescentes vbi synceri sunt & non mixti cum alijs, exqui
sitam efficiunt febrem, vbi mixti [i] spuriam, exquisitæ febres sunt puræ, & ideo pura postulant i Gale. 1. de
remedia. Spuriæ veluti mixtæ & idcirco mixta desiderant, vt in sequentibus patebit, cum ad diff. feb. c. 7 & 8.
quasdam differentias reuertemur. Sed interna causa alias affert febris differentias, quod cocta
vel cruda sit, turgens vel quieta, humida vel arida. Postulant autem similem, hoc est idoneam
operis differentiam, purgatio, exempli gratia conuenit coctæ [k] & non crudæ, turgenti [l] & non k Hippo. 1.
D quietæ, quæ sicca est magis madefacientibus eget, minus quæ humida. A symptomatibus sumũ aph. 22.
tur differentiæ febris, quod vbi hæc grauiora sint quam expectanda videantur a magnitudine l Hippo. 4.
caloris, febris praua est; vbi leuiora, mitis. Sanantur mitiores febres leuioribus remedijs, prauæ apho. 10.
validioribus, & his quæ tota substantia aduersantur, quæ declarabimus, cum persequuti spe-
cies in proximo libro, accedemus in altero qui eum proxime sequetur, ad differentias febrium
quæ longiorem tractationem postulant, vt ad exquisitas & spurias, ad simplices & compositas,
ad pestilentes.

VIDI

VIDI VIDII

DE FEBRIBVS,

SIVE DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber Quintus:

In quo tractantur Species Febrium in humoribus putribus consistentium.

Quot sint species illarum febrium quæ sequuntur humorum putredinem. *Cap. I.*

a Supra in antecedentibus duobus libri.

b Sup. li. 3. c. 4.

c Gal. 2. de dif. feb. c. 1.


I febres, quæ humorum putredinem sequuntur, vt omnes communia præcepta desiderant, ita singulæ nihil proptium postularent, contenti essemus communibus, quæ supra ᵃ exposita sunt; sed quia vnaquæque species proprias desiderat animaduersiones, necesse est seorsum tractetur: id quod a nobis fiet, vbi prius singulas inuenerimus; vt autem primas ac maxime cōes febriū species totidem esse demonstrauimus, quot sunt primę ac maxime communes species caloris præter naturam, qui si lenis sit constituit diariam, si acris squallidus hecticam, si acris fumosus eam quæ in humorum putredine consistit, ita nunc totidem species febrium humorum putredinem sequentium ponemus, quot sunt eiusmodi caloris acris scilicet & fumosi. Præterea vt calorem præter naturam in diuersas species primo distribui monstrauimus ᵇ pro diuersa materia in qua versatur, vel tenui cuiusmodi sunt spiritus, vel crassa vt partes solidæ, vel media vt humores; ita nunc calorem præter naturam acrem fumosum in diuersas species distribuemus, pro diuersis humoribus in quibus consistit. Puttescit in nobis non tantum bilis, vt quidam ᶜ ex veteribus voluerunt, sed etiam humor melancholicus, pituita & sanguis; & ita sunt quatuor species calotis acris fumosi, ac propositarum febrium, quæ respondent quatuor humoribus, neque plures reperiuntur: nam succus ex cibo si in vētriculo putrescit, magis diariam febrem accendit, si in venis iam conuertitur in aliquem ex prædictis humoribus; ille vero aquosus humor, qui quasi serum in lacte in venis residet cum sanguine, cum vnoquoque quatuor ita miscetur, vt non possit sine illo puttescere. Quare febris quæ tunc accenditur non tribuitur aquoso humori, sed alteri cum quo mixtum est: tantum igitur sunt quatuor species febrium putredinē sequentiū, nā & totidē sunt humorū putrescentium. Conuenit inter oēs de ea quā excitat flaua bilis, humor melācholicus, aut pituita putrescens, non tñ de ea quā sanguis, cum Gal. ᵈ velit putrescentis sanguinis tenuiorē ac pinguiorē partē degenerare in flauā bilē, crassam vero & terrenam in humorem melancholicum, & tantum tres species ᵉ ponat febrium a putredine nascentium, pituitosam, biliosam, & melancholicam tam assiduam, quā intermittētem; eam vero quæ fit a sanguine referat ᶠ inter febres biliosas. Constat tamen longe diuersam esse febrem quam excitat sanguis putrescens, differt enim a biliosa qualitate ᵍ & motu caloris, causis, effectis, remedijs. Qualitas caloris in febre biliosa acris est, in sanguinea mitior, magis enim percipitur copia caloris quā acrimonia, & vapores qui ab hac exhalant non ita mordēt, vt illi qui a biliosa. Continetur præterea febris sanguinea vnico circuitu, & propterea dicitur synocha, biliosa vero pluribus distinguitur tertio quoque die repetentibus, vnde tertianæ nomen traxit. Causa ipsa proxima vtriusque febris diuersa est, neque enim idem est sanguis & flaua bilis, cum hæc sit calida, sicca & amara, ille moderate calidus & humidus ac dulcis; aliæ etiā sunt causæ procreantes sanguinem tam internæ quam externæ, aliæ flauam bilem. Symptomata etiam multo mitiora sunt in febre sanguinea quam in biliosa: iungitur hæc cum intolerabili siti, qua caret sanguinea, hæc denique curatur larga sanguinis ʰ missione vsque ad animæ defectionem, illa refrigerantibus vt potione aquæ frigidæ: ex quo colligitur ponendam esse sanguineā febrem distinctā a reliquis tribus, quam alibi Galenus posuit, ostendens duplicem synocham a sanguine excitari, vnam cum calescit duntaxat, atque hanc esse ex ⁱ diarijs, alteram

d Ga. li. 2. de dif. feb. c. 9.

e Ga. li. 2. de crisib. c. 9

f Gale. li. 2. de dif. feb. c. 9 & li. 2. de crisib. c. 12.

g Gal. ibi.

h Gal. li. 9. meth. ca. 4.

i Gale. li. 9. meth. c. 2.

cum

A cum putrescit,atque hanc haberi in numero earum quæ sequuntur humorum putredinem. Ne
que obstat ratio superius posita,quod sanguis putrescens vertatur in bilem , cum hoc non fiat
momento temporis,sed vbi diutius computruit;interea cum maneat adhue,sanguis febris san
guinea est,licet processu temporis fiat biliosa. Quo spectans Galen.[a] tres tantum species posuit a Gal. 2.cri
febrium sequentium humorum putredinem, nobis tamen magis placet ponere quatuor distin si.c.9.& li.
ctas,sanguineam,biliosam,pituitosam,& melancholicam. 2.d dif.feb. c.9

De febre orta à sanguine putrescente. *Cap,* *II.*

SVmemus initium ab ea specie quam proxime excitari monstrauimus à sanguine pu
trescente,in qua vt in reliquis omnibus eadem capita proprie perpendemus , quæ
supra communiter persecuti sumus de febrib.ab humorum putredine ortis;primo
enim explicabimus cognitionem curandorum, & absolute & in homine febricitan
te,deinde rationem curandi per opera & instrumẽta. Primo igitur absolute cognoscere opor
tet de proposita febre res præter naturam,quæ curandæ sunt,morbum scilicet , causas & sym-
ptomata:morbus est ipsa febris quæ quatenus sequitur humorum putredinem, est calor lædẽs
B actiones in vniuerso corpore acris[b] & fumosus ; sed quatenus fit a sanguine eiusmodi calor b Ga. li.1.d
multus est & parum acris:editque[c] vapores lenes:quamobrem non immerito existimatur a ve dif.feb c.7.
teribus hæc febris media quodammodo inter diarias & illas quæ aliorum humorum putredi- c Ga.li.2.d
nem sequuntur,magisque excedere in ea videtur copia caloris quam acrimonia,ob quam calo diff.feb.c.9
ris copiam habetur in numero ardentium: quamuis[d] reuera non sit ardens quemadmodum il d Galen. 1.
la quam efficit putredo flauæ bilis,neque vt in febre pituitosa calor,qui a principio lenis vide- aph cõ.23.
batur,acrior sentitur,sed lenis a principio ad finem perseuerat . Modus quo calor in proposi-
ta febre mouetur , est synochus hoc est sine circuitibus , vnica enim accessione[e] continetur a e Gal.lib 9.
principio vsque ad finem, neque pluribus distinguitur vt tertiana, quotidiana,quartana tam meth.c.2
intermittens quam continua:ternæ autem differentiæ , quas diximus attendi in synocha sine
putredine cum tractaremus diarias,animaduertuntur etiam in hac; quod vel similis[f] perseue-
ret a principio ad finem,vel perpetuo augescat,vel perpetuo remittatur. Proxima causa, vt cõ f Gale.li.9.
muniter omnium propositarum febrium est putredo humorum,ita nunc propria sanguinis, ita m.c.3.
vt sanguis putrescens[g] hanc febrem efficiat. Cæteræ causæ hanc febrem efficientes,aut sangui g Ga 9.me
nem augent,aut eundem reddunt putrem , necesse enim est & multitudo sanguinis concurrat th.c.2.& 4.
& aliquidper quod putrescat;multitudo autem æstimanda est ratione habita vasorum capaci
C tatis,non virium sustinentium:cõtrahitur multus sanguis in corpore, vel quod multus procree
tur a copia ciborum & potionum boni succi & moderata viscerum temperatione,vel quod cõ
tractus non absumatur neque effundatur vt naturaliter solet , exempli gratia mulieribus post
partum,aut singulis mensibus:necessaria autem est multitudo sanguinis,neque accidit hæc fe-
bris nisi adolescentibus boni habitus[h] multi sanguinis,est enim multitudo cibi causa putredi- h Gal.9.m.
nis,cum obstruendo prohibeat perspiratum nisi quis anteuertat mittendo sanguinem,quo præ c.3.
sidio prohibetur[i] ne in synocha,quæ sine putredine est, putredo accendatur:euenit interdum i Ga.9.mr.
vt alius humor putrescat,alius obstructionem afferat , quemadmodum vbi putrescit flaua bi- c.4:
lis a iecinoris feruore contracta , & obstructio fit a pituita quæ ex cruditate orta in ventriculo
allicitur a uenis;sed in hac febre cum fiat vt diximus in adolescente boni habitus & multi san
guinis,non oritur obstructio a pituita , neque enim redundat in eiusmodi homine,sed sanguis
ipse qui putrescit cum multus sit sibi efficit obstructionem: continetur autem vnico circuitu,quia K Gal.li.2.
constat ex tota[k] sua materia , versatur enim putredo in sanguine totius corporis & omnium d diff. feb.
venarum qui synocham efficit : causa vero triplicis differentiæ cur scilicet vel perseueret eo- c.vl.
dem modo,vel semper augeatur,aut decrescat, est similis differentia in causa proxima febris
in putredine vid.quæ si semper æqualis manet , febris etiam perseuerat a principio ad finem
D æqualis,si plus ex ea exhalet quam contrahatur semper imminuitur , contra si plus contraha-
tur quam exhalet semper augetur febris. Symptomata restant quæ leuia sunt,dicitur enim hæc l Ga.li.2.de
febris symplex quod[l] non soleat cum grauitate symptomatum copulari , veluti ardens illa crisib.c 12.
quam efficit flaua bilis : si quando autem huic etiam grauia superueniant , id proficiscitur
vel a prauitate sanguinis,vel a multitudine calorem suffocãte:hactenus de rebus præter natu-
ram absolute cognoscendis. In homine vero ægrotante vt alijs morbis ita etiam hac febre, co-
gnoscere oportet præsentia,præterita,& futura;sunt autem præterita potissimum causæ quas
conijcere licet ex effectis relictis in corpore ægrotantis, quanquam referuntur etiam ab homi
ne ipso & ab assidentibus, quemadmodum ostẽdimus cum & de diaria & de febre ab humorũ
putredine orta locuti sumus. Præsentia quæ recognoscere oportet in febricitante,sunt res ipsæ
præter naturam quas proxime explicauimus,morbus videlicet,causæ,& symptomata vna cum
differentijs. Symptomata plerunque pauca[m] & leuia sunt : quæcunque autem sint ut sitis,sen- m Gal.li.1.
sus onerantium ac tendentium,robur tam cutis quam eorum quæ excernuntur sub sensum ca- de crisib.c.
dunt . Morbus vero hoc est febris partim sensu percipitur, partim colligitur mente,calor,quo 12.
con-

contineri hanc febrem diximus, quantitate multus & qualitate parum.[a] aeris cum magna copia vaporum non mordentium, tactu iudicatur: perseuerat autem si diu tangatur lenitas caloris & vaporum, neque vt in febre pituitosa videntur subinde calor & vapores fieri acriores. E
Motus similiter tactui subijcitur, quod scilicet vnica[b] accessione a principio ad finem contineatur, neque pluribus distinguatur circuitibus, quod item ea accessio tota videatur vigor, neque præseferat hæc febris principium, incrementum aut remissionem euidenter. Eodem sensu tactus deprehenduntur differentiæ illæ tres, quod hæc febris videatur a principio ad finem vel similis esse, vel semper augeri, vel semper minui: at potest conijci etiam hæc febris mente ex signis quæ sumantur a causis, a iuuantibus, a lædentibus, ab effectis: monstrat ergo hanc febrem causa proxima quæ est putredo sanguinis, nam aliæ eatenus synocham febrem indicant quatenus monstrant sanguinis putredinem, quæ causa cum sensum lateat, quo pacto deprehendi queat paulo post subijciemus. Colligitur præterea hæc febris ex his quæ prosunt aut obsunt, prosunt enim inedia, sanguinis[c] missio, & quæ magnopere refrigerant, obsunt quæ sanguinem vel nouum procreant, vel iam collectum retinent, præterea quæ calefaciũt: vbi ergo talia sint, quæ vel vtilitatem vel noxam afferant, fidem facient febris synochæ; hanc augent & effecta ipsa hoc est symptomata, veluti sensus tendentium atque onerantium, pulsus magnus,[d] vehemẽs cum parua inæqualitate, rubor faciei & vrinæ. F Causa proxima, hoc est putredo sanguinis, cum ipsa quoque sensum fugiat, conijcienda similiter est ex causis a quibus oritur, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis. Causæ aliæ putredinem in sanguine efficiunt, aliæ eiusdem copiam augent; efficiunt putredinem quæcunque prohibent perspiratum, vt densitas cutis & obstructio a multitudine sanguinis, quæ vbi adsint monstrant putredinem quam efficiunt; neque enim fit hæc febris ubi est aut raritas cutis aut sanguinis copia mediocris: causæ vero e quibus augetur sanguinis multitudo, aut ipsum retinent neque sinunt ex corpore exire, veluti cum mulieribus supprimitur purgatio, vel menstrua, vel a partu; aut eundem procreant vt efficiens, & materia; efficitur enim a temperatione moderata viscerum, nam moderatio rerum externarum efficiendi socia est; materiam præbent esculenta, & poculenta qualitate moderata, & quãtitate non plura quam vt concoqui possint; ex quibus omnibus causis colligitur putredo sanguinis, quam demonstrant etiam quæ prosunt, si ipsum vel detrahant, vel refrigerent, & quæ obsunt, si eundem vel colligant, vel calefaciant. Postremo colligitur sanguinis putredo ex effectis, sunt autem ea a quibus diximus demonstrari synocham febrem, plurimum autem valet rubor totius corporis, & vrina simul crassa[e] & rubra. Ex futuris præcognoscemus euentum, tempus & viam, euentum necesse est aut salubrem aut perniciosum esse; neque enim potest homo in eodem statu diu manere, plerunque autem sequitur salus cum accidat hic morbus adolescẽ- G tibus[f] boni habitus, quorum natura adeo valida est, vt superet morbum quamuis magnum, nisi, quod raro admodum accidit, aut nimia copia eius stranguletur, aut prauitate intereat; maximus error est venæ sectionem omittere, augetur enim interdum adeo putredo, vt interitum afferat. Tempus futuri euentus breue est, cum synocha febris valde acuta sit, termineturq; quarto[g] die, aut ad summum sexto,[h] neque enim necesse est soluatur septimo die cum careat accessionibus, quod si diutius perseueret vertitur in aliam speciem febris, vt autem paucis dieb. sanatur, ita etiam paucis diebus hominem interficit. Via sanationis est, quod aut mittatur large sanguis[i] a medico, aut effundatur a natura[k] vt ex naribus, vel exeat sudor multus quemadmodum in febre ardente eum[l] superuenit; via interitus est quod vel calor stranguletur a sanguinis multitudine, vel putredo & ardor adeo increscat vt hominem auferat atque interimat. Ratio curandi superest, quam contineri diximus operibus, & instrumentis; opera sumuntur a rebus præter naturã, a febre videlicet, causis, & symptomatib. tum a reb. secundum naturam vt a virib. hæ conseruandæ sunt per similia, illæ curandæ per contraria, non secus atque in curatione in vniuersum diximus de febribus putredinem humorum sequentibus: conseruantur vires potissimum alimento, febris tollitur primo per refrigerantia, deinde etiam[m] per madefacientia cum calor afferat siccitatem; quamobrem hanc madefacere, illum refrigerare oportet. H Causa proxima febris est putredo,[n] sanare autem oportet quæ facta est, prohibere eã quæ fit; diximus sanari putredinem factam vel coctione, vel detractione, nam semiputres[o] succi concoqui ac corrigi possunt; neque enim necesse est educantur, vt illi qui ex toto putres sunt, hos.n. oportet omnino educere. Prohibebimus ne fiat vlterius putredo, si perspiratum expediamus medentes obstructioni vel adstrictioni: curatur obstructio dempta[p] multitudine, & crassitudine extenuata, adstrictio tollitur relaxantib. Symptomata, quæ hanc febrem sequuntur, leuia[q] sunt neque propriam postulãt curationem, sed satis est si tollantur per ea, quæ febrẽ vel causã remouent. Si quando aũt paulo validiora fuerint, leniẽda erunt illis remedijs, quę supra[r] in vniuersum enarrauimus: huiusmodi sunt opera quæ ad curationem propositæ febris requiruntur, quæ vbi pugnare inter se videantur neq. perfici omnia simul possunt, plus tribuendum[s] illi erit quod magnitudine vel numero vel dignitate requirentiũ præstare videatur: refectio per cibos & potiones quæ a virib. requiritur obstat operi, quod putredini medetur, quã diximus coctionem & expulsionem requirere; quæ minus perficientur vbi natura[t] in concoquendo ac distribuẽdo alimento occupata, non poterit tota ferri ad putres succos corrigẽdos vel detrahẽdos. Opus

quod

a Ga. li. 2. de cris. c. 6. & 12.
b Gal. li. 2. de dif. feb. c. 11. in fin.
c Gale. li. 9. meth. c. 4.
d Gal. li. 9. meth. c. 3.
e Auctor de vrinis c. 14.
f Gal. lib. 9. m. c. 3.
g Ga. 3. cri. c. 4.
h Ga. li. 3. de dieb. dec. c. 8.
i Gale. li. 9. m. c. 4.
k Ga. 3. cri. c. 3.
l H. & Gal. 4. aph. t. cõ. 58.
m Ga. li. 11. m. c. 9.
n L. antece. c. 4.
o Supra ib.
p Gale. 11. met. c. 10.
q Gal. 2. de cris. c. 12.
r L. antece. c. 7.
s Ga. li. 11. m. c. 3.
t Ga. 1. aph. com. 8.

quod à febre requiritur, quam diximus refrigerantibus [a] egere, pugnat cum eo quod deſidera- a Gale. 10.
A tur a cauſa putredinis vt ab adſtrictione: tollitur enim hæc relaxantibus quæ calida ſunt, au- m.c 10.
getur refrigerantibus, ſed pugnant inter ſe mutuo quæ poſtulantur & a febre & a cauſis, quæ b Gale. 11.
enim per vrinam [b] aut ſudorem educunt putrediné calefaciunt, ſed quæ refrigerant febri apta meth.c.10.
ſunt, putredinem tamen augent vt monſtrauimus: quanquam ſanguinis miſſio ad omnia vide
tur accommodari quæ a febre & a cauſis requiruntur, cum eatenus [c] refrigeret quatenus ſub. c Gal.l. 10.
mouet, quaſi ligna ex igne, materiam in qua reſidet calor, & eadem detrahit ſanguinem & pu- meth.c.10.
trem qui febrem accendit & multum qui obſtructionem affert, ita vt ſit tutiſſimum remediũ.
Differt curatio febris huius quæ conſiſtit in ſanguine putri ab ardente quæ in flaua bile, illa ma
gis deſiderat auxilia refrigerantia, hæc magis detrahentia, quamuis vtraque vtrique aptentur,
eadem enim eſt ratio febris ſanguineæ & bilioſæ, quæ inflammationis & eryſipelatis, gaudet
eryſipelas magis refrigerantibus: inflammatio detrahentibus: Sed iam tempus eſt inſtrumen
ta monſtrare quibus opera hæc perficiantur. Reficiuntur vires cibo & potione boni ſucci, ſed
frigidis [d] & humidis, ita vt ſimul ſpectent etiam ad febrem: optime ſumitur cremor ptiſſa- d Gale.l.9.
næ, panis ex aqua vel madefactus vel decoctus, cucurbita, lactuca; potio autem ſit aqua vel meth.c.4.
pura vel in qua hordeum bullierit, cui etiam vtiliter admiſcetur zulapium violaceum, oxyſac
charum, ſiue ſerapium ex ſucco mali medici, vel limonis. Mulſa quãuis idonea ſit cauſæ, quod
B detergendi vim habeat, eſt tamen aliena morbo quod calefaciat. Parum autem cibi ſufficit
& poſt ſanguinis detractionem cum vires validæ ſint & ſuſtineri ſine cibo poſſint vſque ad vi
gorem qui breui futurus eſt, vt quarto die vel certe non vltra [e] ſeptimum. Sed veniamus ad e Gal. 1. de
inſtrumenta refrigerantia quæ deſiderantur a febre, continentur hæc ſub victu, medicamen criſ.c.4. &
tis & chirurgia: ad victum ſpectant ſex res non naturales quæ debent eſſe tales quales ſupra l.3. de dieb.
in vniuerſum propoſuimus, vt refrigerare & madefacere poſſint & ita febrem ſanare; medi- cr.c.8.
camenta frigida ſunt balneum & potio aquæ frigidæ, quæ conueniunt magis febri bilioſæ quã f L. antece-
ſanguineæ: in hac enim magis nocet ſanguis quantitate quam feruore, vtemur ergo externis den c.1
& internis moderate refrigerantibus: dabimus potui quem vocant ſyrupum violatum, aceto
ſum, de endiuia, de ſucco limonis vel mali medici, cum aqua in qua bullierint herbæ frigidio-
res, vt lactuca, intybus, oxalis, inungemus thoracem & præcordia cerato liquido. Accommo-
datur etiam chirurgia ad refrigerandum, vt venæ [g] ſectio, qua ſanguis copioſe educatur & g Galen.l.1.
etiam vſque ad animi defectionem, nam & requiritur a multitudine ſanguinis & magnitudi- med.c.4
ne morbi, & toleratur a virium robore; quod remedium ſi omittatur, vt [h] ſynochæ diariæ ac- h Gal. ibid.
cedit putredo, ita alteri quæ cum putredine iungitur, accedit ſummum periculum aucta putre
dine: & homo præcipitatur niſi large aquam frigidam biberit: cæterum miſſio ſanguinis apta- i L. antece-
C tur etiam putredini detrahendæ [i] & imminuendæ multitudini: quo ſpectant etiam euocatio den.c.5.
vrinæ & ſudoris per ea quæ ſupra monſtrauimus: vtimur enim ad euocandam vrinam extenuã
tibus & incidentibus, ad ſudorem relaxantibus vel externis vt balneo aquæ dulcis, vel inter-
nis vt potione aquæ in qua bullierit [k] chamemælum. Ad concoquendum ſemiputres ſuccos
valent ea quæ refrigerando temperant calorem naturalem a quo debet fieri coctio, quorum k G.5. ſim.
exempla paulo ante expoſuimus. cap.10

De febribus ortis a flaua bile putreſcente. Cap. III.

ALtera ſpecies illarum febriũ; quæ a putredine oriuntur, conſiſtit in flaua bile putri,
diſtribuitur auté in tres ſiue ſpecies ſiue differentias appellare mauis, in tertianam l Gal.l.2.de
intermittenté, [l] tertianã continuã, & ardenté, quę ſpeciatim a nobis tractabũtur, ſi di.ſym c.8
prius expoſuerimus quæcunq; omniũ trium cõmunia ſunt, ad cognitioné curando
rũ & rationé curandi pertinentia. Quod ſpectat ad cognitioné curandorũ, explicabimus pri-
mo quæ abſolute cognoſcenda ſunt, deinde quæ in homine. Abſolute igitur intelligere debe-
D mus qualis ſit morbus, quales cauſæ, qualia ſymptomata. Morbus eſt febris ex humorum
putredine orta, & ideo calor acris & fumoſus, ſed proprie cum oriatur a flaua bile putri, eiuſ-
modi calor eſt valde [m] acris & parum fumoſus, a ſanguine putri contra oſtẽdimus excitari calo m Gal.l.2.
ré parũ acré & cũ multis vaporibus. Mouetur in hac febre calor æqualiter cũ accenditur non de dif ſym
inſtar illius qui a pituita [n] putri effertur, modo emergit modo latitat; mouetur etiá tertio quo pt.c.9
que die ita vt habeat circuitus tertianos, huiuſmodi calor cõmunis eſt tã tertianæ intermitté- n Gal.l.2.de
tis quã continuæ & ardentis. At communis etiam eſt cauſa & quæ proxime eiuſmodi febrem dif feb. c.9
accendit vt putredo flauæ [o] bilis, & quæ aut putredinem efficit aut flauam bilé contrahit, om- &10
nes enim illę proxime oriuntur a flaua bile putri: quam putrefacit adſtrictio vel obſtructio per o G.l.2. de
ſpiratum prohibens & quam gignit temperatio iecinoris calida & ſicca, cum concurſu [p] rerũ dif feb. c.8
externarum ſimilium tanquã effectrix cauſa, & cibus ac potio calefaciendi & ſiccandi vim ha- & lib 2. de
bens, tanquam materia præſertim vbi parce ſumatur, obſtructio autem internorum canalium criſ c. 7.
a qua putredo fit, maxima ex parte oritur a pituita [q] craſſa & glutinoſa, quę etiam in homi- p Gal ibid.
ne bilioſo gignitur: neque enim vt ſanguis qui multus eſt & craſſior, idem & obſtructio- q Gal.5. de loc.aff. c.7.

nem affert & putrescit, ita & flauabilis cum neque ita multa sit neque crassa, sed magis ob E
amaritudin'om detergat ea quæ obstruunc. Symptomata item complura communia sunt om-
nium huiusmodi febrium vt dolor capitis, vigilia, delirium, morsus oris ventriculi, sitis, nausea,
vomitus, lingua amara, aluus liquida. In homine similiter recognoscere in omnib. oportet præ
sentia, præterita & futura: cæterum res præteritæ sunt causæ [a] quas audire licet ex ægrotante
aut ex familiaribus. Res præsentes sunt morbus, causæ & symptomata, morbus cognoscitur
partim sensu: tactu enim percipitur calor multum [b] acris & parum fumosus, qui æqualiter au-
getur & repetit tertio quoque die: partim ratione vt ex coniectura Archigenis [c] ducta a simili
ter vagantibus. Nam si nunc in alijs versetur febris biliosa, par est similem esse in eo ad quem
curandum adhibemur. Ex causa item vt ex putredine flauæ bilis & ex his a quibus diximus
eam putrefieri, aut contrahi, præterea ex his quæ prosunt aut obsunt: vbi enim prosint quæ
temperant flauam bilem aut educunt, obsint quæ eandem aut colligunt, aut calidiorē reddūe
indicant febrem esse biliosam. Postremo ex effectis, vt ex symptomatibus quæ paulo supra mō
strauimus biliosæ febri communiter superuenire. Causa vero proxima, quæ ex præsentibus re-
cognoscenda est nimirum flaua bilis putrescens, conijcitur ex causis a quibus effici & putredi
nem & flauam bilem proxime docuimus; conijcitur & ex iuuantibus, & lædētibus, atque ex ef F
fectis talibus qualia nunc diximus esse indicia febris biliosæ. Symptomata quæ retulimus om-
nia deprehenduntur sensu. Ex futuris euentus periculosus est vbi magnus sit ardor febris &
continuus, nam vbi leuior sit & intermittat, periculo [d] vacat. Quod attinet ad tempus termina
tur hæc febris vbi longissima [e] sit septē circuitibus; sed sæpe multo celerius finitur & valde acu
ta est. Via sanationis est quod educatur flaua bilis [f] deiectione, vomitu, sudore, vrina. Sequi-
tur ratio curandi per opera & instrumenta quæ similiter communia sunt omnium biliosarum
febrium; nam, præter ea quæ communiter spectant ad quamlibet febrem, proprium est omniū
biliosarum vt magis sanentur refrigerantibus [g] quam detrahentibus flauam bilem, cum hæc
magis noxia sit qualitate caloris quam copia; secus euenit synochæ cum putredine, quam po-
suimus curari potius emissione sanguinis quam refrigerātibus: ita vt magis respicere oporteat
ad morbum quam ad causam; quanquam neque causa ipsa omittenda est, opus ergo est refri-
gerare & madefacere, & propter febrem & bilem semiputrem, quæ facilius concoquitur a ca-
lore vbi remittatur frigidis auxilijs. Valet ad refrigerandum balneum [h] & potio aquæ frigidæ
sed vbi minor sit ardor quam hæc requirantur, vel etiam non tolerentur, vt quod subsit tumor
aliquis, cruditas, aut adstrictio seu obstructio viscerum, aut quod homo nō sit solitus frigidam
aquam bibere, aue quod cutis adstricta sit, vtendum est leuius refrigerantibus: huiusmodi est
victus in sex rebus non naturalibus qualis supra [i] expositus est, huiusmodi sunt potiones, quas G
appellant syrupos, vt acetosus, violatus, de endiuia, de oxalide, de succo limonis, vel citri, cum
aqua in qua incoxeris frigidiores herbas veluti lactucam, endiuiam, oxalidem, intybum, seu cū
ea quæ ex ijsdem herbis per distillationem extrahitur. Extriusecus autem inunguntur præcor
dia & thorax cerato liquido, vnguento rosaceo, aut oleo aliquo frigido, vt eo quod rosa vel vio
la conditur. Putredo bilis si ex toto facta est detrahentibus indiget: detrahitur secta vena, exit
enim cum sanguine: quod remedium non [k] necessarium est in tertiana exquisita intermittente
sed magis in continuis; potissimum vero educēda est flaua bilis [l] putris, vomitu, sudore, vrina.
Vomitus excitatur sponte, sed mouetur etiam potu aquæ tepidæ. Vrina euocatur his quæ ex-
tenuandi & incidendi vim habent. Sudor relaxantibus, in remissione autem totius febris licet
vel catharticis cholagogis, vt Rhabarbaro, confectione Diaphænicō, aut ex succo rosarum, aut
ex prunis, veluei & serapio ex pluribus infusionibus rosatum, cum quo rhabarbarum siue etiā
aliquod ex relatis electuarijs vtiliter permiscetur: quæ autem in inferiori parte inijciuntur in
aluum per clysterem, carere debent acrimonia: idonea est mulsa cum oleo communi uel uiola-
ceo, sicuti & decoctum maluarum, uiolarum, aliarumq; similiū stirpiū cassia fistulari seu melle
viola condito. Causa putrefaciens vt obstructio, curatur per incidentia & extenuantia atq; in-
terdum educentia pituitam, vbi multa sit. Adstrictio [m] eget relaxantibus, ut balneo aquæ dul-
cis. Symptomata leniēda sunt quemadmodum in vniuersum docuimus [n] cum de curatione egi H
mus symptomatum communiter sequentium febres ab humorum putredine ortas.

a Ga. l. 4. de præsa. puls. c. 11. & Hip. l. 1. prog. 8
b Ga. l. 2. de dif. feb. c. 9 & l. 2. cris. c. 3.
c Gal. ibid.
d Hippo. 4. aph. 43.
e Hi. 4. ap. 59.
f Ga. l. 3. de crisib. c. 3
g Gal. 1. ad Gl. ca. 9. & l. 13. meth. c. 8
h Gal. p. ad Gla. c. 9. & l. 11. meth. c. 9.
i Supra. l. 4 cap. 2.
k Ga. l. 1. ad Glauc. c. 9.
l Gal. ibid.
m Gal. l. 8. meth. c. 2
n Supra l. 4 c. 7

De febre Tertiana intermittente. *Cap. IV.*



Narratis his, quæ communia erant febrium omnium bilis putredinem sequentium,
agendum de vnaquaque sigillatim: ternas enim proposuimus, [o] tertianam intermit
tentem, tertianā continuā, & ardentē: videbimus quæ proprie attendenda sint in
unaquaq; [p] sumpto initio ab intermittente. Continetur hæc febris calore multum
acri & parum fumoso, non secus quam cæteræ quæ a bile putri proficiscuntur, adeo autem fe
ruet vt fere non differat ab eo qui sentitur in ardente, nisi quod intermittit & non ita percipi-
tur in partib. internis & in corde a quo distat focus [q] putredinis: superatur tamē acrimonia diu

o In c. ante cedenti.
p G. l. 1. ad Glauc. c. 5 & l. 2. de crisib. ca. 3 Gale. l. 2. de dif. feb. c. 3
q Ga. 4. ap. com. 59

A tumiori tactu:idem celeriter mouetur & æqualiter increscit, manet ad summum duodecim horas,sæpe etiam multo celerius finitur,reuertiturque [a] tertio quoque die,ita vt eius circuitus sit tertianus,qui communis est omnium febrium a putredine bilis putrescentium : intermissio autem duodecim horarum aut longior,propria est tertianæ intermittentis,quam nūc agimus. Causa proxima est illa ipsa quam posuimus in vniuersum in febribus biliosis, putredo videlicet flauę bilis, tātum differt a causa proxima tertianæ continuæ & ardentis loco vbi putrescit; siquidem in his putrescit conclusus [b] in venis;sed in tertiana intermittente effusus in ambitu totius corporis:expellitur autem ex venis humor putrescens vbi non ita multus est,patet exitus,& valet facultas expultrix;retinetur in venis ob contrarias causas,quamuis idem sit vt flaua bilis in febribus propositis.Cæteræ causæ,quæ vel flauam bilem gignunt vel eandem putrefaciunt,eædem sunt atque illæ quas paulo [c] ante in vniuersum explicauimus : atque symptomata etiam eadem sunt in tertiana intermittente,vt dolor capitis,vigilia,delirium,sitis, amaritudo oris,nausea,morsus in ore ventriculi;nisi quod proprie huic superuenit initio accessionis [d] rigor,quod flaua bilis expellatur ex venis ad partes externas,quæ,dum conantur expellere quod noxium est,concutiuntur,atque omnes cum altera ad alteram,& ad proximam quælibet expellat quod molestum est,repræsentat eiusmodi rigor acus tenues pungentes ac lacerantes carnem:rigorem sequitur [e] vomitus,& interdum deiectio biliosa,& tandem sudor.Hu-
B iusmodi sunt quæ absolute cognoscere oportet in tertiana intermittente ; in homine veru febricitante recognoscemus causas, quæ præterierunt vel ex effectis, vel ex his quæ referentur ab ægrotante, & eius familiaribus : recognoscemus & præsentia partim sensu, partim ratione . Morbus hoc est [f] febris (quam diximus contineri calore valde acri & parum fumoso,qui celeriter moueatur, & æqualiter increscat, neque maneat vltra [g] duodecim horas sed tertio quoque die reuertatur) sensu tactus deprehenditur vbi quis huius febris naturam exploratam habuerit:neque enim satis est ad accessiones [h] respicere, nam vbi simul iungantur duæ tertianæ, cum quotidie vna inuadat,poterunt videri quotidiana ; sed magis ex natura ipsa caloris,ex causis,ex his quæ prosunt aut obsunt,atque effectis,conijciendum est qualis futura sit accessio:nunc igitur febris tertiana intermittens ex natura ac motu caloris quem tangimus mente percipitur,sed argumentabimur etiam a causis:nam si intelligamus eius causam esse flauam bilem putrescentem extra venas,statuemus continuo morbum esse tertianam intermittentem:aliæ causæ quæ vel flauam bilem efficiunt,vel putredinem proximam, non morbum sed proximam eius causam quam diximus denunciant: sumemus etiam signa ab his quæ
C iuuant aut nocent, nam vbi iuuet vomitus flauæ bilis,& potio in fine [i] accessionis sudorem moueat,monstrabunt tertianam.Plurimum valet [k] coniectura illa Archigenis quam faciebat ex similiter vagantibus,nam vbi eo tempore cæteri ęgrotantes laborent tertiana intermittente,verisimile est & eum ad quem adducti sumus eadem laborare:sed maximam vim habent effecta hoc est symptomata ipsa,ad demonstrandam tertianam exquisitam:nam præter illa communia,quæ biliosam febrem sequuntur atque ostendunt,proprie tertiana intermittens indicatur a rigore,[l] qui initio accessionis vehemens percipitur cum sensu quodam pūgentium, & æstus interni,quo differt a rigore quartanæ [m] qui cum frigore quodam videtur internas partes verberare.Pulsus autem principio accessionis imbecillus [n] & paruus est,ac debilis,deinde magnus efficitur velox ac frequens & minus inæqualis quam in alijs febribus ita vt paruum retineat putredinis indicium in incremento & rigore,minimum in remissione,sed postea nullum: accedit vomitus, ac [o] deiectio bilis & sudor; interdum aluus adstringitur,vrina tenuis atque ignea est,lingua aspera,siccitas labiorum tanta,vt scindantur,quemadmodum terra a sole arefacta,læsio iecinoris,quæ cum hac febre coniungi solet,est etiam communis aliarum quæ flauæ bilis putredinem sequuntur.Causa proxima hoc est putredo flauæ bilis sensum latet: quamobrem conijcienda ex est causis gignentibus flauam bilem quæ calefaciendi & siccādi vim habent, siue effectricem vim simul præbeant & materiam quemadmodum esculenta & pocu-
D lenta , siue tantum efficiant , quemadmodum reliquæ externæ & internæ causæ omnes : conijcienda item est ex causis putrefacientibus vt obstructione , & adstrictione , tum ex his quæ prodesse & obesse monstrauimus refrigerando vel educendo bilem , aut calefaciendo vel contrahendo eandem ; postremo ex effectis , vt ex [p] siti,amaritudine oris, colore corporis flauo , vrina,& deiectione biliosa.Extra venas vero putrescere flauam bilem intelliges,vel ex ipsa intermissione tertianæ febris.Restant ex præsentibus recognoscendis symptomata,quę sensu ipso percipiuntur;de ipsis enim conqueruntur febricitantes.Prędictio sequitur futurorum & primum ipsius euentus,quem salubrem expectare oportet cum hæc febris mitis sit,& ex quadraginta [q] octo horis intermittat triginta sex,adeo vt longitudine integritatis possit refici natura & concoquere atque expellere flauam bilem quę febrem accendit,quamuis validam [r] & ardentem:magis autem periculosa est hyeme,quam ęstate,quod fiat a vehementiori causa,vt in vniuersum traditum est ab Hipp.[s] de morbis qui contraria ætate,temperatione,aut anni tēpore fiunt:sed tunc tertiana nō est ex toto exquisita qualē nūc fingimus,nā hæc semper [t] salubris est nisi quid erretur,grauis enim error potest bene valentes in morbū cōpellere, sed multo facilius præcipitare eos qui iam ęgrotant. Tempus quo finitur tertiana,[u] breue est cū ualde cele

a Ga. ibid.
b Ga. ibid.
c In e. antecedenti.
d Gal. 1 ad Gla. c. 5. & l. 2. de crisibus cap. 3
e Gal. ibid.
f Ga. 4. ap. com. 59.
g Ga. l. 2. de crisib. c. 2.
h Ga. ibid.
i Ga l. 2. de crisib. c. 3
k Gal. ibid.
l Gal. ibid. & l. 24. ap. com. 59
m Gal. l. 2. de crisib. c. 3. & 1. ad Gla. c. 5
n Gal. ibid.
o Gal. 2. de crisib ca. 3. & 1 ad Gla. c. 5.
p Gale. l. 1. ad Gla. c. 5
q Gale. l. 4. ap. com. 29
r Ga. l. 2. de dif. feb. c. 3
s Hi. l. 2. ap. 34.
t Hi. & G. 4. aph text. com. 43.
u Hi. 3. 4. ep. 8

riter moueatur: quæ longissima est, auctore Hip.[a] non excedit septem circuitus sed potest mul- E
tò breuius esse, & tertio, aut quarto finiri, id quod conijcies (vt alia signa omittam) ex ipsis ef
fectis & proptie ex vrina, quæ si primo[b] die tenuis & flaua fuerit, nihilque aut in medio aut in
summo nubeculæ ostendat, monstat tertianam febrem ad septimum circuitum esse per ventu-
ram; sed si primo die vrina subflaua apparear & nebulam ostendat; indicat tertianam non tra
hendam esse vltra quartum circuitũ; quod si ea nebula alba leuis & æqualis fuerit, finietur ter
tiana tertio circuitu. Via, qua finitur, partim ad artem spectat, partim ad naturam; ars refrige-
rando[c] ac madefaciendo vel etiam educendo flauã bilẽ hunc morbũ sanat, natura vero con-
coquendo bilem semiputrem, aut[e] expellendo putrẽ per vomitũ, deiectionem, hæmorrhagiã,
vel sudorem idem efficit: neque enim refrigerat & madefacit sicut ars. Curatio tertianę febris
intermittentis dirigitur ad remouenda tria præter naturã, ac primo ad conseruãdas vires per
opera & instrumenta. Vires defenduntur alimento; ex rebus præter naturã: morbus febris vi-
del. postulat[f] refrigerantia & madefacientia: proxima vero causa putredo videl. vbi ex toto
facta sit detractionem, vbi non ex toto, coctionem, ad quam spectant refrigerantia & madefa-
cientia temperãdo calidũ innatum a quo debet fieri coctio, ita vt eadem & ad morbum & ad
succos semiputres referantur. Causa putredinem faciens, vt prohibitus perspiratus, desiderat
ea, quę vel detrahendo incidendo atque extenuando obstructionem tollunt, vel relaxando suc
currunt adstrictioni; cæterum relaxantia etiam accommodantur ad detractionem per sudorẽ, F
sicut extenuantia & incidentia ad euocandam vrinam. Sympt. leniri debent quemadmodum
supra[g] in vniuersum monstrauimus de curatione symptomatum sequentium febres ab humo
rum putredine ortas. Sed quib. instrumentis hæc opera perficiantur proprie in tertiana inter-
mittente, iam tempus est enarrare. Vires conseruantur alimento, hoc est cibo & potione, quo-
rum copia debet esse pauca, ne auertant naturã a concoquenda & expellenda bile: habeant
autem vim refrigerandi & madefaciendi vt medeantur febri: cõmode datur[h] cremor ptisanæ,
aut auenæ, malua, lactuca, intybũ, panis in aqua maceratus, vel decoctus, siue etiã ex iure parui
pulli gallinacei: conueniunt etiam pisces saxatiles, aues mollis carnis, testiculi gallorũ, oua sor
bilia; pedes vero suilli & cerebrũ quæ a veteribus[i] medicis in tertiana febre intermittente cõ
ceduntur, ob glutinosam vim quã habent, possunt obstructionem augere, idcirco præstat alijs
vti esculentis: fructus vero[k] æstiui, qui duri non sunt, refrigerati vtiliter sumuntur, vbi sit nau-
sea, præsertim pruna vel cerasia; præsertim quæ visciolæ ab hetruscis appellantur; nam & hãc
tollunt & viscera refrigerant & madefaciunt, parcius tamen nã facile vertuntur in bilẽ. Potio
aquæ frigidæ idonea est illis, qui dum sani sunt ea vti consueuerunt, alij sumant mulsam valde
dilutã, aut aquã in qua bullierit hordeum, siue etiam simplicẽ decoctã, cui addatur aliquid zu
lapij violacei vel oxysacchari. Vinũ vero non prius cõuenit quã signa coctionis[l] se ostendant, G
augeret enim febrem, sed vbi coctio iã apparet si detur albũ, tenue, aquosũ, dilutũ, præter quã
quod confert ad reficiẽdas vires & ad[m] coctionem, mouet vrinã & sudorem, neq; tũc febrem
augere potest. Alterũ opus ad febrem refertur quæ refrigerantibus & madefacientibus cura-
tur, vtemur ad refrigerandum & madefaciendum & victu & medicamẽtis supra[n] enarratis in
curatione febrium illarum quæ a putredine bilis oriuntur: maxime autem idoneũ est[o] balneũ
aquæ dulcis quod madefacit ac refrigerat & valet etiã ad sudorem euocandũ, atq; adstrictio-
nem relaxandã: tunc autem conuenit cum apparent[p] signa coctionis, nã ante augeret obstru-
ctionẽ: Detractio flauæ bilis varia conuenit, vt per vomitũ si tendat ad os ventriculi, per[q] de-
iectionem, præterea per vrinã. Venæ sectio necessaria non est, cum morbus non ita magnus sit,
vt ita magnũ postulet auxiliũ, nisi tamen metuas ne præ succorũ multitudine vel eorũdem na
tura heterogenea ex intermittente in continuã, & ita ex mitiori affectu in grauiorem mutatio
fiat, at nisi id metuas, sufficiunt aliæ detractionis species. Vomitus vbi non sequatur sponte, lar
ga potione aquæ tepidæ excitatur: deiectio aut sponte effluit, aut euocatur cremore ptisanæ,
potione mulsæ, vel syrupi quem rosatũ solutiuũ appellant, cũ quo vtiliter permiscetur dilutũ
rhabarbari, mel aereũ, vel electuariũ de succo rosarũ, præsertim vbi iam cocta materia sit & fe
bris admodũ remissa. Inijcitur in aluũ vtiliter mulsa & oleum præsertim viola conditum, seu H
etiam decoctum stirpium relaxantiũ cũ eodem oleo ac melle itidem uiola condito. Ad educẽ-
dã urinam datur potui aqua, in qua anethum uel apium maduerit, siue serapiũ ex duabus, aut
etiam ex quinque radicibus cum decocto earundem radicum uim habentium eiendi urinam.
Valet & absinthij[r] coma ubi appareant signa coctionis, quæ per noctẽ in aliquo eiusmodi de-
cocto aut etiam syrupo iacuerit. Quæ medicamenta[s] nonnullis calidiora & licciora uidentur
quam huic febri conueniant, quamobrem pro apio atq; anetho, magis aptatur aqua, in qua ia-
cuerint radices apij, petroselini, uel fęniculi, uel bullierit hordeum, aut contusa fuerint semina
refrigerãria,[t] ut cucumeris indici, cuius cucumeris succus etiam a quibusdam probatur, quod
una cum refrigerandi ui detergat, eiusmodi potiones ubi dentur post uigorem accessionis con
ferunt etiam ad mouendum[u] sudorem, quo spectat etiam balneum aquę dulcis, ut supra osten
sum est, cum ualeat ad relaxandam adstrictionem. Obstructio partim tollitur uaria detra-
ctione humorum iam proposita, partim extenuantibus & incidentibus, quæ debent esse im-
becilla ne[x] morbum augeant; quamobrem contenti erimus potionibus. Ad symptoma-
ta

a Hip. 4 ap. 59.
b Gal. 2. cr. c. 3
c Gale. l. 1. ad Glauc. c. 9
d Gal. l. 3. de cris. c. 3
e Gal. lib. 10 meth. cap. 10. & l. 1. ad Gl. cap. 9
f Gal. l. 11. meth. cap. 10.
g Supra. l. 4 cap. 7
h Gal. 1. ad Gl. c. 9
i Gal. ibid.
k Gal. ibi.
l Gal. l. 1. ad Gl. c. 9
m Gal. l. 8. m. cap. 3
n Supra in hoc l. c. 3
o Gal. l. 1. ad Gl. c. 9
p Gal. ibid.
q Gal. ibid.
r Gal. ibid.
s Alexa. Tr. l. 12. c. 6.
t Auic. l. 4. f. 1. Tr. 2. c. 39.
u Gale. l. 2. de cril. c. 3
x Gal. l. 11. meth. c. 10.

ta lenienda vtemur auxilijs superius positis qua de curatione symptomatum: nunc de tertiana intermittente tantum addere illud oportet, quod rigor qui principio accessionis incidit ob ingentem calorem & siccitatem flauæ bilis nō debet curari medicamentis valde calefaciētibus ac siccantibus, præsertim intus datis sicut rigor quartanæ, sed sufficit externas partes calefacere frictionibus & fomentis.

De Febre ardente & tertiana continua. *Cap. V.*



Liæ duæ febres, quæ ex putredine flauæ bilis oriuntur, sunt tertiana continua & ardens; agemus primum de ardente vberius; deinde summatim de tertiana cōtinua quæ tantum ab ardente differt, quod lenior[a] sit: ita vt ijsdem indicijs cognoscatur & ijsdē auxilijs curetur, sed paulo leuioribus, appellatur febris ardens grece καῦσος, quod vocabulū ardorem significat; & ad tres febriū species notandas vsurpatur, minus proprie quidem ad synocham,[c] quam fieri diximus a sanguine putri, & ad continentem illam, quam excitat putredo pituitæ[d] salsæ; sed proprie ad eam quæ a flaua bile putri proficiscitur, in qua summa est acrimonia caloris. Synocha vero[e] dicta est καύσος propter copiā caloris magis quam propter acrimoniam; illa vero, quæ oritur a pituita salsa putrescente, propterea id nomen inuenit quod iungitur cum[f] siti intolerabili, quemadmodū illa quam nūc tractamus a flaua bile ortam & quæ proprie & vere dicitur ardens: continetur autē calore nō modo acri, sed etiam acerrimo & parū fumi edit: mouetur tertio[g] quoque die quemadmodū in tertiana, non tamen intermittit vt in illa, sed continuus est, magis tamen ardens percipitur in corde & partibus internis: vt quamuis tam in tertiana quam in ardente[h] calor sentiatur ardens, differat tamen quod in ardente non solum assiduus est, sed etiam multo acrior sentiatur in corde & visceribus; quo fit vt excitet intolerabilem[i] illam sitim, quæ lōge leuior est iu tertiana intermittente: merito igitur huiusmodi febris ardentis nomen inuenit: nam ad eam quæ sit a sanguine putri vel a pituita salsa significandā abutimur vocabulo[k] ardētis. Proxima causa febris ardentis est putredo flauæ bilis in[l] venis; nam ea quæ facit tertianam intermittentē putrescit extra venas: verum, vbi putrescit in venis & efficit tertianam continuam, roget quis cur hanc aliquando simpliciter continuam, aliquando ardentem reddat? cui respondendū est discrimē consistere partim in materia ipsa putrescente; partim in loco vbi putrescit, magis vicinus cordi maiorem excitat ardorem, quemadmodū cū accenditur ignis si ligna desiora sunt vt e quercu, & focus nobis propinquus, magis nos calefacit, ita cum ex putredine flauæ bilis excitatur febris, cor maiorem percipit ardorem, quo & flaua bilis crassior fuerit & venæ vbi est velut fons putredinis, minus ab eo distent. Flaua bilis non semper æque tenuis est (desyncera loquor quæ facit exquisitam febrem ardentem nūc nobis propositam) sed interdum crassior est quē admodnm illa, quam a similitudine vitelli oui[m] vitellinam appellāt, cui paulum aquosi humoris admixtum est; interdum multo tenuior est, quod maiorem copiam eiusdem aquosi humoris continet; huiusmodi est illa quæ pallida ex flaua conspicitur, hæc minorē, illa maiorē ardorem efficit vbi putrescat. Quod attinet ad locū, cū flaua bilis putrescit in venis nō multū distantibus a corde, vt in thorace,[n] & ventre maiorem excitat in corde ardorem, quā si putresceret in venis remotis: scire tamen licet, quasdam partes, quānis distent a corde ob consortiū vasorū & canaliū, affectum quē habent ipsi impertire perinde ac si vicinæ essent; id quod euenit cerebro[o] & vtero[p] in quorum venis putrescens flaua bilis potest febrem ardentem excitare. Est interdum vt flaua bilis effusa in substantia[q] viscerum febrem ardentem efficiat, eamque prauam: sed non est tunc exquisita febris ardens cum sit symptoma inflammationis vel potius erysipelatis[r] partium illarum internarum, quibus maxime congruit cor, vt ventriculi, gulæ, pulmonis, iecinoris, ieiuni intestini, vteri, cerebri. At febres, quæ sequuntur inflammationes atque erysipelata, neque Hippocrates neque alius quispiam ex veteribus[s] medicis nomine febris appellauit, sed inflammationis vel erysipelatis huius vel illius partis; quare neque tales dicentur ardentes; sed illæ duntaxat quæ a bile, quam diximus, putrescente in huiusmodi venis oriuntur. Causæ sequuntur, quæ non proxime sed per flauam bilem putrescentem, ardentem febrem accendunt; sunt autem illæ quæ vel putredinem excitant, vel huiusmodi bilem contrahunt. Putredo, vt in alijs febribus, excitatur prohibito perspiratu, vel propter obstructionem vel propter adstrictionem præsertim externorum foraminum. Hippocrates[t] hyeme flante borea scribit superuenisse febres ardentes, quod scilicet foramina cutis essent adstricta ab eiusmodi tempestate. Contrahunt flauam bilem causæ tam internæ quam externæ, cum calefaciendi & siccandi vim habent; quod si ea vis calidior fuerit[u] crassior gignitur bilis, qualem diximus esse eam quæ febrem ardentem efficit, vt autem sit ardens exquisita, necesse est concurrant omnia tam externa quam interna ad calefaciendū & siccandū: quamobrem ardētes illæ quas Hippocrates[x] cōmemorat accidisse hyeme, flante aquilone, non sunt exquisitæ. Symptomata, quæ febrē ardentem sequuntur, sunt primo[y] sitis fere inexpugnabilis, cū qua diximus perpetuo iūgi ardentē febrē; præterea lassitudo totius cor-

a Gal. 3.3. ep. com. 34
b Hi. & G. 4. acu. com. tex. 1
c Ga l. 2. de diff feb. c. 2
d Hi. & G. 4. acut. tex. com. 13.
e Ga. l. 2. de dif. feb. c. 2
f Hip. & G. 4. acut. tex. com. 13.
g Gal 2. de dif. feb. c. 2
h G. l. 2. de dif. feb. c 3
i Gale. 3. 3. ep com. 34
K Ga. 4. ac. com. 13.
l Ga. 1 p. epid com. 9. & 3. ep. cō. 33.
m Gale. l. 2. de nat. fac. c. vlt.
n Ga l. 2. de cri. c 7. & 2. 1. ep. cō. 73
o Ga. 1. pro. com. 18
p Hi. & G 56. epi. tex. com 14
q Gal. 2. ep. com. 73
r Ga. 1. pro. com. 18
s Gal 4. ap. com 73
t Hipp. 2. 1. ep 61 & G. in com.
u Hipp. ibi.
x G. 3. 3. ep. com. 34. & 4. ac com. 1.
y Hipp. l. 4. ac 2

poris, vigilia, [a] delirium, lingua aspera & nigra, aluus liquida ac biliosa. Hæc sunt quæ præter E
naturam absolute cognoscenda sunt de febre ardente; in homine vero qui laborat febre ardē-
te, ex præsentibus recognoscere primo oportet febrem ipsam; percipitur autem partim sensu
partim mente. Sub sensum cadit calor ille valde acris, adstdius & fumosus, qui tertio quoq; die
reuertitur, ita vt tertianos efficiat circuitus, hoc continetur febris ardens & simul cum eo per-
cipitur; sed potest ardens febris etiam mente deprehēdi, & primum ex causa proxima, hoc est
ex putredine flauæ bilis crassioris in venis illis, quæ vel non distant a corde, vel per insignes ca
nales afficere ipsum possunt; vbi talem putredinem exploratam habebimus, conijciemus in eo
homine febrem ardentem esse. Fiet etiam coniectura illa Archigenis [b] a communiter vaganti-
bus, nam si alij ægrotantes tunc febre ardente teneantur, verisimile est eadem teneri febricitā
tem, ad quem adhibiti sumus. Accedunt iuuantia & nocentia, nam vbi profunt, quæ vehemen-
ter refrigerant, aut leniter [c] flauam bilem purgent, vbi nocent ea, quæ vel calidiorem reddunt,
vel gignunt eandem, monstrant febrem esse ardentem. Ex effectis maxime indicatur hæc a siti
quæ [d] intolerabilis est, nisi superueniat tussis: [e] hæc enim, vbi etiam sicca fuerit, excutiendo hu-
morem sitim lenit; tum a vigilia, delirio, morsu in ore ventriculi, ab aluo liquida, ac biliosa, vri-
na valde flaua, lingua [f] nigra atque aspera; quæ vbi concurrant, certum indicium faciunt febris
ardentis. Proxima causa, hoc est, putredo bilis syncere, & crassioris in vasis habentibus consot
tium cum corde vel ipsi vicinis, cum sensum lateat, necesse est mente colligatur ex causis illis, F
a quibus vel putrefieri vel gigni eiusmodi bilem monstrauimus; ex his quæ obesse vel prodesse
febri ardenti, proxime docuimus; tum ex effectis eandem indicantibus, & præsertim ex ipsa fe
bre ardente, quæ est affectus corporis, & propterea effectum & quodammodo symptoma pu-
tredinis. Restant ex præsentibus symptomata, quæ febrem ardentem sequuntur, omnia autem
sensu deprehenduntur, siue sint actiones læsæ, siue affectus & qualitas corporis, siue retenta &
expulsa. Quod attinet ad futura, euentus in febre ardente interdum salubris est, interdum per
niciosus: conijcies sequuturam [g] salutem, vbi natura validior appareat, quam morbus; validio
rem monstrabunt complura, quæ sæpius monstrauimus, sed potissimum coctio [h] quā vrina præ
se fert, vbi enim mediocriter crassa sit & subflaua, præ se feratque veluti nebulā aut in medio,
aut in summo residentem, denunciabit naturam validiorem morbo; cōtra, si morbus videatur
superare naturam, interitum præsagies. Monstratur robur morbi primum ab ipso feruore, quo
continetur, deinde a causa, vt a materia multa & valde acri, tum ab his, quæ solita sunt prodes
se, vbi vel non prosint, vel potius noceāt, postremo ab effectis, vt a siti maxima, aut etiam [i] a ca
rentia sitis, quæ monstrat uel extinctionem facultatis appetentis in ventriculo, vel mentis alie
nationem, a qua proficiscitur, a delirio, vigilia, morsu vētriculi valido, a lingua nigra atq; aspe-
ra, [k] ab vrina [l] nigra, quæ monstrat, flauam bilem iam esse perustam, vel valde tenui atq; alba, G
quæ notat [m] phrenesim futuram, a sudore frigido potissimum [n] circa faciem & frōtem. Tempus
quo expectari euentus debet siue salubris, siue perniciosus, breue est: cum hæc febris peracuta
sit, raroque ad [o] septimum diem perueniat, multo enim sæpius finitur ante, vt tertio vel quinto
die, raro quarto, cum natura [p] expellere soleat in die accessionis, quæ fiet diebus imparibus, in
teritus sequitur sexto [q] die, sed interdum etiam multo ante. Via interitus est ob excessum calo
ris, vel ob tabem, quæ [r] ipsum sequitur, & ob sitim ingentem, vigiliam, delirium, alui profluuiū,
& grauissima eiusmodi symptomata. Via salutis, si ab arte proficiscatur, consistit in refrigerā-
tibus, si a natura in expulsione vel per sudorem, quem [s] antecedit rigor, vel per sanguinem ex [t]
naribus copiose fluentem: tenuis enim hic humor & acris facile sursum fertur, & aperit venas
nasi, vel per vomitum aut deiectionem bilis. In ratione curandi opera potissimum pertinent
ad febrem, & causam proximam, putredinem videlicet flauæ bilis; neque enim multum attēdi
tur virium refectio, cum non soleant labefactari morbo tam breui: obstructio vero & adstrictio
quæ perspiratum impediant, non adeo magnæ sunt, vt medici consilium auertant ab operi-
bus, quæ requiruntur a febribus & a causa, in quibus nunc insistemus. Postulat febris ardens
ob summum feruorem valde refrigerantia & madefacientia; sed flaua bilis, si semiputris sit, H
coctionem iuuantia: si ex toto putris [u] detrahentia. Coctio, quæ a bile semiputri deside ra-
tur, non alia desiderat auxilia, quam febris, refrigerantia nimirum & madefacientia, a qui-
bus naturalis calor temperetur, & possit semiputrem bilem concoquere. Detractio eius, quæ
ex toto computruit, plerunque refrigerantibus ac madefacientibus aduersatur: quoniam ca
lidis medicamentis [x] detrahitur, siue deiectione, siue vrina, siue sudore educatur; tantum san
guinis missio simul educit putrem bilem, & cum materiam caloris summouet, [y] etiam refri-
gerat. Vbi autem controuersa sunt, quæ causam adimunt his, quæ medentur febri, minus tri
buendum est causæ, magisque dirigendum est consilium ad febrem, quæ maxima est, & ita val
de refrigerantibus & madefacientibus vtendum; vbi remissius est feruor, tunc educere opor-
tet, quidquid superat materiæ omnino putris: sed veluti sanguinis missio, vt dictum est, simul
exhaurit bilem putrem & feruorem febris remittit, ita potio aquæ frigidæ feruorem [z] extin-
guit, quo nomine reddit naturam validiorem, ita ut expellat quæcunque noxia sunt, quamo-
brem sequitur sanguinis missionem, alui profluuium, & multus sudor, ita ut utrumq; remediū
sanguinis missio scilicet, & aquæ potio, & febri, & causæ simul aptetur. Dicet fortasse quis-
piam

Marginal notes:
a H. l.4. ac. 4.
b Gal. 2. de cris. c.3.
c Hipp. l.4. acut 5.
d Gale. 3. 3. ep. com. 34
e Hippo. & Gal. 4. aph. com 54
f Hipp. 4. acut. 4.
g Gal. l. de consti. artis c.18. & l.4. de præsagi. pul c 11.
h Hip. 2. 1. epid. 45.
i Gal. 1. 3. epid. com. 11
k Gal. 5. 6. epid. cō. 14
l Ga. 2. 1. epi. com. 75.
m Gal. l. de vrinis c.5
n Hippo. 1. prog. 16.
o Ga. 2. cri. cap. 6
p Gal. 3. cr. cap. 4
q Gale. 3. 1. epi. com. 75
r Gal. 1. de diff. feb. c.8 & 9
s Hippo. & Gal. 4. aph. com 58.
t Hip. 4. acu to. 10.
u Gale. 11. meth. c. 10.
x Ga. 11. me tho. c. 10. & 1. aph. com. 24
y Ga. lib. 10 meth. c. 10
z Gal lib. 11 meth. c.5

A piam vtro magis expediat vti? Distinguenda [a] est febris ardens, ea enim, quæ omnino exquisita est, & a bile minus diluta proficiscitur, ob summum ardorem, magis desiderat aquæ frigidæ potum, & quia tunc viresnon possunt esse validæ, non ferunt, liberalem sanguinis missionem. Contra si febris ardens minus exquisita sit, oriaturq; a bile, cui plus admixtum sit aquosi humoris ob minorem ardorem, non ita desiderat potionem aquæ frigidæ: sed commode tunc fertur copiosa detractio sanguinis, cum vires magis valeant, ita vt satius tunc sit hoc præsidio vti, quam illo, satis autem & remittetur ardor febris, & educetur materia putris. Quamuis autem copiosa sanguinis missio requiratur: verendum est, ne non sustineri possit, neque enim ita valent vires, cum putrescit flaua bilis, sicuti cum putrescit sanguis, & efficit synocham febrem; quare non mittendus erit in ardente vsq; ad animi defectionem; sed satis erit expedijsse perspiratum, & partem aliquam materiæ putris detraxisse, sic enim retentis viribus reliqua superabitur atque expelletur. Quod si febris valde ardens sit, dabimus potui aquā [b] frigidam, quantum æger haurire volet, hac vtitur Hippocrates, [c] cum eiusmodi febrē sanat, vbi hac vtamur, non opus erit sanguinem mittere, sicut vbi mittamus sanguinem, non opus [d] erit dare potui aquam frigidam. Cæterum licet mittere [e] sanguinem, etiam cum materia febrem accendens cruda est, non tamen licet potui dare aquam frigidam, [f] nisi cum apparent signa coctionis: quia periculum est, ne materia cruda maiorem afferat obstructionem, si refrigeretur: sed hoc
B pertinet ad febres ardentes, non exquisitas, nam in exquisitis à syncera bile ortis, non est periculum, ne ex potione aquæ frigidæ maior sequatur cruditas; quin potius remisso feruore calor naturalis multo facilius concoquet, quicquid concoquendum est. Prohibet etiam aquæ frigidæ potionem inflammatio, ac tumor [g] viscerum, augetur enim cum refrigeratis visceribus, id retineatur, quod expelli deberet, cum aliquo pacto cogatur atque adstringatur cum parte inflammata; sed cum eiusmodi tumoribus atq; inflammationibus non copulatur febris ardens atque exquisita: cum erysipelate vero exquisito viscerum, febris ardens non videtur posse alia ratione curari, quam potione [h] aquæ frigidę, sub qua bilis ob rationem superius dictam magis concoquetur, quam cruda reddatur; neque oportet coctionem expectare, antequam bibatur; sicuti si esset, aut tantum inflammatio, aut etiam erysipelas mixtum cum inflammatione, expectanda tunc est coctio, prius quam bibatur frigida aqua. Misso sanguine aut epota frigida aqua recedit feruor, aut certe remittitur. Vbi aliquid ipsius & putredinis relinquatur, educendum est vomitu, deiectione, vrina, sudore, prout natura vnam, vel plures vias, & hanc aut illam tentat. Quacunque via educatur, vtendum est medicamentis lenioribus
C non acribus, non salsis, vt inquit [i] Hippocrates. Vomitus mouetur potu aquæ tepidæ, cui aliquid oxymellis sit adiectum: deiectio lacte asinino, quod potui datur ab [k] Hippocrate, vel etiā sero, quod sine coagulo separatum fuerit a lacte: respergitur enim lac, dum feruet aliquot guttis oxymellis frigidi, aut eidem superimponitur vas æneum plenum aquæ frigidæ, atq; hoc pacto separatur serum a lacte, & euitatur acrimonia coaguli. Mitissimum etiam præsidium ad hoc idem opus perficiendum, est serapium ex pluribus infusionibus rosarum, quod solutiuum nostri appellant, vel per se, vel cum melle aereo, aut etiam infusione rhabarbari epotum. Vrina mouebitur commode, si detur potui aqua, in qua bullierit radix graminis, apij, petroselini, vel fœniculi, aut hordeum ac semina cucumeris indici, vel melopeponis. Sudor euocabitur balneo [l] aquæ dulcis tempestiue adhibito, hoc est, cum apparent signa coctionis.

a Gale. li. 9 meth. c. 5.
b Gal. ibid.
c Hipp. li. 4 acut. 5.
d Gal. lib. 9 meth. ca. 5
e Galen. 2. aph. cō. 29.
f Gal. lib. 9. meth. c. 5.
g Gal. lib 9 meth. c. 5.
h Gal. ibid.
i Hipp. li. 4. acut 8
k Hipp. li. 4 acut. 7.
l Gal lib. 1. ad Glauc. cap. 9.

Superest tertia febris, ex illis, quæ oriuntur á putredine flauæ bilis: tertiana videlicet continens, quę tantum differt ab ardenti, iam exposita, quod minus feruet, [m] atque idcirco sitim & alia symptomata affert leuiora. Causæ discrimen, supra [n] ostendimus, in eo consistere, quod bilis, á qua hæc accenditur, magis diluta est aquoso humore, & putrescit in venis magis distantibus a corde, aut non ita ipsum afficientibus. Indicia ex quibus cognoscitur tertiana continens, eadem sunt, quæ in ardente retulimus, sed [o] leuiora. Euentus minus periculosus est in hac, quā in ardente. Tempus paulo longius, trahitur enim vsque ad septimum diem, cum exquisite ardens tertio aut quinto finiatur. Via sanationis & interitus eadem est vtriusque. Curatio in eo
D differt, quod in hac non ita refrigerantibus opus est vt in ardente, magisque licet vti educentibus, etiam paulo calidioribus.

m Gal. 3. 3. epid. com. 34.
n Supra in hoc eodem cap.
o Gale. 3. 3. epid. com. 34.

De febre orta à pituita putrescente, & primo de quotidiana.
Cap. VI.



Ebribus exquisitis, quæ a flaua bile putri oriuntur, sunt [p] qui spurias proxime subijciant; nobis tamen magis placet exquisitas species omnes prius exponere, quę simpliciorem naturam habent, & sunt regulæ aliarum, deinde aggredi ad spurias mixtas quodammodo, & compositas ex simplicibus atque exquisitis. Diximus de illis, quæ á sanguine uel á flaua bile proficiscuntur, sequuntur nunc illæ, quas accendit putrescens pituita, quæ plures sunt, & magis inter se distant quam biliosæ, quarum tres differentias posuimus: nunc vero, quæ a pituita fiunt species, magis dicentur, cum calor, quo continetur,

p Gal lib. 1 ad Glauc. capit. 10. & Auic. lib 4. f 1. tract. 2. c. 39.

netut, videatur specie differre, vt in sequentibus patebit: totidem igitur species sunt febrium, E quas pituita accendit, quot ipsius pituitæ, sed has constat esse ternas; [a] cum vna sit secundum naturam, dulcis videlicet, duæ præter naturam, salsa & acida: redditur salsa pituita ob putredinem, [b] quæ vero acida est, cruda [c] est; sed multo magis, quæ sapore caret; hæc eiusdem speciei videtur, cuius est acida, sed magis cruda est & crassior, ideo proprie [d] cruda dicitur, quamuis communiter quævis pituita [e] cruda sit, cum sit sanguis minus coctus; quod si nõ tantũ crassa sit, sed etiam glutinosa imitatur [f] vitrum fusum, atque idcirco vitrea, a veteribus medicis nominata est. Tres igitur duntaxat statuemus pituitæ species, dulcem, salsam, & acidam seu vitream, quibus respondent ternæ species febris, a pituita [g] dulci oritur ea febris, quæ simpliciter dicitur quotidiana, nomenque ducit ab ordine circuituum, sicuti tertiana ex febribus biliosis. A pituita salsa fit genus [h] quoddam ardentis febris: ab acida seu insipida proficiscitur ea febris, quæ vocatur a Græcis ἠπιαλός, sub hac sentit quælibet pars corporis, quantumuis parua, simul frigus & calorem toto tempore, quo manet. Agemus de vnaquaque trium separatim; neque prius cõmunia persequemur, vt fecimus in febribus biliosis; pauca enim sunt, quæ communiter pertineant ad has omnes tres; nam siue morbum, causas & symptomata, siue signa, euentus, tempus & curationem inspicias, comperies longe inter se distare, sumemus initium a quotidiana. F

Febris quam accendit pituita dulcis putrescens, continetur calore [k] acri & fumoso, vt communiter omnes illæ febres, quæ sequuntur humorum putredinem: sed proprie multum fumoso & parum acri, contra quæ a flaua bile oritur, vt supra ostendimus, valde acri & parum fumoso: imitatur enim flaua bilis ligna arida, a quibus parũ, pituita vero viridia, [l] a quibus multum fumi exhalat; obtunditur autem copia humoris caloris acrimonia, præsertim primo contactu, ita vt mitior appareat, sed postea diutius tangenti acrior sentitur; tarde vero mouetur & inæqualiter, ita vt modo excitari, modo delitescere videatur, & veluti disruptis bullis, quasi per cribrum erumpat. Circuitus quotidie reuertitur, vnde apud Græcos [m] ἀμφημερινὸς & καθημερινὸς nominatur, apud Latinos quotidianus. Diciturque febris ipsa quotidiana, siue [n] assiduus sit, siue intermittat, nam vtrumque accidere potest, cum intermittit, manet febris decẽ & octo horas, sed post viginti quatuor noua [o] accessio hominẽ inuadit, ita vt cũ intermissio breuis sit, non perueniat ad veram integritatem, quemadmodum vbi longa est, veluti in quartana: raro itaque reperias, aut quartanam [p] assiduam, aut quotidianam [q] intermittentem. Causa quotidianæ febris est pituita [r] dulcis, non simpliciter, sed vbi [s] putrescat, neque enim sufficit multitudo, nam si flaua bilis, quæ valde calida est & sicca, nequit sine putredine febrem accendere; multo minus pituita, quæ frigida & humida. Proxima ergo causa quotidianæ febris est putredo pituitæ dulcis, quæ quod inæqualis sit, magis & minus crassa, inæqualem calorẽ excitat, & G vicissim [t] accẽditur ac delitescit, subinde.n. putrescit, quæ minus crassa est, quæ crassior extenuatur, sed quia [u] fumosus multus est & acrimonia parua, qđ pituita valde humida sit, & propterea, vt ante dictum est, multum fumi edat, & parum actis primo contactu sentiatur. Quod si putrescat in venis, [x] efficit febrẽ assiduam, si extra venas in ambitu totius corporis intermittentem. Causa putredinis est prohibitus perspiratus, quem affert adstrictio, sed potissimũ obstructio. Oritur hæc ab eadem pituita, quæ putrescit, & quod multa sit, & quod interdum etiã crassa & glutinosa: neque enim alius est humor, qui putrescit in hac febre, alius qui obstructionẽ affert, ut nõnunquã usu uenit [y] in febre tertiana, in qua putrescit flaua bilis, sed obstructionem affert pituita. Causa vero cur multa contrahatur pituita dulcis, & quotidianam febrẽ accendat, partim ad effectricem, partim ad materiam spectat. Effectrix [z] est ipsa temperatio ventriculi, & iecinoris frigidior, vel etiam cerebri, vt [a] nonnulli existimãt, qui a destillatione ex cerebro emananre ac putrescente accendi quotidianam febrem voluerunt. Neque refert cum humore ne an cum siccitate copuletur frigus viscerum, cũ vtrauis enim minus perficit coctionem, & pituitam procreat. Ad temperationem viscerum refertur ætas [b] senum, qui multa pituita abundant, & consuetudo contracta ex vsu rerum frigidarum, quæ est natura quædam aduẽtitia. Res externæ atque euidentes, ut quæ fiunt, quæ offerũtur, quæ extrinsecus incidunt, quæ H expelluntur ac retinentur magis sunt efficiendæ sociæ, quam effectrices, sunt tamen adiumento causis, hoc est, uisceribus frigidis pituitam procreantibus, quod augeãt frigus ipsorum. Materiam suppeditant procreationis pituitæ, esculenta & poculẽta quantitate uel qualitate [c] immoderata, ubi nimia [d] sunt, non possunt bene concoqui, & idcirco in pituitam uertuntur, id quod faciunt etiam, ubi qualitate frigida fuerint crassa & glutinosa, uel dura. Symptomata cõplura quotidianę febri superueniunt, ut somnus grauior, quod impleatur cerebrum uaporibus multis, glutinosis, frigidis, atque humidis; lædirur appetitio cibi, male afficitur os [e] uentriculi. Principio accessionis, si febris intermittit, sentitur quidam [f] horror, fere autem cum quotidiana febre iungitur affectus uẽtriculi, [g] cum quartana lienis, cum tertiana iecinoris. Hactenus de his, quæ cognoscenda erant in uniuersum ad quotidianam febrem attinentia, nunc ad ea transeundum est, quæ intelligere oportet in homine febricitante. Ex præsentibus febris partim sensu percipitur, partim coniectura inuestigatur, cadit enim sub sensum calor, quo febris ipsa continet ur multum fumosus, & parum acris præsertim primo contactu, nam diutius tangenti

acrior

[a] Gal. l. 2. de dif. fe. ca. 6. & l. 2. de na. fa. c. 9.
[b] Gal. ibi.
[c] Gal. l. 2. de nat. fa. c. 9.
[d] Gal. li. de plenit. c. 11
[e] Gal. l. 2. de na. fa. c. 9.
[f] Gal. l. 2. de dif. fe. ca. 6.
[g] Gal. ibid.
[h] Gal. 4. acu. cõ. 13.
[i] Gal. l. de inæquali intẽp. ca. 8. & Paulus Aegineta l. 2. c. 26.
[k] Gal. l. 1. ad Glau. c. 7.
[l] Gal. l. 2. de dif. fe. c. 4.
[m] Gal. 2. de dif. fe. c. 7.
[n] Gal. l. 2. de dif. fe. c. 8.
[o] Gal. l. 2. de diff. fe. c. 4.
[p] Gal. 2. de dif. fe. c. 2.
[q] Gal. l. 1. ad Glau. c. 7.
[r] Gal. l. 2. de dif. fe. c. 6.
[s] Gal. l. 2. de dif. feb. c. 5
[t] Gal. l. 2. de dif. feb. c. 6
[u] Gal. l. 2. de dif. feb. c. 4
[x] Gale. l. 2. de dif. fe. c. vii.
[y] Sup. c. de tertiana.
[z] Gal. l. 1. ad Glauc. c. 7.
[a] Auic. l. 4. f. 1. tract. 2. c. 46.
[b] Gal. li. 2. de tem. c. 2.
[c] Gal. 1. li. de natu. huma. cõ. 36.
[d] Gal. l. 1. ad Glauc. c. 7.
[e] Gal. l. 2. de crisib. c. 5.
[f] Gal. ibid. & lib. 1. ad Glauc. c. 7.
[g] Gal. l. 1. ad Glauc. c. 5.

actior apparet; præterea tardi atque inæqualis incrementi, a quo fumus exhalat disruptis ve-
A luti bullis, quasi per cribrum, qui præterea vicissim nunc excitatur, nunc delitescit, & ad [a] ve- a Ga. lib. 2.
speram fere inuadit quotidie: talis ergo est calor ille, in quo quotidiana febris cõsistit, qui cum de cris. c. 5.
iudicetur sensu, existimare licet quotidianam febrem sub sensum cadere, nisi malumus ab eius-
modi calore, tanquam ab essentia argumentum sumere quotidianæ febris, & hoc pacto etiam
mente ipsam conijcere. Sed sumuntur eius signa a causa, a proxima videlicet, nam aliæ hanc
denunciant. Diximus [b] proximam causam esse putredinem pituitæ dulcis, quæ vbi nobis ex- b Ab initio
plorata sit, erit simul perspecta etiam quotidiana febris; quo pacto autem cognosci possit, pu- huius capi.
tredo pituitæ cum sensum lateat, paulo infra subijciemus; fit etiã [c] coniectura ex communiter c Gal. lib. 2
vagantibus, nam vbi febres, quæ alios inuadunt, quotidianæ sunt, verisimile est & eum, quem de cris. c. 3.
curamus, quotidiana laborare. Colligitur eadem febris ex his, quæ prosunt vel obsunt, siqui-
dem vbi prosint ea, quæ pituitam vel educunt, vel citra excessum caloris ipsam extenuant, atq;
incidunt, vbi obsint ea, quæ vel pituitam contrahunt, vel eandem crassiorem aut frigidiorem
reddunt, monstrant febrem quotidianam. Eandem significant effecta, & primo actiones læsæ,
vt pulsus [d] inæqualis, tardus, præterea paruus & rarus minus tamen, quam in quartana; adhęc d Gal. li. 1.
propensio ad somnum, vel etiam somnus grauis ac longus, cibi fastidium, sitis modica, affectus ad Gla. c. 7.
oris [e] ventriculi. Horror initio accessionis & frigus partium extremarum: ex qualitatibus cor-
B poris color pallidus vel plumbeus, malus totius [f] corporis habitus, tumor præcordiorum. Po- e Ga. lib. 1.
stremo ea, quæ expelluntur, si pituitam [g] præ se ferunt, & cruda sunt, vrina [h] alba ac tenuis est, ad Gla. c. 5.
vbi summa sit cruditas, nam vbi leuior, redditur turbida & crassior. Euomitur etiam aut eijci- f Ga. l. 2. de
tur [i] pituita, sudor vel nullus [k] vel paruus exit. Eadem vero signa sunt intermittentis & conti- diff. feb. c. 1
nuæ, nisi quod post decem & octo horas, quæ intermittit, venit ad integritatem, quod non acci g Gale. 1. ad
dit assiduæ, quæ manet, dum noua inuadat, quanquam ea integritas, quam diximus, esse in in- Glauc. c. 7.
termittente, non est omnino [l] vera, cum semper relinquantur vestigia aliqua febris. Causa pro h Gal. ibid.
xima febris, hoc est, putredo pituitæ dulcis, cum sensum lateat, colligenda est primo ex causis & libr. 2. de
illis, a quibus pituita dulcis & procreatur & putrescit, deinde ex his, quæ vel iuuant pituitam crisib. c. 5.
educendo atque extenuando, vel nocent eandem procreando aut reddendo crassiorem, po- i Gale. li. 1.
stremo ex effectis, vt ex propensione ad somnum, ex colore totius corporis albo, ex his quæ de- ad Gl. c. 5.
truduntur pituitam proferentibus. Supersunt ex præsentibus dignoscenda symptomata illa, K Ga. ibid.
quæ diximus, superuenire febri quotidianæ, omnia autem sensui subijciuntur, veluti somnus lõ l Ga. l. 2. de
gior, fastidium cibi, horror, ac frigus partium extremarum, ita vt non opus sit signis, ex quibus dif. feb. c. 4.
colligantur. Ex futuris euentus non semper salubris est, sed interdum perniciosus, est enim fe-
bris periculosa, & non solum vbi continens est, sed etiam vbi intermittit, cum, vt ante dictum
C est, non perueniat ad veram [m] integritatem. Vteruis sequi euentus debeat, intelligetur ex cau m Gal. li. 2.
sis, hoc est, ex [n] robore naturæ vel morbi: robur naturæ ex multis colliges, sed potissimum ex cris. ca. 6. &
coctione, robur morbi ex cruditate & prauitate, tum ex symptomatibus, vt ex tremore, lèthar- lib. 2. diffe.
go, hydrope. Tempus futuri euentus necessario longum [o] est: neque enim breui potest conco- feb. c. 4.
qui aut expelli humor multus, crassus, glutinosus, frigidus; illa, quæ terminatur inter quadrage- n Gal. li. de
simum & sexagesimum diem, breuissima est. Via, per quam sanatur quotidiana febris, partim in consti. artis
coctione consistit, partim in expulsione [p] pituitæ, via interitus magis refertur ad grauitatem c. 18. & li. 4
symptomatum, quam ad magnitudinem morbi aut prauitatem humoris. de præsagi. pul. c. 11.

In curanda quotidiana febre cum diuturnior sit, magis attẽdere vires oportet, quam in his, o Gal. lib. 2 crisium c. 6
quæ acutæ, quales sunt, quæ à sanguine, vel a flaua bile oriuntur: non possunt vires diu ferre [q] p Gal. lib. 3
inediam, vel cibi paucitatem alioquin requisitam a causa febris. Attendenda etiam sunt in crisium c. 3
hac eadem febre symptomata magis quam in multis alijs, quod grauissima sint, quemadmodũ q Hippo. &
morsus in ore ventriculi & animæ defectio, ita vt vires conuellant; sed non propterea negli- Gal. 1. aph.
genda est febris aut putredo proxime ipsam accendens, aut obstructio & eius causa: omnia igi
tur hæc diligenter inspicienda sunt. Vires postulant conseruationem, symptomata leuationem
quandam, morbus hoc est febris refrigerantia & madefacientia, proxima causa, hoc est, pu-
D tredo pituitæ coctionem & detractionem. causa obstruens contrario opere eget, pituita enim
multa exhaurienda est, crassa extenuanda, glutinosa incidẽda: ex quibus operibus virium [r] con r Gal. lib. 9.
seruatio cæteris prębferenda est, nam vbi debiles sunt, alimento refici debent, ẽtsi rebus præter meth. c. 13.
naturam inimicum sit. Symptomata vbi grauia sunt, vt vires conuellant, [s] lenire oportet, neq; s Gal. li. 12.
expectare, dum tollatur morbus aut causa. Illud vero opus, quod a febre requiritur, hic lõge mi meth. c. 1.
noris momenti est, quam quod à putredine pituitæ, neq; enim uehemens est calor quotidianæ
febris aut aridus, sed parum [t] acris & multum humidus, præterquam quod refrigentia & ma- t Ga. li. 1. ad
defacientia pituitæ inimica sunt, quam magis calefacere & siccare oportet, vt extenuetur [u] at- Gla. c. 7.
que incidatur; magis igitur incumbemus in curationem causæ, eam uero febris rationẽ habebi u Gal. li. 1.
mus, ne augeatur [x] per ea, quę adhibentur ad causam curãdã. A putredine diximus requiri co- ad Glau. c.
ctionem & detractionem, curatur pituita putris magis coctione, quod non valde putrescat, cũ 12.
frigida sit, & cum sit sanguis minus [y] perfecte coctus, & possit a natura ex toto cõcoqui & supe x Gal. li. 11. meth. c. 10.
rari. Dare igitur primũ operam oportet, vt concoquatur, deinde vt exinaniatur, quicquid ex ip y Gal. li. 2.
sa concoqui non potest; verũ exinanitur non tãtum pituita illa, quæ computruit, sed illa quoq; de nat. fac. c. vlt.

quæ

quæ ob copiam efficit obstructionem, neque enim satis est concoquatur, vbi nimia fit, sed E
omnino detrahenda est. Quod si conferamus inter se opus detractionis cum eo, quod con-
a Ga. l. 1. ad Glau. c. 12. sistit in incidendo & extenuãdo, videtur hoc & prius & magis necessarium, a cum ad facilita-
tem coctionis conferat, pituitam esse extenuatam atque incisam, sine quo non potest etiam b
b Hippo. & Gal. 2. aph. 10. exinaniri. Sed satis de operibus, pergamus ad instrumenta, quibus perficiantur, vires maxime
retinentur cibo & potione, talis autem conuenit, vt non solum reficiat vires, sed c pertineat
c Ga. l. 1. ad Glau. c. 12. etiam ad extenuandam atque incidendam pituitam; sed quia quæ hac vi prædita sunt, calefa-
ciunt etiam & siccant, eligere ea oportet, quæ minus hoc efficiant, ne cum causæ d medentur,
d Gal. li. 11. meth. c. 10. febrem augeant; eligemus igitur moderate calefacientia & siccãtia, vitabimus quæ valde hoc
præstant propter febrem, non secus atque ea, quæ valde refrigerant, & madefaciunt propter
causam, quamobrem nõ dabimus amplius panem ex aqua, sed magis ex iure pulli gallinacei,
e Gale. li. 1. Glau. c. 10. condiemus prisanam pipere e aut cinnamomo. Potus sit mulsa, aut vinum aliquod tenue. Co-
ctio cum perficiatur a calore naturali, vt sæpe dictum est, non alia postulat instrumenta, quam
f Ga. l. 1. ad Glau. c. 12. quæ ipsum temperant: quod in hac febre nõ multum requiritur: parum enim acris est, vt supra
ostendimus; quare dirigemus consilium, potius ad materiam extenuandam f atque inciden-
dam, vt magis concipiat vim naturalis caloris concoquentis, & facilius concoquatur. Specte-
mus igitur, quibus instrumentis vtendum sit ad extenuandum atque incidendum, quod opus F
conducere diximus obstructioni remouendæ, coctioni, & detractioni. Habent vim extenuan-
di atque incidendi, non solum medicamenta, sed ea etiam, quæ sub victu comprehendũtur, vt
g Ga. l. 6. de tuen. val. c. 11. aer tenuis, cibus tenuium partium, & paucus, conditus g aromatibus aut herbis acrioribus, vt
thymo, hyssopo, calamentho, pulegio: potio sit mulsa, oxymel h dilutum aut vinum tenue. Con
fert etiam ad extenuãdum vigilia magis quam somnus, motus quam quies, animi perturbatio
h Ga. l. 1. ad Glau. c. 12. quã tranquillitas. Medicamenta incidẽtia atq; extenuantia sunt oxymel additũ aquæ, in qua
bullierit hyssopum, thymum, puleium, origanum, eandem etiam vim habet syrupus de stæ-
chade, de prassio, de thymo, bysantinus, de duabus vel quinque radicibus, aut etiam oxymel
scilliticum, quæ eidem decocto adiiciantur. Valet præterea confectio diospoliticon, diagalan
ga, & diacalamenthum: vbi febris magis feruet, a validioribus abstinendum est. Restat detra-
i Gal. l. 1. ad Glau. c. 12. ctio, quæ varia conuenit, vt vomitus, deiectio, vrina, sudor. Omittitur autem a veteribus i in
quotidiana febre sanguinis detractio, quamuis proponatur tãquam k commune auxilium om-
k Gal. li. 11. meth. c. 15. nium illarum febrium, quæ sequuntur putredinem; profecto cum pituita magis cõcoqui quam
educi debeat, cumque vires sub copia pituitæ non multum valeant, plerunque neque requiri-
tur, neque toleratur; vbi tamen cum pituita simul sanguis etiam redundet, accommodabitur,
& ferri poterit sanguinis missio; alioquin magis contenti erimus alia specie detractionis. Si pi G
l Ga. l. 1. ad Glau. c. 12. tuita tentet os ventriculi, conueniet vomitus, qui excitatur post cibum quidem facile, l sed an
te etiam, si potui detur, oxymel valde dilutum, & aqua tepida, aut ea etiam, in qua bullierit ca
lamenthum, hyssopum, radicula. Accommodatur deiectio, vbi pituita non feratur ad os ventri
culi, vtemur autem catharticis ipsam ducentibus, vt agarico, hyera ex colocynthide, hyera ex
agarico, diaturbit, electuario ex dactylis, præsertim permixtis cum melle rosaceo solutiuo,
quod appellant. Præstat vero non totam simul purgare eam, quæ redundat, sed paulatim & vi
cissim nunc dare extenuantia & incidentia, nunc cathartica. Vrina autem & sudor non prius
m Ga. li. 11. meth. c. 10. euocari debent, quam aliqua ex parte imminuta m multitudo fuerit, & crassitudo extenuata:
expectare etiam signa coctionis oportet, nam tunc tuto n euocatur. Ad vrinam vtemur apio,
n Hippo. l. aph. 22. fœniculo, adiantho, asaro, silere montano, chamædry, radicibus asparagi: ad sudorem illis, quæ
relaxandi vim habent, siue extrinsecus adhibeantur vt balneum, siue intus dentur vt vinum te
nue aut aqua, in qua bullierit dulcis radix, hordeum, chamomælum. Symptomata, quæ pro-
priam animaduersionem requirũt in quotidiana febre, potissimum sunt somnus grauis, dolor
oris ventriculi, frigus partium extremarum. Pugnabimus aduersus somnum, partim repellen-
do a capite super imposito oleo rosa condito, cui additum sit aliquid aceti, partim auertendo
ad partes inferiores, vt ad crura. Prouidebimus ventriculo, si ipsius os confirmemus potissimũ
in vigore o accessionis externo aliquo medicamento adstringente, vt oleo mastichino, aut me H
lino, aut in quo maduerit, vel in duplici vase bullierit absinthium: contra frigus extremorum
vtemur fomentis, & inungemus oleo chamomælino, aut anethino.

De febre Epiala. *Cap. VII.*


Ltera febris earum, quæ a pituita putri oriuntur, ab ea fit, quæ cruda est, crassa, gluti
o Gal. 1. ad Glau. c. 12. nosa, o & idcirco vitrea. Nominatur hæc febris Græci ἠπίαλος, ducto vocabulo, vt nõ
nulli p volunt, ἀπὸ τοῦ ἁλὸς & ἠπίου, hoc est, a mari, quod a principio quidem tranquil-
p Ga. l. 2. de diff. feb. c. 6 lum videtur, sed difficillimũ postea tẽpestate redditur. Est proposita febris aliquo
pacto similis quotidianæ, aliquo pacto dissimilis, id quod facile perspicietur, si sigillatim capi-
ta eorũ, quæ de quotidiana febre proposita sunt, perpẽdamus. Cõtinetur ἠπίαλος, calore multũ
q Paul. li. 2. c. 26. fumoso, & parum acri, qui mitior primo contactu se ostendit, sed diutius tangenti acrior sen-
titur, quemadmodum in quotidiana: tantũ q differt, quod calori additur rigor, & simul etiã in

quauis

A quauis parte quantumuis parua sentitur frigus, ita vt vbique percipiatur inæqualitas [a] quædam frigoris & caloris. Circuitus in hac similiter quotidianus est. Nunquam tamen assiduus, nisi ob multitudinem materiæ, sed necessario sua vi intermittit, cum materia extra [b] venas putrescat, id quod rigor adiunctus demonstrat. Causa proxima est putredo similiter pituitæ, non tamen dulcis, vt in quotidiana, quam tractauimus, sed acidæ aut insipidæ, [c] crassæ & glutinosæ ac vitreæ: hæc vbi extra venas tota putrescit, febrem excitat, in qua calor sentitur, vt in quotidiana sine manifesto frigore aut rigore, vbi tota sine putredine feratur, ad externas partes sentientes, efficit rigorem sine [d] febre, non tamen vehementem, si pars putrescat, pars sine putredine seruetur, simul accenditur calor, & sentitur frigus [e] cum rigore, nam pars, quæ putrescit, accēdit calorem, reliqua rigorem & frigus affert. Causa pituitæ putris est, quicquid ipsam aut putrefacit aut gignit, putrefacit prohibitus perspiratus, obstructio, quam efficit ipsamet, quod non solum multa, sed etiam valde crassa & glutinosa sit: ad ipsam vero contrahendam concurrit, tum efficiens causa, vt frigus iecinoris & ventriculi: tum materia, quam suppeditant cibi frigidi, duri, aut etiam valde crassi & glutinosi. Symptomata eadem fere sunt in vtraque febre, maiora tamen in hac: vehementer enim mouetur os ventriculi, conuelluntur uires, & sequitur animæ defectio, pro horrore ab initio percipitur rigor, dum manet accessio. Somnus vero, qui a pituita dulci oriri solet in febre quotidiana, non ita fit a vitrea, cum ob intensam cruditatem vapores ab ipsa pauci exhalent. Cognoscitur in homine ægrotante ὑαλώδει, partim sensu, partim ratione; percipit sensus calorem, quem diximus parum acrem, valde fumosum, cum sensu simul [f] frigoris & rigoris, & cum circuitibus quotidianis. Ratione colligitur, ducta primum a causa effectrice, hoc est, a pituita vitrea, quæ extra venas non tota, sed aliqua ex parte putrescat; a iuuantibus & lædentibus, iuuant enim quæ concoquunt, & paulatim exhauriunt pituitam, nocent quæ vel ipsam contrahunt, vel subito educunt. Ex effectis, vt ex morsu in ore ventriculi, ex defectione animæ, ex colore albido, ex vrina valde cruda, ex deiectione valde pituitosa. Causa, hoc est, putredo pituitæ vitreæ extra venas, quæ partim sine putredine feratur per ambitum corporis ex sola hac febre, quam descripsimus, deprehendi potest. Symptomata, quæ numerauimus sensui manifesta sunt. Ex futuris euentus in hac febre longe magis [g] periculosus est, quam in quotidiana, cum pituita vitrea tardius concoquatur, atque expellatur quam dulcis, processu autem temporis vires sub grauitate symptomatum [h] deficiant. Vbi tamen nondum labefactatæ sunt, si æger obsequatur, & quę conuenit, a medico adhibeatur curatio, polliceri salutem possumus. Tempus quo expectanda salus est, non potest non esse longum,
C cum materia multa & valde cruda sit, sed tempus interitus potest esse breue ob defectionem animi, si frequens & magna sit sine causa manifesta, vt inquit Hippocrates, [i] solet enim æger de repente interire. Via salutis est, quod vitrea pituita partim concoquatur, partim expellatur, vt in quotidiana [k] febre. Via interitus potissimum refertur ad grauitatem symptomatum, & ad inopiam alimenti: neque enim aluntur solidæ partes crudo eiusmodi humore. Curatio huius febris non est eadem, quæ quotidianæ, quod hæc minor sit febris, maior cruditas, & vires imbecillæ, quamobrem hic minus spectandum est ad refrigerandum, magis ad exinaniendum, sed multo maxime ad concoquendum, neque enim vires sustinent auxilia illa, quæ vehementer corpus exhauriunt. Ad concoquendum pariter ac educendum spectant ea, quæ extenuant & incidunt, quibus vtemur [l] moderate, ne aut febrem augeant, aut vires debilitent, vtemur mulsa, aut oxymelle diluto, in quibus [m] bullierint acriores herbæ, veluti & oxymelle scillitico, syrupo ex stæchade, ex prassio, ex betonica cum decocto earundem herbarum acriorum. Vtemur ad digerendum frictione ex linteo aspero, aut ex aliquo oleo leniter calido, vt chamemælino vel anethino, dabimus potui ea, quæ vrinam vel sudorem excitent, & ita paulatim incidemus & extenuabimus pituitam vitream, & vicissim digeremus, & per vrinam ac sudorem euo-
D cabimus. Sanguinis missio & purgatio [n] non sustinetur in hac febre ob virium imbecillitatem. Symptomatibus vero succurrendum est, vt rigori per calefaciētia; animi defectioni per ea, quæ auertunt ab ore ventriculi & corde, & per ea, quæ vires reficiunt, vt per vinum [o] tenue, quod facile ac celeriter distribuatur per omnes corporis partes.

a Gal. li. de inæquali in temper. c. 8 & li. 2. diff. feb. c. 6.
b Gal. lib. 2 de diff. feb. c. 1. & vlt.
c Gal. lib. 2 de diff. feb. c. 6.
d Gal. lib. 2 de caus. symp. c. 5.
e Gal. li. 2. de diff. feb. c. 6.
f Gal. lib. 2. de diff. feb. c. 6. & li. de inæquali in temp. c. 8.
g Gal. li. 12 meth c 3.
h Gal. ibid.
i Hipp. li. 2. aph. 41.
k Supra in c. anteced.
l Gal. lib. 12 meth. c. 10.
m Gal. lib. 12 met c. 5.
n Gale. lib. 12. met. c. 3
o Gal. ibid.

De febre ardente, quam excitat pituita salsa. *Cap. VIII.*

SVperest ex febribus, quæ a pituita oriuntur illa, quam salsa efficit, vocatur hæc febris ab Hippocrate [p] καῦσος, id est, ardens, supra [q] enim monstrauimus tres species febris ardentis, vnā quæ fit a sanguine putri synocham videlicet, alterā quæ a flaua bile, quæ vere & proprie ardens est, & tertiam a pituita salsa, quā nunc tractamus. Numeratur aūt in ardētib. non ob calorem, neq; enim in hac aut valde multus est, ut in synocha, aut ualde feruens, ut in ardente biliosa, sed ob sitim [r] inexplebilem, quam affert pituita salsa similem illi, q̄ efficit flaua bilis in febre vere ardente, quā adeo sequitur ingens sitis, ut ipsam constituere videatur. Calor huius febris ualde fumosus est, nō tamē parū acris, [s] sicut illius, quæ fit a pituita dulci aut uitrea, siquidem salsedo pituitæ, cotis modo, calorem acuit, & acrem efficit:

p Hip. lib. 4 acut. 13.
q Supra ca. 3.
r Hippo & Gal. 4 acu. com. 13.
s Gal. in eodem com.

habet tamen quotidianos circuitus, hæc non secus atque illa, quam excitat pitui ta dulcis aut
vitrea, sed a dulci oritur quotidiana, tam intermittens, quam continua, ab acida & cruda ac vi
trea fieri diximus ἠπίαλον, quam necesse est, esse ex numero intermittentium, a salsa fit ardens,
a Hippoc. 4. acut. 16. quæ assidua est, alioquin nõ iungeretur cum siti inexhausta, quam diximus, & cũ frigore [a] par-
tium extremarum, quæ eius prauam naturam significat. Proxima causa huius febris iam dicta
est, putredo videlicet pituitæ salsæ in venis, quæ si putresceret, extra venas febrem efficeret si-
milem illi, quam accendit pituita dulcis; sed paulo vehementiorem. Eadem pituita salsa, quæ
putrescit, obstructionem affert, perspiratum prohibet; & ita sibimet est causa putredinis. Gi-
gnitur pituita salsa ab iisdem causis, a quibus simpliciter pituita, sed minus frigidis. Oritur sal
b Gale 2. de diff. feb. c. 4 sedo a quadam vstione, quam efficit vel [b] putredo, vel calor alioquin vrẽs humorem, qui cum
c Hippo. 4. acut. 13. pituita miscetur. Symptomata, quæ hanc febrem sequuntur, sunt primo sitis [c] illa ingẽs, a qua
diximus ipsam constitui, deinde vigilia, [d] nam pituita vitrea cum non facile vapores excitet,
d Hippo. 4. acut. 15. neque somnum, neque vigiliam affert, dulcis cum impleat caput crassis ac frigidis vaporibus,
somnum grauem efficit, salsa irritat & mordet aliquo pacto cerebrum, ex quo sequitur vigilia,
e Gal l. 2. de al. fa. c. 40 qualem eadem de causa senes [e] experiuntur. His symptomatibus accedit vel retentio, [f] vel dif
ficultas vrinæ; retinetur vrina, quod pituita salsa vel obstruat eius canales, vel adstringat, vel-
f Hippo. 4. acut. 14. uti cum facit tumorem [g] in recto intestino. Ob salsedinem vero mordens, difficultatem quan- F
dam efficit; & cum non possit diutius retineri insignis copia vrinæ in vesica, subinde aliquæ
g Hippo. & Gale. l. 5. apho. cõ. 58 guttæ destillant. Recognoscitur hæc febris sensu, qui eiusmodi calorem acrem & fumosum,
quotidianum, assiduum iũctum cũ siti inexhausta percipit. Recognoscitur & mente ex signis,
quæ ducuntur vel a causa, vt a putredine pituitæ salsæ, vel a iuuantibus temperando & educẽ
do eiusmodi pituitam, & lædentibus eandem calefaciendo ac siccãdo, vel ab effectis, vt a siti,
h Hippo. 4. acut. 16. vigilia, retentione, ac difficultate vrinæ, lingua arida & [h] scabra, frigore partium extremarum,
deiectione corrupta. Causa, hoc est, putredo pituitæ salsæ cognoscitur ex causis, a qbus & pu
i Hpip. 4. a- trefieri & produci pituitam [i] salsam ostendimus. Tum ex iisdem iuuantibus ac lædentibus,
k Gal. li. de inæquali in tempe. c. 8. & li. 4. aph. com 48. quæ in morbo enarrauimus. Ex effectis hoc vnum sufficit, febris videlicet quam descripsimus.
Symptomata, quæ numerauimus, omnia sub sensum cadunt. Ex futuris euentus valde pericu-
losus [k] est in hac febre, quæ prauis adnumeratur, & vocatur λειπυρίας, nam præter assiduitatem
caloris & sitim, ac siccitatem ingentem, hæc pituita difficillime superatur a natura, ita vt vix
sanari possit, præsertim cum illis accidere soleat, quibus vires non valent; quæ tamen vbi non
l Hipp. 4. acut. 13. ex toto debiles sunt, neque ipsa febris ac sitis omnino vehemens, salus non omnino desperata
est. Tempus euentus non est diuturnum, ponitur enim hic morbus [l] in acutis, ita vt quatuorde
m Hip. li. 2. aph. 23. cim [m] diebus terminetur, quãquam potest multo citius finiri. Via salutis est, quod sanguis [n] ex
naribus excat, aut sequatur alui profluuium, seu crassioris sputi copia, aut transferatur mate- G
n Hippo. & Gal. 4. acu. com. 17. ria putris ad ceruicem, ad coxas, aut ad partes genitales. Via interitus est, cum ob calorem ac
siccitatem, & ob vim symptomatum vires deficiunt. In curatione potissimum dãda opera est,
o Gal. li. 11. meth. c. 10 vt pituita salsa, quæ putrescit, partim temperetur, partim educatur, sed non potest educi, nisi
extenuetur atque incidatur, quod opus pertinet etiam ad obstructionem remouẽdam, sed ini
p Gal. 3. acut. com. 2. micum est calori & siccitati, cuius maxima habenda ratio est, illa enim quæ extenuant [o] & inci
dunt calefaciendi & siccandi vim habent; quare magis diluenda est frigidis & humidis pitui-
ta hæc salsa, quam extenuanda sit & incidenda, nam sicut illa, [p] quæ in thorace crassa contine
tur, & expuenda est, non debet calefacientibus & siccantibus extenuari, sed magis dilui larga
potione, sic salsa, quæ facit febrem, vtilius diluitur sorbitione humida, vt cremore, ptisana, &
potione aquæ calidæ aut tepidæ, vel illius etiam, in quo aliquod detergẽs bullierit, veluti hor
deum ac dulcis radix, cum quo decocto vtiliter admiscetur syrupus violatus, iulep violarus, sy
rupus ex glycyrrhisa, seu etiam ex capillo veneris: hoc pacto igitur diluetur ac temperabitur
piruita salsa: educetur autem non quidem secta uena, nisi uires ualidiores fuerint, quod raro
q Sup. ca. 7 accidit, sed magis leni aliqua purgatione uel euocatione urinæ, ac sudoris per ea medicamen-
ta, quæ superius enarrauimus [q] in quotidiana febre, quibus maxime uti licebit, ubi signa co-
ctionis apparebunt. Symptomata cum grauiora sint, postulant, ut leniantur, neque expectetur H
curatio morbi & causæ. Lenietur sitis potione aquæ tepidæ uel alterius, in qua hordeum bul-
lierit. Aduersus uigiliam dabimus diacodion, aut perfundemus caput aqua, in qua bullierit pa
pauer, lactuca, hyoscyamus, aut inungemus nates ac tempora eo linimẽto, quod populeon ap-
r Hip. li. de fistulu. pellant. Ad retentionem & difficultatẽ urinæ adhibebimus uas aquæ calidæ, in quo homo de-
sidat, præsertim in qua bullierit parietaria, eadem utitur Hippoc. [r] cum recto intestino inflam
mato non redditur libere urina, sic enim diluitur crassitudo pituitæ, & tabesit eius salsedo.

De febre quartana. *Cap. IX.*



s Ga. li. 2. de diff. feb. ca. 5. Varta species earum febrium, quæ ab humorum putredine oriuntur, fit ab humo-
re melancholico, [s] atque hæc nunc superest tractanda: eas enim persecuti sumus,
quæ fiũt a sanguine, a flaua bile, a pituita putrescẽte. Appellatur hæc quartana ab
ordine circuitiũ, qui tribus interpositis diebus redeũt, & ideo quarto quoq; die
acces-

A ficuti tertlanam nominari diximus illam quæ oritur a flaua bile quoniam tertio quoque die, & quotidianam quæ a piruira quoniam quoridie redir, nam febris quam excitat ſanguis caret circuitibus & nominatur ſynocha. Continetur quartana febris calore multum acri & parum fumoſo, hnmor enim melancholicus, in quo reſidet, terrenus & ſiccus eſt, quamobrem parum edir fumi[a] cum incenditur, & acrem concipit calorem, ex contrario pituitoſus, vt ante oſtenſum eſt, cum humidam & aquoſam naturam babeat & multum vaporis[b] ac fumi excitat & calorem concipit minus acrem. In humore igitur melancholico qui quartanam febrem efficit, calor vr in teſta concipitur valde acris & cum pauco fumo, differt autem ab eo, quo terriana continerur, quia non ita euidens eſt, neque ita multus vr in illa, quæ propterea nominatur[c] ardens, qnamuis in vrraque & valde acris ſit, & parum fumiedar. Tempus qno acceſſio manet, ſimiliter eſt duodecim horatum, vt in tertiana, interdum tamen proprer habitum corporis denſum, vires imbecillas & mateтiam craſſiorem & copioſiorem diutius trahitur acceſſio quartanæ: circuitus, vt diximus, quartanus: eſt enim paucus hic humor & ideo neceſſe eſt dinturniori tempore colligarur tam multus vr naturam excitet ad expellendum, & nouam acceſſionem efficiat: poreſt autem & intermittere[d] & aſſiduus eſſe quartanus circuitus, plerunque[e] tamen intermitrit ob acceſſionis breuitatem, & diuturnitatem ſpacij quo reuerti ſolet: contra vſu venire monſtrauimus in quotidiana, in qna ſpacium breuius eſt & acceſſio longior:
B & idcirco plerunque aſſidua, eſt, raro enim peruenit ad integritatem,[f] tertiana febris indifferens eſt, cum ſæpe intermittat ſæpe eriam continua ſit. Differunt præterea inter ſe febres quartanæ, quod aliæ leuiores ſint, aliæ grauiores. Proxima cauſa a qua febris qnartana oritur, iam dicta eſt, humor videlicet melancholicus, qui ſi putreſcit in venis[g] aſſiduam efficit, ſi extra venas intermittentem, vt dictum eſt de alijs humoribus: idem pro vt mitior vel ſæuior eſt, ita efficit grauiorem vel leuiorem quartanam. duplex autem eſt ille melancholicus humor, a quo proficiſcitur quartana, naturalis[h] & præter naturam, naturalis eſt fæx illa, quæ ex quolibet cibo, ac potione contrahitur in iecinore, vbi ſuccus a ventriculo attractus conuertitur in ſanguinẽ, eſt antem eiuſmodi fæx craſſa & nigra, alliciturque a liene quod ex ea ſuperat, deinde ex[i] liene ad inteſtina & venas aui: appellatur autem græce χυμὸς μελαγχολικὸς, hoc eſt humor melancholicus, accéditque cum putreſcit quartanam mitiorem, nam grauior oritur ab humore vſto,[k] qui græce vocatur μέλαινα χολή, latine atra bilis, neque redundat naturaliter, ſed per vſtionem aliorum humorum vt ſanguinis, flauæ bilis, pituitæ, & humoris melancholici naturalis: non eſt autem ex toto vſtus & quodammodo in cinerem conuerſus cum quartanam efficit, alioquiu non poſſet amplius putreſcere & febrem accendere, minus aſperam affert ille, qui oritur ex
C ſanguine vſto, quam qui ex flaua bile, vel ex humore melancbolico: ſed cum teſte Hippocrate[l] qnartanæ febres aliæ per ſe incipiant, aliæ ſuccedant alijs febribus & potiſſimum vagis atque[m] inordinatis, q̃ fiunt ab humore melancholico incipiunt ſtatim quartanæ, quæ ab alio humore vſto videntur magis ſuccedere alijs febribus; ſed ſatis de proxima cauſa: ſunt & aliæ, quæ efficiendi ſociæ ſunt, quod conferant vel ad putredinem, vel ad procreationem humoris melancholici ſeu atræ bilis. Putredinem affert obſtructio, quam efficit, vel ipſemet humor qui putreſcit, vel pituita ob cruditatem ſimul redundans: procreatur humor melancholicus naturalis ex cibis[n] & potionibus terrenam ſubſtantiam habeutibus, a calore iuncto cum ſiccitate & cum quadam etiam frigoris inæqualitate. Atræ bili ſuppeditant alii humores[o] omnes, qui in eam degenerant, cum in corpore noſtro a vehementi calore vruntur: quo ſpectant externa omnia valde calefacientia ac ſiccantia, ſi quando autem hyeme[p] fit quartana, id euenit propterea quod nequit ob tempus frigidum & humidum eiuſmodi materia educi atque abſumi, ſed retinetur in corpore ob quam cauſam Hippocrates[q] hyeme pleuritidem fieri teſtatur. Symptomata, quæ febrem quartanam ſequuntur, ſunt primum[r] dolor lienis, vigor vehemens,[s] qui non pungentium vt in tertiana, ſed refrigerantium vſque ad oſſa ſenſum repræſentat, appetitio cibi interdum aufertur, interdum nimia fit. Recognoſcitur in homine fe-
D bricitante quartana ſenſu tactus ſub qnem cadit calor ille (quem diximus) parum ſumoſus,[t] valde acris, non tamen vebemens, cuius acceſſio occupat fere duodecim horas, & æqualirer increſcit, circuitus vero quartanus eſt, quem licet ex propoſiti caloris natura colligere. Ratione quoque conijcitur febris quartana ex cauſa proxima, nam, ſi intelligamus, putreſcere humorẽ melancholicum vel atram bilem, ſtatim conijciemus propoſitam nobis febrem eſſe quartanam. Cæteræ cauſæ, quæ eiuſmodi humorem vel putrefaciunt vel procreant, per ſe proximam cauſam, & per hanc quartanam febrem denunciant. Aliquid etiam valet coniectura Archigenis:[u] nam ſi in cæteris ægrotantibus verſantur quartanæ febres, par eſt & eadem teneri hominem ad quem curandum adhibemur: huius fidem faciunt etiam quæ iuuanr educendo vel leniendo eum humorem, vel nocenr eundem contrabendo atque exaſperando: plurimum vero poſſunt effecta vt dolor ac tumor[x] lienis, rigor ſi febris intermittens ſit (vt plerunque eſt) principio acceſſionis ſine[y] ſenſu pungentium ſed cum frigore concutiente quod videtur vſque ad oſſa penetrare, ſed cum incipit quartana, cum materia quæ nimis cruda eſt minus mobilis ſit, rigor paruus eſt, proceſſu temporis efficitur maior cum ea concoquatur & reddatur mobilior: pulſus videtur quaſi[z] alligatus, & veluti ſenilis etiam in iuuene, incipiente

a Hip. ibid.
b Gal. li. 2. de dif. feb. c. 4.
c Ga. li. 2. de dif. feb c. 5
d Gal. 2. de dif. feb. c. 8
e Ga. li. 2. de dif. feb. c. 2
f Ga. li. 2. de dif. feb. c. 4
g Gal. 2. de dif. feb. c. 12 & vlt.
h Gal 2. de nat. fa. c. 9.
i Gal. ibid
k Ga. ibid. & l. de atra bile c. vlt.
l Hipp. 2. 1. epid. 21.
m Hip ibi. & Hipp. ac Ga. 3. pr. 27. & 1. ad Glauc. c. 6.
n Gal. 1. ad Glauc. c 6. & lib. 2. de criſib. c. 4. & lib. 3. de loc. aff. c. 7.
o Gal. li. de atra bil c. 3
p Hippo 2. aph. 25.
q Hippo. 3. aph. 23.
r Gal. 1. ad Glau. c 5.
s Gal. 2. de dif feb c. 5 & lib. 2. de criſib. c 3.
t Ga. 2. li. 2 dif. feb. c. 5
u Ga. li. 2. de criſib. c. 3.
x Gal. 1. ad Glau. c. 5.
y Ga. li. 3. de criſib. c. 3
z Ga. ibi. & c. 4. & 1. ad Glauc. c. 6.

accessione debilis tardus ac rarior, postea celerior, semper tamen tardus si comparetur cum E
pulsu aliarum febrium, non ita tamen paruus vt in quotidiana, est etiam inæqualis in vno & eo
dem [a] ictu cum incipiat & desinat velocior quam sit in medio spacio, sentitur etiam arteria du
rior, color in vniuerso corpore plũbeus, ac liuidus apparet, vrina [b] alba est, tenuis, aquosa, inæ-
qualis: sed semper cruda, redditur tamen crassior cum [c] soluitur febris, & interdum nigra [d]
cum per eam noxius humor expurgatur. Exit sudor multo magis quam in quotidiana, su-
peruenit ob cruditatem interdum [e] vomitus pituitæ. Causa hoc est humor melancholicus
vel atra bilis putrescens deprehenditur primo ex his, a quibus diximus contrahi vel putrefie-
ri, deinde ex his quæ febri prodesse, aut obesse consueuerunt siue exasperando, siue leniendo,
siue contrahendo, siue educendo eiusmodi humorem: eadem enim pertinent & ad morbum &
ad causam. ex effectis etiam colligitur causa & proprie ex ipsa febre quartana, quæ suam proxi
mam causam demonstrat: sed cum non eadem semper sit hæc, aliquando enim putrescit hu-
mor melancholicus naturalis qui est fæx sanguinis, aliquando [f] atra bilis præter naturam facta
ex vstione alterius humoris, diiudicabis vtrius sit putredo ex causa efficiente videlicet & ma-
teria, vbi sit calor in corpore præter naturam acrior, monstrabit vstionem, quod euenit cum
quartana alijs febribus succedit. Vbi vtatur homo [g] cibis crassis, duris, ac valde terrenis, crassis
item potionibus vt vino nigro, conijcies quartanam ortam esse ab humore melancholico, qui F
contrahitur ex eiusmodi esculentis & poculentis. Accedunt iuuantia & lædentia, cum atra bi
lis causa est quartanæ, magis iuuant [h] refrigerantia & madefacientia, magis nocent quæ calefa
ciunt aut siccant, quam vbi quartana oritur ab humore melancholico. Effecta hoc est sympro
mata [i] mitiora sunt in quartana illa, quam affert humor melancholicus, quam in ea quam atra
bilis: febris item hæc asperior est quam illa, sed multo magis aspera est vbi vratur flaua bilis,
aut humor melancholicus, quam vbi sanguis aut pituita: quanquam non desunt notæ aliæ mõ
strantes hunc aut illum humorem vri: nam licet causa vrens eadem sit, nimius videlicet calor,
alij tamen homines alio abundant humore, in vnoquoque autem vritur ille quo redũdat. Sym
ptomata, quæ sequuntur quartanam febrem, omnia sub sensum cadunt veluti dolor, ac tumor
[k] lienis, & rigor ille, quem descripsimus. Euentus in quartana febre expectari [l] salubris debet
cum non solum non sit continua, sed etiam plurimum temporis intermittat, interdum adeo [m]
salubris est, ut soluat alia mala, veluti neruorum distentionem, & morbum comitialem, si quan
do autem ad hydropem [n] terminatur & perniciosa est, id non tribuendum est ipsi, sed tumori
lienis qui cum ea iungitur: vbi autem continua fuerit, vel ita multiplex vt assidue ægrotantem
alioquin languidum, vel in senili ætate constitutum infestet, merito tũc temporis de vita ægro
tantis dubitandum est. Tempus longum est, nam quartana omnium febrium longissima est,
æstiuę tamen breues, inquit Hippocrates, [o] si conferantur cum autumnalibus, aut hyemalibus, G
prorogatur enim tempus ob aerem frigidum. Via qua sanatur est vel paulatim per coctionẽ,
vel per sudorem, si non paulatim non tamen subito: soluitur interdum vel per vrinam vel per
[p] abscessum, via interitus est quod vires dissoluantur, vel quod ob tumorem lienis vt diximus
sequatur [q] hydrops.

Postulat quartanæ curatio vt habeamus rationem virium eo magis quam aliæ febres, [r] quo
diuturnior est, nec possunt illæ sustineri [r] tamdiu victu tenuissimo, aut etiam tenui quemadmo
dum in morbis aut acutis aut etiam minus longis, primum igitur danda opera est, vt conseruẽ
tur vires, deinde spectandum est ad res præter naturam, quæ si alimentum reijciant, quo vires
sustineri debent, id quod efficit causa nimirum putrescens humor, magis spectandum est ad vi
res quam ad causam, ex rebus autem præter naturam symptomata lenienda sunt, quemadmo-
dum postremo declarabimus. Morbus hoc est febris desiderat [s] refrigerantia & madefacien-
tia: proxima causa hoc est putredo, [t] partim concoquentia, partim detrahẽtia: prohibitus per-
spiratus atque obstructio, partim detrahentia partim incidentia atque extenuantia, quod si
hæc opera omnia inter se conferamus comperiemus non minus tribuendum esse ei, quod re-
quiritur a morbo, quam illis quæ a causa; febris enim validior est media quodammodo inter H
quotidianam & tertianam: in tertiana enim longe magis spectandum est ad morbum quam
ad causam, in quotidiana magis ad causam quam ad morbum, in quartana æqualiter ad vtrun
que, aut paulo magis ad vnum quam ad alterum. cum dantur ea quæ morbum sanant cauen-
dum ne causam augeant, & cum adhibentur ea quæ attinent ad [u] causam, videndum ne exaspe
rent morbum; sed cum causa proxima postulet vel concoquentia vel [x] educẽtia, statuere opor
tet vtris vtendum magis sit, distinguere autem oportet & materiam & putredinem: materia si
simpliciter sit humor melancholicus, concoqui potest & interdum ad naturalem statum redi-
gi, sin atra bilis vsta penitus exhaurienda est: neque enim potest amplius cõcoqui, quod est ali
quo modo elixari: assum. n. non reuertitur ad elixum, ita vt necessario educi debeat, quod non
euenit humori melãcholico, qui nõ est necessario exinaniẽdus cũ coctionẽ admittat. Putredo
si ex toto facta est, detractionem dũtaxat [y] requirit, sin veluti semiputredo quædã sit, cõcoqui
etiam põt humor semiputris & ad naturalem statum redigi, neque necesse est exhauriatur. Mul
titudo [z] obstruẽs sola detractione curaт, humores vero qui quod crassi sint & glutinosi obstru-
ctionem afferunt, extenuandi atq. incidendi sunt: quod opus nõ tantum spectat ad obstructio
nem

[a] Gal. ibid.
[b] Ga. 2. cri. c. 4.
[c] Ga. de vri nis c. 11.
[d] Gal. 1. ad Glauc. c. 6.
[e] Gal. de ty pis c. 4.
[f] Ga. de a- trabile c. 3. & li. 2. de na tur. fa. c. 6.
[g] Gal. 2. de dif. fer. feb. c. 5. & li. 2. de crisib. c. 4
[h] Trall. lib. 12. cap. 8.
[i] Trallian. ibid.
[k] Gal. 1. ad Glauc c. 6. & li. de ty- pis c. 4.
[l] Hip 3. 1. epid. 4.
[m] Hipp. 5. aph 71.
[n] Gal. li. de typis c. 4.
[o] Hippo. 2. aph. 25.
[p] Hipp. & Ga. 4. 6. ep. ter. com 2.
[q] Ga. li. de typis c.
[r] Hippo. 1. aph. 4.
[s] Gal. li. 10. meth. c. 10.
[t] Gale. li. 11. meth. c 4.
[u] Gal. 1. ad Glau. c 11. & li. 11. me- th c. 10.
[x] Gal. li. 11. meth. c. 8.
[y] Ga. lib 11. meth. ca. 8. & 10.
[z] Gal. Ibi.

A nem tollendam sed ad educendum:eo enim facilius [a] educuntur humores,quo magis fluunt & ad facilitatem coctionis:calor enim concoquens facilius permeat per substantiam tenuiorem & minus glutinosam:quo fit vt veteres medici quartanæ febri [b] potissimum extenuantibus atque incidentibus medeantur.Cauendum tamen est ne sub his ob calorem aut [c] siccitatem augeatur febris,aut [d] exasperetur humor,in quo illa residet, quamobrem non vtendum est validis,nisi cum calor deferbuit,& cum ipsa materia putrescens non est [e] atra bilis vsta,sed humor melancholicus,maxime vero abstinendum [f] est ab aceto,quamuis alioquin egregiam habeat vim extenuandi,cum fermenti modo in atra bile,& humore melancholico bullas excitet:reliquis extenuantibus validis, quæ calida sunt vtemur post vigorem, & vbi humor non sit vstus ante remissionem,& cum atra bilis in qua versatur quattana [g] vsta est, contenti erimus lenioribus:maxime oppottuna sunt ea quæ madefaciunt,prosunt enim febri atque humori concoquẽdo,& cum diluant & tenuius reddant id,quod crassum est , reddunt humorem magis idoneum qui detrahatur & minus obstructioni aptum. Instrumenta, quibus perficiuntur opera hæc,iam tempus est subijcere, vtemur ad refrigerandum & madefaciendum victu frigido,& humido in sex rebus non naturalibus,qualem [h] supra descripsimus in curandis febribus in vniuersum ab humorum putredine ortis:maxime autem ad morbum accommodantur cibus & potio egregie

B madefaciens,sed a causa parum desideratur vt cremor ptissanæ,pisces saxatiles , aues montanæ,pulli gallinacei,oua:reijcitur [i] autem caro suilla quod nimis glutinosa sit,reijciuntur, quæ inflant atque adstringunt, potio idonea est vinum album tenue moderate calefaciens,præsertim in quartana quæ oriatur ab humore melancholico, nam in ea quam affert atra bilis,tutius est exhibere aquam,in qua hordeum bullierit cum zulapio violaceo . Præter victum valent ad refrigerandum ac madefaciendum medicamenta, vt syrupus quem dicunt violatum , aut ex pomis,ex lupulis,siue ex fumo terræ,aut etiam ex intybo cum aqua in qua bullierit hordeum, intybus,viola,fumus terræ.balneũ [k] aquæ dulcis magis sub uictu quã sub medicamentis conceditur:valet autem ad refrigerandum & madefaciendum,præterea ad concoquendum & educendum sudorem,tunc autem conuenit cum apparent signa coctionis. Ad concoquendum vero habita ratioue caloris,conuenit etiam somnus,quies,tranquillitas,sed habita ratione materiæ maxime idonea sunt,vt ante ostensum est, quæ madefaciunt . Quod spectat ad extenuandum vitabimus semper acetum [l] vt paulo supra diximus & idcirco etiam oxymel, ante remissionem vero & cum humor melancholicus & cum atrabilis vsta est,fugiemus acria & contenti erimus madefacientibus,vt larga potione vini tenuis diluti , aut iure pulli gallinacei , ac serapijs,ac decoctis paulo ante relatis,sed post vigorem vtemur valide [m] extenuantibus atque in-

C cidentibus præsertim redundante humore melancholico,cuiusmodi est diospoliticum,diacaläméthum,diatrium pipereum,theriace,[n] mithridatum,succus cyrenaicus atque alia huiusmodi vehementia , quæ,si dentur in initio,quattanam magis duplicant quam soluunt. Quod attinet ad detrahẽdum,secanda [o] vena est ubi cũ virium robore humor melancholicus mixtus est cũmagna copia sanguinis: permittẽdum autẽ est tunc cum exit crassus & niger vt abunde effluat. Vtiliter etiam admouentur sangulsugæ ad venas ani ad quas [p] natura solet eiusmodi sanguinem detrudere. Vomitus [q] initio accessionis conuenit præsertim cum pituita ac cruditates, redundant,sed conuenit etiam post cibum:aluus soluenda est leni aliquo humore in intestina per clysterem iniecto. Purgatio humoris melancholici non tota simul conuenit sed paulatim,[r] oportet enim vicissim extenuare atque incidere & purgare,cathartica idonea sunt epithymũ, polypodium,sena,veratrum nigrum,diasena , diacatholicum , confectio hamech,electuarium epithymi,pilulæ ex fumo terræ,indæ,ex lapide lazuli, siue etiam ex lapide armeno . Processu temporis conueniunt cum materia cocta est quæ & vrinam, & sudorem euocent superius a nobis relata in curatione in vniuersum. Symptomata quibus succurrendum est sunt potissimũ dolor lienis & rigor, lenitur dolor lienis fomentis relaxantibus [s] cum quibus miscere oportet aliquod adstringens veluti rosam,absinthium, hypocisthidem,vt seruetur robur visceris quod

D vtiliter inungitur oleo ex cappatibus,siue ex fraxino,cum quibus præterea oleis emollitur vnguentum spleneticum,vnguentum Althææ,siue etiam emplastrum ex meliloto quod appellãt, & visceri dolenti superdatur. Rigor postulat calefacientia , quæ adhibenda sunt vel antequã incipiat,vel cum iam sentitur,datur intus allium cum melle,aut medicamentum ex succo cyrenaico,aut castorio,vel bitumine Iudaico. Extrinsecus inũgitur oleum aliquod calidum vt anethinum,costinum , laureum siue de agresti cucumere , aut etiam in quo ros marinum bullierit, quibus vniuersa spina,scapulæ ac brachia vtiliter liniuntur . Quæ speciatim dicenda erant de febribus humorum putredinem sequentibus habeant hunc terminum.

a Galen. 2. ah.com. 9.
b Ga. 1. ad Glau. c. 10.
c Gale 11. meth. c.10.
d Gal 1. ad Glau. c. 11.
e Trallian. li 18. c. 8.
f Hip. li. 2. acut. ca. de oxymelle.
g Tral. lib. 12. c. 8.
h Sup. li. 4. c. 2.
i Gal. 1. ad Glau. ca. 11.
k Ga ibid. Syr. de fumo terræ improbat a Montano. quoniã abstergit li. de characterismis feb. ca. 14. p. 45. a.
l Hip 3. ac. ca. de oxymelle.
m Ga. 1. ad Glauc. c. 11.
n Gal. ibi.
o Hippo. 6. aphor. 11.
p Gal. 1. ad Glau. c. 11.
q Gale. ibi.
r Gal. ibid.
s Gal. li. 11. meth. c. 16.
t Gal. li. de rigore. c. 7.

VIDI VIDII DE FEBRIBVS, SIVE DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber Sextus:

Qui eſt & de Febribus ſpurijs Compoſitis, & Peſtilentibus.

Quæ differentiæ febrium tractentur in hoc libro. *Cap. I.*

a Ga.1.lib: ſimp. c.4. b Gal. 7.ca tatop.c.1.



VIs eorum, quæ compoſita ſunt, non prius comprehenditur quam perſpecta fuerint, [a] ſimplicia ex quibus componuntur: quis enim confectionis facultatem teneat, niſi ante [b] exploratum habeat, quid poſſint ſimplicia medicamenta ex quibus conficitur? eadem eſt ratio morborum, eadem & cauſarum vbi aut hæ aut illi inter ſe copulentur, neque enim æſtimari poſſunt niſi ſeparatim prius perpendantur. Quamobrem nos in tractandis febribus illis, quæ humorum putredinem ſequuntur, ante ſimplices ſpecies vna cum ſimplicibus cauſis perſequi voluimus, deinde tranſire ad compoſitas; licet autem, priuſquam eas perſequeremur, de differentijs in vniuerſum dixerimus, diſtulimus tamen in hunc locum nonnullas ex ipſis, quæ cum compoſitione quadam contineantur, debent ex ſimplicibus colligi: huiuſmodi ſunt febres ſpuriæ, & illæ quæ proprie dicuntur compoſitæ, quod plures ſimul euidenter iungantur, præterea peſtilentes, ac prauæ quæ longiorem per ſe tractationem deſiderant: de his ergo omnibus hoc libro vberrime diſſeremus ſumpto initio a ſpurijs. G

De Febribus ſpurijs. *Cap. II.*



QVatuor febrium ſpecies, quas ſuperiori libro tractauimus cum a ſyncero humore fiant, vt ſynocha a ſanguine, tertiana a flaua bile, quotidiana a pituita, quartana ab humore melancholico putreſcente nominantur exquiſita: eædem ſi oriantur ab humore non puro ſed mixto dicuntur ſpuriæ; quod vſu venit etiam tumoribus præter naturam, qui tunc exquiſiti ſunt cum fiunt ab vno humore ſyncero, vt inflammatio a ſanguine, eryſipelas a flaua bile, oedema a pituita, cancer ab humore melancholico, ſed ſi humor, a quo fit [c] quiuis ex propoſitis tumoribus, cum altero mixtus ſit, tumor non erit exquiſitus ſed ſpurius. nunc igitur propoſitæ nobis ſunt febres ſpuriæ, quarum natura quodammodo compoſita eſt: continetur enim febris ſpuria maiori ex parte calore illo quem affert putredo exuperantis humoris, ſed aliqua ex parte etiam eo quem efficit alter humor, qui cum exuperante mixtus putreſcit, ita vt quodammodo compoſita ſit ex duplici febre, ſicuti compoſitæ etiam ſunt cauſæ. at compoſita etiam ſunt [d] ſymptomata. eadem eſt ratio cognitionis: indicia enim ex quibus colligitur ſpuria febris compoſita ſunt & mixta, magiſque referuntur ad ſigna illius cuius ſpuria magis eſt particeps. euentus, tempus, & via ſimiliter mixta ſunt, mixta item opera & inſtrumenta quæ ad curationem [e] pertinent. Quo autem febris minus ſpuria eſt, eo magis omnia hęc ſimilia ſunt his quæ ad exquiſitam ſpectant: quantum recedit ſpuria ab exquiſita, tantum recedunt ea omnia quæ in ipſa attenduntur ab his, quæ in exquiſita febre animaduertimus, nunc declarabimus febres omnes ſpurias exemplo vnius tertianæ poſito. H

c Gal. li.14. meth.c.2.

d Gal.1.ad Glau.c.8.

e Gal. 1.ad Glau.c. 10.

Tertiana febris ſiue intermittat, ſiue continens ſit, poteſt eſſe ſpuria, agemus de intermittente, finge hanc a putredine flauæ bilis in qua aliquid pituitæ mixtum ſit ortam eſſe, calor quo continetur, eſt multum acris & parum fumoſus, non tamen vt in tertiana exquiſita, ſed paulo minus acris & paulo magis fumoſus, circuitus ſimiliter tertianus eſt, acceſſio [f] longior, neque enim eſt duodecim horarum duntaxat, ſed interdum etiam trahitur vſque ad

f Ga.li.2. de diff.feb.ca. 8 & 1. ad Glauc. c.8.

qua-

A quadraginta: inctementum non ita celer est, neque ita æquale, vt in exquisita, sed minus celer, minus æquale. Calor neque primo contactu statim, neque etiam post longum tempus acrem se ostendit, sed paulo post quam manum admoueris. Causa proxima tertianæ spuriæ est flaua bilis putrescens, non tamen syncera, sed cui adiunctum est plus minusue pituitæ. Causæ quæ ptoximam hanc efficiunt, sunt quæ procreant flauam bilem copiosam cum aliqua parte pituitæ, effectrix videlicet, hoc est calor viscerum ope calotis externi non ita validus, vt qui flauam bilem synceram efficit, & materia esculentorum & poculentotum non æque calida & sicca vt quæ generat flauam bilem synceram: sed mixta similiter, & inæqualis, quanquam maiori ex parte idonea, quæ conuertatur in flauam bilem. Symptomata eadem fere sunt, quæ in tettiana exquisita, sed paulum remissa, vt rigor principio accessionis cum minori concussu ac minori sensu [a] pungentium: ita vt horrorem potius referat, sitis magis tolerabilis, vigilia quæ facilius expugnatur, affectus præter naturam non tantum iecinoris sed ventriculi etiam. Recognoscitur in ægrotante tertiana spuria, sensu quidem, quod calor paulo minus atris & magis fumosus percipitur & diutius [b] manet accessio quam in exquisita, neque enim solummodo trahitur ad duodecim hotas sed interdum etiam ad quadraginta; ratione vero, ex causis, vt ex flaua bile putrescente mixta, cum putuita cuius redundantiam conijcimus ex causis antegressis,

B a quibus generari potuit, atque ex effectis quæ mixturam vtriusque succi paulo post referemus consequi. Pertinet ad hoc coniectura illa Archigenis [c] ducta a similitet vagantibus, quod eo tempore versentur in alijs tertianæ spuriæ, tum ex his quæ prosunt aut obsunt, magis enim iuuant & minus nocent ea quæ spectant ad causam quam in tertiana exquisita, in qua potissimum spectabatur ad morbum. ex effectis vt ex actionibus læsis, monstrant enim tertianam spuriam, symptomata illa quæ superueniunt exquisitæ, sed magis remissa vt paulo ante monstrauimus. Ex futuris euentus qui in tertiana exquisita fere salubris est, in spuria sæpe periculosus impendet, quod longior sit [d] & diuturnitate temporis vires debilitentur. quod item neque ars neque natura ita facile superet humores compositos sicuti simplices puttescētes, cum diuersam opem postulent. Dotet Hip. [e] malos esse multos colores deiectionis, varios enim notant humores & motbum difficiliotem, quamuis non præstet humorem omnino esse purum & nullo pacto dilutum, cum sic etiam ægrius vincatur: satius tamen est esse vnum humorem dilutum quā plures, sed superatur difficultas omnis ubi vires valeant, & ars opportune occurrat. Tempus quo finitur tertiana spuria multo longius [f] est quam quo exquisita, quam diximus longissimam esse vbi peruenit ad septimum circuitum, spuria enim intetdum ad sextum mensem prorogatur, eo autem diuturnior timenda est, quo plus mixtum sit pituitæ crassæ & glutinosæ cum flaua.

C Via sanationis est sudor & sanguis ex naribus: minus tamen quam in exquisita. magis enim soluitur alui profluuio, vrinæ copia, aut abscessu. Via interitus est quod partim a calore, partim a putredine & symptomatibus vires conuellantur & deficiant, quod etiam non raro contingit quia duplicatur supetueniente altera simili febre, vel deteriori facta puttedine in febrem mali moris, ac vel pestilentem, vel ei admodum proximam conuertatur. Opera & instrumenta quibus medemur tertianæ spuriæ tantum recedere debent ab illis quibus vtimur ad exquisitam, quantum illa tecedit ab hac, spectare enim simul ad pituitosam febrèm eatenus oportet quatenus pituita admixta est cum flaua bile. postulat tertiana exquisita magis tefrigetantia & madefacientia quam dettahentia bilem, contra febtis pituitosa magis quæ pituitam exinanire possint, quam quæ febri refrigetando & madefaciendo occurrant, maxima ergo in ea habetur ratio morbi, parua causæ, in spuria necesse est similiter maiorem habere rationem morbi, sed causæ quoque non mediocrem: requiruntur enim & toletantur medicamenta [g] non tantū quæ varia via educant putrescentem & supetantem humorem, sed etiam quæ ipsum extenuent atque incidant, quibus vti licet paulo validioribus, quam ad exquisitam. Ratio victus etiam minus frigida & humida conuenit in spuria in sex rebus non naturalibus, tum copia [h] cibi maior

D cum morbus diuturnior sit, neque possint vires inedia sustineri. Quamobrem cum ptisana miscendum est mel, piper, panis conuenit decoctus in iure pulli gallinacei, in quo iacuerint, aut ferbuerint pulegium, serpillum, thimum, origanum & aliæ similes stirpes, quæ vim habeant incidendi & extenuandi: conueniunt & eiusmodi pullorum carnes præsertim elixæ. In potu ante vigorem exhibenda est mulsa, siue decoctum coriandrorum, aut etiam cinamomi, in remissione transeundum est ad vinum tenue & odoratum. Ad detrahendum superantem & putrescentem humorem vtemur [i] venæ sectione: sed processu temporis etiam cum iam concoquitur, purgatione per cathartica, quæ simul educant flauam bilem & pituitam, rhabarbaro videlicet atque agarico, diaphenicone, & electuario ex rosarum succo, & alijs similibus quorum sylua maxima est. Prius tamen vterque humor simul mixtus parari debet per ea quæ vtrumque respiciant, qualia sunt serapium acetosum simplex, oxymel item simplex, serapium ex cichorio, oxysaccharum, de duabus, siue etiam quinque radicibus addito aceto, vna cum aqua in qua stirpes aut etiam radices bullierint, quæ eadem facultate præditæ sint. Vbi multitudo imminuta erit & materia cocta, dabimus ea quæ [k] vrinam & sudorem euocent, veluti decoctum radicum asparagi, fœniculi, apij, petroselini, glycyrrhizæ, chamomæli, chamædryos, & aliorum quæ superius in curatione tertianæ & quotidianæ febris copiosius retulimus. Symptomata cū

a Gal. 1. ad Glau. ca. 8.
b Ga. ib. & 2. de diffe. feb. c. 8.
c Ga. 2. crisium. c. 3.
d Gal. 1 ad Gla. c. 8.
e Hippo. 4. aph. 21.
f Gal. 1. ad Glauc. c 8.
g Gal. 1. ad Glau. c. 10.
h Gal. ibi.
i Ga. Ibid.
k Gal. ibi.

leniota sint in spuria quam in exquisita tertiana, minus egent lenientibus: ijsdem tamen leniri E possunt, quæ ad exquisitam tradita sunt.

De Febribus compositis. *Cap. IV.*



A Febribus spurijs nō multum illæ distant, quæ compositæ sunt: quæ enim in vtrisque attenduntur simplicia non sunt, sed mixtam quodammodo naturam habent & cōpositam: eo tamen differunt quod vbi febres spuriæ sunt possunt esse vnæ: quod nō euenit vbi compositæ, nam plures tunc [a] necessario sunt: nunc agendum nobis est de compositis: quæ facile intelligentur, si ea memoriter teneantur, quæ dicta sunt de simplicibus. Ergo febres illæ, quæ humorum putredinem sequuntur, interdum iunguntur cum inflammatione, interdum cum alijs febribus, illæ symptomata a veteribus [b] dicebantur, quas tractabimus in curatione membratim: maxime enim pertinent ad certas corporis partes, hæ, quæ sine inflammatione sunt, proprie nominabantur febres. ipsæ nunc nobis tractandæ proponuntur compositæ cum alijs febribus, siue [c] alterius, siue eiusdem [d] generis, siue eiusdem, siue diuersæ speciei, tum siue omnes continuæ, siue omnes intermittentes, siue aliquæ continuæ, aliquæ intermittentes; possunt enim & quæ eidem, & quæ diuersæ speciei subiiciuntur, vel ijsdem, vel F contrarijs differentiis distingui. Genera febrium tria proposuimus [e] pro triplici genere subiectæ materiæ, si quidem versantur aut in partibus solidis sicut hecticæ, aut in spiritibus sicut diariæ, aut in humoribus sicut illæ, quæ oriuntur a putredine nunc nobis propositæ. Iunguntur hæ interdum cum febre alterius generis veluti cum hectica, [f] interdum eiusdem veluti cum plures simul concurrunt ortæ ab humorum putredine, sed cum quatuor ipsarum species esse declarauerimus, synocham videlicet, quam excitat sanguis putris, tertianam quam flaua bilis, quotidianam quam pituita, quartanam quam humor melancholicus, copulantur inter se sæpius febres eiusdem speciei, vt duæ aut tres [g] tertianæ, vel quartanæ, [h] aliquando tamen & diuersæ speciei, vt tertiana [i] & quotidiana quemadmodum in hemitritæo, vbi concurrit tertiana intermittens cum quotidiana continente: quanquam concurrunt interdum plures continentes, aut plures intermittentes [k] simul. Harum febrium compositio cum diuersis horis ægrotantem inuadunt ἐπιπλοκὴ [l] quasi complexio quædam appellatur, ubi eadem hora hominem vexent nominatur κρᾶσις, hoc est mixtura seu temperatio. Dupliciter autem possunt eadem hora inuadere, vel quod ita inceperint & perseuerauerint, vel quod ex his quæ diuersis horis inuadunt, aliæ præueniant, aliæ tardentur, adeo vt aliquando in vnam & eandem horam incidat vtriusque initium. Quæ diuersis horis inuadunt facilius [m] distinguuntur, quæ eadem hora magis G confusæ sunt, præsertim si ipsarum initia in vnum atque idem tempus incidant. Quod si copulentur hæ febres cum alijs diuersi generis, vt cum hectica, qua ratione & dignoscantur & curentur enarrabimus cum explicauerimus febres hecticas, neque enim intelligi potest vis rerum compositarum (vt in superioribus [n] diximus) nisi prius simplicium natura perspecta fuerit. at si plures iungantur inter se eiusdem generis, ita vt omnes oriantur ab humorum putredine aut sunt eiusdem speciei, aut alterius, si eiusdem, necesse est diuersis horis inuadant, nam eadem hora vna esset febris duntaxat, sed si diuersis horis, plures erunt, eadem autem erit natura omnium quod attinet ad calorem, ab eadem causa orientur, superuenient eadem symptomata, eodem modo & sensu & mente præsentia comprehendentur, nisi quod reuertentur diuersis horis [o] & iterabuntur. Euentus erit magis periculosus. Tempus longius si sequi debet salus, breuius si interitus. Via & salutis & interitus eadem erit ac si vna esset febris. Sed si iungentur diuersæ speciei febres, veluti tertiana cum quotidiana, poterunt & diuersis [p] horis & eadem accedere, si diuersus horis apparebit diuersis calor [q] vt alijs valde acris, & parum fumosus, alijs parum acris & valde fumosus; quod si eadem hora concurrant, erit calor inæqualis mixtus & quasi compositus. Causæ, siue eadem hora siue diuersis inuadant, sunt duo humores H diuersis locis putrescentes, vt in vno flaua bilis, in altero pituita. Symptomata distincta sunt vt tertianæ & quotidianæ, vbi diuersis horis [r] inuadant, vbi eadem, mixta & confusa. Cognoscuntur diuersis horis inuadentes vnaquæque suis indicijs superius enarratis: ubi eadem hora indicia confusa sunt. Euentus magis periculosus est vbi febres diuersi generis sunt, si cætera paria sint, quam ubi eiusdem ob varietatem humorum. Tempus etiam longius est. Via varia & ea quam cuique humoris ac febris speciei tradidimus aptari. Ratio curandi composita esse debet ex ea quam ad vnam, & ex ea quam ad alteram scripsimus febrium simplicium: magis autem spectare oportet ad eam quæ grauior est. Hæc, quæ de febribus compositis in vniuersum dicta sunt, magis perspicua erunt, si posito vno hemitritæi exemplo patefiant.

a Gal. 2. de dif. feb. c. 7 & 8.
b Gal. 1 ad Gla. c. 4. & 9. apho. cō. 73.
c Ga. li. 2. de dif. feb. c. 7 & 8.
d Ga. 2. crisium. c. 9.
e Sup. li. 1. c. 9. & Ga. 1. de diffe. feb. c. 1.
f Gale. 1. de dif. feb. c. 10 & lib. 3. de præsa. c. 3.
g Gal. li. 2. crisium. c. 9
h Gal. 1. ad Glau. ca. 11.
i Gal. 2. de dif. feb. c. 7 & 8.
k Gal. 2. de diff. feb. c. 8
l Gal. 2. de diff. feb. c. 7
m Gal. ibi.
n Supra in hoc li. c. 1.
o Ga. 2. crisium. c. 9.
p Gal. li. 2. de diff. feb. c. 7. & 8.
q Ga. ibid.
r Gal. locis dictis & li. 2. crisium c. 9.

A

De Hemitritæo. *Cap. V.*



Appellatur a Græcis ἡμιτριταῖος, febris composita [a] ex tertiana & quotidiana, significat ἡμὶ, id quod latini dicunt femis, vnde nominant ἡμίθεον femideum & ἡμίονον femiasinum, hoc est mulum; interdum tamen vsurpatur vocabulum ἡμὶ ad significandum non dimidium: sed totum & alteram partem vt ἡμιόλιος, [b] quo modo videtur significare hemitritæus tertianam totam & alteram partem, manet enim tertiana exquisita duodecim horas, adeo vt illa, quæ prorogatur ad decem & octo, contineat totum tempus duodecim horarum & alteram partem, quanquam accipitur à quibusdam hemitritæus pro tertiana longiore, [c] siue occupet decem & octo horas tantum, siue viginti quatuor, siue triginta sex, aut etiam quadraginta octo. Accipitur tamen apud Hippocratem [d] hemitritæon, non simpliciter pro tertiana producta, sed pro febre continente, acuta, mortifera, horrifica, in qua scilicet diebus imparibus multiplex accidit horror, qui finitur & rursus renascitur adeo vt eiusmodi dies maxime molesti fiut, sed dies pares leuiores sunt, in quibus febris tantum cum frigore incipit, aut etiam cum modico horrore, qui vbi cessabit eodem die non amplius repetit. Hanc febrem scribit Hippocrates [e] vocari hemitritæum, quam dicit esse

B continuam, & non intermittentem, non quo non possit etiam eiusmodi febrium compositio intermittere, sed minus proprie dicetur hemitritæus. Necesse est autem eam quam descripsit Hippocr. componi ex tertiana & quotidiana non quidem ex ambabus intermittentibus, quia non esset febris continens, non ex ambabus continentibus quia non esset horrifica, sed necesse est vnam esse [f] continentem, alteram intermittere, cumque tertio quoque die reuertatur ille multiplex horror, necesse est tertianam esse illam quæ intermittit: & idcirco quotidianam eam quæ continēs est, reuertitur hæc quotidie cum frigore aut modico horrore & paribus diebus, quo sola est, non sentitur multiplex horror, neque ita magna molestia, sed dies impares [g] longe molestiores sunt, quod præter quotidianam superueniat tertiana, cuius rigor in horrorem degenerat, quod uis illa uehemēs flauæ bilis remittatur a pituita. Reuertitur autem sæpe eodem die horror, quod flaua bilis accēdatur & superet pituita & ita cesset horror & non perseueret, sed paulo [h] post superueniat, quod vincatur flaua bilis à pituita & calor cōtrahatur: quod cum sæpius accidat necesse est imparibus diebus multiplicare horrorem & quiescētem rursus excitari, adeo ut uix eo die febris ad vigorem perueniat & accēdatur ex toto flaua bilis ac superet pituitam. Augētur autem circuitus hemitritæi indices dū perueniatur ad vigorē. Possunt hæ febres tertiana scilicet intermittens & quotidiana cōtinua, vel à primo [i] die incipere eadem ho

C ra, ita vt misceantur & quodāmodo inter se confundantur, talesq; reuertantur vsque ad vigorem, at possunt etiam eædem febres diuersis horis hominem prehendere, ita vt distinctæ sint & non confusæ, sed confundantur in vna accessione tantum, si vna anteuertat & altera tardetur, aliquando enim in vnam & eandem horam incident ambæ & confundentur, eritq. ea sola accessio hemitritæi, cum aliæ distinctæ sint & non confusæ. Causa hemitritæi est putredo pituitæ in venis, quæ quotidianam continuam, & flauæ bilis extra venas, quæ tertianam intermittentem efficit. Contrahuntur humores hi contrarij à causis contrarijs vt flaua bilis à calore & siccitate, pituita à frigore & humore; quæ quidem possunt vel diuersis temporibus contrariæ corpori nostro euenire & ita contrarios succos procreare, sed possunt etiam eodem tempore, nam euenit interdum vt ventriculus frigidus sit & pituitam contrahat, quo tempore calidius iecur auget flauam bilem quid quod esculenta & poculenta possunt simul contraria sumi? vt alia, quæ calida sint & sicca apta ad flauam bilem contrahendam, alia, quæ frigida & humida, ad pituitam. Romæ [k] scribit Gal. frequentissimum esse hemitritæum, vbi inæquales & contrariæ causæ inter se concurrunt. Symptomata, quæ sequuntur hemitritæum sunt maxime multiplex [l] ille horror, quem diebus imparibus accidere diximus, tum sitis ob vim flauæ bilis, somnus grauior ob vim pituitæ, animæ defectio quod vtraque [m] mordere possit os ven-

D triculi. Recognoscitur in homine ægrotante hemitritæus sensu, tactu enim percipitur calor assiduus qui quotidie reuertitur, sed imparibus [n] diebus cum multiplici horrore, paribus vero cum frigore duntaxat, aut cum modico horrore semel tantum inuadente, ita vt non difficile sit hemitritæum sensu iudicare: quamquam potest etiam conijci ex causis, vt ex flaua bile extra venas & pituita in uenis putrescente, ex communiter uagantib. quod alij ægrotantes tunc hemitritæo laborent, ex his quæ prodesse aut obesse tertianæ, vel quotidianæ febri monstrauimus, postremo ex effectis ut ex [o] pulsu uario, ob tertianam quidem magno, celeri, ac frequenti, sed ob quotidianam contrario, ita ut ualde inæqualis sentiatur, ex siti, somno, animi defectione, inæqualitate frigoris & caloris, sudore, urina, deiectione, uarijs partim ad tertianam partim ad quotidianam spectantibus. Causa proxima, flaua bilis uidelicet & pituita putrescens, colligitur ex causis à quibus uterque humor gignitur, tum calidis & siccis, tum frigidis & humidis siue diuersis temporibus inciderint, siue in idem concurrant: huc spectat locus ubi est eiusmodi inæqualitas, quemadmodum Romæ [p] vbi hemitritæus frequens est. Colligitur etiam proxima causa ex uarietate eorum quæ prosunt aut obsunt, & tandem ex effectis & po-

tissimum

a Gale. 2. de diff. feb c. 8
b Gal. de typis c. 4.
c Gal. ibid.
d Hipp. 1. epid. 23. & 3. 1. epid. 5.
e Hipp. locis citatis.
f Gale. 2 de diff. feb. 8.
g Hipp. 1. 1 epid. 23.
h Gal. 2 de diff. febr. 8.
i Gal. 2. l. de diff. feb. c. 7
k Gale. 2. 1. epid. cō. 25
l Hippoc. & Gal. 1. 1. epidem. 23. & l. 2. de diff. feb. c. 7. & 8.
m Gal. lib. de typis c. 4
n Hippo. & Galen. 2. 1. epid. 25.
o Gal. 2. crisium. c. 9.
p Gal. 2. 1. epid. com. 25.

tissimum ex his quæ detrudũtur uarijs ac inæqualibus, flauam bilem ac pituitam indicanti- E
a Gale. l. de typis, c. 4. bus. Symptomata sensui manifesta sunt quemadmodũ multiplex ille horror, sitis, somnus gra-
uis, animæ defectio. Euentus a periculosus est, & ob magnitudinem symptomatum, & ob assi-
duitatem febris, & ob difficultatem, quam affert tam naturæ quam arti varius humor à quo fe
b Hipp. 3. 1. epid. 5. bris hæc accenditur: merito igitur ponitur hemitritæus ab Hippocr. b in mortiferis, plerunq;
enim hominem absumit: vbi tamen leuior sit, & symptomata leuiora afferat & natura non om
nino imbecilla sit, polliceri salutem possumus. Tempus, quo expectare euentum debemus, bre
c Hipp. ibi. & 1. 1. epid. tex. 23. ue est, cum hemitritæus inter c acutas febres referatur: si sequi debet interitus, quo grauior
est morbus & natura imbecillior, eo celerius expectandus est, sed si debet sequi salus, quamuis
d Ga. 2. dif. feb. c. 7. hemitritæus sit febris acuta, necesse est multum temporis intercedat: finitur enim hemitritęus
paucis diebus, quoniam finitur d tertiana, ex qua componitur, sed relinquitur quotidiana,
quæ diuturna est, ita vt sanitas non sequatur nisi post longum tempus. Via sanationis est varia
e Gal. 3. crisium c. 3. expulsio & flauæ bilis e & pituitæ per sudorem, vrinam, vomitum, deiectionem, vt in quoti-
diana, & tertiana simul iunctis: interitus sequitur ob assiduitatem febris, grauitatem sympro-
matum, varietatem humoris putrescentis. Curatio hemitritæi mixta est ex ea quæ tertianæ, &
f Sup. l. 5. capit. 4. ea quæ quotidianæ conuenit, ostendimus f autem in tertiana consilium magis dirigendum es-
se ad febrem refrigerandam & madefaciendam, quam ad causam detrahendã: contra in quo-
tidiana magis ad causam detrahendam, extenuandam, incidendam, quam ad febrem refrige- F
randam & madefaciendam. In hemitritæo exquisito cum pares sint tertiana & quotidiana,
pariter ad vtramque spectandum est, & idcirco non magis dirigendum consilium ad morbum
quam ad causam, vel ad causam quam ad morbum: in tertiana spuria quamuis egregie ad v-
tramque consilium dirigatur, plus tamen tribuitur morbo quam causæ, quod flaua bilis supe-
ret pituitam, sed cum inter se pugnant quæ morbo, & quæ causæ conueniunt, cum illa refrige-
rare & madefacere debeant, hæc magis calefacere & siccare ad extenuandum, incidendum
atque educendum, quæret quis quo pacto succurrere vtrique simul liceat? dicendum est, aut
vicissim vtendum nunc his nunc illis, aut mixtis inter se, ita vt vtriusque vim temperent. In-
strumenta quibus ad refrigerandum & madefaciendum vtimur, sunt & sex res non naturales
ad rationem victus attinentes, & medicamenta, debẽt autem eiusmodi eligi vt moderata sint,
ne cum medentur febri, nimis causæ vim augeant. Ad extenuandum atque incidendum, vten-
g Gale. l. 11. meth. c. 10. dum quoque est partim victu, partim medicamentis, sed similiter moderatis, ne g febrem ex-
asperẽt, valet oxymel dilutum aqua, in qua bullierit fœniculus, & anethum, syrupus acetosus,
de duabus radicibus, de betonica, de bisantijs, quæ medicamenta accommodantur etiam ad
mouendam vrinam: sudor euocatur relaxantibus siue intus datis siue extrinsecus admotis, ma
h Ga. 3. simplic. c. 10. xime idoneum h chamemælum. Vomitus excitatur aqua i in qua bullierit radicula. Danda G
i Gale. 1. ad Glauc. c. 12 præterea sunt cathartica quæ simul educãt & flauam bilem & pituitam vt hiera, cui additum
sit aliquid scammonij, & colocyntbidis: Rbabarbari atque agarici dilutum. Diaphœnicon
cum electuario ex succo rosarum ac syrupo rosaro solutiuo. Vbi desijt tertiana ad curandam
k Gale. 1. ad Glauc. c. 12 deinde quotidianam licet vti medicamentis acrioribus, quæ pituitam k extenuent, incidant,
atque educant. Sympromata leniti debent, vt multiplex ille horror diebus imparibus, per mo-
derate calefacientia præsertim extrinsecus imposita vt fomenta, olea. Sitis per ea quæ refrige
rant & madefaciunt, cuiusmodi est potio aquæ in qua bullierit hordeum & maxime si ei adda
tur aliquid zulapij viola condiri. Somnus per excitantia, cuiusmodi sunt ea quæ quouis modo
l Gal. li. 12. meth. c. 4. dolorem faciunt & omnibus sensibus molestiam inferunt. Animæ defectio per ea quæ vires l
reficiunt, vt per vinum tenue quod facile distribuatur, sicuti & per elixir, quod appellant, prę
sertim aliqua frigidiori aqua temperatum, per ea quæ auertunt ab ore ventriculi cuiusmodi
sunt clysteres, ac balani sæpius in anum inditi, aut adstringendo ipsum confirmant veluti oleũ
ex absinthio, ex nardo, ex mastiche, siue etiam ex cydonijs, quod melinum vulgo nuncupatur.

De Febribus Pestilentibus, & de contagione. *Cap. V.* H



X differentijs febrium, quas seorsum enarrandas proposuimus, restant pestilentes,
m Gale. l. 1. diff. feb. c. 4 quas Græci m nominant λοιμώδεις nam λοιμὸς pestem significat, sunt autem pestilen
tes ex his quæ communiter n vagantur & plures eodem tempore occupant, non
n Galc. 1. 1. epid. com. 1 tamen omnes communiter vagantes dicuntur pestilentes, sed illæ duntaxat, quæ
prauæ sunt & plerosque o interimunt eorum, quos attingunt: minus proprie pestilentes di-
o Gal. l. 3. 3. epid. cõ. 20 cuntur illæ, quæ aut perniciosæ sunt & non vagantur communiter, vt prauæ quædam febres,
quæ quosdam inuadunt, aut vagantur quidem communiter, sed licet sint graues, non tamen
sunt valde perniciosæ, quemadmodum illæ quæ cum maculis, quæ similes lentibus sunt, aut cũ
variolis, vel morbillis iunguntur, quas omnes differentias nunc tractabimus. Veniant primo
in medium illæ, quæ proprie pestilentes sunt, quod videlicet cõmuniter vagentur & simul per-
niciosæ sint. Continentur hæ acri & fumoso calore, vt aliæ omnes, quæ putredinem sequun-
tur: caloris acrimonia primo contactu nõ percipitur, sed diutius tangenti subinde calor acrio
rem

A rem se ostendit, contra quam in tertiana cuius acrimonia magna initio sentitur, sed paulatim videtur superari: principio igitur cum tangitur, calor tepidus videtur in partibus [a] externis, quamuis internæ videantur vri: quod à Thucydide in Attica pestilentia descriptum præclare interpretatur Lucretius [b] his versibus.

,, *Nec nimio cuiquam posses ardore tueri*
,, *Corporis in summo summam feruescere partem:*
,, *Sed potius tepidum manibus proponere tactum:*
,, *Intima pars hominis vero flagrabat ad ossa:*
,, *Flagrabat stomacho flamma vt fornacibus ignis.*

a Gale. 1.6. epid. cō. 29 & l. 9. simp. ca. de terra armena.
b Lucr. l. 6

Sunt autem pestilentes febres omnes assiduæ, inficit enim prauitas putredinis humores qui in venis sunt, neque vires sub ea valere adeo possunt, vt expellant ex venis humorem noxium: quo fit vt nunquam intermittant. Ordo circuituum quiuis esse potest, quotidianus, tertianus, quartanus, cum quiuis quatuor humorum hanc prauitatem putredinis, [c] quæ pestilentem febrem affert, possit contrahere. Sanguis si hoc pacto putrescat celerrime vertetur [d] in flauam bilem: ita vt pro synocha tertianam efficiat, febres igitur pestilentes, aut tertianæ erunt, aut quotidianæ, aut quartanæ; erunt autem plerunque tertianæ: quoniam sunt [e] ardentes & idcir-
B co fiunt à flaua bile, quamuis possunt etiam esse quotidianæ, & ardentes à pituita [f] salsa, quæ perinde ac flaua bilis excitat sitim illam inexhaustam ardentium febrium: raro datur quartana continens, [g] & multo rarius inuenitur pestilens.

c Gale. 1.6. epid. cō. 29.
d Gal. l. 1. de diff. feb. c. 9
e Gale. 3 3. epid. com. 9
f Hippoc. & Gal. 4. acut. 13.
g Gale. 2 de diff. feb. c. 2

Causa febris pestilentis proxima est humor putrescens, plerunque flaua bilis, interdum pituita salsa, interdum sed raro atra bilis: sed cum pestilentes febres ab alijs distent quod perniciosæ simul & communes sunt, necesse est proximæ causæ, hoc est prędictorum humorum putredini addi aliquid, quod & prauitatem efficiat & communitatem: efficit prauitatem qualitas [h] putredinis, & locus vbi materia putrescit: qualitas ad repugnantiam quandam totius substantiæ refertur: talis enim est putredo, quæ pestilentem febrem affert, vt non tantum excessu caloris & humoris, quemadmodum in alijs febribus, sed etiam tota substantia aduersetur naturæ nostræ. Locus etiam vbi putrescit humor, qui pestilentes febres excitat, est dexter [i] ventriculus cordis, aut certe locus maxime cordi vicinus, in alijs febribus neque putrescit materia in corde neque ita vicina, sed focus in quo accenditur magis distat, [k] ita vt cor tantum accipiat vapores putres, non materiam putrescentem quemadmodum in pestilente, quæ ob hanc causam vrit etiam internas partes & in externis quodammodo tepida sentitur, concurrit enim calor innatus ad cor, quo allicitur spiritus & sanguis ex vniuerso corpore ob eius-
C modi putredinis feruorem, perinde acsi à cucurbitula attraheretur. Causa vero cur communis sit pestilens febris, & multos eodem tempore prehendat, est similis differentia causæ afferentis eiusmodi putredinem, nam, cum febris & putredo multorum communis sit, necesse est causam putrefacientem esse communem, huiusmodi est [l] aer, qui quo pacto possit putrefacere humores in corpore nostro, iam perpendendum est. Duplici nomine potest aer humores nostros putrefacere, & quod valde calidus sit, & quod valde putris: qui valde calidus est, quemadmodum æstiuus in constitutione admodum calida, potest humores putrefacere, non tamen in quouis corpore, sed in [m] eo quod putredini maxime expositum est: cuiusmodi est illud qđ prauis succis redundat, quemadmodū euenit in penuria annonæ: [n] pauperes enim tunc quibuslibet cibis vescuntur etiam deterrimis, ex quibus gignuntur praui succi, qui ob aeris calorem vehementem prauam contrahunt putredinem & pestilentem febrem afferunt, qualē constat fuisse [o] Commodo Imperatore. Sed cum supra, vbi de causis febrium in vniuersum, ostenderimus putrescere in nobis humores ob prohibitum perspiratum, vertitur in dubium quo pacto possit per se aer calidior humores in nobis corrumpere. Soluitur tamen quod aer calidus externus, qui ad pulmonem & cor penetrat, circumfusus humoribus, qui ibi versantur eos putrefacit: perinde ac calida expiratio retenta, & cum valde calidus est magnam excitat putre-
D dinem, quam sequuntur febres pestilentes: proxima enim putredinis causa posita est ab Aristotele [p] calor aeris circumfusi corrumpens calorem internum, quare non est quod miremur si valde calidus aer quem haurimus, possit nostros humores putrefacere cum idem possit & expiratio retenta. Cæterum externus aer magnam putredinem & febrem pestilentem affert in illis [q] duntaxat corporibus quæ prauis succis redundant. Alio nomine diximus aerem posse putrefacere humores nostros & afferre pestem, quod scilicet sit valde putris, redditur autem talis facile cum naturaliter sit calidus & humidus: quod si reddatur calidior [r] & humidior facile corrumpitur, veluti in pestilentia illa, quam in Cranone accidisse Hippocrates [s] testatur æstiuo tempore ob pluuiarum multitudinem. Putredinem etiam sequi pluuias [t] multas idem tradidit, quamquam putrescit quoque ob mixturam putrium vaporum, vel in bello ex multis cadaueribus [u] inhumatis, vel ex palude, aut auerno aliquo exhalantibus, licet non sit effectus calidior & humidior. Ad putrem aerem referri potest contagio [x] eorum qui pestilenti febre laborant, contaminant enim alios qui proximi sunt, ob vapores quos exhalant valde putres ac glutinosos, qui aerem putrem reddunt, quem qui proximi sunt allicientes incidunt in simi-

h Gale. 1.6. epid. cō. 29
i Gal. l. 3. de præsa. puls. c. 3.
k Gale. 1.6. epid. cō. 29
l Gale. 1. de diff. feb. c. 4
m Gal. ibid.
n Gal. 1. de diff. feb. c. 3
o Gal. ibid. & l. de succor. bon. & vitio c. 1.
p Arist. l. 4. meteor. c. 1
q Gal. l. 1. de diff. feb. c. 4
r Gale. ibid.
s Hippoc. 2. epid. ab initio
t Hippoc. 6. aph 16.
u Gal. 1. de diff. feb. c. 4
x Gale. 1. de diff. feb. c. 2

lem

lem febrem pestilentem, licet non attingantur ab ægrotante. Quid quod etiam vestes exci- E
piunt eiusmodi putres vapores, quos retinent ita vt contaminare etiam post diuturnum tem-
pus possint eos à quibus tractantur? sed multo magis per contactum vapores putres, qui ab
a Gal. ibid. eiusmodi [a] ægrotantibus expirant, possunt proximos homines afficere, atque hæc est vera &
propria contagio, quamuis & aer & vestes à quibus eiusmodi vapores excipiuntur aliquo pa-
cto ad contagionem referantur. Habet autem vim aer putris putrefaciendi etiam in homini-
b Gal. 1. de diff. feb. c. 4 bus qui non redundant prauis succis, quod non eueniebat cum calidior erat duntaxat, quam-
quam etiam vbi putris est non æque afficit omnia [b] corpora, sed magis illa, quæ magis sunt
putredini exposita: cuiusmodi ea sunt in quibus aut multi aut etiam praui humores abundãt,
& non patent foramina cutis & canales: nam paruo momento hæc incidunt in putredinem, à
qua illa defenduntur quæ contraria sunt, hoc est quæ non redundant multis aut prauis succis,
neque canales clausos habent, aut foramina minus patentia: eiusmodi enim corpora non faci
le incidunt in putredinem & in febrem pestilentem, sed facile defenduntur & ab aere putri, &
à contagione. Curabant veteres medici eos, qui pestilenti febre, perinde atque eos qui alijs
c Gal. 5 de præsa. puls. 3. morbis laborabant, neque contagionem timebant, cum pulsum aut [c] thoracem tangebant aut
inspiciebant linguam, freti corpore puro & canalibus ac foraminibus apertis. Si quis obijciat
putrem aerem magis permeare corpora patentia quam clausa, atque idcirco magis defendi
posse ab eo quæ minus patent: respondebimus, cum cogimur versari in aere putri, nullo modo F
posse ipsum euitare adstrictis canalibus aut foraminibus clausis, si quidem per os transit, &
guttur assidue necessario ad cor & pulmonem: sed multum interesse, purum ne sit corpus & pa
teat exitus vaporibus putribus, an redundans multis vel prauis succis & interclusum habens
exitum fuliginis & calidæ expirationis, nã hoc maxime læditur ab aere putri, illud facilius de-
fenditur. Tanta autem est vis interdum aeris putris, vt non tãtum humores qui in corde sunt,
d Gal. ibid. sed ipsius quoque substantiam solidam possit afficere: & ita simul febrem [d] hecticam afferre,
& eam quæ putredinem sequitur, adeo vt febris pestilens quamuis in illis ponatur, quæ versan
tur in humoribus, possit etiam inter hecticas referri, cum versabitur in substantia ipsa cordis
putrescente. Sed cum ab aere putri possint affici & humores, & partes solidæ cordis, videntur
etiam posse putrefieri spiritus eiusdem, quod vbi accidat, febris pestilens cum in spiritib. ver-
setur, videbitur in diarijs ponenda: quod tamen prætermissum est à veterib. auctoribus, quia
eiusmodi diaria exigui admodum temporis erit, celerrime enim aut humores, aut etiam soli-
dæ partes cordis concipient eiusmodi putredinem, & ita fiet aliud genus febris: sed longius
labimur in exponẽdis causis febris pestilentis, pergamus ad effecta. Symptomata quæ febrem
pestilentem sequuntur plurima & maxima sunt, cum non tantum proficiscantur ab excessu ca-
loris aut ab humoris qualitate vel quantitate quemadmodum in alijs febribus, quæ oriuntur à G
e Gale. 1. 6. epid. com. 29. putribus succis, sed multo magis à qualitate [e] putredinis tota substantia pugnantis cum natu
ra nostra, ita vt non mirum videri debeat si adeo multa & grauia superueniant, cuiusmodi &
perspecta sunt à nobis in peste illa, quæ triginta octo ante annos tota fere Italia vagata est, &
f Thucydides li. 2. suę historię. à Thucydide [f] enarrata, vbi pestem illam describit quæ Athenas occupauit, eandem ex Thu-
cydide exceptam præclare latinis versibus expressit [g] Lucretius. Accidunt eadem symptoma
g Lucretius lib. 6. ta plurima & grauissima etiam sine peste febribus illis prauis quas Græci [h] λειπυρίας dicunt, sũt
autem ea quæ proponuntur [i] ab Hippocrate in prognosticis ad interitum significandum, læ-
h Galen. 2. prog. com. 4. & 4. aph. com. 48. duntur enim valde actiones, effectus & qualitates corporis plurimum à naturali statu mutan-
tur, quæ detruduntur [k] maxime præter naturam apparent. Ex animalibus actionibus offendi-
tur tam mens, quam sensus, & motus: mens quidem perturbatur, homo delirat, decipitur ima-
gine rerum, obliuiscitur etiam sui ipsius. Quod attinet ad sensum, vigilat, dolet, percipit enim
i Galen. 2. cris. c. 24. morsum quendam in ore ventriculi, oculi caligine occupantur, & aures, vt inquit Lucretius, [l]
K Gal. 3. 3. epid. com. 57. sonoribus plenæ sunt. At debilitatur etiam motus voluntarius & linguę & aliarum partium ita
vt resoluantur nerui, qui nonnunquam etiam distenduntur, ex quo sequitur difficultas anheli-
tus, deprauatio vocis. At debilitatur actio quoque vitalis, ita vt sequetur animæ defectio: debi-
l Hipp. 3. 3. epid. 62. litatur & naturalis potissimum concoctricis & expultricis facultatis, læditur item appetitio H
cibi & potionis, quæ quamuis pertineat ad sensum cum resideat in ventriculo, & ad alimen-
m Lucretius lib 6. tum spectet, aliquo modo ponitur in naturalibus: repudiant ægri cibum, adeo vt nisi vel se [m]
n Gal. 3. 3. epid. com. 58. ipsos cogant, vel cogantur ab alijs intereant fame, sed siti [n] tenentur inexpugnabili, ob quam
vt inquit [n] Lucretius.

o Hipp. 3. 3 epid. 59.

» *Multi præcipites lymphis putealibus alte*
» *Inciderunt ipso venientes ore patente,*

p Lucretius lib. 6.

At valde etiam mutari diximus affectus & qualitates corporis, id quod Lucretius [o] optime
q Lucretius ibidem. exposuit cum dixit:

» *Principio caput incensum feruore gerebant,*
» *Et duplices oculos suffusa luce rubenteis,*
» *Sudabant etiam fauces intrinsecus atro*
» *Sanguine, & vltertus vocis via septa coibat:*

» *Atque*

A
» *Atque animi interpres manabat lingua cruore,*
» *Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.*
» *Triste supercilium, furiosus vultus & acer:*
» *A pedibusque minutatim succedere frigus*
» *Non dubitabat, item ad supremum denique tempus*
» *Compressæ nares: nasi primoris acumen*
» *Tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis,*
» *Duraque, in ore iacens rectum frons tenta meabat.*

Tenduntur etiam præcordia in febre pestilente, nascuntur & pustulæ variæ in vniuersa ente, aridæ, nigræ, aut etiam rubræ quales Lucretius [a] enarrat cum ait:

a Lucretius l.6.

» *Et simul vlceribus quasi inustis omne rubere*
» *Corpus: vt est per membra, sacer cum diditur ignis.*

Pro pustulis superueniunt liuores, carbones, tumores in inguinibus, sub alis, post aures, gangrænæ in partibus extremis, vt in manibus & pedibus, tum in [b] genitalibus: qui affectus in symptomatibus numerantur cum sequantur alium morbum nempe febrem, non tamen omnes omnibus accidunt, sed alij alijs superueniunt, pro vt quisq; his vel illis humoribus redundat tenuioribus, crassioribus, magis vel minus corruptis, pro vt item hæ aut illæ partes imbecilliores sunt, & facilius tentantur à materia putri. Ea vero quæ [c] detruduntur maxime aliena sunt, male enim ob putredinem olent, & adipem ob vim caloris liquatam præseferunt: destillat frequenter sanguis ex naribus corruptus atq; atet: alnus [d] liquida & corrupta quędam reddit. Vrina [e] turbida, vel aquosa ac tenuis est, in qua vel nihil vel pingue aliquod natat: sudor & sputum qualia sint commemorat similiter Lucretius [f] eum inquit:

B

b Hipp. 3. 3. epid. 12. & 26.
c Gale. 3. 3. epid. cō. 57 & 1. 6. epid. com. 29.
d Gale. l. 5. meth. c. 12.
e Hipp. 3. 3. epid. 15.
f Lucret. l. 6

» *Sudorisque madens per collum splendidus humor,*
» *Tenuia sputa, minuta, croci contacta colore*
» *Salsaque per fauceis rauca vix edita tussi.*

Huiusmodi igitur sunt symptomata quæ febrem pestilentem sequuntur. Sed satis de cognitione absoluta rerum præter naturam. In homine, qui laborat febre pestilente, recognoscere primo ipsam oportet, quæ tum sensu percipi, tum ratione conijci potest: sub sensum cadit calor qui internas partes [g] vrit, in externis tepidus sentitur, præsertim primo contactu, nā diutius tangenti acriorem se ostendit in omnibus febribus prauis; contra in ardentibus quæ prauæ non sunt, quo diutius tangitur, eo magis superari videtur caloris acrimonia: est etiam calor in pestilenti febre continens, neque enim intermittere potest vt supra monstrauimus, circuitus vero plerunque tertianus est, cum sit ex numero ardentium, quæ maxima ex parte fiunt à flaua bile, quamquam oriuntur etiam à pituita salsa, & tunc circuitum habent quotidianū. Mente vero conijcitur pestilens febris, & primo ex causa ipsa proxima, quam diximus esse putredinem, non tamen talis qualis [h] excitat alias febres, sed quæ tota substantia aduersetur naturę nostræ, quam vbi versari in ægrotantis corpore constet: constabit etiam febrem esse pestilentem. Plurimum vero conferunt ad eandem cognoscendam febres similes quæ communiter vagentur, par enim est & talem [i] esse qua laborat homo ad quem curandū adbibemur: id quod vulgo etiam notum est, aiunt enim tempore quo ficus maturescunt, quamlibet auem esse ficedulam, volentes significare tempore pestis quaslibet febres esse pestilentes. Eadem colligitur ex his quæ vel prosunt, vel obsunt, vbi scilicet prosint non solum quæ putredini obsistunt, sed antidota quoque & ea quæ tota substantia eiusmodi prauitati aduersentur, vbi item quæ quouis modo putredinem augent, obsint longe magis quam soleant alijs febricitantibus. Postremo indicant pestilentem febrem ipsa effecta, hoc est symptomata cuiusuis generis. Ex actionibus primo obseruandus est pulsus, [K] qui imbecillior est, quam in alijs febribus humorū putredinem sequentibus, celer, frequens, inæqualis, celerior autem est contractio quam dilatatio, nō solum vt in alijs febribus humorum putredinem sequentibus, sed multo maxime, quod maxima sit necessitas expellendi fuliginem non solum multam ac putrem sed etiam prauam, quamuis magna etiam sit necessitas refrigerandi. Accedunt læsiones aliarum actionum quas supra in symptomatibus numerauimus, vt delirium, obliuio, vigilia, dolor, morsus in ore ventriculi, caligo, sonitus aurium, difficultas spirandi, neruorum distentio, aut resolutio, deprauatio vocis, animæ defectio, incredibile [l] cibi fastidium, sitis inexhausta, tum anxietas quædam & iactatio corporis, nullius tegmenti tollerantia, nam vt scribit [m] Lucretius:

C

D

g Gal. 1. 6. epid. cō. 29
h Gal. ibid.
i Gal. 2 crif. cap. 5.
K Gale. li. 3. de præf. ex pul. ca. 3. & Auic. l. 4. f. 1 tract. 4. c. 2.
l Hipp. 3. 3. epid. 13. & 3. 3. epide. 58.
m Lucr. li. 6

» *Nil adeo posses cuiquam leue, tenueque membris*
» *Vertere vtilitatem ad ventum, & frigora semper.*

Præterea ex affectibus & qualitatibus corporis, rubor faciei & oculorum, liuor [n] in varijs partibus corporis, & erysipelatis species, in ore fętor, nam vt scribit [o] Lucretius:

n Gale. 1. 1. epid. cō. 29
o Lucretius ibid.

» *Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,*
» *Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.*

Tum

Tum frigus partium extremarum, distentio præcordiorum, tum pustulæ in cute rubræ aut E
etiam nigræ & aridæ, carbunculi, tumores glandularum, vt in inguinibus, sub alis, post aures, gangrænæ in manibus pedibus, aut etiam in partibus [a] genitalibus. Ad hæc quæ detruduntur corrupta sunt & liquatam adipem præseferunt, proprie autem vrina aut turbida est, aut aquosa ac tenuis in qua aut nihil resider, aut quasi tela araneæ in lanæ speciem coacta: deiectio biliosa vel atra est maxime fœtida, ac fere semper cum colliquationibus, sæpissime etiam cum lumbricis, teste etiam Lucretio:

a Hipp. 3. 3. epid. 12.

„ *Sudorisque madens per collum splendidus humor.*

Fluxus ex naribus sanguinis nigri. Monstrant omnia hæc effecta febrem pestilentem. Proxima eius causa, putredo scilicet humorum tota substantia pugnans cum natura nostra, sensum latet, ideo necesse est conijciatur ex causa, vt ex contagione & consuetudine cum hominibus peste laborantibus, ex aere vel nimis calido [b] & humido, vel etiam valde putri, ex corpore item ægrotantis exposito eiusmodi putredini, quale esse diximus, quod aut prauis, aut etiam multis [c] succis redundat, & cuius caua clausa sunt. Colligitur eadem causa ex his quæ prosunt aut obsunt, hæc autem non alia sunt quam quæ prodesse vel obesse ipsi febri pestilenti tradidimus. Eiusdem etiam fidem faciunt effecta, sed potissimum pestilens febris quæ adesse non po- F
test nisi adsit eius causa. Symptomata, cuiusque generis sint, sensui manifesta sunt tum medico tum ipsi ægrotanti atque assidentibus: percurre actiones læsas, qualitates corporis mutatas, expulsa ipsa, comperies omnia sensu indicari. Quæ hactenus exposita sunt, non quamuis febrẽ pestilentem indicant, sed illam duntaxat quæ consistit in humoribus putribus: at docuimus eandem versari interdum in substantia [d] cordis & hecticam esse, interdum in spiritibus & poni in diarijs, quamobrem has quoque internoscere oportet. In hectica pestilente calor magis squallidus sentitur & valde acris circa thoracem, quamuis non percipiatur ab ægrotãte cum æqualis [e] sit, putat enim se non febricitare, non reuertuntur nouæ accessiones, pulsus longe imbecillior [f] est, sed tamen æqualis, in magnitudine tamen & celeritate moderatus, si quidẽ calor qui est in substantia cordis temperatur à frigore humorum quos continet idem cor. Vrina [g] fere naturalis est, non apparent in cute neque rubores, neque tumores, neque pustulæ aut carbunculi aut alij tumores, cum neque putrescant humores neque ob naturæ imbecillitatem detrudantur ad cutem, summa autem tunc adest virium imbecillitas. Quod si pestilens febris resideat in spiritibus cordis ita vt sit diaria, de eius cognitione laborandum non est cũ celerrime degeneret in aliam: tamen quamdiu manet vehemẽtiorem præsefert calorem quã hectica, sed minus acrem ac minus squallidum, & facilius affert animæ defectionem, non tamen cætera symptomata quæ afferri diximus vbi versatur in humoribus putribus, ita vt non G
valde difficile sit inter ipsas diiudicare. Sequitur prædictio futurorum, operæprecium autem est primo docere qua ratione impendens pestis præsagiri possit, vt deuitari queat priusquam incipiat, cum vbi iam incepit nec opinantes opprimat & plerosque enecet; Præsagietur autem vt quoduis aliud futurum ex causis. Quod si videas aerem valde calidum & humidum ve æstiuo [h] tempore vbi pluuia magna & frequens sit, aut etiam putrem redditum ex vaporibus, qui vel à cadaueribus, [i] vel à corruptis aquis exhalantes cum eo miscentur. Si tempestas itẽ inconstans sit: si ob caritatem annonæ homines [k] vsi fuerint prauis cibis cum eiusmodi aere, prædicere futuram pestem oportet. Sed vbi iam inceperit & hominem prehenderit quem curamus, prædicere vt in alijs febribus euentum debemus, & tempus, ac viam. Euentus ob magnitudinem febris, ob prauitatem putredinis, ob grauitatem symptomatum plerunque [l] perniciosus est, quod vel ex ipso Thucydide colligitur in pestilentia quam Athenis fuisse narrat, quod Lucretius [m] significauit cum ait:

b Gale. 1. de diff. feb. c. 4
c Gal. ibid.
d Gal. 3. de præs. ex pul. c. 3.
e Gale. l. de inæquali intemp. c. 7.
f Gal. l. 3. de præs. pulf. c. 4.
g Gal. ibid.
h Gal. l. 1. de diff. feb. c. 4
i Gal. ibid.
k Gal. ibid.
l Galen. 2. apho. com. 13. & Hippoc. 3. 3. epidem. 21.
m Lucr. l. 6.

„ *Vastauitque vias, exhausit ciuibus vrbem,*
„ *Inde cateruatim morbo, mortique dabantur,*

Si qui autem euadebant incidebant in tabem, [n] aut in profluuium sanguinis narium, ita vt tandem morerentur. Verũ vbi vires validiores sint, febris leuior, minor putredo, & minus gra- H
uia symptomata, seruari [o] homo potest, id quod conijcies si recte æstimabis vires naturæ & morbi inter se collatas: intelliges morbi vires potissimum ex symptomatibus: illud tamẽ obliuisci non oportet quod vbi putredo prehendat substãtiam cordis & febris pestilens hectica [p] sit, res omnino desperata est, ita vt necesse sit hominem interire. Tempus in his, qui seruari debent, potest breue esse quod natura valida detrudat totum id quod noxium est, sed plerunque minus valet quam vt possit totum opus perficere, quamobrem necesse est morbum primo remitti, sed deinde diutius trahi, in illis vero qui interituri sunt, nisi remissa febre paulatim in tabem incidant, necesse est tempus esse breue, id quod Lucretius [q] testatur cum ait:

n Hipp. 3. 3. epid. 19.
o Gale. l. de consti. artis c. 18.
p Gal. 3. de præs. expul. c. 3.
q Lucr. li. 6.

„ *Octauoque fere candenti lumine solis*
„ *Aut etiam nona reddebant lampade vitam.*

Sed possunt multo celerius mori. Recenset Hippoc. [r] Critonem quendam, qui laborare cœpit tumore pedis & obortis nigris pustulis postridie decessit. Via qua homo sanatur est quod putrescens

r Hipp. 3. 5. epid. 26.

A putrescens materia aut educatur ex corpore, aut transferatur ad partes ignobiliores & pustu
las [a] efficiat, vel alios excitet tumores. Via interitus est quod vires sub prauitate putredinis, a Galen. 5.
sub grauitate symptomatum conuellātur, præsertim vbi adsit animi defectio aut superueniat meth. c. 15.
gangræna, aut euanescant tumores prius apparentes, aut nimium vel alui, vel sanguinis proflu
uium sequatur, ita vt vel statim absumatur homo, vel processu temporis tabescat.

His ita constitutis de cognoscēda febre pestilente proximum esset, quemadmodum in alijs
morbis, vt ad curationem aggrederemur: sed quia attingit quam plurimos, grauissima est, &
plerunque perniciosa, operęprecium iudicauimus docere prius qua ratione deuitetur, facilius
enim deuitatur quam tollitur: ergo cum imminet ne sequatur, auferenda causa est, vna si qui-
dem via est prohibendi quæ alioquin expectantur, nimirum amotio causæ, effectricis videlicet
vna cum habilitate [b] accipientis, qua ablata non amplius timendum erit quod impendebat b Gal. 1. de diff. feb. c. 4
malum. Effectrix causa prauæ putredinis & propterea febris pestilentis necesse est communis
sit, huiusmodi esse monstrauimus & contagionem, & aerem siue nimis calidum, siue etiam val-
de putrem. Contagionis vocabulo significamus proprie contactum, veluti eorum qui pestilen
ti febre laborant, sed vsurpamus ipsum minus proprie ad vapores putres ab ægrotante corpo-
re [c] exhalantes, qui vel cum aere circumfuso mixti, vel vestibus retenti alios contaminant c Gal. l. 1. de diff. feb. c. 2
B quos attingunt, quocunque modo accipiatur contagio deuitanda est, aut vbi id fieri non pos-
sit tale reddendum est corpus, vt minus habile sit ad huiusmodi putredinem accipiendam;
Quod quo pacto fiat subijciemus si prius quo pacto contra vitium aeris pugnandum sit expo-
suerimus. [d] Aer igitur aut nimis calidus est, aut putris, vteruis sit aut fugiēdus est, aut parcius d Fuga remediū est præstantissimum ab aere putrido.
hauriendus. Præstat vt vulgo dicunt, cito ac longius abire & tarde reuerti, hoc est postquam
aer ad pristinam salubritatem redierit. Quod si discedere non liceat parcius vtendum aere,
quemadmodum docuit Hippoc. [e] in morbis qui aeris vitio incidunt, parcius autem haurietur
aer in respiratione si necessitatem minuamus: quod fiet corpore puro atq. exinanito, & cauis [f] e Hipp. l. 1. de nat. hu. tex. 4.
patentibus, atq. vbi homo à motu atq. animi perturbatione abstineat, sic enim minus attrahe-
tur vitiosi aeris ad cor, minor. n. & rarior erit respiratio. Verum non solum vitatur aut parcius
accipitur noxius aer, sed etiam corrigitur: nam si valde calidus sit, refrigerandus est eo modo f Hipp. ibi. & Gal. l. 1. de diff. feb. c. 4.
quo docuimus [g] cum de curatione febris in vniuersum egimus, eligitur. n. cōclaue frigidum,
perfunditur aqua frigida, sternuntur stirpes frigidiores, vitatur hominum frequentia. At si aer
putris sit, vtendum remedio quo & Hippocratem Athenis, & Acronem Agrigenti vsos fuisse g Sup. l. 1. c. 8 & Gal. l. 10. meth. c. 8.
in peste memoriæ proditum est. Accendetur ignis [h] in vrbe pluribus locis vt a multa flamma
absumatur materia putris, quæ in aere est. Quod si incendantur odores, vt aromata, vt styrax,
benzoinum, thus, costus, cyperus, aut ligna cupressi, lauri, iuniperi remittetur simul etiam pra- h Gale. l. de theriaca ad Pisonem capit. 16.
C uitas putredinis. Quo spectant etiam vnguenta quibus parietes inunguntur, vt in more posi-
tum erat apud veteres deliciarum causa: scribit enim Lucretius de amatore; Postesque [i] su-
perbos vngit Amaricino. Gestabantur etiam à veteribus pilæ ex odoribus, quemadmodum te- i Lucr. li. 4
statur Herodianus cum pestem describit, quæ Commodo Imperatore exitiosa admodum fuit,
temperatur enim putredo aeris qui per nares attrahitur aromatum odoratu, cuiusmodi sunt
quæ pilæ ambaris, ladani, siue ad pestem depellendam à Pharmacopolis nūcupantur: ad quod
valet etiam pila fraxinea in qua spongia aceto roseo, aqua rosea, ac florum aurantij inspersa in
clusa seruetur. Superest vt doceamus qua via corpus reddi tale possit vt renitatur vitio aeris,
quando interdum ita perniciosus est, vt nullo pacto corrigi queat, neque facile est hominibus
cælum mutare vt auibus, multa enim sunt impedimenta, vxor, liberi, supellex, negocia, pau-
pertas, illis præsertim qui ciuilem & non Diogenis aut Anacharsis Scythæ vitam degere con-
sueuerunt. Duo autem sunt, quæ corpus nostrum exponūt eiusmodi iniuriæ aeris, materia hoc
est humor vel copiosior vel vitiosus. K & perspiratus prohibitus, quæ duo si auferantur cor- K Gal. 1. de diff. feb. c. 4
pus nostrum facile renitetur. Vbi redundent humores in corpore nostro, exhauriendi sunt ve-
næ sectione vbi vires & ætas consentiant. Si vitium sit in qualitate humorum, expedit eos par-
tim idoneis [l] catharticis educere, partim corrigere ac temperare contrarijs præsidijs, calidos l Gal. ibid.
D refrigerantibus, frigidos calefacientibus: humidos siccantibus, siccos madefacientibus, crassos
extenuantibus, & ita superantem qualitatem ad mediocritatem redigere. [m] Expedit etiam m Aduersa ria humoribus affectis a tota substantia.
tales reddere humores vt obsistant repugnantiæ totius substantiæ, quam vel aer vel contagio
inferre posset, hoc præstabunt quæ propriam quandam vim habent aduersus venena & repu-
gnantiā totius substantiæ siue simplicia sint, vt [n] terra armena, terra lemnia, lapis Bezaar, cor n Gal. 9. simpl. c. de terra samia.
nu vnicornu, rhinocerotis, herba [o] myrrhis, scordeon, galega, succisa, tormērilla, vincetoxicū,
carlina, dictamnus, scorzonera & alia id genus q̄ plurima, siue mixta veluti theriace, mithrida- o Dioscori. l. 4. c. 111.
tum, electuarium ex pęonia, electuariū ex scordeo, siue q̄ Hipp. tribuitur, ex quo magnam glo-
riam fuit adeptus in Attica pestilentia q̄ recipit: Calami odorati, iunci odorati, Sabinæ singu-
lorū triens, seminis viticis, cardamomi, cyperi, crocomagmatis, singulorū quincunx, spicæ nar-
di selibram, costi triens, folij bes, cęsiæ selibram, amomi quadrans, mastiches triens seorsum te
ritur, styracis dextans, paulatim bellarijs in mortario adijcitur, nardi celticæ selibram, aspala-
ti septunx, ammoniaci vnciam, pillularū cupressi quadrans, rosarum triēs, terebinthinæ libras
tres, mellis attici libras quinque, vini ueteris quod ad bellaria maceranda satis est, munde &

sedulo melle excipiẽdum, additoque ladani, myrrhæ, thuris: singulorum libra & baccarum iuniperi quadrante, simul omnia probe contrita permiscenda sunt & electuarium præstantissimum in hominibus à peste præseruandis conficiendum est. E Valent ad idem opus perficiendũ etiam catapotia quæ accipiunt a myrrhæ partem vnam, croci tãtumdẽ, Aloes partes duas, vtiliter enim sumitur drachma vna ex vino. Valet & cõfectio ex ammoniaco, myrrha & aloe, quæ ex vino diluta bibitur, sicuti & quæ constant ex myrrhæ, croci, terræ armenæ, corallorum rubrorum, charabis, cuiusque drachma, myrobalanorum chebulorum drachmis duabus, aloes drachmis septem quæ simul permixta vino excipiuntur. Idem præstant b nuces iuglãdes cum ruta & ficis aridis, si quotidie sumantur, tum puluis radicis tormentillæ, angelicæ, carlinæ, dictamni, zedoariæ, seminum citri, seminum cardui benedicti singulorũ tantũdẽ, cuius drachma cum vino albo, & odorato in constitutione frigidiori, & temperationibus frigidioribus, cum aqua vero cardui benedicti in calidioribus & constitutionibus, & temperamentis, summo mane exhibeatur: sumetur & eodem tempore maxima cum vtilitate portio aliqua antidoti, quã Andreas Matthiolus vir doctissimus ex ingenti numero medicamentorum contra venena cõposuit, siue quod à Manardo Ferrariensi medico clarissimo conficiebatur ex sanguinis Anatis masculi ac feminæ, Anseris atque hædi exsiccati, Armellis, seminis cumini, feniculi, anethi, Napi syluestris singulorum drachmis tribus, radicis gentianæ, trifolii, schenanthi, thuris, rosarum F siccarum, singulorum drachmis quatuor, piperis albi, piperis longi, costi, valerianæ, anisi, cinamomi singulorum drachmis duabus, myrrhæ, spicæ nardi, singulorum drachmis sex, belzoini, assari, ammoniaci singulorum drachmis tribus, maioranæ, agarici singulorũ drachmis duabus, granis carpobalsami numero viginti, radicis ireos, croci, rhapontici, zinziberis, masticхes singulorum drachma, stæchadis drachmis quinque, quæ omnia in tenuissimum puluerem redigãtur & debita optimi mellis quantitate excepta in electuarii formam conuertantur, cuius duæ drachmæ sæpe summo mane ex optimo vino exhiberi possunt. Commendatur à nonnullis iunioribus ad eandem præseruationẽ ab eiusmodi pestilenti contagio, si assidue supra sinistram mammam Arsenici crystallini portio ad pondus trium seu quatuor vnciarum inclusa sericeo sacculo assidue gestetur, quod à tota sua natura & substantia referunt, atque occulta quadam vi homines ab hoc vitio intactos seruare: quod, cum assiduo experimento confirmatum esse afferant, facile admittimus, interim suadentes vt dum id gestatur appensum medicamentum, declinentur omnes occasiones quæ sudorem excitare consueuerunt, ne rarefactis & dilatatis poris cutis, venenosi vapores cum vitæ discrimine cor infestent. Sed finge hominem iam prehensum febre pestilenti ita vt curandus sit, quæ opera effici debeant, & quibus instrumentis iam videndum est. G Cum pestilens febris, quæ curanda est, neque hectica sit, quia c curationem non admittit, neque diaria, quia statim degenerat in alterum genus, sed ex numero earum quæ consistunt in putredine humorum, eadem postulat præsidia quæ ab illis postulari iã monstrauimus, sed quia iungitur cum prauitate quadam putredinis & repugnantia totius substantiæ desiderat etiam quæ huic aduersantur. Opus igitur est in hac febre pestilenti tueri vires, vti refrigerantibus ac madefacientibus ad tollendam febrem, detrahere materiam putrẽ totam, quoniam concoqui non potest, relaxare quæ adstricta sunt, occurrere obstructioni d remouendo multitudinem & extenuando atque incidẽdo crassitudinem ac veluti gluten humorum, lenire symptommata: quibus omnibus accedere debet id quod est proprium febris pestilentis, vt scilicet superetur prauitas illa, & repugnantia totius substãtiæ. Sũt omnia hæc opera adeo necessaria in curatione febris pestilentis, vt nullum debeat prætermitti, sed omnia perficienda sint, ita tamen vt quæ ex ipsis repudiantur à viribus, à morbo, à causis, vel à symptomatibus minora efficiantur. Sed intueamur iam instrumenta quibus vnumquodque perficiatur exorsi a conseruatione virium, cõseruantur autem vt sæpe e dictum est, cibo & potu, qui maxime necessarius est in hac febre, quod prauitate putredinis labefactentur, quamobrem alimento sustinendæ sunt, cumque fere omnes, qui peste laborant, abhorreant à f cibo, legimus in veterum medicorum g monumentis eos solum euadere, qui animose ac fortiter contra eiusmodi H fastidium pugnant, & se ipsos cogunt ac cibos sumunt, qui tamen necesse est parcius sumantur & ne impediant naturæ munus in expellendis humoribus h corruptis, & ne nimis implendo obstructionem augeant. Aduersus febrem vtemur ad refrigerandum & madefaciendũ partim victu frigido & humido, quem supra i descripsimus in curatione febrium putrium, partim medicamentis k refrigerantibus ac madefacientibus, quæ supra sæpius enarrata sunt, magis autem vtemur his quæ intus dantur, quam illis quæ extrinsecus imponuntur, & quia calor magis l molestus est partibus internis, & ne repellamus quod a natura transferri solet ad partes externas: sunt qui feruorem illũ febris m extinguãt potione aquæ frigidæ, quæ vbi timeatur ob aliquam ex causis, à quibus prohiberi in vniuersum frigidæ aquæ potionem monstrauimus, large bibenda erit n tepida, siue in qua hordeũ bullierit, præsertim si ei adijciatur aliqua portio syrupi ex omphacio, siue ex oxalide, vel mali medici, aut etiã limonis succo acidiori. Quod si vtendum sit externis, maxime ad thoracem admouenda sunt cum focus putredinis sit in corde, quamobrem superimponebat Ruffus in febre pestilenti refrigerãtia thoraci, cui vtiliter admoueri potest vnguentum rosaceum, sandalinum, ceratũ album, ve-

luti

a Auic. l. 4. 1. f. tr. 4. c. 5

b Gal. l. 2. de alimẽtorũ fa. c. 28.

c Gal. l. 3. de præsag. ex puls. c. 3.

d Gal. l. 1. de dif. feb. c. 4

e Sup. li. 4. c. 2.

f Hip. 3. 3. epid. 58.

g Ga. ibid. in com.

h Hipp. de nat. huma. tex. 4.

i Sup. li. 4. ca. 1.

k Sup. li. 4. c. 4.

l Gal. 1. 6. epid. cõ. 29

m Actius l. 5. ca. 95. & Rasis li. de pestilentia c. 6.

n Sup. l. 5. c. 4.

A luti & epithema ex speciebus & aquis cordialibus refrigerandi vi præditis: quæ præsidia passim apud pharmacopolas parata seruantur. Detrahitur materia illa, quæ vel putris est, vel obstructionem facit, missione sanguinis, purgatione, euocatione vrinæ & sudoris. Vbi redundet sanguis,[a] mittendus est præsertim in morbi initio, ex patenti aliqua vena cubiti dextri vel sinistri. Vbi vitium sit in alijs humoribus, conuenit purgatio.[b] Vbi simul concurrat & multitudo sanguinis & prauitas succorum, & mittere sanguinem, & purgare oportet, neque vtendum est, vt ex recentioribus nonnulli faciunt, ne impediatur motus naturæ, quæ solet in febre pestilenti transmittere corruptos humores ab internis partibus ad externas; Sed dijudicare oportet, eiusmodi transmissio, litne opus naturæ, an symptoma: id quod facile discernitur, si vtamur regula Hippocratis,[c] de his quæ educuntur; nam si qualia educere oportet, educantur, confert, & bene ferunt, si vero non, contra. Eadem ratio est eorum, quæ ad cutem transferuntur, nam si eiusmodi translatio confert, & bene fertur, iam est naturæ opus, si neque confert, neque bene fertur, symptoma est. Vbi symptoma sit, non est, quod timeamus, ne naturam auertamus a suo munere, quamobrem si redundet aut sanguis, aut aliorum succorum multitudo, non est cunctandum ipsam exinanire. Sed vbi sit opus naturæ, videndum est, perfectum ne sit, an imperfectum, hoc est, transmissane sit tota materia vitiosa ad partes externas, an restat aliquid in

B internis. Vbi ex toto transmissa sit, nihil mouendum est, quemadmodum præcipit Hippocrates[d] in his, quæ iudicata sunt integre, si quid in interioribus partibus relictum fuit, exhauriendum est misso sanguine, vel dato cathartico, prout res postulat, neque verendum est, ne natura auertatur ab expulsione ad partes externas, cum non amplius expellit, aut ne intro alliciatur materia illa, quæ iam transmissa est ad cutem. Discernes autem aliquid ne corruptæ materiæ in internis partibus relictum sit ex his, quæ excernuntur, vt ex vrina, ex deiectione. Iubet Hipp.[e] vbi tubercula in corpore nascuntur, vt inspiciamus ea, quę detruduntur, nam si biliosa fuerint (inquit) corpus vna ægrotat, si vero simile sanis, tutum est corpus nutrire. Ergo vbi vel eiusmodi transmissio imperfecta fuerit, vel symptoma, & non naturæ opus esse videatur, audacter aut mittendus sanguis, si his redundet, aut catharticis vtendum, si vitium sit in alijs succis. Respice tamen ad vires oportet, quæ, vbi valde imbecillæ sint, neutrum auxilium ferunt, tutius autē vbi minus valeant pro venæ sectione, aut desiguntur cucurbitulæ, & scalpello exasperatur cutis, aut admouentur sanguisugæ ad venas ani. Cum secatur vena, interna eligitur cubiti, vel dextri, vel etiam sinistri, quod pars affecta præcipue sit cor. Vbi nimium inflammentur partes aliquæ externæ, non alienum est venam secare, quæ e regione illarum sit. Si purgatio conueniat,

C eligenda sunt ea cathartica, quæ possint maxime superantem ac vitiosum humorem educere, maxime idonea est hiera ad flauam bilē ex scammonio, ad atram ex veratro nigro, ad pituitā ex colocynthide, veluti & alia quam plurima, quæ omnibus apertissima sunt, & ea ratione non referuntur. Medicamenta, quæ vrinam mouent, non valde acria sint[f] propter magnitudinem febris, sicuti neque illa, quæ extenuant atque incidunt humores crassos ac glutinosos, qui obstructionem afferunt. Sudor euocabitur relaxantibus, quæ simul etiam sanant, quod adstrictū est, sed hæc communia sunt aliarum febrium consistentium in putredine succorum: proprie autem in hac pugnandum esse diximus aduersus[g] prauitatem putredinis & repugnantiam totius substantiæ, valent ea, quæ media[h] quodammodo sunt inter vim veneni & naturam nostram, ἀλεξιφάρμακα Græce nominantur, siue extrinsecus dentur, quemadmodum oleum ex scorpionibus: tum quod varijs modis paratur, tum illud potissimum Gregorij Caraui̇tæ, cuius descriptio legitur apud Andream Matthiolum[i] in commentario super sextum librum Dioscoridis, aut quod serenissimo Cosmo Magno Hetruriæ Duci tribuitur, quibus sæpius inunguntur tempora, brachia ad radices manuum, & thorax e regione cordis, quibus item partibus vtiliter adhiberetur eodem modo balsami liquor, & ille præcipue, qui ex orientali plaga affertur.

D Siue intus dentur, quemadmodum terra armena[k] aut lemnia, qua veteres medebantur febribus pestilentibus, tum lapis bezaar, cornu vnicornu, rhinocerotis, cerui, præsertim vstum, pulvia radicum angelicæ, gentianæ, tormentillæ, momordicæ, carlinæ, succus siue etiam aqua per destillationem extracta ex ruta syluestri. Elixir, quod proprie aduersus febres pestilentes, seu etiam quod communiter aduersus quemcunque morbum totam nostram substantiam oppugnantem componitur, & apud pharmacopolas assidue paratum seruatur. Aqua, quæ proprie aduersus pestem inscribitur, quæ paratur ex sonchi, vincetoxici, rutæ syluestris, ebuli, cardui benedicti, carlinæ, betæ, luiulæ, dictamni cretici, scordei, verbenæ singulorum tātundem: quæ omnia simul ex arte destillentur, & aqua extrahatur, cuius potus præstantissimus est ad duas vncias; præsertim si quis ante assumpserit aliquam portionem electuarij pæoniæ, theriacæ, mithridati, siue electuarij de gemmis, siue ex scordeo, quod diascordeon nuncupatur, siue etiam magni illius ac preciosi electuarij, quod aduersus omnia venena doctissimus Matthiolus[l] composuit, veluti & elixir, quod per ipsius antidoti destillationem ad eadem opera perficiēda præstantissimum extrahi monstrauit. Inter quę præsidia reponi etiam potest, tanquam experimento confirmatum electuariū, quod paratur ex terra armena, dictamni cretici, myrrhæ, pimpinellæ, verbenæ, zedoariæ, carlinæ, bistortæ, tormētillæ, momordicæ, angelicæ, gērianę, cardui benedicti singulorū drachma, terræ lemniæ vncijs duab. seminū citri, seminū cardui benedicti, napi

a Auic. li. 4 f. 1 tract. 4. c. 4.
b Auic. ibi
c Hip. 1. aph. 2. & 25
d Hippo. 1. aph. 20.
e Hipp. 4. aph. 15.
f Ga. li. 11. meth. c. 10.
g Aduersus prauitatē putredinis & totius substantiæ repugnantiā med.
h Ga. 5. simplic. c. 18.
i Matthiolus li. 6 c. 1.
k Gal. li. 9. simp. ca. de terra samia
l Matthiolus li. 6. c. 1.

sylueſtris ſingulorum vncia, quę oĩa in tenuiſſimum puluerem conterantur, atque interim per horas vigintiquatuor probatiſſimæ theriacæ vncia in quatuor electiſſimæ aquæ ardentis vncijs infundatur, ac ſimul vehementer agitentur, & poſtmodum percolentur: cuius liquoris percolati duabus vncijs, ſiue etiam pluribus paulatim inſpergatur puluis iam relatus, & addita ea, quæ ſatis eſt potione ſyrupi ex acido ſucco citri confecti, in mortario electuarium conficiatur, cuius caſtaneæ põdus ſummo mane & in veſperis accipiatur, ſuperbibita aliqua ex aquis, quas paulo ante retulimus. Quibus præſidijs addi poſſunt alia cuncta, quibus ſuperius defendi hominem à prauitate contagionis, atque aeris putris mõnſtrauimus, ijſdem enim reſtituitur ac defenditur bona valetudo, & quæ ſequentia ſanant, teſte Hippocrate, [a] antecedentia prohibent. Symptomata interdum adeo moleſta & grauia ſunt, vt non permittant expectari, [b] dum morbus tollatur aut cauſa, ſed interim leniri debeant, veluti animæ defectio per odores vini, [c] deſtillati pulli, aquæ carnis, ſiue etiam elixiris potionem, & alia cuncta, quæ vires reficiunt. Vigilia per ea, quæ ſomnum faciunt, ſitis per refrigerantia ac madefacientia, cibi faſtidium per ea, quæ os ventriculi confirmant, vt per mala punica aut medica, ſiue etiam per vinum ex punicis acidis extractum. Puſtulę & tumores glandularum ſequuntur hanc febrem veluti ſymptomata, debent autem curari, quemadmodum ſi abſque febre peſtilente orirentur: tantum vitanda ſunt repellentia, ne quod prauum eſt, ad nobiliores partes reprimatur, quin potius ad externas omni conatu vitioſa materia attrahenda eſt, etiam affixis vbi opus fuerit cucurbitulis, & ſiue ſcalpello cutis præcidenda eſt, ſiue cauſtico aliquo medicamento abrumpenda, vt quanto citius fieri poteſt, virulentæ materiæ exitus pateſiat, quod ſi tumores & proprie inflammationes adeo increſcant, vt in gangrænam vertantur pars [d] corrupta, ne proximam corrumpat, præcidenda eſt, & locus adurendus, quod & in Attica peſtilentia obſeruatum fuiſſe, teſtatur Lucretius, [e] cum inquit:

[a Hipp. 3. 6. epid. 40. — b Gal. li. 13 meth. c. 1. — c Gale. 1. ad Glau. c. 14. — d Hippo. 4. de articu. a text. 34. ad 87. — e Lucr. li. 6.] E F

„ *Et grauiter partim metuentes limina lethi*
„ *Viuebant, ferro priuati parte virili*
„ *Et manibus ſine nonnulli, pedibuſque manebant.*

Sed ſatis de curatione febris proprie peſtilentis, pergamus ad eas, quæ non ſunt proprie tales.

De febribus non vere peſtilentibus. *Cap. VI.*



Xpoſitis febribus proprie peſtilentibus, illę nunc ſequuntur, quæ non ſunt proprie tales, vtpote quibus deſit aliquid ex ijs, quæ concurrere ad efficiendam peſtilentem febrem monſtrauimus, cum aut non ita ſint communes, aut non ita lædant cõtage proximos, aut non ita ſint prauæ, huiuſmodi ſunt febres illæ, quas Græci nominant [f] λοιμώδεις, hæ enim, quamuis prauæ ſint, minus tamen perniciosæ apparet; non ſunt communes, neque contagione lædunt, ſicuti vere peſtilentes; tum illæ, in quibus maculæ quædam apparent rubræ ad imaginem lentis, quæ non æque prauæ ſunt, non æque communes, non æque contagione contaminant ſanos, veluti vere peſtilentes. Poſtremo illæ, quibus accedunt morbilli & variolæ, quæ non æque prauæ ſunt, non æque communes, ſed magis contagione quoſdam offendunt. Has igitur omnes nunc perſequi oportet, ſumpto initio ab illis, quæ prauæ ſunt, non tamen communes, aut tales, vt contagione proximos offendant. Sunt igitur vt ex alijs morbis, ita etiam ex febribus quædam prauæ, quædam mites, quæ prauæ ſunt, magna ex parte, non tamen neceſſario, perniciosæ ſunt: conſiſtit prauitas febris non in magnitudine caloris, ſed magis in grauitate ſymptomatum, quæ longe maiora ſunt, quam proportione caloris expectanda eſſe videantur. Quod ſi tantum prauæ ſint, non communes, non contaminantes contactu, λοιμώδεις vt diximus, Græce nominantur. Continentur autem calore acri & fumoſo communiter, vt cæteræ febres humorum putredinem ſequentes: ſed proprie acrimonia intus ſentitur, [g] nam foris calor apparet mitis, præſertim primo contactu, internæ igitur partes vruntur, externæ aut tepidæ ſunt, aut etiam frigidæ, quemadmodum manus & pedes. Circuitus varij eſſe poſſunt, prout varius eſt humor putreſcens, à quo eiuſmodi febris oritur; ſed quicunque ille ſit, hæc omnino [h] aſſidua eſt, neque enim poteſt intermittere febris illa, cum qua totum tempus copulatur extremarum partium frigus. Cauſa proxima prauæ febris eſt prauus humor, qui putreſcit; eſt autem prauus, vel ob manifeſtam qualitatem, vel ob latentem, & repugnantiam totius ſubſtantiæ. Ob manifeſtam qualitatem praua eſt atra bilis cum vritur, quamobrem vt tumores, [i] vlcera, atque alios morbos, ita etiã febres prauas efficit. Ob latentem quiuis humor ita corrumpi poteſt, vt tota ſubſtantia pugnet cum natura noſtra, contrahunt enim aliquando in nobis humores vim veneni, [k] atque horum putredo maxima ex parte efficit febres prauas. Verum focus putredinis neceſſario eſt in [l] viſcerib. vel vaſis magnis, à quibus valde cor afficitur; nõ tamen neceſſario in corde, vt in febre vere peſtilenti. Aliæ cauſæ ſunt illæ, à quib. hæc proxima oritur, veluti victus prauus, & immoderata viſcerum temperatio, neq. n. poteſt eiuſmodi febris, cum non ſit communis, referri ad putredinem aeris, qui communis eſt. Accedit obſtructio vel adſtrictio, prohibens perſpiratum,

[f Galen. 4. aph. cõ 48. & l. de inæquali intēp. c. 7. — g Galen. 4. aph. cõ. 48. — h Hippo. & Gal. 4. aph. com. 48. — i Hippo. & Gal. 4. aph. com. 24. — k Gal. 3. de loc. aff. c. 7. — l Galen. 7. aph. com. 1.] G H

ratum,& putredinem efficiens. Symptomata, quæ huic febri superueniunt, multa & grauia A sunt,vt ex actionibus læsis delirium,diuturna vigilia, aut somnus grauis, animæ defectio,sitis, cibi fastidium. Ex effectibus & qualitatibus corporis assiduum frigus ª partium extremarum, nihil tamen in cute mutatum apparet. Ex his quæ præter naturam detrudũtur, alui profluuiũ, sanguis ex naribus paulum & sæpius exiens. Hæc,quæ præter naturam attenduntur in febrib. prauis,recognoscere oportet in homine ægrotante. Recognoscitur febris partim sensu,partim mente,tangitur enim calor acris,fumosus,feruens in partibus internis,ᵇ in externis vero lenis, præsertim primo contactu,nam quo diutius tractatur,eo acrior apparet,idem assidue sentitur At potest etiam conijci ex causa proxima,vt ex humore,qualitate, siue manifesta,siue latente prauo;non tamen ex communiter vagantibus, fingimus enim propriam febrem & non communem;sed ex ijs,quæ prosunt aut obsunt,prosunt enim proprie ea,quæ tota substantia prauitati medentur,valde obsunt ea,quæ putredinem augendo prauitatem simul angent. Postremo ex effectis,vt ex actionibus læsis, quas paulo ante commemorauimus, sed potissimum ex assiduo frigore partium extremarum,ex alui profluuio,ex vrina,quæ aut turbida est,aut tenuis alba & aquosa,aut etiam nigra. Causa proxima,vt putredo atræ bilis vstæ, vel cuiuscunque humoris corrupti, & tota substantia pugnantis cum materia nostra, deprehenditur ex causa,a qua gignitur hic humor,vt ex victu prauo; & ob quam putrescit, vt ex adstrictione vel obstru B ctione,deprehenditur etiam ex his,quæ prosunt eiusmodi humorem educendo, aut obsunt eũdem augendo. Postremo ex effectis,potissimum ex colore,& eorum,quæ detruduntur,& ipsius cutis. Symptomata siue sint actiones læsæ,siue affectus & qualitates corporis præter naturam, siue referantur ad ea, quæ expelluntur ac retinentur, a naturali statu mutata,omnia sub sensum cadunt. Ex futuris euentus ᶜ periculosus est, minus tamen in hac febre quam in vere pestilenti,cum putredinis focus non necessario sit in corde,prædicemus interitum,vbi symptomata adeo ᵈ grauia erunt,vt naturam penitus occupent,vel labefactent. Si vites validiores ᵉ sint, & reniti videantur,licebit salutem polliceri. Tempus breue est, neque enim potest homo tam graui febre diutius occupari,plerunque tamen minus breue, quam in febre vere pestilẽti. Via eadem est,& curationis & interitus in hac atque in illa,minus tamen in hac transfertur materia ad cutem. Consilium curantis similiter dirigi debet ad vires, ad febrem,ad putredinem,ad prauitatẽ ad adstrictionẽ, ad obstructionem,ad symptomata; opus enim est vires similiter cõseruare,febrem refrigerare ac madefacere,putredinem educere, obstructionis causas tollere, adstrictionem relaxare,prauitati occurrere his, quæ tota substantia illam corrigant,symptomata lenire. Ex quibus operibus magis spectandum est ad illud,quod magis requiritur. Instrumenta,quibus singula perficiuntur, ea ipsa sunt,quæ narrauimus in febre vere pestilenti,illud C tamen scire conuenit, quod tutius licet in hac febre quam in illa, & catharticum dare,& sanguinem mittere,cum humores non transferantur ad cutem,neque pustulas efficere soleant;cætera eadem aptantur.

a Hipp. & Gal 4.aph. com. 48.& li.7.aph.1.
b Hipp & Ga.lo. dic.
c Hippo & Gal 4.aph. 48. & li.7. aph. 1.
d Gal.li.de const. artis c.18.
e Ga. ibid. & lib. 4.de presag. puls. c. 11.

De febribus,quibus superueniunt maculæ quædam cutis,veluti lentes.
Cap. VII.

EX minus proprie.pestilentib. sunt etiam illæ febres, in quibus cutis totius corporis, sed potissimum dorsi & thoracis distinguitur compluribus maculis rubris, quæ lentis figuram repræsentant, similes autem sunt illis, quæ ex morsu pulicum oriuntur, appellantur ἐξανθήματα ab Hippocr.ᶠ primo libro de morbis vulgaribus, quæ parua esse ait,non digna expulsione morborum & celeriter rursus euanescere; superueniunt fere inter quartum & septimum diem, neque enim a principio se ostendunt; quamuis autem febres, quibus illæ accidunt,prauæ sint & communes, contaminentque contagione eos,qui proximi sunt,quemadmodum febres proprie pestilentes,minus tamen perniciosæ sunt, cum pauciores D interimant; minus communes, cum non tam multos prehendant,minus contagione proximos contaminant,cum solo contactu duntaxat eos afficiant, atque idcirco minus proprie pestilentes a nobis dicuntur. Calor,quo continentur,similiter internis partibus feruet,in externis mitior sentitur,præsertim cum statim tangitur,nam diutius tangenti acrior apparet. Circuitus varij esse possunt pro varietate humorum,a quib. nascuntur,ut plurimum autem typum seruãt duplicis tertianæ nothæ,sed quicunque sint,hæ febres nunquam intermittunt. Proxima causa earum est putredo cuiusuis humoris,sed potissimũ flauæ bilis & pituitæ,cui putredini prauitas quædã accedit tota substãtia naturæ nostræ inimica,atq. hæc causa est,cur hæ febres in prauis ac perniciosis numerentur,sunt aũt communes,quod causa,quæ eiusmodi putredinem efficit, communis sit,vitiũ videlicet aeris valde calidi, aut etiã putris,& contagio eorum, qui huiusmodi febre laborant, quæ tantum in corporibus ᵍ obstructis vel adstrictis, & quæ prauis succis redundant, vim suam ostendunt. In cute autem superueniunt maculæ illæ rubræ ob cruditatem succorum, quos si quando natura tentat expellere, nihil proficit, sed superatur, ita ut sæpe ʰ euanescant, aut quia prauæ sunt, illis accedant ⁱ abscessus. Symptomata,

f Hip. 2. 1. epid.38.
g Ga.li 1 d temp.c.4.
h Hip.2.1. epid 38.
i Hipp.ibi.

quæ has febres sequuntur, minus grauia sunt, quam quæ vere pestilentes; accidit autem lassitudo totius corporis, inquietudo, grauitas capitis, delirium, hebescunt sensus, deest appetentia cibi, & interdum etiam potionis, lingua sordida redditur, oculi rubri, præter maculas illas totius corporis, quæ postea superueniunt, vrina primo alba est & aquosa, mox rubra aut etiam turbida, deiectio corrupta ac fœtida. In homine febricitante febris recognoscitur sensu, tactu nim percipitur calor fumosus feruēs in partibus internis, minus acris in externis assiduus, aut inuestigari etiam potest coniectura, ducta a causa proxima, vt a prauitate putredinis, a communiter vagantibus, quæ tales sunt, ab his quæ iuuant tota substantia prauitati occurrentia, vel valde nocent putredinem augendo, ab effectis, vt a symptomatibus, quæ proxime commemorauimus sub quouis trium generum, quibus adde pulsum rarum atq. humilem: sed cum iam apparent eiusmodi maculæ, notæ sunt hæ febres etiam vulgo: priusquam appareant, arte conijciuntur a medico hæ febres ex signis enarratis, ex quibus licet etiam prædicere, expectandas esse eas maculas paulo celerius vel tardius, prout & ipsa febris celeriter aut tarde mouetur. Proxima causa, prauitas videlicet putredinis, cum sensum lateat, colligenda est ex causis, a quibus oritur, vt ex vitio aeris & corporis illius, quod ægrotat; tum ex his, quæ vel iuuant eam educendo ac corrigendo, vel nocent augendo: postremo ex effectis, & proprie ex febre, quam descripsimus, demonstrat enim tanquam effectum propriam causam eiusmodi putredinem. Symptomata, quæ retulimus, ad quodcunq; genus referantur, omnia sensui manifesta sunt. Ex futuris euentus periculosus est, minus tamen in hac febre, quam in vere pestilenti, tūc autem maxime timendus interitus est, [a] cum nihil leuatur æger, vbi maculæ illæ superueniunt, præsertim si liuidæ aut nigræ fiant, aut etiam euanescant. At, si ex ea transmissione materiæ homoleuior fiat, speranda salus est, diligenter autem æstimare [b] robur morbi, & naturæ oportet, & inde futurum euentum conijcere. E F

a Ga. li. 2. 1. ep. com. 38 & Hippoc. tex. 40.

b Ga. de cō sti. ar. c. 18.

c Hipp. 2. 4 ep. 41. & 42

Tempus, quo [c] expectari debet, breue est, non ita tamen, vt in vere pestilenti, cum aliquando vltra decimum quartum diem trahatur. Via [c] salutis est, quod natura vel expellat, & potissimum per vrinam, vel ad cutem transferat humores putres in satis insigni quantitate. Via interitus est, quod praua illa putredo cor iam occupet, siue etiam delata vitiosa materia ad caput phrenesim, aut etiam lethargum affetat, & ita grauiter laborantibus præcipuis visceribus vires deficiant. Ratio [d] curandi eadem fere est atque illa, quam posuimus in febre vere pestilenti: cum similiter tueri vires oporteat cibo & potione, occurrere febri refrigerantibus & madefacientibus, putredinem educere, obstruentem materiam exinanire, incidere atq; extenuare, quod adstrictum est relaxare, prauitatem curare his, quæ tota substantia illi medentur, vt oleis atque antidotis tam simplicibus quam compositis, superius relatis, in curanda febre vere pestilenti, ac præcipue aqua illa, quæ apud pharmacopolas ex iuniorum institutione parata seruatur, quam ad depellendas petechias vulgo appellant (ita enim eiusmodi maculas Italis placuit nuncupare) cuius exigua admodum portio exhibetur per horam ante accessionem, admixta tamen longe maiori quantitate aquæ oxalidis, seu sonchi: vt immoderatus illius aquæ calor aliquantisper remittatur, quod tamen medicamentum non nisi facta sanguinis [e] missione, cæterisque vniuersalioribus adhibitis præsidijs exhibendum est, ne ex illius calore febrilis calor vehementer exacerbaretur. Symptomata postremo eadem ratione, ac in vere pestilentibus ostendimus, lenire oportet, proptie tamen hic animaduertentes, cum apparent maculæ illæ rubræ, an redundet adhuc materia in partibus internis, id quod intelliges ex vrina & deiectione, adhuc præter naturam perseuerante: tunc enim aut secare venam, aut applicare hirudines venis ani, aut date catharticum necesse est, nulla habita ratione prauæ illius transmissionis ad cutem. Alioquin ab huiusmodi præsidijs abstinēdum est, & ad id potissimum spectandum, vt per frictiones, atque etiam cucurbitulas quamplures cum incisione cutis admotas, eiusmodi naturæ impetus, & ad cutem trāsmissio validior fiat. Proprie autem postmodum in remouendis illis maculis obseruandum est (nisi recesserint) vt ante vniuersum corpus exinanitur, deinde excutiantur illæ. Quo spectant fomenta & olea calida digerentia, quæ siptius dētur, quam totum corpus fuerit exinanitum, periculum est, ne dum humores ad cutem trahuntur obstructio augeatur. G H

d Curatio.

e Sanguinis missio conuenit in febr. istis pestilentibus apparentibus papulis seu maculis vulgo petechie ex Nicolai Massę Veneti sententia li. de venæ sectione, pag. 17.

De febribus, quibus Morbilli & Variolæ superueniunt.
Cap. VIII.



Vpersunt ex febribus minus proprie pestilentibus illæ, quib. variolæ & morbilli superueniunt, ambo autem sunt pustulæ, variolæ quidem rubræ, quæ cum incipiunt, parum extra cutem excedunt, sed processu temporis magis augentur atque prominent, neque retinent ruborem, sed aut albæ fiunt, aut etiam liuidæ vel nigræ: morbilli vero ex rubro magis flaui sunt, ita vt referant paruula erysipelata, quemadmodum variolæ paruulas inflammationes, vt ait minus prominent erysipelata, quā inflammationes, ita f minus morbilli, quam variolæ, sed de vtrisque vberius agemus, cum tumores præter naturam & pu-

f Auic. li. 4. f. 1. tract. 4. c. 8.

A & pustulas persequemur. Nūc satis sit exposuisse, qnid variolarum & morbillorū nomine signi
ficetnr. Febres, quibus eiusmodi pustulæ snperueniūt, in pestilentibus numerantur, quod gra-
ues sint, quod communes, quod contagione proximos contaminent, non tamen proprie di-
ci possunt pestilentes: cum, licet graues sint, paucos ægrotantes absumant, licet communes,
cum multos eodem tempore affligent, licet contagione noceant, paucos offendant, & eos dū-
taxat, qui maxime expositi sunt eiusmodi morbo, vt paulo post in referendis causis expone-
mus. Merito igitur habentur in minus proprie pestilentibus, continentur autē calore vehemē-
ti, qui quamuis acris sit, & in externis partibus, & in internis, magis tamen sentitur in his, quā
in illis, est præterea assiduus sine vlla intermissione. Accessiones tertianæ sunt, quanquam illæ
febres, quas sequuntur variolæ, cum fiant a sanguine putri, synochæ sint: quia tamen putre-
scens sanguis processu temporis vertitur [a] in bilem, biliosæ fiūt, & tertio quoque die reuertū a Ga. li. 2. de diff. feb. ca. 9.
tur, calorem tamen multum potius qnam acrem præseferunt. Contra illæ, in quibus apparent
morbili, cum proficiscantur [b] a flaua bile putri, magis ardentes sunt, & acriorem calorem præ b Auic. li 4 f. 1. trac. 4. c. 8.
se ferunt, summum enim feruorem sentiunt febricitantes. Exposita iam est proxima causa pro
positarum febrium, cum sit aut sanguis veluti in variolis, aut flaua bilis, velut in morbilis pu-
trescens. Causa cur putrescat, videtur vt in aliis febribus a putredine ortis, prohibitus perspi
B ratus propter cauorum obstructionem vel adstrictionem: sed quia hæc nimis communia sunt,
inuenienda est proxima causa, quamobrem eiusmodi febres ita vehementes sint, ita commu-
nes, ita contagione quosdam afficiant, ita deniq; processu temporis variolas vel morbillos af-
ferant.

Existimant Arabes medici, qui [d] primi has febres tractarunt, cum ex sanguine menstruo c Aui. l 4. F. 1 tract. 4. c. 4.
procreamur, partem aliqnam ipsius tenuem ac biliosam esse, aliquam vero crassam, & veluti
fæcem, atque has retineri in nobis, dum processu temporis ferueant atque expellantur, vt spu-
ma ex vino cum ebullit, volunt autem cum feruet pars crassior, accendi febrem synochæ simi-
lem, & superuenire variolas, cum tennior excitari veluti ardentem, & oriri morbillos: feruet d Auic. ibi.
autem vel tenuis sanguis solus, & fiunt morbilli, vel crassior [d] duntaxat, & fiunt variolæ. Causa
cur ferueat, calor est, partim externus aeris circumfusi, partim internus calidæ expirationis re
tentæ, vnde simul fit feruor & putredo, ob eiusmodi feruorem fit vtraque febris vehemens, vt
docuimus, ob eundem cogitur natura non multo post principium expellere feruentem mate-
riam ad cutem, ad quam, quod ferueat, & nullo pacto concreta sit, facile transfertur, ibique si
crassior sit, excitat variolas, si tenuior morbillos: sed cum ab eadem exhalent vapores putres
C glutinosi, cōtagione proximos contaminant, & ita etiam cōmunes fiunt pluribus eiusmodi fe
bres, non tamen prehendunt vere multos, vt vere pestilentes, sed illos duntaxat, in quibus ap-
posita materia, siue tenuis, siue crassa fuerit: hi enim duntaxat obnoxii sunt propositis febri-
bus, & in his duntaxat accenduntur, siue ob æstum, siue ob calidam expirationē retentam, siue
ob contagionem. Illi, qui semel experti sunt has febres, fere nunquam amplius in eas incidūt,
maxime autem his laborant infantes & pueri, paucique admodum sunt, quos hæ febres ante
iuuentutem non attigerint, aut certe ante senectutem; nonnulli tamen qui eas ante euaserant,
iam senes in ipsas inciderunt. Symptomata, quæ has febres sequuntur præter variolas & mor e Auic. li. 4. f. 1. tract. 4. c. 7.
billos, de quibus diximus, sunt [e] dolor dorsi, pruritus narium, pulsus temporum, sensus pungen
tiū, in gutture & thorace anxietas, iactatio totius corporis, distētio quædam membrorū, qualē
in oscitantibus cernimus, difficultas anhelitus, raucedo, morositas, rubor faciei & oculorum,
fluxus lachrymarum præter voluntatem, deiectio liquida. Ex præsentibus febres in ægrotan-
te recognoscuntur, partim sensu, partim mente, cadit sub sensum calor, qualem descripsimus,
non solum acris & fumosus, sed etiam feruens in partibus etiam externis, sed multo magis in
internis continuus, qui cōtagione proximos afficit, modo expositi sint eiusmodi morbo, adeo
vt efficiatur communis pluribus. Mente vero colliguntur eædem febres ex causis, vt ex conta
D gione eorum, qui simili febre laborant, tum ex aere valde calido & humido in corpore quod
non amplius laborauerit eiusmodi morbo; plurimnm autem valet coniectura, sumpta a com- f Auic. li. 4. f 1. tract. 4. c. 6.
muniter vagantibus, nam si in aliis vagentur eiusmodi febres, indicant eum quoque, quem cu
ramus, simili laborare, præsertim si puer [f] sit: plerunque enim in pueritia excitantur eiusmodi
feruores. At indicantur eædem ab his, quæ iuuant vel nocent, ubi videlicet prosint refrigerā-
tia intus sumpta, obsint extrinsecus imposita, contra uero quæ calefaciunt, noceant, ubi sumā-
tur, iuuent, ubi adhibeantur ad partes externas. Maximam tamen fidem faciunt earūdem ef-
fecta, ueluti ex actionibus læsis grauitas [g] capitis, sensus pulsantium in temporibus, timor in g Auic li. 4. f. 1. tract. 4. c. 7.
somno, prurigo nariū, sensus pungentiū in vniuerso corpore, dolor in dorso, thorace, ac guttu-
re, tremor pedum, raucedo, difficultas spirādi, tussis, anxietas, magnitudo pulsus, iactatio cor-
poris, oscitatio, distentio membrorum, morositas. Ex his, quæ detruduntur vrina turbida & ru
bra, sputum crassius, exitus lachrymarum præter voluntatem, deiectio liquida, difficultas inte
stinorum. Postremo ex affectibus corporis splendor oculorum, rubor faciei ac totius cor-
poris, pustulæ tales, quales finximus variolas & morbillos, non solum in cute totius corporis,
sed in naribus, in ore, in faucibus, quæ vbi iam apparent, cognoscuntur hæ febres etiam
vulgo: medici munus est magis ex febre aduentum eiusmodi pustularum prædicere, quam ex
ipsis

ipsis febrem dignoscere. At non satis est communiter has febres nouisse, sed debet vna ab alte- E
ra discerni, illa videlicet quam sequuntur variolæ ab ea, quam morbilli. Dijudicabis autem in-
ter vtramque si primo ad calorem respicias, qui in ea, quam sequuntur variolæ, plurimus est &
parum acris, in ea, quam morbilli, acrior, & non ita multus, cum hæc febris sit similis ardenti, il-
la vero synochæ: deinde ex causa, vt ex contagione illius, qui hac vel illa laborat, & simul ex
corpore ipso ægrotantis, quod si vnam expertus fuerit, alteram expectabis: tum ex his, quæ pro
sunt aut obsunt, nam ei, cui superueniunt morbilli, refrigerantia interna magis prosunt, & ex-
a Auic. lib. terna magis nocent, quam ei cui variolæ. Deniq; ex effectis, & potissimum ex [a] pustulis ipsis,
4. f. 1. tract. quæ in cute variæ se ostendunt, & quales vtrasque declarauimus: comparauimus enim vario-
4. c. 8. las paruis inflammationibus, morbillos paruis erysipelis, diximus etiam cum incipiunt appa-
b Aui. ibid. rere, morbillos statim [b] ex cute exire, sed variolas paulatim. At licet prius etiam, quam appa-
cap. 6. reant, ex alijs symptomatibus diiudicare inter vtramque, nam vbi expectantur variolæ, fluũt
c Aui ibid. lachrymæ præter voluntatem, dolet dorsum vehementer, quod vena caua distendatur [c] a mul
cap. 8. titudine sanguinis, quod non euenit, vbi superuenturi sunt morbilli. Causa proxima harum fe-
brium, putredo videlicet cum feruore, quia sensum latet, mente colligenda est, & primo ex cau
sa, vt si in homine nondum ebullierit eiusmodi spuma ac fæx sanguinis menstrui, si fuerit con-
tagio aliorum, in quibus sit eiusmodi feruor, tum ex his, quæ prosunt, quatenus eiusmodi mate- F
riam vel educunt, vel refrigerant, aut nocent eiusdem calorem augendo, & tandem ex effectis
& proprie ex febribus, quas descripsimus, quæ prout magis, vel ardentis, vel synochæ similes
erunt, ita magis hunc vel illum humorem monstrabunt, vt flauam bilem vel sanguinem, quēm
discernes, etiam ex eo quod in homine alter ebullierit, illius enim feruor expectandus est, qui
d Aui. locis nondum ferbuit. Symptomata [d] quæ has febres sequuntur, cuiuscunq; generis sint, sub sensum
citatis. cadunt, ita vt non opus sit signis, a quibus indicentur. Ex futuris euentus maxima ex parte salu
bris est, paucos enim absumunt hæ febres, nonnullos tamen & ob virium imbecillitatem, & ob
cutem duriorem, quæ non excipit materiam ab internis partibus trãsmissam, maxime vero ob
multitudinem & prauitatem ipsius: nam vbi vires validæ sint, cutis mollis qualis est in pueris,
materia non nimis multa neque praua, sanantur febres cum transfertur ad cutem. Optimum
e Auic. ibi. est, si pustulæ [e] rubræ aut albæ sint & simplices; celeriterq; egrediantur, & grandiores sint, ma
cap 6. lum si virides, liuidæ aut nigræ si duplices, ita vt paruæ magnis supernascatur si vix egredi pos-
f Auic. ibi. sint, si egressæ statim euanescant; sed deterrimũ si cum his reddatur vrina [f] nigra, sequatur ani
mæ defectio, valde lædatur vox & anhelitus, indicant enim hæc interitum futurum. Tempus
vtriusq; euentus omnino breue est, nam intra decimum quartum diem necesse est salutem se-
qui aut interitum, sed celerius aut tardius intra hoc tempus, pro maiori vel minori robore na- G
turæ & morbi. Via, qua sequitur salus, est, cum ex toto noxius ac feruens humor transfertur ad
cutem. Via interitus cum idem reuertitur ad viscera & partes præcipuas, ita vt grauitate sym-
ptomatum & magnitudine febris hominem conficiat. Spectare autem in curatione oportet ad
illa eadem, ad quæ spectandum esse demonstrauimus, in cæteris febribus ab humorum putredi
ne ortis; quandoquidem tueri vires oportet alimento, occurrere febri per refrigerantia & ma-
defacientia, materiam putrem vel cõcoquere vel educere, extrahere humores multos, extenua
re crassos, incidere glutinosos obstructionem efficientes, relaxare quæ adstricta sunt. Sed præ-
ter hæc necesse est dirigere consilium ad ea, quæ propria sunt harum febrium, & videre quid
proprium in curatione postulent. Diximus in his febribus non solum putrescere, sed etiam fer
uere humores, a quibus oriuntur: eosdem ad cutem detrudi, & pustulas illas excitare, quam-
obrem habenda est ratio feruoris, transmissionis ad cutem, & pustularum. Feruor coerceri de-
bet, vt qui nimis molestus sit, & vna cum corde vniuersum corpus offendat. Transmissio mate-
riæ ad cutem cum sit opus naturæ, nullo modo impediri debet; sed vbi imperfecta sit, arte au-
g Auic. lib. geri. Pustulæ [g] sua requirunt remedia, & priusquam maturescant, & postquam maturuerint, at
4. f. 1. tract. que apertæ sunt, & vlceratæ. Sed simul etiam habenda est ratio illarum partium, in quibus hæ
4. c. 10. resident: huiusmodi sunt opera, quæ proprie desiderantur a propositis febrib. Remittitur fer-
uor, si bulliens humor refrigeretur, & crassior reddatur, quæ crassiora sunt, minus facile vim fer H
uefacientem concipiunt, quam quæ tenuiora, minus igitur ebullient humores, si crassiores red-
dantur, sed multo minus, si refrigerentur, deferuet enim aqua, cũ in lebete bullit, si frigida adij
ciatur, transmissio ad cutem non impeditur, cum cutis neq; refrigeratur, neq; adstringitur: euo
catur vero humor ad cutẽ per ea, quæ calefaciunt & relaxant. Plurimũ ẽt conferunt, quæ intus
dantur extenuantia, incidentia, ac relaxantia, nam sic bulliẽs materia facilius expellitur ab in
ternis partibus ad externas. Pustulę, prout vario modo sunt affectę, ita varia postulant auxilia,
si nimis distendantur, & doleant scalpello exasperãda cutis est, si crudæ sint fomentis ad matu
h Auic. ibi. ritatẽ [h] perduci debent, vbi maturuerint, aperiendæ ac [i] detergendæ sunt, deinde vlcera siccã
i Aui. ibid. tibus sine morsu sanãda, & vbi nobiliores aliquæ partes afficiãtur, vt oculi, os, fauces, intestina,
adstringentib. confirmandę sunt, vt defendãtur ab eiusmodi noxa. Pugnãt aliqua ex propositis
operibus, & inter se, & cũ his, quæ cõiter desiderantur in curatione illarũ febrium, quæ consi-
stunt in humoribus putribus, refrigerantia enim, quæ desiderãtur a feruore & a febre, & edu-
ctioni & euacuationi ad partes externas aduersãt: ea quæ crassos reddũt humores, obstructio-

A nem faciunt, & transmissionem ad cutem impediunt, eductio humoris putris aut obstruentis impedit naturæ motum, & non sinit superantem humorem ferri ad cutem. Quæ cum ita se habeant, ea opera subinde efficienda sunt, quæ magis requirantur & minus noceant, eo etiam modo efficienda sunt, quominus reliqua impediant, sed cum alio tempore alio pacto affectum sit corpus, alia etiam opera magis desiderantur, & minorem noxam afferunt. Principio cum materia multa est, & nondum transfertur [a] ad cutem, exinaniri debet, neque enim impedietur tunc naturæ motus, qui nondum incepit. Cum iam plurimũ feruet materia, coercendus est feruor ijs, quæ vt diximus, crassum reddunt ac refrigerant humorem, quod si fiat, antequam pustulæ appareant in cute, non erit periculum, ne auertatur natura a suo opere, refrigerantia autem intus sumi debent, nam quouis tempore præstat, cutem calidam [b] conseruare, nisi ob feruorem videatur sibi homo strangulari. Tunc autem euocanda materia ad cutem est, cum iam transmitti cœpit a natura, quo tempore non nocent aut calefacientia externa, aut extenuãtia, & relaxantia intus data, cum iam remittatur feruor: licet igitur proposita opera omnia efficere, sed vnumquodque suo tempore. Instrumenta restant ad vnumquodque efficiendum necessaria. Redditur crassior humor, qui ebullit cibis crassioribus, vt lẽtibus, palmulis, [c] ziziphis, præterea tragacantho, gummi. Refrigeratur fructibus acerbis aut acidis, vt piris, malis cotoneis, medicis, punicis, moris, fructibus rubi, cucurbita, cucumere. Euocatur ad partes externas, si re-

B laxetur cutis, & simul calefiat fomentis ex aqua, in qua bullierit chamæmelum, anethum, enula campana, radix althææ, tegaturque corpus vestibus, stragulis. [d] Intus autem dantur extenuantia & incidentia, vt aqua, in qua bullierit apium, anethum, fœniculus, chamæmelum, sentes præcipue in variolis, sicuti ciceres rubri in morbillis, vel aridæ fici, aut vuæ passæ. Huc spectat etiam potio vini tenuis, quod non conuenit, nisi vbi iam ex toto defer buit humor, nam cum feruet, bibenda est aqua, in qua bullierint fructus [e] acerbi, aut frigida aliqua herba, vt lactuca, viola, endiuia. Ad humores educendos a principio vtemur venæ [f] sectione, si per vires & ætatem liceat, alioquin exasperabimus cutem scalpello, & defigemus cucurbitulas, præsertim si redundet sanguis. Vitabimus cathartica validiora, ne nimis calorem augeant, sed soluemus aluum aut cassia fistula, quam vocant, aut syrupo ex pluribus infusionibus rosarum, aut sacchario viola condito, vel melle, quod ex rore concrescit; quo item spectabunt mitiores liquores, qui per clysteres in ipsam infundantur. Symptomata si qua grauiora sunt, quæ expectare non permittant, dum curetur morbus, & causa, leniri debent, quemadmodum in alijs febribus docuimus. Proprie autem pustulæ ad maturitatem perducuntur fomen-

C tis, aperiuntur acu [g] aurea, vbi per se non abrumpantur, deterguntur lana vel gossipio, abluuntur primum muria, deinde aqua, in qua bullierit myrica ac myrthus, resperguntur etiam polẽta, farina [h] oryzæ, milij, fabarum, qua vtiliter etiam culcitra, super qua iacere homo debet, impletur, vlcera, vbi pura sunt, siccantur, valet puluis ex radice [i] arundinis, aristolochiæ, costi, cui additur aliquid croci, postremo datur cerussa, cadmia, ac pompholix, dum vt cicatrix [k] inducatur. Quod si oculi a pustulis atque vlceribus lædantur, abluẽtur aqua, in qua bullierit hordeum, & coriandrum, deinde adhibebitur collyrium, quod accipiat rosam, crocum, & rhoem, siue collyrium album, quod appellant auctore Rasi, quæ collyria lacte præsertim muliebri, aut etiam decocto fœnugræci dissoluantur: a quibus ad collyrium thuris Mesue, vt vlcera & pustulæ melius concoquantur, transire oportet. In nares indemus succum vuæ acerbæ. Ad os & fauces dabimus medicamentum, quod ex moris conficitur, quas etiam partes vtile est succo punicorum acidorum frequenter abluere. Si lædantur [l] intestina, infundemus per clysterem in aluum succum plantaginis, portulacæ, aut aquam, in qua bullierit myrthus, lentiscus, polygonium, plantago, rosæ, balaustia, & alia id genus similia. Hactenus de febribus humorum putredinem sequentibus.

a Auic. ibi.
b Auic. ibi.
c Auic. ibi.
d Auic. ibi.
e Ibidem.
f Ibidem.
g Ibidem.
h Ibidem.
i Ibidem.
k Auic. ibi. cap. 11.
l Auic. ibid.



DE FEBRIBVS,

SIVE DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber Septimus:

QVI EST DE FEBRE HECTICA & Tabe.

Propositum huius libri, & quid sit hectica febris. *Cap. I.*

a Supra l. 1 c. 9. & Gal. l. 1. de differ. feb. c. 1.
b Gal. l. de marcore c. 1.
c Gal. 1. de dif. feb. c. 7
d Gal. 3. de loc. aff. c. 2.
e Gal. 1 de dif. feb. c. 7
f Gal. 1. de diff. feb. c. 9
g Ga. ibid.
h Ibidem.
i Ga. l. de inæquali intemp. c. 5
k Hippo. 2. prog. 60.
l Gal. 1. de dif. feb. c. 9



Vot sunt genera partium, quibus nostra corpora continentur, totidem, vt [a] ante ostẽdimus, sunt prima genera febrium, cum alius insit calor, & idcirco alia febris in alia subiecta materia, vt in spiritibus, in humoribus, in partibus solidis; versantur autem in spiritibus febres diariæ, sicut in humorib. illæ, quæ putredinem sequuntur (vtrasque autem persequuti sumus) in partibus solidis illæ, quas Græci hecticas vocant, atque hæ supersunt in hoc libro exponendæ, quibus tabem, quam Græci [b] μαράσμον nominant, subijciemus, tum quia superuenit hecticis, cũ non statim sanantur, tum quia per se ipsam est ex ijs morbis, quos præstat seorsum vberius tractare, veluti febres, repugnantiam totius substantiæ, tumores præter naturam, motionem articulorum ex suis sedibus, solutionem continui, hæc siquidem non raro accidit, & aut difficulter curatur, aut hominem interimit. G Veniat igitur in medium febris illa, quæ residet in partibus solidis, quem morbum Græci vocant ἑκτικὸς ἀπὸ τῆς ἕξεως, hoc est, ab habitu, qui duo significat, & ipsas partes solidas cordis, quæ opponuntur humoribus ac spiritibus, & stabilem dispositionem, ab vtraque significatione appellatur iure hæc febris hectica, cum & versetur in habitu totius corporis, hoc est, in partibus solidis, & stabilis sit, neque facile submoueatur, partes enim solidæ, vt vix concipiunt alienas qualitates, ita etiam vix amittunt; quod contra vsu venire constat in humoribus ac spiritibus, in quibus accenditur febris non ita stabilis, & quæ a Græcis dicitur κατὰ σχέσιν, potius quam καθ' ἕξιν. Vocant [d] enim καθ' ἕξιν qualitatem illam, quæ firmiter hæret, siue sit secundum naturam, siue præter naturam, eam quę facile tollitur, dicunt κατὰ σχέσιν. Potissimum igitur nominata est hæc febris hectica, quia stabilis est, non secus quam color in lanis ante tinctis, sed præterea quia versatur, vt diximus, in partibus [e] corporis, hoc est, in habitu totius corporis. Continetur hectica febris calore [f] acri, quo differt a diaria, quæ lenem præ se fert, præterea squallido, quo distat ab ea, quæ versatur in humoribus putribus, cuius calor fumosus, & merito, nam humores cum putrescũt instar lignorum viridium plurimum edunt fumi, contra a partibus solidis cum accenduntur, nihil exhalat fumi, perinde atque a lignis aridis. H Cæterum calor in materia densa acris est, & idcirco talis in hectica sentitur, cum insit in partibus solidis. Copia autem caloris parua est, & longe superatur a qualitate acri, contra, quam in synochis [g] ostendimus, quarum calor plurimus est, sed mitior, quamuis in vtrisque [h] assiduus sit, & vno circuitu contineatur a principio ad finem. Est igitur hecticæ calor continens sine circuitibus, squallidus, acris, sed paruus, & non qualem acutæ febres præ se ferunt; est præterea sine dolore, cum versetur in partibus solidis, non amplius aduentitius, sicuti cum residet in humoribus aut spiritibus cordis, sed veluti naturalis, ita vt minime sẽtiatur, neque molestiam afferat, sed homo iudicet, se non febricitare. Est item æqualis ac sibi similis a principio [i] ad finem, nunquam videtur augeri, nunquam decrescere, cui sententiæ aduersatur vnum, quod Hippoc. [k] in prognosticis interdiu leuiorem esse, noctu crescere eiusmodi febrem testatur, alterum quod distinguitur temporibus, [l] vt aliæ febres, habet enim principiũ, cum humor, quo solidę partes nutriuntur, nondum manifeste absumitur, incrementum, cum iam manifesta est eius consumptio, & absumitur ille, ex quo caro & adeps componuntur; vigorem, cum hic iam tabefactus est, & iam tabefiunt partes vere solidæ, veluti fibræ: quod si detur, diuersa

esse

A esse tempora hecticæ febris, dandum quoque erit, eandem inæqualem esse, & non perpetuo sibi similem, cum incipiat, augeatur, vigeat. Verum non difficile est vtrique rationi respondere; Hippocrates [a] augeri dixit hanc febrem noctu, hoc est, post cœnam & a cibo, quod cum cor humorem ex alimento accipit, quodammodo perfunditur, ita vt ipsius calor ferueat, non secus q̃ calor calcis non extinctę cum perfunditur aqua, statim enim augetur: hanc similitudinem egregie affert Galenus, [b] iniuriaque reprehenditur a nonnullis, [c] qui obijciunt humorem alimenti, non esse contrarium cordi, vt est aqua calci. sed quid tum postea? Neque enim similitudo consistit in ipsa conuenientia, quam habet inter se alimentum & cor, aut in repugnantia, quam habet calx & aqua, sed in humore, qui cum nanciscitur solidam substátiam calidiorem, præbet calori pabulum, & ita ipsum auget, adeo vt maiorem se ostendat, quam ante. Ergo crescit calor hecticæ febris post cœnam, post prandium, ac denique post cibum quacunque [d] hora detur, qđ non vsu venit in febribus occupantibus spiritus aut humores, remittitur enim magis earum calor post cibum & potionem, quam augeatur, augetur autem hectica, propterea quia squallidus est in partibus solidis, quæ vbi perfunduntur humore alimenti, longe maiorem caloré præ se ferunt quam ante, non secus quam candentes lateres, vbi respergantur aliquo humore: augetur autem in febribus hecticis calor vnam vel alteram [e] horam post cibum, nec est, quod mireris, si tam celeriter cor perfunditur humore alimenti, cum maximam [f] vim habeat attrahendi,
B ita vt inopia alimenti postremo ex omnibus partibus attrahat. Coquuntur celerius tenuiores partes alimenti in ventriculo, quam crassiores, quo fit, vt celerius etiam per venas, quæ a ventriculo ad portam iecinoris pertinent, distribuantur, & inde attrahantur a corde. Videmus resici vires in animæ defectione celerrime post [g] vini, aut etiam elixiris potionem, quare non mirum est, si tam cito cor perfundatur humore alimenti, atque incalescat, sed paulo post deferuet & perseuerat calor paruus, acris, quemadmodum ante cibum, semperq; sibi similis est, nisi ab externa causa, vt a cibo augeatur. Neque obstat, quod de principio, incremento, & vigore hecticæ febris dictum est, quandoquidem hæc tempora sunt [h] siccitatis consequentis ipsum calorem, magis quam ipsius caloris, quo continetur, ita vt propria magis sint tabis, quam hecticę cuius calor ita celeriter prehendit partes solidas, & ita etiam celeriter frigidis remedijs tempestiue datis curatur, vt non appareat, neque quando incipit, neque quando remittitur, sed tota ipsa febris sit, veluti vigor æqualis a principio ad finem manens. Sed enim dixerimus, tempora hecticæ febris referri ad siccitatem, quæ ipsam consequitur, quæret quis, num hectica contineatur siccitate, sicuti continetur calore: ita vt definiatur non solum calor, sed etiam siccitas, cum incipiat hectica febris tantum in illis corporibus, quæ non solum [i] calida sunt, sed valde sicca, cumque curetur non minus madefacientibus [k] auxilijs, quam refrigerantibus? Cui re-
C spondebimus, hecticam non necessario [l] contineri siccitate, sicuti continetur calore: sed, si diutius maneat, eiusmodi calorem afferre siccitatem, posse tamen inueniri febrem hecticā adhuc cum humore aut mediocri, aut certe cum non tanta siccitate, vt vitæ munera impediat.

a Hippo. 2. prog. 40.
b Gal. 1. de dif. feb. c. 9 & l. 2 prog. com. 60.
c Auer l. 4. collig. c. 33
d Gal. 1. de dif. feb. c. 9
e Gal. ibid.
f Gal. li. de marcore c. 5.
g Gal. 1. ad Glauc. c. 14 & l. 12 me. cap. 4
h Gal. 1. de dif feb. c. 9
i Gale. 1. de diff. feb. c. 9
k Gale. 10. meth. c. 6
l Gal. 1. de dif. feb. c. 9

De speciebus ac differentijs febris hecticæ. *Cap. II.*

Sed qualis sit calor, quo hectica febris continetur, satis iam expositum est, videamus nunc, ipsane sit vna species, duntaxat indiuidua, an quasi genus plures sub se complectatur: sicut illa, quæ humorum putredinem sequitur, profecto si solida substantia, quæ partes nostras cōstituit, ita multiplex & separata esset, sicut est humor, qui putrescens, febrem accendit: vt multas esse ostēdimus febris species, quæ in hoc versantur, ita nunc multas ostenderemus esse, quæ in substantia solida: diximus [m] enim a sanguine synochā, a flaua bile tertianam, a pituita quotidianam, ab humore melancholico quartanam febrem cū putrescunt excitari: sed substantia solida cum vna sit, & composita vnius speciei duntaxat hecticam efficit; eadem ratio est inflammationis, [n] quæ si accipitur pro ardore, quem per se conci-
D pit substantia solida, & non per aliquem humorem vnius est speciei [o] duntaxat, sed si pro tumore, quem excitauit calidus aliquis humor, multas sub se species complectitur, & totidem, quot sunt calidi humores, a quibus oriuntur. Hectica igitur febris cum resideat in substantia solida, quæ vna est & composita simul, necesse est, sit vnius speciei duntaxat; variæ enim species caloris, vt ante [p] ostensum est, fiunt a diuersa materia subiecta. Quidam tamen ex [q] veteribus medicis statuunt, tres tantum esse species hecticæ febris, mouentur autem triplici substantia, ex qua partes [r] solidæ nostri corporis constant: vna est humor distributus per parua earum foramina, quasi ros quidam inspersus, a quo illæ aluntur, altera est caro & adeps, tertia substantia siccior ac durior, qualis fibrarum est ac membranarum. Totidem igitur volunt esse species febris hecticæ, primam dicūt esse, cum calor occupat huiusmodi humorem inhærentem partibus solidis, secundam cum carnem & adipem, tertiam cum substantiā sicciorem ac duriorem; par enim esse aiunt in diuersa substantia, & tenuiore, & crassiore diuersum febris genus accendi. His tamen auctoribus non subscribimus, cum tres substantiæ partium solidarum non sint inter se separatæ, vt humores, qui in alio homines, aut alio tempore diuersi putte-

m Supra li. 3. cap. 1.
n Gal. 1 ad Glauc. c. 1
o Gal. ibid.
p Supra l. 5 c. 1.
q Auer. l. 7 cap. 15.
r Gal. 1 de dif. feb. c. 9. & l. 7. met. cap. 6.

putrescunt, sed iunctæ simul, ita vt constituant hoc pacto compositę vnamquámque ex solidis partibus, quo fit, cum vna quæuis ex his substantijs accenditur, necesse simul sit, accendi reliquas duas, & ita vnam duntaxat hecticæ speciem excitari. Neque obstat, quod primo accenditur humor ille, veluti ros inspersus, vt qui facillime concipit calorem; deinde caro & adeps; postremo substantia illa siccior & durior; nam celerrime in tota parte composita vna substantia accensa, reliquæ duæ calorem cōcipiunt, ita vt nullum sit tempus, quo medicus discernere possit diuersas hecticæ species, sed semper vna duntaxat appareat: nec est quod obijcias siccitatē, quæ primo refertur ad humorem illum, veluti rorem inspersum, hic enim [a] primo absumitur, deinde ad carnem & adipem, quæ deinceps liquantur, postremo ad duram & siccam substantiam, quæ vltima tabescit, ita vt alio tempore alia appareat siccitatis species. Sed alia est ratio caloris, alia siccitatis, illa celerrime conspicitur in tota parte composita ex triplici substantia, hæc paulatim fit, manet aliquandiu humor ille, antequam siccetur, caro & adeps non statim liquatur, longiori tempore substantia sicca & dura, ita vt merito ponantur tres species siccitatis, quæ diuersæ deprehenduntur in diuersis temporibus, pro triplici illa substantia, quæ absumitur. Si quis autem céseat, species hecticæ febris respondere siccitati, ita vt prima species sit, cum calor primam affert siccitatis speciem, secunda, cum secundam, tertia, cum tertiam decipitur, cum, vt [b] supra docuimus, hectica constituatur à calore, siccitas autem constitutæ superueniat, & compositam efficiat non simplicem hecticam, composita vero non sit species, sed vna ex differentijs, ad quas iam pergimus. F

a Gal. 1. de diff. feb. c. 9 & 7. meth. cap. 6.

b Ab initio capitis, & Gale. 1. de diff. feb. c. 9

Distinguitur hectica, quam vnius speciei duntaxat esse demonstrauimus, pluribus differentijs, inter quas illæ potissimum ad rem pertinent; quod aut simplex est, aut composita; simplex appellatur, cum sine altero affectu præter naturam consistit in eo calore duntaxat, quem descripsimus: composita vero illa, quæ iungitur cum aliquo affectu præter naturam, vt cum siccitate, [c] quæ ipsam necessario consequitur, si diutius manet: cum [d] putredine humorum & febre, quæ ab ipsa oritur, cum inflammatione vel erysipelate, cum putredine in substantia cordis, & febre [e] pestilente. Plerunque igitur iunctam videmus febrem hecticam cum siccitate, cuiuscunque sit speciei, siue absumatur humor ille nutriens, siue liquetur caro & adeps; siue tabescat substantia siccior ac durior; nominatur autem tunc a Græcis hectica non simpliciter, sed μαρασμώδης, [f] quam propter in sequentibus persequemur, cum agemus de tabe, quam Græci vocant [g] μαρασμὸν. Componitur & hectica cum alia febre, cum diaria quidem non discernitur, quamuis, vbi accenduntur partes solidæ, necesse sit spiritus accensos esse, nō tamen discernitur; quod acrimonia caloris solidarum partium obscuret lenitatem, quam ille præ se ferre solet, qui versatur in spiritibus. Longe aliter euenit, vbi iungitur cum hectica febris in humorum putredine consistens, vtraque enim discernitur, [h] hectica quidem cum calore acri, squallido, semper eodem modo perseuerante; sed illa, quæ consistit in humoribus putribus, cum calore similiter acri, sed vaporoso, & qui mutatur pro temporibus accessionis: potest igitur hectica febris copulari cum quauis specie illatum febrium, quæ sequūtur humorum putredinem, siue putredo diffusa sit, siue conclusa, vt in [i] inflammatione & erysipelate, præsertim in visceribus, vt in ventriculo, intestinis, renibus, vtero, pulmone; siquidem & cum his [k] aliquando copulatur, impertitur enim calor præter naturam ab eiusmodi partibus inflammatis substantiæ solidæ cordis, & ita iungitur simul cum inflammatione vel erysipelate hectica febris. Sed cum vagantur pestilentes febres, iungitur hectica tunc sæpius, siue hecticæ calor, quem descripsimus, cum repugnantia totius substantiæ & putredine, quam ex aere contraxit solida substantia cordis: ita vt simul cum hectica tūc [l] sit, & prauitas illa, & putredo. Huiusmodi ergo sunt affectus præter naturam, qui compositam efficiunt febrem illam, quæ residet in partibus solidis, & quam nunc tractamus. Plurimæ vero differentiæ, quas obseruauimus in febribus humorum putredinem sequentibus, cum proficiscantur a causa, hoc est, a materia putrescente, nullo modo pertinent ad hecticam febrem simplicem; ideo omittentur, quemadmodum illæ, quæ a magnitudine sumuntur, neque enim, vt ex illis, quæ resident in humoribus, ita ex hecticis, alię magnæ, aliæ paruæ sunt, aut mediocres, sed omnes sunt pares, & sicut eadem hectica in eodem homine a principio ad finem perpetuo [m] similis est, ita etiam diuersæ, siue in alijs hominibus, siue in eodem alio tempore semper similes sunt & æquales, non maiores aut minores; calor enim acris, quem partes solidæ conceperunt, æqualis est in omnibus; si qua subest differentia magnitudinis & paruitatis, illa spectat ad innatum calorem maiorem vel minorem, & non ad mutationem præter naturam magis vel minus factam.

c Gal. ibid.
d Gal. 1. de dif. fe. c. 10.
e Gal. 3. de præsag. ex puls. c. 3. 4.
f Gal. 1. de diff. feb. c. 9
g Gal. li. de marcore c. 5.
h Gal. li. 1. de diff. feb. c. 10.
i Gal. lib. 1. de diff. feb. ca. 9.
k Ga. ibid.
l Gale. 3. de pręsag. pul. cap. 3. & 4.
m Gale de inæquali in temp. ca. 5. & 7.

E F G H

A

De causis febris hecticæ. *Cap. III.*



Causa hecticæ febris continens assignari nulla potest, cum non amplius fiat, [a] sicut illa, quæ sequitur humorum putredinem, sed iam facta sit: at quod factum est, causam non habet, materia enim accipiente formam cessat motus, & ideo mouens, & causa ipsa. Idem vsu venit & diariæ [b] febri, quæ similiter caret causa cõtinente, vbi enim spiritus calorem præter naturam conceperunt, non calefiunt amplius, ita vt non sit causa continens, à qua foueantur: illa igitur febris duntaxat, quæ in humoribus putribus versatur, cõtinentem [c] habet causam ipsorum putrediné, qua præsente ea febris adest, & qua absente abest: calor igitur qui in humoribus putribus consistens, eam febrem constituit, retinetur à putredine, tanquam a causa continente: quod si habeatur ratio caloris, qui in quauis febre occupare eas partes debet, quarum lædit actiones, & idcirco solidas, pertinent enim ad has tam diaria febris, quam ea, quæ sequitur humorum putredinem, causam habet continentem, in hac quidem humores putres; in illa spiritus accensos, per quos calor versatur in partib. solidis, quibus tunc per se non hæret. Sed omittamus alias, reuertamur ad hecticam, quam statuamus non foueri à causa continente, at non propterea non profecta est à causis, quicquid enim ortum est à B causa ortum est: quamobrem antegressas causas, à quib. profecta est, inuestigare oportet, quę licet nihil faciant ad curationem, morbum [d] tamen ipsum declarant, quem excitarũt, & idcirco hecticam febrem; quæ cum sit calor præter naturam per se inhærens solidis partib. cordis, necesse est causa, à qua oritur, siue externa, siue interna, vim habeat calefaciendi eiusmodi solidam substantiam: sed quia renititur, cum assidue refrigeretur ab aere, quem per respirationem allicimus, requiritur [e] simul & robur effectricis causæ, & habilitas materiæ. Consistit habilitas materiæ (vt ab hac ordiamur) in siccitate [f] corporis, à qua tãquam à cote quadam acuitur calor. Vbi copia sit humoris, siue roris modo inspersi partib. solidis, siue etiam contenti in substãtia earum, & simul carnis atque adipis, defendit partes vere solidas, vt fibras vel membranas, atque alias ex semine procreatas, ab appulsu tam frigoris quam caloris, quo spectare carnis copiam voluit [g] Plato: defendit igitur humor partes solidas corporis à vi caloris, id quod non facit siccitas, facile enim extenuata [h] corpora, & calorem & frigus admittunt, siue ab externis, siue ab internis causis excitetur. In his tantum corporibus videmus incipere hecticas febres, nam in his, quæ humidiora sunt, non incipiunt, sed alijs superueniunt. Ob eandem siccitatẽ euenit, vt diaria [i] febris ex nimia inedia vertatur in hecticam: tum vt hectica febris sequatur C alui profluuium, læuitatem, aut difficultatem intestinorũ: sub his enim inarescit & extenuatur corpus adeo, vt si qua subest febris, ex humorum putredine orta, possit calorem solidis partib. cordis impertire. Causa effectrix interna calor est, putribus humoribus inhærens, qui vel quod vehemens sit, veluti in ardentibus febribus, vel quod diuturnus, veluti cum putredo longam febrem retinet, solidam cordis substantiam calidiorem reddit. Euenit interdum, vt humores putres, qui febrem accendunt, non resideant in venis, sed aliquo loco concludantur, vbi sit putredo, & ipse focus febris, inflammationemque aut erysipelas efficiant, à quibus [k] solida substantia cordis calorem concipit, modó non nimis distent partes inflammatę. Valde autem afficitur cor à ventriculo, à iecinore, à renibus, ab vtero, ab intestino ieiuno, vel colo, tum à septo transuerso, non ita valde à pulmone, quamuis proximus sit, quod ex laxiore substantia constet, & plurimum refrigeretur ab aere externo, qui per respirationem attrahitur: tantam autem [l] vim habent erysipelata & inflammationes viscerum, vt non modo simplicem hecticam; sed eam quoque, quæ cum tabe iungitur, afferre possint. Potest etiam calor diariæ febris hecticam exci- D tare, cum in corpore alioquin sicco & bilioso adhibetur [m] inedia, degenerat enim in hecticã, & concipitur à solida substantia cordis, perinde ac febris [n] ardens, cum non adhibentur externa & interna refrigerantia, vt res postulat. Externæ vero atque euidentes causæ, à quib. calorem augeri, ac fieri febrem in vniuersum monstrauimus, vt labores, animæ perturbationes, [o] vbi vehementiores fuerint in corpore extenuato, non tantum spiritus cordis, sed solidã quoq; eius substantiam calefacere queunt, & afferre hecticam. Illud tamen vertitur in dubiũ, possintne eiusmodi causæ statim hecticam febrem efficere, an necesse sit, antegrediatur diaria? Profecto cum spiritus valde [p] tenues sint, necesse est, longe prius calorem præter naturã concipiãt, quam substantia solida: quod si fiat, semper hecticas febres, quæ non succedant illis, quas excitat humorum putredo, sed videantur ipsæ initio incipere, antecedent diariæ, verum quia hę interdum statim degenerant in hecticam, & minime conspicuæ sunt, idcirco dicimus, tunc hecticas initio incipere, quamuis re vera antecesserint diariæ. Interdum tamen hæ totam diem manent, priusquam degenerent in hecticam, & euidentes sunt, adeo vt tunc non dicantur incipere hecticæ febres, sed sequi diarias. Expositis causis hecticę febris, proximum est, vt eas percurramus, à quibus proficiscuntur differentiæ, quas supra in hectica febre obseruauimus, vt quod vel simplex sit, vel composita, seu cum tabe, seu cum febre orta ab humoribus putribus, seu cũ inflãmatione, aut erysipelate, seu cum [q] putredine in substantia cordis, qualis accidit in febre pestilente. Vtemur autem cõmuniter hac regula, quod eædem causæ, quæ faciunt hecticam, faciunt

a Gal. 8. metho ca. 1. & 11. metho. c. 2.
b Gal. ibid.
c Gal. ibid.
d Gal. 4. metho. c. 3.
e Galen. de cau. morb. c. 1.
f Gale. 1. de diff. feb. 9. & l. 10. metho. c. 5.
g Plato in Timæo.
h Gal. 9. metho. c. 5.
i Galen. 10. meth. ca. 5. & 6.
k Gal. l. 1. de diff. feb. c. 9
l Gal. ibid.
m Gal. 10. meth. c. 6.
n Gale. l. 10. meth. c. 5.
o Gal. 4. de præsa. puls. c. 4. & 1. de diff. feb. c. 9
p Gale. l. 1. de diff. feb. c. 1. & lib. 2 de cris. c. 13
q Gal. 3. de præsagi. ex puls. c. 5.

ciunt hecticæ differentiam, si similem assumant, simplex hectica fit à simplici causa, siue exter- E
na, siue interna, quam retulimus, composita fit ab eadem causa, sed coniuncta cum alia, vt cum
illa, quæ tabem affert, aut humorum putredinem, aut tumorem aliquem præter naturam, aut
etiam putredinem substantiæ cordis, quales vero sint hæ causæ efficientes, vnumquemque ex
his affectibus, qui cum hectica febre copulantur, si exponere aggrederemur, nimis multi esse-
a Sup. lib. 3. c. 2. mus, & vt prouerbio fertur, iam acta ageremus, vel paulo post agenda: egimus [a] enim ante de
b Sup. lib. 6 c. 5. causis illarum febrium, quæ in humorum putredine consistunt, vel etiam pestilentes sunt; vbi
diximus, [b] putrefieri substantiam cordis ab aere putri, qui per os, asperam arteriam & pulmo
nem fertur ad cor. De causis efficientib. tabem, cuiuscunq. speciei illa fuerit, agemus, vbi hecti-
eam febrem simplicem absoluerimus, sicuti de inflammatione & erysipelate, qua de tumorib.
præter naturam in hoc ipso volumine, nunc ergo relictis causis, pergemus ad symptomata.

De symptomatibus febris hecticæ. Cap. IV.

e Gal. 8. metho. c. 1. & 11. metho cap. 2. SEquuntur hecticam febrem multa symptomata, non tamen quot illam, quæ ab hu- F
morum putredine oritur, tanquã à causa continente, cum hectica [e] sine causa sit, &
idcirco ea tantum afferat, quæ à morbo, hoc est, calore præter naturam proficiscũ-
tur, at nocet febris putris magis plerunque ob putredinem, quæ varias partes no-
stri corporis tentans, quamplurima efficit symptomata, ita vt longe pauciora sint, quæ sequun
tur hecticam. Eadem tamen si comparentur cum his, quæ diariam, multo plura sunt, diaria.n.
d Gal. 2. cri. c. 13. cum leni [d] calore contineatur, simplicissima est, vt suo loco monstrauimus, neq. affert graue ali
quod symptoma. Sed omissis his, quæ alijs febribus superueniunt, ea persequemur, quæ maxi-
me ad hecticam pertinent. Proficiscuntur hæc à calore duntaxat illo acri ac squallido, quẽ pro
posuimus. Proxima vis caloris consistit in calefaciendo, sicut aliarum qualitatum omniũ in ef-
e Aristo. l. 7. diu. c. 9. ficiendo sibi [e] similẽ, sed cum calefacit, simul etiam siccat ac liquefacit, à quib. effectis multa
symptomata oriuntur, cum debilitentur vires, & idcirco lædantur actiones, quæ vbi læduntur,
necesse est mutentur tum qualitates & affectus corporis, tum retenta & expulsa; cõsistunt.n. vi
f Galen. 11. meth. ca. 1. & 3. res in [f] quantitate & qualitate moderata spirituum, humorũ, & partium solidarũ, calor, quate
nus calefacit, moderationẽ qualitatis labefactat, sed quatenus siccat ac tabefacit, officit mode-
rationi, non solum qualitatis, sed etiam quantitatis, minuit enim quantitatẽ illarũ partium, ita
vt duplici nomine debilitentur vires, quod nec qualitatis, nec quantitatis moderatio amplius
seruetur. Quare non mirum est, si actiones lædantur, & propterea etiam mutentur affectus & G
g Gal. 2. 2. ph. com. 20 qualitates corporis, retenta & expulsa. Si quæras, quæ actiones lædantur, dicendum est, lædi [g]
h Gal. 1. de diff. feb. c. 1 omnes, cum omnes vim suam consequantur à spiritu vitali, & a corde, cuius solidæ [h] partes,
cum in hectica febre male affectæ sint, nequeunt robur reliquis totius corporis impartiri, quo
fit, vt omnes lædantur, minus tamen illæ, quæ calore aut siccitate gaudent; ita enim natura cõ-
paratum est, vt quamuis omnes actiones perficiantur temperatione moderata, omnes item la-
i Gale. 2. 2. ph. com. 20 befactentur à valde [i] immoderata, aliæ tamen alia immoderatione, non tamen valida augean
k Ga. ibid. & 3. de causa sympt. c. 3. tur, veluti cibi [k] appetentia frigore, sensus siccitate, tactus & coctio calore, minus læduntur in
hectica febre illæ actiones, quibus calor & siccitas aptatur, illæ magis, quibus frigus & humor,
magis autem minuuntur quam auferantur, aut deprauentur; nam cum in hectica febre calor
paruus sit, licet acris, nullam affert actionem, priusquam cum ipso iungatur tabes, deprauatio
vero licet magis fiat à calore, nam frigus actionem potius tollit, calor tamen hecticæ, cum neq;
vehemens sit, neq; cũ materia, magis debilitare atq; imminuere actiones potest, quam corrum
pere ac deprauare; multum tamen interest inter corpora laborantia, prout humidiora vel sic-
ciora sunt, magis enim læduntur, quo magis sicca, humidioribus magis renituntur, sicut & frigi
l Gal. lib. 1. de diff. feb. c. 9. dioribus ẽt, sed non admodum accidunt eiusmodi [l] corporibus hecticæ febres: principio enim
tantũ prehendunt ea, quæ calida sunt & sicca, quanquam possunt versari ẽt in contrarijs, vbi H
succedant alijs febribus, vt his, quæ diuturnã putredinẽ sequuntur, & non oriãtur à principio;
debilitantur ergo ab hectica febre omnes actiones, & paulatim corrumpuntur, ita vt tãdem in
tereant, nullæ autem egregie præter cæteras videntur offendi. Ex alijs vero symptomatibus af
m Ga. ibid. fectus & qualitates corporis ad duritiem cutis & maciem referuntur, quæ processu [m] temporis
apparent, cum non est amplius hectica simpliciter, sed copulata cum tabe. Excernuntur vero
pauciora, quam soleant deiectione, vrina, sudore; quod pars eorum, quæ excerni euidenter so-
let, a calore absumatur: neque redduntur plura, quod a calore liquefiant, quemadmodum in fe
bre ardente, cum & calor prauus sit, & corpus aridius, ita vt quod subinde liquescit, sensum la-
n Galen. 10 met. c. vlt. teat, quemadmodum [n] cum assatur caro arida & sicca; nihil enim defluere super prunas cõspi-
citur, sicuti conspici solet, cum assatur pinguis, mollis, atq; humida: eadem ratio est nostrarum
partium, quæ vbi humidiores & molliores sunt, si a febre ardente liquantur, pinguem liquorem
euidenter reddunt, quem vrina ipsa præ se fert, si duriores ac Ꞩicciores a febre hectica tabefiãt,
o Gal. ibid. parum est, quod liquatur, & id totum latenter discutitur, [o] atq; in vapores abit. Quare neque
multa, neque pinguia sunt, quæ ab his, qui hectica febre laborant, expelluntur.

Signa

A

Signa & prognosticum hecticæ febris. Cap. V.



X tribus præter naturam de hectica febre iam expositis, vt præsentia recognoscere morbum & symptomata oportet; nam causæ non agnoscũtur, vt præsentes, sed vt iam antegressæ, aut coniectura inuestigantur, aut referuntur, seu ab homine, seu à familiaribus: solum igitur cognoscere oportet symptomata, & morbum vna cũ suis differentijs, vt præsentia. Cæterũ symptomata cuiuscunq. generis sint, sub sensum cadunt, ita vt non necesse sit diu in illis cognoscendis insistere, aut de ipsorũ recognitione tractare. Incumbemus igitur in cognitionem morbi duntaxat, hoc est, febris hecticæ ac differentiarum, quas supra commemorauimus. Sunt qui [a] hanc difficilem à principio existimẽt, sed processu temporis facilem, secus de curatione existimant, nam cum incipit hectica febris, facile inquiunt, curatur, sed cum iam vetusta est, vix aut ne vix quidem. Hoc quod de curatione asserunt, [b] verum est perpetuo, at non ita perpetuo, quod de cognitione, nam si hectica febris sola sit, initio facile deprehenditur; plerunq. tamen succedit illi, quæ ab humorum putredine oritur, & à principio iungitur cum ea, tuncque adeo obscuratur, [c] vt vix discerni queat; sed hæc iam composita est. Loquamur primo de simplici, deinde ad cõpositam pergemus.

B

Cognoscitur hectica febris, cum simplex est sensu, sub quem cadit calor, quo contineri ipsam diximus, [d] acris videlicet pręsertim, quo diutius tangitur, squallidus, hoc est, sine fumo aut vapore, assiduus sine circuitibus, quemadmodum in synocha febre: differt tamen, quod non est multus, vt in ea, sed paucus, non distinguitur temporibus, ita vt manifeste videatur incipere, augeri, vigere, remitti, sed æqualis manet, ac sibi similis [e] à principio ad finem tantum feruet, cum datur cibus aut potio, [f] quacunq. hora sumatur, sed vbi deferbuit, semper manet similis atque æqualis, ac si naturalis esset, & non aduentitius, non percipitur ab [g] ægrotante, adeo vt iudicet, se non febricitare; quamuis autem quouis tempore æqualis sit, nõ tamen æqualis inest cuiuis parti, sed cum tanguntur arteriæ, longe [h] calidiores sentiuntur, quam cæteræ partes, quod minime vsu venit in febribus diarijs, aut in illis, quæ humorum putredinem sequuntur; neque enim maiorem præ se ferunt calorem in arterijs, quam in alijs partibus; ita vt sit proprium febrium hecticarum, in quibus cum solidæ cordis partes calorem præter naturam conceperint, merito magis calefaciunt arterias inde ortas, quam cæteras partes. Sẽtitur etiam maior calor in thorace ob viciniam cordis, quam in alijs partibus, quod nõ similiter accidit alijs febribus,

C

in quibus non solida substãtia, sed humor vel spiritus cordis calefactus est, & facile permeans in reliquas partes corporis calorem præter naturam omnibus æqualem impertit, huiusmodi ergo calor, in quo febris hectica consistit, sensu tactus facile indicatur. Verum mente etiam conijci potest hæc febris, & primo ex causis & externis, & internis. Illæ externæ causæ, à quibus excitari diariam febrem docuimus, vbi validiores [i] antecedant, & corpus ægrotantis calidum sit & siccum, hecticam febrem denunciant, quam par est ab ipsis fuisse allatam. Eandem significant causæ internę, veluti febris aut diaria, aut ex humorum putredine, vel inflammatione orta; diaria enim, vbi diutius perseueret, & non finiatur primo die in homine calido & sicco, qui consilio imperiti medici [k] curatur inedia sine aliquo auxilio refrigerante, vt efficere, ita significare hecticam febrem potest. Idem euenit febri, quæ humorũ putredinem sequitur, vbi vel ardens sit, vel diu occupauerit hominem calidum & siccum, potest.n. & excitare, & ostendere febrem hecticam: quemadmodum & inflammatio, [l] & erysipelas septi transuersi, ventriculi, iecinoris, intestini ieiuni, aut coli, renum, vteri in homine similiter calido & sicco. Verum fit coniectura hecticæ febris ex illis etiam, quæ prosunt aut obsunt, nam præter refrigerantia & [m] madefacientia, quæ conueniunt omnib. febricitantibus, præter calefacientia & siccantia, quæ omnibus aliena sunt, & ideo febrem communiter monstrant; proprie eos, qui hectica laborant, iuuat mirum in modum cibus & potio, lædit abstinentia; id quod magnam fidem facit propositæ febris. Ad quam significandam postremo valent effecta, vt ex actionibus, pulsus necessario celer [n] & languidus, non tamen necessario creber aut magnus, cum & sine crebritate sæpe numero sentiatur, & paruus sit, præsertim post initium; redditur enim arteria siccior, & idcirco [o] durior maxime processu temporis, ita vt pulsus, & ob duritiem, & ob imbecillitatem facultatis vitalis nequeat esse magnus, quæ tamen non tanta sunt, vt non significant ipsum esse celerem. Respiratio pulsui similis est, celeris ob calorem auctum, sed parua, tũ ob virium imbecillitatem, tum ob siccitatem ac duritiem instrumentorum, quæ vbi augeãtur, necesse est cum celeritate iungi frequentiam. Ex affectibus vero & qualitatibus corporis, durities cutis, & gracilitas [p] partium omnium monstrant febrem hecticam, cum paruæ quidem sunt simplicem, cum magnæ compositam [q] cum tabe. Quæ retinentur, ac detruduntur, nullã fere fidem faciunt hecticæ febris, nam retenta multa, & excreta pauca accidunt etiam alijs. Ex his, quæ expelluntur vrina, [r] quæ, vt si quid aliud monstrat, febrem ortam ex putredine humorum, qui in venis detinentur, talis.n. redditur, quales illi sunt, nihil mutatur, neque in diaria febre, neque in hectica, neque illas significare potest, nisi quod fere secundum naturam reddatur; quod non euenit, vbi humorum putredo febrem accendat. Nihil etiam pingue pręse fert

a Auic. li. 4. f. 1. tract. 3. c. 1.
b Gale. 1. de diff. feb. c. 9
c Gale. 1. de diff. feb. capit. 10.
d Sup. li. pręsenti c. 1. & Galen. 1. de diff. feb. c. 9
e Gal. ibid. & lib. de inæquali intemp. c. 5.
f Gal. ibid.
g Gal. ibid. & 3. de pręsag. pul. c. 9
h Gal. 1. de diff. feb. c. 9
i Gal. ibid. & l. 3. de pręsag. pul. c. 4
k Gal. li. 10. meth. ca. 3. 5. 6.
l Gal. 1. de diff. feb. c. 9
m Galen. 8. metho. c. 9. & l. 10. metho. c. 10.
n Gal. l. 3. de præsa. puls. c. 3.
o Gal. l. 1. de diff. feb c. 9
p Gal. ibid
q Gal. ibid
r Gal. 1. ad Glauc. c. 2.

vrina eorum, qui hectica febre laborant: neque enim liquefit in eiusmodi corporibus mollior E
caro, & adeps euidenter, vt in alijs, qui ardenre febre laborant, quemadmodum paulo supra
tradidimus, cum de symptomaribus loquemur. Differentiæ febris hecticæ, quo pacto reco-
a Sup. ca. 2. huius libri.
gnosci possint exponere nunc tempus est, neque enim habet species, vt in superioribus [a] pro
ditum est, quas recognoscere oporteat, distingui autem potissimum hecticam febrem illis dif-
ferentijs diximus, quod aut simplex sit, aut composita. Simplex consistit in calore præter natu
ram duntaxat, quem exposuimus: deprehenditur autem & sensu & ratione ex signis proxime
traditis; composita vero necesse est, ex compositis coniunctisque indicijs colligarur, ex his vi-
delicet, quæ monstrant simplicem hecticam, & ex his, quæ affectum, qui cum ea iungitur. Fac
primum iungi cum tabe, cum qua plerunque copulatur, vel potius perpetuo, si diutius manet,
significatur hectica cum rabe à signis ipsius tabis, quæ in sequenribus tradentur iunctis cum si
gnis monstranribus hecticam simplicem iam enarratis, parno autem negocio ex vtrisque in-
b Gal. 1. de diff. feb. capit. 10.
telligitur; sed si hectica febris cum ea copuletur, quæ in humorum putredine consistit, [b] nõ fa-
cile cognoscitur, ab inæqualitate enim caloris & expiratione vaporum putrium obscuratur; si
c Gal. ibid.
quis tamen inrermissionem obseruet illius febris, quæ putredinem sequitur, hecticæ indicia nõ
obscure deprehendet, quæ [c] iuncta cum inæqualitate caloris eiusmodi febrium cognitionem F
patefacient; quamquam præter inæqualitatem caloris concurrunt alia signa, a quibus supra
memoriæ prodidimus denunciari febrem ab humorum putredine ortam. Eadem ratio est in-
flammarionis & erysipelatis, vbi cum hectica febre copulentur. Colligitur enim eiusmodi con
iunctio ex signis hecticæ febris simplicis, & simul ex his, quæ fidem faciunt erysipelaris atque
inflammationis in hac aut illa parte, quæ à nobis explicabuntur, cum ad curandas singulas
partes membratim veniemus, & vbi in febre hectica substantia solida cordis non rantum cali-
d Gal. 3. de præsa. puls. c. 9.
da sit, sed etiam purris: quemadmodum [d] accidere soler, vbi communirer vagantur febres pe
stilentes, signis monstranribus simplicem hecticam accedunt illa, quæ monstrant prauitatem
e Supra l. 6 c. 1.
putredinis in substantia cordis, quæ supra [e] à nobis exposita sunt, cum pestilenres febres per
sequeremur, inter quæ maximum est summa virium imbecillitas. Sequitur præsagitio futuro-
rum, & primo ipsius euentus, qui interdum salubris expectandus est, interdum perniciosus.
f Gal. lib. 4. de præsag. puls. c. 11. & l. de consti. artis c. 18.
Vtrum expectare debeas, conijcies æstimato [f] robore naturæ vel morbi: sed in dubium in-
certumque reuocatur, quo pacto æstimandum sit naruræ robur, cum nihil ad hecticæ febris
sanationem conferre natura videatur; neque enim deber, aut concoquere, aut expellere ma-
teriam, à qua accenditur febris; quemadmodum in illa, quæ sequitur humorum putredinem,
sed sanarionis causa sunt externa refrigerantia, quæ parrim intus dantur, partim extrinsecus G
imponuntur, adeo vt non natura, sed ars sit sanationis causa, & idcirco huius magis perpen-
dendæ vires sint, quam naturæ. Quibus respondendum est, illud verum esse, quod affertur,
hecticæ febris sanationem ab arte proficisci, & idcirco perpendendum esse, quid ars possit; at
g Gal. 9. metho. ca. 5. & 10. meth. c. 10.
magnifacienda etiam est natura, neque enim quæuis [g] citra periculum fert refrigerantia au-
xilia, quæ ab arte adhibentur; sed illa duntaxat, quæ aut boni habitus est, aut non valde graci
lis, siquidem extenuata corpora sub frigidis remedijs præcipitantur. Plurimum ergo valet ad
futuram salutem denunciandam natura corporis ægrotantis, sed æstimandum etiam est, vt di
h Affec. l. 4 f. 1. tract. 3. c. 1. & Gal. l. 1. de diff feb. c. 9.
ximus, quale sit morbi robur. Conuenit inter omnes medicos, hecticam febrem cum incipit, [h]
facile superari, processu vero temporis vix, aut ne vix quidem posse submoueri, sed cum inci-
pit, sine [i] siccitate est, quam postea sibi adiungit, adeo vt quæ cum siccitate iungitur, tanto
difficilius curetur, quanto cum maiori siccitate copulatur, quæ simplex est, facile curationem
i Gal. ibid.
recipiat: de siccitate vero, quæ hecticæ febri accedit, paulo post dicemus, qua de tabe; sed sa-
nationis difficultatem auget etiam febris humorum putredinem sequens inflammatio vel ery
sipelas, putredo in solida substantia cordis, si cum hectica febre copulentur: nam febris, quæ
humorum putredinem sequitur prærer grauitatem periculi, quam ipsa per se affert, non per-
mittit & frigida remedia, & cibum & potionem dari, quibus sananda est hectica febris, sicuti
& quæ hanc curant medicamenta detrahentia, extenuantia, incidentia hecticæ febri inimica H
sunt, adeo vt & valde molesta & periculosa sit hæc febrium coniunctio: sicut & illa, in qua com
ponitur cum hectica febre inflammatio vel erysipelas visceris alicuius, nam præter pericu-
lum, quod affert grauitas plurium morborum, non sinunt inflammatio & erysipelas adhiberi
frigida remedia, sumi cibum & potionem; cogunt aliquando medicum, vt succurrat animę de
k Gal. 3. de præsa. puls. c. 3.
fectioni, dare aliquando vinum, quod alioquin maxime aduersum est. De putredine in [k] sub-
stantia cordis solida, quid attinet dicere, cum ita perniciosa sit, vt quasi præsens venenum ho-
minem conficiat? Differentiæ euentus, tempus videlicet & via ex ijsdem signis colligunrur, ex
quibus ipsum colligi docuimus, assumentib. tamen similem differentiam. Tempus, quo expe-
ctatur vel salus, vel interitus, potest & breue esse & diuturnum, vtrumuis expectari debeat, ro-
l Gale. 4. de præs. puls. ca. 11.
bur [l] demonstrabit superãtis, siue naturæ, siue morbi. Vbi magnus est excessus, tempus breue
est, vbi paruus, lõgum. Natura boni habitus valde renititur, sustinetq. remedia necessaria; gra
m Gal. li 9. meth c. 5.
cilis vero & extenuara, [m] neq. hęc diu sustinet, neq. diu reniri potest, ita vt illa ad celeritatẽ sa
lutis, hæc ad celeritatẽ interitus cõducat: sed maxime respicere oportet ad morbum, nã becti-
ca febris aut simplex est, aut cõposita, q̃ simplex est, celerius sanescit, si salubris sit, sed tardius
homi-

A hominem conficit si mortifera; contra quæ composita est, tardius sanatur, vbi curationem admittit, & celerius hominem absumit, vbi curari non potest, compositio enim morborum salutem differt, & maturat interitum, tum ob multitudinem & grauitatem affectuum, tum ob repugnantiam auxiliorum. Via superest & sanationis & interitus, hectica simplex, vt ante ostensũ est, ab arte sanatur [a] refrigerantibus & madefacientibus: sed mortifera est ob excessum elementi calidi & sicci, nam vbi ex elementis vnum adeo superat vt extinguat contrarium, teste [b] Hippocrate, sequitur interitus. Si hectica fuerit composita cũ tabe, sanatur similiter arte per refrigerantia & [c] madefacientia, si cum febre ex humorum putredine, concurrit etiam natura concoquens & expellens: quemadmodum & vbi cum erysipelate aut inflammatione copulatur. Quod si hectica composita perniciosa sit, via interitus non tantum spectat ad excessum caloris & siccitatis, sed etiam ad nimiam copiam, aut vitiosam qualitatem materiæ, & ad ipsam putredinem in [d] substantia cordis, nulla tamen finitur cum perturbatione subita, quam viam Græce κρίσιν dicunt.

a Gal. li. 10. meth. ca. 6. & 7.
b Gal. l. 1. de natu. hu. & Gale. 1. de elem. c. 6.
c Galen. 10 meth. c. 11.
d Gal. 3. de præsa. puls. c. 3.

De Curatione Febris Hecticæ. *Cap. VI.*

B Consilium in curanda febre hectica ad morbum duntaxat dirigitur, cum nullum in ea sit symptoma, quod propriam curationem desideret, sed omnia permittant expectari dum curetur morbus: at neque etiam causa aliquid requirit cum [e] nulla sit, supra enim proditum est, hecticam febrem factã ex toto esse, & non amplius fieri, & quod tale est, non habere amplius causam. Antequam hectica incipiat dum impendet, vt deuitetur, remoueri causa debet hoc est alia febris, siue diaria sit, siue sequatur humorum putredinem, eo. n. diligentius his medetur, quo possunt in hanc magis periculosam febrem degenerare: quamquam auxilia, quibus impendens hectica propulsatur, non alia sunt quam ea quibus tollitur, cum iam præsens est, nam vt præclare monuit [f] Hippocrates, quæ subsequẽtia sanant, anteuertẽtia prohibent. Omissa igitur causa vna cum symptomatibus ad solum morbũ, hoc est ad ipsam hecticam febrem spectabimus, quam primum distinguere oportet, cum aliã postulet curationem si simplex sit, aliam si composita cum aliquo ex affectibus [g] supra commemoratis: inuestigemus primo opera, deinde instrumẽta quib. submouenda est: finge hecticam simplicem, hæc communiter quatenus febris est, refrigerantia [h] postulat & madefacientia,
C quemadmodum diximus de febrib. in vniuersum, proprie vero quatenus hectica eadẽ desiderat, sed validiora, cum [i] stabilis sit & valde inhæreat eiusmodi calor partibus solidis, cumque eas exsiccando possit tabem [k] afferre, requirit ea quæ validius refrigerent ac madefaciant, cum alijs febribus plerunque sufficiant quæ mediocriter vtrumque præstent, cum neque ita stabiles fiat, neque ita absumant humorem partium solidarum. Si hectica composita sit vbi cũ siccitate iungatur, nihil noui postulat, sed satis faciunt [l] ea quæ vehementer refrigerẽt, & madefaciunt: quod in sequentibus etiam patebit, cum tabis curationem explicabimus. Vbi copulatur cum febre consistente in putredine humorum aut inflammatione vel erysipelate, præter refrigerantia & madefacientia quæ desiderantur ab ipsa hectica proprie, & communiter à quauis febre, necesse est etiam spectare & ad putredinem eiusque causam vt in superioribus libris [m] memoriæ prodidimus, & ad inflammationem vel erysipelas huius vel illius visceris, de quibus dicemus in curatione membratim: nunc illud animaduertendum est, quod ante curari putredo humorum, inflammatio & erysipelas debet, deinde hectica febris, neque enim finiretur hæc illis manentibus, sed assidue foueretur: interea tamen dum curantur non omnino est negligenda hæc: vbi cessarunt ad hanc duntaxat respiciendum est, adhibitis remedijs
D quæ plurimum refrigerent ac madefaciant, vt ante ostensum est, quæ vt hominem iuuent & nullo pacto lædant, ita debent refrigerare vt non [n] siccent, & ita madefacere vt non calefaciant ægrotantem: quæcunque enim, aut refrigerando siccant, aut madefaciendo calefaciunt aliena sunt: iam vero illa quæ madefaciunt semper tuta sunt, illa quæ refrigerant non semper, quæ enim madefaciunt [o] lente hoc præstant & non nisi diuturnitate temporis, quæ refrigerant, cum per efficacissimam qualitatem vim suam ostendant, celerrime calorem præter naturam auferunt, sed periculum est ne simul extinguant naturalem, vel in aliqua parte vel in vniuerso corpore, præsertim vbi corpus pauci sanguinis sit, & gracile, [p] hoc. n. minime renititur, id quod Euripides etiam docuit ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον, neque mirum est si frigida remedia eiusmodi corporibus maxime sunt inimica, quæ neque caro, neque humor tuetur, accipiuntur tamen interdum, vt tabes prorsus imminens euitetur. Ad refrigerandum & madefaciendum vtemur partim his quæ [q] extrinsecus adhibentur, partim his quæ intus dantur siue à ratione victus, siue à medicamentis sumantur: perpendamus primo vnamquamque ex sex rebus non naturalibus quæ victui subijciuntur, deinde pergemus ad medicamenta: ad refrigerandum igitur & madefaciendum aer [r] sit frigidus & humidus, bene autem agitur cum ægrotante vbi sponte habetur talis, libenter etiam excipitur ille, qui mediam temperationem obtinet, contentusque tunc medicus est alijs instrumentis ad refrigerãdum & madefaciẽdũ,

e Gal. 8. metho. ca. 1. & 11. meth. capit. 2.
f Hipp. 4. 6. epid. 40.
g Supra in hoc lib. c. 2.
h Galen. 10 meth. c. 6.
i Gal. 8. metho. c. 2.
k Gal. 1. de diff. feb. c. 9
l Gale. 10. meth. c. 11
m Sup. li. 4. c. 1.
n Auic. li. 4. f. 1. tract. 3. c. 5. & 6.
o Galen. 10. meth. c. 7.
p Gal. 9. metho. c. 5.
q Galen 10. meth. c. 7.
r Galen. 10. metho. c. 7.

ſed ſi calidus & ſiccus ſit corrigendus eſt, [a] ita vt in frigidum & humidum mutetur, quod fit E
collocando ægtum in cubiculo frigidiore, perfundendo aquam frigidam, ſternendo ſtirpes fri-
gidiores, remouendo frequentiam hominum, vt in [b] ſuperioribus diximus cum curationem fe-
bris in vniuerſum enarraremus. Ex cibis huc ſpectat [c] cremor ſicuti & tota ſubſlantia ptiſſa-
næ, ſorbitio ex halica cui paululum aceti ſit adiectum, panis ex aqua frigida, lactuca tenera be
ne lota, & reſperſa aliquot aceti guttis, fructus æſtiui, teſtes gallorum, cancri cruſta detracta,
caro tenerioris pulli gallinacei cõtuſa cum ſeminibus melonum, aut etiam cucumerum, vel an
guriæ, iuſcula eorundem pullorum in quibus prius lactuca, intybus ſiue endiuia bullierint: da-
ri autem debent [d] cibi omnes reſrigerati, non tamen vehementer quemadmodum potiones, nã
hæ celeriter permeant per viſcera, & ideo non nocent ſicut cibi, qui cum diutius retineantur,
nimis reſrigerare illa poſſunt: detur autem potui [e] aqua aut pura, veluti his, quibus quotidia-
na eſt & vſitata, aut in qua hordeum ſine cortice bullierit, cum qua commode permiſcetur ali
qua portio zulapij viola conditi. Mulſa [f] inimica eſt, cum mel in homine ſebricitante facile ver
tatur in bilem & calorem augeat: nocet etiam vinum, neque bibi debet in hectica ſebre niſi ad
reficiendas vires vbi conuellantur, ſed tunc etiam ſumi debet tenue, aquoſum, dilutum. Adhi-
benda etiam moderatio eſt in ſomno & vigilia, cum hæc reſrigeret internas partes, calefaciat
externas, ſomnus [g] ex contrario has refrigeret, illas caleſaciat, ſed quia vigilia diuturnior, ingẽ F
tem vim [h] habet exſiccandi, præſtat vti ſomno longiore ad madeſaciendum. Sternatur lectus
non culcitra plumea aut aliqua eiuſmodi materia quæ calorem foueat, ſed folijs [i] refrigeranti
bus, vt ſemperuiui, lactucæ, vitis, nymphæę, aut etiam corio aſſuto, quod ſollis modo impleatur
& aerem ſimul atque aquam contineat: vitetur motus corporis, atque animi perturbatio cum
caleſaciendi & ſiccandi vim habeat: quies & tranquillitas cõmodiſſima eſt his quos refrigera-
re ac madeſacere volumus. Adhibenda etiam moderatio eſt in his, quæ retinentur ac expellũ-
tur, retenta enim præter modum non ſinunt calidam expirationem exhalare, & idcirco calorẽ
augent, immodice expulſa nimis hominem exhauriunt, atque exſiccant, ita vt, quod à ſapien-
te illo dictum fuit, ne quid nimis, huc maxime accommodetur. Expoſita ratione victus perge-
mus ad medicamenta, ſi prius de lacte, de potu aquæ frigidæ, de balneo locuti fuerimus, quæ [k]
quamuis referri ad victum poſſint, quia tamen non frequentantur ſanis, poſſunt aliquo pacto
in medicamentis numerari, de his igitur nunc loquemur ſumpto initio à lacte, quod tamẽ vbe-
rius à nobis tractabitur in hoc ipſo libro, cum ad curationem tabis veniemus.

Lac plurimum madeſacit, [l] & leniter reſrigerat, componitur enim ex butyro, caſeo, & ſero,
ex quibus butyrum moderate calidum eſt, caſeus paulo minus, ſerum frigidum eſt, adeo vt, ſi
mixtura tota æſtimetur, leniter reſrigerare poſſit: ſed egregiam vim habet reficiendi ſubſtan- G
tiam humidam, id quod vel ex infante colligitur, qui lacte duntaxat contentus non ſolum ali-
tur, ſed plurimum etiam auget quam habet humidam ſubſtantiam, quo nomine valet etiam ad
confirmandas vires imbecillas, ita ut hectica febre laborantibus plurimum [m] accommodetur
etiam ſi cum tabe iungatur: modo non adſit ſimul febris conſiſtens in humorum putredine, aut
inflammatio, vel tumor aliquis pręter naturam præſertim in præcordijs, augerentur enim eiuſ
modi affectus epoto lacte: quamobrem merito edicit Hippocrates, [n] ne detur lac vbi ſint affe-
ctus proxime commemorati: cauendum etiã eſt vbi detur his qui ab hectica febre tenẽtur, ne
aut [o] cogatur aut corrumpatur in ventriculo, vt quibuſdam ſolet, prohibebis ne cogatur ſi ali
quid mellis adijcias: quod tamen paululum eſſe debet, cum non mediocriter [p] febricitantium
calorem augeat mel, quemadmodum ſupra monſtrauimus: ſic ut corrumpi ſoleat, aut omittẽ-
dum omnino eſt, aut paulatim tentandum an concoqui poſſit, nam vbi nequeat, omnino relin
quendum eſt: ſed de vſu lactis vberrime agemus paulo poſt in curatione tabis cui maxime ſuc
currit. Bibitur aqua frigida in hectica febre in cęna & [q] prandio, quibus eiuſmodi potus eſt vſi
tatus: vt paulo ſupra oſtendimus: cum ageremus de victu, ſed alio modo etiam bibitur (vt Grę
ci [r] dicunt agoniſticos) cum quaſi medicamentum datur ad hecticam febrem ſanandã & val
de frigida, & valde copioſa, quod auxilium cum extremum [s] ſit, non neceſſarium eſt niſi vbi
hectica ſebtis extrema ſit, huiuſmodi eſt quæ vel iam adiunxit, vel mox adiunctura eſt ſiccita- H
rem: abunde enim & reſrigerate, & madeſacere poteſt eiuſmodi potio, ſed cauendum eſt ne
corpus exangue ſit & [t] gracile: nam periculum eſſet ne calor vel in aliqua parte vel in vni-
uerſo corpore extingueretur, neque enim eſſet à quo defenderetur, quod ſi cum hectica fe-
bre alia iungatur in humorum putredine conſiſtens, non temere danda eſt potui aqua frigi-
da, ſed videndum magis ne timenda ſit tabes vbi non detur, an obſtructio, cruditas, putre-
do, vbi detur, & ita ſpectandum magis eſt ad id quod magis vrget. Eadem ratio eſt inflam-
mationis, eryſipelas vero interiorum partium non videtur poſſe alio remedio quam larga [u] po
tione aquæ frigidæ, & ſanari & non permitti afferre tabem. Balneum aquæ dulcis hecticæ
[x] febri maxime aptatur quatenus madeſacit, perpetuo enim aqua ſine calida, ſiue frigida ſit
madefacit corpus noſtrum, ſed potiſſimum vbi tepida, excipitur enim à foraminibus cutis quę
illa delectantur, patent enim: quod ſi aut calida aut frigida ſit ob moleſtiam quam percipiũt
adſtringuntur, ita vt minus madefiat corpus. Quantam vim habeat balneum aquæ dulcis
tepidæ illi [y] experiuntur, qui æſtuoſa & puluerulenta via iter facientes, plurimum ſitiunt,

paulo

a Galen. 10 meth. c. 8
b Supra l. 1 c. 8
c Galen. 10. meth. c. 6
d Galen. 11. meth. 11.
e Galen. 11. meth. c. 6
f Gal. 10. meth. 11.
g Gal. 3. de cauſ. pulſ. cap. 9.
h Gal. 7. meth. c. 6.
i Auic. l. 4. f. 1. tr. 3. c. 5.
k Gale. 10 meth. c. 11
l Ga. 4. ſim p[illegible] c. 17
m Gal. l. 10. meth. c. 11. & 7. meth. cap 6
n Hippoc. & Gal. 5. aph 65.
n Hip. loco citato.
o Galen. 7. meth. c. 6. & meth. c. 11.
p Galen. 10 meth c. 11
q Gal. ibid.
r Galen. de marcore c. 2.
ſ Hippo. 1. aph. 6
t Galen. 9. meth. c. 5
u Gal. l. de marcore c. 8. & 9. meth. ca. 5
x Gale. 10. meth. c. 10
y Gal. ibid.

A paulo enim postquam ingressi fuerint in huiusmodi balneum à siti vindicantur. At non quouis modo adhibeatur aqua refrigerat, cum quæ calida est calorem nostri corporis augeat, & idcirco hectica febre laborantibus obsit, quæ frigida est refrigeret, propterea medetur [a] huic febri: at prodest etiam ad refrigerandum quæ tepida est, siue moderate calida, refrigerat enim quod calidius est, calefacit quod frigidius, ita vt valeat etiam ad refrigerandum in hectica febre, quamobrem & vt madefaciat, & vt refrigeret hectica febre laborantes, opportune etiam vbi sit adiuncta tabes adhibebitur: solummodo [b] suspectum est vbi febris adsit ex humorum putredine orta, ne cruditatem & obstructionem augeat, & ob eandem causam quoque vbi sit inflammatio aut erysipelas: sed, si appareant signa coctionis & corpus non redundet multis humoribus, non erit timendum. Balneum vero aquæ frigidæ [c] efficacissimum est ad refrigerandum & madefaciendum: sed similiter [d] suspectum est vbi febris sit ab humorum putredine orta, & inflammatio & erysipelas, tum fine his etiam vbi corpus gracile & pauci sanguinis, ne innatus calor extinguatur, aut plurimum debilitetur, vbi tamen impêdet summum periculum tabis vt euitetur, expedit aliud adire quod minus [e] graue est, & balneo aquæ frigidæ vti etiam cum erysipelate, aut inflammatione, & cum gracilitate corporis. Medicamenta restant quæ extrinsecus ad refrigerandum imponuntur, non debent autem simpliciter imponi thoraci aut cordi, sed illi parti in qua residet, veluti focus ipsius febris, quemadmodum renibus, vtero, iecinori, [f] septo transuerso, vbi est erysipelas, aut inflammatio vnde hectica febris proficiscitur, ini

B tio enim refrigerari debent partes cû hectica nascitur: quod si hæc sufficiant non est quod vtamur potione aquæ frigidæ: tandiu autem in ipsis perseuerandum est, vt homo sentiat se refrigeratum esse & liberatum a siti: sed quia, cum diutius imposita continentur, calefiunt a corpore nostro & rursus ipsum calefaciunt, frequenter mutari [g] debent & dari noua, quæ refrigerata sint aqua aut etiam niue: idoneum est oleum viola aut rosa conditum, sed multo magis ceratû liquidum, vnguentum rosatum, siue etiam sandalinum, vtiliter etiam imponitur duplici linteo exceptus succus lactucæ teneræ, intybi, semperuiui, nymphææ, vuæ immaturæ cum portulaca contusæ, quibus commode adijcitur aliquid polentæ [h] ne dilabantur, sed consistant: hactenus de curatione febris hecticæ.

a Ga. ibid.
b Gale. 11. meth. c. 10.
c Gale. 10. c. 10.
d Gale. 11. meth. 10.
e Ga. ibid.
f Gale. 10. meth. c. 9.
g Ga. ibid.
h Ga. ibid.

Quid sit Marasmus, & quas species, ac differentias habeat. *Cap. VII.*

C INter morbos, qui propriam & vberiorem desiderant tractationem, refertur etiam tabes, quam nunc hecticæ subijciendam esse iudicauimus, cum quod plerunque cum ipsa copuletur, tum quod immoderatio itidem sit temperationis, sed ad siccitatem spectans, vt hectica [i] ad calorem, quamobrem hic locus locus maxime tabis tractationem exigere videbatur: vocatur autem a latinis [k] tabes siccitas totius corporis, quam sequitur macies, & corpora, quæ ita exiccantur vt gracilia fiant, tabescere dicuntur, sicut & causa, quæ ipsam affert, tabifica vocatur, Græce autê eiusmodi siccitas appellatur marasmos, [k] non ἀπὸ τοῦ μεμαράνθαι, quod est, tabefactum esse, sed ἀπὸ τοῦ [l] μαραίνεσθαι quod est tabefieri, neque enim vere tabefactum est corpus cui accidit, quia non viueret, sed tabesit, translatum autem vocabulum est a flammis, quæ vbi somitis inopia deficiunt μαραίνεσθαι [m] dicuntur: vsurpatur autem marasmi vocabulum non tantum ad animalia, sed etiam ad stirpes quæ inopia alimenti inarescunt, quanquam interitus stirpium a siccitate proprio vocabulo appelletur a Græcis [n] αὐανσις: verum marasmus in animalibus vsurpatur ad significandam siccitatem totius corporis, sed in stirpibus non tantum totius sed etiam partis: intereunt animalia ac stirpes non secus ac cætera quæ mortalia sunt, teste Hippocrate, [o] cum calor, frigus, humor, aut siccitas ita exuperat, vt extinguat contrariam qualitatem, sed ille interitus duntaxat dicitur marasmus seu tabes, qui proficiscitur ab [p] excessu siccitatis, loquor de interitu qui fit, non de eo qui iam factus est, magis tamen proprie eo nomine appellatur, cum siccitas eo peruenit vt [q] curari am-

D plius non possit: sed cum debeat hæc siccitas esse in vniuerso corpore necesse est sit in [r] corde, alioquin neque esset in toto corpore neque diceretur marasmus: potest quidem in alijs partibus siccitas esse quamuis non sit in corde & iecinore, quæ viscera cum validissimam habeant facultatem alliciendi alimentum, postremo [s] omnium tabescunt, & cum tabescere incipiunt, necesse est reliquas partes tabuisse. Subijciuntur tabi plures species, non illæ quidem tres ἀτροφία καχεξία, & φθίσις, quas nonnulli [t] ponunt, sunt enim magis causæ, vt in sequentibus patebit, quam species tabis, sed illæ quæ consistunt in diuersa materia tabescête, nam, vt febrium species diuersæ sunt pro diuersis partibus in quibus calor versatur, ita par est diuersas esse species siccitatis, ac tabis pro diuerso humore qui absumitur. Sed cum triplex [u] hic sit in partibus solidis ad quas tabes spectat, totidem asserendum est esse species tabis. Inest partibus solidis [y] triplex humor, vnus veluti ros ipsis inspergitur a quo aluntur, altero continetur caro & adeps, tertio ipsa substantia vere solida membranarum ac fibrarum & partium omnium quæ ex semine procreantur: primam speciem tabis dicemus esse cum primus humor absumitur, secundam, cum secundus, tertiam cum tertius: quartus vero humor, hoc est sanguis qui residet

in

i Gale. 1. de dif. feb. c. 9
k Gale. de marcore c. 1
l Gal. ibid.
m Arist. li. de Iuuentute & senectu. & Gal. li. 4. de cau. pulf. c. 10.
n Arist. li. 5 de gen. an. c. 3. & Ga. li. 1. de tue val. c. 2.
o Ga. li. 1. de nat. huma.
p Gal. li. de marco. c. 1.
q Gal. 1. de dif. feb. c. 9
r Ga. de marcore c. 5.
s Ga. ibid.
t Cor. Celsus l. 3 c. 2
u Gale. 10 meth. c. 11
x Ga. ibid & 1. de diff. feb. c. 9.
y Ga. ib. & Auic. l. 4. f. p. 1t. 3. c. 1.

in paruulis venis atque arterijs, cum absumitur, non efficit quartam speciem tabis; neque enim E ita necessarius est ad solidarum partium munera sicuti triplex ille quem diximus, adeo vt cum absumitur non statim sequatur tabes. Tres igitur tantum statuemus esse ipsius species: quod si malis non species, sed potius tres gradus siccitatis appellare, non litigabimus de nomine, tantum addemus non ita exquisite accipi speciei vocabulum; sicut a philosopho, neque aliunde magis sumi potuisse species tabis quam a diuersa substantia tabescente. Cuiuscunque autem speciei sit tabes pluribus distinguitur differentijs, ex quibus illæ potissimum attenduntur, quas in hectica febre etiam diximus attendi, quod scilicet tabes aut simplex est, aut composita, simplex dicitur cum solus est [a] excessus siccitatis, seruata quantum sensu percipi potest moderatione frigoris & caloris; componitur vero vbi vel cum calore, vel cum frigore, vel cum inæqualitate quadam frigoris & caloris coniungitur. Componitur cum calore in hectica illa febre quæ græce dicitur [b] μαρασμώδης, appellabatur autem a Philippo marasmos [c] περιφρυγής, hoc est torridus. Componitur autem cum frigore vel naturaliter, vt in senectute, [d] quæ tabes cum naturalis sit, non numeratur in morbis, vel præter naturã, diciturque [e] à Philippo γῆρας ἐκ νόσου, hoc est senium ex morbo: cum inæqualitate vero frigoris & caloris, vocatur ab eodem [f] συγκοπώδης quod afferat syncopen, hoc est animæ defectionem, huiusmodi igitur sunt species ac differentiæ tabis. F

a Galen. de marco c. 1.
b Gal. 1. de diff. feb. c. 9
c Galen. de marco. c. 8.
d ibi. c. 1.
e Galen. 7. meth. 6. & 4. de caus. puls. ca. 10. & li. de marcore c. 1.
f Ga. ib. c. 5

De causis Tabis. *Cap. VIII.*



Causas tabis primo communiter inuestigare oportet, tum a qua quæuis species ac differentia proprie proficiscatur explicare. In vniuersum igitur tabes cum sit siccitas [g] & cordis & totius corporis ab illis causis oritur, a quibus supra [h] generatim oriri siccitatem monstrauimus, sunt autem partim externæ, partim internę, externæ sunt aer, cibi, potiones, & medicamenta, quæ uel sicca sunt, vel etiam calida, ad externas, quod euidentes sint, redigi potest immoderatio [i] vigiliæ, motus, animę perturbationum, expulsionis: ad internas referuntur febres omnes siue diarię sint siue hecticæ, siue ex numero earum quæ in humorum putredine consistunt: huc spectant etiam praui quidam affectus tota substantia pugnantes cum natura nostra, qui vltra quam credibile est, corpus nostrum exsiccant. Sed cum siccitas vna sit qualitas, necesse est ab vna causa per se oriatur, ab alijs vero quatenus hoc pacto referuntur ad hanc. Quicquid per se siccat, necesse est siccum sit siue tactu tale appareat, veluti puluis & arena, siue facultate tantum, quemadmodum acetum & muria, quæ quamuis humida appareant siccandi tamen facultatem habent, quicquid igitur per se siccat, aut tangi G tur siccum, aut facultate tale est, huiusmodi sæpenumero sunt aer, veluti [k] aquilonius in montibus, cibus vt pisciculi saliti, potio vt vinum austerum, medicamenta, quemadmodum ales theriaci. Reliqua omnia, quæ neque tactu neque facultate sicca sunt si siccant corpus nostrum, id non per se efficiunt, sed alio interiecto medio, quod humorem quo partes nostræ continentur, aut exhauriunt siue latenter siue aperte, aut vbi naturaliter absumatur refici non sinunt. Absumunt humorem latenter quæcunque calefaciunt, & eo magis, quo magis calefacere possunt: hoc nomine nimius motus, ac labor [l] corporis, animi perturbationes, & curæ hominem tabefaciunt: ad calorem referuntur & febres quæ similiter tabificæ sunt. Absumitur & humor latenter a quadam vi, ac repugnantia totius substantiæ, quemadmodum ob virus aut canis rabiosi, aut viperę [m] dipsadis. Aperte vero exhauritur humor in alui profluuio, in læuitate aut difficultate intestinorum, in vlcere pulmonis, aut in alia eiusmodi vomica, in fluxu vrinæ vel seminis, & in vniuersum ex quacunque parte corporis plurimum effundatur, siue etiam ex foraminibus [n] cutis quemadmodum nimius sudor. At cum non reficitur [o] quod naturaliter absumitur a calore tam externis aeris circumfusi, quam interno ac corporis nostri, necesse est exsiccari atque extenuari solidas partes; tunc autem non reficitur cum aut non sumitur [p] cibus & potio, aut si sumatur, non concoquitur, aut coctus non distribuitur neque agglutinatur par- H tibus reficiendis: non sumitur vel quod non sit, vel quod seu ob melãcholicam seu ob aliquem ventriculi & gulæ affectum reijciatur. Non coquitur, non allicitur, non agglutinatur, quod vel viscera, vel canales, vel ipsæ etiam partes quæ nutriendæ [q] sunt ægrotant, ob quancunque causam non reficiantur partes, necesse est siccentur ac tabescant. Hæ sunt in vniuersum causæ effectrices siccitatis ac tabis, cum quibus, si concurrat habilitas corporis laborantis ad tabem, multo celerius ac magis tabescet, maxime autem habiles sunt, qui naturaliter calidi sunt [r] & sicci, sunt enim proximi tabescentibus, ac si paulo vlterius siccentur iam in tabem incident, quanquam renititur eorum substantia quæ durior est, neque facile absumitur quemadmodum si mollis esset, vt in pueris qui hoc nomine celeriter ac facile tabescunt, [s] quod celeriter ac facile ipsorum substantia dissipetur: vide vtra magis conferat ad tabem, naturalis ne siccitas quod non multum distet ab ea, an substantia mollis ac tenera quæ paruo negocio dissipatur. Species tabis omnes ab ijsdem causis proficiscuntur, siue internis siue externis, siue per se siue alio interiecto medio siccantibus, tantum maiorem vim necesse est habeant quæ

g Gale. de marco. c. 1. & c. 5.
h Sup. li. 2. de cur gen. c. 10. par. 1.
i Ga. 7. meth. ca. 6. & li. de caus. morb. c. 4.
k Gale. de cau. morb. c. 4
l Gal. ibid.
m Gale. de Theria. ad Pison c. 8.
n Gale. de morb. cau. c. 4.
o Ga. ibid.
p Gale. de marco. c. 1.
q Gal. 3. de cau. symp. c. 2.
r Gal. 1. de dif. feb. c. 9 in fine.
s Galen. 9 meth. c. 17.

gra-

A grauiorem efficiunt speciem tabis. Primam speciem [a] diximus esse cum absumitur humor ille qui inhærescit partibus solidis vt eas nutriat, hæc eum leuis sit a leuibus oritur causis. Secundam cum absumitur ille ex quo constat caro & adeps, atque hæc vt validior est: ita a validioribus fit causis. Tertiam cum absumitur ille quo continentur partes vere solidæ & quæ ex semine procreantur, hæc vt validissima est ita à validissima oritur causa effectrice, & ab habilitate ęgrotantis maxima: diximus [b] habilitatem consistere vel in siccitate, vel in mollitudine substantiæ: effectrix causa vel sua vi valida est, vt febris ardens, vel diuturnitate vt leuior febricula, vtraque enim quamlibet tabis speciem potest afferre. Differentiæ tabis fiunt a propositis causis, sed assumentibus similem differentiam, simplex tabes oritur a simplici causa, composita tabes a composita causa, diximus [c] autem simplicem esse tabem cuius sola est siccitas, quamuis non maneat diutius, nam simul affert aut frigus ob inopiam humoris quo nutriri calor debet, aut calorem quod absumatur nimia illa copia humoris a quo obruebatur: oritur autem simplex tabes ac sola siccitas tantum ab inopia cibi & [d] potionis, ob quamcunque externam causam non sumatur: deficit enim humor qui assidue absumitur vbi non reficiatur, seruaturque tunc moderatio frigoris & caloris, quanquam processu temporis vt proxime diximus seruari non possit, sed necessario iungatur cum calore, aut cum frigore. Aliæ causæ omnes siue siccent per se, siue quatenus aut latenter, aut aperte humorem exhauriunt, siue quatenus eum qui assidue absumitur refici non sinunt, efficiunt tabem non simplicem sed iunctam B cum alio affectu. Fac tabem compositam esse, afferunt hanc compositæ causæ seu diuersæ sint seu eædem multiplicem & compositam vim habentes, ita vt simul exsiccent & calefaciant aut refrigerent, aut vtrumque inæqualiter præstent. Tabes cum calore iuncta quemadmodum in [e] hectica febre, fit a causis simul calefacientibus & siccantibus, siue externis, siue internis, cuiusmodi sunt erysipelara & inflammationes, illa vero quæ cum frigore copulatur, si naturalis est, fit a calore naturali tandem [f] absumente humorem illum in quo consistit quemadmodum senibus accidit: si sit præter naturam quemadmodum senium [g] ex morbo, fit ob vsum frigidiorum remediorum, quæ aut nimis valida aut nimis diu, siue intus, siue extra, fuerint adhibita. Quod si cum tabe copuletur inæqualitas frigoris & caloris, quæ ob pugnam & mutationem quandã excitet animæ defectionem, causari [h] oportet vsum similiter frigidiorum quæ in alijs partibus cordis extinxerint, in alijs reliquerint calorem præter naturam.

a Io hoc cod. c.
b In hoc li. c 7.
c Galen. de marco. c. 1.
d Gal. 1. de dif. feb c. 9
e Gal. 1. de m. uale. ca. 1. & lib. de marco. c. 2. & 4.
f Gale. lib. d marcore c. 1. & 5.
g Gal. li. de marco. c. 1. & 5.
h Gale. de marc ca. 5.

De symptomatibus Tabis. Cap. IX.

C SYmptomata quæ tabem sequuntur sunt primo imbecillitas fere omnium actionũ, [i] nisi siquæ sint quæ siccitatem ament vt sensus: in his quæ expelluntur nihil apparet liquati, [k] neque enim conspicitur adeps quemadmodum conspici solet in vrina eorum qui ardente ac praua febre iactantur, id enim quod paulatim tabescit latenter discutitur. Ex affectibus & qualitatibus corporis interit flos coloris & partes omnes apparent graciles, cutis corij modo dura est, laxa tamen, nam, vt præclare nos docuit Hippo. [l] macies laxat, refectio tendit: mammæ cum lactis plenæ sunt distentæ apparent, cum emunctæ laxiores conspiciuntur, quamquam extrema siccitas ac macies easdem contrahit. Symptomata hæc leuia sunt in prima specie tabis, grauia in secunda, grauissima in tertia, ita vt tantum superesse cutis & ossa videantur, reddanturque vngues adunci, & facies qualem descripsit Hippoc. [m] in prognosticis, sunt enim nares acutæ, tempora collapsa, caui oculi, cutis in fronte dura. Pertinent sympromata hæc ad simplicem tabem. Compositam præter hæc alia sequuntur attinentia ad calorem, ad frigus, ad inæqualitatem vtriusque: proprie enim [n] ad hanc spectat animæ defectio quam diximus. Ad frigus cum siccitate iunctum referuntur ea effecta sub quouis trium generum siue sint actiones, siue retenta & expulsa, siue affectus & qualitates corpo-D ris quæ senum propria esse constat, quanquam in his naturalia sunt, in senio ex morbo præter naturam, veluti imbecillitas actionum omnium, sensus hebetes, respiratio parua, tarda, ac rara, cruditas eorum quæ expelluntur: ex affectibus corporis color plumbeus, frigus ac durities cutis: sed si tabes cum calore copuletur vt in hectica febre, symptomatibus tabis adijciuntur ea quæ paulo supra [o] recensuimus cum hecticam febrem tractaremus.

i Galen. 2. aph. cõ. 10.
k Gale. 10. meth. c. 11.
l Hip. 3. 6. epid. 29.
m Hip. 1. p gno. 6 & 7.
n Gale. de marco c 5.
o Supra in hoc li. ca. 4.

De Signis Tabis. Cap. X.


SEd iam tempus est ad ea pergere, quæ cognoscenda sunt in homine qui tabẽ laborat, siue præsentia siue futura. Ex præsentibus morbus, hoc est ipsa tabes, seu siccitas cordis & propria totius corporis, non potest sensu deprehendi, neque enim tangi aut conspici cor potest: in externis vero partibus quæ & tractantur & cernuntur, siccitatis & humoris excessus nequeunt solo tactu diiudicari, sed necesse est simul accedat ratio, percipit tactus per mollitudinem humorem, per duritiem, siccitatem, sed ratio est quæ

discernit

discetnit mollitiem proficisci ab humoris copia, non a calote liquante, duritiem à siccitate, E
nō autem a frigore:sensu igitur & oculorum & tactus accipitur & durities & macies partium
externarum,non tamen siccitas earundem, sed & multo minus cordis: relinquitur ergo vt ta-
a Gal. 1. de bes ratione deprehendatur,quamobrem conijcienda est, primum ex causis,vbi enim corpus[a]
dif. feb c. 9 alioquin gracile:& siccum sit, vel etiam molle quod facile dissipari possit, & antegressæ sint
& li. de mar causæ siccandi vim habentes, siue per se quemadmodum illa quæ tactu vel facultate sicca-
core c. 5. sunt, siue quatenus humorem aut exhauriunt, seu latenter seu aperte, aut non sinunt refici,
eum qui alioquin absumitur, de his faciemus coniecturam ipsius tabis: fiet eadem ex his quæ
prosunt vbi talia sint vt vel madefaciant vel occurrant causis exsiccantibus, tum ex his quæ
obsunt quouis modo siccando: at multo magis colligitur tabes ex effectis, & primo ex actio-
nibus: cum tabes præcipue referatur ad cor, necesse est debilitetur actio facultatis vitalis
b Gal. 4. de quæ resider in corde, quamobrem pulsus[b] & languidus efficitur & paruus, durities vero, quam
cau. puls. c. acquirit non tribuenda est facultati debilitaræ, sed magis siccitati quæ duram reddit arte-
10. & li. de riam: debilitantur cum pulsu aliæ actiones omnes, cum perficiantur a spiritibus vitalibus, id
marco c. 5. quod præstare non possunt cum pauci sunt & languet facultas cordis: quod si mens aut sensus
adhuc vigere videantur, non ita magnum robur postulant, neque ita multos spiritus, cum in-
c Aris. li. 3. telligere[c] & sentire sit magis accipere quam efficere. Præter læsionem actionum superuenit ta F
de ani. tex. bi mutatio qualitatum, interit enim nitor ac veluti flos quidam coloris, qui prius aderat, cutis
44. & li. 3. distenta & dura sentitur & totum corpus squallidum quale illud est quod via æstuosa & pul-
de ani. c. 5. uerulenta iter fecit: adest & gracilitas omnium partium: ea vero, quæ detinentur ac detrudun
d Gale. 10. tur, parum indicant tabem, neque enim multa excernuntur aut pinguia,[d] quemadmodum in
meth. c. 11. febribus ardentibus, cum quod tabescit paulatim & latenter dissipetur: inhærescit oculis hu-
mor quidam coactus & quasi perustus. Signa hæc tabem in vniuersum demonstrant, sed quo
pacto discernantur species, ac differentiæ quas proposuimus, perpendere nunc operæ pre-
e Supra in cium est: species igitur ternæ propositæ[e] sunt, prima cum absumitur quasi ros, qui solidis par-
hoc li. c. 7. tibus inspergitur, secunda cum humor ex quo constat caro & adeps, tertia cum ille quo sub-
stantia partium vere solidarum continetur. Monstrantur hæ species ab ijsdem signis, a quibus
totum genus indicari dictum est, tantum differunt signa inter se quantum species ipsæ demon
f Gal. 1. de strandæ: differunt hæ, quod prima grauis[f] est, secunda grauior, tertia grauissima: quamobrem
dif. feb. c. 9 signa quę monstrant primam parua sunt, quæ secundam magna, quæ tertiam maxima: pluri-
mum autem in indicando species potest ipsa gracilitas, quæ cum adhuc leuis est in partibus
externis, denunciat tabem incipere, & adhuc leuem esse in substantia cordis, magis enim & ce
g Gale. de lerius tabescunt aliæ partes quam cor, quod maximam[g] habet facultatem alliciendi humo- G
marc. ca. 5. rum quo alatur, sicut proxime ab eo ipsum iecur: si increscat ipsa gracilitas & magna[h] appa-
h Gal. 1. de reat in partibus externis: tunc incipit caro cordis tabescere, & iam facta est secunda species,
dif. feb. c. 9 sed cum macies summa est videturque corpus cute duntaxat & ossibus contineri, quemadmo
& 7. meth. dum in facie illa cadauerosa, quam Hippocrates[i] descripsit cum oculi concaui sunt, nares acu
c. 6. tæ, tempora collapsa, facta est etiam tertia species tabis, cępitque substantia vere solida cor-
i Hip. 1. pro dis tabefieri. Iam vero & differentiæ, quibus distinguitur quæuis species tabis, ipsæ quoque a
gno. tex. 7. propositis indicijs significantur assumentibus tamen similem differentiam. Ergo tabes aut sim
plex est, aut composita, quæ simplex est illis indicijs denunciatur sed simplicibus, hoc est non
iunctis cum his quæ monstrant alium affectum, ex contrario demonstrant simul cum indicijs
tabis ea quæ denunciant affectum cum ipsa compositum. Ergo vbi notæ, a quibus denunciari
tabem in vniuersum docuimus, solæ sine alijs fuerint, simplicem tabem denunciant: illud au-
k Sup. c. 8. tem obliuisci non oportet, quod paulo[k] supra monstrauimus cum causas persequeremur, sim-
huius lib. plicem tabem ab vna duntaxat causa oriri, inopia videlicet cibi & potionis, ex quo sequitur
vt ex causis hæc sola simplicem denunciet: si tabes componatur cum calore veluti in febre he-
ctica, simul cum signis tabis ea se ostendent quæ febrem hecticam significant: maxime autem
l Gal. li. de intuebimur pulsum & anhelitum, hic enim calidus reddetur, ille sentietur[l] paruus, frequens
marco. c. 5. celer, & durus: sequitur durities pulsus non febrem vt crebritas & celeritas, quemadmodum H
& lib. 4. de voluit Archigenes, sed tabem. Quod si tabes cum frigore copuletur, hoc aut naturale erit aut
cau. puls. c. præter naturam, si naturale iam senium est, quod & ex causa vt ex longa ætate acta, & multo
10. magis ex effectis colligitur, quæ senectutem ipsam omnibus patefaciunt, quod si eiusmodi fri-
gus cum siccitate copulatum præter naturam fuerit, vt in senio ex morbo, eadem apparebunt
effecta quæ in senio naturali: sed simul etiam intelligetur ex causis, vt ex nimio atque intem-
m Gale. de pestiuo[m] vsu frigidorum: inæqualitas vero frigoris & caloris quæ cum tabe aliquando coniun
marco. c. 5. gitur, colligenda est ex signis monstrantibus tabem, & simul ex his quæ inæqualitatem hanc
n Ga. ibid. veluti ex causis, vt ex vsu similiter intempestiuo[n] ac nimio frigidorum, in homine febricitante,
qui tamen in omnibus partibus extinxerit ipsum calorem præter naturam, sed in aliquibus
ipsum reliquerint, tum ex ijs, quæ vel iuuant cum mediocritatem quandam obtinent inter ca-
lida & frigida, vel nocent vbi nimio calore vel frigore excedant: postremo ex effectis simul ca-
loris & frigoris iunctis cum symptomatibus siccitatis, sed proprium symptoma huius tabis di-
o Ga. ibid. ximus esse animæ defectionem, ob quam vocatur a Philippo[o] Medico μαρασμὸς συγκοπώδης, ita-

que

A que ab animæ defectione potiſſimum demonſtratur: ſed ſatis de recognitione morbi. Cauſa ſi adhuc præſeus eſt, quemadmodum febris ardens aur hectica, vel inflammatio, aut eryſipelas viſceris alicuius, conijcienda eſt ex ſuis notis quas ſuo loco tractamus. Symptomata reſtant ex præſentibus, quæ tabi ſiue ſimplici, ſiue compoſitæ diximus ſuperuenire, omnia autem, cuiuſcunque generis ſunt, ſub ſenſum cadunt, ita ur non opus ſit indicijs a quibus demonſtreutur. Prognoſticum ſupereſt, præſagire enim tabis euentum oportet vna cum tempore ac via ipſius: poteſt euentus & ſalubris & pernicioſus eſſe, vtrum magis expectare debeas intelliges ex cauſis, hoc eſt ex robore naturæ & morbi, maior [a] ſpes eſt vbi natura magis poteſt morbo reniti, maior timor vbi morbus validior ſit & magis poſſit naturam ſuperare: renititur magis tabi uatura illa quæ calidior eſt & humidior, ad quam ſpectat ætas puerorum, habet enim hæc cum incipit tabes plus humoris, adeo vt non ita celeriter exſiccetur ſubſtantia ſolida: præſtat etiam magis facultate reficiente quod abſumptum eſt, vbi alioquin refici poſſit, calida enim & humida [b] corpora magis coctionem perficiunt & melius nutriuutur, ita vt ætate tenera, non tautum tecuperent quod aſſidue abſumitur, ſed etiam augeantur, quod contra euenit frigidis & ſiccis, ita vt minus contra tabem renitantur, melius agitur cum calidis & ſiccis propter calorem, cum frigidis & humidis propter humorem, ita ut magis reficiantur vbi tabeſcere incipiunt, quam frigida & ſicca, optime tamen omuium affecta natura & calida & humida

B eſt, paruo enim negocio reficit quod alioquin refici poteſt, quamquam vt in [c] ſuperioribus monſtratum eſt cum de cauſis ageremus, facilius diſſipatur. Robur morbi hoc eſt tabis non ſemper æquale eſt, ſed maius vel minus pro alia ſpecie ac differentia ipſius, ſpecies tabis ternas poſuimus, vnam cum conſumitur ille humor, qui roris modo ſolidis partibus inhæreſcit: altera cum ille qui in carne & adipe conſiſtit: tertia cum ipſa humida ſubſtantia qua ſolidæ partes continentur. Quod ſi abſumatur ſanguis tenuium venarum atque arteriarum, illa non eſt ſpecies tabis, cum uondum lædantur actiones partium ſolidarum, neque enim per eiuſmodi ſanguinem funguntur ſuis muneribus, paruo antem negocio alius nouus gignitur ex cibis & potionibus beue in ventriculo & iecinore concoctis: tantum igitur tres illæ prius poſitæ cenſentur ſpecies tabis, ex quibus prima facile [d] ſanatur, neque enim difficile eſt gignere eum humorem qui roris modo ſolidis partibus inhæret vbi ſit copia boni ſanguinis & partes ſolidæ alioquin bene habeant, neque enim ex eius conſumptione adeo debilitatæ ſunt ut nequeant ſanguinem vertere in eiuſmodi rorem, ex quo tanquam idoneo & parato alimento ali debent. At non æque facile curatur [e] ſecunda ſpecies, difficilius enim eſt reficere carnem & adipem quam eiuſmodi rorem, & quod maioti mutatione opus ſit, & quod partes a quibus mutari deber alimentum, & ſimile reddi, caro ſcilicet rabeſcens & adeps, factæ ſunt imbecil-

C liores, ita ut hæc ſecunda ſpecies difficulter curetur. Tertia cum tabeſcit ſubſtantia ipſa partium vere ſolidarum, nullo [f] pacto ſanari poteſt, ſed bene agitur cum homine ſi non vlterius tabeſcat, ſi reſtitui poſſet eiuſmodi humor, poſſent [g] ſenes reuerti ad iuuentutem, & ita homines fieri immortales, ſanareturque neruorum diſtentio orta à ſiccitate, quam conſtat eſſe [h] inſanabilem: gignuntur partes ſolidæ ex ſemine, non autem ex ſanguine quemadmodum caro & adeps, nequeunt [i] autem refici cum intereunr, neque enim tanta vis ſeminis ſuppetit, aut tanta eſt facultas effingeus, quanta neceſſaria eſt ad eiuſmodi partes gignendas: niſi ſi quãdo paruula vena atque arteria abſciſſa in vulnere rurſus gignatur, vt in adoleſcentibus boni habitus: aliæ partes vere ſolidæ quæ ex ſemine procreatæ ſunt nequeunt iterum gigni cum intereunr, ſolummodo enim reficitur [k] in ipſis quod naturaliter quotidie conſumitur, ubi vero præter uaturam tabeſcant ob inopiam materiæ & imbecillitatem facultatis, non recreantur amplius, ſed relinquitur vitium inſanabile, perinde atque ubi interit fragmentum nerui, oſſis aut alterius partis ortæ ex ſemine. Accedit & imbecillitas earundem ſolidarum partium, quæ tabeſcentes adeo debilitantur, vt nequeant tantum ſanguinis in ſuum alimentum mutare, quantum neceſſarium eſt ad reſtituendum quod tabuit, poſtulat enim hoc validam facultatem quali præditus eſt fœtus in vtero, at hæc iam in lucem editis in dies debilior redditur etiã

D cum homiues ſani degunt, ſed cum tabeſcunt, maxime imbecilla: adde quod & ſiccitas quam partes contraxerunr non ſinit admitti humorem alentem, & frigus, quod proceſſu temporis neceſſario [l] ſiccitatem conſequitur, nequit humorem illum qui admittitur ſimilem reddere, ita ut non mirum ſit ſi non curetur tertia ſpecies tabis, ſed hominem interimat. Quod attinet ad differentias ubi tabes ſit eius ſpeciei, quæ curationem accipiat, facilius curatur ſimplex, hoc eſt ſola ſiccitas, magis periculoſa eſt compoſita & maiori negocio ſanatur: facilius enim ſuperatur vnus hoſtis quam plures: auget difficultatem in compoſita tabe, quod ſæpe remedium vnius affectus reddit alterum maiorem. Si tabes iungatur cum hectica duplex eſt periculum, vnum ob ſiccitatem, alterum ob calorem: vtriuſque [m] enim qualitatis exceſſus naturam labefactat, ſed calor præterea auget ſiccitatem, & primam ſpeciem mutat in ſecundam, deinde hanc in tertiam; perurit enim partes [n] ſolidas perinde atque in lucerna fomitem ipſa flamma, quem adeo aridum reddit vt diſſoluatur & non amplius conſiſtat; difficilius tamen eſt ſiccitatem ſanare quam calorem; humor enim qui ſiccitati medetur parum [o] efficax eſt, contra frigus quod calorem moderari debet efficaciſſimum, [p] pericnloſum tamen, interdum enim calo-

a Ga. de cõſtit. artis c. 18. & 4. de præſag. pulſ. c. 11.
b Gal. 3. de cau. ſympt. c. vlt.
c Supra in hoc li. c. 8. & Gale. 9. meth. c. 7.
d Gal. 1. de dif. feb. c. 9
e Ga. ibid.
f Gal. 1. de dif. feb. c. 9
g Gal. li. de marcore c. 2. & 4.
h Galen. 5. aph. cõ. 1.
i Gal. li. de conſt. artis c. 7. & 1. de ſem. c. 11.
k Ga. ibid.
l Galen. 7. meth c. 6.
m Gale. 2. aph. cõ. 20.
n Gal. 1. de dif. feb. c. 8
o Gale. 10. meth. c. 3.
p Ga. ibid.

calorem vel alicuius partis, vel etiam totius corporis extinguit. Grauis quoque tabes est, quæ cum frigore coniungitur præter naturam; nam licet non difficile sit calefacientibus, quæ similiter efficacissima sunt, frigori occurrere, timendum tamen est, ne ea quæ plurimum calefaciunt siccitatem augeant, atque insanabilem reddant, leuioribus vero calefacientibus non cedit frigus quod substantia solidarum partium iam concepit; quamquam diutius trahuntur qui laborant tabe coniuncta cum frigore præter naturam, quem affectum diximus [a] appellari senium ex morbo, cum alioquin secundum naturam extrema senectute [b] reddatur corpus nostrum frigidum & siccum, non quo id fuerit naturæ consilium quæ vnumquodque perficit, sed quo necessariam materiam sequatur processu temporis frigus & siccitas: materia enim ex qua principio coagmentamur calore & humore [c] exuperat, huius exuperantia necessaria est vt fingantur partes nostri corporis, illius vt fingere easdem possit. Processu temporis humor innatus cõsumitur a calore tam [d] interno quam aeris circunfusi ita ut siccetur corpus: exhalante vero humore, simul necesse est exhalet calor qui in eo consistit, quo fit vt corpus reddatur frigidius & siccius, quod [e] senium est. Calor vero innatus, qui vim [f] habet effingendi, augendi, alendi partes nostras, non est similis illi qui ligna non perficit sed tantum deuorat atque in cinerem vertit; quanquam & innatus calor ob siccitatem materiæ absumendo humorem, vitam nostram quam procreauit tandem extinguit; quam sententiam nonnulli volunt fuisse Hippocratis, nequit [g] autem euitari & senium & interitus, id enim quod assidue reficitur ex alimento in dies frigidius & siccius est & non omnino simile ei quod perijt; tantum [h] potest differri & senium & interitus recta ratione victus, vt cibis & potionibus madefacientibus, balneo, quiete, somno, molli cubili, quæ Vlysses apud Homerum præcipit vt Laerti parentur tanquam senibus idonea; quam ridicule [i] vero decipiantur illi qui senectutem & interitum euitari docent, uel recta ratione victus vt memoria Galeni Ægyptius [k] quidam philosophus, vel epoto auro, vt nuper Medicus quidam, qui ad immortalitatem spectans, docuit quo pacto ita pararetur vt bibi posset, res ipsa demonstrat; sed vt præclare scripsit [l] Lucretius,

E

F

a In Aneli. c. 8.
b Ga. 1. de tu. val. c. 2. & l. de marco c. 2. & 4.
c Gal. 1. de tu. val. c. 2.
d Ga. ibid.
e Ga. ibid.
f Ga. 1. aph. com. 15.
g Gal. 1. de tu. ual. c. 2. li. de marc. c. 2. & 4.
h Ga. ibid.
i Gal. li. de marco. c. 2.
K Gale de marc c. 5.
l Lucretius li. 3. in fin.

„ *Certe quidem finis vitæ mortalibus astat,*
„ *Nec euitare Lethum pote quin obeamus.*

Si tabes cum inæqualitate frigoris & caloris iungatur, multo magis periculosa est, quam si aut cum calore, aut cum frigore tantum copuletur, & ob remedia quæ, cum medentur vni, alteram augent, & ob animæ defectionem quam ex eiusmodi inæqualitate diximus oriri; docet enim [m] Hip. eos de repente mori qui sine causa manifesta plurimum & vehementer exoluuntur. Tempus vero euentus futuri longius vel breuius est pro maiori, [n] vel minori excessu superantis causæ, siue naturæ siue morbi. si natura debeat superare morbum ita ut sequatur salus, celerius sequetur vbi & ipsa multo validior erit, & tabes leuior, qualem diximus esse simplicem ac primæ speciei. Si tabes non ita leuis sit, & natura non ita valida, tardiorem salutem exspectabis. Contra euenit cum timetur interitus, si natura valde imbecilla sit & tabes multo validior, aut composita tertiæ speciei, & iam diuturna, celerem interitum prædices. Si natura minus imbecilla sit, & tabes non adeo validior tardiorem præsagies interitum. Via, qua expectatur salus, partim ad artem refertur quæ cibo & potione madefaciat partes exsiccatas, medicamentis succurrat calori ac frigori, partim ad naturam quæ alimentum concoquens reficiat quod absumptum est. Via interitus ad excessum attinet uel siccitatis, vel etiam frigoris & caloris, tum ad symptomata vt ad animæ defectionem.

G

m Hipp. 2. aph. cõ. 41.
n Gal. 4. de præsag. ex puls. c. 11.

De curatione Tabis. *Cap. XI.*

CVratio tabis quæ nunc sequitur nobis tractanda, ad morbum præcipue dirigetur, nam causa aut iam præterijt, aut si adhuc tabem fouet, veluti febris hectica vel ardens, in superioribus libris tractata est. Quod si inflammatio vel erysipelas siccitatem adhuc augeat quam attulit, qua de tumoribus præter naturam explicabuntur. Symptomata propria tabis nulla sunt talia, ut non permittant expectari dum ipsa curetur: tantum animæ defectio propriam curationem postulat, quam paucis monstrabimus, cum in curatione membratim fusius exponere debeamus. Omissis igitur nunc causis & symptomatibus, in solam insistemus curationem morbi hoc est tabis, quæ aut simplex est, aut composita cum alio affectu. Inuestigabimus primo opera quæ ab vtrauis requiruntur, deinde instrumenta per quæ perficiantur. Simplex tabes enim sola sit siccitas præter naturam, vnum solum postulat opus contrarium, nempe vt restituatur humor qui absumptus est, & ita partes exsiccatę tantum madefiant, non tamen refrigerentur aut calidiores reddantur: idem opus postulant non solum tres species tabis supra enarratæ, sed etiam inopia illius sanguinis [o] qui contineri debet in venis atque arterijs; quo autem maior est tabes, eo maiorem curam desiderat & diuturniorem vsum madefacientium, maior autem est secunda species quam prima, & tertia quam secunda. nec est quod dubites an tertia species (quæ sanari non potest cum non reficiatur [p] substantia solida) postulet madefacientia, nam potest per ea trahi diutius vita & differri

H

o Galen. 7. meth. c. 6.
p Gal. 1. de dif. feb. c. 9

ferri

A ferri absolutio tabis atque interitus. Tabes, quæ cum calore coniungitur, cum duplex sit mor bus duplici opere sananda est, refrigerare [a] enim & madefacere oportet corpus quod simul calidum præter naturam est & tabescit, quemadmodum supra [b] docuimus in curatione febris hecticæ cum qua aut iã coniungitur, aut non multo post coniungetur tabes, quæ siue præsens siue imminens sit, indicat opus esse madefacientibus, sed præter hæc contra calorẽ pugna bimus per refrigerantia tam intus data quam extrinsecus [c] imposita. Illa vero tabes quæ cum frigore copulatur, aut naturalis est quemadmodum senium simpliciter, aut præter naturã quẽ admodum senium ex morbo, vtrouis modo accidat requirit madefaciẽtia simul & moderate calefacientia, per quæ si nõ prohibetur absoluta tabes & interitus, tamen differtur: quod propositum est illius partis medicinæ quæ senes tuetur γηροκομικὴ Græce [e] dicitur, efficit hoc made faciendo & prohibendo ne siccitas celeriter absoluatur, sed diutius conseruetur innatus humor partium solidarum, quando fieri non potest, vt ille restituatur, qui iam consumptus est. Cõ iungi etiam cum tabe diximus inæqualitatem frigoris & caloris, quod vbi accidat, præter madefacientia quæ à siccitate requiruntur, media quædam adhibere oportet inter ea quæ madefaciunt, & ea quæ refrigerant, hæc enim tam frigoris quam caloris excessus remittunt, quæcunque enim medios talia sunt, præ magis talibus vim habent contrarij. Sed quia eiusmodi tabi su peruenit animæ [f] defectio, huic quoque succurrere oportet, id quod fiet si spiritus tum reficiã

B tur ab alimento, & tum retineantur modice adstrictis foraminibus cutis. His ita constitutis de operibus, quæ ad tollẽdam tabem, & simplicem & compositam necessaria sunt, persequemur instrumenta quibus perficiantur, si prius quædam præcepta exposuerimus, quæ seruanda sunt cum illa eliguntur. Ergo cum ad tabem spectantes vtimur madefacientibus, erit nobis exploratum solummodo per cibum & potionem refici humorem absumptum, ita vt hæc sola [h] per se madefacere possint solidas partes nostri corporis, quibus alimentũ agglutinatur & simile red ditur, cætera vero, quæ ad madefaciendum adhibentur, non posse humorem qui interiit restituere: sed vel ita parare partes nostri corporis vt facile accipiant humorem, quem alimentum suppeditat, vel prohibere ne plurimus postea absumatur. Valẽt igitur per se cibus & potus ad madefaciendum corpus sicuti inedia ad siccandum, quam Hippo.[i] vtilem esse humidis corporibus docuit: animaduertere autem tam in cibo, quam in potione eorum, qui tabe laborant, oportet potissimum quantitatem, qualitatem, modum & tempus. Quantitas quamuis multa requiratur, vbi multum humoris absumptum est, non tamen multa danda est, sed (eodem Hippocrate [k] auctore) quæ longo tempore extenuata sunt corpora lente reficere oportet, neque enim reficit humorem quod sumitur, sed quod cõcoquitur, concoqui [l] autẽ debet ab illis partibus quæ extenuatæ sunt; nequeunt autem ob imbecillitatem plurimũ alimenti superare, sed

C necesse est paulatim reficiantur, & modus dandi cibum sit vt diuidatur, neque totus simul detur, sed quotidie iterum, & tertio: tantus autem sumatur vt coctus sit, cum alter sumendus est. Ad quantitatem cibi & potionis referri potest substantia, quæ vbi crassa & glutinosa sit plurimum [m] affert alimenti, vbi tenuis parum: eadem autem est ratio substantiæ plurimum nutrientis, quæ multæ quantitatis, nam vt hæc superari nequit à viribus imbecillis, ita substantia crassa & glutinosa distribui non potest, neque enim per se fertur cibus ac permeat in omnes partes corporis, sed allicitur ab ipsis, quæ cum valde extenuatæ sint, ob imbecillitatem nequeunt allicere substantiam crassam & glutinosam, ita vt necessarius sit cibus tenuis: quamuis minorem habeat & non idoneam alendi facultatem. Eadem est ratio quantitatis & substantiæ potionis. Qualitas vtriusque boni succi sit, & lenis, non acerba [n] aut austera, non acris, non salsa, non amara: augent enim eiusmodi qualitates siccitatem, & magis insunt in his quæ simul medicamenta sunt, quam in his quæ simpliciter esculenta & poculenta. Tempus sumendi cibi tunc est, cum [o] ille, qui prius sumptus erat, iam ex ventriculo descendit, id quod ex ructu cognoscitur, potionis vero vbi ventriculus valde imbecillus sit, cum cibus iam coctus est, qui si cum potione sumeretur, in ventriculo enataret, neque posset perfecte concoqui, quia neque etiam bene comprehendi à ventriculo. Præter cibũ & potionem quæ sola per

D se madefacere diximus corpus exsiccatum, adhibenda etiam sunt alia quæ madefacere possũt quatenus aut reddunt partes nostras idoneas quæ alimentum admittant, aut non sinũt eas valde exsiccari: admittunt partes nostri corporis facile alimentum, quod attrahunt, vbi laxiores reddantur, ita vt aperiantur foramina cutis, quæ, vt patere debent in febribus ad exitũ calidæ expirationis, ita etiam in tabe vt accipiant humorem alentem. Relaxat [p] balneum, mollis frictio, vt in sequentibus apparebit: ea tamen in relaxando necessaria cautio est ne nimis digerantur corpora, ex quo magis augeretur tabes quam curaretur, accepto humore alente in partibus relaxatis: quamobrem vbi corpus plurimum digeratur expedit cutis foramina leniter aut oleo obstruere, aut adstringere perfusione aquæ in qua bullierint medicamẽta adstringentia. Non sinunt valde siccari corpus somnus, quies, tranquillitas, præterea balneum aquæ dulcis tepidæ, quæ cum allicitur per externas partes, irrigat illas ad quas peruenit, & eatenus retundit vim caloris exsiccantis proprium humorem partium solidarum. Alia opera quæ ad cõ positam tabem pertinent, quasdam ipsa quoque animaduersiones desiderant: vbi ad temperandum calorem præter naturam opus sit refrigerantibus, cauendum est, vt in hecticæ [q] cu-

a Gal. l. de marcore c. 9.
b Supra li. præcedẽt. 6.
c Galc. l. de marc. c. 9. & lib. 10 meth. c. 7
d Gal. l. de marco. c. 5.
e Gal. ibid.
f Gal. ibid.
g Gal. l. de marco. c. 9.
h Gal. l. 7. meth. ca. 6. & l. de marcore c. 5
i Hipp. l. 7. aph. 59
k Hipp l. 2 aph. 7
l Gal. 7. meth. c. 6
m Gal. ibi.
n Gal. ibid.
o Gal. ibid.
p Gale. l. de marco. c. 5. & 7. meth. c. 6
q Supra in hoc lib. c. 8

ratione docuimus,ne extinguant innatum,vel in aliqua parte,vel etiam in toto corpore,id qđ tanto magis periculosum esse diximus,quanto magis extenuatum ᵃ est corpus, neque à carne, aut adipe defenduntur amplius partes solidæ:quare tunc præstat paulatim refrigerare quam subito,nisi si calor ardens esset:nam sic vtendum esset valde refrigerantibus, ne partes omnes celerrime tabescerent:in calefaciendo autem vbi siccitas cum frigore copuletur, illis vtédum est,quæ calorem augere possint non tamen siccitatem : si qua calida sint amara vel acerba,cũ vehementem habeant siccandi vim,debent vitari. Expedit etiam magis substantiam augeri caloris ,quam qualitatem,quamobrem vtilissima sunt quæ prædita sunt calore simili calori nostro;ita vt seruata qualitate augeant duntaxat substantiam. Restant instruméta propria per quæ perficiuntur opera proposita ad curationem tabis & simplicis, & compositæ: opus enim est,vt ante ostendimus,madefacere quod siccatum est , refrigerare quod calefactum , calefacere quod refrigeratum , ad æqualem moderationem redigere inæqualitatem, reficere exhaustos spiritus, & exhalantes adstricta cute retinere , vt succurratur animæ defectioni.Ordiemur ab instrumentis madefacientibus,quæ sub ratione victus omnia continentur,siue ᵇ per se humorem absumptum restituant,siue quatenus vel non sinunt illum qui superest,celeriter absumi,vel tales reddunt partes corporis nostri,vt facile alantur humore quem alliciunt , subijciuntur ᶜ rationi victus sex res non naturales quotidianæ atque vsitatæ etiam sanis,quas sigillatim perpendemus,agemus deinde de lacte,& de balneo separatim,quę,quamuis non sint vsitata sanis,ad illas tamen sex res non naturales referuntur. Aer itaque ᵈ humidus sit, nam quemadmodum calidus plurimum valet ad calefaciendum cor, ita humidus ad madefaciendum,cum per nares & os,per guttur & asperum arteriam & pulmonem ad ipsum fertur,quod si non habetur talis ᵉ paretur arte,respersa aqua, quæ neque calida esse debet, neque frigida,sed tepida:fingimus enim siccitatis excessum seruata moderatione frigoris & caloris . Illud autem obliuisci non oportet quod aer nequit restituere humorem cordis, sed solummodo ipsum madefacit quatenus non patitur ita celeriter exsiccari. Cibus in vniuersum sit qualem supra descripsimus boni succi,facilis ᶠ coctionis,ac tenuis . Huiusmodi proponuntur à veteribus ptissana hordeacea,alica ptissanæ modo præparata,pisces saxatiles,asellus ex albo iure, vitelli ouorum,testes gallorum qui lacte alti sint,alæ gallinarum , perdices , aniculæ ex monte non ex palude,panis purus,qui bene coctus sit & satis habeat fermenti ac salis;quanquam sine sale,vt nunc vsitatur ab Hetruscis humidior est:mel etiam idoneum præbet alimentum,qui bus cibis cum partes nostri corporis refici iam cęperint, paulatim reuertendum est ad cibos vsitatos. Potui, si detur aqua non ᵍ restituit substantiam solidam, sed eatenus madefacit quatenus ipsam irrigat, & non sinit ita celeriter absumi, quanquam non desunt qui ipsam valere ad alendum existiment, eo freti , quod non sit simplex & pura , sed composita , & quod in ventriculo misceatur cum succis, & vt mixta à calore nostro concoquatur , quamuis concoqui ab igne ʰ nequeat : celerem vero & non mediocrem vim habet alendi & reficiendi humorem exhaustum potio ⁱ quod lene sit & tenue , non crassum ac dulce , quia non facile distribueretur,non austerum,acerbum,acidum,acre aut amarum , quia magis humorem absume ret; tum mediæ ætatis non recens,quod crassius est & multas obtinet partes ad alendum minime accommodatas,non ita vetus vt amarum euaserit ne siccitatem augeat . Est etiam idonea potio mulsæ vbi restituere exhaustum humorem oportet & simplex sit tabes ; quemadmodum & aqua per destillationem extracta ex cochleis,testudinibus terrestribus, siue etiam ex carnibus pulli gallinacei : præcipue vbi cum tabe & siccitate, caloris quoque excessus talis coniungatur vt suspectam faciat quamcunque vini potionem . Somnus, quies, animi tranquillitas conferunt ad madefaciendũ corpus, quia non sinunt valde exsiccari;à vigilia,quæ ex tenuatis ᵏ inimicissima est,à motu, qui vbi multus & vehemens sit tabefacit, abstinendum est, quanquam lenis ambulatio & mollis, non multa frictio euocando internum humorem ad partes externas, & eas ita relaxando , vt facile ipsum admittant , non mediocriter confert ad reficiendum,ac demum à perturbationibus animæ , quæ vt si quid aliud , corpus nostrum tabefaciunt,quamobrem cura dicta est à Græcis μαρασμός, ˡ quod membra exedat . retentio etiã moderata eodem nomine ad madefaciendum conducit, quod scilicet non permittat exsiccari corpus à nimia expulsione humidorum, quæ in corpore nostro continentur. Sed relictis sex rebus non naturalibus pergamus ad vsum primo lactis, deinde balnei aquæ dulcis, quæ vt si quid aliud,ad madefaciendum pertinent,& non permittunt exsiccari corpus, tantum autem tribuebant lacti pro reficiendis partibus extenuatis ᵐ Euriphon, Herodotus,& Prodicus veteres medici,vt existimarent eius potione sanari posse eos qui cum vlcere pulmonis tabent;optimum omnium est muliebre,ⁿ quod a mammillis sugatur,deinde ᵒ asininum cum primum emũctum,quod cum tenue sit non cogitur in ventriculo & facile distribuitur,hoc sequitur caprinũ quod ᵖ medij habitus est:nam bubulum aut ouillum nimis crassum est,sed , siue ab asina, siue à capra petatur, vigeat ætate, exerceatur, & pascatur vt conuenit,tum ita bene affecta sit vt pabulum concoquat,id quod ex stercore,ᑫ conijciendum erit. Probatur autem lac quod nullã externam ʳ qualitatem gustui,aspectui,olfactui præseferat,sed quam dulcissimum sit,& quantum lacti conuenit splendens , habeat item æqualem substantiam, ita vt non appareat

in

a Gal. 9. meth. c. 5.
b Gale. de marcore c. 5.
c Galen. de tuë. val. ad Thrasyb. c. 35.
d Gale. 10. met. c. 8
e Gal. ibid.
f Galen. 10 meth. c. 11
g Galen. 4. aph. cõ. 13.
h Aristo. 4. met. c. 7
i Gal. 2. ap. com. n. & l. 3. de cauf pulf. c. 7
k Galen. 7. meth 6
l Gale. 1. de art. com. 30
m Gale. de marcore c. 9
n Ga. 7. meth. c. 6
o Galen. 10 meth. c. 11
p Galen. 5 meth. c. 12
q Ga. 7. meth. c. 6
r Gal. ibid. & 5. meth. c. 12

E F G H

A in eo partes diuersæ. Lacti vtiliter admiscetur aliquid [a] mellis quod bonum sit, coloris scilicet flaui, pellucidi, suauis, medij habitus, ita vt nec ex digito statim elabatur nec consistat, prius autem quam misceatur super prunas ex quercu, vel ex vite bene candentes diligenter despumetur: sumitur autem ad duos, tres vel quatuor cyathos prout magis vel minus cōcoquitur, & statim [b] à balneo, quo si quis quotidie bis vtatur, bis quoque potest lac sumere. Balneū vero aquæ dulcis irrigat partes ad quas penetrat, & hoc nomine non patitur celeriter exsiccari: simplici tabi conuenit moderate calida sic magis excipitur in foraminibus cutis, tamdiu autē in ea manendum est, vt corpus moderate calidum sentiatur, sicut & finis fricandi faciendus est cum apparet [c] rubor, si vlterius fricetur [d] corpus exsiccatur: id quod euenit etiam vbi nimis diu degatur in balneo; dissipatur enim internus humor & nimis relaxantur foramina cutis vnde exeunt humidi vapores. Prodest antequam homo in balneum ingrediatur inunctio olei simplicis, relaxat enim partes, & idoneas reddit ad humorem excipiendum: conuenit eadem à balneo quod obstruat foramina cutis, & non sinat humidos vapores exhalare, neque permittit frigus aeris circumfusi aspirare ad partes internas. Hactenus de instrumentis madefacientibus, accedamus ad ea quæ refrigerant, efficacissimum omnium est aqua frigida & potui data, & in balneo adhibita, quæ tamē suspecta est corporibus [e] extenuatis, quemadmodum supra docuimus in curatione hecticę: verendū enim est, ne innatus calor aut in aliqua parte, aut in vniuerso cor- B pore extinguatur; & ita homo incidat in senium ex morbo, quod tamen eligendum est vbi periculum imminet ne celerrime præcipitetur æger a vehementi calore tabetactus, cum eiusmodi etenim senio, aliquot non solum menses, sed etiam annos trahi vita potest, vbi eiusmodi periculum non impendet vtemur ad refrigerandum frigidis medicamentis, quæ supra ad hecticam febrem commemorauimus, vt cerato liquido, linimento rosaceo, aut succo frigidæ alicuius [f] herbæ, vt lactucæ, portulacæ, semperuiui, quę imponemus super illas partes in quibus [g] potissimum esse focum febris existimabimus. detur potui aut aqua simplex aut ex destillatione cochlearum, testudinum, siue etiam gallinaceorum pullorū destillatione extracta, aut vinū aquosum tenue maxime dilutum. At cum calefacere oportet refrigeratum corpus, quemadmodum in senio vel naturali, vel ex morbo, valet [h] vinum vetus quod tamen amarum non sit, mel & per se, & mixtum cū lacte. Inungunt externæ partes oleo nardino [i] aut masticbino, cui additur aliquid ceræ vt diutius inhæreseat; neque enim permittuntur exsiccari: vtiliter etiam illinūtur pice semel quotidie, nam hæc medicina frequentius adhibita, humidam substantiam absumit. Illud autem in calefaciendo obseruandum esse diximus, vt magis augeatur qualitas, quam quan- C titas caloris, propterea maxime proficiunt, quæ moderata sunt, & tali calore pędita qualis noster est, tenetur super ventriculo [k] catulus pinguis cum homo iacet, aut puerulus boni habitus. Ad moderandum vero excessum frigoris & caloris valent similiter quæ moderate calida sunt, vinum, lac, mel, intus, similiter extrinsecus catulus aut puerulus: balneum aquæ dulcis vitandū est ne vires deficiāt ob animæ defectionem cum nimiū spiritus exhalent, pro balneo magis vtimur leuiter [l] adstringentibus ac refrigerantibus, vt claudantur foramina cutis, ne spiritus exhalent: flabellis ventum facimus, inungimus oleo melino cutem, vt dēsior reddatur. Ad reficiēdos [m] vero spiritus exhaustos nihil æque conducit ac potio vini tenuis, aqua quæ ex carne pulli gallinacei per destillationem communiter extrahitur, siue etiam quæ longe maiorem apparatum postulat, quam carnis aquam nuncupant. hoc pacto igitur animæ defectioni succurrimus, & inæquali excessui frigoris & caloris.

a Gal. ibid.
b Gal. ibid.
c Galen. 7. meth. c. 7
d Gal. 2. de tu. val. c. 12
e Gal. 9. c. 5
f Galen. 10 meth. c. 9
g Ga. ibid.
h Gal. 5. de tu. val. c. 5 & 7. & l. de marcore c. 9.
i Gal. 7. meth. c. 7
k Galen. 7. meth. c. 7
l Gal. l. de marcor. c. 9
m Gal. ibi. l. 12. meth. c. 4

Finis Librorum de Febribus.



VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM E

Partis Secundæ Liber Octauus:

Qui est de morbis tota substantia pugnantibus cum natura nostra. F

De consensu & dissensu totius substantiæ. Cap. I.



Es temperatione quatuor elementorum coagmentatæ, cum inter se conferuntur, non solum primis atque euidentibus qualitatibus, sed quadam etiam latente vi totius substantiæ, aut conueniunt aut dissident, aut neque omnino conuenientiam habent, neque omnino [a] dissidium. Est autem rerum conuenientia quasi vocum in harmonia consensus, dissidium earundem, quasi symphonia discors. Humanum corpus, vbi cum alijs rebus in comparatione coniungitur, cum quibusdam tantam similitudinem obtinet, vt vna coniunctione naturæ, quam συμπάθειαν Græci vocant, constrictum esse videatur: [b] à quibusdam ita dissidet atque abhorret, vt contrarium sit, habeatque pro consensu dissensum, quem Græci nominant ἀντιπάθειαν. Alimenta quamuis differant, sunt tamen finitima partibus nostris, [c] ita vt ab ipsis attracta & mutata, similia penitus reddantur. Cathartica hoc est purgantia medicamenta succis, qui in corpore nostro versantur, adeo similia sunt, vt ipsos attrahant & accedente leui naturæ impulsu educant. G Medicamenta, per quæ contra venena pugnamus (ἀλεξιτήρια & ἀλεξιφάρμακα Græce dicuntur) mediam naturam habent inter alimenta, quæ nobis similia sunt, & venena, [d] quæ contraria: quamobrem neq; nocent vt hæc, neque illorum modo nos alunt, sed veneni, [e] & succorum prauitati aduersantur, & ita nobis succurrunt. Sunt & alia plura dissimilia non tamen contraria nobis, quemadmodum palea, fœnum, lignum, corium, ossa, quæ nos alere non possunt, nullum tamen afferunt detrimentum. Illa vero quæ siue intus sumpta, siue extrinsecus admota, aut valde noxia sunt, aut etiam mortifera, non tantum dissimilia sunt, sed etiam contraria, ita vt ex toto nobis aduersentur. Debēt autem coniunctio, dissimilitudo, & repugnantia, quas proposuimus, ad totam substantiam, & proportionem quandam referri, non ad euidentem primarum qualitatum moderationem, aut exuperantiam, si quidem chamæmelum nullum nutrire hominem potest, quamuis temperationem multis [f] similem nactum sit: Terra lemnia virus extinguit, quod non faciunt [g] complura alia similes qualitates præseferentia. Aconitum quod mortiferum est, non valde nocet frigoris aut caloris immoderatione, sed quod tota substantia pugnet cum natura nostra: repugnantia hæc H sæpe vehementer lædit simplices partes nostri corporis, & longe grauiores efficit morbos, quam illi sint, qui spectant ad qualitates euidentes. Cæterum morbos eiusmodi repugnantia contentos, quos tota substātia nobis aduersari dicimus, breuiter in superioribus libris complexi sumus, qua [h] de morbis, de causis, de signis, de curatione generatim egimus: eosdē nunc propositū est vberrime explicare, primo in vniuersum, deinde speciatim, nō secus quā febres quas proxime absoluimus. Morbi ergo qui tota substantia nobis aduersantur, nō pertinent ad alicuius euidentis qualitatis immoderationē, sed ad repugnantiam totius substātiæ, ob q̄ summopere lædunt, & grauissima afferūt symptomata, ita vt celerrime nos interimant, & difficulter sanentur: eiusmodi sunt febres pestilentes, & mala illa, quæ ex medicamentis perniciosis, & ex ictu ac morsu serpētis, aut feræ alicuius nascuntur, aut ex aspiratione Auerni, vel loci alicuius putris, vt omittā nunc eos qui à fulmine percussi statim intereunt, ita vt nullum detur spacium curādi, & simul moriantur atq; ægrotent. Ad repugnantiā totius substantiæ spectat ēt morbus Gallicus, qui citra insignē euidētis qualitatis exuperātiā, grauiter tentat, atq; affligit fere oēs corporis partes. Quod vero & hic & alij cōplures, vt febris pestilēs, lippitudo, scabies, phthisis,

con-

a Gale. 6. epi. com. 5.
b Gal. lib. 5 meth. c. 1.
c Gal. li. 1. de ra. vale. c. 3.
d Gal. lib. 1 de nat. fac. c. 14.
e Gal. lib. 5 simp. c. 18.
f Gale. li. 3. simp. c. 10.
g Gale. li. 9. simp. ca. de terris.
h Vidus li. 1 de cur. gen. c. 6. part. 1.

A contagione alios contaminet,ac fimili morbo afficiat,magis tribuendum eft , putredini gluti- a Gal.l.1.de
nofos quofdam,ac putridos vapores afflanti,quam repugnantiæ totius fubftantiæ, cuius cau- dif feb. c.2
fas perquirere nunc tempus eft.

De caufis morborum tota fubftantia pugnantium cum natura noftra.
Cap. II.


Vilibet morbus cum vitæ munera offendat[b] neceffe eft verfetur in partibus folidis,à b Gal.li.de
quibus illa perficiuntur,fiue proxime ipfas occupet,fiue refideat in materia,quam diff. morb.
contiņent. Qui proxime illas occupat, [c] non fouetur amplius à caufa continente, c.2.& 7
cum iam factus fit,neque vltra fiat,ficut ille qui per vitiofam materiam eafdem affi c Gal.li. 11
cit. Euenit hoc quoque morbis qui totius fubftantiæ repugnantia nos lædunt,nam ifti etiam met.c.2. &
fi folidis partibus hæreant,non fouentur amplius à caufa continente : fin per materiam quam l.8.met.c.1
habent vitiatam,in ipfis refident,ab eadem tanquam à continente caufa retinentur. Vt autē
nunc propofiti morbi aut iam facti funt,aut adhuc fiunt,fic materia vitiofa aut ipfos fecit, aut
B iam nunc facit,hæc non folum caufa eft,fed etiam continens,illa cum vel præterierit; vel ni-
hil amplius efficiat,non poteft amplius nominari caufa,nifi vocabulo abutamur,ficuti cū cau-
fam quoque dicimus eam,quæ adhuc efficit.Sed fiue præterierit,fiue adhuc maneat, fiue effe-
cerit,fiue adhuc efficiat,aut contracta eft in corpore noftro,aut externa eft,[d]& aliunde venit.
Contrahuntur in corpore noftro humores interdum adeo praui, vt venenorum vim æquent, d Gal. li.3.
qui hominem præcipitant vel fubito,vel paulatim,non fecus quam illa,quæ non omnia perce de loc.af.c.
lerem interitum afferunt,fed quædam vbi læferunt partes ignobiliores,diu latent prius,quam 7.
pertingant ad præcipuas,& hominem interimant,veluti virus canis rabiofi,quod vbi per mor
fum inferitur,poft aliquot menfes efficit aquæ metum,& hominem[e] necat. Humores autem e Gale.3.3.
qui in corpore gignuntur,ad hanc peruenire prauitatem iudicauit Pelops Galeni pręceptor, [f] epid. com.
cum videret fine externa caufa percelerem aliquando interitum, qualis mortifera pocula fe- 75
qui folet,neque enim hoc illi videbatur referri poffe ad copiam,aut euidentem qualitatem hu f Ga.l.3. de
moris noxij,fed ad repugnantiam totius fubftantiæ:propterea placuit veteribus medicis,non loc af.c.7
femper tribuendam effe mortem dato veneno,quando in mortuo corpore indicia,& veftigia
illius fuerint,quod eadem fequi fummam humorum prauitatem poffint.Contrahuntur autem
C hæc[g] in corpore noftro,quod ex vitiofis cibis ac potionibus ftatim gignantur, [h] aut licet prin- g G.li.1.de
cipio boni colligantur,quod vitientur vel ex aere putri,vel ex nimia retentione, nam cum co- dif feb. c.3
cti funt,non poffunt amplius perfici,cumque affidue mutentur à calore noftro [i] neceffe eft de- h G li.1. de
teriores fiant,adeo vt interdum perniciofi euadant, [k] unde fanguis menftruus, & femen,ubi dif.feb.c. 4
nimium retineantur,in uirus quoddam uertuntur,quod aliquando hominem ftrangulat : quæ i Ga l 6. de
optima funt,cum mutantur,neceffe eft praua fiant,[l] ficuti lac in mammillis adftrictum,aut fan loc.aff. c.5
guis ex uenis fufus in aliqua parte corporis.Caufæ externæ multæ funt,ut aer peftilens,[m] afpi k Ga.ibid.
ratio auerni,uapor exhalans à corpore ægrotantis contaminato,uenenum quod intus detur, l Ga. lib. 1.
aut folo cutis contactu noceat,aut per morfum & aculeum inferatur. Redditur aer interdum de dif.febr.
ita peftilens,ut contaminet eos quos circumfundit,& peftilentiam faciat,qualis illa fuit Athe c.4
nis,quam Thucydides primum recenfuit,[n] deinde Lucretius his uerfibus expreffit. m Gal. ibi.
n Luc. li. 6.

,, *Hæc ratio quondam morborum & mortifer æftus*
,, *Finibus in Cecropis funeftos reddidit agros,*
,, *Vaftauitque vias,exhaufit ciuibus vrbem.*
D ,, *Nam penitus veniens Aegypti finibus ortus,*
,, *Aere permenfus multum,camposq́ natanteis,*
,, *Incubuit tandem populo Pandionis:Omnes*
,, *Inde cateruatim morbo mortique dabantur.*

Afpiratio putris loci auerni interdum nocet,fed plerunque interitum affert, [o] ut eft apud Lu- o Lucr.li.6
cretium,ait enim:

,, *Nunc age,auerna tibi quæ fint loca cunque,lacusq́*
,, *Expediam,quali natura prædita conftent,*
,, *Principio,quod auerna vocantur:nomen id ab re*
,, *Impofitum eft,quia funt auibus contraria cunctis:*
,, *E regione ea quod loca cum venere volantes,*
,, *Remigij oblita pennarum vela remittunt,*
,, *Præcipitesq́ cadunt molli ceruice profufa*
,, *In terram,fi forte ita fert natura locorum,*
,, *Aut in aquam fi forte lacus fubftratus auerni.*

„ *Is locus eſt Cumas apud, Hetruſcos & monteis* E

„ *Oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti.*

Vapor quem genitalibus partibus affiant, qui morbo gallico tenentur, tota ſubſtantia nobis inimicus eſt, & contagione alios contaminat, licet non valde ſit exitioſus. Venena quæ ſumuntur, aut ſunt naturaliter inſita cibis, & potionibus, aut ipſis ſparguntur: ſuppeditantur tam hæc quã illa, a metallicis, à ſtirpibus quæ è terra naſcũtur, à belluis: alia quæ per morſum inſerũtur à quadrupedibus vel ſerpentibus emanant: quæ per ictum, ab aculeo ſcorpionum, inſectorum & quorundam piſcium, præterea à telis vel ſagittis venenatis: adeo autem inimica ſunt naturæ noſtræ, vt cum vix, aut ne vix quidem materiam relinquant inſignem, vel per ſpiritus ſtatim lædant quaſi radij Solis, per vniuerſum corpus penetrantia, vel ſola qualitate ſanguinem corrumpant, qui deinde alium proximum contaminat, & hic rurſus alium, donec totus vitietur in omnibus partibus corporis: quod ſi icta pars neruoſa ſit, virus primo ipſam contaminat, hæc deinceps afficit proximam, donec noxa ad cerebum perueniat: vbi lacerantur arteriæ, virus per eas permeat ad cor: vbi venæ, per eaſdem fertur ad iecur. At non ſolum tela, ſed medicamenta etiam venenata, quæ ad partes vulneratas aut vlceratas dantur, ſanguinem afficiunt, qui venenatus proximum corrumpit, donec totus venenum cõcipiat, & interitum afferat: quã obrem præcipiunt medici, cum adhibetur[a] homo qui vulnus à ſerpente illatum exugat, vt caueat ne quod in gingiuis, palatoue, aliaue parte oris vlcus habeat, vt tutus ipſe ſit, & tutum præſtet eum qui ictus fuit. Huiuſmodi ſunt cauſæ tam internæ, quam externæ illorum morborũ qui tota ſubſtantia nobis aduerſantur; pergamus ad ſymptomata. F

a Cor. Celſus lib. 5. c. 7.

De Symptomatibus, quæ morbos ſequuntur tota ſubſtantia nobis inimicos.

Cap. III.



AFfert communiter hic morbus proportione magnitudinis grauiora ſymptomata, quam cæteri, ſiue ex aere peſtilenti, ſiue ex ictu venenato, ſiue ex mortifero poculo, ſiue per contagionem ex vapore putri, ſiue ex ſuccorum prauitate oriatur. Quando quidem ex aere peſtilenti fit febris,[b] quæ licet parua videatur, multo deterior eſt, quam ardens. Ex ictu ſcorpionis, & ex morſu viperæ, minimam plagam tanta mala conſequuntur, quanta ne à maximis quidem [c] vulneribus fieri videmus. Exigua pars veneni ſumpta lõge magis de naturali ſtatu deturbat ac dimouet ſanitatis effecta, quam ſi magna copia ſumatur eorum, quæ vehementi calore, aut frigore nocere ſolent. Contagio putris vaporis tota ſubſtantia repugnantis, quantam offenſionem faciat, demonſtrant, qui in morbum gallicum incidentes pene deformantur. Ex prauitate ſuccorum, qui colliguntur in nobis, vbi naturæ noſtræ penitus aduerſentur, quamuis perpauci ſint, ſæpe magis terribilis noxa oritur, quam illa ſit, quæ multos, & euidenti qualitate admodum immoderatos ſequi conſueuit. Ex quibus intelligi poteſt morbos omnes, qui tota ſubſtantia pugnant cum natura noſtra, ſi cum alijs comparentur, vel æqualis magnitudinis, vel etiam maioris, afferte ſymptomata longe grauiora, magis tamen, & minus, pro maiori, & minori repugnantia, tum pro viribus hominis, quæ cum validiores ſunt, magis renituntur cuilibet offenſæ: verum vt grauiora, ita etiam plura ſymptomata naſcuntur ex propoſitis morbis, quam ex alijs, quandoquidem & plures, & præcipuæ partes offenduntur, quæ poſtea deſunt officio ſuo & muneri: cumque ſubſtantia partium ſolidarum in alienam degeneret, neceſſe eſt qualitates quoque, quæ illi accidunt, præter naturam mutari, at qui mutantur etiam quæ naturaliter retinentur, aut detruduntur, ita vt nullum ſit genus ſymptomatum, quod non fiat ex his morbis, quamuis ſpecies quæ ſub illis generibus comprehenduntur, interdum plures, interdum pauciores, & modo hæ, modo illæ ſe oſtendant, id quod partim proficiſcitur à partibus quæ læduntur, partim à morbis lædentibus, nam illæ cum plures imbecillæ ſunt, plures tentantur, ita vt plures ſymptomatum ſpecies ſuperueniant, & aliæ atque aliæ, prout magis hæ vel illæ partes ſunt offenſioni opportunæ. Morbi vero propoſiti non omnes æqualiter affligunt quamlibet partem corporis, ſed alij plures offendunt, ſicuti qui fiũt ex venenis lædentibus cor, quo læſo neceſſe eſt debilitari partes omnes, & quamuis ſymptomatum ſpeciem excitari, alij pauciores vt febres peſtilentes, antequam cor grauiter opprimant, tum alij quaſdam partes proprie vexant, & earum munera [d] impediunt, quemadmodum illi, quos afferunt cantharides ſumptæ, veſicam & renes, lachryma papaueris cerebrum, lepus marinus pulmonem. Proferemus [e] autem in vnoquoque genere ſymptomatum ea, quæ in his morbis frequentiſſime apparent. Ex actionibus [f] læduntur animales præcipue, vt intelligentia, ratio, & memoria, læditur ſenſus, læditur motus, vnde homo delirat, ſtupet, aut etiam grauiter dolet, incidit in vertiginem, in neruorum diſtentionem, in tremorem, tum in tantam difficultatem anhelitus, vt ſtrangulari videatur. Ex vitalibus pulſus vel ex toto interit, vel intermittit, & valde exilis atque imbecillus redditur, conuelluntur vires, accedit animæ defectio. Ex naturalibus corrumpitur coctio, aufertur cibi appetitio, accedit ſitis

b Gal lib. 1 de dif. feb. c. 4

c Gale. l. 3. ſimplic. ca. 22. & c. 23. G

H

d Gal. li. de theriac. ad Piſon c. 4

e Gal. lib. 3 ſimp c. 23

f Ga. lib. de theriac. ad Piſon. c. 4

intole-

A intolerabilis. Ex qualitatibus corporis [a] videtur cutis emortua, plumbea, nigra, tangitur frigida, maxime autem refrigerantur extremæ partes, quod calor vna cum spiritu ac sanguine reuocetur ad partes internas. Ex his quæ præter naturam retinentur aut detruduntur, est sudor frigidus circa caput, & collum, vomitus, sanguinis fluxus, vrinæ retētio. Huiusmodi ergo sunt symptomata, quæ conspiciuntur in morbis tota substantia nobis aduersantibus. a Gale. 1. 6. epi. com. 29

De differentijs morborum tota substantia nobis aduersantium. Cap. IV.

Distinguitur tam genus quam species quælibet illorum morborum, qui ad totam substantiam referuntur, iisdem differentijs, quibus distingui in vniuersum monstrauimus morbos omnes. Nam omissis aduentitijs, aliæ aut constituunt species, quas explicabimus, cum post tractationem in vniuersum pergemus ad singulas species persequendas, aut mutationem aliquam faciunt, quas nunc tractabimus. Depromuntur autem [b] vel à subiecta materia, vel a modo, quo huius morbi formam accipit, a magnitudine, loco, motu, tempore, hanc formam in subiecta materia consequentibus, vel a causis ipsam efficientibus, vel ab effectis, quæ inde proficiscuntur. Suppeditat [c] nobis subiecta materia differentias ob diuersitatem ætatis, temperationis, virium, siquidem propositus morbus pro varia ætate, temperatione, viribus, varia mala affert, & vario modo curandus est. Ex consequentibus formam in B subiecta materia, oriuntur differentiæ a magnitudine, cū non semper æqualis sit, sed modo maior, modo minor, vnde & magnus, & paruus dicitur: a numero quod vel simplex sit, vel multiplex, & compositus cum alijs malis: à loco quod vel sit communis totius corporis, vel occupet plures, vel pauciores partes, & has aut illas: à motu quod sit celer, vel tardus, continuus vel intermittens, ordinatus, vel inordinatus: à tempore quod recēs, aut vetustus, quod item incipiat, augeatur, vigeat, remittatur: à causis quod sit communis veluti pestilentia, vel proprius, vt cum venenum sumitur: ab effectis quod sit salubris, vel exitiosus. Huiusmodi sunt differentiæ, quas maxime attendimus in proposito morbo. b Vidus li. 4. de curat. gener. c. 1. par 1. c Vidus ibidem.

De recognoscendis in homine rebus præter naturam ad repugnantiam totius substantiæ attinentibus. Cap. V.

Ex rebus [d] præter naturam quas proposuimus, symptomata sensu ipso percipiuntur, causæ quæ adhuc manent, mente conijciuntur ex morbo ipso, quem efficiunt. Quæ præterierunt partim de ægrotante, & eius familiaribus audiuntur, partim intelligū C tur ex effectis, qualia fiunt ab alijs causis, vt in sequentibus patebit, cum ad tractationem speciatim veniemus, nunc eo tantum incumbēdum nobis est, vt doceamus, qua ratione recognoscatur morbus vna cum suis differentijs. Latet hic sensum, & idcirco mente comprehendi debet, ex causis, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis. In vniuersum igitur cum antegessa sunt ea, quæ ante causati sumus, vt aer pestilens, aspiratio auerni, vapor valde prauus ac putris contagione contaminans, plaga venenata, medicamentum mortiferum, succorum extrema prauitas, monstrat morbum tota substantia nobis aduersari. Ex his item [e] quæ prosunt aut obsunt, colligitur idē morbus, cui medētur, quæ substantiā habent mediā inter ipsum & naturam nostram, vt allium, terra lemnia, & armena, antidoti: obsunt nō solum illa, quæ tota substantia pugnant cum natura nostra, sed alia etiam, quæ euidenter putredinem augent. Maxime autem firma indicia sumuntur ab effectis, hoc est à symptomatibus, quæ ante monstra uimus grauiora & plura excitari, quam à cæteris non solum æqualibus, sed etiam maioribus, potissimum delirium, stupor, vertigo, dolor, tremor, neruorum distentio, summa difficultas anhelitus, pulsus vel nullus vel admodum paruus atque imbecillus, animæ defectio, cibi fastidium, sitis intolerabilis, color plumbeus, liuidus, aut niger, frigus partium extremarum, sudor frigidus circa caput, & collum, vomitus, sanguinis fluxus, urinæ retentio, aut difficultas. Diffe- D rentiæ, quas proposuimus, eadem uia recognoscuntur qua morbus, quem tota substantia repugnantem monstrauimus: nam hic mente concipitur facta coniectura ex indicijs sumptis a causis, à iuuantibus, & lædentibus, ab effectis: eadem igitur indicia monstrant differentias morbi, quatenus differentiam assumunt similem, seu aperte, ut cum magna magnum denunciant, parua, paruum, seu implicite, ut cum celerem indicant, quę habent in se uim celeritatis, tardū quæ tarditatis. d Hippo & Ga. 1. prog. 8. e Gal. lib. 5 simpl. c. 18.

Prognosticum in morbis tota substantia inimicis. Cap. VI.

Ex futuris quæ in hoc morbo præsagienda sunt, exitus expectari triplex potest, cum aliqui liberentur, ut interdum ex febre pestilente; aliqui intereant, ut plerunque in uenenis & ictu uenenato usu uenit; aliqui neque decedant, neque sanentur, ut solēt illi qui morbo gallico laborant: sed quem expectare oporteat conijciemus ex causis,

a Gal. 4 d præsag. ex pulsi. ca. 11. & lib. de cõstit artis ca. 18.
b Vidus li. 10. de cura. gen. c. i. par. 1.
c Vidus ibidem.

causis, ex natura [b] videlicet & morbo inter se collatis: nam si vis naturæ atque auxiliorum ar- E
tis superare vim morbi, causarum, ac symptomatum videatur, salutem pollicebitur: contra si
minor appareat, & ab ea superetur, interitum; vbi altera alteram non superet, prædicemus ho
minem mansurum in eodem statu. Colligitur [c] naturæ vis ex essentia qua continetur, hoc est
ex temperatione moderata, ad quam refertur ætas; ex causis, vt victu salubri; ex vtilitate, &
noxa remediorum quæ adhibentur, si ea quæ prodesse solent multum prosint, & quæ multum
obesse, parum obsint. Ex effectis vt ex actionibus singularum partium, ex qualitatibus corpo-
ris, ex his quæ retinentur aut detruduntur, parum a naturali statu mutatis, mõstrant enim hęc
omnia robur naturæ validum. Contra [c] vis morbi colligitur non ex essentia quæ latet, sed ex
causis, vt prauitate succorum, vapore putri, aere pestilente, telo venenato, mortifero poculo,
vbi magna fuerint, magnum morbi robur denunciant; ex his quæ prosunt aut obsunt, nam ea
quæ multum prodesse consueuerunt, si nihil aut parum prosint, ea quæ parum obesse, si multũ
obsint, indicant similiter morbi robur magnum; id quod faciunt etiam symptomata cum au-
gentur, nam cum remittuntur, indicant naturam validiorem esse, vbi autem non solum multa
sed etiam magna fuerint, robur morbi validum patefaciunt; quemadmodum ex actionibus læ

d Gal. 2. tertij ep. cõ. 5.
e Hippo. & Gale. lib. 1. progn. 26. & li. 4. aph. com. 37.

sis animæ defectio, ac neruorum distentio, ex qualitatibus liuor [d] ac nigrities cutis, & frigus
partium extremarum; ex his quæ detruduntur sudor frigidus [e] capitis & ceruicis, ex quibus
omnibus intelliges naturam superari à morbo, & hominem interemptum iri. Tempus quo ex- F
pectare salutem vel interitum oportet, & longum esse potest, & breue; ex repugnantia enim
totius substantiæ, quidam vel eadem hora, vel eodem die decedunt, vel non diu trahuntur, vt
illi quos vipera percussit, quidam intra septimum aut certe intra decimum quartum diem sa-
nantur aut pereunt, veluti plerique eorum quos prehendit pestilens febris, quidam neque ci-
to sanantur neque cito intereunt, vt icti à cane rabioso. Præfiniri autem certum ac statutum
tempus non potest ob varietatem non solum causarum, sed etiam corporum. Verum cito ne,

f Gal lib. 4. de præsag. puls. c. 11. & li. de const. artis. c. 18.

an tarde expectare vtrumuis exitum oporteat, demonstrabunt eædem causæ quæ ipsum de-
nunciant; nam vbi naturæ vis superet vim morbi, si multo, expectare citius salutem debemus,
si paulo, tardius. Eadem ratio est morbi, qui cum naturam superat, si multum, timere celerem
mortem oportet, si parum tardum. Via salutis duplex esse potest, cum vel morbus partim a ca
lore naturali, partim ab antidotis superatur, vel expellitur virus. Via interitus est quod &

g Gal. li. de marasmo. c. 5.

morbus & ipsum virus permeet ad cor, idque adeo lædat vt nequat suo munere fungi, finitur
enim [g] vita cum cor moueri desinit, & non facit amplius suum officium. Sed cum vna hæc
sit via interitus, prædici absolute potest, nam salutis viam conuenit distinguere vt proxi-
me monstrauimus. G

Quomodo præcaueri & curari possit morbus tota substantia nobis inimicus. *Cap. VII.*

CVm videatur morbus tota substantia pugnãs cum natura nostra, præcaueri facilius
posse quam curari, prælstat de præcautione prius agere, deinde ad curationem ve-
nire: præcauebitur si & causa euitetur, & corpus reddatur illi minime opportunũ.

h Gal. lib. 1. de diff. feb. c. 3. & 4.

Causa [h] est succorum prauitas, aer pestilens, aspiratio auerni, ictus à telo venena-
to, mortiferum poculum, contagio hominis vaporem putrem afflantis. Verum ad hæc effugiẽ
da nulla opus est arte, cum vel imperiti ac rudes nouerint omnia hæc effugere, sæpe enim au-
dierunt, & vsu ipso compererunt, qui cibi gignant succos perniciosos: Iidem vbi intelligunt
aerem esse pestilentem, si possunt ipsum fugiunt, & secedunt in loca salubria, aut igne & odori
bus corrigere ipsum conantur, fugiunt aspirationem auerni, cauent venena, cauent morsus at-
que ictus anguium ac ferarum, cauent contagionem hominis prauo aliquo vitio contaminati,
id quod sine medicinæ præceptis faciunt communi quadam prudentia edocti. At quo pacto
reddatur corpus nostrum tale vt minime pateat eiusmodi noxæ, medici duntaxat intelligunt, H
monstrabitur autem à nobis diligenter, cum singulas huius morbi species tractabimus. Nunc

i Gal. li. 1. d dif. feb. c. 4.
k Ga. ibid.

in vniuersum scire licet corpus [i] nostrum, vbi purũ est, vbi non redundat multis aut prauis suc
cis, vbi naturali perspiratu non caret, maxime a prædictis causis defendi: quamobrem mitti
sanguis debet vbi copiosior fit, dandum & catharticum vbi praui succi redundent, si interclu-
sus [k] sit aditus his quæ per corpus nostrum feruntur, aut exitus his quæ detrudenda sunt, pate

l Ga lib. de theriaca ad Piso. c. 16.
m Gal. li. 2. de antidotis c. 9.
n Athenæus lib. 3. Dipnosoph.

fieri debet, ita vt relaxentur quæ nimis adstricta sunt, remoueantur quæ obstruunt, minus etiã
lædetur homo, si quibusdã præsidijs vtatur, vt si sumat theriacem, antidotum Mithridatis, [l] ex
sanguinibus, ex terrestri crocodylo, ex scordeo, ex Gemmis, antidotum saxonicam, Athanasiã
zopyri, siue quam doctissimus Matthiolus composuit aduersus omnia venena; terram lemniã
cum iride, baccis lauri, ac melle, terram armenam, [m] Iuglandem cum ruta caricis ac sale, ci-
trium cum cortice pulpa & seminibus, mala cytonia, [n] Rutam, Cornu Rhinocerotis, seu Vnicor
nis, aut etiam lapidis Bezaar, vel lapidis Malacensis tenuissimum puluerem ex albo vino atq;
odorato, seu ex aqua cinamomi, herbæ quam scorzoneram Hispani nuncupant, seu etiã vin-

ceto-

A cetoxici radicem exiccatam cum vino, ſeu earundem ſuccum aut etiam aquam quę per deſtillationem ex ipſarum foliis extrahitur, elixir quod appellant: Vel inungatur oleo ex ſcorpionibus ſiue Gregorii Carauitæ, ſiue Marthæoli, ſiue Magni Ducis Hetruriæ, aut etiam Balſamo quod ex Orientali India transfertur & aliis id genus præſidiis, quæ vt à venenis, ita etiam ab aliis tota ſubſtantia inimicis tueri hominem poſſunt.

Iam vero vt curetur hic morbus, cum iam adeſt, diſtinguere primum oportet, iungatur ne cum cauſa continente, ſi quidem hanc prius neceſſe eſt auferre. Eſt autem cōtinens cauſa vel humor admodum prauus & corruptus in corpore noſtro, vel venenum ac virus iam conceptum, vtrumuis ſit, partim educendum eſt, partim corrigendum: tutius tamen educitur quam corrigatur, humor purgandus eſt, venenum euomēdum, virus quod per morſum aut ictum inſeritur extrahendum aut per idonea medicamenta, aut per [a] cucurbitulas, aut per hominem ore ſugentem. Corrigitur etiam humoris ac veneni prauitas, cum temperatur ac frangitur medicamentis illis quæ græce [b] ἀλεξητήρια & ἀλεξιφάρμακα dicuntur, huiuſmodi ſunt Antidoti iam relatæ, huiuſmodi eſt aqua contra lethalia venena Matthæoli. Aqua bezoartica ſeu alexipharmaca Iacobi Theodoti, Aquæ Theriacales Rondeletii atque Andernaci, huiuſmodi eſt alliū, gentiana, ſemen napi, ſemen melanthii, radix vincetoxici, morſus diaboli, radix tormentillæ, ſcordeum, cretēſis dictamnus, ſcorzoneræ hiſpanicæ ſuccus ſiue puluis, lapis Bezaar, lapis ma-
B lacenſis, terra lemnia & alia id genus quam plurima. Cum nulla adeſt continens cauſa, mederi morbo oportet qui partibus ſolidis inſedit, tunc autem non opus eſt amplius educentibus, neque enim detrahenda eſt ſubſtantia ſolida, ſed mutanda & corrigenda, id quod commode faciunt medicamenta, à quibus proxime diximus temperari, ac frangi corrupti humoris ac veneni prauitatem; eadem igitur corrigunt hoc vitium, cum iam impreſſum eſt in partibus ſolidis, quamuis non ita facile vt in humoribus, facilius enim [e] mutātur quæ tenuiora ſunt, quam quæ craſſiora. Hanc curationem in vniuerſum traditam accommodare oportet ad ſingulas ſpecies, quibus licet eadem opera conueniant, varia tamen aptantur inſtrumenta, quæ recenſere oportet, vt quod cuique idoneum ſit appareat. Sed neceſſe eſt prius ſpecies omnes morborum tota ſubſtantia pugnantium cum natura noſtra indagare, quas diuidendo genus aſſequemur, ad quod iam aggredimur.

a Cornel. Celſus lib. 5. c. 27.
b Ga. 6. ſexti epid. cō. 5. & lib. 5. ſimp. c. 18.
e Ga. li. 1. d diff. feb. ca. 1.

Species morborum tota ſubſtantia pugnantium cum natura noſtra. *Cap. VIII.*

C BOno quod vnum eſt, multa contraria ſunt, & non vnum dūtaxat: Virtuti quæ in medio [d] conſiſtit vtrunque extremum opponitur, vt fortitudini audacia, & formido, liberalitati auaritia & effuſio. Toti ſubſtantiæ noſtræ quæ vnum quoddam bonū eſt, multa contraria ſunt à quibus perimitur, quo fit, vt ſub genere eorum, quę cum ipſa pugnant, multæ ſpecies comprehendantur, quarum omnium commune eſt vt ipſi aduerſentur: differunt tamen inter ſe, quod aliarū alia eſt proportio ac ratio mixturæ, quamuis quælibet naturæ noſtræ inimica ſit, & ipſam deleat. Sed quot & quæ illæ ſint inueniemus, ſi in memoriam reuocemus cauſas morbi tota ſubſtantia nobis inimici, quas ſupra expoſuimus: totidem enim ſunt ſpecies eiuſmodi repugnantiæ quot cauſarum, cum ſingulæ diuerſam, quamuis omnes alienam nobis mixturam nactæ ſint: hæc cum lateat, qualis ſit explicari non poteſt, oſtendimus [e] autem eiuſmodi cauſas, aut in nobis contrahi, aut externas eſſe. [f] Contrahuntur in nobis humores adeo vitioſi vt inſtar veneni nos abſumant, ſiue tales ſtatim gignātur ex cibis & potionibus prauis, ſiue qui prius boni geniti ſunt, corrumpantur & degenerent in deterrimos, veluti ſanguis, [g] ſemen, & lac, quæ interdum adeo vitiantur, vt eadem quæ a mortiferis venenis afferri videmus, mala afferant. Omnia autem ſub vna ſpecie comprehendi poſſunt, niſi dicas ſingulis humoribus ita corruptis, ſingulas cauſarum ſpecies contineri. Cauſæ externæ ſunt aſpiratio [h] auerni, aut loci admodum putris, aer peſtilens, venenū deuoratū aut epo-
D tum, morſus atque ictus venenatus, putris vapor quem afflat homo aliquo tali vitio contaminatus, quæ omnia externa ſunt & aduentitia, cum nihil eorum gignatur in corpore noſtro, ſingulæ autem efficiunt propriam ſpeciem repugnantiæ: ſed cum vnumquodque ex ipſis plures ſub ſe ſpecies complectatur, ſingulæ quoque excitant ſuam ſpeciem repugnātiæ, neque enim aſpiratio exhalat ſimilis à quolibet auerno, ſed alia ab eo qui in mōtibus Hetruriæ, alia ab eo qui prope Cumas, alia ex aliis locis putribus, qualis illa fuit quæ ante decem & ſeptē annos Florentiæ & puerum, & iuuenem interemit. Erat in vico Diui Laurentii in quodam diuerſorio puteus magna ex parte oppletus fimi, fœcis, ac ſordis, in hunc forte incidit gladius, puer vt ipſum extrahat eo deſcendit, & ſtatim mortuus cadit, idem accidit iuueni, qui puerum educere ex puteo tentauit, idem & cani quem in eundem puteum proiecerunt, qui hæc ſpectantes periculum in cane potius, quam in ſe facere voluerunt: neceſſe autem eſt aſpirationem tota ſubſtantia naturæ noſtræ alienam ex putri illa materia, quæ in puteo continebatur, exhalaſſe, quæ ſtatim interitum attulit; veriſimile autem eſt, hanc alterius ſpeciei fuiſſe atque illā quæ exhalat ab auernis, & alterius eam rurſus quę exhalat à foueis, vbi diu triticum ſeruatum eſt,

d Ariſ. li. 2. Ethic. ca. 6. & c. 7.
e In hoc libro c. 2.
f Gale. li. 3. de lo. affec. c. 7.
g Gal. li. 6. de loc. aff. c. 5.
h Gal. li. 1. de diff. feb. c. 4. & li. 6. ſexti epid. com. 5.

cum

cum primum aperiuntur, adeo autem perniciosa est, vt sæpe hominem repente enecet: ita vt morbus quoque licet idem genere ab omnibus excitetur, specie tamen differat. Aer etiam pestilens qui febrem pestilentem facit, alijs locis ac temporibus diuersus est, & non idem: pestilentiæ enim quas vidimus, aut scriptas legimus, dissimiles fuerunt, non æque perniciosæ, neque eadem mala apportarunt: petuntur venena multa à metallicis, ab his quæ è terra nascuntur, à belluis. Exitialis ictus quamuis paruus & in parte ignobili vt in cute, multas habere causas potest, vt telum venenatum, vt aculeum, veluti scorpionis aut draconis marini, vt morsum Viperæ, aspidis, dipsaci, hæmorrhoidis, cerastis, phalangij, canis rabiosi: quot autem hæc sunt, totidẽ species repugnantiæ, & propositi morbi videntur inferre. Contagio quoque per vaporem putrem, tota substantia alienum contaminare nos potest, & tota substantia nobis inimicum morbum facere, qualis gallicus est, cuius species per se deprehenditur ab alijs distincta. Quotquot ergo sunt causæ, totidem dicemus esse species morborum tota substantia pugnantium cum natura nostra, quæ vt genere conueniunt, ita eandem genere curationem postulant, vt item specie inter se dissident, ita requirunt propria auxilia specie inter se differentia: sed seorsum persequi vnamquamque oportet sumpto initio ab illa, quam faciunt vitiosi humores à nobis geniti. E

De morbo quem faciunt humores tota substantia pugnantes. F

Cap. IX.



HVmores quos contrahimus, interdum copia nos lædunt, interdum qualitatẽ, hæc autem vel euidens est, vel occulta: morbi qui fiunt ab euidenti, ad immoderatam temperationem referuntur calidam, humidam, frigidam vel siccam: qui occulta[a], pertinent ad repugnantiam totius substantiæ, quem morbũ nunc tractamus, cuius essentia cum lateat, explicari non potest. Quamobrem causas & symptomata persequemur, est igitur propositi morbi causa humor adeo vitiosus, vt tota natura nobis inimicus sit; talis autem gignitur aut ex [b] prauis cibis ac potionibus, aut ex bono atque vtili aliquo humore, vt ex sanguine, semine, & lacte, quæ adeo interdum [c] vitiantur, vt degenerẽt in virus. Qđ aũt ex cibis ac potionibus praui succi, gignantur in nobis perniciosi eiusmodi humores, indicio est pestilentia illa quæ famem sequitur, qualem Galenus [d] vidit Commodo Imperatore, pauperes enim ob frugum penuriam quicquid offerretur, quantumuis prauum comedere coacti vitiosos succos collegerunt, qui sæuam ac miseram pestilentiam excitarunt: illi vero humores qui boni sunt & ad alendum idonei, vitiantur partim ob causam externam vt ob [e] mortifera pocula, G vel ictum venenatum, (de quibus in sequentibus agemus) partim ob internum aliquem affectum sine externo impulsu, siue quod multitudine canales obstruant, velutj sanguis menstruus cum non [f] purgatur, aut semen redundans cum non emittitur, siue quod ex venis exeant, & in alijs locis non vitientur sed cogantur, vt euenit sanguini & lacti. Adde quod eiusmodi humores cum perfecte cocti sint & assidue à calore nostro mutentur, necesse est in contrariam naturam vertantur, & tandem fiant deterrimi, ac veneni [g] modo perniciosi sint: sed satis de causis. Sequuntur symptomata quæ in morbis, quos faciunt humores geniti in nobis ex cibis & potionibus praui succi, eadem sunt quæ in febribus pestilentibus apparent, longe plura scilicet & grauiora quam sint illa quæ febres etiam magnas sequi solent, vt delirium, veternus, maxima spirandi difficultas, cardialgia, cibi fastidium, sitis inexplebilis, pulsus inæqualis ac languidus, animæ defectio, frigus partium extremarum, color plumbeus, liuidus, aut niger, deiectio & vrina nigra, atque admodum fœtida. At si morbus oriatur ex prauo humore in quem degenerauerit bonus, vt sanguis [h] & semen, homo delirat aut attonitus manet, non sentitur pulsus, cessare penitus respiratio videtur, ita vt familiares incerti sint decesserit ne æger, an adhuc viuat. Ex lacte vel sanguine concreto cum oritur propositus morbus, superuenit animæ defectio, sudor frigidus circa frontem, summa difficultas spirandi, quam affert vel læsio cerebri & neruorum, H vel angustia instrumentorum respirationi inseruientium ob prauitatem huiusmodi humoris. Ex tribus præter naturam propositis, recognoscuntur symptomata in ægrotãte sensu ipso, sub quem non cadit morbus, ita vt mente conijciendum sit sumptis argumentis à causis, ab ijs quę prosunt aut obsunt, ab effectis. Causa est humor tota substantia alienus, quem vbi versari in corpore cognosces, statim intelliges morbum quẽ facit tota substantia nobis aduersari, quod confirmari potest ex morbis [i] communiter uagantibus si tales fuerint. Eundem mõstrant quæ prosint, si magis succurrant ui quadam latente quam euidenti qualitate, tum quæ obsunt similiter latente vi magis quam manifesta, postremo symptomata quæ paulo ante diximus superuenire & pestilenti febre laborantibus, & cum bonus humor in virus quoddam degenerat, ueluti delirium, maxima [k] spirandi difficultas, animæ defectio. Latet sensum & causa cõtinens, humor uidelicet tota substãtia pugnãs, & idcirco colligi dẽt ex causis, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis. Causæ sũt cibi ac potiones [l] praui succi, & retẽtio [m] boni humoris, nimis tñ copiosi, uel effusio ex uenis in aliã partem: prosunt quæ mediam [n] quandã uim habent inter eiusmodi uirus

&na-

a Ga. 6. sexti ep. com. 5.
b Ga. ibid. & lib. 1. de diff. feb. c. 4
c Gal. lib. 6 de loc. affe. c. 5.
d Gal. li. de succorũ bonit. & vitio c. 1. & li. 1. de diff. feb. c. 3.
e Gal. 6. sexti epi. com. 5.
f Gal. lib. 6 de loc. affe. c. 5.
g Gal. ibid.
h Gal. ibid.
i Gale. li. 2. de cris. c. 3.
k Gal. 6. de loc. aff. c. 5.
l Ga. 6. sexti epi. com. 4. & lib. 1. de diff. feb. c. 4.
m Gal. lib. 6 de lo. aff. c 5.
n Gal. lib. 5 simpl. c 18

A & naturam nostram, obsunt quæ illud augent. Ad effecta refertur morbus quem proposuimus tota substantia pugnans cum natura nostra. Ex futuris euentus periculosus est, non tamen adeo vt omnino ac semper sit exitialis, itaque & salubris expectari potest & perniciosus, non tamen neuter, neque enim potest homo cū tāta humorū prauitate diu trahi. Vteruis expectādus sit demonstrabit robur naturæ & morbi, vt [a] supra in prognostico eiusmodi repugnantiæ mōstrauimus. Coniicitur robur (vt cætera indicia omittā) maxime ex symptomatibus, [b] quæ si remittātur superari à natura morbū mōstrant, si aut eadē perseuerāt, aut eadē maiora fiūt, declarant naturam vinci à morbo. Tempus quo vteruis euentus expectari debet plerunque breue est, cum hi morbi maxima ex parte sint acuti, ita vt homo paucis diebus vel sanetur, vel decedat: si quando autem tempus longius sit, quemadmodum in morsu [c] canis rabiosi, symptomata nondū ad summū vigorem peruenerunt. Via salutis est ꝙ humor prauus vel expellatur aut a natura, aut ab arte per cathartica, vel tēperetur partim coctus a calore innato, partim mutatus vi medicamentorum. Via interitus est cum viscera adeo læduntur vt non possint amplius fungi suo munere, & proprie cum virus pertinet ad cor. Nunc priusquam ad curationē morbi iam facti aggrediamur, præstat docere quo pacto prohibere possimus ne fiat: nō fiet igitur si non adsit causa, humor videlicet tota substantia alienus, non aderit si & non contrahatur in corpore nostro, & qui iam contractus est educatur, non contrahetur si nō suppeditetur
B materia, & remoueatur vis effectrix. Materiam suppeditant partim cibi & potiones praui succi à quibus omnino abstinendum est, partim humores qui alioquin boni sunt & vtiles, sed nimis copiosi, vt sanguis, semen, lac, ex quibus quantum [d] superat detrahendum est. Causa effectrix partim est immoderata temperatio viscerum, ad quam cōfert vitium aeris, partim alius morbus veluti obstructio, sanabimus hanc remouendo quæ [e] obstruunt, corrigemus immoderationem contrariis, vt refrigerantes & madefacientes iecur quod nimis calidum & siccū sit, atque idcirco contrahat atram bilem: fugiemus quantum fieri poterit aerem vitiosum. Humor prauus ac tota substantia alienus, qui iam contractus est in corpore nostro, non semper subito morbum facit, debet autem exinaniri antequam ipsum excitet. Semen concubitu emittendum est: lac educendum ex mammis vel exprimendo, vel adhibendo qui sugat; Sāguis mēstruus euocandus est: alii succi vitiati vomitu vel deiectione purgari debent dato cathartico idoneo, hac via præcauetur propositus morbus. Sed cum iam incepit, curatur dempta causa continente, hoc est humore alieno, nisi vitium insederit in substantia solida, nam tunc præter detractionem humoris opus esset medicamentis tota substantia idoneis ad ipsum tollēdum, cuiusmodi sunt antidota quæ intus sumuntur, & olea ex scorpionibus Carauitæ, Matthæoli &
C Magni Ducis Hetruriæ, quæ superius proposuimus, quibus inunguntur partes externæ. Detrahitur humor vitiosus cum iam adest morbus, eadem ratione qua proxime detrahi diximus antequam homo ægrotet, proprie autem si febres pestilentes ab alieno aliquo humore nascantur, curandæ sunt, quemadmodum suo loco [f] monstrauimus. Si homo strangulari videatur retento sanguine aut semine non solum detractione [g] vtendum est, sed auersione etiam ad partes inferiores, vt ad crura, frictione, vinculis, quo pacto succurretur etiam symptomatibus.

a In hoc li. c.6.
b Gal. li. de const. artis. ca. 18. & li. 4. de plag. ex pul. c. 11.
c Gal. 3. tertii epid. cō. 75.
d Gal. li. 1. de dif. feb. c. 4
e Gal. ibid.
f Vidus li. 6. de feb. c. 5.
g Gal. li. 6. de lo. af. c. 5

De morbis qui ab aere pestilente proficiscuntur. *Cap. X.*

INuadunt in corpora nostra quamuis beneualentis, alię morborum species tota substantia pugnantes, ortæ à causis externis, quas diximus esse [h] aerem pestilentem, aspirationem auerni, vel loci alicuius putris, venenum seu sumptum, seu morsu atque ictu insitum, vaporem contagione contaminantem. Excitat aer pestileus febres magis repugnantia totius substantiæ, quam calore perniciosas, duplici autem morbo cōtinetur, calore præter naturam immoderato, & inimicitia totius substantiæ. Harum proxima causa & continens, est humor putris atque alienus, qui in corpore ægrotantis cōtraxit vitium
D aeris, quod externa causa est, & antegreditur. Symptomata longe plura & grauiora pestilentem febrem quam ardentem consequuntur, veluti inexpugnabilis dormiendi necessitas, alienatio mentis, difficultas spirandi, animæ defectio, cardialgia, sitis inexplebilis, cibi fastidium incredibile, liuor aut nigrities cutis, frigus extremarum partium, sudor frigidus circa caput & ceruicem, vrina & deiectio aut valde cruda, aut nigra, fœtida & cum adipe, quæ alibi [i] commemorauimus. Recognoscuntur in homine ægrotante primum symptomata hæc sensu, morbus, autem hoc est febris pestilens, quatenus febris sensu deprehenditur, si quidem caloris immoderatio sub sensum cadit, sed quatenus pestilens & tota substantia nobis aduersatur, mente conijci debet ex causis, hoc est ex humore vitioso & alieno, atque aere pestilente, ex his quæ proprietate quadam totius substantiæ vel obsunt, vel prosunt, ex effectis, vt ex symptomatibus proxime enarratis, ex actionibus lęsis, ex qualitatibus mutatis, ex his quæ præter naturam detruduntur, in quibus numerantur vapores putres, qui per contagionem [k] vicinos contaminant. Ex futuris exitus plerunque perniciosus est, perpauci enim liberantur, coniicies autem futuram salutem ex leuatione symptomatum, & ex eo quod homo [l] adeo fortis est vt cibum ca

piat

h Gal. li. 1. de dif. feb. ca. 4. & 6. sexti epid. com 5.
i Vidus li. 6. de feb. c. 5.
k Gal. li. 1. de dif. feb. c. 2.
l Gal. cum Hipp. li. 3. 3. tertii epi. 58.

piat quem stomachus maxime respuit, vbi verò symptomata vel augeantur vel non fiant mitiora, & homo nullum omnino cibum capiat, interitum sine dubio futurum prædices, præsertim ᵃ si febris hectica euaserit, & putredo solidam cordis substantiam attigerit. Tempus futuri euentus breue omnino est, nam aut celeriter sanantur, aut celeriter decedunt: Lucretius ᵇ in pestilentia illa Atheniensi, quæ à vitioso aere orta est, inquit:

a Gal. lib. 3 de præsag. pulf. c. 3.
b Lucret. lib. 6.

„ *Octauoq; fere candenti lumine solis*
„ *Aut etiam nona reddebant lampade vitam.*

Via salutis est quod materia vitiosa à natura vel ab arte aut detruditur, aut corrigitur; via interitus quod vitalis facultas, & cum hac quæuis alia labefactetur atq; intereat. Cum propositus morbus difficulter curetur, & vix remedijs cedat, satius est prohibere ne hominem prehendat, quam mederi iam præsenti: præcauebitur si efficientem causam euitemus, & corpus nostrum tale ᶜ reddamus, vt illi quam minimum pateat. Causam, quæ vitiat humores & simul aliquando solidam substantiam cordis, posuimus aerem pestilentem, hunc fugere quam celerrime & quam longissime oportet, & ad salubrem se conferre; si quis tamen cogatur in eo morari, accenso igne ᵈ atque odoribus ipsum corrigat. Corpus illi quam minimum patebit, si non sit refertum multis aut prauis succis, non habeat caua obstructa ᵉ vel adstricta, neque naturali perspiratu careat; vbi sanguis redundet mittendus est, vbi alius succus, cathartico educendus. Caua quæ adstricta sunt relaxari debent, quæ obstructa liberari detractione eorum quæ obstruunt, præstat & vbi humidius corpus sit, parce & sobrie viuere, vti aceto, exerceri vehemēter, vt reddatur siccius, maxime autem defenditur per ea quæ venenis aduersantur, vt per antidotos, per terram lemniam vel armenam, ᶠ radicem angelicæ, Carlinæ, scorzoneræ, quo spectant etiam nuces ᵍ iuglādes deuoratæ cum ruta & ficis siccis, atque innumera alia præsidia tam simplicia quam composita quæ superius exposuimus. Curatio morbi iam facti primo spectat ad humorē vitiosum qui est causa continens, deinde ad vitium iam cōceptum in partibus solidis, dabimus igitur operā vt humor educatur, aut venæ sectione si sanguis vitiosus sit, aut purgatione si alius succus, quæ remedia tentari debent etiam cum ʰ natura aliquid vitiosi humoris ad cutem transmisit, modo redundet adhuc in partibus internis: sed quia interdum omnes humores vitiosi sunt, non tamen possunt omnes exinaniri ne vires deficiant, illi qui relinquuntur detractis alijs partim superantur a calore naturali, partim temperantur ac corriguntur ab illis medicamētis, quæ venenis aduersātur, vt à terra lemnia vel armena, ab antidotis quas proxime narrauimus. Eadem valent ad tollendum vitium iam impressum in substantia solida, modo nō attigerit cordis ⁱ substantiam ipsa putredo.

c Gal. lib. 1 de dif. feb. c. 4.
d Gale. lib. de theriaca ad Pison. c. 16.
e Gal. lib. 2. de diff. feb. c. 4.
f Gal. lib. 9 simp. ca. de terra samia
g Gal. lib. 2 de alimen. facul. c. 28.
h Vidus li. 6. de febr. c. 7.
i Gal. lib. 3. de præs. pul. c. 3.

De morbis, qui ab aspiratione auerni aut loci putris nascuntur, tota substantia inimicis. *Cap. XI.*


Spiratio autem auerni, aut loci alicuius ᵏ putris vt putei vel foueæ, adeo naturæ nostræ aduersatur, vt plerunque interitum afferat repente, neque detur spacium succurrendi, interdum tamen vel quod minus perniciosa sit, vel quod homo minus in ea versetur, mors non statim ipsum occupat, sed morbus est ex genere eorum qui tota substantia pugnant cum natura nostra non secus ac pestilens ˡ febris, quanquā nocet etiam eiusmodi aspiratio qualitate manifesta, crassitudine videlicet, aer enim qui cum ea miscetur admodum crassus redditur, ita vt non sit idoneus respiratui, sed hominem ᵐ strangulet si diutius attrahatur & ante faciat obstructionem. Huiusmodi causa est aspiratio quam corpus concepit, & crassitudine & tota substantia nobis inimica, symptomata quæ consequuntur sunt summa spirandi difficultas, & animæ defectio. In ægrotante autem morbus cum sensū lateat mente comprehenditur, ducta coniectura à causis, hoc est ab eiusmodi aspirationibus, ab his quæ prosunt vel latente facultate, vel reficiendo vires, vel expediendo anhelitum, a contrarijs quæ obsunt, ab effectis hoc est a symptomatibus propositis, aut animæ defectione, & priuatione spiritus, aut certe summa difficultate spirandi. Causa interna quæ iam cōcepta est colligitur ex aspiratione externa auerni, aut loci putris, præterea ex morbo iam dicto. Symptomata sub sensum cadunt. Ex futuris exitus plerunq; perniciosus est cum statim homo intereat, si diutius uiuat, seruatur & celeriter conualescit, ita ut tempus quo expectati euentus debet breue sit. Via salutis est quod reficiantur uires, & homo idoneum aerē attrahat, uia interitus, quod stranguletur & uires deficiant. Vitabimus hūc morbum si perniciosas aspirationes effugiamus, in quas nemo incurrit nisi imprudens, neq; enim descēdit in auernum, puteum aut foueam tritici plenā quæ nuper aperta sit, qui audiuerit hæc loca perniciosa esse, sed cum per arterias iā permeauit eiusmodi aspiratio, quatenus tota substantia nobis conuersatur, postulat antidotos & ea remedia quæ tali repugnantiæ occurrant; sed quatenus crassitudine obstruit, requirit aerem tenuem ac purum perflatui expositum, eodem spectat flabellis uentum facere, succurrendum etiam est animæ defectioni & reficiendæ uires partim odoribus, & uini tenuioris, seu elixiris seu

k Gal. lib. 1 de diff. feb. c. 4.
l Gal. ibid. & 2. primi epid. c. 1.
m Gal. li. 1. de tu. vale. c. 11.

A xiris seu aquæ vitæ, vel etiam aquæ carnis potione, partim compellendo calorem ad partes internas, id quod fit respergẽdo faciem aqua frigida. In auernum, qui prope Cumas est, vidimus impelli canem ab incolis fune alligatum, quo ipsum paulo post semimortuum extrahentes in proximum lacum demiserunt, qui statim atque aquam frigidam sensit, reuixit, quod calore scilicet ad internas partes reuocato, vires fuerint recreatæ.

De morbis quos in vniuersum faciunt venena intus sumpta. Cap. XII.

A Venenis cum varia sint, similiter variæ oriuntur species morborum tota substantia repugnantium, siue intus sumantur, siue foris inferantur morsu aut alio modo. Agemus primo de his quæ sumuntur, quorum omnium commune est vt mutent [a] corpora nostra, id quod faciunt medicamenta [b] omnia, & eo nomine differunt ab alimẽtis, quæ quatenus nos alunt, à nobis mutantur neque nos mutãt, nisi quatenus habent vim medicamenti, neque nocent vbi capiantur vt conuenit: numerantur in medicamentis venena, quod mutent corpus nostrum atq; omnino vincant, quamobrem dicuntur à græcis φάρμακα, id est medicamenta, non tamen [c] simpliciter, sed cum adiectione δηλητήρια, hoc est nocentia, aut B θανάσιμα, hoc est mortifera, aut φθαστικὰ seu φθοροποιὰ, hoc est absumentia, aut ἀναιροῦντα, hoc est tollentia, aut ὀλέθρια, hoc est perniciosa, quibus vocabulis appellantur non tantum illa, quæ tota substantia & vi quadam latente nobis inimiça sunt nunc nobis proposita, sed ea etiam quæ nocent qualitate manifesta, siue ea qualitas nobis toto genere inimica sit vt immoderatus calor, siue copia tantum vt nimium frigus, quæ enim valde frigida sunt si parce sumãtur vinci possunt à natura nostra & in [d] alimentum mutari, vt lactuca & papauer, quod non euenit his quæ calida sunt, & ideo toto genere aliena cẽsentur, veluti ea quæ erodunt aut adurunt, talia enim quamuis pauca dentur, vinci à nobis non possunt. Sunt qui medicamentis euidẽti qualitate nocentibus annumerant ea quæ valde humida, sicca, crassa aut acerba sunt, quod existiment mortifera esse non secus atq; illa quæ aut nimio calore exulcerãt, aut nimio frigore stupefaciunt, verũ quæ humida aut sicca sunt, cum parũ per se efficacia sint, non possunt per se perniciem afferre, nisi iungantur aut cũ repugnantia totius substantiæ, aut cũ immoderato calore vel frigore, nam calx, quam siccitate perniciosam esse dicunt, tãtũ nacta est calorẽ vt adurat, ille vero quẽ enarrant ictum a serpente interijsse cum tanta mollitie cutis & carnis vt leui contactu deciderer, non humore solo, sed simul repugnantia totius substantiæ cõfectus fuit. Aer vero qui nimio humore perniciosus videtur, & putres morbos excitat, humori calorẽ habet præter naturã adC iunctum. Quæ crassa sunt vt [e] fungi, cerussa, gypsum homines suffocant, non solum crassitudine partium obstruendo canales & comprimendo asperam arteriã, sed interdum etiam latente quadam vi, non permittente thoracis musculos moueri: quæ demum nimis acerba sunt nocent frigore propter quod nimis adstringunt, præsertim si cũ siccitate copuletur. Perniciosa ergo illa omnia quæ euidenti qualitate nocent, ad duo tantum genera, ad calida scilicet vel ad frigida rediguntur, nonnulla etiam duplici nomine nos lædunt, & tota [f] substãtia, & qualitate euidente. Ponuntur ergo in medicamentis nocentibus ac perniciosis ea, quæ vel tota substantia vel manifesta qualitate seu calida, seu [h] frigida, vel vtroq; nomine nos interimunt. Cathartica vero & alexipharmaca quamuis immoderate data [i] mortifera sint, nõ tamen habentur in perniciosis, quandoquidem si quis illis recte vtatur salubria sunt, & vtiliter mutãt corpora nostra, quatenus vel purgant prauos succos quibus similia sunt veluti cathartica, vel temperãt ac vincunt vim veneni, veluti alexipharmaca, quæ media [k] sunt inter ipsam & naturam nostram: neutra igitur referre debemus inter medicamenta nocentia, nisi herbam illam quã Galenus [l] scribit à venefico datam tabefecisse iecur, & sanguinem eduxisse, catharticum vocemus, nam hæc vt si quicquam aliud in his quæ nocẽt haberi debet, reliqua cathartica quæ alios humores educunt non debent in nocentibus, nisi nocentiũ quæ græce delereria dicuntur, vocabulo abutaD mur vt plerique solent. Eadem ratio videtur eorum quæ euidenti qualitate vt calore vel frigore mortifera sunt, cũ parcius data auxiliari nobis videantur, cantharides. n. quæ erodendi vim habent potui dantur ad hydropem, [m] lachryma papaueris sumitur ad faciendum somnum & sedandum dolorẽ: res tamen aliter se habet cum nomen ducere debeant ab eo quo maxima ex parte spectãt, sed cũ raro vtilia sint, & maxima ex parte à veneficis dẽtur ad perniciẽ, perniciosa magis quàm salubria nominari possunt, ita vt merito referantur à veteribus inter deleteria, hoc est inter nocentia, illa autem quæ à latinis vocantur venena partim tota substantia perniciosa sunt, partim qualitate euidenti. Quod si veneni noĩe ea tãtum significare velis quæ nobis proposita sunt, tota substantia & latente vi perniciosa, licebit, nam & nullo modo nobis succurrunt, & potissimum mortifera sunt, siue epota siue deuorata, quãuis quod ex ipsis sumatur quãtumuis [n] minimum sit. Iam vero quæ contagione obsunt veluti vapores [o] putres non vidẽtur in venenis numeranda, cum neq; medicamenta sint, neq; semper mortifera, sed leuiter sæpe hominẽ affligant, vt in scabie vsu venit. Morbus quẽ venena afferunt, similis est, quæ enim tota substantia pugnant cum natura nostra, morbum quoque faciunt tota substantia nobis inimicum.

a Gal. li. 3. de nat. fac. c. 7.
b Gal. lib. 1 simpl. c. 1.
c Gal. lib 3 de temper. c. 4. & Gal. li. 3. simpl. c. 18.
d Gal. lib. 3 de temper. cap. 4.
e Gal. li. de succorũ bonitate & vitio ca. 4. & Auic. lib 4. fen. 6. tract. 1. cap. 10.
f Auic. li. 4. fen. 6. tract. 1. c. 5.
g Gal lib. 3 de temp. c. 4.
h Gal. lib 3 simpl. c 18.
i Gal. 5. simpli. c. 18. & 6. sexti epi. com 5.
k Gal. ibid.
l Gale. lib. de purgat. medic. fac. c. 4.
m Hipp. li. 1. de morbis mulier. & li. 4. acutorum 122.
n Gal. li de semin. c. 16
o Gal. lib. 1 de diff. feb. c. 4.

Quæ nocent qualitate euidente vt calore aut frigore immodetato morbum similiter efficiunt E
calidum aut frigidum,quanquam quæ nimis calida sunt, non solum calefaciũt sed etiam [a] ero
dunt atque adurunt,& eatenus vnitatem soluunt,quæ valde frigida,non solum refrigerãt,sed
etiam adstringunt [b] caua & canales. Quæcunque partim latente vi, partim manifesta nocent,
similes morbos inferunt,qui simul & ad totam substantiam,& ad euidentem qualitatem perti
nent,exempli gratia thapsia & euphorbium,non solum immoderato calore obsunt,sed etiam
repugnantia totius substantiæ: solanum illud quod maniacum vocant, tum frigore stuporem
facit,tum latente vi ægrum in mentis [c] alienationem compellit. proficiscuntur propositi mor-
bi omnes à veneno seu deuorato seu epoto, vt in confesso est apud omnes,hoc dum manẽs in
corpore adhuc nocet,est causa continens,cum vel expulsum est,vel obesse desiit, antegressa.
Proprie autem ille morbus qui tota substantia aduersatur,à veneno oritur tota substantia [d] no
bis inimico,quod vt multiplex est,species quoq; multas efficit eiusdem morbi. Ille autem qui
ad caloris exuperantiam,& vnitatis solutionem spectat,a veneno calido fit,sicut a frigido ille
qui ad immoderationem frigoris,& cauorum interclusionem; quamuis autem quod datur ve-
neni tota substantia pugnantis minimum [e] sit,& sumentem lateat, immutat tamen vniuersum
corpus,id quod euenit etiam [f] alexipharmaco quod ei succurrit,neque verisimile sit tãtillum
huius vel illius per totum corpus permeare ac distribui posse, sed aut veluti radios solis per F
quosdam spiritus impertiri,aut eius qualitatem primo afficere proximam partem, & per hãc
deinde aliam,& ita deinceps,quemadmodum piscis torpedinis qualitas [g] per funẽ afficit ma-
num & torporem affert: quemadmodum item euenit quibusdam comitiali morbo laborantri-
bus,sentiunt enim ex interuallis qualitatem [h] quandam a crure paulatim ascendere ad cere-
brum. Idem etiam accidit venenis quæ per morsum inferuntur, vt euidentissimum est omni-
bus,nam vt scribit Diocles in libro ad Plistarcum, exiguum admodũ est virus illud quod cor-
pus accipit ex morsu viperæ,scorpionis, [i] aut phalangii,& tamen grauissima affert mala,& ma
xime hominem cruciat,ac tandem interimit, neque par est tãtillum ipsius posse peruenire ad
cor,sed affici spiritus,humores,& solidas partes subinde,dum vitium ad cor pertineat,eadem
ratio est veneni quod sumitur, vitiat enim sanguinem & ita multiplicatur veluti scintilla quæ
idoneum pabulum nacta explicat vim suam,& cum peruenit ad cor continuo mors hominem
occupat,quæ non subsequitur dum illud inuiolatum [k] seruatur. Vertitur autem in dubium an
eiusmodi venena quæ tota substantia nobis aduersantur, debeant concipere calorem nostrũ
prius quam nos lædere incipiant,videntur enim aliquando statim atque data sunt hominem
conficere,sed cum pleraq; aliquanto post prauitatem suam præseferant,credibile est hæc sal-
tem à calore nostro interea aliquid virium acquirere. Illa autem quæ calore aut frigore mor- G
tifera sunt,necesse est calorem nostrum [l] concipiant priusquam nos offendant,quęcunq; enim
adeo calida sunt vt erodendi atque adurendi vim habeant, licet non copia sed toto genere
aliena sint, neque possint mutare naturam nostram & in alimentum conuerti, tamen non an-
te suum calorem nobis impertiunt quam nostrum fuerint experta,quo autem diutius ab eo af
ficiuntur,eo deteriora euadunt,& magis viscera exedunt,dum cor prehendant. Quæ item fri
gore nocent [m] similiter calore nostro egẽt, a quo calefacta magis penetrare possunt & ad cor
pertinere,solent autem vbi dantur capite damnatis cum vino misceri, vt ab eo calefacta ma-
gis [n] per arterias penetrare possint, & refrigerando cor hominem cõficere: verum si cum mul
to vino misceantur vincetur ab huius calore [o] illorũ frigus,quod vincitur interdum a calore
nostro vbi diutius maneant in corpore & non possint penetrare ad cor aditu intercluso: cæte-
rum hæc (vt dictum est) non toto genere sed copia nocent,quamobrem nisi large dentur, su-
perantur a calore nostro & minime nobis [p] obsunt,vt ab igne superãtur ligna viridia si pauca
superimponantur,nam si subito multa,[q] statim ipsum superant atque extingũnt. Quæ vero ca
lore obsunt licet toto genere aliena sint,non tamen afferunt insignem noxam,nisi adeo copio
se dentur vt sensui manifesta sint,neque enim modo eorum quæ totã substãtia mortifera sunt,
si horum tantillũ detur perniciosum est,nam nec scintilla [r] ignis,nec exigua gutta imbris frigi
dissimi suo contactu euidenter nos lædit. A venenis tota substantia pugnantibus magis lædun H
tur corpora imbecilla quam bene ualentia,nisi adeo perniciosa sint vt nulla vis corporis obsi-
stere possit. Obsistunt etiam beneualentia corpora magis quam infirma venenis calidis, nam
licet ipsa calidiora sint,sæpe ob validum robur expellunt quod nocet. Contra à venenis frigi-
dis magis læduntur corpora calida [s] in quibus magis patent canales & arteriæ,per quæ vis il-
la frigoris ad viscera & cor permeat,corpora enim frigida & imbecilla ob canaliũ angustiam
minus offenduntur à frigidis cum penetrare non possint, ob quam causam cicuta quæ hominẽ
interimit,sturnos [t] citra offensam alit,cum ob arteriarum angustiam nõ possit celeriter perue-
nire ad cor,sed ante calefiat. Symptomata quæ morbos a venenis profectos cõsequuntur plu
ra sunt & magis terribilia quam quæ cæteros,varia autẽ accidunt pro variis venenis à quibus
morbi fiunt,commune tamen est omnium vt vires cõuellant, & præcipuas actiones,atq; ob id
etiam reliquas labefactent,proprie vero alia symptomata superueniunt cum venena tota sub
stantia aduersantur,alia cũ caloris,alia cũ frigoris exuperantia nocẽt. Vbi venenũ tota substã
tia aduersetur,fiũt ea quæ supra [u] cõmemorauimus cũ in vniuersum symptomata persequere

a Gale. li. 6. simp. c. 25. & li. 4. simpli. c. 2.
b Gal. li. 4. simpl. 7.
c Gal. li. 8. simp. c. proprio.
d Gale. 6. 6. epid. 5.
e Gal. li. 1. de simin. c. 16.
f Gal. ibid.
g Gal. li. de vtilitate respir. c. 4.
h Gal. li. 3. de lo. af. c. 7
i Gal. ibid.
k Gal. l. de marcore c. 5. & lib. 3. simp. med. c. 8.
l Gal. lib. 3. de temper. c. 5. & li. 3. simp. c. 15.
m Gal. iisdem locis.
n Gal. li. 3. simp. c. 20.
o Gal. ibid.
p Gal. li. 3. simp. c. 19.
q Hippo. et Gal. 1. aph. com. 14.
r Gal. li. 3. de temp. c. 4.
s Gale. li. 3. simp. c. 18.
t Gal. ibid.
u In hoc li. c. 3.

mur morborum tota substantia pugnantium, huiusmodi igitur venenum, cum mutet substan-
A tiam solidam, mutat necessario quoque actiones & qualitates corporis vna cum his quæ detru
duntur, plerunque autem accidit delirium, vertigo, dolor intolerabilis, tremor, neruorum distē
tio, difficultas spirandi, paruitas, languor, & inæqualitas pulsus, animæ defectio, cibi fastidium,
sitis [a] inexplebilis, liuor aut nigredo cutis, frigus extremarum partium, sudor frigidus circa ca a in hoc li. cap. 3.
put & ceruicem, vrinæ ac deiectionis cruditas ac fœtor, sanguinis fluxus ex varijs locis. Verum
non eadem semper fiunt symptomata, quod ex venenis tota substantia pugnantibus, alia alias
partes affligant: illa autem maxime sequuntur quæ pertinent ad partem maxime affectam, ve-
luti delirium si detur [b] solanum illud quod maniacum appellant, quod lædatur cerebrum, aut b Gal. 8. li. simp. c. pro prio
difficultas vrinæ si dentur cantharides, quæ licet euidenti qualitate erodant, quadam tamen la
tente vi ad renes proprie & vesicam feruntur, atq; has partes exulcerant, vt [c] sputum sangui-
nis cum exulceratur pulmo a lepore marino, qui præter manifestam vim erodentem proprie [d] c Gal. lib. 3 simp. c. 23.
hanc partem tentat. Accidunt pleraq; ex propositis symptomatibus illis quoq; morbis qui fiūt d Gal. li. de theriaca ad Piso. c. 4.
a veneno calido aut frigido, ex calido tamen maxime oritur sitis inexplebilis & dolor acerbis-
simus, sicuti ex frigido veternus, atq; inexpugnabilis dormiendi necessitas. Animaduertuntur
in morbis quos venena faciunt differentiæ omnes, quas generatim animaduerti diximus in om
nibus morbis, sed cum illæ distribuantur in tria genera, aliæ enim continent morborum essen-
B tiam, aliæ ad ipsam aliquo pacto referuntur, aliæ omnino aduentitiæ sunt, omittemus aduenti-
tias cum nihil faciant ad curationem: eas vero quæ essentiam continent cū constituant species,
differemus ad eam tractationem in qua speciatim paulo post & venena explicabimus & mor-
bos qui ab illis fiunt, nunc autem illas tantum attingemus quæ aliquo pacto referuntur ad es-
sentiam & mutationem faciūt, quæ similē in curatione differentiā requirant, sumuntur [e] aūt e Vidus li. de cur. gen. c. 1 par. 1.
vel à subiecto, vel a modo quo forma morbi in eo residet, vel a consequentibus hanc in subie-
cto, vt a magnitudine, multitudine, loco, tempore, motu, vel a causis, vel ab effectis, oportet au-
tem vnamquamque diligenter intueri quemadmodum paulo supra [f] monstrauimus, cum mor- f In hoc li. cap. 4.
bos in vniuersum tractaremus tota substantia pugnantes, nunc illud tantum adiciemus, quod
morbi qui a venenis proficiscuntur, potissimum inter se distant, magnitudine, loco, motu, neque
enim sunt æqualiter magni, nam licet omnes graues sint, plurimum tamen inter ipsos interest,
cum aliqui sint grauissimi, sicut plurimum quoque interest inter venena, nam quamuis omnia
mortifera sint, quædam tamen sunt maxime talia. At neque easdem partes æque affligunt pro-
positi morbi omnes, licet occupent totum corpus, cum aliqui potissimū versentur in cerebro,
quemadmodum illi qui à venenis frigidis, vt à lachryma papaueris oriuntur, alij in partibus
vrinæ inseruientibus veluti illi quos cantharides faciunt, aliqui in instrumentis spiritui accom
C modatis, sicut illi quos afferunt fungi, cerussa, gypsum, postremo differunt motu, quod alij cele
rius, alii tardius moueantur, nam & ex venenis alia statim perniciem afferunt, alia processu tē
poris. Credit vulgus componi posse venena quæ ad præfinitum tempus, vt ad horas, ad dies,
ad menses, ad annos hominem interimāt, quod Theophrastus [g] de Aconito dici à quibusdam g Gal. li. 3. de loc. aff. cap. 7.
testatur, qui ita componi asserebant, vt posset certis temporibus hominem conficere: hoc ta-
men mihi non fit verisimile cum neque constet satis, quam celeriter afferre perniciem possit
hoc aut illud venenum, & quam vim habeat in hoc aut illo homine. Vis veneni quam effi-
cax sit solo vsu intelligi potest, quod periculum Reges tantum facere possunt in hominibus no
centibus: Sed esto, comprobata sit vis alicuius veneni in multis, non propterea certum erit
quo tēpore interimet hominē cui detur, cum aliorū corpora diutius, aliorum minus diu, huic
vel illi veneno obsistāt, quod partim a natura hominis proficiscitur, partim ab arte: qui freque
ter antidotis vtuntur adeo firmi redduntur contra veneni vim, vt vel nullo modo, [h] vel multo h Gal. li. de theriaca ad Pison. c. 6.
tardius intereant, quam illi qui nulla præcautione adhibita venenum sumunt: efficit ergo ho-
minū discrimen vt non possit præfiniri certū tempus quo venenum afferat interitum, licet nō
negemus ob id, dari venena quæ vel suapte vi, vel arte parata celerius, seu tardius homines cō
ficiant. Recognoscere autē oportet quæcunq; præter naturam versantur in ægrotantibus, qui
D morbis laborant à veneno profectis. Cadunt symptomata sub sensum, ita vt non debeant cō-
iectura inuestigari: causa hoc est venenū ipsum quod sumptū est, refertur medico interdū ab
ægrotantibus vel familiaribus, vbi quale fuerit sciant, sed si ignotum illis sit, coniiciendum est
partim ex his quæ generatim vel speciatim sumpto veneno solent prodesse aut obesse, partim
ex effectis, hoc est ex symptomatibus quæ supra commemorauimus, vt ex actionibus læsis, ex
qualitatibus corporis, ex his quæ detruduntur, & proprie ex vomitu excitato post venenum
sumptum, cuius saporem, odorem, colorem, crassitudinem plerunq; vomitus præsefert, & qua-
le fuerit detegit: recenset Galenus [i] secundo libro de antidotis, Damocratis antidotum, qua i Gal lib. 2. de antidotis c. 5.
mouetur vomitus & detegitur quale fuerit venenum: sed præter vomitū alia symptomata non
magis indicant venenum sumptum, quam perniciosum succum in corpore ægrotantis contra-
ctum, supra enim ostendimus tales sæpe in nobis succos gigni, qualia sunt venena, sed distin-
gues inter hæc & illos si ad causas respicias, hoc est ad victum præteritum, nam hominem qui
vsus fuerit cibis & potionibus boni succi, verisimile est nō generasse humorē perniciosum, præ k Gal. li. 2. de lo. aff. c. 7
sertim si expulerit quæ naturaliter superant: contra si aut hæc retinuerit, [k] aut praua esculen-

ta[a] & poculẽta ceperit, credẽdum est eiusmodi symptomata adeo grauia à noxa oriri quam perniciosus succus attulit. Restat morbus qui sensum latet atque idcirco mẽte percipiendus est, ducta coniectura ex causis, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis, ergo si antegressa fuerit causa hoc est si epotum aut deuoratum fuisse venenum intellexerimus, intelligimus simul & speciem morbi, quod si ea prosint quæ venenis aduersantur, vel temperando vt antidoti, vel educendo vt ea quæ vomitum mouent, si ea nocent quæ venenum retinent aut eius vim augent, iudicabimus morbum a veneno ortum esse, & hoc pacto cognoscemus qualis sit id quod maxime demonstrant effecta, hoc est multa illa & grauissima symptomata quæ sequũtur, cum causa enim simul & morbum denunciant. Ex effectis est etiam interitus qui non qualis sit, sed qualis fuerit morbus interdum patefacit, nam vbi homo repente moriatur, & corpus totum liuidum aut nigrum, putre & præter modum fœtidum appareat præteritum morbum a veneno factum denunciatur, præsertim si homo consueuit cibis vesci, & potionibus vti boni succi, a quibus non potuerint praui ac perniciosi contrahi, quales contraxerat ille Crito in Thaso, quem[b] Hippocrates narrat in primo libro de morbis vulgaribus statim dolere cœpisse pollice digito pedis, decubuisse eodem die, in horrorem & fastidium incidisse, cum paruo calore noctu delitasse, altero die tumorem in toto pede vsque ad talum apparuisse subrubrum, & febrẽ superuenisse acutam cum mentis alienatione ac deiectione plurima synceta, biliosa, & tandem periisse postridie quam ægrotare cœperat. Vbi ergo homo prius sumpserit esculẽta & poculenta praua, [c] appareantque eiusmodi tumores & pustulæ, indicant prauos ac perniciosos succos in corpore genitos, & non venenum sumptum. Speciatim vero morbi qui tota substantia pugnantes à venenis fiunt, recognoscuntur ex causis vt ex tali veneno quod constet sumptum fuisse, ex his quæ prosunt veluti si videamus antidotos proficere, & ea quæ venenis obsistunt, ex effectis vt ex summa imbecillitate virium omnium, ex animæ defectione, ex sensu quodam molesto in corde, ex vertigine, colore linguæ & labiorum nigræ, liuore faciei atque extremarum partium præcipue vnguium, sudore frontis & temporum frigido, sed cum alia venena alias partes magis affligant, deprehendentur maxime ex illis symptomatibus quæ ad certas partes referuntur. Deprehendetur ex sputo sanguinis morbus pulmonis[d] & veneni species vt lepus marinus, ex vrina cruenta renum & vesicæ exulceratio ob cãtharides[e] sumptas. At multo facilius est morbos agnoscere euidenti qualitate, vt frigore vel calore nocentes, illum enim quem fecerit venenum calidum, colligemus primo ex causis erodentibus vel adurẽtibus, vt ex sandaracha, auripigmento, calce, ex his quæ prosunt refrigerando, vel obsunt calefaciendo, ex effectis vt ex sensu quodam [f] mordentium ac pungentium, ex anxietate, dolore intolerabili in ventriculo & intestinis, siti ingente, ardore linguæ, ac viscerum inflammatione, oculorum colore vario, sudore modo calido, modo frigido, vomitu vna cum nausea ac cibi fastidio. Ille vero morbus, quem frigidum venenum attulerit, conijcitur primum ex causa antegressa veluti si constet hominem sumpsisse cicutam, aut hyoscyamum, aut papaueris lachrymam, aut mandragoram, tum ex his quæ prosunt calefaciendo, cuiusmodi sunt aromata & vinum, modo large [g] dentur, nam parce data magis augent vim veneni frigidi, iter enim illi ad cor patefaciunt, tum ex his quæ obsunt refrigerando, postremo ex effectis, vt ex graui [h] somno, qui ita hominem oppressit vt stertat, ex torpore, ex frigore totius corporis, ex colore liuido, ex his quæ detruduntur ex corpore, potissimum ex naribus, quæ cruda & frigida se ostendunt. Prognosticum sequitur, prædicere enim oportet ut in alijs morbis, ita etiam in his quos venena faciunt, qualem exitum expectare oporteat, quo tempore, & qua via. Exitus quidẽ plerunque perniciosus est, quamuis si cito succurras interdum possit esse saubris, vter futurus sit præsagies, [i] si robur naturæ ac remediorum conferas cum robore morbi, causarum, & symptomatum, nam si validior sit natura salutem expectabis, si morbus, interitum. Conijcies robur naturæ [k] ex ipsa temperatione moderata qua continetur, ex causis internis, vt spiritibus & succis qualitate & copia moderatis: quo plurimum cõducunt etiam externæ, vt præteritus uictus salubris, tum ex his quæ prodesse solent si multum prosint, ex his quæ solent esse noxia, si parũ obsint, ex effectis tandem vt ex actionibus, qualitatibus corporis, & his quæ retineri naturaliter aut detrudi solent, si parum de naturali statu deturbata sint. Morbi vis[l] cum similiter sensum fugiat, colligenda est, primo ex causis, vt ex specie & copia veneni; Venena quorum species magis exitiales sunt, validiorem morbum vt efficiunt, ita etiam ostendunt, ex contrario ea quorum species minus perniciosæ sunt, faciunt ac significant morbum minus validum: sed qualecunque venenum fuerit, maiori copia validiorem morbum reddit, minori, imbecilliorem. Ex his deinde quæ prosunt aut obsunt, nam ea quę multum prodesse consueuerunt, si nihil aut parum prosunt, ea quæ parum obesse, si multum obsint, indicant similiter morbi robur magnum. Postremo ex effectis, hoc est ex symptomatibus, hæc enim cum[m] maiora fiunt, maius morbi robur denunciant, cum remittuntur indicant ipsum remitti & a natura superari: quod si plura fuerint, maius adhuc indicant morbi robur præsertim si grauissima sint, quem admodum animæ [n] defectio, distentio neruorum, frigus partium extremarum, cutis color plumbeus aut niger, sudor frigidus capitis & ceruicis, hoc pacto igitur perniciosum exitum præsagies. Tempus vtriusque euentus non solet esse diuturnum, cũ paucis diebus homo aut

sanescat,

a Gal. li. 1. de dif. feb. c. 3. & 4.
c Hip. 3. primi epid. a6
b Gal. li. 1. de dif. feb. c. 3.
d Gal. li. de theriaca ad Pison. c. 4.
e Gal. 3. l. 3. simp. c. 23.
f Auic. l. 4. fen. sexta trac. 1. c. 23
g Gal. li. 3. simpl. c. 20
h Aui. loc. citato.
i Gal. li. 4. de præs. pul. c. 11 & li. de const. artis c. 18.
k Vidus li. 10. de cur. ge. c. 1. par. 3.
l Vidus ibidem.
m Gal. li. de const. artis c. 15.
n Aui. li. 4. fen. sexta tract. 1. l. 3.

E F G H

A fanefcat, aut intereat: poſſunt tamen quædam venena ſumpta, diuturnitate temporis hominē
conficere, quemadmodum ex his quæ per morſus inſerũtur, virus [a] canis rabioſi: intelliges lon- a Gal. li. 3. progn. cō. 17. & 3. ter tii epi. cō. 75.
gitudinem & breuitatem temporis ex roboris [b] exuperantia tam naturæ quam morbi, nam vt
quod validius eſt vincit alterum, ita quod multo validius celerius, quod paulo, tardius: æſtimã-
da igitur eſt vis naturæ & veneni, validiora corpora citius ſanantur, & tardius pereunt, cōtra
imbecilliora citius interimuntur & tardius liberantur. Venenum & genere & copia validius, b Gal. li. 4. de præſag. ex pul. c. 11
tardius curatur, & citius nocet, ita vt ſæpe non ſolum eadem die, ſed etiam eadem hora homi-
nem interimat, contra quod genere imbecillum eſt & copia exiguum, & citius curatur, & tar-
dius hominem abſumit. Via ſalutis eſt quod veneni materia expellitur, & qualitas ſuperatur,
partim a natura, partim à medicamentis. Via interitus, quod virus attingit cor, & actiones om-
nes labefactat. Morbos qui à venenis ſumptis oriũtur, ſi quoſquam alios præcauere ſatius eſt,
quam vbi iam adſunt curare, cum vſque adeo exitioſi ſint, vt raro cedant remedijs etiam præ-
ſtantiſſimis. Caput præcauendi eſt duplex, nam & effugere in primis cauſam oportet hoc eſt
venenum quod vel potui, vel eſui datur, & ita apparare corpus vt illi minime pareat, cum eui-
tari interdum non poſſit quod vel fortuitum ſit, vel a venefico tam aſtute cibis & potionibus
infundatur, vt hominem quantumuis cautum decipiat. Pertinet veneni deuitatio ad pruden-
tiam: corporis apparatus ad artem medicinæ. Sæpe qui prudens eſt venena deuitat, cum quę
B fortuita ſunt, tum ea quæ præbentur ab hominibus ſceleſtis & facinoroſis: deuitabit fortuita,
ſi curet vt vaſa omnia quibus tam poculenta, quam eſculenta cōtinentur exquiſite ſeruentur
operata, ne in ea forte phalangiũ, bupreſtis, aut alia pernicioſa beſtiola decidat, neue aut vi-
pera, aut alius ſerpens deſcendat, ſicut viperæ ſolent in vaſa vinaria, [c] alliciuntur enim vino at- c Gal. l. 11. ſimp. c. 1.
que idcirco qui eas venantur (teſte [d] Ariſtotele) iuxta ſepes, & macerias vaſa vini plena col- d Ariſt. l. 8. de hiſt. ani mal. c. 4.
locant quibus illæ capiuntur. Vitabit quæ parantur à veneficis, ſi in primis deligat miniſtros
probos ac liberales, quos humanitate ac beneficijs retineat in officio, cæteræ cautiones quæ
adiungi ſolent parum valent, nam prægustatores adhibentur ad pompam magis, intelligunt
enim Principes minimum eſſe quod ab ipſis guſtatur, idemque paulo poſt euomi poſſe, præ-
terquam quod licuit prius tutum corpus aduerſus venenorum pericula reddidiſſe. Parum etiã
prodeſt animaduertere diligenter colorem, odorem, & ſaporem eorum quæ ſumuntur, cum
tantillum validiſſimi veneni quod poteſt interitum afferre, facile hos ſenſus lateat, & aliquã-
do quæ ſuauia ſunt (vt ſcribit Theophraſtus [e]) mortifera ſint, quæ inſuauia ſæpe ſalutaria: e Theoph. lib. 9. de hiſt. ria plantarum. c. 13
adde quod nihil facilius eſt quam alio morbo ægrotantem, decipere veneno admixto cum me-
dicamentis vſitatis: exiſtimare autem imagines aut ſtellarum aut alterius rei in lapidibus in-
ſculptas vbi geſtentur, poſſe hominem à veneno defendere nimis ſuperſtitioſum eſt, ſicuti ri-
C diculum credere detegi venenum a gemmis quæ eo præsēte calefiãt, ſudent aut minus pellu-
ceant: neceſſe ergo eſt fidere miniſtris, cum nulla eiuſmodi cautio ſufficiat. Apparatus tamen
corporis poteſt hominem non mediocriter tutum reddere à venenis: cōſiſtit hic partim in aſ-
ſidua, & quotidiana conſuetudine aſſumendi venena, partim medicamentis quibus cōtra eo-
rum vim munimur, aſſueſcere paulatim licet illis duntaxat [f] quæ nō toto genere, ſed copia no- f Gale li. 5. ſimp. c. 18.
cent, quæue parce data poſſunt in alimentum conuerti, hæc ſi frequenter ſumantur naturam
noſtram mutant, & vt principio non lædunt, ſi quãtum minimum eſt ex ipſis ſumatur, ita pro-
ceſſu temporis vincũtur etiam copioſe data. Anus [g] illa Attica paulatim cicutæ aſſueuit adeo g Gal ibid.
vt poſtea citra noxam deuoraret illam, quæ alioquin Athenis [h] dabatur capite damnatis, ita h Plato in Phædone.
vt ſiquis paulatim conſuetudinem capiat eius cibi, non morietur etiam ſi large data fuerit: ve-
nenis quæ vel tota ſubſtantia pernicioſa ſunt vel toto genere, quemadmodum valde calida,
quæ vel erodendi, vel adurendi vim habeant nemo poteſt aſſueſcere: adeo enim aliena ſunt,
vt neque a natura noſtra vinci, neque mutari in alimentum poſſint, ſed magis ipſam deleant.
Medicamenta quæ venenis aduerſantur, firmum reddere corpus noſtrum poſſunt, (ubi diutur-
niori tempore ſumantur) aduerſus uenena, adeo ut nullam queat ab illis iniuriam accipere, id i Gal. li. de theriaca ad Piſon. c. 16.
quod de Mithridate [k] Rege ponti legimus, qui cũ obſeſſus mori mallet q̃ in poteſtate Romanorũ k Gal. 6. epid. cō. 5. & l. de ſimi ne c. 16 & lib. 5. ſimp. c. 16.
D haberi, ut ſibi mortem cōſciſceret, fruſtra ſæpius expertus eſt uenena, aduerſus quæ prius red-
diderat corpus maxime firmum quotidiano uſu antidoti quod ſibi parandum curauerat. Di-
cũtur medicamēta hæc per quæ cōtra venena pugnamus, græce ἀλεξιτήρια & ἀλεξιφάρμακα, pro-
prie tamen, quæ ſuccurrunt venenis ſumptis uocãtur ἀλεξιφάρμακα, [l] quæ ictui uenenato, ἀλεξιτή-
ρια, & θηριακά: ualent autem prius quam venenũ detur, ad firmandũ corpus ac defendēdũ mul-
to magis quã ad ſanandũ poſtquam id ſumptum fuerit, quanquã & tunc quoq; ſuccurrũt, ſed
multo largius accipi debent: ſi ſufficiat drachma vna antidoti ad defendēdũ, exēpli cauſa, ad l Gal 5. ſimpli. c. 17.
curãdũ neceſſariæ erũt quatuor: ſed cũ venena aut [m] tota ſubſtantia pernicioſa ſint, aut quali- m Gale 5. ſimpl. c. 19.
tate manifeſta vt caloris vel frigoris, ex propoſitis medicamētis alia ſuccurrunt his quæ tota
ſubſtãtia nocēt, alia his quæ qualitate manifeſta, hæc rōne [n] inueſtigari poſſunt, cōtraria enim n Gal. li. 13. meth. c. 6.
accipere oportet, vt frigida contra venenum calidum ſumptum aut ſumendũ: cōtra frigidũ tũ
calida tum adſtringētia, vt intercludatur aditus ne permanare poſſit ad cor. Illa quæ venenis
tota ſubſtantia inimicis opitulantur cæca à veteribus [o] nominata, quod neque ãt rōne inueſti- o Gale ibi.
gari, ſed ſolo vſu comprobentur, neque ſimilia ſunt naturæ noſtræ neq; veneno, ſed his interie-

cta & tanquam [a] media: tantum enim distant à corpore nostro quantū à veneno, vis ipsorum E
similiter ad totam substantiam refertur, [b] ob quam & temperant ac frangunt prauitatem veneni, & virus quod per ictū inseratur extrahunt, atque hæc potius nominanda sunt alexipharmaca, & alexiteria, quam illa quæ euidenti noxæ caloris aut frigoris succurrere euidenti qualitate contraria monstrauimus: habent ergo hæc duplicem vim, vnam superandi prauitatem veneni conceptam in corpore vel concipiendam, alteram educendi atque extrahendi virus, quod extrahitur [c] etiam a calidis tenuium partium, adeoque efficacia sunt, vt perinde ac venena quæ tota substantia nobis aduersantur possint opitulari, etiam si quantum minimum sit ex ipsis sumatur, permeat enim [d] per vniuersum corpus eorum qualitas quasi solis radius, vt in superioribus ostensum est: ex his quædam simplicia sunt quædam composita: sunt autem simplicia cinnamomum, aristolochia, scordium, alliū, calamenthū, gētiana, ruta, angelica, ruta syluestris, folia & radix cretici dictamni, tormentilla, bistorta, asclepias seu vincetoxicum, succisa, scorzonera hispanica, lignum aloes, Seseli massiliense, ac peloponnense, agaricus, opopanax, nardus celtica, citrium cum cortice succo ac semine, napi semen, quorum tenuissimus puluis ex vino odorato bibitur seu aqua distillatitia, seu etiam succus frequenter potandus exhibetur: cū quibus numerari possunt terra lemnia, terra armena, terra samia, os cordis ceruini, cornu ceruini, vnicornu, aut etiam rhinocerotis tenuissimus puluis ex aqua angelicæ seu ex vi
no albo tenui atque odorato, tum lapis bezaar, lapis malacensis ex eodem vino siue ex elixi- F
re quod appellant, valenr & iuglandes [e] præsertim si cum ruta adhuc viridi (vel etiam sicca vbi illa desit) ficis siccis & sale deuorentur, neque enim leuem & obscuram vim habēt in tuēdis hominibus à veneno, & ea ratione a Mithridate Rege Ponti in preciosissima capsula assidue inter cætera medicamenta seruabantur. Composita aut intus dantur, aut extrinsecus imponūtur, quæ intus dantur dicūtur antidoti, cuiusmodi est præcipue Theriace & ea quam Mithridates sumebat, cuius nomine postea appellata est. Idem præstant complures alię quæ describuntur à Galeno in secundo libro [f] de antidotis, veluti illa quam inscribit διὰ τῶν αἱμάτων & διὰ σκίγκου. & tertia quæ iuniperi baccas & terram lemniam accipit. Hac eadem vi præditæ sunt & multæ aliæ antidoti quemadmodum quæ Esdræ ab Aetio [g] & Paulo inscribitur, Diarcenthidon Democratis: Athanasia Mithridatis: ex gemmis Mesues, Diascordeum Fracastorii: aduersus omnia venena Matthæoli: de ouo Maximiliani Imperatoris: Ducis Saxoniæ quam Saxonicam anridntum appellant, quibus adnumerari etiam possunt potiones quædam iuniorum quas elixir: aquam vitæ contra venena, seu etiam aquas bezoarticas vel theriacales nūcupāt, quæ cum ex quam pluribus simplicibus atque etiam compositis medicamentis parentur, ac præ substantiæ tenuitate facillime distribuantur per vniuersum corpus, summopere in eiusmo
di affectibus opitulantur; hæ qua ratione parentur ostenditur a nobis in opere de medicamē- G
tis, ex quo loco facillime colligere poteris. Extrinsecus inungūtur olea composita ex his quæ contra venena pugnant, efficacissimum omnium est quod ex scorpionibus nuper à Gregorio Carantta Bononiensi chirurgo repertum est, a Clemente septimo Pontifice maximo & deinde à Paulo tertio, in hominibus nocentibus cōtra validissima venena data comprobatum, inūgitur autem & antequam dentur & postquam data sunt, ea parte corporis qua proxime sentiuntur arteriæ pulsare ad pedes, ad manus, ad tempora, tum ad thoracem è regione cordis, iterarurque inunctio tribus horis interpositis; quibus etiam partibus cum felici admodū exitu sex interpositis horis adhibetur oleum quod Magni Ducis Hetruriæ appellatur: succurrit ergo vtrunique oleum omnibus venenis intus sumptis, modo non fuerint ex genere erodentiū, succurrunt & cuilibet ictui venenato. Verba quibus ab Andrea [h] Matthæolo olei Carauitæ cōpositio traditur, subiicere operæ precium iudicaui.

Sumantur ineunte mense maio quo tempore confici debet, olei communis centum annorum, sin minus sui temporis vetustissimi libræ tres, foliorum hyperici virentis manipuli tres: oleum in vas vitreum duplæ à contento capacitatis imponatur, in quo hypericum aliquantulum antea cōtusum infundatur, deinde vas cera & membrana obturetur, & medium in tenuissima arena condatur loco vbi tota die insolari possit, atq; inibi sinatur ad decimū vel ad duo- H
decimum diem vsque; quo exacto tempore mergatur vas in calentis aquæ balneo ad 24. horas, mox oleum ab herba exprimatur, hoc facto, sumatur hyperici, chamedryos, calaminthæ, cardui benedicti, singulorum manipulus, quæ omnia prius diligenter contusa oleo admisceantur, ac subinde vas in prædictum mergatur balneum tribus continuis diebus, extrahatur deinde, & ab incoctis herbis exprimatur, post hæc accipiantur florum hyperici manip. III. qui à caulibus probe repurgati & contusi in prædictum oleum infundantur, ac in idem balneum per triduū reponatur, post id tēpus eximātur, & vt prius exprimantur, idē fiat ter aut quater, vsque dū oleum sanguineū colorem referat, his peractis sumatur hypericum quod iam defloruerit, & ab eius cacumine grana illa viridia excerpantur, quæ hordeaceis granis similia deprehenduntur in quibus semen continetur. Ex his itaque tres confertim manipuli decerpantur, qui postea tusi, & vino meraco albo aliquātulum perfusi in oleum prædictū infundātur, & cum eodem vitro in arena sepulto octo diebus continuis insolentur, quo tempore trāsacto, tridui spacio in balneum immittantur, post colentur, & modo prædicto exprimantur; tertio aut

quarto

a Gal. li. 5. simp. c. 18.
b Ga. 6. lex. epi. cō. 5.
c Gal. li. 5. simp. c. 17.
d Gal. l. 1. de semine. ca. 16.
e Gal. li. 2. alimentorū facul. c. 28.
f Galen. li. 2. de antidotis c. 3.
g Aetius li. 13. ca. 101. Paulus lib. 7 c. 11.
h Matthæolus in lib. 6. Dioscor. in procem.

A quarto similiter dictum semen in oleo macerari debet, donec id obscuri sanguinis colorem re-
præsentet. Ad hæc sumatur scordij recentis, calaminthe, cẽtaurij minoris, cardui benedicti, ver
benacæ, dictamni cretensis, singulorũ medius manipulus, tundantur omnia, mergantur in oleũ
prædictum, & vas in balneum iectum imponatur per biduum continuum, dein colentur, & ex-
primantur vt supra, postea sumantur zedoariæ, radicum dictamni albi, gentianæ, tormentillæ,
aristolochiæ rotundæ singulorum ʒ iij. scordij manipulus, tundantur item omnia, infundantur
& immittantur in balneum, ibique permaneant trib. diebus continuis, colentur deinde & ex-
primantur: infundantur denuo styracis calamitæ, laseris cuiuscunque ʒ vj. baccarum iuniperi
ʒ iiij. melanthij ʒ ij. casiæ odoratæ (cinnamomum officinæ vocant) ʒ ix. iunci odorati, cyperi
singulorum sesquidrachma, santalorum alborum semuncia. Tundantur omnia (vt pluries de
aliis dictum est) & in idem oleum infundantur, & per triduum continuum in balneo maceren
tur, demum colentur, & exprimantur, modo quo ante diximus. Postremo adsint oportet trecẽ
ti scorpiones viui, diebus canicularibus collecti; ij in vase vitreo conclusi cineribus calidis su-
per imponantur: & cum eos præ calore sudare atque irasci constet, omne iam dictum oleũ cali
dum superinijciatur, sed aduertendum est ne id adeo feruẽs sit vt vas disrumpat, obturato sta
tim vasis ore in balneo tribus continuis dieb. contineatur, deinde coletur & exprimatur, pro-
B iectis interea scorpionib. rursum in oleum infundantur rhabarbari laudatissimi, myrrhæ com-
munis vsus, aloes hepaticæ singulorũ ʒ iij. nardi indici ʒ ij. croci ʒ. j. theriacæ electæ, electiq; mi
thridatij cuiusq; semuncia; quę ex his tundenda sunt terantur, mox vltimo infundãtur in oleũ
quod per triduum continuum contineatur in balneo, quo facto oleum nõ amplius percoletur,
sed deinceps recondatur perinde ac opobalsamum: hactenus de oleo ex scorpionib. confecto,
& de præcautione à venenis epotis aut deuoratis. His, qui venenum in cibo aut potione sum-
pserunt, non tam facile est opitulari quam alijs, quibus per morsum vel ictum inseritur, primũ
quia malũ vt non protinus sentitur ita non potest protinus curationem accipere, deinde quia
non incipit à cute, sed a partibus internis, postremo quia quæ dantur remedia, non æque pos-
sunt affectum locum attingere, sicuti cum venenum extrinsecus inseritur, & idcirco nequeunt
superare aut expellere quod noxium est. Res tamen non ita difficilis est vt plerunque curatio-
nem non admittat, modo statim succurramus, nam quo diutius manet in corpore venenum, eo
& deterius redditur, & magis naturæ vires conuellit. Multiplex [a] autem est in curatione consi- a Gal. l. 5
lium, cum & educere venenum oporteat, & quod manet in corpore neq; educi potuit, partim simp. c. 18
corrigere ac quodammodo frãgere, partim euocare ad partes externas atque ignobiliores, &
auertere ab internis. Educere igitur primum oportet quod sumptũ est venenũ qualecunq; fue
C rit, educitur autem maxime [b] vomitu, deinde etiam deiectione: principio cũ in ventriculo ver b Auic. li 4
satur expedit vomitum mouere, nisi si id quod nocet cõcretum fuerit, vt aliquid sanguinis aut fen sexta
lactis, nã periculũ est ne cum euomitur adhæreat gulæ & hominem strangulet, ideo deiectione tract. 1. c. 4
duntaxat educendum est. Monetur vomitus his quæ lenia sint, & molliendi ac laxandi vim ha-
beãt, à quibus aluus etiam soluitur, & vbi venenum acrius ac calidius fuerit remittitur ac tem- c Auice. ib.
peratur: dabimus igitur illico ad vomitum euocandũ oleum [c] calidum, vel per se, vel mixtũ cũ
aqua calida, præterea butyrum ac nitrũ ex mulsa, aut aquã in qua bullierit malua, fœnugræcũ,
lini semẽ, alica, vel pinguis aliqua caro vel piscis: his præsidijs soluetur etiam aluus quod expe-
dit cum venenum iam descendit ad intestina, quo tempore immittere in aluum per clysterem
oportet, partim pinguia, partim acria, vt simul & laxetur & ducatur, quanquam vtiliter etiam
ducitur catharticis sumptis, vt aloe, agarico, rhabarbaro, cum quibus expedit miscere quæ ve
nenis aduersantur: Eodem spectat confectio quæ habet [d] napi syluestris, castorij, foliorum arũ d Auic. ibi.
dinis singulorum pares portiones, interioris colocynthidis triplum, datur potui ex mulsa siue ca. 5.
decocto senæ aut epithymi vel polypodii ad magnitudinem nucis ponticæ. Alterum cõsilium.
seu alterum opus quod in curatione requiritur, esse diximus corrigere ac remittere vim vene-
ni quod exinaniri non potuit, nam illud antiquissimum est [e] extrahere quod noxium sentitur, e Hip. l. 2. 6
quod opus, si perfici non possit, velle debemus quod possit: conabimur ergo venenum vincere epid. a pri.
D vbi frigidum fuerit per contraria quæ calida sunt, quemadmodum vinum & aromata, vt proxi f In hoc c.
me [f] tradidimus cum de præcautione ageremus: vbi calidum similiter per contraria quæ frigi
da sunt, sed quia quod tale est, ob acrimoniam erodit, leniẽtia pollulat à quibus eiusmodi acri
monia remittatur, ad quod maxime ualet lac [g] asininum, caprinum, ouillum, humanum recens, g Auic. l. 4
præsertim post uomitum quem mouendum esse diximus per ea quæ non solum relaxent, sed ẽt fen. sexta
lenia sint, & acrimoniam temperent. Eandem frangit butyrum, oleum amygdalarum dulcium tract. 1. c. 4
caro pinguis una cum iure in quo ipsa bullierit, cerebrum, adeps, medulla, tũ copia lenium ci-
borum ac potionum. Quæcunque ob crassitudinem & gluten quoddam perniciosa sunt ueluti
fungi, franguntur extenuantibus atque incidentibus, ueluti aceto, quod ab Hippocrate [h] sexto h Hipp. & Ga. 6. 6. ep.
lib. de morbis uulgaribus refertur inter quædam auxilia, quæ euidenti qualitate ueneni noxæ com 5
succurrunt: quanquam fungi fere omnes latente ui totius substantiæ, non tantũ glutinosa cras i Hipp. ibi.
situdine nobis aduersantur. Commemorat etiam ibi Hippoc. [i] lac, quod mordaces succos le-
nit, allium & uinum quod calefaciendo occurrit frigidis uenenis: addit & salem, qui digeren-
do absumit ueneni materiam quamlibet. Quod si uenenum tota substantia inimicum fuerit, su
peratur

petatur per alexiphatmaca quæ paulo [a] ante explicata sune, eadem enim quæ conferunt ad E præcauendum, conferunt [b] etiam ad curandum, sed minus, & uico triplo, aut quadruplo largius sumi debent. Non ferendi sunt (dicebat Erasistratus) qui contra venena pugnandum esse existimant per trita illa remedia, quib. alij morbi tolluntur, nam licet ad mouendum uomitum & deiectionem eadem accommodentur quæ in alijs morbis, hęc tamen quæ uim ueneni superant, longe differunt à medicamentis, per quæ frigoris aut caloris immoderationem vincimus, vtendum igitur est alexipharmacis quæ [c] cæca nominari diximus, quod non inuestigentur ratione, sed vsu comprobentur, possintq; etiam à vulgaribus atq; imperitis adhiberi, ualent autē simplicia ut terra lemnia & armena, lapis bezaar, lapis malacensis, abrotanum, radix eryngij, semen pastinacæ, calamenthum, marrubium, scorzonera, laser, peucedanum, panax, rutæ syluestris folia, siue etiam rutæ caprariæ folia & succus, polium, thlaspium, scordium, sonchus, cappa ris, lauri & iuniperi baccæ, tormentilla, vincetoxicum, succisa, hastula regia, origanum, dictamnum, pix liquida, castorium; sed multo efficaciora sunt quæ composita sunt, ut antidori quas supra commemorauimus, & ex his quæ extrinsecus imponuntur oleum Magni Ducis Hetruriæ, siue etiam Gregorij Carauitæ enarrata. Auxilia hæc omnia communia sunt cuiuscunq; ueneni tota substantia pugnantis contra naturam nostram, maxime antem necessaria sunt cum ueneni species latet, nam vbi constet qualis sit, confugiendū est ad alexipharmaca propria, quæ speciatim proximo libro tradentur, nunc enim communia persequimur. Tertium opus quod ueneno sumpto requiritur est, postquam adhibita sunt medicamenta, & educentia, & superantia uenenum, ut auertatur à corde & partibus præcipuis, & euocetur ad cutem, quo spectat motus & uigilia, nam quies & [d] somnus contrahunt ad partes internas, excitabimus igitur hominem, & nullo pacto permittemus dormire, id quod etiam fit paulo postquam sumpta sunt cathartica, ne eorum prauitas permeare ad cor possit: hoc nomine balneū quoq; saluberrimum est, quod sudorem mouet, & cum eo uenenum ad cutem elicit, quod auxilium obtinetur etiam ex potu alicuius ex illis aquis quas sudatorias aduersus uenena iuniores appellarunt, inter quas ea efficacissima existit quæ paratur ex aquæ Theriacalis caphuratæ ℥ j. semis, liquoris tartari correcti ʒ j. spiritus chalcanthi ʒ semis, olei unionum grana vj. olei coralliorum rub. ʒ j. olei terebinthinæ grana v. olei baccarum iuniperi grana iiij. Essentiæ chelidonij ʒ semis, aquæ radicis tussilaginis, eryngij singularum ℥ j. aquæ florum sambuci, violarum lutearum, singularum ℥ semis. uini rubri dulcis ℥ ij. semis, ex quibus simul mixtis & uehementer agitatis, vase vitreo in quo continentur in balneum posito destillentur & aqua colligatur ac seruetur ad prædictos vsus. Sunt qui unum mulum aut equum aperiant, in quem euisceratum statim demittunt nudatum hominem, vt eius calore euocetur uenenum ad partes externas, & auertatur à visceribus, quo remedio vsi sunt memoria patrum, Alexander sextus Pontifex maximus, & Cæsar Borgia eius G filius, sed hic non bene conualuit, ille paulo post interijt, cum ministrorum negligentia uenenū in uino bibissent, quod alijs ualdę perniciosum parauerāt, cuius uis prius quam id auxilium experirentur, iam ad uiscera permeauerat, & hoc pacto capti sunt insidijs quas conuiuis tendebant, & qui alteri exitium parabant, sibi paratam pestem intellexerunt. Differentiæ propositi morbi ut aliorum omnium, similem postulant in curatione differentiam, siue implicite & abscōdite, siue patentius & expeditius.

a In hoc eodem cap.
b Hipp. 3.3 epid. 40.
c Gale. 13. meth. c 6.
d Gal. lib. 3 de cau. pul. c. 9. & Aui. lib. 4. f. sexta tracta. 1. c. 4.

De morbis factis in uniuersum à ueneno quod extrinsecus inferatur. · *Cap. XIII.*

EAdem fere ratio est ueneni extrinsecus admoti, cum similiter perniciosum sit, à simi lib. causis oriatur, eadē faciat symptomata, non absimili coniectura recognoscatur, & curationē desideret parū distantem ab ea q̄ postulare monstrauimus ꝙ sumitur, quamobrē longe breuior tractatio nūc restat, quæ enim dicta sunt de ueneno sumpto pertinentia ad id ꝙ extrinsecus inferitur, paucis attingentur, si qua propria erūt latius explicabuntur. Venenū igitur quod extrinsecus inferitur, tota substantia duntaxat perniciosum est, neq; enim solo calore aut frigore pōt exitio esse, cum prius qoā grauiter noceat molestum H sit, & ob id declinetur atq; excutiatur: morbus igitur quem facit ad repugnantiā totius substātiæ refertur, non quod non possit simul hæc immoderate calefacere, aut refrigerare, sed ꝙ non propterea interitū afferat: scribunt ueteres [e] medici maximā partem uenenorū frigidam esse, eo fortasse freti quod uita ac natura [f] nostra calore contineatur cui aduersatur frigus, quod qui icti sunt à scorpione [g] & quos uipera percussit refrigerentur, quanquā hoc fortasse accidit quia natura noxam sentiens cum spiritu & sanguine fertur ad internas partes, & relinquit externas frigidas, quod serpētes hyeme delitescant & diu in latibulis sine cibo uiuāt, at non uiuerent si calidiores essent, eo aūt confugiunt tanquā in locū minus frigidū ac similem, cū nequeant hyeme nimium frigoris appulsum sustinere. Causa continens huius repugnantiæ seu morbi ab ea profecti uirus est, qđ similiter tota substantia pugnat: inferitur aūt fere per morsū, ut uiperæ, ut canis rabiosi, aut per ictū aculeumve ut scorpionis, phalangii & similiū ferarū, ac primoquidē inficit sanguinē quem attingit, hic deinde proximū, & ita deinceps dum uitiū pręcipuis partibus, & tandem cordi inferatur: necesse est autem ualidissimū [h] esse, cū adeo exiguū sit quod ab eiusmodi

e Celsus li. 5. c. 27.
f Arist. lib. de respir. c. 4.
g Dioscorides lib. 6. c. 44.
h Gal. li. 3. de loc. affe. cap. 7.

A eiuſmodi morſu atq; ictu inſeritur, ut uix, aut ne uix quidē poſſit ſēſu percipi, aculeus tenuiſſimus eſt, & nullum foramen præſefert vnde venenum effundatur, quod præclare animaduertit. Diocles inſpiciens quam grauiſſima mala afferret quod tam exiguū eſſet. Idem etiam efficiūt tela venenata quod dentes, & aculei ferarum, eodem enim modo ſanguinem corrūpunt & perniciosa ſunt. Eodem modo etiam ſanguinem vitiant ac nocent venena illa quæ locum vlceratum attingunt, quamobrem præcipiunt [a] medici vt illato vulnere ab ictu venenato, homo qui adhibetur ad virus exugendum, attendat ne quod in gingiuis palatove, aut alia oris parte vlcus habeat. Ob eandem cauſam exitioſa ſunt venena, quæ ſparguntur medicamentis quib. vlcera curari ſolēt, qualia parauerat memoria noſtra Ioānes Baptiſta chirurgus clariſſimus (ſed homo nequiſſimus ac maxime perditus) Leoni decimo Pontifici Maximo, ſed tantum facinus quod tētabat ſequuta digna pœna eſt. At ſunt etiam quædam venena efficacia, vt per cutem integram ad cor permeent & hominem interimant, veluti ſaliua Aſpidis [b] ptyadis, & canis rabioſi, quæ vt idonei [c] auctores ſcribunt, non minus nocere per tactum quam per morſum poſſunt: Audiuimus duos interijſſe memoria noſtra, quod dum ingentes ſerpentes haſta illiderēt, expreſſum virus ad manus vſque peruenerit, vnde per integram cutem permeauit ad viſcera. Nouimus etiam Iacobum Riconiū, huic ingenti angue venabulo tranſuerberata virus expreſſum manum attigit, quæ vna cum toto brachio paulo poſt intumuit cū dolore intolerabili, pro

B ceſſu temporis cutis tota detracta eſt, ſed tandem & idoneis remedijs à Iuliano patre meo adhibitis conualuit. Vulgo exiſtimant quibuſdam tantam ineſſe vim, vt non ſolum nudatæ cutis, ſed etiam calcei aut ſocci cōtactu permanare poſſit ad viſcera, & hominem occidere: ſed quo pacto tractarentur à venefico, aut infunderentur in pixidem vel ex eadē excipirētur, ac ſpargerentur, ſi tantam haberent penetrandi vim? prius enim ipſum necarēt quam illum cui facit inſidias, æque autem mihi ridiculum videtur atque illud quod dicitur de baſiliſco, [d] ſolo ſibilo & de catoblepa [e] ſolo aſpectu hominem interimente; & quis auctor eſt? quis vidit, aut audiuit qui referre potuerit ſi ſtatim interijt? Quod autem quædam ſolo odoratu hominem interimāt magis credibile eſt, cum vna cum aere attracto poſſint eorum vapores, partim ad cerebrū, partim ad cor permanare, atque ob eam rem [f] Aegyptij Ibes non violabant, quæ aues excelſæ cū ſint cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro maximam vim ſerpentum interficiunt, atque conſumunt, ita vt nec morſu uiuæ noceant, nec odore mortuæ. Symptomata conſequētia morbos profectos à uenenis quæ extrinſecus inſeruntur, eadem fere ſunt atque illa quæ accidunt, ubi uenena tota ſubſtantia inimica bibantur, aut deuorentur, cū & uires conuellantur & actiones omnes labefactentur, nam ſimiliter accidit dolor intolerabilis, uertigo, delirium, tremor, neruorum diſtentio, difficultas ſpirandi, animæ defectio, cibi faſtidium, ſitis, liuor aut nigredo

C cutis, frigus partium extremarum, ſudor frigidus capitis, neque mirum cum tota ſubſtantia hominis mutetur, hæc fere communia ſunt, ſed certas ſpecies, certa ſequūtur ſymptomata ut proximo libro patebit, attenduntur in his morbis eædem differentiæ, quæ in illis quos faciunt uenena ſumpta, atque illæ præſertim quod alij graues ſunt, alij grauiſſimi, neque enim æqualiter pernicioſa ſunt quæ inſeruntur uenena, neque ſimiliter periculoſus eſt ictus phalangii, ut morſus uiperinus, tum quod alij celeriter mouentur, ita ut perceleris ſequatur aut mors aut ſalus, alij tarde, quemadmodum qui à morſu canis rabioſi fiunt, quos [g] conſtat diutius trahi. Ex his quæ propoſita ſunt ſymptomata agnoſcuntur in ægrotante ſenſu ipſo, morbus qui tota ſubſtātia inimicus eſt ſēſum fugit, ſed colligitur ex cauſis ut ex uenenis extrinſecus illatis, ex iis quæ proſunt quemadmodum alexiteria, ex effectis, ut ex ſymptomatibus grauiſſimis quæ enarrauimus. Cauſa autem hoc eſt uenenum externum, non latet quemadmodum internum, ſed plerūque euidens eſt, ut cum uirus per morſum aut per ictum inſeritur, ſi quando lateat, quemadmodum in his qui dormientes percuſſi ſunt, aut alioquin uulnerati ueneficum chirurgū nacti ſūt, conijci debet ex his quæ proſunt, nam alia alijs opitulantur, præterea ex effectis, cum ob uariā ſpeciem ueneni uaria accidant ſymptomata, ſed hæc explicabūtur cum ſingulas ſpecies [h] perſequemur. Ex futuris euētus ſæpe adeo pernicioſus eſt, ut nullis remedijs occurri poſſit, ſed ſta

D tim homo intereat, interdum tamen ubi ſtatim ſuccurras, homo euadit. Vter expectādus ſit intelliges, [i] ſi robur naturæ ſimul & præſidiorū cum robore morbi, cauſæ, & ſymptomatum cōferas: ualidiora corpora magis renituntur, imbecilliora facile ſuperantur: uenenū quanto uel genere uel copia ualidius inſeritur, quanto item diutius retinetur in corpore, tanto ualidiorē efficit morbum, & ideirco magis periculoſum, tempus quo ſalus uel mors ſequuta eſt, plerūque breue eſt, interdum tamen uirus diutius [k] deliteſcit in corpore, prius quam inſignem noxam afferat, quemadmodum ex morſu canis rabioſi eiuſmodi diuturnitatem intelliges potiſſimū exiſtimata ui ueneni: uia ſalutis eſt quod uirus expellatur ac ſuperetur, uia interitus quod uenenum permeet ad uiſcera, ita ut facile prænoſcatur. Ratio præcauendi in duobus ſimiliter conſiſtit, in euitanda ſcilicet cauſa, & parando corpore ita ut uel parum, uel nullo modo poſſit ab ea uiolari, cauſam effugere plerunque non difficile eſt homini cauto, qui circunſpectet ubi pedes ponat, ubi ſedeat, ubi cubet, quæ tractet, ne imprudens in angues incurrat (quæ pernicioſiſſimæ ſunt cum incubant) aut aliam pernicioſam beſtiolam offendat, qui uitet canes quos rabioſos eſſe ſuſpicatur, qui chirurgos deligat, quorum non modo peritia ſed fides quoque ſit ſpectata:

a Cor. Celſus l. 5. c. 25

b Gal. li. de theriaca ad Piſo. c. 8

c Gal. l. 6. de loc. aff. c. 5. & l. de inæquali intemperie c. 6

d Gal. li. de theriaca ad Piſon. c. 8

e Plin. l. 8. c. 21.

f Plin. l. 10. c. 28.

g Gal. 3. 3 epid. com. 75.

h Infra in proximo li.

i Gal. l. de conſt. artis c. 28. & lib. 4 de præſa. pulſ. c. 11.

k Gal. 3. 3 epid. com. 75.

E ſpectata: ſunt qui latibula claudant vbi angues delitefcunt, vt nequeant inde ſe emergete, vtâtur ſuffimentis ex galbano, bdellio, ſagapeno, bitumine, caſtorio, vngulis, cornubus, ligno mali punicæ, radice lilij, ſemine hyoſcyami, calamentho, ocymo, vrtica, ſyſimbrio, peucedano, opopanace, intybo, quæ fugare ª ſerpentes poſſunt. Corpus vero iiſdem præſidijs defendendũ eſt, quibus curatur cum venenum concepit. Contra appulſum eorum quæ euidenti qualitate vt frigore, vel calore nocent (quamuis non videantur in venenis numeranda) pugnandum eſt per contraria, vt per calida contra vim frigoris, per frigida contra vim caloris, à quibus vt curatur corpus cum iam offenſum eſt, ita etiam prius defenditur. Quarundam herbarum ſucci adeo frigidi ſunt, vt partes quæ ipſis fuerint illitæ, nullam iniuriam accipiant à ſummo calore & a flammis; quibus fretus quidam circulator non multos ante annos Florentiæ in clibanum calefactũ, vbi mox panis coquendus eſſet, ingreſſus, paulo poſt inuiolatus exiit. Sed contra externum virus tota ſubſtantia inimicum, valent medicamenta quæ alexiteria dicuntur, ſuperius ᵇ commemorata cum ageremus de euitanda noxa, quam afferunt venena quæ ſumitur, huiuſmodi ſunt antidoti, & oleum illud tam Gregorii Carauitæ, quam Magni ducis Hetruriæ, quæ vt liberant, ita etiam tuentur hominem à venenis, quæ vel potui atque cibi dantur, vel extrinſecus inſeruntur cum ictus ieiuno magis noceat, vtiliſſimum eſſe veteres, ᶜ tradunt, vbi ex anguibus metus eſt, non ante progredi, quam quis aliquid aſsumpſerit. Vbi virus iam inſitum eſt, ſi ſtatim ſubuenias, curationem magna ex parte admittit, cuius ſimiliter triplex eſſe conſilium debet, atq; in ea quæ pertinet ad venena ſumpta, cum primo extrahere illud oporteat, deinde probibere ne vlterius ſerpat, poſtremo quod iam conceptum eſt à venis, & educi nõ potuit, corrigere. F Vtimur ad virus extrahendum, partim medicamentis, partim chirurgia, medicamentorum extrahentium triplex eſt genus, cum alia eiuſmodi vim obtineant qualitate euidente, alia tota ſubſtantia, alia vtroq; nomine, dicuntur autem Græce ᵈ ἐπισπαστικὰ, ἑλκτικὰ, & ἑλκτικά quæcunq; manifeſta qualitate extrahendi vim habent, hæc qualitas calor eſt, ſunt enim calida tertio gradu, vel etiam initio quarti, ᵉ continenturq; tenuib. partibus, confert enim tenuitas ad penetrandũ, & idcirco ad extrahendum; contra craſſitudo ad repellendum. Eiuſmodi calorem nacta ſunt aliqua ob putredinem veluti fermẽtũm ac fimus, aliqua naturaliter vt thapſia, cyclaminus. Ariſtolochia, pyrethrum, ſinapi, ſuccus cyrenaicus, propolis, pix, galbanum, opopanax, euphorbiũ ſed efficaciſſimum eſt ſulphur: huiuſmodi etiam ſunt emplaſtra quæ ex eiuſmodi ſimplicibus componuntur, quale eſt quod ex arundinibus ᶠ quarto: Iſis ᵍ quinto; Ægyptiacum ʰ ſexto libro de compoſitione medicamentorum generatim à Galeno traditum: eademq; vi prædi tum eſt emplaſtrum ex betonica, veluti & emplaſtrum ex fermento ex deſcriptione Andernaci. Quæ tota ſubſtantia ⁱ elicere virus poſsunt, in alexiteriis numerãtur, non ſecus atq; illa quæ veneni qualitatem corrigunt, ſuntq; ſimiliter media inter ᵏ eius vim & naturam noſtram, uel compoſita ut Theriace quæ ſuper impoſita maxime eſt efficax ad uirus extrahendum, uel ſimplicia, vt ruta, marrubium, allium, ſcordium, trifolium, centaurium minus: quanquam hæc non ſolum tota ſubſtantia, ſed etiã calore uim habent extrahendi: his ergo omnibus utimur ad propoſitum opus, quanquam efficacior chirurgia eſt: admouetur enim ad locum ictum cucurbitula, ſed ˡ ſcalpello ante circa vulnus incidimus, quod plus vitiati ſanguinis extrahatur, pro cucurbitula accipitur ſimile aliquod vas, ſed ſi ne hoc quidem ſit, adhibetur homo ᵐ qui vulnus exugat, id quod tuto facit, modo nullam partem oris vlceratã habeat. Superimponi etiam poteſt ad extrahendum, pullus, ⁿ vel agnus, vel hœdus, qui viuus diuidatur ita vt calida caro tangat vulnus, quod manibus etiam expedit vehementer exprimere. Prohibebimus ne virus ſerpat vlterius vbi iam inſitum eſt, & euelli nõ poteſt, ſed partem vitiauit, ne ad alias feratur quæ inuiolatæ ſunt, intercludendo iter ° vinculo iniecto ſuperne, neq; enim penetrare poterit parte vehementer adſtricta, eatenus tamen adſtringẽda eſt ne torpeat: quod ſi non ſufficiat vinculum, aut adurentibus medicamentis vtendum eſt, aut candente ᵖ ferramento, vt vna cum affecto loco adimatur virus; præſtat interdum abſcindere vitiatam partem vbi parua ſit, veluti digitus, & admodum vitiata, vt ſeruetur vita, quamobrem præciditur neruus ne homo neruorum H diſtentione intereat, & vena vel arteria, ne ſanguinis effuſione uires deficiant, licet debilitetur ᑫ corpus, aut actione aliqua priuetur: ergo ne virus ad ulteriora ſerpat, & interitũ afferat, uitiatam partem aliquando præcidemus, vt autem ſumptum venenum quod educi non potuit, auertimus ad partes externas, ita quod extrinſecus inſeritur, vinculo, vſtione, ſectione, nõ ſinemus ferri ad internas. Virus quod iam conceptum erit purgabimus, aut per vrinam uel ſudorẽ euocabimus, corrigemus poſtremo qualitatem veneni per alexipharmaca, ſeu alexiteria, quib. etiam ſuperari diximus id quod ſumitur, ut per antidotos, & oleum Carauitæ, ac Magni Ducis Herruriæ, quæ non ſolum defendunt, ſed etiam liberant a ueneno, quemadmodum in ſuperioribus oſtenſum eſt, ualet autem maxime aduerſus morſum & præcipue uiperinum ʳ theriace: ueſrum præſidia quæ unicuique ſpeciei veneni aptantur proximo lib. exponemus. Quæ dicenda erant in uniuerſum habeant hunc modum.

a Dioſcor. capitib. proprijs, & Galen. lib. ſimplicium capitib. proprijs, inter ſpurios.
b In hoc li. c. 12.
c Gal. li. de vsu theriacæ ad Pamphilianum.
d Gal. lib. 5 ſimp. c. 17.
e Gal. ibid. & c. 18.
f Gal. lib. 4 catag. c. 13
g Gal. lib. 5 catag. c. 3.
h Gal li. 6. catag. c. 9
i Galen. 5. ſimp. c. 18.
k Gal. ibi.
l Cor. Celſus lib. 5. c. 27.
m Cel. ibi.
n Cel. ibid.
o Cel. ibid.
p Cel. ibid.
q Gal. li. 6. meth. c. 3.
r Gal. li. de Theriaca ad Piſon. & li. 1. de antidotis c. 1.

VIDI

A

VIDI VIDII
DE CVRATIONE
GENERATIM
Partis Secundæ Liber Nonus:
Qui est de Curatione cuiusque Veneni speciatim.

B

Venena vnde suppetant. Cap. I.



Vemadmodum philosophus sophismata persequitur,non vt extorqueat ex ani
mis cogitationes,quibus imbuti sunt,vim afferat sẽsibus,aut quenquã laqueis
irretiat,priusque cogat quam ille assentiatur,sed vt viam monstret qua hæc vi
tari possint,& solui capriosa,atque ambigua distingui,licearque quid rectum,
quid falsum,quid consentiens,quid repugnãs libere iudicare:ita medicus [a] de a Gale.l.2: de antid. c. 7.
venenis agit,non vt doceat quo pacto possit alijs impune exitium comparari,
& per insidias vlciscendæ iniuriæ vel obeundæ hæreditatis causa auferri vita, sed vt cognita
partim vitari,partim vinci queant,id quod fieri non potest nisi commemorentur,cæteroqui li
benter supersedisset medicus eorum tractationi,ipsaque omnino reticuisset, proponit tamen
simplicia duntaxat,quæ plerisque nota sunt,composita præterit;quãuis & hæc nõnulli scribe
re non dubitarint, veluti Orpheus [b] cognomento Theologus, Horus Mendensis,Heliodorus b Ga. ibid.
Atheniensis,Aratus:de quo instituto quamuis nec mala mens,nec malus animus fuerit,viden
tur grauissime accusandi, [c] cum compositione atque apparatu venenorum, magis improbos c Gal.ibid.
C instruant ad nocendum,quam probos ad opem ferendam : præsertim cum communia auxilia
quæ simplicibus aduersantur,satis valeant contra composita, quamobtem scribemus de sim-
plicibus duntaxat,quorum species omnes via cum ratione enarrabimus,deinde sigillatim per
sequemur.Suppeditantur venena tantum à corporibus mixtis,nam ex elemẽtis,aer,aqua, ter
ra,catenus veneni vim habent,quatenus mixta sunt cũ materia putri ac perniciosa,'eadẽ aqua
& ignis quatenus calore & frigore nocent,& non habentur in venenis,& morbos excitãt, qui
ad immoderatam temperationem & solutionem vnitatis referuntur. Ex solis ergo compositis
ac mixtis corporibus venena suppetunt,& illa quæ sine vulnere nocẽt,sine intus data, siue ex
trinsecus imposita,& illa quæ per morsum & ictum inseruntur:veniant primo in medium quæ
nullo illato vulnere perniciosa sunt:præbentur hæc vel ab inanimis corporibus,cuiusmodi sũt
metallica,vel ab animatis qualia sunt stirpes,quæ è terra nascũtur,& belluæ.Quę ab inanimis
suppeditantur ad lapides fere pertinent & metallica,ad lapides reducitur calx & etiam gyp-
sum,nisi mauis speciem terræ existimare,quæ sumpta [d] exitiosa sunt,sicut ex metallicis cerus- d Diosc. in proœ.lib.6.
sa,argenti spuma,plumbum,scobes,& scoria ferri,hydrargyros,ærugo,auripigmentum, sanda
racha.Ab his quorum stirpes è terra nascuntur,præbentur semina,fructus,succi,folia,radices,
flores,similiter nocẽtia vel calore nimio,vt euphorbiũ,staphis agria,ruta agrestis, anacardiũ,
D flammula,dracunculi semen,vrticæ semen,scilla;vel frigore immoderato vt solanum, cicuta,
hyoscyamus,papauer,mandragora,psyllium;vel facultate purgandi,veluti vtrunque veratrũ, e Dis. ibid.
scammonea,colocynthis,agaricum,elaterium,thymelæa,chamelæa,tithymalus, ebuli baccæ:
Vel totius substantiæ repugnantia, vt rhododendros, [e] smilax seu taxus arbor,napellus,aconi f Ga.l.7 simpl.c.pro
tum,toxicum,colchicum,herba sardonia,nux metellica,ixia,chamaleo niger,pharicum:habẽ prio.
tur & in venenis fructuum medullæ rancidæ,præterea fungi fere omnes qui ad stirpes[f] referun g Disc.loco
tur.sunt enim veluti quædam radices. Vinum [g] autem quamuis statim à balneo merũ,large epo citato.
tum mortiferum sit,[h] non tamen numeratur in venenis,nõ quod toto genere aut qualitate val h Gal. l.1a
de immoderata noceat,sed quod intempestiue atque intemperanter sumãtur,fertur enim tũc met.c.4.&
ad partes præcipuas prius quam in ventriculo concoquatur,cum alioquin si recte detur, salu- l.1. ad Gla.
berrimum sit,& vt si quid aliud deficientes [h] vires recreet.Restãt animalia,quorum aliqua vel c.14.
tota,vel certis partibus,aut humoribus quos præbent,perniciosa sunt:tota quidem vt [i] cãtha i Disc.loco citato.
rides,buprestes,[k] πιτυοκάμπαι,id est,pinorum erucæ,phalangia,hirudines,salamandra,rubeta, K Gal.l.11.
lepus marinus:partibus,vt castorii testiculi:humore siue per se exitioso,vt viperæ,aut canis ra simp. in si

biosi

biosi saliua,[a] fel, virus quod ex quibusdam serpentibus illisis exprimitur, siue quod concreuit, quemadmodum lac, & sanguis ad humores qui ab animalibus præbentur, referti potest etiā mel heracleum quod mortiferum existimatur. Pisces qui alioquin boni succi sunt, si fricti adhuc feruentes operiantur,[b] refrigerati exitiales fiunt, caro eius belluæ quæ à fulmine percussa, aut ictu extialis alicuius feræ, aut peste interierit mortifera censetur, quamuis caro cerui venenata sagitta trāsfixi citra noxam comedatur, quod non conceperit virus sicuti quæ ante dicta est: adde quod sicuti quæ nobis venena sunt, à quibusdam [c] alijs animalibus sumuntur in pastu ita quæ his venena sunt, interdum nobis non nocent. Animalia quæ cibis illis vescuntur, qui nobis mortiferi sunt, deuorata minime nos lædunt, quod non retineant amplius eiusmodi vim alimenta, quæ concocta sunt, veluti sturni qui nutriuntur cicuta, coturnices [d] veratro, ciconiæ anguibus, anates rubetis, humores tamen quos habent non amittūt ex toto vim veneni, sicuti lac ex capris,[e] quæ tithymalo, aut elaterio pastæ sint, retinet vim catharticā. Venena igitur quæ sine vulnere quouis mō, siue intus data, siue extrinsecus imposita nos lędūt, ab inanimis corporibus, à stirpibus, ab animalibus sumi possunt: illa vero quæ cum vulnere inseruntur, aut telis sūt illita, & ad iam exposita referuntur morsu vel ictu belluarum exitialium, quædam enim mordent vt canis rabiosus, & serpentes complures, quemadmodum vipera,[f] dipsas, aspis, hæmorrhois, cerastes, cenchris, chersydros, dryinos, in quibus potest poni etiam crocodilus: quædam aculeo pungunt vt scorpiones, phalangia, tum apes, & vespæ. Hæc fere sunt quæ materiam venenorum suppeditant: agemus autem de vnaquaque specie seorsum, ostendentes qua ratione cognoscantur & curentur, exordiemur ab his quæ sumūtur à corporibus inanimatis, cuiusmodi esse monstrauimus lapides & metalla.

E F

a G. 5. sim. c. 19
b Diosc. ibidem.
c Gal. l. 3 simp. c. 18. & l. de theriaca ad Pison. c. 4
d Ga. locis dictis.
e Gal. l. 3. de alim. fac. c. 15.
f Gale. l. de theriaca ad Piso. c. 8

De remedijs aduersus Venena quæ sumuntur à corporibus inanimatis.
Cap. II.



Ypsum e potum aut deuoratum tantam affert difficultatem [g] spirandi, vt nisi protinus subueneris, hominem strangulet, quod euidenti qualitati videtur tribuendum partium videlicet crassitudini, quam habet cum lenitate emplastica [h] (id est quæ illinatur facile) copulatam, quo fit vt cum humore diluitur, vel antequam sumatur, vel postea in ore & faucibus gulæ in transitu inhærescat, & eodem modo quo externas res simul cum gula asperam arteriam adstringat, quemadmodum lapides & testas solet, inter se agglutinet. Quæ causa adeo manifesta est vt non opus sit confugere ad repugnantiam totius substātiæ, vnde propositum symptoma oriatur, quod si cū manifesta eiusmodi qualitate illam quoque iungi velis, non repugnabimus. Vbi non constet [i] sumptum fuisse gypsum, deprehendi potest ex difficultate spirandi, quæ licet alia etiam venena vt cerussam & fungos cōsequi possit, ab hoc egregie præter cætera proficiscitur, accedit præterea singultus, tussis, palati, linguæ, ac faucium ariditas, & grauissimus stomachi [k] dolor, cum anxietate & interdū animæ defectione: quod etiam satis confirmat cum excitato vomitu gypsum expellitur. Curantis consilium est duplex, illud quod communiter [l] pertinere diximus ad venenum sumptum, siquidem & vomitu ac deiectione educere, & mutare ac corrigere alexiterijs ipsum oportet & morbum iam factum, quanquam medicamenta quæ valent ad educendum, interdum ad corrigendum quoque accommodētur, cum opponātur qualitati veneni. Quod ad gypsum attinet educi primum vomitu debet datis his quæ vel relaxent, vel incidant atque extenuent, eadem quoque adstringendi uim, quam habet gypsum remittūt & cōcretionē soluunt siue mixta dentur, siue seorsum; primo igitur dandum est potui [m] oleum tepidum, vel butyrum aqua tepida dilutum, uel aqua decocta ex malua, althæa, fœnugræco, vel glutinosus [n] humor muccum repræsentans expressus ex semine maluæ, psyllij, aut cotoneorum, validam habent hæc relaxandi facultatem; ad extenuandum uero & incidendum potui dabimus mulsam cum oleo, aut aquam in qua bullierit origanum, uel thymum, aut in qua similiter bullierit uel iacuerit cinis ex farmentis,[o] uel ex ramis ficulneis: uomitus uero excitandus est ualidioribus medicamentis, inter quæ & raphani, & asari, & cyclamini, ac tandem albi ellebori decoctum maxime commendantur. Ad deiiciendam aluum utemur scammonea,[p] quam adiiciemus hieræ aut alteri confectioni: si superueniat difficultas intestinorum, idoneis auxilijs omnibus apertissimis succurremus. Alexipharmaca quæ occulta & latente ui aduersantur uenenis, non uidentur necessaria ubi sumptum fuerit gypsum, probatur tamen ab auctoribus [q] fide dignis, & commune aliorum antidotum Mithridati, & proprium gypsi quod est amygdalarum amararum esus, ac potus stercoris murium contriti & in puluerem redacti ex uino albo & subdulci.

Calx non latente ui ac repugnantia totius substantiæ nocet, sed calore [r] qui tantus est ut erodat atque adurat, ex quo grauissima affert mala, ut linguæ atque oris siccitatem [s] cum siti inexplebili, tum adeo uehementem, ut abrumpatur uena aliqua in pulmone & sequatur phthisis, tormina & deiectionem cruentam, difficultatem urinæ: sequuntur autem hæc omnia uim illam erodentem, quibus quod uires debilitentur, accedit animæ defectio,[t] & frigus par-

G H

g Disc. l. 6 c. 24. & Auicen. li. 4. fen. sexta tract. 1. c. 5
h Gale. l. 9. simp. c. proprio.
i Aui. loco supra citato c. 4. & 5. & l. 4. fen sexta tract. 2. c. 10.
k Ga. 1. de caus. sym. c. 7
l Lib. antecedenti ca. 22.
m Diosc. l. c. 246.
n Auic. li. 4 fen sexta. tract. 1. c. 4. & 5
o G. l. 2. de antid. c. 7
p Auicen. loco citato.
q Conciliator li. de vene. c. 8
r Diosc. l. 6 c. 29. & G. l. 1. catatop. c. 4
s Auic. l. 4. fen sexta tract. 1. c. 9.
t Auic. ibi.

A partium extremarum: Spirandi vero difficultas quæ etiam superuenire solet, non nascitur ab adstrictione [a] asperæ arteriæ, sicut illa quam diximus afferri à gypso, sed magis a musculis thoracis, qui cum exsiccati sint, & difficulter mouentur, & non satisfaciunt amplius suo muneri. Calcis sumptæ (vbi alioqnin lateat) coniecturam facimus tum ex vomitu, qui patefacit quod datum est venenum, tum ex symptomatibus relatis. Huic veneno mederi similiter oportet, primum per ea quæ vomitu & deiectione ipsum educant, deinde per ea quæ eiusdem acrimoniam temperent: quæ vomitum excitant, aut relaxant ventriculum, aut eundem irritant, & materiam simul extenuant atque incidunt, maxime hic aptantur quæ relaxant, cum lenire [b] simul acrimoniam possunt, dabimus igitur oleum calidum cum calida mulsa, aut ius aliquod pingue ac boni succi, aut aquam in qua malua, semen lini vel fœnugræcum bullierit; ad extenuandum vero & incidendum, & idcirco etiam ad excitandum vomitum utemur mulsa, aut aqua in qua bullierint fici, vel iacuerit cinis ex sarmentis: & educemus per intestina siquid ex ventriculo descenderit, injicientes in aluum ius aliquod pingue, oleum quod simul leniat & soluat. Vbi quantum licuerit hoc venenum exinanitum fuerit, temperandum erit quod restat contrarijs: opponuntur acrimoniæ illa quæ lenia sunt, habent enim vim temperandi, ἐπιχαστικὰ Græce [c] dicuntur, quæ si multa dantur vbi pauca est materia acris, plurimum proficiunt, contra si darentur pauca vbi hæc copiosa est vincerentur & aeria fierent, ac malum augerent: maxime igitur

B post vomitum & deiectionem ad temperandum pertinet potus [d] lactis copiosus ac frequens, eodem spectat cremor ptissanæ, succus maluæ aut ibisci, tum glutinosus humor, qui ex seminibus exprimitur malorum cotoneorum, psylli, maluæ. Proprium alexipharmacum aduersus calcem & morbum quem efficit, existimantur nuces iuglandes ex oleo deuoratæ. Quæcunque autem sumpta calce opitulantur, conueniunt etiam sumpto sapone, aut epota aqua, in qua fuerit calx nondum extincta, sed transeamus ad metallica.

a Gal. li. 5. meth. c. 4.
b Dio. li. 6. c. 29. & Auic. loc. ci.
c Gal. li. 2. simp. c. 12.
d Aui. li. 4. fen. sexta tract. 1 c. 9. & Dios. li. 6. c. 29.

Cerussa quamuis extrinsecus imposita vlceribus medeatur, intus tamen sumpta admodum [e] perniciosa est, & cum grauissimis symptomatibus ac plurimis hominem interimit, tentat enim caput, delirium affert, & neruorum resolutionem, ita vt [f] membra non possint amplius suum officium facere, homo supra modum propensus est ad somnum, gemit, cernit quæ non sunt, adeo difficulter spirat vt tandem stranguletur, dolorem sentit intolerabilem, potissimum in gula, & ore [g] ventriculi, superuenit singultus, [h] nausea, ructus creber, animæ defectio, tussis, refrigerantur partes omnes potissimum extremæ, color totius corporis redditur [i] albus, tenduntur præcordia, vrina modo nigra, modo cruenta, & modo alba exit, exasperantur fauces, adstringitur guttur. Mala hæc sequuntur manifestam qualitatem cerussæ frigidam &

C siccam, & adstringentem, vna cum crassitudine partium, sed multo magis repugnantiam totius substantiæ, nam ob illam fit difficultas spirandi, adstrictio gutturis, siccitas linguæ, asperitas faucium, ob hanc tentatur caput, dolet os ventriculi, accedit singultus, ructus, nausea, animæ defectio, frigus extremorum, distenduntur præcordia, vrina exit modo nigra modo cruenta, neque enim videntur hæc à crassitudine partium, frigore, aut siccitate proficisci, sed a latente vi & inimicitia totius substantiæ. Deprehenditur cerussa vbi sumpta fuerit, ex albedine quam præseferunt gingiuæ, palatum, spacia inter dentes, vbi adhuc inhæresceit, deprehenditur & ex symptomatibus propositis, vt taceam vomitum, qui euidenter ipsam vt cætera patefacit. In curatione danda opera est primum vt vomitu & deiectione educatur, deinde vt corrigatur prauitas, quam habet atque impressit. Euocabitur vomitus partim relaxantibus, partim detergentibus; relaxat oleum purum, calidum, abunde epotum, vel amygdalinum, susinum aut anethinum, succus expressus ex malua in oleo cocta; detergit [k] mulsa epota, aqua in qua decoctæ fuerint caricæ, aut in qua iacuerit cinis ex sarmentis: ad deiectionem educendam immittitur per clysterem in aluum aqua in qua decocta fuerit brassica cum oleo & sale, datur scammonea [l] cum mulsa; sed cum cerussa renes quoque & vesicam tentet, expedit illis quoque vti quæ vehe-

D menter [m] vrinam euocent, quanquam maxima ex parte vomitu educenda est, cogendusque æger sæpius vomere, & propterea non [n] permittendum vt dormiat. Vbi quantum licuit venenum hoc exinanieris, temperare eius qualitatem oportet, & repugnantiam totius substantiæ corrigere: temperant euidentem eius qualitatem siccam & adstringentem cum crassitudine partium, lac asininum abunde epotum, ossa malorum [o] persicorum ex oleo decocta. Repugnantiam totius substantiæ corrigunt mithridati antidotus, & theriace ex uino albo epotæ, vinum præterea ex quo bullierint folia fraxini, tum ex pruno, nuces iuglandes ex oleo deuoratæ, gummi ipsius [p] vlmi, & humor quem folia eius continent cum aqua tepida.

e Aui. li. 4. fen. sexta tract. 1 c. 4.
f Dios. li. 6. c. 22.
g Gal. 1. de cau. symp. c. 7.
h Dios. ibi.
i Aui. loco citato.
k Dio. li. 6. c. 22.
l Diosc. & Auic. locis citatis.
m Aui. ibi.
n Aui. ibi.
o Dios. loc. dicto.

Spuma argẽti nõ secus ac cerussa externis vlcerib. medetur, sed intus sumpta exitiosa [q] est, apportat aũt cum exitio ventris & intestinorum grauitatem, difficultatẽ spirandi tantã, ut homo tãdem suffocetur, linguæ munera impedit, aluũ & vrinam supprimit, quamuis tormina etiã & tenesmũ afferat, excitat ardorẽ in vniuerso corpore, & maxime in articulis, exulcerat intestine, inflat uentrẽ, reddit totũ corpus [r] tumidum ac liuidum. Proficiscuntur hæc mala partim ab euidenti qualitate, partim a repugnãtia [s] totius substantiæ: est aũt euidenter crassarum partiũ & admodũ grauis, media inter calida & frigida, sed paulo siccior q̃ humidior, modice vero detergit: Ex crassitudine partium & grauitate oritur summa illa difficultas anhelitus, cum cana-

p Dio. ibi.
q Dios. li. 6 c. 27.
r Dios. ibi. & Aui. l. 4. fen 6. trac. 1. c. 3.
s Gale 6. 6. epi. com 5.

les spiritui inseruientes,partim obstruantur,partim reddantur angustiores, quod deorsum ab E
eiusmodi grauitate trahantur,ob quam sentitur molestus sensus, ueluti onerantium[a] in ventri
culo,& intestinis,ob eandem causam retinetur vrina, & aluus supprimitur, nisi pondere tan-
a Aui.loco citato. dem cogatur fluere:temperatio illa paulo siccior,sed moderate calida,cum mediocri faculta-
te detergendi nihil nocere deberet, nocet tamen partibus internis, quamuis prosit externis,
cum intus calorem concipiat validiorem,& vim detergendi adeo efficacem assequatur vt ero
dat,[b] & hoc pacto perniciosa fit,exulceret intestina, tormina & tenesmum afferat:Quod vero
b Diosc. & Auic.ibid. linguæ muneribus obest, ventrem inflat,tumidum ac liuidum reddit vniuersum corpus,ad re-
pugnantiam totius substantiæ referri debet, & non ad aliquam ex euidentibus qualitatibus
iam dictis. Intelliges sumptam esse spumam argenti ex symptomatibus propositis,& ex vomi-
tu per quem reddetur. Auxilia quæ huic veneno opitulantur similiter debent ipsum educere,
ac corrigere eius vim & morbum quem fecit,& simul euocare quæ præter naturam retinentur.
Excitabitur vomitus epoto oleo,aut iure gallinæ seu anatis valde pingui,aut oleo ex amygda-
lis dulcibus,aut aqua in qua caricæ bullierint. Soluetur aluus iniecto per clysterem humore ali
quo pingui ac detergente,[c] vel epota scammonea ex mulsa. Corrigitur qualitas illa euidens
c Ibid. crassitudinis,per ea quæ extenuandi & incidendi vim habent, vt per aquam in qua decoxeris
absinthium,hyssopum,[d] caricas:repugnantia totius substantiæ superatur alexipharmacis,pro-
d Ibid. prie autem aduersus spumam argenti datur piper,apium,[e] & myrrha ex vino,datur & semen la F
e Ga.li.2 de antid. c. 7. & Diosc. & Aui ibi. thyris,præterea stercus columbinum cum nardo & vino:sed quia supprimitur vrina,præstat il
lis vti quæ ualde ipsam citent,cuiusmodi est apij ac dauci semen ex mulsa,uel ex uino aliquo te
nui,seu aqua in qua asarum squinanthum,bruscus, asparagi radices ac similia iacuerint & fer-
buerint. Vbi homo grauiter torminibus affligatur, succurrendum est medicamentis nunc de-
tergentibus, nunc lenientibus, prout dolor augetur aut remittitur, hæc autem partim bi-
buntur partim immittuntur per clysterem, sed tunc etiam utiliter illinitur ueter apij succo &
butyro.

Plumbi recrementum ac scobes similem uim habet spumæ argenti, quanquam paulo frigi-
dior est & humidior, sed crassarum partium & grauis admodum; magis autem nocet manife-
stis qualitatibus quam tota substantia, quamobrem leuiora mala affert quam spuma argenti,
ex quibus deprehendi potest ubi lateat,præter commune indicium quod sumitur a uomitu:au
xilia uero eadem conueniunt per quæ & educatur & temperetur, si quid relinquitur materiæ
uel morbi,adeo ut minus nocere possit.

Ferri scobes si prius aceto macerata, & cum idoneis medicamentis mixta modice sumatur,
medetur difficultati intestinorum,fluxui muliebri,obstructioni uiscerum, sed si sine ullo appa-
f Auic.li.4. fen. 6.trac. 1.c.8. ratu largius detur,plurimum nocet, affert enim[f] æstum in uniuerso corpore,dolorem capitis, G
tormina,linguam scabram reddit, tabefacit membra:quæ mala non tantum a siccitate, & ad-
stringendi ui,quam habet, sed potius a tota substantia proficiscuntur. Validius siccat squama
ferri,& quamuis externis ulceribus accommodetur,tamen intus data eodem modo nocet quo
scobes. Intelliges tam scobem quam squamam sumptam esse ex propositis symptomatibus, &
ex uomitu:succurres uero per ea quæ uomitum & deiectionem mouent, & eiusmodi qualitati
aduersentur,si dentur medicamenta relaxantia utrunque efficere commode possunt,ut oleum,
g Aui. ibi. butyrum,[g] adeps,maxime ad rem pertinent esculenta glutinosa, ut extrema quadrupedum.
h Auic. ib. Sunt qui existiment huius ueneni alexipharmacum esse magnetem[h] lapidem, si drachma una
i Conciliator li.de vene c.11 potui detur,id quod mihi non probatur,cum similem[i] noxam afferat, & æque postulet reme-
dia,a quibus & educi,& corrigi possit.

k Gal. li.9. simp. Squama æris siccat externa ulcera ut squama ferri, sed tenuiorum[k] partium est,magis deter
git,atque idcirco magis perniciosa est ubi sumatur,magnopere enim uentriculum & intestina
lædit,uomitum affert, & alui proflunium, ita ut uideatur etiam tota substantia aduersari. De-
prehenditur autem eodem modo ex uomitu & symptomatibus. Medicamenta a quibus educi
tur relaxant, eademque accommodantur ad eius acrimoniam leniendam, & calorem quem
corpori affert minuendum: ualent glutinosa omnia, ut ius ex pedibus & capitibus quadrupe- H
dum,uel ex cochleis, cuius balneum similiter prodest, sicut & inungere uentrem oleo roseo:
proprium alexipharmacum existimatur radix acori, cuius succi uel pulueris potui dantur
drachmæ tres.

l Gal. li. 9. simp. c. proprio. Hydrargyros, hoc est argentum liquidum, an[l] perniciosum sit scribit Galenus se nondum
periculum fecisse,refertur tamen inter nocentia medicaměta, idque merito cum grauissima af
ferat mala,siue intus detur,siue extrinsecus adhibeatur, quamuis illitum sanet gallicum mor-
bum,& cũ ad duo grana datur puerulis, qui a lumbricis vexantur,uel ad scrupulum unum mu
lierib.ægre parientibus plurimum proficiat, maxime tamen nocet ubi uel largius sumatur, uel
imponatur extrinsecus. Qui ipsum effodiunt si diutius in eo opere perseuerent, incidunt in re-
solutionem neruorum,in membrorum tremorem, & tandem attoniti intereunt:his qui morbo
gallico laborantes eodem de illinuntur,erumpit saliua fœtida plurima atque admodum acris,
exulcerãtur labra,gingiuæ,lingua,palatum,atq. uniuersum os,inflammantur fauces,labant dẽ
tes,neque possunt suum officium facere,accedit ingens sitis,fastidium,uigilia,alui profluuium,
sed

A sed cum intus largius sumitur, innatum calorem extinguit, aut ita acre redditur vt adurat, præ
sertim vbi extinctum detur, nam illud quod viuum dicunt cum facilius descendat, & minus hæ
reat, minus etiam nocet. Si demittatur in [a] aurem excitat dolorem vehementem, delirium, ner a Auic. li. 4 fen. 6. trac. 1. c. 2.
uorum distentionem, lædit enim cerebrum, homo sentit grauitatem illius lateris, redditur atto
nitus, aut incidit in morbum comitialem. Proficiscuntur hæc & a tota substantia, & à qualitate
manifesta, quanquam substantia eius licet non sit nobis amica sed noceat, non tamen adeo ini-
mica est vt non medeatur alteri pesti, hoc est morbo gallico. Qualitas manifesta multiplex est
ob diuersitatem partium quibus continetur, aliæ enim sunt frigidæ & humidæ ac tenues,
quæ repellunt, morbos frigidos afferunt, & vbi non vincãtur a calore nostro ipsum extinguũt,
aliæ sunt calidæ & siccæ, terrenę magis ac crassæ, atque hæ priores superant, sunt tamen in agẽ
do vt efficaciores, ita tardiores, erodunt hæ atque [b] exulcerant processu temporis, vbi supera- b Auic. ibi.
tæ sunt illæ, quas diximus esse frigidas & humidas. Deprehenditur hoc venenum sumptum, vbi c Dio. li. 6.
alioquin lateat, ex varijs symptomatibus propositis, tum ex vomitu, aut etiam ex deiectione c. 28. & Ae
cum descendat. Valent aduersus hydrargyrum [c] eadem auxilia quæ medentur vbi spuma ar- tius li. 13. c. 79.
genti sumpta fuerit, cum & vomitu ac deiectione educi debeat, & corrigi per ea quæ leniendi d Diosc. &
vim habent, nam & hæc morbo quoque facto subuenient, plurimum autem prodest lac [d] copio Aetius ibi.
se epotum, proprium alexipharmacum est [e] myrrha ad duas vel tres drachmas ex vino pota, e Aui. loco citato.
B quæ prodest etiam vbi illitus fuerit, sed tunc succurrendum est symptomatibus, quemadmo-
dum proximo lib. monstrauimus, cum exponemus quo pacto per ipsum curetur morbus galli-
cus. Si in aurem inciderit, debet instrumento idoneo [f] extrahi, si non appareat, concutiendus f Aui. ibid.
est homo connexus in latus illius auris; tabula etiam collocatur (vt scribit Cornelius [g] Celsus) g Cor. Celsus li. 6. c. 8
media inhęrens capitibus vtrinque pendentibus, superque eam homo deligatur in id latus ver-
sus, cuius auris eo modo laborat, sic vt extra tabulam emineat, tum malleo caput tabulæ quod
a pedibus est feritur, atque ita concussa aure id quod inest excidit.

Cinnabaris cum ex hydrargyro fiat eius vim retinet, & idcirco eadem affert mala, & eodem
modo curatur.

Ærugo æris, auripigmentũ, sandaracha, arsenicum seu realgad, adeo calida sunt, vt non mo-
do detergant ac liquent, sed [h] erodant etiam atque adurant; quemadmodum calx, & idcirco h Diosc. li. 6 c. 20.
sumpta eadem afferunt mala, inflammantur internæ partes, exulcerantur, dolent, ita vt conuel
lant vires, difficultas vero spirandi quæ adiungitur, tribui debet siccitati musculorum thora-
cis, qui non possunt amplius exequi suum munus, quo fit vt tandem homo stranguletur, nisi an
te deficientibus viribus intereat. Dignosces sumptum esse aliquod ex his, & ex propositis ma-
lis quæ accidunt, & ex his quæ euomuntur. Ratio curandi eadem est, quam sumpta calce dixi-
C mus euenire, cum & vomitu ac deiectione extrahi eiusmodi venenum debeat, & corrigi acri-
monia [i] lenientibus, eadem autem vtrunque opus præstant, vt oleum tum commune tum ro-
seum, lac, ius pingue, butyrum, adeps, aqua in qua bullierit semen rapi, oleum ex amygdalis i Diosc. ibi. & Aetius
dulcibus, aut ex nucleis pineis: maxime autem accommodatur cremor alicæ [k] vel ptisanæ, & li. 13. c. 80.
humor qui ex semine maluæ, psyllij, cotoneorum exprimitur, quibus medemur etiam morbo fa k Diosc. &
cto, commendant aliqui satis probati auctores copiosum aquæ potum, præsertim statim ab as- Aetius ibi.
sumptione arsenici seu realgadis, quo potissimum vnico præsidio incolumes seruati mures ob-
seruarunt, si aliquod eiusmodi venenum deuorauerint.

De remedijs aduersus venena quæ à stirpibus sumuntur. *Cap. III.*

EX his quoque quorum stirpes è terra nascuntur [l] multa suppetere monstrauimus, l Io hoc li. c. 1.
quæ vel cathartica vi, vel nimio calore aut frigore, vel repugnantia totius substan-
tiæ perniciosa sunt; agemus de omnibus separatim, orsi à catharticis, quæ similia [m] m Ga li. 1.
quidem sunt succis quos alliciunt, nobis vero aliena partim ob prauam qualitatem de nat. fac. c. 14.
D ob quam corriguntur ab Hip. [n] qui secundo libro de ratione victus in morbis acu- n Hip. li. 2.
tis miscet veratro vel seseli, vel daucum, vel cuminum vel anisum, vel aliud quidpiam odoris iu acu. tex. 11.
cundi, peplio vero laser: partim ob vim purgantem, quæ interdum adeo vehemens est, præser-
tim vbi copiosius dãtur, vt aluum immoderate ducant, nimium uomitum excitent, unde sequi-
tur anxietas, singultus, sitis intolerabilis, animæ defectio, siccitas immoderata partiũ solidarũ,
& tandẽ interitus. Varia autẽ sunt medicamenta cathartica, ut agaricum, rhabarbarũ, aloe, co
locynthis, scammonea, ueratrũ albũ & nigrum, thymælea, chamælea, tithymalus, lathris, bryo-
nia, cyclaminus, elateriũ: alia autẽ magis, alia minus uehementia [o] & periculosa sunt; alia itẽ ma o Mesu. li. 1. theore. 1.
gis uomitũ mouent, alia deiectionẽ: cognoscũtur in uniuersum ubi sumpta fuerint quũ uomitu
redduntur, sed coniiciuntur ẽt ex symptomatibus, & communiter ex purgatione; propriẽ aũt
hoc ne an illud sumptũ fuerit, dignosces ex proprijs symptomatibus, aloe aperit [p] ora uenarũ,
unde sequitur sanguinis fluxus, ueratrũ album uomitũ mouet, nigrũ deiectionẽ. Quod spectat p Mesu. li. 2. c. 1.
ad curationem ubi noceant cathartica sumpta, primum cõsiliũ est ut [q] educantur seu per uomi q Mesu li. 1. theor. 3.
tũ, ubi adhuc manent in uẽtriculo, seu per deiectionẽ ubi iam ad intestina descenderint; alterũ

vt quæ educi nequeunt corrigantur, & ita minus lædant; tertium vt prohibeamus ne ferantur E
ad partes præcipuas; postremo vt leniantur symptomata, veluti nimius vomitus, aut alui profluuium immoderatum, quæ quibus instrumentis perficiantur iam tempus est exponere. Ad mouendum vomitum vtimur aqua tepida, vel puta, vel mixta cum oleo aut butyro, et citandam deiectionem immittimus per clysterem in aluum mulsam, & oleum cum muria vel aqua
a Mesu. ib. tetuccij. Corrigimus vim purgantem his quæ acrimoniam remittunt, vt largo[a] potu lactis, caseo recenti, butyro, melle, pingui aliquo iure: pugnamus aduersus prauam qualitatem per ea quæ communiter aduersantur venenis, cuiusmodi est theriace, antidotus mithridati, quibus
b Gal. li. de theriaca ad Pison. c. 4. vis[b] quædam inest supprimendi etiam profluuium. Singulæ species cathartici suis quoque alexipharmacis corrigũtur, vt veratrum album, floribus nymphææ: nigrum aniso, cumino, dauco,[c]
c Hip. li. 2. acu. lex. 10. ac nardo: elaterium thymo, & baccis lauri, ac menthæ succo: lathyris, hyperico, thymælea & chamælea, origano: bryonia pipere nigro: colocynthis terra lemnia, scammonea, succo malorum cotoneorum: hoc pacto igitur & generatim, & speciatim corrigitur tam vis purgãs, quam prauitas cathartici, & noxa, quam attulerunt. Ne autem feratur catharticum, quod sumptum est & educi non potuit, ad partes nobiliores, principio non permittemus hominem dormire, ne tunc cum contrahatur spiritus & sanguis ad viscera simul cum ipsis trahatur vis cathartici, sed cum non amplius versatur catharticum in vẽtriculo, & eius vis iam penetrauit ad intimas partes, euocanda est ad externas frictionibus ac balneo, calefacta simul ac rarefacta cute. Quod si F
d Mes. li. 1. theor. 3. vrgeant symptomata ut immoderatus vomitus, &[d] nimium alui profluuium, lenienda sunt per ea quæ adstringendi vim habent, veluti per mala punica, cotonea, rhoem, hypocisthidem, acaciam, masticheh, quæ non solum deuorantur, sed cataplasmatis modo ventri superimponuntur, inijcitur etiam in aluum per clysterem vel aqua in qua illa decocta fuerint, vel oleum aliquod adstringens, vt myrtheum, melinum, roseum, omphacinum.

Calore immoderato complura etiam medicamenta nocere monstrauimus, ex his quæ a stirpibus petuntur, veluti euphorbium, staphis agria, anacardium, scilla, flammula, vrticæ & dracunculi semen, ruta agrestis. Inflammant hæc (vbi sumpta fuerint) vniuersum corpus, sed maximum ardorem excitant in ore, gula, ventre, intestinis, quæ partes non solum valde incalescunt & exsiccantur, sed etiam eroduntur, atque exulcerantur, vnde sequitur morsus ventris, alui profluuium, vomitus, intestinorum difficultas, interdum urina cruenta, tussis, maxima faucium asperitas, & tanta difficultas spirandi, ut nisi cito succurras, homo stranguletur. Afferuntur mala hæc communiter ab illis omnibus, quę ita calida sunt ut erodant, uel adurant, deprehenduntur autem communiter ex symptomatibus dictis, proprie autem hoc uel illud catharticum patefit, cum redditur uomitu & in conspectum venit. His omnibus duplici opere succurritur, siquidem uomitu ac deiectione educendum est quod datum fuit, & quod educi non G
potest temperandum frigidis ac lenibus, a quibus & nis caloris impressa in corpore, & acrimonia medicamenti remittatur: mouebitur uomitus epota aqua tepida, aut multo oleo: deiectio mulsa & oleo per clysterem immissis in aluum: ad refrigerandum utemur oleribus, seminibus & fructibus frigidioribus niue refrigeratis, ad remittendam acrimoniam lenibus, ut lacte, adipe, butyro, proprie autem aduersus euphorbium damus[e] lac acidum, butyrum crudum, & ma-
e Auic. li. 4 fen. 6. trac. 1. c. 4. la punica acida. Staphis agria ubi sumpta fuerit, accommodatur mulsa & oleum de amygdalis dulcibus. Vbi anacardium, medulla & cerebrum quadrupedum & ptisana niue refrigerata. Valet aduersus scillam lac in quod demissa fuerint candentia ferramenta, uitelli ouorum qui ex aceto cocti fuerint. Aduersus flammulam lac bubulum cum butyro, oleum ex nucleis pineis, aut ex semine papaueris, intybi succus. Aduersus urticæ semen, cum moueat tussim maxime damus lenientia, ut oleum ex nucleis pineis, uel amygdalis dulcibus, semen, cotoneorum, tragacanthum, ptisanam. Aduersus dracunculi semen utemur pulticula ex farina hordeacea saccharo & butyro recenti: aduersus rutam agrestem dabimus aquam in qua bullierint caricæ & fænugræcum, quanquam omnia hæc omnibus aptantur acribus ac uehementer calidis.

Frigore perniciosa sunt papaueris lachryma, hyoscyamus, mandragora, psylliũ, cicuta, solanum, & alia eiusmodi, quæ nisi cũ frigore adiunctam habeant, ob diuersitatẽ partium immoderationem caloris, aut repugnantiã totius substantiæ, nõ sunt toto genere præter naturã, sed copia duntaxat, nã si parce[f] dentur (vt in superiorib. ostensum est) superantur & in alimentũ uer- H
f Gal. li. 3. simp. c. 18. tuntur, sed copiose sumpta calorem nostrum extinguunt & eatenus mortifera sunt. Mala autẽ quæ hæc cõmuniter consequuntur, sunt inexpugnabilis dormiendi necessitas, aut certe ingens propensio ad somnũ, torpor, uertigo, caligo, tremor membrorũ, neruorũ distentio, difficultas spirandi, singultus, sudor frigidus, frigus partium extremarum, color pallidus. Si qua autem ex his medicamentis frigidis quæ proposuimus alia mala afferũt, præter hæc quæ dicta sunt, veluti lachryma papaueris, & mandragora, pruriginẽ, hyoscyamus mẽtis alienationẽ, & quandam
g Diosc. li. 4. c. 69. quasi ebrietatẽ, solanũ furorẽ[g] & difficultatẽ intestinorum, non tribuendum est frigori, sed uel calori immoderato, uel repugnantiæ totius substantiæ quæ cũ frigore iunguntur. Patefiũt hæc cũ data sunt, uel a symptomatib. propositis, uel quod in conspectũ uenianeubi enomãtur. Curatio triplici opere continetur, siquidẽ uomitu ac deiectione exinaniri primũ debet, quod sum-

ptum

A ptum est, deinde corrigi & quod relinquitur, & morbus iam factus; tertio auerti materia a ce-
rebro, & excitari homo: mouebitur vomitus si bibatur aqua tepida cum oleo, vel mulsa cum ni
tro,[a] vel vino dulci, vel oxymelle cum aqua: euocabitur deiectio vel sumptis catharticis vel im a Diosc. ibi.
misso in aluum per clysterem humore aliquo acri ac pingui: temperabitur vis frigoris si den-
tur medicamenta calida, vt vinum vetus, vehemens, quod adeo copiosum potari debet vt supe
ret frigus, nam si parce[b] daretur, adduceret vim veneni ad partes præcipuas, & hoc pacto effi b Gal. li. 3. simp. c. 20.
caciorem redderet. Valent aromata vt zinziber, cinnamomum, piper, tum herbæ calidæ vt pu-
legium, calamenthum, origanum, ruta, absinthium, maxime præsens auxilium est castorium: an
tidotus autem Mithridati, & theriacæ non solum prosunt aduersus repugnantiam totius sub-
stantiæ, sed etiam aduersus frigus immoderatum, sed quia venena frigida cerebrum præcipue
lædunt, auerti ad membra debet materia quæ ad ipsum fertur, quod fiet frictionibus, cucurbi-
tulis, vinculis membrorum, plurimum valet etiam sternutamentum, quod & hominem exci-
tat, & euocat ea quæ cerebro nocent. Præsidia hæc communia sunt cuiuscunque stirpis frigi-
dæ: proprie autem aduersus papaueris lachrymam, valet piper[c] & castorium cum aceto mul- c Aui. li. 4.
so, vel ipsum acetum mulsum cum sale, vel castorium & piper cum melle, aut vinum vehemens fen. 6. trac.
cum absinthio & cinnamomo. Aduersus hyoscyamum lac[d] asininum vel per se vel cum mulsa 1. sum 3. c. 1
epotum, semen cucumeris ex passo, vinum salsum cum adipe suilla, nasturtium & allium cum vi d Diosc. li. 6 c. 15.
B no, lauri folia & baccæ ex defruto, aqua in qua bullierit radix mori & piper longum. Aduersus e Diosc. li. 6
mandragoram radicula cum pane & sale deuorata; serpillum, thymum, ac nitrū ex vino[e] vehe c. 16.
mēti vel passo, origanum ex aqua frigida, semen pulegij ex calida. Aduersus psyllium testa oui
contrita & ex muria epota, ius gallinæ vel anseris salsum, passum cum lixiuio. Aduersus cicu-
tam[f] laser cum oleo, apij semen, aut radix iridis & gentianæ ex vino, nitrum similiter ex vino. f Diosc. li. 6.
Aduersus solanum lac bubulum, conchulæ tam crudæ quam coctæ, gammari,[g] locustæ marinæ, c. 11.
ius conchularum: hæc præsidia proprie adhibentur ad quamuis speciem stirpis frigore nocen g Diosc. li. 6.
tis, quanquam omnia omnibus prosunt. c. 16.

Restant ex his quæ sumuntur a stirpibus, illa quæ tota substantia mortifera sunt, veluti fun-
gi, rhododendros, smilax arbor, aconitum, napellus, toxicum, colchicum, sardonia herba, nux
metellica, ixia, pharicum, medullæ fructuum rancidæ, quæ cum grauissimis symptomatibus in-
teritum afferunt, accidit enim delirium, stupor, neruorum distentio, tremor, difficultas spiran-
di, animæ defectio, pulsus pene priuatio, anxietas, fastidium, sitis, singultus, liuor, frigus partiū
extremarum, ardor internarum, sudor frigidus capitis & ceruicis, alui profluuium, vomitus, ex
quibus malis deprehenditur sumptum venenum tota substantia perniciosum, præterquam
quod in conspectum venit cum euomitur. Curatio eadem conuenit quæ dicta[h] est supra in h Sup. li. 1.
C vniuersum de venenis tota substantia nocentibus, eadem enim tria requiruntur, cum & exina- c. 12.
nire oporteat eiusmodi venenum, & corrigere vim veneni ac simul morbi facti, ac si quid relin-
quitur veneni euocare ad partes externas. Exinanitur vomitu & deiectione, mouetur vomitus
medicamentis relaxantibus & detergentibus, euocatur deiectio & sumpto cathartico, & ali-
quo pingui liquore per clysterem in aluum iniecto. Ad corrigendum necessaria sunt alexiphar
maca, quæ diximus a veteribus nominari[i] cæca, quod experimento magis quam ratione inuen i Gal. li. 13.
ta sint, huiusmodi autem sunt vel simplicia, vel composita, numerauimus in simplicibus terram meth. c. 6.
lemniam & armenam, lapidem bezaar, malacensem, abrotanum, calamenthum, marrubium, la-
ser, peucedanum, allium, scordium & alia complura: in compositis quę sumuntur theriacem, an
tidotū Mithridati, Matthioli, Saxonicam & alia eiusmodi, pręterea oleum illud ex scorpionib.
Carauitæ seu etiam Magni Ducis Hetruriæ, quod extrinsecus illinitur. Vbi venenum iam con-
ceptum est a visceribus, expedit illis vti, a quibus alliciatur ad cutem, cuiusmodi est frictio &
balneum aquæ dulcis, idem præstat mulus[k] aut equus euisceratus, in cuius ventrem adhuc ca K Sup. li. 1.
lidum homo demittatur: sed principio vbi epotum est cauere oportet ne homo dormiat, nam c. 12.
sic à ventriculo magis ferretur ad viscera, & longe magis perniciosum esset. Capita hæc omnia
quæ in vniuersum perpendimus de illis venenis; quæ sumuntur a stirpibus tota substantia pu-
D gnantibus, sigillatim persequi oportet in vnaquaque specie, ordiemur a fungis qui inter vene-
na omnia maxime sunt nobis familiares.

Fungi a sapientissimo illo Seneca prudenter voluptarium venenum nominantur, gustatum
enim adeo voluptate commouent, vt diuites, quorum mensæ conquisitissimis epulis extruũtur,
his reiectis, illis intemperanter vescantur, nec uel mox sequuturā perniciem, vel nō multo post
ventura mala grauissima (quæ est eorum dementia) prouideant. Vt autem omniũ fere gustatus
est iucundus, ita succus perniciosus: nā boleti & amanitæ qui minus mali vidētur, ipsi quoq. si li
beraliter assumantur,[l] hominē aut necant aut grauissime affligunt; id quod faciunt ēt vbi non l Dio. l. 4. c.
recte parentur, sed comedantur semicrudi & non bene conditi. Monet autem Galen.[m] vt hos 78. & Aui.
parcius deuoremus, ab alijs omnib. omnino abstinentes, quāquam complures aliæ species sint li. 4. fen. 6.
fungorum, qui si parcius & bene conditi capiantur nullam noxam afferũt, cuiusmodi potissimū trac. 1. c. 11.
sunt Pruneoli parui illi, qui ineunte vere fiunt in syluis, & qui quod in pratis nascantur nunc di m Ga. li. 2.
cuntur Prateoli, de quib. Horatius, Pratensibus optima fungis natura; tum qui multi simul ad de ali. fac.
caudices arborū minime nocentiā inueniuntur, & alij complures, vt Porcini, ita enim appellāt c. 69.

eos qui autumno inter castaneas nascuntur: cunctos tamen satius est vitare, cum si non obsunt, certe non præbent[a] bonum alimentum. Nocent autem alij toto [b] genere, alij copia duntaxat: E
illi adeo praui sunt, vt etiam [c] si paululum ex ipsis deuoretur perniciosum sit, quod tota substantia nobis aduersentur. Hi qui copia nocent, si parcius sumerentur, superati a calore nostro nos alerent, sed cum copiose comeduntur, magis superant calorem nostrum, & sæpe nisi succurratur ipsum extinguunt, [d] sunt enim admodum frigidi atque humidi, [e] tum crassi & glutinosi, ita vt succum gignant [f] maxime talem cuiusmodi est cruda pituita, quam Praxagoras vitream nominauit, adeo autem ægre concoquuntur vt sæpe vel deijciantur, vel euomantur quales sumpti sunt, simul autem & summam afferunt spirandi difficultatem, & calorem strangulant, quod tribui non debet repugnantiæ totius substantiæ sed manifestæ qualitati frigidæ atque humidæ, crassæ ac glutinosæ, quæ si parce deuorentur, nullum insigne malum apportant, si immoderate atque incontinenter [g] hominem interimunt. Venit in mentem Bernardi Medices Foroliuiensium Antistitis amplissimi, qui non multos ante annos mense Septembri, fungos quos porcinos vocant elixos, assos, frictos immoderate deuorauit, dein post duas horas anxietatem, & angustiam intolerabilem sentiens in ore ventriculi, aliquam partem ex ipsis euomit, sed paulo post somno oppressus, adeo redditus est attonitus, vt neque excitaretur a candente ferramento ad verticem & occipitium admoto a medicis, in quorum numero & eos fuimus, ita ut quamuis nullum sit relictum præsidium intentatum, tamen initio tertiæ diei interierit; sed cum a cognatis rogaremur verisimile ne fuisset illos fungos fuisse aliquo veneno contactos, respondimus satis per se fungorum [h] copiam posse hominem necare, neque opus esse veneno inficere ferreas pilas grandiores, quas in hostes iaciunt tormenta muralia, vt ridiculus cuiusdam castelli præfectus se facturum minabatur, cum suo ictu protinus illos interimant. Sola igitur copia crudorum ac frigidorum succorum, in quos vertuntur fungi alioquin innoxij, satis vehemens causa est ad hominē strangulandū. Fungi qui tota substantia pugnant cū natura nostra vel toto genere tales sunt, vel virus [i] aliquid contrahunt a perniciosa aliqua bestia, à mortifera stirpe, aut ferro rubigine obducto aut corio, vel panno aliquo putri, quæ proxima sint. Eiusmodi omnes tanquam prauos vitabis, quanquam potes etiam prauitatem conijcere ex putredine, quam præseferunt ex humore multo crasso ac glutinoso, in quem vertuntur cum tractantur, tum ex eo quod difficulter siccantur, & quod cum inciduntur statim rubent, liuent, virides, [k] cærulei, aut nigri fiunt, & varios colores præseferunt. Adeo autem perniciosi sunt, vt vel ad exitium præcipitent, vel violenter affligant, non solum autem ventriculū [l] lædunt, & summam afferunt spirandi difficultatem, quod commune est omnium fungorum cum liberalius sumuntur, & eorum etiam qui carere noxa videntur, sed ventrem inflant ac torquent, intestina exulcerant, ita vt tormina & alui profluuium sequantur, vrinam supprimunt; quibus accedit tremor, neruorum distentio, singultus, [m] frigidus sudor, liuor, & frigus partium extremarum, animæ defectio, & interdum etiam delirium, quale accidit Pisis iuueni a pedibus Andreæ Nobilis legati Lucensis, qui cum fungos stipariolos (ita enim appellant eos qui oriuntur inter scopas quas Pisani stipas dicunt) temere comedisset, magnam molestiam in ventriculo sentiens, nausea & vomitu prehenditur, tum in delirium incidit non quidem furiosum, sed ridiculum ac pene iocularium, quem ruta & nasturtio ex oxymelle curauimus. Symptomata hæc vna cum vomitu quem excitare oportet, patefaciunt hoc venenum sumptum, quanquam per se notum est ægrotanti, neque enim decipitur ab altero, sed sibi ipsi venenum præbet, qui sese fungis ingurgitat, quanquam potest vbi ipse attonitus sit, idem ab astantibus intelligi. Ratio curandi in duobus [n] illis communibus operibus consistit, cum primum educere oporteat fungos assumptos, deinde corrigere & morbum factum & si quid relictum in corpore educi non potuerit. Ad educendum vtemur vomitu potui dantes ea quæ vel relaxent, ut oleum, butyrum, lac, ius aliquod pingue, vel detergant vt aquam in qua bullierit satureia, [o] origanum, radicula, valet & radiculæ succus, oxymel, sicuti & [p] acetum tum per se sumptum, tum cum oleo mixtum, quanquam hæc etiam corrigunt qualitatem illorum crassam & glutinosam: mouebimus etiam deiectionem dantes cathartica medicamenta, & præcipue agaricum cum scammonio, hieram ex agarico, hieram ex colocynthide, catapotia cochia Rasis, catapotia fœtida, & alia id genus similia medicamenta, vel immittentes per clysteres in aluum humorem aliquem pinguem atque acrem, cum quo agarici, colocynthidis atque etiam castorei portio simul commixta sit.

Medicamenta quibus corriguntur illi qui nequeunt educi, partim euidenti qualitate, partim tota substantia opitulantur, cum & ipsi quoque partim euidenti qualitate admodum frigida crassa & glutinosa, partim tota substantia nobis aduersentur. Manifestæ qualitati opponemus contraria medicamenta, calefacientia, exsiccantia, extenuantia, & incidentia, quo spectat oxymel dilutum, in quo bullierint hyssopus, [q] origanum, pulegium, satureia, thymum, calamēthum, vel acetum salsum, cui aliquid adiectum fuerit nitri aut aphronitri, aut fœcis [r] vini vstæ, vel aqua in decoctus sit vel iacuerit cinis ex sarmentis, eodem pertinent acida, salsa, amara, acria omnia: plurimum autem proficit sal, quamobrem minus nocent illi qui ex muria diutius fuerint seruati. Hæc communia sunt auxilia aduersus fungos omnes, nam omnes lędunt manifesta eiusmodi qualitate. Proprie autem eos qui tota substātia inimici sunt,

cor-

a Ga. ibid.
b Gal. li. 5. simp. c. 19. & Aui. li. 4 fen. 6. trac. 1. c. 10.
c Ga. ibid.
d Galen. & Aui. ibid.
e Gale. li. 7 simp. c. proprio.
f Gal. li. de succorum bonit. & vitio c. 4. & l. 2. de alim. fac. c. 69.
g Auic. li. 4 fen. 6. trac. 1. con. 10 & Diosc. li. 4. c. 78.
h Diosc. & Auic. locis dictis, & Aetius li. 13 c. 73.
i Diosc. & Auic. ibid.
k Auic. ib.
l Gale. li. de alim. fac. c. 69.
m Gal. ibi. & Auic. loco paulo ante adducto.
n Auic. loco citato.
o Aetius l. 13 c. 73. & Diosc. li. 4. c. 78.
p Gal. 6. 6. epid. cō. 5.
q Diosc. & Aetius loc. paulo ante adductis, & Ga. li. 2. de ali. fac. c. 69.
r Diosc li. 6. c. 23. & Ga. li. 2. de antid. c. 7.

A corrigit ſtercus [a] gallinaceum, gallinaceum item ouum [b] ex poſca, ariſtolochia ex aceto acerrimo, ruta, abſinthium, apiaſtrum ex aqua, naſturtium ex melle ſeu etiam ex oxymelle. Præcipuum tamen fungorum alexipharmacum ſunt fructus, folia, cortices piri [c] ſylueſtris vel domeſticæ alicuius pira acerba, incoquuntur enim in aqua, quæ potui data, tota ſubſtantia ſuccurrit, cum qualitate manifeſta adſtringente magis debere obeſſe videatur. Longe minus etiam nocent fungi elixi cum eiuſmodi folijs aut fructibus.

Rhododendrum ſeu rhododaphne non tantum eſu, ſed etiam vmbra nocet, & nō modo hominibus verum [d] etiam belluis, vbi largius ingeratur exitiale eſt, quamquam à Dioſcoride [e] adhibetur pro alexiterio aduerſus morſum ſerpentium, qui fortaſſe intelligit modice admodū ſumi debere, ſed ſatius eſt alijs vti alexiterijs, quę multa ſunt & minime ſuſpecta. Nocet igitur rhododendrum ſi ſumatur, & tota ſubſtantia, & immoderatione caloris ac ſiccitatis, quæ tanta eſt vt erodat atque exulceret, quamobrem dolorem & anxietatem affert intolerabilem, tumefacit & inflammat vniuerſum corpus, ex quibus ſymptomatibus poteris coniecturam ipſius facere, ſed multo magis ſi vomitu reddatur. Conſilium curantis duplex eſſe debet, vnum vt educatur vomitu & deiectione, alterum vt ſi quid reſtat, temperetur ac morbus vincatur. Vomitus commode excitabitur per lenia, ne acria vim veneni augeant, vtemur igitur aqua tepida, & oleo, aut butyro. Deiectio euocabitur per lenientia ſimul ac detergentia, vt per mulſum &
B oleum. Temperabitur acrimonia lenibus cibis ac potionibus vt lacte, alica, ptiſana, pingui aliquo iuſculo, vel medicamentis, cuiuſmodi eſt, diacodion, & aqua in qua bullierit fœnugręcum, lini ſemen, malua: Sed quia præter acrimoniam ſuccurrere etiam oportet repugnantiæ totius ſubſtantiæ, confugiendum eſt ad alexipharmaca, & non ſolum ad communia veluti ad antidotos, ſed etiam ad propria, cuiuſmodi [f] ſunt palmulæ, iuniperi baccæ, folia & ſemen viticis, caricæ cum melle.

a Dioſc. l. 4. c. 78. et Gal. l. 10. ſimp. & Aetius l. 13. c. 73.
b Dioſc. l. 6. c. 23.
c Dioſc. locis dictis, & Aetius Auicē. l. 4. fen. 6. trac. 1. c. 10.
d Dioſc. l. 4. capit. 77. & Galen. l. 8. ſimp.
e Dioſc. loco dicto.
f Conciliator l. de vene. c. 33.

Smilax arbor quæ & taxus [g] dicitur ipſa quoque non tantum eſu, ſed etiam vmbra nocet, & non modo hominibus, ſed & cunctis quadrupedibus ruminantibus: maxime autem mortifera eſt cum floret, quia tunc magis redundat ſucco pernicioſo; ſtrangulat autem & perceleτem interitum affert, id quod repugnantiæ totius ſubſtantiæ tribuendum eſt, quanquam nocet etiā frigore ſed inæqualiter, cum corpus aliqua parte refrigeretur, aliqua calefiat, vnde & ſuperuenit febris, & alui profluuium, ex quo colligitur ipſam conſtare ex partibus diſſimilibus. Deprehenditur autem vbi ſumpta fuerit & ex his malis, & cū in conſpectum venit per vomitum reddita. Curatio eadem [h] proponitur aduerſus hanc quæ in ſuperioribus tradita eſt aduerſus cicutam, cum & vomitu & deiectione educenda ſit, & corrigenda non ſolum per calefacientia, ſed etiam per alexipharmaca, quæ morbo facto etiam ſuccurrunt, aptatur autem proprie [i] la-
C ſercum oleo, nitrum ex vino, apij ſemen, radix iridis, & gentianæ ſimiliter ex vino.

g Dioſc. l. 4. c. 75.
h Aetius li. 13. c. 64.
i Dioſc. li. 6. c. 12. & Aetius l. 13. c. 64.

Aconitum quoque tota ſubſtantia [k] mortiferum eſt, tentat caput, facit vertiginem, tremorem, caliginem, citat [l] lachrymas præter voluntatem, ventriculum mordet atque erodit, reddit corpus tumidum quaſi hydropici, thoraci & præcordijs grauitatem affert. Deprehenditur autem vbi ſumptum fuerit ex his ſymptomatib. & ex guſtu, linguam enim afficit [m] primo dulcedine, tum acerbitate atque amaritudine, præterea ex vomitu, qui niſi celerrime moueatur interitus ſequitur, quamuis vbi radicis tantum ſuccus, in quo potiſſimum pernicioſa vis cōſiſtit, hauſtus fuerit, difficillimum ſit per vomitum iam ingeſtum aconitum dijudicare; quare tunc relata iam ſymptomata potiſſimum perpendere oportet. Curatio ſimiliter conſiſtit in educendo & corrigendo; educi ergo debet quam primum vomitu & deiectione. Vomitus [n] excitandus eſt per relaxantia, nam acria & detergentia vim veneni augerent. Deiectio quoque per lenientia & relaxantia in alnum immiſſa euocari debet. Quod relinquitur in corpore neq; educi potuit, corrigendum eſt lenientibus acrimoniam, vt lacte largius epoto, iure carnis bubulæ pinguis, tum extremis quadrupedum eſui datis, ſed multo magis per alexipharmaca, valent ex cōmunibus, theriace ex vino, terra lemnia, gentiana, præterea marrubium, ruta, abrotanum, abſinthium ex vino, caſtoreum [o] & piper æquis portionib. ſumptum, radicum eryngij ſuccus ſiue
D puluis, triſſago, ſcoria ferri aut æris cum vino epota, mirifice etiam conducit balſamum, ac commune illud alexipharmacum externum, oleum ſcilicet ex ſcorpionibus Caranitæ aut Magni Ducis Hetruriæ. Propria autem alexipharmaca [p] ſunt ariſtolochia longa, aiuga, coagulum hędi vel leporis, vitelli ouorum ex aceto decocti, quæ valent non ſolum contra hoc venenum, ſed etiam contra morbum ipſum iam factum: numerant aliqui inter huiuſmodi præſidia & ſtercus humanum ea ratione ducti; quod teſte [q] Ariſtotele hoc vnico antidoto à natura edocti Pardali & Pantheræ in vita ſeruantur, vbi aconitum (quod pardalianchem vocant, eo quod Pardos enecet) acceperint.

k Gal. li. 5. ſimpl. c. 15.
l Dioſc. li. 6 c. 7. & Aetius l. 13. capit. 59
m Dioſc. & Aetius ibi.
n Ibid.
o Aetius li. 13. c. 59.
p Dioſc. & Aetius ibi.
q Ariſt. l. 9. de hiſt. an. c. 6.

Colchicum quod Græci ἐφήμερον dicunt quia eodem die interimit, pruriginem mouet perinde [r] ac ſcilla & vrtica in partibus externis, internas vero vehementer calefacit; atque adeo erodit, vt cruenta deiectio ſequatur, atque ita hominem necat; ex quibus ſymptomatib. conijcietur vbi ſumptum fuerit. Curatio requiritur ſimilis illi, quam proxime in aconito poſuimus; mouere .n. quam primum vomitū & deiectionem oportet, tum acrimoniam corrigere lacte, aſinino aut bubulo, & contra repugnantiam totius ſubſtantiæ alexipharmaca dare, vel communia vt

r Dioſc. l. 5. & Aetius l. 13. c. 57.
s Dioſc. & Aetius ibi.

nia vt

nia vt theriacem, antidotum Mithridati, Esdræ, Matthioli; vel propria, vt medium corticem ca E
stanearum, frondes aut glandes quercus, succum ex baccis myrtheis expressum, aut ex folijs ru
a Ibid bi, mali punici, aut [a] putaminis aut foliorum eiusdem mali decoctum cum vino.

Napellus adeo mortifer est, vt non solum epotus, sed etiam sagittis illitus protinus hominẽ
interimat, nisi statim succurras, vixq; etiam sic offensus liberatur, inflammat autem ac tumefa-
cit linguam, labra, & oculos, affert vertiginem, animæ defectionem, membra immobilia efficit,
reddit vniuersum corpus liuidum ac tumidum, in malum habitum, in hecticam febrẽ, in phthi-
sim compellit eos quos perceleris mors non occupat.

Ex quibus deprehendi poterit vbi datus fuerit, cui veneno succurremus mouẽtes vomitum
aqua, in qua bullierit rapi semen, & butyro vtemur, & catharticis & pinguibus atque acribus
per clysterem in aluum immissis deiectionem mouebimus, acrimoniam corrigemus dãtes escu-
lenta & poculenta lenientia: repugnantiæ vero totius substantiæ opponemus, & communia
alexipharmaca, vt theriacem, & alia quam plura, & propria vt radicem capparis, vel vinum in
quo bullierint cortices glandium, radicis eryngij puluerem siue succum, rutam ex iure galli-
naceo seu ex vino, opobalsamum, cuius aliquot guttæ ex vino albo & odorato siue ex aqua
cinnamomi, siue ex elixire, aut ex aliqua theriacali aqua potui dentur, plurimum autem pro- F
dest commune illud alexipharmacum externum, oleum scilicet ex scorpionibus Gregorij Ca-
rauitæ, seu Magni Ducis Hetruriæ, quod Florentiæ ita appellant.

b Diosc. li. 6. ca. 20. & Aetius lib. 13. c. 70. Toxicum dicitur à [b] Græcis quod τόξα hoc est sagittæ quæ venenatæ iaciuntur, eo à barba
tis illinantur, siue aconiti, siue napelli, aut etiam hellebori succum, vel aliquem alium pernicio
sum liquorem ad id adhibeant, adeo autem perniciosum est, vt hominem vel celerrime necet,
vel stupidum reddat, facit autem tumorem linguæ & labiorum cum inflammatione & grauita
c Diosc. & Aetius ibi. te, oris gingiuas resoluit, furiosum [c] delirium affert, & vanas imagines, ex quibus malis conij-
d Ibid. cietur vbi alioquin lateat. Ad curandum opus est vomitu, [d] quem excitabimus vino dulci, &
oleo roseo, aut aqua in qua rapi semen bullierit. Euocabimus deiectionem (qua similiter opus
est) per acria & pinguia simul mixta: sed vbi exinanitum fuerit quod exinaniri potuit, corrige-
mus quod restat & morbum factum per alexipharmaca communia iam relata, & per propria,
e Ibid. qualia sunt amomum, [e] balsami semen ex vino, pulegium ex aqua, cortex ilicis, quercus, aut fa
gi ex lacte contritus, sanguis hircinus aut caprinus. Quæ pariter pſidia adhibenda sunt, vbi nõ
deuoratũ aut deglutitũ, sed sagitta, telo, siue gladio eo illinitis hominẽ quispiã vulnerauerit, ni
si quod adhuc statim dilatanda (vbi fieri põt) plaga est, vel saltem proxima cutis scarificanda,
& extrahentibus medicamentis ac cucurbitulis cum multa flamma inditum ac receptum vi- G
rus exhauriendum, prius quam præcipuas partes corripiat.

f Diosc. l. 6. c. 14. & Aetius l. 13. capit. 66. Sardonia herba species ranunculi, [f] cum exitio, multorum malorum causa est, nam mẽtem
tentat, neruos distendit, labia ita contrahit vt in risu contrahuntur, ita vt risum mouere videa
tur, nocet autem non solum acrimonia, sed etiam tota substantia. Deprehenditur vbi data fue
g Ibid. rit, ex illa contractione labiorum, risum præseferente. Oportet autem vbi data fuerit statim [g]
vomitu & deiectione ipsam exinanire, deinde morbum factum, & si quid illius restat corrige-
re; corrigetur autem & lenibus, & potu lactis, & butyro, & alexipharmacis communib. ac pro-
prijs, sunt autem propria melissophyllum ex aceto, vinum dulce per se, vel cũ castorio, sed suc-
currere etiam oportet distentioni neruorum per fomenta, per balneum aquæ dulcis in qua
h Aetius loco citato. bullierit stœchas, hypericum, ruta, saluia, betonica, per balneum olei [h] communis modice ca
i Diosc. & Aetius ibi. lefacti, aut etiam inunctionem adipis [i] atque olei præsertim hypericini, sambucini, seminis li
ni, nucum iuglandium, circa ceruicem & spinam.

Nux metellica non modo homines necat, sed etiam canes, facit autem inexpugnabilem dor
k Auic. l. 4. fen. 6. tract. 1. sum. 3. c. 2. miendi [k] necessitatem, delirium, caliginem, affert ruborem faciei & oculorum, cui deinde su-
peruenit frigidus sudor proximæ mortis indicium, ex quibus malis intelligimus datam fuisse:
l Auic. ibid. quamobrem tentabimus primum ipsum aqua calida, oleo, & butyro per vomitum [l] exinani-
re, deinde per deiectionem inijciendo per clysterem in aluum acrem aliquem humorem, po- H
stea corrigemus acrimoniam lacte, cibis, ac potionibus pinguibus. Aduersus repugnantiam to
tius substantiæ ijsdem alexipharmacis vtemur, quibus vsi sumus aduersus papaueris lachry-
m Auic. ibi. mam, vt castorio [m] cum pipere & melle, aceto mulso cum sale, vino mero cum cinnamomo,
valent & lauri baccæ ex vino contusæ, siue electuarium quod ab ipsis nomen traxit. Sed cum
homo admodum sopitus iaceat, excitandus est membrorum valida frictione, ac cucurbitula-
rum cum insigni flamma applicatione, vel cum vrtica extetnarum partium verberatione.

n Diosc. l. 3. c. 8. Ixia lachryma [n] quæ glutinosa adhæret radici chamæleontis albi, perniciosa est: quamob-
rem qui hac vtuntur, illam adimere debent, mortifera autem est non solum acrimonia, quod
erodat atque adurat, sed magis tota substantia: mala quæ ab ipsa apportantur huiusmodi sũt,
homo [o] amens atque attonitus redditur, inflammatur atque exasperatur lingua, tanta acci-
o Diosc. l. 6. c. 21. & Aetius l. 13. c. 71. dit difficultas anhelitus, vt æger prope stranguletur, conuelluntur vires, sequitur animæ defe-
ctio, supprimitur deiectio cum murmure intestinorum: ex quibus symptomatibus conijci po-
test, vbi alioquin incertum sit, an sumpta fuerit, sed maxime indicatur sapore & odore ocymi,
quem præsefert vbi gustatur. Succurremus dantes lenia quæ vomitum & deiectionẽ moueant,

vitantes

A vitantes omnino acria, quæ vim eius augerent: corrigemus acrimoniam lacte, butyro, ac vino dulci. Contra repugnantiam totius substantiæ præter communia alexipharmaca, vtemur proprijs, cuiusmodi est acetum calidum potum, radix laseris, acetum mulsum, in quo bullierit tragoriganum, mulsa in qua decoctū sit absinthium, resina [a] terebinthina cum nardo, plurimum autem proficiunt iuglandes ex vino cum castorio, ruta, & nitro. a Diosc. & Aetius ibi.

Chamæleon niger & acrimonia & tota substantia perniciosus [b] est, dolorē facit vehementem, linguam & vētrem mordet, voce hominem priuat, neruos distendit, & faciem distorquet, facit singultum, tremorem, difficultatem spirandi, vomitum excitat pituitosum ac spumantem. Deprehenditur autem & ex propositis malis, & ex his quæ euomuntur. Vt exinaniatur, mouere vomitum & deiectionem conuenit, per lenia & relaxantia: vt leniatur acrimonia, sumere frequenter oportet lac, [c] vinum dulce, cremorem ex tritico: Repugnantiæ totius substantiæ occurrendum est per communia alexipharmaca, & per propria, cuiusmodi est thlaspium, betę succus, absinthium, & nitrum [d] ex passo, radicula ex oxymelle. b Ga. 9. simpli. ea proprio, & Aetius lib 13. c. 7. c Aetius loco citato. d Aetius ibi dem.

Pharicum sapore syluestrem [e] nardum refert, facit epotum distentionem ac resolutionem neruorum, & delirium, ex quibus deprehendi potest. Vtendum, vbi sumptum fuerit, vomitu & deiectione, deinde alexipharmacis & communibus & proprijs, cuiusmodi est cinnamomum, spica nardi, crocus, myrrha cum passo. e Diosc. lib. 6 c. 19.

B Fructuum rancidorum medullæ etiam in venenis ponuntur, nauseam, anxietatem, animæ defectionem afferunt, ex quibus malis conijci possunt. Succurrere oportet vomitu & deiectione, deinde veniendum est ad alexipharmaca communia & propria, eadem autem conueniunt atque aduersus scillam, vt lac, in quod demissa fuerint candentia ferramenta, vitelli ouorum ex aceto cocti. Hactenus de venenis quæ suppeditantur à stirpibus.

De venenis quæ petantur à belluis & eorum curatione. Cap. IV.

Quæ suppetunt nobis ex bellnis, longe magis præsentia sunt, & exitiosa, siue ipsæ totæ sumantur vt cantharides, pithyocampæ, buprestes, phalangia, hirudines, salamandra, rubeta, lepus marinus, pisces alioquin boni, qui fricti & adhuc feruentes exquisite diutius operti refrixerint: siue partes ipsarū, vt caro ex quadrupede quæ fulminis ictu conciderit, castoris testiculi: siue humores quos continent vel præbent, vt saliua [f] viperæ, aut canis rabiosi, fel, sanguis, lac, mel heracleum: quæ omnia speciatim tractabimus, ostendentes quemadmodum in his quæ suppeditantur à stirpibus & corporibus inanimatis, quid mali afferant, & qua ratione recognoscantur & curentur. f Gal. lib. 5. simpl. c. 19. & Diosc. l. 6. in proœ.

C

Cantharides vbi sumuntur, mortiferas esse vel pellices sciunt, quæ & suos coniuges, & aliorum vxores sæpius hoc veneno tollunt, quamquam parcius datæ & correctæ abunde vrinam citant, & hydropi subueniunt, ad quem vsum dantur ab Hippocrate. [g] Habent autem tātam erodendi vim, vt non solum erodant, sed etiam exulcerent [h] viscera, & partes per quas transeunt, ita vt sanguinem fundant, exit autem cum deiectione exulceratis intestinis aliquando, sed semper cum vrina, quod cantharides ferantur ad partes illi inseruientes, vt ad renes, ad canales qui ab ipsis ad vesicam pertinent, ad ipsam vesicam, quas non mediocriter erodunt: accidit autem hoc non solum cum potui dantur, sed quod magis mirum est, cum in cataplasmate miscentur, quod ad exulcerandum & euocandam materiam imponitur pubi, testiculis, renibus, coxis. Excitant autem cantharides ardorem in toto corpore, dolorem intolerabilem, vertiginem, amentiam, & tandem absumptis spiritibus, animæ defectionem, atque interitum afferunt, quæ mala partim à qualitate manifesta, partim à repugnantia totius substantiæ proficiscuntur: quod ardorem [i] faciant, erodant, exulcerent, tribuendum est temperationi quæ calida est quarto gradu, & sicca secundo: sed quod caput tentent, quod ferantur ad partes vrinæ inseruientes siue intus datæ, siue extrinsecus impositæ, debet ad totam substantiam referri. Patefient autem vbi in cibo aut potione datæ fuerint, ex propositis malis, quibus adde quod dextera præcordia magis inflammantur quam sinistra, cum per iecur transeant ad renes, præterea quod homo [k] picem redolet, quoniam humores qui in ventriculo ac iecinore versantur vruntur, & ab his vapores exhalant, qui picis odorem repræsentant: At recognoscuntur etiam, cum vomitu eiectæ in conspectum veniunt. Curatio tribus operibus continetur, cum educere illas oportcat, & siquid relinquitur in corpore corrigere, & simul etiam succurrere symptomatibus quæ grauissima [l] sunt: Educentur vomitu & deiectione, vt cætera venena quæ sumuntur, sed siue illum siue hanc excitemus, vtemur lenibus ac relaxantibus, non acribus, ac detergētibus, ne ardor augeatur: dabitur ergo potui oleum calidum, vel per se, vel cum aqua, vel ius aliquod pingue, aut butyrum, immittemus per clysterem in aluum aquam in qua bullierit fœnugræcū, semen lini, radix althæę, malua. Quicquid relictum est corrigi debet, tum per ea quæ acrimoniam remittant, tum per ea quæ repugnantiæ totius substantiæ aduersentur, quæ subueniunt etiam morbo facto: ad remittendam acrimoniam accommodantur quæcunque lenia & frigida sunt, quæ si etiam glutinosa fuerint, non modo temperant acrimoniam, sed inhærescunt partibus,

g Hipp. l. 4. acut. 121. h Ga. 4. simplic. c. 18. & lib. 10. c. de fero. i Diosc. l. 6. c. 1. k Diosc. ibi. l Diosc. ibi.

D

a Ga. simp. c. de sero lactis. tibus, quas non finunt amplius exulcerari. Valet lac muliebre si à mammis sugatur, lac [a] bubulum sæpius epotum, butyrum recens, carnes pingues elixæ & volucrum & quadrupedum, E
alica, ptisana, nuclei pinei, vinum dulce, humor ille glutinosus, qui ex semine psyllij, maluæ, aut
malorum cotoneorum in aqua macerato educitur, valet aqua in qua bullierint flores nymphææ, violæ, papauer, semen lactucæ, semen cucumeris, cucurbitæ, succus lactucæ, portulacæ,
baccæ solani vesicarij ex aqua dilutæ, oleum quod exprimitur ex amygdalis dulcibus, vel ex
b Matthæo. l. 6. com. c. 1 semine papaueris, aqua vi ignis artificiose educta ex folijs maluæ, radicibus ibisci, ramentis cucurbitæ recentis: vtilis etiam est confectio iuniorum [b] quæ accipit nucleorum pineorum onc.
iij. nucis indicæ recentis unc. ij. pistaciorum unc. j. semis, seminum melopeponum, cucurbitæ,
cucumeris, maluæ, papaueris albi singulorum unc. v. corticum thuris drach. iij. margaritarum, corallorum alborum, sandalorum alborũ vniuscuiusq. unc. j. se. succi glycyrrhizæ drach.
ij. baccarũ iuniperi drach. j. gummi arabici unc. j. semis, terræ lemniæ drach. vj. succi baccarũ
halicacabi, portulacæ singulorum unc. vj. diluti violarum unc. viij. spissamenti è seminib. malorum cotoneorum aqua violarum maceratis onc. vj. syrupi violati onc. iiij. de floribus nymphææ, de papauere, singulorum unc. x. terenda contrito, deinde commixtis omnibus fiat electuarium secundum artem. Confectio hæc maxime accommodatur, quam ijsdem verbis descri F
psimus quibus tradita est ab auctore memoria nostra. Aduersus repugnantiam totius substantiæ dabimus alexipharmaca communia, vt antidotum mithridati, aut eam quæ fit ex terra lemnia, & iuniperi baccis, aut theriacem, siue antidotum quam Saxonicam recentiores appellant,
quæ omnibus venenis erodentib. præcipue aduersatur: inungemus hominem oleo ex scorpio-
c Gal. li. 11. simpl. c. de cãtharidib. & lib. 2. de Antidotis. c 7. nibus Carauitæ, siue Magni Ducis Hetruscorum. Propria autem alexipharmaca cãtharidum [c]
videntur esse pedes & alæ ipsarum cum melle, quamobrem cum adhibentur tanquam medicamentum, non oportet adimere pedes & alas vt nonnulli faciunt: in proprijs cantharidum alexipharmacis est etiam acetum per se, tum ruta trita cum oleo irino. Tertium opus in curando
necessarium diximus esse leuationem symptomatum, velnti doloris, quamobrem demittimus
d Auic. l. 4. fen. 6. tract. 2. c. 3. in intestina per clysterem [d] hircinum seuum liquatum, oleum roseum, omphacinum elotum,
aquam vi ignis eductam ex plantagine aut portulaca: Inijcimus & per auricularium clysterem
e Auic. ibi. in colem oleum [e] roseum, aut lac cum albo oui aut succo hyoscyami, iubemus etiam hominẽ
sedere vmbilicotenus in aqua, in qua bullierint radices althϾ, malua, fœnugrœcum, hordeum,
plurimum etiam proficit balneum aquæ dulcis ad leniendum dolorem.

f Diosc. l. 6. c. 2. & Gal. 5. simpl capi. 19. Erucæ pinorum quas græci vocant πιτυοκάμπαι [f] si deuorentur perniciosæ sunt & tota substantia & qualitate manifesta, adeo enim calefaciunt, vt totum corpus prope incendant, vehementem pruriginem excitent, partes per quas transeunt vt linguam, gulam, ventriculum, intestina erodant atque excrucient, simulque fastidium & anxietatem afferant, ex quibus malis G
deprehenduntur vbi sumptæ fuerint, sed omnino patefiunt cum euomuntur. Curatio eadem
g Diosc. ibi. & Aetius l. 13. c. 51. fere conuenit atque vbi sumuntur [g] cantharides, lenibus enim medicamentis euocare vomitum & deiectionem oportet, dein temperare acrimoniam, quo maxime spectant oleum melinum, & panis ex oleo temperatus: Aduersus repugnantiam totius substantiæ, vtendum est cõmunibus alexipharmacis, atque illis quæ ad cantharides proxime diximus conuenire.

Buprestes similiter & ob ingentem calorem, & ob repugnantiam totius substantiæ exitiosæ
h Diosc l. 6. c. 3. & Gal. li. 1. de cau. symp. c. 7. sunt, mordent ventriculum & dolorem [h] afferunt intolerabilem, vrinam supprimunt, ventrem
tumefaciunt, ita vt homo hydropicus videatur. Deprehenduntur autem & ex his malis, & ex
vomitu quod in conspectum veniant. Ratio succurrendi est, vt moueamus vomitum [i] relaxan
i Diosc. ibid. & Gal. l. 2. de antidotis ca. 7. & Aetius, lib. 13. c. 50. tibus & detergentibus, euocemus deiectionem partim purgantibus medicamentis, partim humore aliquo acri per clysterem in aluum demisso; corrigemus deinde acrimoniam per lenia, vt
per lac humanum suctum, aut aliud epotum calidum, per passum, per ius pingue carnis suillæ.
Proprium autem alexipharmacum videntur esse caricæ vel deuoratæ, vel decoctæ in [k] vino
quod potui detur, præterea palmulæ tritæ ex mulsa, aut pira: maxime autem succurrere viden
k Ibidem. tur quatuor drachmæ nitri rubri ex aqua epotæ. H

Phalangia non solum ictu perniciosa sunt, sed etiam in cibo aut potione sumpta, inæqualiter autem vniuersum corpus calore, frigore, horrore, prurigine afficiunt, inflammant, tumefa-
l Diosc. l. 6. c. 42. ciunt, torquent, sed cerebrum maxime tentant, vnde sequitur neruorum [l] distentio, tremor,
vrinæ reddendæ assidua libido, ex quibus symptomatibus deprehendũtur, præterquam quod
vomitu eiecta sub aspectum cadunt. Succurrendum est vomitu & deiectione; siquid ipsorum
relinquitur in corpore, corrigendum est partim per cõmunia alexipharmaca, partim per pro-
m Diosc. ibidem. pria, cuiusmodi sunt cancri fluuiatiles [m] cocti ex lacte, succus baccarum myrthi, aut foliorum
mori ex vino, aqua in qua iacuerit vel bullierit cinis ex ramis ficulneis, vinum in quo bullierit
calamus odoratus; quæ valent etiam contra morbum iam factum.

Hirudines hauriunt homines imprudenter dum in palude natant, aut eius aquam bibunt,
nam illæ in fontibus aut fluminibus raro versantur: nocent autem & ob virus quod in se continent tota substantia inimicum, & ob sanguinem qui partim ab ipsis allicitur, partim effluit ex
venis, quas momorderunt, hic quod effundatur vires conuellit, quod vitietur aut cogatur &
non retineat naturam suam, grauissima excitat mala, de quibus iusta loquemur, cum accede-
mus

A mus ad mala, quæ afferuntur à sanguine concreto. Ob has igitur causas perniciosę sunt hirudines hanstæ, absumunt enim vires, & hominem præcipitant, in melancholiam compellunt: Ex quibus malis deprehenduntur vbi haustæ fuerint, quamquam vbi hæreant [a] gulæ depressa lingua interdum cernuntur: vbi sint in ore ventriculi, sugentium [b] sensum repræsentant; id autē quod spuitur fere cruentum est, earum coniectura auget aqua paludis in qua versari soleanr, cuius balneo aut potione æger antea vsus fuerit. Curantis consilium eo primum dirigi debet vt extrahantur, deinde vt superetur earum virus, & symptomatib. succurratur, sed de his agemus infra, qua de sanguine concreto, nunc insistemus in educendo & corrigendo. Educuntur vbi apparent in faucibus & gula, forcipe aut alio idoneo instrumēto, vel aqua frigida [c] in ore retenta: ad quam ascendunt, aut demissa in gulam spongia lino alligata ex frigida aqua expressa, cui facile adhærent, ita vt cum ipsa extrahi possint. Illæ quæ versantur in ventriculo non facile excutiuntur, vixque vomitu aut deiectione educi possunt nisi interimantur: interimuntur autem vel valde frigidis, vt si ingeratur nix, vel salsis, acidis, atq. acribus, vt muria, [d] aceto acerrimo, aqua in qua cinis bullierit vel iacuerit, nitro, succo laseris aut betæ; post quorum vsum mouebitur vomitus, & ducetur aluus, vt cum his quæ in ventriculo & intestinis superant, eijciantur: Vtemur etiam alexipharmacis, vt theriaca vel antidoto mithridati aduersus ipsum morbum quem fecerunt, & virus quod reliquerint.

a Aetius li. 13. c. 56.
b Diosc l. 6. c 32. & Gal. li. 4. de loc. aff ca 5. & Aetius loco citato
c Aetius ibidem.
d Diosco & Aetius ibi. & Gal. l 2. de anti. c. 7.

B Salamandra multis modis perniciosa est, inficit enim saliua sua herbas & fructus, adeo vt reddantur cibi exitiales & belluis & hominibus. Aqua putei in quem descenderit necat eos, à quibus potatur, valde etiam nocet morsu, sed (quod nunc agitur) vbi cibis & potionibus exsiccata atque in puluerem redacta inspergatur, mortifera est; inflammat linguam, [e] delirium affert, tremorem, horrorem, verba nō sinit proferri, liuidum corpus reddit maculis tamen distinctum primo albis, tum rubris, deinde nigris; nocet autem & tota substantia, & immoderato calore ac frigore in diuersis partibus consistente, ex quibus malis conijci potest vbi alioquin lateat. Curandi ratio consistit & in educendo, & in corrigendo; ad educendum per vomitum & deiectionem vtemur relaxantibus, nam irritantia nimis molesta essent; corrigemus qualitatē aerem [f] lenibus, idonea sunt lac, nuclei pinei. Aduersus repugnantiam totius substantiæ valent communia vt theriace, valēt & propria, ut ius ranarum elixarum cum radice eryngij, oua testudinis marinæ aut terrestris, folia cupressi, urticæ & lilij folia ex oleo decocta, aqua in qua decocta fuerit aiuga & contriti nuclei pinei, resina pinea aut terebinthina, styrax, galbanum ex melle.

e Diosc. l. 6. c. 4. Aetius l. 13. c. 52 & Auic. lib. 4. fen. 6. tract. 2 c. 7.
f Diosc. Aetius, & Auic. ibid.

Rubeta longe magis perniciosa est terrestris ex locis opacis, quam aquatilis ex apricis, nocet autem & morsu, & saliua inficiēdo herbas quibus vescimur, sed hausta eius saliua est exitia-
C lis, sicut & puluis ex ea exsiccata & contrita; sanguis eiusdem epotus æque præsens venenum est ac virus uiperæ; complura autem mala excitat, ut delirium, vertiginem, caliginem, difficultatem [g] spirandi, singultum, spiritus fœtorem, vomitum, tormina, tumorem & pallorem totius corporis, & tandem animæ defectionem atq; interitum, ex quibus faciemus coniecturam sumptam fuisse rubetam. In curatione ad tria spectare oportet, cum vomitu ac deiectione primo educendum sit huiusmodi uenenum, deinde idoneis [h] alexipharmacis corrigendum, postremo vbi iam ad viscera penetrauit euocandum ad partes externas. Mouebimus vomitum partim lenibus, partim acribus ac detergentibus; mouebimus deiectionem datis catharticis, aut iniecto per clysterem acri aliquo humore. Corrigemus & morbum factum, & uenenum quod iam conceptum est a uisceribus tum cōmunibus præsidijs, ut antidotis & oleis de scorpionibus sæpius relatis, tum proprijs, cuiusmodi est radix [i] arundinis ex vino ad duas drachmas epota, leporis coagulum, testudinis marinæ sanguis ex uino. Existimant aliqui, smaragdi lapidis in tenuissimū puluerem redacti scrupulum ex uino potum efficacissimum esse alexipharmacum aduersus ruberam. Ad euocandum quod iam conceptum est a uisceribus ad partes externas, ualet exercitatio vehemens, balneum, [k] sed utilius demittitur æger in clibanum calidum quantū ferri potest, uel in mulum aut equum statim euisceratum & adhuc calidum.

g Diosc. li. 6. ca. 31. & Aetius lib. 13. c. 54. & Auic lib. 4. fen. 6. trac. 2. c. 8.
h Ibid prædicti auctores.
i Ibidem.
k Ibidem.

D Lepus marinus sumptus pulmonem inflammat atque [l] exulcerat, unde sequitur sputum sanguinis, phthisis, quibus malis accedit tussis, difficultas [m] spirandi, dolor uentriculi ac renum, facies illa cadauerosa cum rubore tamen genarum, tumor pedum, uisus hebes, color corporis luridus, qualis in arquatis conspicitur, deinde liuidus, fastidium, uomitus biliosus, & interdum cruentus, sudor copiosus ac fętidus, urinæ [n] aut retentio aut color purpureus, deiectio pituitæ mixtæ cum sanguine. Cognoscitur ubi sumptus fuerit ex malis cōmemoratis, quibus illud adijcitur, quod homo piscium corruptorum [o] uirus olet, & à piscium sapore atque aspectu maxime abhorret, quos cum incipit appetere sperare poteris cito sanandum. Curantis consilium eo maxime spectare debet, ut educatur principio per uomitum, sed cū iam incipit exulcerare pulmonem, & sequitur sanguinis sputum, alienus est uomitus, quamobrem sollicitanda aluus est epotis catharticis, ut scammonea, nigro ueratro, [p] electuario indo, Hamech: Siquid retentum sit in corpore corrigendum est, sed cum exulceret pulmonem necesse est qualitate manifesta erodat, latente uero & ui totius substantiæ feratur proprie ad pulmonem, quamobrē pugnandum est aduersus utranque: acrimoniam remittemus lacte [q] humano, aut asinino, aqua in qua

l Gal. li. de theriaca ad Pison. c. 4.
m Auic. li. 4. fen. 6. tract. 2. c. 4.
n Diosc. li. 6. c. 30. & Auic. ibid.
o Dios. ibi. & Aetius. lib. 13. c. 53
p Diosc. & Aetius ibi.
q Diosc. & Auic. ibid.

malua

a Diosc. & Actius ibi.

malua aut tadix althææ cocta fuerit; contra latentem vim totius substantiæ dabimus & communes antidotos & proprias vt cancros [a] fluuiatiles, quos æger non respuit veluti pisces, vt sanguinem anserinum adhuc calidum, vel carnem vulpis assam, quæ similiter valent contra morbum factum.

b Auic.l.4. fen.6.trac. 2.c.10.
c Auic.ibi.

Pisces alioquin boni succi perniciosi [b] euadunt, cum fricti & adhuc feruentes inter patinas linteis diligenter obuoluti seruantur, præserrim in loco humido, contrahunt enim virus quoddam, id quod faciunt etiam carnes alioquin boni succi, cum similiter feruentes operiuntur, nocent autem eodem modo quo fungi, [c] strangulant enim vt illi, & tormina afferunt atque eadem mala. Rescíscet medicus an æger eiusmodi pisces aut carnes comederit, aut ab ipso, aut eius familiaribus. Curatio eadem conuenit quæ tradita est aduersus fungos, mouere enim vomitum & deiectionem oportet, deinde siquid restat similiter corrigere: Docuimus corrigendos esse fungos partim per extenuantia & incidentia, partim per alexipharmaca. Cæterum extenuantia & incidentia aduersus huiusmodi pisces ac carnes minus necessaria sunt, quam aduersus fungos, qui crassis admodum & glutinosis partibus continentur, prosunt tamē & aduersus hæc. Alexiphatmaca vero aptantur ea quæ dicta sunt contra fungos, & communia vt lemnia terra ex vino, theriace aut mithridatus pariter ex vino, seu ex elixire, aut aqua aliqua theriacali, & propria ex aristolochia & aceto acerrimo, oua gallinacea ex posca, pira syluestria. Sed maxime ad rem pertinet succus malorum cotoneorum ex vino epotus. Occurritur per hæc & morbo iam facto.

d Conciliator li de venenis c.69.

Caro quadrupedis quæ fulmine percussa interierit [d] perniciosa est, cui opponemus quæ communiter valere diximus contra venena sumpta: Valde etiam perniciosa est caro quadrupedis, quæ ictu vel morsu feræ alicuius mortifero conciderit, eadem autem ferme mala affert, quæ morsus atq. ictus ferarum homini afferre solet & eandem curationem postulat quam paulo post subijciemus, cum ad venena transibimus, quæ per morsum & ictum inferuntur.

e Auic.li.4. fen.6.trac. 2.c.21.
f Auic. ibi.

Castorium significat Castoris testiculos (vt ad partes animalium perniciosas veniamus) hi vbi iam rancidi sunt, interitum [e] afferunt, & sæpe eodem die: multa autem mala apportant vt febrem, dolorem, tumorem linguæ, ex quibus deprehendi possunt: succurrere debemus vomitu excitato per aquam, in qua anethum [f] vel calamenthum bullierit, tum euocata deiectione aut per cathartica, aut per humorem acrem ac simul relaxātem in aluum immissum per clysterem, deinde siquid restat corrigendum est, quo spectat oxalis herba, succus acidus mali citrij, lac bubulum acidum: proprium tamen alexipharmacū est coriandri semen tostum ad ij. drachmas sumptum, quibus tollitur quoque morbus factus.

g Conciliator l.de venenis c.72.

Cerui extrema cauda humorem habet felli similem, qui vbi sumatur difficultatem spirandi, animæ defectionem atque interitum efficit, ex quibus illud intelligi potest additis tamen alijs coniecturis, expedit autem statim vomitum excitare, deinde vti & communibus alexipharmacis, & his quæ proprie occurrunt huic veneno, cuiusmodi sunt pistachia [g] nuces ponticæ, & vt quibusdam placet lapis smaragdus.

h Ga.5.simplic.c.19.
i Gal.l 6.de loc.aff c.5. & lib.de inæquali intemper. c.6.
K Auic.l.4. fen. 6.trac. 2. c.12.
l Auic. ibi. c.13.

Humor ab animalibus præbetur etiam perniciosus, siue per se talis sit vt ferarum sputum [h] & fel, siue alioquin bonus cum sit, perniciosus reddatur cum concrescit. Viperæ & canis rabiosi [i] saliua, eadem mala affert vbi potui detur, atque vbi inseratur per morsum, de quo paulo post agemus, & idcirco eadem postulat præsidia, quæ ibi adscribemus. Fel viperæ vbi detur, statim hominem [K] interimit, ita vt non opus sit remedijs; si spacium daretur ad succurrendū, vteremur theriace, & illis præsidijs, quæ proficiunt aduersus morsum viperinum. At fel pardi & aliarum ferarum minus [l] præsens venenum est, ita vt liceat subuenire euocando vomitum & deiectionem, dando mithridati antidotum, aut theriacen, vel radicem gentianæ, coagulum leporis, cinnamomum, ius gallinæ, vinum: iuniores probant moschum & ambarum.

m Diosc.l. 6. c.25.
n Diosc. ibi.
o Diosc.ibi. & Auic.l.4 fen. 6 trac. 2.c.16.
p Diosc. ibi.
q Diosc. ibi.

Sanguis tauri præsens [m] venenum est, vbi statim è venis fusus adhuc calidus obbibatur, cogitur.n.in ventriculo, quod multis fibris contineatur, ita vt facile possit concrescere, si daretur coactus non esset perniciosus, sed si hauriatur calidus prius quam concrescat, cum in ventriculo cogitur, vt diximus mortifer est. Midas (de quo multa fabulæ) haulto sanguine tauri mortem obijt, fuit etiam suspicio Themistoclem sibi consciuisse mortem hoc veneno, aiunt enim cum taurum immolauisset, excepisse sanguinem patera, & eo epoto mortuum concidisse: multa autem mala affert, vt acerbissimum dolorem, neruorum [n] distentionem, alui profluuium, mœrorem, sed præcipue difficultatem spirandi tantam, vt homo strangulerur: hoc venenum cum nō possit nisi euidenter dari, non eget signis ex quib. conijciatur. Ratio succurrendi postulat primo vt educatur, deinde vt corrigatur quod restat, & morbus iam factus, non debet [o] autē vomitu educi, ne inhærescens gulæ ægrum statim suffocaret, sed præstat vti catharticis vt deijciatur, veluti & acribus liquoribus, qui ad eundem vsum in aluum immittantur per clysteres, id autem quod relinquitur in corpore medicamentis eget, à quibus soluatur ac secetur, id quod præstat acetum [p] acerrimum potui datum, nitrum ex vino, laser & brassicæ semen, rubi succus ex aceto, lupinorum farina ex vino & melle, mumia ex oxymelle, aqua in qua bullierit uel iacuerit cinis [q] ex ramis ficulneis, maxime autem accommodātur grossi caprifici & coagulum omne. Præstat etiam super imponere ventri ex farina hordeacea aut lupinorum oxymelle.

Lac

A Lac vbi concrescat in ventriculo eodem modo mortiferum [a] est & eadẽ mala affert ac sanguis tauri; concrescit autem in ventriculo vbi sumitur adhuc liquidũ adiecto coagulo, id quod coactum est vtile est, sed multo magis id quod sine coagulo statim emunctum bibitur.

Ergo quod in ventriculo cogitur perniciosum [b] est cum hominem strangulet. Intelliges autem sumptum fuisse & ex ipso homine & eius familiaribus, ita vt non opus sit indicijs. Quod ad curationem spectat, vomitus cum iam coactum est [c] alienus est, ne quemadmodum diximus de sanguine concreto inhærescẽs gulæ cum eijcitur ægrum suffocet; cum deiectione igitur euocandum erit dato cathartico, aut per clysterem iniecto in aluum acri aliquo humore: morbus autem factus & quod educi non potuit, postulat medicamenta à quibus soluatur atque incidatur, sicut & sanguis tauri; valet autem acetum scilliticum, nitrum [d] ex posca, succus laseris, thymum ex aceto mulso, coagulum ex aqua, calamenthi folia arida ex aceto. Sal non finit lac concrescere, sed quod iam concreuit magis cogit ideo vitari debet.

A belluis suppeditatur mel quod apes proferunt: hoc vbi apes colligunt ex aconito herba, seu ex floribus rhododendri, eorum venenum contrahit & perniciosum est, cuiusmodi est illud quod heracleum [e] dicitur, apportatur enim ex heraclea Ponti vbi frequens nascitur aconitũ. Qui eiusmodi mel gustarunt in delirium incidunt, & multo sudore effluente in animæ defectionẽ, atq; ita intereunt. Eiusmodi melle sumpto cõuenit vomitus, deiectio, sed aduersus id quod
B relinquitur valent salsamenta, valet ruta [f] ex mulso epota.

a Diosc.li.6. c.26.
b Diosc.ibi.
c Diosc. ibi.
d Dio.ibid.
e Dio.lib.6. c.75. & lib. 6 c.8.
f Diosc.ibi. & Aetius li.13. c.60.

Aduersum virus quod ab illisis serpentibus expressum nocet. Cap. V.


Irus quod à magnis serpentibus illisis expressum solo contactu externarum partiũ perniciosum est, auerti ab internis debet & euocari ad cutem, balneo, fomento, & acri aliquo extrahente cataplasmate dropace seu cerato ad locum quem maxime attigit, dein corrigi per alexiteria quæ communiter valent aduersus morsum serpentum, hæc & causæ medentur & morbo iam facto.

De morsu canis rabiosi & eius curatione. Cap. VI.


Iximus de venenis quæ sine plaga nocent, ea supersunt quæ per morsum vel aculeũ inseruntur: infundunt virus per morsum canes rabiosi & angues, per aculeum ali-
C quot pisces, & quædam acutæ bestiolæ ex genere insectorum. Agemus de omnibus speciatim & primo de morsu canis rabiosi, scire autem in vniuersum licet, plagas quæ morsu infliguntur, multo deteriores esse quam quæ telo, cum vnitatis solutioni accedat saliua mordentis, quę vt [g] omnium nocet, ita aliquorum perniciosa est, quemadmodũ canis [h] rabiosi, quæ grauissima apportat mala, & tandem interitum. Prehenditur canis interdum rabie, quæ non aliud est quam quædam vehemens afflictatio corporis ob repugnantiam totius substantiæ, iuncta cum libidine incredibili inuadendi in alios sine causa: prehenduntur hac & alia animalia complura, vt lupi, simiæ, vulpes, mustellæ, cameli, muli, qui morsu & calcibus aliquando impetum faciunt in dominos. Scribit [i] Aristoteles alia animalia, excepto homine in rabiem incidere, quod cum re ipsa non consentit, cum multa sint quæ nunquam rabie occupantur, cumque homines non raro ab ipsa vexentur, nisi forte dicat id sibi voluisse Aristotelem, quod rabies possit accidere alijs animalibus non propterea omnibus, tum quod homo non dicatur fieri rabiosus, cum ratione coerceatur neque belluarum modo in alios inuadat. Quod vero à [k] Galeno traditum est, canem duntaxat rabie prehendi, ita accipiendum est, vt solus canis per se citra morsum alterius feræ rabiosus fiat, cum cætera animalia nunquam incidant in rabiem, nisi mordeantur vel à cane rabioso, vel à belluis quas ille momorderit. Conti-
D netur autem virus canis rabiosi saliua [l] ipsa, quæ non tantũ nos lædit cum per morsum inseritur, sed etiam cum nudam cutẽ attingit, id quod facit ẽt saliua hominis qui rabiei virus conceperit, quamobrẽ periculosum est cum illo versari, aut cibos gustare quos ore attigerit. Est autẽ canis maxime ad rabiem opportunus, in quam incidit [m] potissimũ æstiuis mensibus, quo tempore ob ardorem exuritur sanguis atq; exiccatur, sed incidit in eandem aliquando etiam hyeme ob frigus intolerabile, a quo cogitur sanguis & nigrior redditur ac siccior, expressis ipsius partibus humidioribus. At præter aeris nimium calidi vel frigidi appulsum canis fit rabiosus etiam ob potiones ac cibos, vel exiccãtes, quemadmodum piper, zinziber, & alia aromata, vel putres cuiusmodi plerunq; sunt aquæ [n] paludum, & carnes, vel iam putrescentes quod diutius mortuæ iacuerint, vel quod sint quadrupedũ quæ ictu fulminis, aut perniciosæ alicuius feræ interierint. Homini aũt quantum perniciosa sit eius saliua vel ex eo colligi pōt, quod cum paululum ipsius in plagam infundatur, hominẽ tamen in grauissima symptomata [o] cõpellit & tandẽ absumit, quamobrẽ vitare oĩno oportet eiusmodi morsum, q̃ tamen difficile est cũ fera sit adeo domestica. [p] Temporibus igitur & locis ęstuosis expedit diligẽter obseruare canes, qui vel do-

g Gal.lib.5 simpl. c.18
h Gal.lib 6 de loc.affe. c 5. & libr. de inęquali intempe. c. 6.
i Ari lib.8. de historia anim. c.22.
k Gal.lib.6 de loc.affe. c.5.
l Gal. ibid.
m Dio.li.6. c. 36.
n Auic.li.4 fen.6. trac. 4. c.5.
o Gal. lib 6 de loc affe. c 5.
p Dio. loco citato.

mi aluntur, vel ad nos accedunt an rabiei signa aliqua præseferant, traduntur autem à veteri- E
bus medicis in hunc modum. Canis quem rabies occupat valde gracilis est, tristis, [a] truculen-
tus, oculis rubris, demissis cauda & auribus, lente incedit, modo etiam currit, modo insistit, lin-
guā profert spumantem, pituitam ex ore & naribus fundit, deficitur voce, non latrat, escam &
potionem respuit, inuadit sine causa in omnes tam belluas quam homines, neq; solum in exter
nos quos odit etiam sanus, sed in dominos quoq; quorum solet esse amantissimus. Einsmodi ca
nem vbi cernas abige abs te, ne perniciose mordearis, & grauissimis malis confectus intereas,
videntur illa quidem initio minima, cum neq; magna plaga sit neq; dolor maior quam propor
tione magnitudinis ipsius soleat, sed processu temporis (quamuis diutius lateat hæc pestis) su-
peruenit rubor [b] totius corporis præsertim faciei, dolor vehemens & assiduus, tabes, disten-
tio [c] neruorum, eripitur somnus, redduntur cum vrina frusta quædā carnis, quę vt quidam scri-
bunt licet à nobis fabulosum existimetur, imaginem catuli repræsentant, debilitantur vires, ac
cidit melancholia primo cum tristitia quadā, fugiunt enim qui hac peste laborant consuetudi-
nē amicorum, abhorrent à splendore atq; albedine, deinde cum furore ac libidine [d] morden-
di alios in quos inuadunt latrantes, nisi aut ratione coerceantur, aut minis, solet autem vbi pa
rum occursum fuit, nasci aquæ metus quē nominant, miserrimum genus mali, in quo ęger simul
siti & aquæ metu cruciatur, adeo aūt aquæ conspectum formidat vt cum offertur trepidet, su- F
det, cōcutiatur, clamet, in ignem se iniiciat vt ipsam vitet, sæpe etiam anima deficit, videtur e-
nim [e] sibi cernere in aqua canē illum rabiosum à quo perterritus eā adeo fugit, quāquā abhor
ret etiā à vino ac poculentis oībus, & interdum quoq; ab esculentis quēadmodum & canis ra
biosus, quod superiori æstate euenit iuueni quē Vzzani in valde Nebulana rabiosus canis mo-
mordit, primo enim vulnus neglexit, deinde post quatuor menses cuiuslibet cibi ac potionis
metu incredibili oppressus alioquin prudens, paucis diebus fame ac siti miserabiliter mortem
obijt. Proficiscuntur mala hæc à repugnantia totius substantiæ, quæ initio paruam se ostendit,
sed quemadmodum aliquandiu latens scintilla magnū incendium affert, ita hoc venenum pau
latim [f] vires acquirit & perniciosissimum euadit, morbus igitur est repugnantia totius substā-
tiæ, qui causam continentem habet virus illud quod à rabioso cane inseritur, symptomata quæ
ipsum sequuntur sunt mala quæ proxime commemorauimus. In homine ægrotante & recogno
scere hæc quæ præter naturā præsentia sunt, & futura prædicere oportet. Ex præsentibus sym
ptomata sub sensum cadunt, morbus qui inimicitia totius substantiæ continetur cum sensui
non pateat, mente comprehēdi debet, ex causis, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis. Cau
sa continens (vt alias omittam) nempe virus infusum morsu canis rabiosi, vel sola potest hunc
morbum patefacere: prosunt autem alexipharmaca & communia vt theriace, & proprium vt
bitumen, & puluis ex [g] cancris fluuiatilibus, nocent quæ corpus exiccant: quatenus aūt iuuāt G
vel nocent, eatenus indicant propositum morbum, quem indicāt etiam symptomata proxime
enarrata, vt summa gracilitas corporis, neruorum distentio, [h] vigilia, dolor, melancholia, fu-
ror, esculentorum & poculentorum metus, ac potissimum aquæ. Restat causa cōtinens, hoc est
virus ipsum infusum, quod cum similiter sensum lateat, colligendum est ex causis, ex his quæ
prosunt aut obsunt, ex effectis. Ex causis satis est proxima, nempe morsus ipse canis rabiosi per
quem virus inseritur: Sed an rabiosus fuerit canis qui momordit intelligemus ex indicijs pau-
lo supra commemoratis. Conijcitur etiam eiusmodi virus ex his quæ iuuant aut nocent, iuuant
enim quæ ipsum vel extrahunt, vt cucurbitula, [i] cataplasma, dropax siue ceratum eiusmodi vi
præditum, vel corrigunt vt iuglandes cataplasmatis modo impositæ: nocēt quæ claudendo pla
gam virus retinent, aut idem deterius reddunt, quod nonnulli [k] fieri putant è contractu corni
arboris, scoparum, & virgæ sanguineæ. Monstrant igitur hæc virus illud quod vel corrigunt,
vel suscitant atque augent. Idem monstratur ab effectis, vt a morbo iam dicto cum suis sympto
matibus; licet & in his numerare quod nux iuglans, [l] seu panis mica quæ huic plagæ prius il-
lita fuerit, si detur gallinæ postridie ipsam interimit, tum quod panis tinctus sanguine qui exie
rit vel expressus fuerit ex ea plaga, adeo respuitur à quouis cane quantumuis ieiuno, vt nō mo
do non deuoretur sed ne attingatur quidem. Ex futuris potest exitus & ad salutem & ad interi H
tum spectare, neque enim res omnino mortifera est cum spacium habeat ad succurrendum: Si
principio occurratur antēquam virus cōceptum sit à venis homo penitus liberatur, postea ma
gis in dubio vita est, prius quam tamen solida substantia nostri corporis mutetur, si idonea prę
sidia adhibeantur, polliceri salutem possumus, sed postquam in alienam naturam transiit, nulla
superest amplius spes salutis, neque enim restitui potest cum penitus mutata est, id quod eue-
nit vitiligini cum altius descendit & substantiam nostram mutauit, sed eum ob propositum vi-
rus mutetur in vniuerso corpore, & idcirco etiam in partibus præcipuis, necesse est hominem
decedere; magnum autem indicium eiusmodi mutationis est aquæ [m] metus, qui cum incipit
monstrat iam mutari substantiam solidam, sed cum nondum mutata sit, potest adhuc æger li-
berari, magno tamen negocio; sic liberatum fuisse Themisonem ab Eudemo [n] legimus, tradun
tur etiam à medicis aduersus aquæ metum, vt quod ægrotans [o] proijciatur in piscinam impro
uisam, ibique etiam inuitus cogatur bibere, quod remedium superuacaneum esset, si res nullā
omnino curationem admitteret. Asserunt & aliqui [p] auctores hominem qui aquam timet, si in

speculo

a Diosc. ibi.
b Gal. lib. 3 tertij epid. com. 75.
c Diosc. loco citato Aui. lib. 4. fen. 6. tract. 4. c. 7.
d Diosc. & Auic. ibid.
e Aui. loco citato.
f Gal. 3. tertij ep. com. 75.
g Gal. li. 11 simpl. c. de cancris.
h Diosc. li. 6. c. 36. & Auic. li. 4. fen. 6. tract. 4. c. 7.
i Diosc. li. 6. c. 37. & Gal. lib. de theriaca ad Pisonem c. 16.
k Mathæolus li. 6. cō. 39.
l Aui. lib. 4 fen. 6. tract. 4. c. 8.
m Gal. 3. tertij ep. com. 75.
n Diosc. li. 6. c. 36.
o Cor. Cel. lib. 5. c. 27.
p Auic. lib. 4. fen. 6. tra. 3. cap. 7.

A speculo sui effigiem agnoscat, adhuc posse sanari: magnum vero signum esset futuræ salutis, si data rumice, vrina exeat turbida, aut sumptis his quæ illam euocant reddatur cruenta, sed cum diutius mansit aquæ metus, iam mutatam solidā substantiam indicat, & [a] proximam mortē: Tempus quo salus sequitur vbi opportune adhibeantur remedia non longum est, ita vt celeriter speranda salus fiat: at non ita breue est tempus [b] quod trahitur, æger antequam intereat & antequam aquæ metus accedat, non tamen certum ac præscriptum, sed nonnullis post quadraginta dies, alijs post quatuor menses, alijs post sex, [c] alijs etiam post annum: sunt qui credant etiam post septem annorum spacium à morsu aquę metum superuenire, & interea virus latere citra insignem corporis noxam. Via salutis est quod virus extrahatur, aut per alexipharmaca superetur. Via interitus quod tabescat corpus, & fame, siti, ac dolore vires absumantur.

Curantis consilium primo dirigi debet [d] ad extrahendum ex plaga quod infusum est virus, prohibendumq; ne feratur ad partes internas, deinde ad educēdum è visceribus quod iam ab illis conceptum est, postremo ad corrigendū & morbum factū & quod educi non potuit, & simul ad leniendum symptomata, quæ præcepta cōmunia esse monstrauimus quoties venenum per morsum vel aculeum inseritur. Plagā aūt vbi veneno occursum est, nō alia postulat auxilia quam quæ communia sunt aliorum vulnerum. Primo igitur opus est venenum elicere ex plaga, prohibereq; ne serpat ad partes internas. Non serpet si membrū supra plagā arctè alligetur.
B Vt elicitatur, primum opus est plaga [e] aperta, deinde præsidijs extrahentibus. Plaga si non satis per se ampla est vt effluere sanguis simul & virus possit, amplianda est vel scalpello, vel etiā candente ferramento, quod simul virus corrigit ob vim ignis & crustā inducit, quæ cū resoluitur latiorem plagā relinquit, ita vt diutius pateat: idem quoq; præstant adurentia medicamenta: chalcitis, calx, misy, chalcitis, protinus autem resolui crusta dēt butyro superimposito, vt celerius pateat exitus veneno: seruanda autem aperta est vltra [f] quadraginta dies ne virus intercludatur; si interea inducatur cicatrix, scalpello derrahenda est aut medicamentis erodentib. aut auripigmento, plurimum autem valet vocatum præcipitatum quod fit ex argento liquido, non solum autem aperit plagam, sed vitiatam carnem exedit ita vt locus diutius pateat: Vtiliter etiam sal plagæ inspergitur, aut [g] salsamentum aliquod vetus imponitur, sed maxime ad rem pertinet medicamentum adurens aridum, quod accipit salis fossilis drach. viij. chalcitidis ℥ xvj. scillæ tantundem, rutæ viridis ℥ iiij. æruginis rasæ ℥ totidem, seminis porri drach. i. vtere primo arido vt facilius crusta obducatur, deinde cum oleo roseo vt excidat. Adaperta plaga eiiciendum virus est: sed cum saliua canis rabiosi contactu ipso perniciosa sit, non est quod adhibeatur homo qui exugendo vulnus ipsam eliciat: expeditissimum autem ac maximum auxilium est [h] cucurbitula cum multa flamma defixa, qua remota, locus qui iuxta est scalpello pluribus ac satis altis plagis
C secandus est, & ipsa deinde rursus defigenda vt extrahatur quicquid sanguinis vitiatum est, sed siue adhibeatur cucurbitula siue nō, superimponenda sunt medicamenta eliciendi vim habētia vsque ad quadragesimum diem. Quædam autem calore eliciunt, quædam vi totius substantiæ, quædam vtroque nomine, elicit calore gallinaceus [i] pullus per medium diuisus, & protinus calidus plagæ impositus, sic vt pars interior corpori iungatur, id quod facit etiam hœdus, agnusque discissus: maxime appositum est medicamentum Æschrionis [k] empirici, quod accipit picis brutiæ libram vnam, aceti acerrimi sextarium Italicum, opopanacis onc. iii. quod ad corpora molliora diluitur oleo irino. Tota substantia extrahere virus possunt iuglandes, poramogetum, laser, rumex, cataplasmatis modo superimposita, tum ipsa [l] Theriace oleo roseo liquata & linamentis excepta: Vtroque nomine prodest allium, præsertim [m] syluestre tritum & calefacto valocri super impositum, tum laser cum sale, & ruta, apiastrum, cinis ex ramis ficulneis, in aliquo ergo horum perseuerandum est quadraginta dies. Si virus intus iam conceptum est, quod præsertim accidit cū neglecta a principio plaga est & clausa, dare operā oportet ne in viscerib. maneat, sed adimatur, [n] primo per deiectionem & vrinā, deinde per sanguinis missionē, quæ initio maxime aliena sont, cum venenū alliciant ad partes internas, ante igitur vtemur catharticis, & illis primum, quæ atram bilem educunt, hæc enim
D maxime redundat, quod sanguis, ab hoc veneno exuratur, dabimus igitur veratrum nigrum, epithymum, polypodium, electuarium hamech, Indum, Pilulas de lapide lazuli, seu de lapide armenio, aut aliud medicamentum, quod atram bilem purget, sic enim homo ab aquæ metu impendente defenditur, & iam præsente liberatur. Plurimum deinde proficiunt, quæ vrinam cieant, vt aqua in qua decocta fuerit rumex, reddit enim vrinā turbidā, sicuti cruentam cantharides, quæ vtiliter dantur mixtæ cum medicamentis illam euocantibus. Quod deinde restat præstat allicere ad cutē vsu balnei, aut muli, seu equi euiscerati, adhuc calidi, in quem homo demittatur, aut illinendo picem, vel superdādo cataplasma ex sinapi: licet tunc ēt vbi vires adhuc supersint, secta vena aliquid sanguinis mittere. Præstat interea vim veneni frangere datis iis quę non facile mutentur, cuiusmodi sunt aromata, allium, cæpa, tæoiculus, ineybum, asparagus, rumex, cancer, erinaceus, gammarus, quæ cum diutius seruent naturam suam, interea remittunt conceptum virus, id quod facit etiam vinū dulce meracum, vinū album vetus tenue in quo candens ferramentum fuerit extinctum, præterea lac large & frequenter epotum: vtendum illis etiam est, quæ tota substantia occurrant tam causæ continēti quam morbo, siue cōmunia sint,

a Gal. 3. tertij epid. cō. 75.
b Gal. ibid.
c Aui. loco citato.
d Dios. lib. 6. ca. 37. & Gal. lib. de theriaca ad Pison. c. 16 & lib. de tectis ca. 4 & 8.
e Diosc. & Gal. ibid & Auic. lib 4. fen. 6. trac. 3. c. 9.
f Dio. ibi & c. 38. & Auic. loco citato
g Dios. ibi & Cor. Celsus lib. 5. c. 27.
h Diosc. & Gal. ibid.
i Cor. Cel. lib. 5. c. 27.
k Gal. li. n. simpl. c. de cancris.
l Gal. li. de the. ad Pis. c. 16.
m Dios & Auic. locis citatis.
n Aui. loco citato.

a Gal. l. de theriaca ad Pis. c. 10. & Aut. lo. citato
b Gale. l. 2. de antidotis.
c Diosc. l. 3. c. 89 & Gal. l. 6. simp. c. proprio.
d Gal. l. 11. simp. c. de canc.
e Au. l. 4. E. 6. tr. 3. c. 9
f Aet. l. 6. c. 24
g Cor. Cel. l. 5. c. 27
h Cor. Cel. ibid.

vt antidotus mithridati, theriace,[a] terra lemnia, allium, centaurium minus, agrimonia, absinthiũ, E
chamædrys: siue propria huius veneni vt antidotus zenonis,[b] aut Claudij Apollonij, aut etiam
Ælij Galli quæ habet nardi ʒ iiij. costi tantundem, seminis dauci, ʒ i. petroselini ʒ iiij. piperis al
bi grana xxxx. carpobalsami ʒ iiij. acori torretacti tantundem, iunci rotundi, & odorati, ʒ viij.
mellis detracta spuma quantum sufficit. Præterea rumex, laser, cortex caprifici ex aqua, bryo-
nia, coagulum catuli, leporis: maxime autem valet[c] alyssum quadraginta diebus ex oxymelle
epotum: & cinis ex cancris fluuiatilibus; prodest autem solus, sed multo magis cum gẽtiana &
thure: thuris esse partem vnam oportet, quinque gentianæ, decem cineris cãcrorum, debet au
tem parari eiusmodi cinis eo modo quo Æschrion[d] empiricus Galeni præceptor parabat, pa-
tella erat æris rubri in quam impositis cancris viuentibus, eos hactenus vrebat dum facile ad le
uorem redigi possent. Hic Æschrion paratum semper in ædibus hoc habebat medicamen: Vre-
bat autem eos post ortum canis quando sol in Leonem transisset non nisi luna decima octaua.
Porro bibendũ ijs qui a cane rabido fuissent morsi, præbebat quotidie diebus 40. mensura co-
chlearii magni aqua inspersum. At si non protinus ab initio, verum aliquot post dies curam ce
pisset demorsi, tunc quotidie duo cochlearia aquæ inspergebat. Credunt[e] aliqui caninum den
tem eius canis qui momordit, brachio ægrotantis suspensum antequam superueniat aquæ me
tus, satis posse eum defendere, quod tamẽ nobis potius superstitiosum videtur. Postremũ erat F
succurrere symptomatibus & potissimum aquæ metui. Homo si sapiens erit sibimet subueniet
quẽadmodum philosophus ille, quem scribit Aetius[f] hac peste laborasse, hic cum existimaret
in piscina se videre rabiosum illum canem a quo fuerat vulneratus, secum cogitans nihil cani
commune esse cum piscina, statim in eam se coniecit, & epota liberaliter aqua conualuit: sed
si homo ratione nequeat inanem eiusmodi metum superare, vnicum remedium est nec opinan
tem (vt monet[g] Cornelius Celsus) in piscinam non ante ei prouisam proijcere, & si natandi
scientiam non habet modo mersum bibere pati, modo attollere: si habet, interdum deprime-
re, vt inuitus quoque aqua satietur, sic enim simul & sitis & aquæ metus tollitur: sed aliud peri
culum excipit ne infirmum corpus in aqua frigida vexatum neruorũ distẽtio absumat, id ne[h]
incidat a piscina protinus in oleum calidum demittendus est. Quibus Cornelij Celsi verbis fi-
nem statuemus morsui canis rabiosi.

De morsu serpentum & eius curatione. Cap. VII.

i Supra ca. 2. huius li.
k Diosc. l. 6. c. 47. & Ae. l. 13. c. 21.
l Gal. 5. de loc. aff. c. 7.
m Cel. l. 5. c. 27
n Ce. ib & Aet. l. 13. c. 21.
o Diosc. l. 6. 47 & Cels. l. 5. c. 27.
p Aet. l. 13. c. 21
q Gal. l. de theriaca ad Pis. c. 10
r Gal. ib. & Ae. lo. cita.

VIrus quod serpentes morsu infundunt, longe magis præsens est quam quod canis ra- G
biosus; numerauimus autem supra[i] viperam, dipsam, hæmorrhoim, aspidem, cera-
stem, cenchrin, chersidrum, dryinum, præterea crocodilum quamuis pedibus vta-
tur: agemus primo de morsu viperæ. Viperę igitur morsus adeo mortifer est, vt nisi
statim succurras, paucis horis aut certe intra biduum hominem absumat, adeo tota substantia
vipera nobis inimica est; plurima autem symptomata ac mala apportat, vt capitis grauitatem,
vertiginem, inexpugnabilem dormiendi necessitatem, tremorem, crebram respirationem, tor-
mina, animæ defectionem, fastidium, singultum, horrorem, tumorem, ardorem ac siccitatem to
tius corporis, febrem,[k] inflammationem iecinoris, reddit colorem[l] pallidum, plumbeum, gin-
giuas cruentas; affert vomitum biliosum, vrinæ difficultatem, sudorem frigidum, plaga quæ ex
morsu masculi binis foraminibus continetur, fœminæ quaternis, fundit primo saniem cruentã
mox olei similem, sed serpit paulatim & altius descendit, iuxta quam pustulæ oriuntur non ab
similes illis quæ citantur in adustis. Ex quibus symptomatibus certam cõiecturam facies vipe
rini morsus. Cui succurres si virus extrahas, prohibeasque ne feratur ad partes internas, & quod
iam conceptum est, corrigas, ac morbum factum superes. Ad extrahendum expeditissimũ au-
xilium est, adhibere[m] hominẽ qui vulnus exugat, qui & ipse tutus erit, & tutũ hominẽ præsta-
bit, si neq; in gingiuis, neque in palato, neq; in alia oris parte vlcus habuerit, id autẽ quod sugi K
tur vt statim expuatur, clarius est quam vt præcipi debeat: pertinẽt & ad extrahendũ[n] cucurbitu
læ quæ efficacissimæ sunt, præstat autem iuxta plagã loca pluribus ac satis altis plagis scalpel-
lo incidere, vt vitiatus sanguis a cucurbitula eliciatur, præstat & plagã ampliare aut scalpello
aut candente ferramento, aut medicamẽtis adurentib. sed sectio magis expedita est; adaperta
plaga proficiunt auxilia extrahentia siue calore, siue tota substantia, siue vtroq; nomine; calo-
re proficit gallinaceus pullus qui viuus[o] per mediũ diuidatur, & protinus calidus super vulnus
imponatur, sic vt pars interior iungatur corpori, id quod facit etiã hœdus agnusq; discissus, vt
dictũ est in vniuersum supra, qua de curatione aduersus uenena quæ per morsum & ictum in-
feruntur: proprie autem aduersus morsum viperinum prodest caput a viua[p] vipera abscinde-
re, & vulsella prehensum adhuc calidum, qua parte cum ceruice iungebatur, super plagam im
ponere, egregie enim extrahit viperinum[q] virus, id quod toti substantiæ magis quã calori tri-
buendum est. Medicamenta quæ calore duntaxat extrahunt, sunt veluti stercus columbinum,
galbanum, sinapi, erui farina, scilla, tota substantia ualet theriacæ antidotus imposita, tũ[r] vipe
ra ipsa contusa, cataplasmatis modo admota, oleum viperinum illitum, folia fraxini & ipsa cõ-
tusa

A tusa atque admota: sed tota substantia simul & calore allium cum aceto, hastulæ regiæ folia cũ pane, lauri teneræ baccæ & folia cocta, & cum oleo trita, ebuli, & sambuci radices in vino coctæ, cinis ex sarmentis ex aceto subactus, echium herba, ruta, calamenthum, & origanum, prodest & locum fouere aqua, ex qua bullierit id trifoliũ quod bitumen redolet, quo fomento diutius vtendum est. Valent etiam polẽta, fæx vini & ruta cum sale & melle, muria acida, furfures elixi in aceto. Ne serpat virus ad partes internas prohibebimus vinculo [a] arcte alligantes partem quæ supra plagam est: si pars paruula sit quemadmodum digitus, præcidenda est, si maior candenti ferramento adurenda, morb. autem factus & quod iam conceptũ est virus vbi extrahi non potest, superandum est alexiterijs medicamẽtis, extrinsecus vtiliter illinitur oleũ e scorpionibus Carauitæ seu Magni Ducis Hetruriæ, balsamũ, theriace, seu antidotus mithridati aceto roseo seu aqua ardenti dissoluta, intus maxime valet theriace epota, quod vipera suo veneno succurrat, non modo super imposita vt ante diximus & in hoc antidoto sumpta, sed etiam [b] comesa detracta cote proiecta cauda, capite & visceribus omnib. elixatur enim ex [c] aqua, oleo sale, porro, anetho: plurimum etiam proficiunt ranæ [d] elixæ vbi comedentur, & earum ius epotum, gallinaceum cerebrum, præterea sanguis marinæ testudinis exsiccatus, & cũ syluestri cumino epotus, aut cum aceto: abscisso enim capite testudo statim resupinatur, & sanguis excipitur fictili vase & vbi concretus est in plures particulas arũdine diuiditur, & in sole exsiccatur:
B efficacissimum quoque remedium est allium [e] vel deuoratum, vel contritum ex vino atq; epotum, valent etiam porrũ, cæpa, salsamentũ, tu succus ex folijs fraxini, ex folijs taxi, succus scorzoneræ hispanicæ, siue illius radix contrita atque epota ex vino, radix anchusæ, heliotropium melissophyllum, melanthium, nasturtium, echij herbę succus, costus myrica, anagallidis succus ferulæ medulla, [f] rubeæ radix, coagulum leporis ex vino, apiastri succus, seu brassicæ semen ex vino epotum: ad rem quoque pertinet digitum [g] in liquidam picem intingere, deinde ex vino abluere, & id vinum bibere Ad hunc vsum componitur etiam medicamẽtũ, quod accipit myrrhæ, piperis, castorij, seminis portulacæ æquas portiones passo temperatas. Oribasius [h] composuit medicamentum, quod accipit anisi ex aceto macerati, piperis vtriusque ℨ.4. aristolochiæ, lachrymæ papaueris, castorij, myrrhæ singulorum ℨ.1. quæ passo temperantur, datur ex hac antidoto quod fabæ græcæ magnitudinem æquet cum vini modice diluti cyathis tribus. Archigenes [i] auctor est pastillorum, quorum compositio fit ex cancris viginti, qui cũ farina triticea diligenter in mortario contunduntur, additurque aliquid nepethæ & salis, fiunt pastilli, siccãtur & vbi vsus postulat ex mulso potui dantur: vbi non sint cancri fluuiatiles vtendũ marinis. Præstantissimus & in hoc casu est vsus antidoti Andreæ Matthæoli aduersus omnia venena lethalia, veluti & theriacalis aquæ, quæ ex eiusmodi antidoto, syrupo de corticibus citri, & aqua ar-
C denti conficitur, qua etiam ratione extrahi posset ad eũdem vsum & aqua ex ipsa theriaca Andromachi, ex Antidoto Esdræ, vel mithridati, quarum theriacalium aquarum vis facile ac celeriter per vniuersum corpus distribuitur, & præsentaneum in eiusmodi occasionibus prębet auxilium.

a Cor. Cel. l.5.c 27
b Gale. l. de vsu theriac. ad Pamph. & 2. anti. c. 2. & Aet. loco citato.
c Gal. li. de theriaca ad Pison. c. 10.
d Aet. ibid. & Auic. l. 4 f. 6. tr. 3. ca. 11.
e Aet. l. 13. c. 24
f Aet l. 13. c. 21
g Diosc. l. 6. c. 47
h Paul. Aegineta l. 5. c. 13.
i Paul. ibi.

Dipsas viperæ species est, quæ in maritimis versatur, ita appellata græce ob sitim quam [k] facit inexplebilem, adeo autem morsu exitialis est, vt vix videatur curationẽ admittere, cum per celerem mortẽ afferat; sed ante superuenit sitis intolerabilis iam dicta, ob quã homo tãtũ haurit potionis, vt tum corpus intumescat quemadmodũ in hydrope, & abrumpatur venter, nihil enim per vrinam, sudorem, aut vomitum redditur, neque propterea extinguitur [l] ardor febris, ita vt hominem conficiat: Ex quibus malis deprehenditur vbi lateat qualis fuerit serpens mordens. His malis non aliter mederi oportet quam & in vniuersum de quouis morsu, & speciatim de viperino diximus: Allicere enim primo uenenum oportet adhibendo [m] hominem qui exugat uulnus, defigendo cucurbitulam, seruando plagã adapertã, & imponendo quæ uel calore uel tota substantia habeant uim eliciendi: deinde probibere ne serpat arcte alligando, aut ẽt præcidendo partem uiolatam; postremo superare uirus quod relinquitur ac morbum factũ & cõmunibus alexiterijs, & ijs quæ proxime dicta sunt aduersus morsum uiperinũ. Aduersus Di-
D psam uero scribuntur a ueteribus [n] folia portulacæ ex aceto diluta, uel rubi cum melle, vel uitis folia elixa & similiter cum melle trita, allium cum oleo irino manducatum, uuæ passæ, salsamenta, & uinum merum.

k Diosc l. 6. c. 50 & Ga. l. de the. ad Pis. c. 8
l Diosc. ibid.
m Cels. l. 5. c. 27
n Diosc. ibi.

Hæmorrhois serpens græce nomen traxit a sanguinis profluuio, quod undiq; excitat, & propterea quod adeo exitialis est, ut tanquã insanabilis relinquatur a medicis eius morsus, plerũque enim non datur spacium succurrendi, inflãmantur ac putrescunt gingiuæ, [o] decidunt dẽtes dolet uentriculus, homo uehementer cruciatur & difficulter spirat, color totius corporis ex rubor niger est; ex plaga nihil initio exit, nisi pauca quædam sanies, sed sanguis undiq; emanat, effluit enim [p] non tantum per nares, per deiectionẽ, sudorẽ, urinam, sputum, uomitum, sed etiam ex radicibus unguium, ex angulis oculorum, ex ipsa plaga, quæ quamuis cicatrice obducta similiter sanguinem fundit, quod symptoma scientiam magis quam coniecturam facit uulneris ab hæmorrhoide serpente illati: oportet autem non tantum contra causam & morbum pugnare eliciendo uirus, prohibendo ne serpat ad partes internas, & alexiterijs superando quod cõceptum est, sicuti aduersus uiperam, sed etiam contra symptoma, fluxum uidelicet sanguinis,

o G. lib. de theriaca ad Pison. c. 8
p Ga. ib. & Aui. l. 4. fe. 6. tr. 3 c. 37. & Aet. l. 13. c. 23.

E qui cum vndique emanet, hominem repente absumit; quamobrem huic statim occurrédum est per medicamenta crassa & glutinosa, aut adstringentia, quæ tradita sunt qua [a] de fluxu sanguinis in vniuersum. Virus autem extrahendum est seruata plaga aperta, & adhibitis cucurbitulis vel medicamentis, aut valde calidis, cuiusmodi est calx ignem non experta, aut tota substantia elicientibus, quemadmodum theriace: prohibédum ne feratur ad partes intimas vinculis, vstione, aut sectione partis: superare autem quod iam conceptum est & morbum factum, conuenit alexiterijs tam communibus, quã his quæ dicta sunt aduersus morsum viperinum; Proprie aduersus hæmorrhoidem prodest priusquam vrina cruenta reddatur [b] multum allij deuorare, multumque vini diluti bibere, & postea vomere, cibi acres idonei sunt, sicut & salsamenta etiã antequam morbus ingrauescat, vtiliter quoque comeduntur pisces cum allijs & oleo, panis cum vuis passis.

a Supra l. 17. de cura. ge. c. 3. par. 1.
b Diosc. l. 6 c 50. & Ae. atque Aui. ibid.

Aspidis morsus sine insigni [c] dolore mortem affert, & vt est apud Nicandrum, vir petit absque labore. Cleopatra Ægypti Regina, ne ab Augusto [d] Romam captiua duceretur in triumpho, huius serpentis morsu sibi mortem consciuit, quod mortis genus Alexandriæ quotidianũ & vsitatum erat, nam cum humaniter mori aliquem damnatum capite decreuerant, aspidẽ ad thoracem sub sinistra mamma admouebant, cuius morsu homo paulo post decedebat. Plagam vero adeo exiguam infligit, vt ab acu [e] iniecta videatur, vnde paululum sanguinis atri destillat, F oculis caligo offunditur; frons contrahitur, genæ tremunt quasi sine sensu, accedit delirium cũ somno, redditur corpus liuidum; ex quibus indicijs deprehendi potest aspidis morsus. Iam vero cum ita celeriter hominem interimat, remedium vnicum sed miserrimum est, protinus vulneratam [f] partem abscindere, deinde pugnare per ea quæ tota substantia venenis succurrunt, & proprie morsui viperino, de quo paulo ante multa diximus, proprie tamen aduersus aspidẽ commendatur ruta, quæ parti demorsæ (vbi prius dilatatum fuerit vulnus & post cutis scarificationẽ cucurbitula sæpius fuerit defixa) cataplasmatis modo imponatur, cui etiam parti præter theriacam vtiliter imponitur linimentum, quod ex opio [g] myrrha ac centaurio adhuc viridi conficitur, interius vero præter sæpius dictam theriacam, mithridatum, antidotum zopyri, Esdræ, Matthæoli, valet Theriaca [h] Antipatri, Theriaca Euclidis Palatiani, Theriaca [i] Damocratis. Referunt probati auctores [k] centaurium contritum & ex vino epotum vbi euomitur, apertissimum esse signum instantis mortis, at vbi retineatur ab ipsa hominem vindicare: laudãt alij potum vrinæ eiusdem hominis quem aspis vulnerauerit. Acetum [l] vero magnam opem in hoc affectu ferre ab Ægyptijs sæpissime id expertis acceptum est, qui hoc potissimum præsidio hominibus succurrunt quos ab aspide vulneratos esse cognouerint.

c Diosc. l. 6 c 54
d Gal. li. de theriaca ad Pis. c 8
e Dis. ib. & Ae. lo. cita.
f Diosc. l. 6. c. 53
g Aet. l. 13. c. 10
h Gal. 2. de Ant. c. 11
i Ga ib. c. 15
k Ae. lo citat.
l Aet. ibid.

G Ceraltes a græcis appellatur anguis in cuius [m] capite duo parui processus eminẽt instar cornuum, vnde nomen inuenit: eius morsus, nisi statim occurras sectione [n] partis violatæ, hominẽ interimit, non tamen ita subito vt aspidis, cum vsque ad nonum diem interdum æger viuat, maxime autem cerebrum lædit, vnde sequitur neruorum distentio & delirium, [o] oculi etiã caligine offunduntur, tenditur coles, exit e plaga sanies, modo pallida, mõ atra, locus qui iuxta eã est in speciem capitis claui tumet & sanguine suffunditur, proximæ venæ turgent: ex quibus malis intelliges ab hoc serpente fuisse virus infusum. Vna autem tantum est via succurrendi, eadem scil. quam aduersus aspidis morsum proposuimus, vt abscindatur [p] statim pars affecta, aut circũcidatur uel aduratur, ac sæpius cum multa flamma supra dilatatum vulnus ac scarificatam cutẽ satis altis plagis cucurbitula defigatur, alioquin nullus fere relinquitur remedio locus: qua chirurgia admota, vtiliter ea dantur alexiteria quæ viperæ atque aspidis morsui diximus aduersari, & potissimum [q] Theriace.

m Aet. l. 13 c. 28
n Diosc. l. 6 53
o Dios. & Ae. ibid.
p Dios. ibi.

Cenchris anguis ita græce dicitur a paruis maculis, quibus totius corporis cutis distinguitur milij [r] grana referentibus, adeo autem morsu nocet, vt nõ solum afferat [s] inexpugnabilem dormiendi necessitatem, & intestinorum tormina, sed hydropis modo etiam tumefaciat vniuersũ corpus, & partes omnes flaccidas ac putres efficiat tam internas quam externas, atque hoc pacto hominem absumat, a quibus malis patefiet ubi incertum sit qui serpens momordit. In cura H tione consilia eadẽ necessaria sunt quæ diximus de morsu [t] uiperæ, cũ & extrahere uirus oporteat, & prohibere ne serpat ad partes internas, & tandẽ alexiterijs uti ad corrigendũ, proprie autem huc pertinet hastula regia, uel aristolochiæ radix, uel gentiana cum uino epota. Idem præstat serpillum & cẽtaurium minus: utile etiã est cataplasma ex semine lini & ruta syluestri.

q Gale. l. de theriaca ad Pis. c. 6
r Aet l. 6. c. 27
s Diosc. l. 6 c 52
t Dio. & Ae. loc. dictis & Au. l. 4. fe. 6. tr. 3. c. 48

Chersydros anguis inde apud Græcos nomen inuenit quod [u] degat & in aqua, & in locis aridis, eius morsus intra triduum hominem conficit nisi statim succurras: sed sic etiam diuturniori tempore sanitas restituitur: plaga putris est & liuida, dehiscitque cum tumore liuido, saniem copiosam fundit, atram ac fœtidam, qualis emanare a prauis ulceribus solet, redditur cutis arida, & tota pustulis distinguitur, homo affligitur ardore, dolore acerbissimo, uertigine, oculorũ resolutione, uomitu bilioso ac fætido, uexatur uniuersum corpus atque inordinate mouetur, deiectio inæqualiter redditur, quæ mala indicium faciunt plagam inflictam fuisse a chersydro. Aduersus quem morsum utemur remedijs extrahentibus ipsum uirus, potissimũ super imponentes calcem ignem non expertam, tum prohibentibus ne ulterius serpat, & tãdem alexiterijs communibus, proprie autem ualent [x] baccæ myrthi, fructus cupressi, semen fæniculi cum

u Diosc. l. 6. c. 51. & Ae. l 13. c. 35
x Di. & Ae. ibidem.

melle

A melle aut mulso, radix aristolochiæ ex posca, fauus recens mellis deuoratus, marrubii succus, origanum, hordei farina ex melle.

Dryinus anguis ita nominatur a Græcis quod viuat [a] in radicibus quercus, adeo autem perniciosus est, vt si quis forte illum pedibus comprimat, totius corporis cute nudetur, si quis itẽ ipsum allidat, fœtore adeo offenditur, vt [b] odorandi facultatem amittat, quamobrem mortifer est eius morsus, plagam inijcit, quæ dilutam ac fœtidam saniem fundit, nigro tumore ac pustulis cingitur, superueniunt autem tormina, dolor vehemens, cardialgia, delirium, mœstitia, tremor, priuatio vocis, stupor, caligo, somnus grauis ita vt homo stertat, sitis valida, vomitus biliosus, & interdum cruentus, vrinæ pallor vel suppressio. Quæ omnia possunt indicium facere huius morsus vbi alioquin lateat. Cui celeriter occurrẽdum est vt vita in tuto sit, eadem remedia conueniunt quæ aduersus [c] viperæ morsum, vt virus extrahatur, prohibeatur serpere, corrigatur, propria autem alexipharmaca sunt glandes contritæ atq; ex vino potæ, aristolochia, trifolium, hastula regia similiter ex vino.

a Gal. li. de theriaca ad Pison. c. 9.
b Aet. l. 13. c. 29.
c Aet. ibid.

Crocodilus quoque per morsum venenum infundit, quod adeo prauum est, vt nisi succurratur, & praua symptomata & interitum afferat: sed cum adeo magna bellua sit neminem latet quem momorderit. Opera autẽ quæ in curando requiruntur eadem sunt, cum & elicere virus, & prohibere ne feratur ad partes internas, & corrigere quod iam cõceptum est oporteat per B communia præsidia iam sæpius enarrata; proprie autem ad plagã valet adeps crocodili [d] imposita, nitrum cum melle vt detergatur, tũ medulla cerui, adeps anserina cũ melle & butyro.

d Gal. li. de theriaca ad Pison. c. 11.

De venenis quæ aculeo inseruntur. *Cap. VIII.*



Culeo venenum infundunt pisces aliquot, & nõnullæ bestiolę ex genere insectorũ; eiusmodi pisces marini sunt, veluti pastinaca, scorpio, draco, quorum ictus quamuis aliquando mortem afferat, minus tamen perniciosus est, & fere tardius hominem interimit quam serpentum morsus: postulat autem eandem curandi rationem, sed cũ plaga minus pateat, vt quæ acuto admodum aculeo inflicta sit, in primis necesse est dilatetur perinde atque vbi nerui punguntur.

Pastinaca marina si percusserit, locus ictus [e] niger redditur ac stupidus, & si exprimatur saniem fundit atram, crassam, fœtidam, homo efficitur languidus, mutus, amens, oculorum caligine, assiduo dolore, lassitudine vexatur, cumque huius piscis aculeus validus sit & maxime acutus, facile penetrat & neruum aliquem pungit, quod vbi accidit nisi statim occurras, superuenit C neruorum distentio quæ hominem tollit. Superioribus annis vxor Iuliani Ferrini Pisis hũc piscem abluens imprudenter eius aculeo manum sibi vulnerauit, paucos post dies sequuta est neruorum distentio, quæ intra mensis spacium ipsam sustulit: sed cum non ignotus piscis sit, non opus est indicis ex quibus coniiciatur. In curatione primum dilatanda plaga est, deinde adhibenda medicamenta extrahendi uim habentia, vt sulphur ignem non expertum ex vrina subactum, lauri folia, fermentum cum liquida pice, furfures ex aceto [f] calidi, perfusio similiter ex aceto calido, tota substantia ad extrahendum valet theriace, radix panacis, echiũ. Pugnare etiam per alexipharmaca oportet contra vim huius veneni & morbum factum, valent communia vt antidotus Mithridati & theriace, sed proprie myrrha cum pipere ex vino potui dara, laser similiter ex vino, cui vtiliter adiicitur aliquot guttæ fici, eodem pertinet aqua in qua bullierit saluia, anchusa, scordium, verbenaca, oxalis, lycopsis, chamæpytis, smyrnium, eryngium, libanotis, idem possunt flores rubi, cortex fagi ex vino.

e Diosc. l. 6. cap. 45.
f Aet. li. 13. c. 37.

Scorpio & Draco marinus aculeo similiter nocent, dolorem afferunt, & locum ictum aliquãdo putrem reddunt, ac nisi statim occurratur hominem absumunt, qui pisces cum noti quoq; sint, non opus est indicijs, quæ monstrent vulnus ab illis illatum fuisse. Ratio curandi eadem est quã proxime posuimus aduersus pastinacam, opus enim est ampliare plagam, & super im- D ponere quæ extrahant, vt sulphur ignem non expertum cum aceto, vel mullum piscem, vel ipsum [g] qui vulnerauit dissectum, qui tota substantia ad extrahendum huiusmodi virus valet. Vtendum deinde alexipharmacis & communibus & propriis, cuiusmodi sunt baccæ lauri ex vino, serpillum, saluia similiter ex vino, aqua in qua iacuerint rami ficulnei.

g Diosc. li. 6. c. 45.

Scorpio ex insectis quæ aculeo perniciosa sunt, primo sese nobis offert, qui quamuis & acutum habeat aculeũ sine vllo foramine ita vt non videatur posse virus aliquod infundere, tamẽ mortifer est, siue paululum tenuis admodum humoris, vel spiritum inserat, siue qualitate dũtaxat mutet particulam vulneratam, quæ deinde proximam contaminet, & hæc deinceps alterã, dũ omnes vitientur, id quod celerrime accidit. Inflãmatur [h] autẽ locus vulneratus, ruber efficitur, & durus, vicissimq; dolore premitur ac stupet, si ictus fuerit ĩ partibus inferioribus intumescunt inguina, si in superioribus alæ, erumpunt etiã circa plagam verrucæ. Extremæ partes frigent, reliquum corpus vicissim [i] calore ac frigore immoderato afficitur, percipitq; veluti [k] grandinis percutientis sensum, laborat vicissim & quiescit, horrore premitur, pallidũ est, tremit, cutis dolet pluribus locis quasi pungatur, facies deprauatur, nerui a posteriore parte distẽ-

h Diosc. l. 6. c. 4.
i Diosc. li. 6.
k Gal. li. 3. de loc. affec. c. 7.

duntur,

duntur, accedit ſingultus, apparet ſpuma circa os, oculi cernuntur ſordidi glutinoſas lachrymas ſundentes, articuli fiunt duri, tenditur coles, [a] rigent pili, ſuperuenit vomitus & deiiciendi cupiditas cũ flatu ac crepitu, emanat ſudor frigidus ab vniuerſo corpore, quib. additur animæ defectio, quæ tot malis obrutũ hominẽ abſumit, oriuntur aũt ſæuiora ſymptomata vbi quis à ſcorpione ieiuno vulneretur, quam à ſaturato, in æſtate & ſub cane quam in hyeme, ac degẽte in regionibus ficcioribus quam in paluſtribus. Piſis enim plures obſeruauimus a ſcorpionib. ictos fermè nullam percepiſſe in corpore agitationem, regionis enim eiuſmodi humiditas ſcorpionum venenum maxime hebetat, & ad homines contaminandos ineptum reddit, quemadmodũ ſiccitas regionũ virus acuit, & ad interficiẽdos reddit aptius ac magis efficax, ex quo tã ſæua ſymptomata vt diximus oriuntur. Sanantur aũt ſed magno negocio illi quibus principio ſuccurritur: oportet aũt primo dilatare plagã, deinde ſuper imponere medicamenta extrahentia, & tota ſubſtantia contra huiuſmodi virus ac morbum factum pugnantia, poſtremo ſumere alexipharmaca, & cõmunia, & propria. Via expedita dilatandi plagã, ſectio eſt. Medicamenta quæ ſuperimponi debent ſunt, [b] ſulphur ignẽ non expertũ, reſina terebinthina exceptũ, galbanum, calamẽthum, lini ſemen cum althæa, lac fici, polenta ex vino, ſemen trifolij, tritici farina, ex aceto ſubacta, ſonchi & intybi folia, ocymum cũ polenta, verbenaca viridis, polemoniæ radix, tũ cochlea [c] ex hortis cum teſta contrita, mures [d] domeſtici conciſi: Ipſemet ſcorpio, [e] qui vulnus infixit contritus, medetur plagæ quam iniecit. Alexipharmaca cõmunia valent vt antidoti, & ꝓpria, vt cancri fluuiatiles ex lacte aſinino, ariſtolochia, gentiana, pulegiũ, lauri [f] baccæ ex poſca, lactuca agreſtis, abrotanũ, myrrha, baccæ myrthi, meliſſophyllũ chamæpirys; extrinſecus aũt efficaciſſimum eſt oleũ ex ſcorpionibus; plurimum ẽt proficit balneum ſudoris copiã euocans, ſunt & qui maxime laudant, ſaliuã hominis ieiuni, qua dilatata plaga ſæpius fricetur. E F

Phalangiorũ ſpecies, [g] plures ſunt aculeo infligentes perniciosſam plagã, adeo tamen paruã vt vix ſub aſpectũ cadat, at neq; infra cutẽ deſcendit, ſicuti quæ à ſcorpione inijcitur, ſed ſuperficiem ſolã pungit, [h] a qua deinde vitiantur oẽs corporis partes, circa plagã locus ruber apparet quaſi punctis diſtinctus, nõ tumet, nõ calidus [i] eſt, ſed mediocriter humidus, corpus vniuerſũ friget, horret, pallidũ eſt, prurigine tentatur, potiſſimũ circa caput & crura, grauitatẽ quãdã & laſſitudinẽ ſentit, venter inæqualiter intumeſcit, intumeſcit ẽt facies & lingua, tẽditur coles cũ dolore, qui ſedatur balneo aquæ calidę, ſed poſtea ſtatim reuertitur, quanquã ſeniorib. laxatur magis coles q̃ tendatur, ventriculus mordetur, poplites & inguina diſtenduntur, oculi cauĩ ſunt, caligant & lachrymantur, homo vigilat, loqui nõ põt, tremore vexatur, delirat, præſertim ſi phalangiũ tarentinũ fuerit: emanat frigidus ſudor ab vniuerſo corpore, ſuperuenit aſſidua [k] libido expellendi quæ ſuperãt: credũt Arabes [l] in vrina, vomitu, ac deiectione apparere q̃dam araneis ſimilia (quod iñ nimis ſuperſtitioſũ eſt credere) redditur ẽt vrina aquoſa & cũ difficultate. Quod aũt de Phalangio tarentino dicunt, ſeruare hominẽ in eadẽ actione ſeu quiete ac reperierat, cũ plagã inflixit, ita vt ſi ſaltantẽ offenderit, is aſſidue ſaltet, ſi ambulantẽ, manus geſticulantẽ, aut ridẽtẽ, aſſidue ambulet, manus geſtiat, rideat, veluti & de vnico muſicę ac ſymphoniæ præſidio, quo tales ſubleuari dicũt, maxime fabuloſũ eſſe exiſtimamus. Malis aũt quę a phalangiorũ ictu oſtendimus proficiſci, ſuccurrẽdũ eſt partim extrahẽdo quod vitiatũ eſt, partim alexiterijs corrigendo. Fouendus igiř eſt affectus locus aqua marina vel ſimplici vel in qua malua fuerit decocta, fouẽdus & aqua, in qua bullierit vel trifoliũ bitumen redolẽs, vel apiaſtrũ, [m] deinde ſuperimponẽda apiaſtri folia decocta, valet & fotus ex vino ĩ quo bullierit origanũ, ſerpillũ, ruta; valet & ruta ſylueſtris ex aceto, marinorũ iũcorũ tenera folia, aut radix mali punicę ſylueſtris, diligenter cõtrita, cinis ficulneus cũ ſale & vino, ariſtolochia cũ farina hordei & aceto ſubacta, polẽta ex vino, aut furfures ex aceto, mullus piſcis diſſectus: plurimũ ẽt proficit vti [n] balneo frequenti, vt quod vitiatũ eſt ad externas partes euocetur, tũ fouere vniuerſum corpus ſpongijs ex aceto calido expreſſis. A puluere aũt exſiccatorũ phalangiorũ, quem ſcribit [o] Galenus, cum vino epotũ efficaciſſimũ remedium afferre contra eorundem venenum, tutius credimus eſſe ſi homines abſtineant, & communibus antidotis ſæpius relatis in eius locum vtantur. G

Apes aũt veſpæ & crabrones aculeo pungunt, qui ictus licet non ſit pernicioſus vt phalãgiorum, moleſtior tamen eſt multo q̃ plagæ magnitudini conueniat, [p] cum grauiorẽ dolorem excitet, & locũ rubrũ ac tumidum reddat: Apes aculeũ relinquunt, quod non faciunt veſpæ neque crabrones. Aduerſus apum ictũ vtendũ extrahẽtibus, vt ſtercore bubulo, ſucco fici & mori, ſed valent ẽt relaxantia, [q] ſicut & ad ictũ veſparum & crabronũ, vt malua illita, & farina hordeacea cum oleo, valent exſiccãtia, vt creta cimolia, vt perfuſio muriæ & aceti, [r] vtiliter aũt bibuntur tenera lauri folia ad ℥ ij. ex vino adſtringente. Dolor ſtatim ſedatur ſi illinantur muſcæ. H

Venena quæ cum plaga vel ſine hac naturæ noſtræ aduerſantur, qua ratione deprehẽdi poſſint vbi lateant, iam concepta a corpore noſtro, & quibus remedijs ſuperentur, ſpeciatim expoſuimus, neque refert ſi non omnia tractauimus, quandoquidem aduerſus ea quæ omiſimus, illis vti licebit remedijs, quibus communiter venenis occurritur. Ex his qui tota ſubſtantia nobiſcum pugnant, reſtat gallicus morbus quem proximo libro perſequemur.

a Dioſ. ibi.
b Dioſ. ibi.
c Aet. li. 13. c. 19.
d Gal. li. 11. ſimp.
e Cor. Cel. lib. 5. c. 27. & Dioſ. loco citato.
f Dioſ. ibi. & Aet. lib. 13. cap. 19.
g Aet. li. 13 c. 18.
h Gal. li. 3. de loc. affe. c. 6.
i Dioſ. lib. 6 c. 42.
k Dioſc. & Aet. ibid.
l Auic. li. 4. f. 6. t. 5. c. 6.
m Dioſ. & Aet. ibid.
n Cor. Cel. li. 5. c. 26. & Auic lib. 4 fen. 6. tr 5. cap. 9.
o Gal. li. de ther. ad Piſo c. 10.
p Auic. li. 4 fe 6. tr. 5. c. 14.
q Dioſ. lib. 6. c. 41.
r Auic. loco citato.

A

VIDI VIDII
DE CVRATIONE
GENERATIM
Partis Secundæ Liber Decimus:
Qui eſt de Morbo Gallico.

B *Morbi Gallici origo & hiſtoria.* *Cap. I.*



Arura rerum omnium quæ ſub luna ſunt,âſtra [a] ſuis motibus atque agitationibus ſequitur,a quorum lumine ac motu nanciſcitur vim ſuam omnẽ.Sol enim circa terram oriens atquę occideus,diem & noctem efficit ac temperat, infle xo autem curſu [b] tum ad ſeptentrionem, tum ad meridiem annum facit, & quatuor eius tempora,quorum ipſe dux eſt ac moderator. Luna conſequitur mẽſtruis ſpacijs curſus annuos ſolis,a quo colluſtratur,& accretione ac diminutione luminis menſem,perinde atque ipſe annum, regit ac temperat; Quæ effecta cum ſingulis annis,ſingulis menſibus, ſingulis diebus cernantur, nullam nobis admirationem mouẽt: omnia enim ſine dubitatione fatemur a cęlo proficiſci. Nemo miratur ſi dies calidior eſt,nox frigidior,ſi aliæ partes menſis humidæ ſunt & nebuloſæ,aliæ ſiccæ & ſerenæ. Si ex quatuor anni temporibus ver moderatum eſt,æſtas calida & ſicca,autumnus frigidus ſiccus & inæqualis, hyems frigida & humida. Miramur autem vel quæ raro accidunt, vt quod quatuor hæc tempora non retineant ſolitam temperationem, ſed potius in contrariam conuertantur, vel quæ nunquam perſpeximus aut audiuimus, veluti noua morborum genera. Mirari tamen deſinemus ſi cauſam inuenerimus: Quæ non poteſt niſi ad cęlũ referri,vnde inferiora hæc vim cuiuſcunque motus conſequuntur. Cauſari ergo oportet lumen & motum aſtrorum, non tantum ſolis ac lunæ a quibus vſitata & quotidiana illa euidenter omnium cõſenſu proficiſcuntur,ſed & quinque errantium ſtellarum quæ (vt eas omittam quæ certis infixæ ſedibus cum cæli motu congruunt) ſeruant errantes eoſdem curſus conſtantiſſime,diſparibus tamen inter ſe motibus. Ob harum ergo progreſſum,inſtitionem, acceſſum, receſſum, coniunctionem inter ſe & cum ſole & luna non ita frequentem,fiunt etiam non ita frequenter magnæ atque inſolitæ mutationes tempeſtatum,& in cõtrariam naturam vertitur aer,cuius immoderato [c] appulſu corpora noſtra de naturali ſtatu mutantur,& in uaria mala incidunt. Hinc naſcuntur in quibuſdam prouinciis noui morbi, quales ſunt peſtilentiæ tum ab Hippocrate [d] & veteribus deſcriptæ, tum a nobis aliquando perſpectæ: Qualis eſt Elephas morbus ignotus in Italia ante Pompeii Magni memoriam,quamuis in Ægypto prius eſſet, vt ex vi. libro Lucretij [e] colligitur: Qualis eſt impetigo illa ac mentagra quæ [f] Tiberio Cæſare Imperatore Romanos adeo fœde vexauit: Quales variolæ & morbilli ſunt, puſtulæ pueris fere omnibus cum vehementi febre ſuperuenientes, quas tractare primum Arabes medici cæperunt a Græcis omiſſas, quod (vt credibile eſt) tunc nõ eſſent: Qualis denique eſt Gallicus morbus quem nunc perſequi inſtituimus.

a Ariſtote. li. de cælo. & Ga. li. 3. de dieb. decret. c. 2.
b Gal. ibi.
c Hip. li. de aëre aquis & loc. c. 6. & Hipp. ac Gale. lib. 3. aphor. tex. com. 1.
d Hipp. & 3. 3. epid.
e Lucre. l. 6
f Plin. l. 26. c. 1.

C

D

Anno igitur a Chriſti Seruatoris noſtri ortu M C C C C X C I I I I. Carolus Galliarum Rex octauus,vt Neapolitanum Regnum expugnaret,exercitum fortiſſimum ſuperbiſſimo & delectu & duriſſima conquiſitione collectum,in Italiam conduxit,quo non tantum vrbe a depopulatus eſt,agros vaſtauit,exhauſit domos,ſed totam Italiam,& breui tempore Galliam, Hiſpaniam,Germaniam atque vniuerſam denique Europam contaminauit nouo ac fœdo morbi genere,quod in illum exercitum primo inuaſit,id Galli Neapolitanũ a prouincia, cæteræ nationes a gente a qua ipſum receperunt,Gallicum nominarunt:nonũlli citra huius clariſſimæ nationis iniuriam,quod ex complexu venereo contrahatur,luẽ veneream vocant. Nos quia Gallici nomen tritum eſt,& conſuetudine commendatur, iactaturq; in omni volumine iuniorum medicorum,ſub eo nomine habebimus.

Gallici ergo morbi hæc ratio eſt: viro qui cum muliere, & mulieri quæ cum viro ægrotante eiuſmodi malo concubuerit, paulo poſt vlcuſcula erodentia genitales partes occupant, aut vſitatis vlcerum remediis non cedentia, aut rurſus in proximis particulis renaſcentia; ſemen

aſſidue

assidue præter voluntatem effluit, superueniunt similiter in genitalibus verruculæ in summo E
asperæ vbi finduntur ac cruentantur, inguina intumescunt atque inflammantur, erumpũt per
vniuersum corpus, sed potissimum in capite, in facie, in ceruice, in scroto, in ano, pustulæ sor-
didæ, liuidæ, vtcunq; si exprimantur maxime fœtidum fundentes, vbi autem post lõgum tem-
pus aperiuntur, pustulosus locus vlceratus conspicitur valde sordidus, exesus, durus, liuidus,
aut subater: fiunt tubercula dura, quæ ob quandam similitudinem, gummi vulgo nominantur,
tardius autẽ maturescunt, & interea vitiant ossa subiecta in capite, in maxilla, in costis, in bra-
chiis, in cruribus, ita vt erodantur & in cariem incidãt. Destillat a capite pituita acris quæ lin
guam exulcerat, erodit gingiuas & vuam, corrumpit os palati, exest extremum nasi, & male vs
que adeo afficit partes vlceratas ad quas fertur, vt vndique exesæ decidant, excitatur dolor
intolerabilis in capite, cruribus, in brachiis qui hominem noctu maxime torquet, oriuntur
in palmis manuum ac plantis pedum impetigines feræ & callosæ cum rimis quibusdam, con-
trahuntur aut resoluuntur nerui, cadunt dentes, fluunt pili capitis, menti, palpebrarum, su-
perciliorum, deprauantur membra, deformantur, decolorantur, & fœtidæ fiunt partes prope
omnes, tabescit corpus totum, oritur febricula quæ nisi curetur, ægrotantem tot malis obrutũ
conficit. Importantur hæc, aut omnia, aut pleraque à morbo Gallico; singula autem si diligen
ter æstimentur, non noua, sed antiquissima fuisse & omnium seculorum reperiemus. Nam pu-
stulæ, vlcera praua, inflammationes inguinum, tumores duri, feræ impetigines, caries, seminis F
fluxus præter voluntatem, pilorum ac dentium lapsus, particularum interitus, & tandem om-
nia illa mala à veteribus medicis describuntur. Nulla tamen pestis, neq; ipse etiam elephas,
(quamuis ex pluribus constet, & huic similis sit) ex tot malis composita, aut legitur scripta a
veteribus medicis, aut perspecta est à nostris patribus aut auis ante dictum annũ 1494. adeo
vt Gallicus morbus nouus censeri debeat in omni memoria nostris regionibus inauditus, quẽ
vt ab aere vi astrorum affecto incepisse videtur verisimile, ita credibile est aliquando cessatu-
rum. Id vel ex eo comprobatur, quod indies lenior efficitur ac mitior, sed vt alias fuisse par est
supra memoriam auctorum quos legimus, ita aliquando renascetur instar aliarum rerum om-
nium, quæ postquam desierunt, rursus eædem genere reuertuntur, cum sidera confectis cursi-
bus ad idem caput se referunt. Huius igitur nouæ pestis inuestigare essentiam, causas, effecta
& differentias ante oportet, dein perpendere qua ratione in homine ægrotante recognoscan
tur & curentur; ordiemur ab essentia.

Quid sit morbus Gallicus. *Cap. II.*


Omnes qui ratione scribunt de Gallico morbo ponunt definitionẽ, qua quid sit ostẽ- G
dunt; quamuis autem ab aliis alio modo definiatur, conuenit tamen inter plerosq;
esse morbum multiplicem, immoderata temperatione, solutione vnitatis, & multi-
formi compositione præternaturam contentum, ortum a contage ob complexum
venereum in genitalibus, inde communicatum visceribus, & aliis partibus cum dolore intole
rabili. Hi ergo omnibus Gallici morbi definitionem, vel potius historiam conscribunt, neque
enim potest dici definitio, cum non sit explicatio breuis ostendens[a] quid sit, sed magis longa
enarratio eorum quę Gallicum morbũ consequi animaduertuntur. Vt enim hęc aut illa mala,
plura vel pauciora ab eo apportari quisque perspexit, ita in sua definitione posuit. At debet
vera definitio tantum constare ex genere[b] proximo ac propria differentia, & idcirco breuis
esse igenus, cum definiuntur accidentia, depromitur[c] a forma, differentia a subiecta materia.
Quod quidam probe intelligentes omittunt mala, quæ à Gallico morbo importãtur, & essen-
tiam duntaxat perpendentes, definiunt immoderatam quandam temperationem calidam &
siccam iecinoris & venarum, ex contagione ortam, monent tamen hanc differentiam (ex cõ-
tagione ortam) nõ esse necessariam, cum satis essentia explicetur, si generi adiiciatur vna dun
taxat differentia sumpta à subiecta materia, quam exprimunt cum dicunt (iecinoris & vena H
rum) in his enim versari hanc luem existimant, quod humores qui proprie afficiuntur gignan
tur in iecinore, & contineantur in venis: genus vero scribunt a se positum immoderatam tem
perationem calidam & siccã, quod viderint, vlcera, pustulas, feram impetiginem, duros tumo-
res, ossium cariem, partes exesas, dolorem, colorem subatrum eorum quæ ex ægrotantis cor-
pore acria detruduntur, & in summa quæcunque mala in morbo Gallico apparent exustionẽ
præseferre, & idcirco temperationem iecinoris & venarum immoderate calidam & siccam, a
qua exustio proficiscitur. Volunt autem immoderate calidam & siccam temperationem non
simpliciter, sed cum adiunctione (quandam) hoc est propriam & gradus nobis ignoti esse ge
nus proximum. Hæc definitio quoniam vna cum ratione inuenta est, mihi lõge magis arridet,
quam enarratio eorum, qui cum contineri morbum Gallicum multis morbis, causis & sympto
matibus credant, definire adeo multiplicem & compositam rem conantur. At non propterea
mihi probatur & differentia & genus, quæ ab aliis in definitione ponuntur, siquidem (iecino-
ris & venarum) quod ponitur tanquam differentia sumpta à subiecta materia, non comple-
ctitur

a Arist. 1. posteriorum tex. 43.
b Arist. 6. topic.
c Arist. 1. 7. diuinorum tex. 17.

A ctitur partes omnes in quibus versatur gallicus morbus, cum non solum humoribus & propterea iecinori ac venis inhæreat, sed etiam solidis partibus, quæ quamuis non æqualiter lædãtur omnes, lædũtur tamẽ & virus retinent, quod inficere humores potest alioquin bonos à iecinore & venis iam curatis acceptos. Genus, hoc est temperatio calida & sicca (quędã) seu ignoti gradus, non valet in omnibus, cum alij hac peste laborantes alia immoderata temperatione vexentur, & plerique potius calida & sicca; magisque affligantur qui natura sunt calidi & humidi, quam alii, magis item proficiant remedia siccantia quam madefacientia. Mala autem quæ ab exustione & idcirco ab exuperantia caloris & siccitatis emanare aiunt, multo magis referenda videntur ad putredinem, quæ vlcera sordida & fœtida reddit, & humores acriores simul & crassiores facit, ita vt erodant, & duras efficiant partes quas occupãt. Adde quod ea quæ putrescunt, paulatim vruntur, & quasdam vstionis notas præseferunt, vbi putruerint iam vsta sunt, ita vt exustionem antecedat putredo. Videtur ergo non solum gradus immoderatæ temperationis, sed species quoque ignota esse: nõ debet ergo referri Gallicus morbus ad exuperantiam huius vel illius elementi, sed ad totam substantiam, cum ex toto inimicus sit naturæ & substantiæ nostræ: si obiicias nihil [a] substantiæ contrarium esse, respondebimus non intelligi à Galeno & ab aliis medicis veram substãtiam, sed ita appellari certam rationem mixturæ quatuor elementorum, quæ si cum altera conferatur, aut similis est & amica, quemadmo- a Arist in l. præd. ca. de substantia.
B dum in alimẽtis, aut dissimilis & inimica, quemadmodum in venenis, vt in mortiferis poculis, in ictu ferarum, in aspiratione auerni, in aere pestilenti, in putredine ex contagione cõtracta, qualem proximis libris ostendimus inesse morbo gallico, ita vt tota substantia seu occulta quadam vi venenata nos lædat. Hoc genus ad quod referri debeat, cum re vera ignotum sit, non licet definitione explicare, sed aliquo pacto circumscribere gallicam luem, quam dicemus esse morbum tota substantia nobis inimicum ortum ex contage venerea: Raro autem oritur aliũde quam à complexu venereo, & vbi oriatur necesse est præcedat si nõ affecti hominis, saltem afficientis concubitus cum homine hoc morbo laborante: raro etiam nõ incipit a partibus genitalibus, vnde in omnes permanat: hinc tot mala apportat partim morbos, partim symptomata: morbi quoniam sunt effecta huius pestis, cum symptomatibus exponentur, vbi de causis egerimus à quibus oritur.

De causis morbi Gallici. *Cap. III.*

C PRima causa vnde ortus est & adhuc durat gallicus morbus, est diuinum illud quod Hippocrates [b] in morbis notauit, aer videlicet qui syderum vi quandam affectionẽ contrahit, ob quam in corpora nostra hanc pestem infert; sed causa quæ eundem nunc proxime efficit contagio est, quam in libro [c] de morborum differentijs & differentiarum causis triplicem esse declarauimus, vnam per contactum corporum, alteram per aerem medium, qui ab ægrotante vitiatus vicinos vitiat, tertiam per fomitem quendam, veluti per vestes quibus vsus est ægrotans, retinent enim vapores putres ac glutinosos ab ipso exhalantes, per quos interdum afficiunt illum à quo tractantur. Contagio gallici morbi nunquam visa est per medium aerem obesse vicinis, raro etiam per fomitem, sed fere semper communicatur per contactum, & proprie per complexum uenereum viris, mulieribus, pueris meretricio more vtentibus; omnes enim licet bene ualeant, afficiuntur ab illis cum quibus concumbunt siue maribus, siue fęminis hac peste ægrotantibus, quæ interdum etiam per solam osculationem & contrectationem imprimitur. O miseros illos, qui blanditiis uoluptatum deliniri & corrupti, quas molestias accepturi sint non prouident, fluit voluptas libidinosa & prima quoque auolat, sæpe autem tantas relinquit causas pęnitendi, quantas dari à morbo gallico monstrauimus, sed quod maxime miserandum est, nutrices & lactentes infantes cum hoc malo ten- b Hip. li. 1. prog. tex. 4. c Sup li. 4. de cur. gen. c. 4. par. 1.
D tantur mutuo se contaminant: sugunt ipsum infantes vna cum lacte; cõtra mammæ nutricum afficiuntur ab orę lactentis, qui vel ab altera nutrice vitiatus est, vel a semine & sanguine parentum corrupto. Omnibus ergo his modis obest contagio gallici morbi, sed plerunque concubitu ipso. Dicet fortasse aliquis, si hic morbus in Italia nouus est, quo pacto ille in ipsum incidit, qui alios primũ cõtaminauit? Testantur qui historiam conscribunt allatum fuisse ex Hispania, quo tempore Carolus Octauus Gallorum exercitum in Italiam transportauit, sed de eius origine in Hispania non conuenit inter omnes: plerique tamẽ ex insulis nuper in Oceano Hispanorum nauigatione repertis (ubi quasi scabies frequẽtissimus est) eo allatum fuisse per contagionem asseuerant: sed alij ortũ ibi esse ex morbo Elephante, quo grauiter oppressus Diues quidã Eques, care noctẽ emit sumptuosæ ac nobilis meretricis, quæ non multo post turpis auaritiæ pęnas dedit, contraxit enim virus illud & in gallicum conuertit, unde quę bene ualẽs & formosa erat, paucis diebus adeo corrupta & deformata fuit, ut nec talẽ pingere Poeta posset, si fictis conquisitisq; uitijs teterrimum monstrũ uellet inducere: quod tamen nõ ita subito accidit, ut non contaminauerit prius aliquot cum quibus concubuit, hi deinde in Italiam ad Neapolitanum Regnum defendendũ profecti, eã pestem apportarunt meretricibus, à quibus in Gallorũ exercitum post hæc illata est, hinc nomẽ inuenit morbus gallicus. Hoc an verũ sit,

an

an commentitium mihi non satis constat, verisimile tamen fit, quoniam ita natura comparati est, vt vnumquodque facile in id transeat cui congruit, [a] quod Aristoteles etiam testatur ; solent morbi in alias species conuerti non dissimiles, & non solum in illis hominibus quibus imperiuntur, sed (quod magis mirum videri debet) in eodem homine. Degenerat diaria febris in tertianam, hæc in quartanam, inflammatio in gangrænam, [b] erysipelas in scirrhum, hic, cum melancholicus est in cancrum, impetigo in scabiem, ita vt non mirum sit si elephas morbus in homine, cui contagio obfuit, conuersus fuerit in gallicum. Vtrouis modo in Hispaniam hic morbus irrepserit, ad diuinum illud ac putredinem quandam referri debet ipsius aeris, ob quē homines, & primo in hunc morbum incidunt, & per contagionem alios contaminant; Sed satis de causa effectrice. Materia subiecta morbo gallico est triplex, [c] illa substantia spirituum, humorum, & partium solidarum, ex qua corpus nostrum componitur : celerrime tamen concipitur huius veneni vis à spiritibus qui tenuissimi sunt, deinde ab humoribus, postremò à partibus solidis. Ergo siue genitalibus, siue mammis nutricis, siue ore lactentis accipiatur, imprimitur primo in spiritibus, tum in humoribus, postremo in substantia solida : ex spiritibus autem qui tenuiores sunt, ex humoribus qui minus crassi, ex partibus solidis quæ laxiores & minus densæ, vt facilius hoc vitium concipiunt, ita facilius etiam remittunt : Contra spiritus crassi, humores glutinosi, partes densæ, vt ægrius ipsum admittunt, ita diutius retinēt. Magis huic pesti exponitur ætas tenera quam robusta, sexus muliebris quam virilis, temperatio calida & humida, quam calida & sicca : eidem ex humoribus maxime opportunus est sanguis, tum pituita, quæ quia glutinosa est diutius illam retinet, postremo flaua & atra bilis, sed vt in quauis ætate ac temperatione, ita etiam in quouis humore imprimitur, neque audiendi sunt illi qui morbum gallicum in pituita, aut in atra bile duntaxat residere volūt, cum in omnibus versetur, & in eo præsertim quo maxime refertus est ægrotans. Quicunque autem vitietur, putrescit & tandem vritur, variasque corporis partes occupans excitat vlcera, pustulas, verrucas, impetigines, tumores duros, fluxum seminis præter voluntatem, erodit gingiuas, vuam, palatum, euellit radices pilorum ita vt fluant, dolorem affert intolerabilem, & omnia illa mala quæ gallicum morbum consequuntur, nullum enim est quod non oriatur à prauitate succorum. Nec est quod miremur, si qui nulla cautione adhibita vulgiuaga venere (vt vtar verbis Lucretij) non contaminantur, quamuis cum vitiatis concumbant, vel si illi qui viriantur, nec æque grauiter, nec iisdem partibus affliguntur, id enim euenit morbo gallico quod pestilentiæ, æque (licet aer pestilens sit communiter circumfusus) non cadit in omnes, neque quos prehendit æque grauiter, aut iisdem partibus tentat, sed aliqui aeris offensæ teneutuntur, & eorum qui in febres pestilentes incidunt aliqui leuius vexantur, aliqui grauius, tum alijs oriūtur pustulæ in vniuerso corpore, alijs tumores post aures aut sub alis, aut in inguinibus, alijs carbunculi hac aut illa parte corporis superueniunt, id quod habilitati corporum tribuendum est; quæ enim bene valent fere cuilibet iniuriæ obsistunt, quæ minus firma sunt, prehenduntur quidem morbis, sed leuitet affliguntur, quæ infirma facile in pestilentiam incidunt, & grauiora ac plura mala experiuntur : copia & prauitas succorum plurimum quoque confert ad pestem contrahendam, in partes etiam prout validiores sunt aut debiliores, ita magis aut minus mala inuadunt. Morbi gallici eadem ratio est, qui minus cadit in corpora quædam robusta, & ea in quæ cadit magis aut minus torquet, prout magis vel minus obnoxia sunt huic aut illi iniuriæ, veluti vlceribus, pustulis, inflammationibus, duris tumoribus, impetigini, fluxui seminis præter uoluntatem, dolori, lapsui pilorum : partes enim ægrotantis non æqualiter læduntur omnes, sed aliæ magis, aliæ minus, prout habiles fuerint ad effugiendam vel accipiendam iniuriam.

a Arist. 2. de ortu & interit. e deagere & pati. b Gal. 2. ad Glauc. c. 9.
c Gal. 1. de diff. feb. c. 1. & l. 11. meth. c. 1.
d Gal. lib. 1. de diff. feb. c. 4.

E F G

De symptomatibus morbi Gallici. Cap. IIII.

Sequuntur effecta, quę vt aliorum morborum ita etiam Gallici, vocantur symptomata, quædam ex his cum vitæ munera impediant, in morbis habentur, vt vlcera, pustulę, inflammationes, duri tumores, verrucę, impetigo, ossium caries, dentiū lapsus, febricula : eadem quatenus huic morbo superueniunt symptomata quoq; dici debent. Quæcunq; vero vitæ muneribus non officiunt, quamuis morbi speciem præseferant, tantū in symptomatibus numerāda sunt, & ad id genus [a] referenda, quod ea cōplectitur, quæ in ægrotante à naturali statu mutata sensui subijciuntur : nam sunt & alia duo [b] genera symptomatū, vnū quod consistit in actionibus læsis, & aliud quod pertinet ad ea quæ ab ægrotante cōtra naturam detinentur, aut detruduntur. Morbum autem gallicum tot symptomata sequuntur, vt nullum sit ex tribus generibus iam dictis, sub quo plura ex illis non comprehendantur. Veniant in medium primo ea quæ ad actiones læsas referuntur, euenit huic morbo quod febri, nā vt hæc [c] tenet vniuersum corpus, aliquas tamen magis tenet, aliquas minus affligit, ita ille versatur in partibus omnibus, aliquas tamen magis tenet, aliquas minus, earum quæ grauius ab ipso tentantur, grauius quoque actiones læduntur. Deprauatur omnibus naturalis actio alimentum concoquens, cum sanguis gignatur vitiosus, quo argumento mouentur, qui hunc

a Gal. li. de diff. sympt. c. 1.
e Gal. ibid. c. 2. & 3.
c Gal. li. de cur. per venæ sect. c. 5.

H

A hunc morbum in iecinore ac uenis ponunt: uitiantur pletisque partes genitales, cum semen præter uoluntatem fundant, laborent uerrucis, ulceribus, pustulis, ita ut non possint libere suũ munus exercere, quod euenit etiam membris uoluntario motui inseruientibus cum similiter laborant, distentis & erosis partibus sentientibus, omnes grauiori dolore torquentur, plerique etiam tristes sunt, morosi, iracunde respondent, & leui occasione perturbantur. Cor tamē quod ualidum sit, præter cæteras partes huic pesti diutissime obsistit, tardiusque offenditur uitalis actio, quam naturalis & animalis, tempore tamen ipsa quoque debilitatur, sed ubi eo peruentum est, necesse est langueant actiones omnes cuiuscunque partis. Alterum genus symptomatum pertinet ad ea, quæ à naturali statu mutata in ægrotante aut uno sensu, aut pluribus percipiuntur. Sub aspectum cadit color, qui & in toto corpore, & multo magis in partibus affectis, albidus, liuidus, aut subater conspicitur. Sub auditum uox rauca & præter consuetudinem parua, aut absona, quamuis hæc poni quoque possit in actionibus læsis. Sub olfactum intolerabilis fœditas odoris, qui partim ab his quæ æger excernit, partim ab vniuerso corpore expirat. Sub gustum sapor saliuę vel sudoris in os defluentis acris, salsus, amarus. Sub tactum asperitas, durities, inæqualitas frigoris & caloris. Pluribus sensibus percipiuntur, figura, magnitudo, numerus contra naturam cum non tantum aspectu, sed etiam tactu iudicentur, sicut & pili
B fluentes, quorum defectio cum non lædat actiones, non spectat ad morbum in numero immutato consistentem. In ijsdem duobus sensibus positum est iudicium deformitatis, cum partes macræ fiunt, aut obesæ magis quam conueniat. Tertium genus symptomatum refertur ad ea, quæ ab ægrotante retinentur aut detruduntur: mitto nunc mutationem eorum quæ naturaliter depelli solent, vt deiectionis, vrinæ, sudoris, effluunt quædam contra naturam, veluti multa saliua ex ore, & semen præter voluntatem. Complura ergo symptomata morbi gallici sub quouis trium generum comprehenduntur.

De differentijs morbi Gallici. Cap. V.



His ita constitutis de essentia, causis, ac symptomatibus, proximum est vt differentias persequamur, quibus distinguitur morbus gallicus. Nam species vna tantum est, comprehenditur autem sub genere eorum, quæ tota substantia nobis inimica sunt. Species ergo hæc non distribuitur in alias, sed singularia duntaxat complectitur, quamuis distinguatur omnibus illis differentijs, quas cadere in quamlibet morbi speciem monstrauimus, [a] præteribimus aduentitias, illas tantum persequemur quæ aliquo pacto pertinent ad essentiam mor-
C bi gallici, siue ducātur à subiecto, siue à modo, quo forma morbi in eo insedit, siue à consequentibus ipsam in subiecto, qualia sunt magnitudo, numerus, locus, modus, tempus, siue à causis, siue ab effectis. Subiectum quod à morbo gallico occupatur est corpus nostrum, quod varie distinguitur, nam aliud in mare est, aliud in fęmina, aliud in puero, aliud in iuuene aut sene, aliud in molli, aliud in robusto; multum autem ad curationem refert quale corpus tractetur: Varius item est modus, quo huiusmodi morbi forma versatur in corpore nostro, cum vel leuiter hæreat, & facile remoueri possit, vel penitus insederit, & ita stabilis ac fixa maneat, vt vix aut ne vix quidem possit auelli. At neque magnitudo gallici morbi eadem est, cum interdum magnus appareat, interdum paruus; neque numerus idem, nam licet nunquam simplex sit, sed semper multiplex, interdum minus compositus est, & pauciora ac leniora mala secum apportat, interdum magis, & plura affert ac grauiora. Locus in quo versatur est primo spiritus, deinde humor, postremo substantia solida partium nostrarum, quarum alias magis, alias minus offendit, siue præcipue sint, vt viscera, siue minus præstantes, vt genitalia, crura, brachia, facies, palatū, plurimum vero interest quas partes affligat; motus autem interdum celer est, interdum tardus, tum interdum assiduus, interdum per interualla. Quod spectat ad tempus, aut recens est
D morbus gallicus, aut vetustus, aut his interiectus & tanquam medius. A causis etiam depromuntur differentiæ, tum ab externis, vt quod contagio vel minima fuit & cum homine leuiter ægrotante, vel multa & cum laborante grauius, vnde maior vel minor morbus oritur; tum ab internis, vt quod humor qui hoc virus contraxit copiosus sit vel paucus, actis vel mitis, parum aut multum corruptus, crudus vel coctus, qualis enim fuerit, talia reddet mala quæ consequuntur. Suppeditant & ipsa symptomata nobis differentias, quæ si multa sint & grauissima, morbus est perniciosus, si grauia non tamen deterrima, grauis; si parua & leuia, mitis. Possent ab his locis plures aliæ duci differentiæ gallici morbi; sed hæ frequentiores sunt, & magis ad curationem conducunt.

[a] Vid. l. 4. de cur gen. c. 1 par. 1.

De recognoscendis in ægrotante rebus præter naturam ad gallicum morbum attinentibus. Cap. VI. E



QValia sint illa quæ contra naturam à morbo gallico apportantur, clarissime intelligi potest ex superioribus, sed quia ad curandum necesse est eadem in ægrotantib. agnoscere, qua ratione id fieri possit aperiemus. Agnoscũtur symptomata fere omnia sensu, neq. opus est notis à quib. pateſiant, nam genus illud quod cõsistit in his, quæ à naturali statu mutata in ægrotantib. vno aut pluribus sensibus docuimus comprehendi, vniuersum manifeste sub sensum cadit, vt color albidus, liuidus, subater, raucedo vocis, fœtor, sapor eorum quæ in lingua versantur, salsus aut acris, asperitas, durities, calor, frigus, pustulæ, tubercula, vlcera, impetigines, sensui euidentissima sunt; similiter quæ detruduntur aut prçter naturam, vt deiectio, vrina, sudor, omnia sensibus comprehenduntur, sicut & actiones læsæ partium externarum; illæ enim quæ pertinent ad internas mente duntaxat conijciuntur, potissimum ex effectis, vt concoctio iecinoris deprauata ex sanguine vitioso. Proxima causa hoc est contagio per complexum venereum, per os lactentis, per mammas nutricis, ipsa quoq. sub sensum cadũt, nam vbi constet laborare gallico morbo hominem, à quo quis contaminatur, contagio etiam sensui subiecta est, sed qm̃ præterijt, cum accersitur medicus refertur ab ægrotante F vel familiaribus: præsens tamen est humor corruptus, qui & effectus est gallici morbi, & causa malorum quæ in varijs partib. corporis fieri monstrauimus; hũc cum sensum lateat, colliges ex causis, vt ex cibis, ac potionibus, & vitio corporis à quo contractus est, tũ ex his quæ vel prosũt ipsum educendo ac temperando, vel obsunt eundẽ contrahendo atq. acriorẽ reddẽdo; postremo ex effectis, vt ex vlceribus, pustulis, tuberculis, impetigine, dolore, fluxu seminis, dentium aut pilorum lapsu, & tandem ex malis omnibus quæ proficisci ab hac peste demonstrauimus.[a]

a In hoc li. c. 4.
b In hoc li. c. 2.
c In hoc li. c. 3.

Superest morbus ipse gallicus, qui (vt ante [b] docuimus) non refertur ad huius vel illius elementi exuperantiam, sed ad certam proportionem veneni modo tota substantia nobis inimicam, fugit autem sensum, ita vt mente comprehendendus sit: signa à quibus indicatur, depromuntur à causis, ab his quæ prosunt aut obsunt, ab effectis: causa est ipsa [c] contagio cum homine hoc vitio laborante, siue mare, siue fœmina. Monstrat hæc vbi antegressa est ægrotantem morbo gallico teneri, præsertim vbi maxime idoneus sit qui contaminetur, veluti puer, aut mulier, aut vir mollior, atque ipsa diuturnior ac frequentior extiterit, & cum homine grauiter admodum affecto. Idem monstrant tam quæ prosunt, vbi validissima sint, vel tota substantia huic pesti aduersentur, (neque enim sufficiunt ea quæ alijs pustulis, vlceribus, tuberculis, doloribus mederi solent,) quam quæ obsunt putredinem acrimoniam augendo, maxime autem noxius est concubitus etiam cum homine bene valente, post quem sæpe videmus hanc pestem recrudescere, quoniam venere non tantum genitales partes, quæ primo vitiatæ fuerunt, sed G cæteræ quoq; agitantur atq; incalescunt, vnde succi iam corrupti deteriores redduntur, & magis acres, ac magis habiles ad lædendum. Ex effectis tandem colligitur gallicus morbus, sunt hæc symptomata quæ cõmemorauimus, veluti actiones læsæ non solum naturales, quod procreetur sanguis vitiosus, sed ẽt animales, quod deprauetur sensus in dolore, lædatur motus volũtarius, postremo etiam labefactatur vitalis, cum qua reliquæ omnes languent. Sub symptomatibus à quibus hæc pestis indicatur, sunt ẽt ea quæ vno vel pluribus sensibus percipiuntur, mutata in corpore ægrotantis, veluti color, vox, odor, sapor, asperitas, durities, pustulæ, vlcera, tumores, impetigo, defectio pilorum, deformitas ac fœtidas. Eodem spectat, & tertium genus symptomatum, quod consistit in his quæ detruduntur aliquo pacto à naturali statu mutatis, vt in deiectione, vrina, sudore, saliua, semine, omnia enim morbum gallicum indicant, non tamen proprie ac necessario, sed in morbis, cum non adsunt signa propria, à quibus omnino indicentur,

d Gal. li. 4. acutorum com. 4.

(παθογνωμονικὰ [d] Græce nominantur,) vtimur communium frequentia, ex quibus proprium elu- ceat, id quod obseruandum quoque est in morbo gallico, vtendum enim est plurium concursu, H repetemus ex his quæ retulimus, ea quæ maxime propria sunt: dant morbi gallici firmissimum testimoniũ, primo causa proxima, vt concubitus cum homine hoc vitio laborante, deinde quæ prosunt tota substãtia & proprietate quadam, magis quã qualitate manifesta, postremo inter effecta dolor acerbissimus noctu maxime hominẽ affligens, in capite, in scapulis, in brachiis, in crurib. non in articulis, sed magis in spacio qđ inter ipsos est, tum vox rauca & absona, vlcera quæ nascuntur primo in genitalibus, deinde in aliis partibus, dura, callosa, exedentia, inæqualia, fœda, pustulæ duræ, ac subatræ, vel liuidæ, in genitalibus, in ano, in capite, in facie & multis aliis partibus corporis, inflammationes inguinum, duri tumores in variis locis, qui tardius maturantur, & in subiecta ossa cariem inferunt, impetigines in palmis manuum ac plantis pedum callosæ, cum rimis quibusdam, pili in capite, mento, palpebris, superciliis fluentes (solent autem hi cum morbo gallico vitam eorum detegere, qui castitatem, continentiam, religionem professi quotidie cum scortis uolutantur,) ea quæ detruduntur vstionem, putredinem, acrimoniam, fçtorem præ se ferentia, ex quibus maxime fidem huius vitii facit multitudo saliuæ, & se-

men

A men linidum atque acre præter voluntatem effluens. Differentiæ morbi gallici, quas [a] commemoraui, partim ratione percipiuntur, partim sub sensum caduut, primo enim quæ sumuntur à subiecto, hoc est à corpore & ægrotante, & proprie ab ætate, sexu, & natura ipsius, sensui subijciuntur, à modo autem quo morbi forma ipsum occupat, seu leuiter hæreat, seu fixa sit ac stabilis, duci monstrauimus similes differentias, quæ ratione conijcientur, vel ex causa quæ parua ac breuis fuit, aut magna & diuturna, vel ex remedijs idoneijs aut alienis, quæ parunt vel multum proficiunt aut nocent, vel ex effectis grauibus aut leuibus, maiora enim monstrant confirmatum, minora adhuc leuiter hærentem. Ex differentijs quæ depromuntur à consequentibus formam in subiecto, primæ sunt quæ ad magnitudinem pertinent, monstratur morbus gallicus magnus à signis omnibus illis cum magna sunt, paruus cum parua. Differentiæ spectantes ad numerum, vt quod morbus gallicus magis vel minus compositus sit, ex malis pluribus vel paucioribus superuenientibus colliguntur. Quæ dicuntur à loco, vt quod occupent has vel illas partes, sensu percipiuntur, sicut & illæ quas suppeditat motus, vt quod celer sie vel tardus, continuus vel intermittens, & quas tempus, vt quod recens aut vetustus, quod incipiat, augeatur, vigeat, remittatur, nisi dicas hæc ex effectis collig, hoc est ex malis consequentibus, quæ incipiant, crescant, vigeant, inclinent; illæ autem differentiæ, quas nobis causæ præbent, vt quod morbus mitis sit vel asper, quod item crudus vel coctus, ex similitudine causæ hoc est humoris B peccantis deprehendi possunt. Quæ vero petuntur ab effectis, vt quod morbus perniciosus sit vel salubris, ab ijsdem etiam demonstrantur, symptomata enim leuia & pauca salutem, magna & multa perniciem demonstrant.

a Sup. i hoc li. c. 5.

Prognosticum in morbo gallico. *Cap.* *VII.*

PErspectis malis quibus tenetur ægrotans, prius quam ad curationem veniatur, prænoscere futura oportet, vt adhibeatur siqua adhiberi cautio potest, & retineatur dignitas artis: tria [b] autem potissimum sunt quæ præsagire conuenit, qui futurus sie exitus, quo tempore, & qua via. In morbo igitur gallico expectari exitus triplex potest, quod vel sanetur, vel ad perniciem procedat, vel neq. curationem recipiat, neq. tantus videatur vt vitam queat euertere, sed mansurus sit vsq. ad mortis diem; at quod sanabilis sit non conuenit inter omnes; credunt pleriq. eum, quem semel hæc pestis attigit, nunquam restitui in antiquum statum, sed si quando liberatus videatur, rursus hac aut illa parte grauius tentari, q C fortasse verum fuit memoria patrum cum incepit, adeo. n. grauis erat, vt vel iugularet quos inuadebat, vel certe nullis auxilijs vinceretur, processu temporis euasit mitior, & inuēta sunt auxilia præstantissima, ita vt homo liberari ex toto possit, & prorsus in pristinum statum reuerti; ob easdem causas nunc raro exitialis est, cum primis illis temporibus sæpe hominem tolleret, maxima tamen ex parte vbi insedit non sanatur ex toto, sed leuatur aliquantum, & (vt vulgo dicunt) magis inducias facit, quam pacem, quemadmodum leones ac tigres qui quamuis mansuefacti videantur, feritatem atq. agrestem immanitatem nunquam ex toto exuunt, sed tunc cum minime expectaueris, maxime impetum faciunt, atq. insultant in eos à quib. aluntur, idem accidit morbo gallico, cui nunquam habenda fides est. Triplex ergo cum expectari exitus possit, qui magis expectandus sit, tenebit quicunq. teneat eius causas, quæ sunt robur [c] naturę vnà cum auxilijs artis, & robur morbi atq. aliorum simul, quæ contra naturā sunt: has causas si quis non cernat, notas saltem ipsarum cernet. Ergo si morbus videatur à natura superari sequetur sanitas, si naturæ vis minor appareat, interitus, sed si vis vnius non superet vim alterius, neq. interibit homo pp hunc morbum, neq. sanabitur, verum quamdiu viuet eo laborabit. At cum lateat robur tam naturæ quam morbi, conijci debet ex notis, quas depromemus à causis, ab his D quæ prosunt aut obsunt, ab effectis. Robur naturæ (vt ab hoc ordiamur) colligitur ex ætate firma, tēperatione moderata, salubri gñe victus, tanq̄ ex causis; deinde ex his quæ multum prosiciunt si parum proficere soleant, & ex his quæ parū obsunt, si multū obesse consueuerunt; postremo ex effectis, vt ex actionibus, ex affectibus, & qualitatib. corporis, ex his quæ detruduntur ac retinentur, si parū à naturali statu recedant; mulieres q̄uis alioquin viris imbecilliores sint, si menstrua respondeant, facilius liberantur vt ab alijs morbis, ita ēt à gallico; intelligitur robur morbi similiter ex causis, vt ex contagione diuturna cū homine grauiter ægrotante, ex natura illius qui curatur idonea, quæ maxime contaminetur, ex multitudine & prauitate humorum, tum ex his quæ parum vel nihil proficiunt, cum plurimum proficere soleant, & ex his quæ multum lædunt, quamuis parum consueuerint obesse. Ex effectis denique, hoc est ex symptomatibus superius propositis, quæ quanto plura & grauiora fuerint, tanto maius demonstrant morbi robur, in horum numero sunt mala illa, quæ hanc pestem consequuntur, pustulę, vlcera, tumores, impetigo, febricula, ossium caries, quæ cum plurima & valida sunt, morbi robur magnum denunciant; ad quod significandum plurimum etiam valent eius differentiæ, quas [d] supra recensuimus, robustior. n. est qui plures partes quam qui pauciores, qui præcipuas quā qui ignobiles occupat, diuturnus quam recens, magnus quam paruus, in corpore imbecillo quā in

b Ga l. 4. de præsag. ex puls. c. 11.

c Ga ibi & l. de const. art. c. 18.

d In hoc li. c. 5.

robusto;quod si hæc ex quibus naturæ vel morbi robur colligitur,non tanta sint vt alterum ab E
altero superandum esse denuncient,nec mortis periculum timendum erit, neque speranda sa-
lus;sed prædicendum malum constanter in eodem statu permansurum, aut non multum muta
tum iri,cum penitus insideat inclusum in viscetibus ac venis,aut etiam solidarum partium ha-
bitum opprimat. De tempore autem scire licet, ægrum diutius esse laboraturum, neque.n.est
morbus gallicus ex numero eorum,qui vel cito tollunt hominem,vel cito finiuntur,itaque siue
salus sequi debeat,siue interitus, non nisi post multum tempus expectabitur, citius tamen aut
tardius, prout vincens siue natura siue morbus multo vel paulo validius erit eo, cum quo cer-
tat, causa enim effectrix quanto validior est, tanto celerius suum munus exequitur. Via salutis
est,vt morbus partim à natura,partim ab arte superetur,à natura quidem concoquente ac de
pellente,ab arte similiter temperante vel detrahenre eiusmodi prauitatem:via interitus est, vt
lædantur partes præcipue ad vitam maxime necessariæ,conuellanturque vires, & homo multi
tudine malorum conficiatur.

De morbo gallico deuitando. *Cap. IX.*


Vm de morbo gallico & absolute, & in ægrotante cognoscendo dilucide & abun-
danter dixerimus,ad curationem pergemus,si ante qua ratione deuitari possit do- F
cuerimus,præstat.n.malum præcauere quam sanare, sicut iniuriam non accipere q̃
vlcisci.Duplex autem via est,qua defendi possumus vt à telis,ita etiam à morbis,vi
tamus illa vno modo,cum non conferimus manum, non committimus prælium cum aliquo, nõ
descendimus in aciem,altero cum galea tegimur,cum defendimur lorica,cum munimur scuto,
ille tutior est,hic magis periculo subijcitur,his duob. modis declinamus etiã morbos, nam aut
propulsamus causas à quibus fieri solent, aut reddimus corpus minus proclive ad ipsos acci-
piendos,vterq.commodus est,tutior tamen declinatio à causis, quarum interdum tãta vis est,
vt corpora etiam valentiora de sanitate deturbent.Cum vagatur pestilentia,satius est pestilẽ-
tem aerem,& contagionem fugere,q̃ corpus ita firmare, vt valde eiusmodi causis renitatur, &
iniuriæ minus sit opportunum,q̃q̃ hæc via sæpe plurimum proficit,nam multos pestilentẽ aerẽ
a Gal. l.1. de differ. feb. c.4. prouidentes defendit idoneus corporis apparatus,quicunq.n. detracta nimia [a] copia, & emẽ-
data prauitate succorum,cauisq.apertis vt naturaliter conuenit,vsi sunt cibis,& potionib.bo-
ni succi,ac putredini minime obnoxijs,integri atq.incolumes sunt seruati.Eadẽ ratio est mor-
bi gallici, cuius causam fugere tutius est, quam corpus quomodouis paratum ac munitum illi
committere;causam esse diximus contagionem,quã effugere nullo modo possunt infantes,qui
vel ex contaminatis parentib.procreantur,vel vitiatum lac sugunt,quamquam hoc pręcauere G
possumus delectu nutricis,de cuius sanitate exploratum nobis sit,sed quæ talis est pertimesce-
re debet os lactentis hoc vitio laborantis,nisi paupertate cogatur cum euidenti periculo quę-
stum facere;complexus venereus videtur non posse declinari,cum maxime naturalis sit,& cõ-
munis animantium omnium coniunctionis appetitus causa procreandi, à qua oritur in mare
& fęmina commiscendorum corporum mira libido, quæ concubitu expletur. Lex tamen lata
est de coniugio,quam si vir & vxor caste seruauerint,tuto restinguent cupiditatis ardorem,ue
que cum adulteris concumbent hac peste laborantibus;sæpe autem & hi, & qui coniugati nõ
sunt,adeo se tradunt libidinib.constringendos,vt cupiditate inexplebili furentes cum impetu
ferantur ad venerem,non intuentes,cum quibus rem habeant,cum contaminatis.n.pariter ac
cum integris volutantur,quo fit vt voluptatem,q̃ maxime sequuntur,minime consequantur,in
cidunt.n.in hanc pestem fere perpetuam,& quod delectat quamuis perniciosum sit,ab errore
mentis tanq̃ salutare aliquid adsciscitur.Quicunq.tamen cautiores sunt, diligenter conquirũt
bene ualentem meretricem,quæ cautio non semper sufficit, cum sæpe quæ uidentur beneuale
re,miserabiliter torqueantur hac peste,q̃ multis simulationum inuolucris quæstus causa tegen
tes,quasi personatæ in sua scena spectantur,in qua reb. fictis & adumbratis plurimum loci est,
atq.hoc pacto fallunt eos,quos complectuntur atq.osculantur,hi autem uoluptatẽ capiunt ma H
b Plato in Philebo. lorum escam,nam sic diuinè appellata est à Platone,[b] quod ea ut hamo pisces capiantur,neq.
prouideamus quas molestias,quæ damna excepturi simus. Verum enimuero nõ propterea lau
dari incuria debet,quod parum uideatur sufficere diligentia, imò percautus & diligens tenendus
est meretricum delectus,neq.ad complexũ cuiuslibet ueniendum,sed illius tantum quæ nullis
huiusmodi maculis notata,mũdo corpore,elota,minus suspecta uideatur:ubi talem quis dele-
gerit,tanto tutior erit,quanto minus cum ea uersabitur,illa.n.minus maculas inuret, cum qua
minima fuerit contagio.Luxuria uero diffluere,ut turpe est,ita & periculosum:ubi iam restin-
ctus est ardor,si quod ex gallico morbo conceptũ uirus est,existimãt aliqui elui posse, & idcirco p̃-
cipiunt ut statim genitale abluatur aqua,uino,aut aceto,utilius aũt est lixiuium calidũ abũde
dilutũ, ut detergatur atq.euocetur, quicquid in superficie uitij est,neq. permanare per uenas possit
ad uiscera. Aqua uero,uinũ, & acetũ licet eluere possint, & putredini obsistere,reprimunt tñ,
& ad interna cõpellunt ipsum uirus, quod extrinsecus pulsum suapte ui & natura mouet, & in in-
ternas ac præstantissimas partes inuadit. Hoc pacto igitur causa hoc est contagio deuitatur,
quam

A quam pertimeſcere etiam illi debent, qui aliquando contaminati, in priſtinum ſtatum viden-
tur reſtituti; neque enim euenit his, quod illis qui variolas ſemel ſunt experti, nunquam enim
amplius tentantur eiuſmodi puſtulis, neq; ſimili contagione afficiuntur. Qui ſemel liberati ſūt
a morbo gallico effugere contagionem debent, ne in eundem rurſus incidant, quanquā minus
contaminantur, & contaminati minus affliguntur, quod remedijs quæ huic peſti aduerſantur
non ſolum ſanati ſint, ſed contra ipſam etiam redditi firmiores. Reſtat altera ratio declinandi
gallicum morbum, quæ ſpectat ad confirmandum corpus, & propenſionem illam coercēdam,
cum homines humidi, molles, multis aut prauis ſuccis referti ad hanc peſtem propenſiores eſ-
ſe videantur, ſi victu ſicciore, ſi exercitatione firmentur & robuſti fiant, ſi detrahatur multitu-
do, emendetur prauitas humorum, minus a contagione læduntur: eſt tamen in genitalibus te-
nerum quoddam, ac molle, quod vbi veneris agitatione incaleſcit, contractu huius vitij quaſi
tempeſtate quatitur, vixq; ſeruari integrum poteſt: quare (vt in pauca conferam) vna tantum
reſtat cautio, vt deuitetur contagio hominum hoc vitio laborantium.

De curatione morbi gallici in vniuerſum. Cap. IX.

B HAc hominem iam in morbo gallico eſſe, ita vt non defendi debeat, ſed liberari ab
his, a quibus contra naturā tenetur, vt a cauſa, a morbo, a ſymptomate. Cauſa hoc
eſt cōtagio iā præterijt nā humores in corpore corrupti [a] non ſunt cā huius peſtis, [a In hoc li. cap. 3.]
ſed malorū quæ ipſam conſequuntur, excitāt enim vlcera, puſtulas, tumores duros,
impetigines, & alia mala ſuperius enarrata, quæ cum ſint effecta & ſymptomata a nobis propo
nentur curanda, vbi morbi a quo proficiſcuntur curationem abſoluerimus, ad quam nunc per-
gimus. Eſt igitur propoſitus morbus ex numero eorum, qui tota ſubſtantia nobis aduerſantur,
quemadmodum venena, eandemque curationem poſtulat quam virus, quod per morſum inſe-
ritur, prohibere enim primo oportet ne vlterius ſerpat, deinde quod iam conceptum eſt, aufer
re: ne ſerpat vlterius, alligatur, vritur, aut præciditur pars icta, nam ſi latius fundatur, interitum
afferet. Virus morbi gallici cum non ita exitiale ſit, non requirit ſectionem aut exuſtionem ge-
nitalis, niſi cum iam corrumpitur & putreſcit, at neq; vinculum, cum nequeat præſertim in fœ-
minis tanquam digitus, pes, manus, brachium, crus, commode vinciri, prohibebitur tamen ne
illud per venas permeet ad viſcera, ſi ſtatim genitale abluatur liquore, non quidem repellen-
te, ſed extrahente, ſiccante, ac detergente, cuiuſmodi eſt lixiuiū, quod ſupra cōmemorauimus,
C cuiuſmodi etiam eſt aqua, in qua bullierit radix ariſtolochiæ, iridis, aut gentianæ, anethum, fœ-
niculus, cinnamomum, zinziber. His ſi abluatur genitale, interdum delebitur, ſiquam maculam
conceperit, præſertim ſi non valde inuſta ſit, & idcirco ſtatim a concubitu ablui dēt, nam poſt-
quam impreſſa eſt, parum proficiūt hæc remedia, ſed neceſſaria ſunt eadem duo opera quæ in
curatione cuiuslibet veneni requiruntur, vnum vt corrigatur qualitas praua, alterum vt detra-
hatur materia in qua reſidet: corrigitur prauitas partim à calore naturali cōcoquente, partim
medicamentis, quæ tota ſubſtantia illi aduerſantur, mediaq. ſunt inter venena & naturam no-
ſtram (ἀλεξιτήρια [b] Græce nominantur) quorū alia contra omnia venena valent, alia contra cer [b Gale. l. 5. ſimpl. c. 18.]
ta, vt proximis libris oſtendimus. At proſunt ēt quæ lenia ſunt, remittunt. n. prauitatem, ita vt
proceſſu temporis tota finiatur, modo non tanta ſit, vt corrumpat quæcunq. dantur quantūuis
lenia. Extrahitur prauitas detracta materia corrupta, educitur. n. vitium vna cum materia, qđ
euenit etiā vbi humor non occulta, ſed euidenti qualitate peccat, nam vel manens in corpore
mutatur, vel vna cum ſuperante qualitate detrahitur: detractio duplex eſſe pōt, vna manifeſta
cum humores effunduntur, altera obſcura cum in vapores conuerſi diſſipantur: Sed quia conci
pitur hoc virus non tantum in humoribus, verum & in partib. ſolidis, & in ſpiritibus quoque,
D vbi corrigantur humores ac ſolidæ partes, vitioſis ſpiritibus abſumptis facile alij recreantur
boni: partes ſolidæ vbi vitiatę ſint, ſanantur lenientibus quidem paulatim, ſed breui his, quę to
ta ſubſtantia pugnant, vbi prauos ſuccos ademeris, non difficile eſt hac via virus ex ſolidis par
tibus euellere. Duo igitur ſunt opera, quibus præcipue tollitur morbus gallicus, mutatio quali
tatis, & detractio materiæ. Inſtrumenta quædam vtrunq. opus, quædam alterum efficiunt, qua
litatem emendant ea, quæ tota ſubā venenis omnib. aduerſantur, vt antidoti theriacæ, mithri-
datum, gentiana, vel huic duntaxat vt guaiacum, ſalſa parilla, china, hydrargyros, cynnabaris,
quę longe efficaciora ſunt, vt paulo poſt patebit, cū eorum vnūquodq. ſigillatim perſequemur,
q̄q̄ ab ipſis non ſolum prauitas emendatur, ſed detrahitur etiam materia. Corrigitur item qua
litas ab his, quæ lenia ſunt, vt à cibis & potionibus boni ſucci. Detractio materiæ prauę vel ma
nifeſta eſt, vel obſcura, ad manifeſtam accōmodatur [c] venę ſectio, vbi redūdet prauus ſanguis, [c Gal. li. de pleni.]
pręſtat ſecare venā internā dextri cubiti, vel ſi hæc nō appareat, mediā aut externā, & copioſe
ipſū mittere, vt natura exonerata ꝙ reliquū eſt facilius ſuperet atq. expellat. Sed quia plerūq.
euenit vt in corpore offenſo praui ſucci ſint contracti, quēadmodū pituita, aut flaua, vel atra bi
lis, ſiue ſecēt vena, ſiue nō, neceſſaria eſt purgatio qua educant; purgatur pituita agarico, hiera
ex colocynthide, diaphœnicone, catapotijs cochijs; flaua bilis rhabarbaro, hiera ex ſcāmonio,

electuario rosato, seu etiam ex rosarum succo, catapotijs ex scammonio, aloe, ac rhabarbaro: B
atra bilis veratro nigro, confectione quæ inscribitur haniech, electuario indo, catapotijs quas indas vocant, siue de lapide lazuli, siue de fumo terræ. Illud tamen obliuisci non oportet, quod

a Gal. cum Hippo. l. 2. aph. 9. & l. 7. aph. 66.

vbi humor purgandus crassus sit, & glutinosus qualis est pituita, incidi a atque extenuari debet, vt sine difficultate purgetur, commode autem inuicem paratur ac purgatur, extenuabitur & incidetur oxymelle, aut liquore aliquo, ex his quos syrupos appellant, cuiusmodi est qui ex capno fit, tum qui ex betonica, ex stæchade, uel ex hyssopo, aut etiam eupatorio, cuius duæ unciæ miscentur cum uncijs quatuor aquæ, in qua bullierint herbæ extenuantes, ut stæchas, betonica, neperha, chamædrys, hyssopus, origanum, pulegium. Leniuntur acriores succi & biliosi syrupo ex cichorio, ex pomis, ex lupulis, aut ex succo uiolarum cum aqua, in qua decoxeris hordeum, uuas passas, glycyrrhizam, intybũ, endiuiam. Paratur uero crassus, terrenus, ac melãcholicus, ut facilius educatur, syrupo ex fumo terræ, ex pomis, ex succo borraginis seu buglossæ, ex lupulis, ex thymo, ex epithymo, cum aqua in qua bullierit fumus terræ, borrago, lupulus, scolopendrium.

Sudore etiam exhauritur totum corpus prauis succis refertum, euocatur hic, si & intus dentur & extrinsecus admoueantur, quæ relaxandi uim habent, ut aqua calida in qua bullierit ferrula campana, uel chamæmelum aut melilotum. Effunditur manifeste quibusdam humor ex inguine, ubi inflammatio suppurauit, & aperta est, hac enim uia adeo effluit, ut satis corpus exhauriatur & sanetur: obscure digeritur humor redundans in uapores conuersus per medicamenta digerentia, cuiusmodi sunt olea calidiora, aut aquæ nascentes sponte calidæ, habentes uim sulphuris, quas tamen nonnulli aiunt experimento comperisse, inimicas morbo gallico laborantibus; maxime autem accommodatur ad digerendum ratio uictus, in qua sit aer calidus & siccus, esca & potio pauca & sicca, uigilia diuturnior, motus multus ac uehemens, quo solo aliqui ab hac peste liberantur, modo prius purgati sint, nam ante si quis prauis succis redun- F

b Hipp. 5. 6 epide. text. 34.

dans exerceatur, ulcera erumpent, inquit Hippocrates: b animi perturbationes uitentur, quoniam reddunt succos acres, licet siccandi uim habeant. Ea quæ naturaliter etiam quotidie superant, ut deiectio, urina, sudor, large expellantur, sic enim quæ restant praua, paruo negocio digerentur, penitus abstineat homo à concubitu, ne partes genitales quæ primo contaminatæ fuerunt, eiusmodi agitatione exasperentur, resiliant ulcera, & morbus (ut sæpe uidemus) recrudescat. Hactenus de præsidijs, quæ omnes fatentur euidenti facultate morbo gallico mederi, pergamus ad ea, quæ occulta ui & tota substantia illi aduersantur, & primo ad guaiacum.

De Guaiaco. *Cap. X.* G

c Plato in Timæo.



Vre natura, quam Plato c nominauit artem & prouidentiam Dei, à Zenone dicitur consultrix & prouida opportunitatum vtilitatumque omnium; continet enim ac tuetur mundum vniuersum, neque tam fuit hominum generi infesta atq; inimica, vt cum dederit illi corpora infirma, & inter alias huic pesti obnoxia, rem nullã inuenerit salutarem. Sed multa prouidit adiumenta, præcipue lignum illud, quod (quia gallico morbo succurrit) sanctum nominatur, nascitur enim vbi ille est peruagatissimus in insulis intra oceanum, quo peruasit mira industria Hispanorum, qui contaminati eundem primo in Hispaniam, deinde in Italiam importarunt, vnde vagatus est in totam Europam. Vocatur hoc lignum in illis insulis Huiacum, in Hispania Guaiacum, siue Guaiacanum, magis tamen tritum est guaiacum, quo vocabulo nos vtemur. Est autem guaiacum arbor in syluis nascens sine cultura, ad fraxini proceritatem, folijs duris ac breuibus, non dissimilib. his, quæ habet arburus, floribus subflauis, fructu qui magnitudinem nucis iuglandis vel vt nonnulli scribunt, duorum lupinorum simul iunctorum æquat, flauo qui cortice inclusus est castaneæ modo, truncus ad hominis crassitudinem peruenit, obducitur autem vna cum ramis cortice partim cinereo, partim subuiridi, lignum externa parte pallidum est aut subflauum, veluti buxus, interna nigrum, & eo magis quo magis senuit, ita vt ebeni species videatur, cum nigredini accedat & densitas, H

d Arist. l. 4. meteor. cõ. 43.

& grauitas; neque enim enatat vt cætera ligna, sed descendit in aqua, quod Aristoteles d ait euenire ebeno duntaxat, à qua tamen differt, quod non splendeat tanta nigredine, quod eius scobes non tabescat in aqua, quod durius sit, ita vt vix secari possit, quod non ita facile incendatur, neq. vbi incenditur tantum afflet odorem, quod pingue quoddam in se contineat, ita vt dum comburitur veluti lachrymam fundat, quæ vbi refrixit concrescit & dura admodum redditur. Sunt qui guaiaci tres esse species existiment, in prima ponunt id, quod ualde crassum est, ualde graue ac durũ, excepta superficie pallida qua cingitur, nigrum fere totum; in secunda alterum quod minus crassum, minus graue ac densum, minus nigrum est, circundatur. n. interna pars nigra à multa pallida; in tertia aliud quod tenue est, minus graue, minus durum, tã interna quam externa parte albidum & subflauum, atq. hoc aiunt proprie lignum Sanctum appellari. Verum vna tñ est species guaiaci, quod si vnum differre ab altero videtur, humore, grauitate, colore, id tribuendum est ætati, aut regioni vbi nascitur, arbores quo magis ætate procedũt, eo magis nigram internã partem præferunt, quod intueri licet in Iuglãde, in Moro, in Anagyri;

quam-

A quamobrem guaiacum quoque quod prima ætate subflauum est, paulatim nigrescit, & vbi cō senuit, maxima ex parte nigrum se ostendit: plurimum etiam interest inter regionem & regionem, australis ad meridiem spectans appulsu solis magis exardescit, & idcirco guaiacum gignit magis durum ac nigrum, quam aquilonalis ad septentrionem vergens. Sed siue sub vna specie, siue sub pluribus comprehendatur guaiacum, triplex ad nos affertur, quale iam descripsimus. Cum eligendi optio soluta est, ita vt cuiuslibet copia sit, non permittitur medico vt ex tribus eligat quod velit, nam cum morbus grauissimus est in corpore duriore, oportet eligere validissimum, tale est tertium illud tenue, sine vlla nigritie, buxi modo pallidum, magis odoratum, magis acre & amarum, magis pingue, ita vt aquam in qua maceratur ac decoquitur crassiorem reddat: neque mirum est si plurimum valet, quoniam floret, & nondum ætate debilitatum est, sicuti quod valde nigrum & durum apparet. Quod ætate inter vtrunque medium est, mediam quoque facultatem obtinet, valetque vbi morbus mediocris sit, nam vbi leuis & in corpore molliore, conuenit quod ætate factum est imbecillius: idem seruari debet vbi datur cortex cum ligno, seligimus enim eum qui vel tener est, vel iam consenuit, vel his interiectus est & tanquam medius, prout valido, imbecillo, aut mediocri morbo medemur. Præstat siue lignum accipiatur, siue cortex, eligere quod affertur ex insula diui Ioannis, quæ magis temperato cœ-
B lo fruitur, quam quod ex Hispaniola, aut ex ea quæ beata, aut ex alia quæ S. Dominici nominatur. Quanquam apportatur etiam à Lusitanis ex Calicut, ex Taprobana & Iaua insulis conquisitissimum: vndecumque afferatur, magis valet quod recens est, & plus retinet naturalis humoris, reijci debet quod vetustum est, cum eius vis euanescat; vetustas enim omnia conficit & cōsumit, ex malis tamen eligere minus malum conuenit, & ex his ipsis excerpere, si quid insit boni. Vis qua guaiacum morbo gallico succurrit, partim ad exuperantiam elementorum manifestam referri debet, partim ad latentem quandam proportionem ac totam substantiam. Quod attinet ad elementorum exuperantiam, credunt aliqui eius temperationem esse moderatam, quoniam ad omnes morbos & omnia corpora accommodatur, sed decipiuntur cum non aptetur æque omnibus, ut paulo post docebimus, recedatque a moderatione, calidum enim & siccum est principio tertij gradus, id quod tum ex sapore colligitur amaro & subacri, tum ex effectis, quod manifeste calefaciat, & siccet corpora omnia, quibus datur, ob eandem temperationem liquat humores concretos, & cum sit tenuium partium, abundanter sudorem euocat, continet etiam in se resinam multam, qua putredini aduersatur, cuncta hæc referri ad lignum debēt, cortex enim minus calefacit, & propterea minus liquat concretos humores, sed siccius est constatque ex partibus tenuibus magis, vt cęteri cortices quam sua ligna: maxime autem apta
C tur ad corpora humidiora, minus tamen putredini obsistit, cum careat resina, quamobrem sumendus est non solus sed mixtus cum ligno. Propter has manifestas qualitates valet guaiacum contra morbos frigidos & humidos, contra putredinem, contra destillationem, & in vniuersum contra omnia mala, quæ oriuntur a copia humoris, aptatur & ob easdem morbo gallico, cum obsistat putredini, & humorem cum corrumpitur corrigat, cum corruptus est ablumat & detrahat, qui tamen magis prodest huic pesti quam cæteris, & quia idem quoque facit vbi illa non iungitur cum frigore immoderato, aut cum humore copioso, & quia denique nullum aliud eidem æque succurrit, quamuis similes qualitates habeat, veluti radix gentianæ, iridis, aristolochia, aromata complura, par est præter manifestas qualitates vim quandam in eo esse, quæ sic veluti antidotus tota substantia pugnans contra hoc venenum. Quare non mirum est, si in syluis vbi nascitur guaiacum, hic morbus quamuis peruagetur leuis sit, statim enim sanatur potu aquæ, in qua bullierit eius vel lignum vel radix adhuc recens, & ideo magis valens; non videtur ergo cunctandum profiteri hoc medicamentum gallico morbo, partim manifestis qualitatibus, partim tota substantia & occulta proprietate opponi. Cum datur guaiacum eædem animaduersiones, quæ in alijs instrumentis, necessariæ sunt; intueri enim primo oportet an conueniat, deinde quale, quantum, quo loco, quo tempore, quomodo, & quo ordine: prima animaduersio spectat ad requirentia, & tolerantia, conuenit enim quicquid requiritur & toleratur, cæ-
D teræ ad differentiam si non expedite, saltem implicite similem in requirente & tolerante, adhiberi enim debet quale, quantum, quo loco, quo tempore, quomodo, & quo ordine requiritur & toleratur, vt in vniuersum [a] demonstratum est qua de recto vsu instrumentorum. Eadem ratio nunc est guaiaci, quod similiter conuenit eum requiritur & toleratur, requiritur autem ab operibus necessarijs ad curandum morbum gallicum, quæ partim qualitate, partim tota substantia efficit, non tamen necessarium est, nisi cum leuiora remedia, vt ratio victus idonea, purgatio, sanguinis missio, sudoris euocatio, quæ tractauimus non sufficiunt, tunc ergo necesse est dare guaiacum, modo toleretur a rebus secundum naturam, contra naturam, & medijs, ex his quæ secundum naturam sunt, vires etiam debiles, modo non adeo langueant vt debeant refici, modo item non adhibeatur victus valde tenuis, facile guaiacum sustinent, sub quo confirmari magis videntur quam debilitari: temperatio corporis nulla fere ipsum reijcit, nisi quæ valde calida & sicca est, supersedendum enim eo est, dum vis caloris & siccitatis remittatur. Ex rebus contra naturam recusatur guaiacum a febre ardente aut hectica, periculum enim est ne febricitans compellatur in tabem, recusatur ab humoribus acribus, qui nimis ab ipso exasperantur,

[a] Vidus li. 14. de cur. gen. c. 5. p. 1

rantur,nisi prius reddantur leniores,recusatur à symptomatibus quibusdam,ut à vigilia,& do E
lore intolerabili, quibus subuenire oportet antequam sumatur. Ex medijs aer qui immodice
calidus sit,qualis est sub cane,in regione item calidissima, ac simili ipsius cœli constitutione,
potum ligni guaiaci recusat,cum facillime ignem igni addendo in febrem ac tandem in tabem
hominem compellat. Qualitas guaiaci partim spectat ad delectum, de quo iam locuti sumus,
partim ad apparatum,de quo nunc agendum est: acceptum est ab incolis earum insularum vn
de affertur, & iam longo vsu comprobatum à nostris, non deuorari ligni scobem aut corticis
fragmenta,sed dari porui aquam,in qua iacuerit ac bullierit. Redigitur ergo lignum in scobē,
& cortex diligenter conteritur, ad corpora humidiora tantundem accipiunt corticis quantū
ligni,ad alia & præsertim ad ea, quæ crassis & concretis succis redundant, accommodatur li-
gnum aut solum aut cum quarta vel quinta parte corticis. Ratio apparatus huiusmodi est,pri-
die quam incoquatur,lignum minutatim inciditur,& cortex accurate conteritur, libra vtrins-
que simul mixti demittitur in fictilem ollam nouam vitro illitam, in quam conijciuntur xij.li-
bræ aquæ:debet autem ollæ capacitas maior esse quam vt tota impleatur, ne cum postea bul-
lit superfluat;hæc vbi maceratum fuerit guaiacum per xxiiij.horas,admoueri ad ignem debet
super imposito operculo, quo assidue tegatur præterquam quando detrahitur spuma, quæ ser- F
uanda est ad siccandum ac detergendum vlcera & pustulas, leniter autem bulliat donec ter-
tia pars remaneat,quæ (olla ab igne remota) percolanda est, ac reponenda in vase vitreo,
ut pro medicamento bibatur, sicuti paulo post monstrabimus, cum agemus de modo.
Tum eidem guaiaco in eadem olla aliæ duodecim libræ aquę adijciantur, in quibus ite-
rum coquatur, dum consumatur dimidium aquæ, quod restat percoletur, & reponа-
tur in altero vase vitreo,vt deinde in prandio & cæna super cibum sorbeatur. Erit tamen hæc
quam illa prior aqua longe leuior,ac minus insuauis, & fortasse paulo debilior,si bulliat in du-
plici vase,pro olla enim accipitur vas vitreum cum operculo, quod vbi simul cum aqua guaia-
cum per 24.horas continuerit, demittitur in aliud vas æneum grande plenum aquæ, hæc cum
subiecto igne feruet, simul etiam bullit quæ in altero vase cum guaiaco continetur: seruatur
tam prima quam secunda aqua æstate tres dies, hyeme quatuor, ita vt æstate tertio, hyeme
quarto quoque die vtraque rursus paranda sit. Huiusmodi est communis guaiaci apparatus,va
riatur tamen,redditur enim potio maiori pondere guaiaci,& diuturniori coctura efficacior,mi
nori,& breuioris temporis debilior. Sunt qui pro aqua pura ius accipiant pulli gallinacei, in
quo guaiacum simul macerant,& incoquunt,vt magis succorum acrimoniam temperent, & ali
quid afferant alimenti,quod maxime expedit vbi cum virium imbecillitate succi fuerint acrio G
res. Alij & primariæ & secundariæ aquæ aliquid adijciunt vini flaui tenuis, ætate medij,vt cor
pus magis calefaciant ac siccent,concretos humores liquent,vires recreent,& potionem com
ponant,quæ prompte è visceribus attracta facile per vniuersum corpus feratur; accipiunt au-
tem quatuor partes aquæ & vnam vini,quanquam aliquando plus,aliquando minus huius ad-
miscent, prout magis vel minus eius facultatem desiderant, non tamen principio ipsum ad-
dunt,sed cum satis aqua bullierit,& remouetur ab igne adhuc feruens, nam sic satis miscetur
cum vino,& vim guaiaci contrahit, si vinum bulliret cum aqua, redderetur nimis amarum &
acre,nimisque corpus calefaceret ac siccaret. Potest etiam guaiaco, quam primum in scobem
redactum est,pro aqua superinfundi vinum calefactum,vel mustum tempore vindemiæ ex vuis
flauis statim expressum, & super infusum tres dies cooperto ore vasis contineri,deinde perco
latum seruari,vt in prandio & cœna bibatur aut merum, aut dilutum ex aqua, in qua iacuerit
aliquid ex scobe guaiaci. Non tamen temere vtēdum est vino, quod calidiori & sicciori corpo
ri inimicum est, præsertim si febris accesserit, vel in anni tempore ac regione calidiori guaia-
cum exhibeatur,maxime vero idoneum est, cum morbus iam inueterauit in corpore frigidiore
atque humidiore. Quicunque autem liquor accipiatur, siue aqua,siue ius pulli gallinacei, siue
vinum tam merum quam dilutum,superinfundendus est soli guaiaco,quod satis per se valet ad H
curandum gallicum morbum,quanquam alij cum eo miscent saccharum aut mel, alij aromata
& antidotos,alij herbas vel refrigerantes vel aptas certis partibus corporis,alij medicamenta
purgantia,quorum consilium nunc sigillatim æstimandum est, ac perpendendum. Præditum
est tam saccharum quam mel facultate detergendi, illud validiore, hoc imbecilliore, præter-
quam quod potum reddit suauiorem, quamobrem non errant, qui ipsum admiscent,quamuis
non sit necessarium, cum satisfaciat detergendi vis, quam guaiaco inesse indicat amaritudo,
eumque ea potio per se non multum insuauis sit, neque ab ipsa multi ægrotantes abhorreant.
Aromata vero & antidota a nonnullis adijciuntur, vt gallicum virus extinguant, & efficacio-
rem reddant vim guaiaci, quam tamen non satis sciunt an remittant, tutius ergo est solo vti
guaiaco, quod iam compertum cll satis morbo gallico mederi. Frigidiores herbæ vt lactuca,
lupulus,intyba,cicerbita,tunc vtiliter adijciuntur,cum morbo gallico accedit febris aut calor
immoderatus,vt temperetur ac remittatur guaiaci qualitas, & tutius sumi possit, alioquin su-
peruacuum est illas admiscere. Quæ autem maxime pertinēt ad certas partes,vt ad iecur agri
monia,ad lienem asplenum,ad caput betonica,chamæpytis atque iua ad iuncturas,iuiubæ,gly
cyrrhiza,passulæ, adianthum, ad pectus & pulmonem,non spectant communiter ad morbum
galli-

A gallicum,ſed tantum illi conueniunt, vbi copulatur cum ægritudinibus illarum partium, qui-
bus eiuſmodi herbæ potiſſimum ſuccurrunt. Poſtremo cathartica vt colocynthis, ſena, agari-
cum,epithymum,& aliæ eius generis quæ a quibuſdam vbi in aqua,à plerique vbi in vino gua
iacum coquitur,admiſceri ſolent, mihi non probantur, quod reuocent corruptos humores ad
internas partes,quos guaiacum mouet ad externas,tum ſudorem concitat,quem impedit pur
gatio;iure ergo illa reijciuntur a doctioribus. Si qui autem paucis diebus à gallico liberantur
potu vini,in quo cum guaiaco iacuerit aut bullierit magna copia catharticorum, id violentæ
purgationi acceptum referant,quæ ſine guaiaco idem præſtaret,niſi dicas hoc addito illam ma
gis copioſam ac faciliorem eſſe, quod ab ipſo incidentur atque extenuentur humores,qui ca-
thartica ducentia prompte ſequuntur; ſed ſatius eſt prius eos extenuare, ac purgare corpus,
deinde ſolo vti guaiaco,quod tota ſubſtantia morbo gallico aduerſetur,& large ſudorem mo-
ueat:hic apparatus quem deſcripſimus,vt requiritur, ita etiam toleratur. Quantitas potionis
non aptatur eadem omnibus,grandiores plus hauriunt,minores minus,eius enim quę loco me
dicamenti ſumitur,ſufficiunt his quatuor aut quinque vnciæ,illis octo, alijs qui inter vtroſque
ſunt,ſex aut ſeptem,alterius vero quæ in prandio & cæna bibitur;debent omnes tantum hau-
rire, quantum ſolent cum ſani ſunt, habita tamen ratione cibi,ſuper quem,cum exiguum ca-
B piant dum curantur,minus ſorbere potionis debent, quam ſi multum caperent: tanta igitur
eſt potio quæ requiritur,& ſuſtineri poteſt. Locus cui ſuccurrere oportet eſt corpus totum, cũ
totum à morbo gallico teneatur,ad omnes ergo partes pertinere guaiacum debet,id quod eue
nit cum bibitur,fertur enim ea potio per vniuerſum corpus, & omnibus partibus diſtribuitur,
proprie autem externas cum vlceratæ ſunt, illinimus ſpuma, quam dum guaiacum coquitur,
ſeruandam eſſe monſtrauimus,& abluimus vino,in quo id decoctum fuerit, quo vtiliter etiam
fouentur cum tument:huiuſmodi ergo eſt locus a quo requiritur & toleratur. Tempus quo ſu-
mi ea potio debet, eſt cum adeſt morbus gallicus adeo ferus, vt non cedat leuioribus auxilijs
ante enarratis,tunc enim requiritur; non tamen ſuſtineri poteſt,ſi vires nimis debiles fuerint,
niſi prius recreentur,ſi æſtus maximus, vnde magis eligimus ver aut autumnum, quam æſtatẽ,
hyeme autem periculum eſt,ne aſtrictis ſub frigore foraminibus cutis retineatur ſudor. Delige
re ergo vernum tempus expedit,aut autumnale, vitare hyemale,ſed multo magis æſtiuum,ne
ſi calori calor accedat,humores nimium efferueſcant. Non ſuſtinetur etiã guaiacum, cum mor
bus gallicus viget,vigentes enim [a] morbi ſub vehementioribus medicamentis nimium exaſpe a Hippo.2.
rantur, facilius ergo ſuſtinetur vel ante vel poſt vigorem, licet tunc etiam ſuperare morbum aph. 29.
poſſit:hora ſumendi vtramque potionem ex modo colligitur,ad quem tranſire nunc oportet.
C De modo conſueuerunt medici plerique priorem potionem,quę loco medicamenti accipitur,
ſic bis quotidie dare:ægrotans cum mane expergiſcitur ipſam calidam ſumit in lecto,vbi dein
de tegitur diligenter,& dormit ſi poteſt,poſtea ſi ſudat detergitur,ac ſurgit,in cubiculo inam-
bulat,quatuor horas à potione prandet,veſpere octo horas à prandio iterum in lecto eandem
potionem bibit calidam,& ſimiliter opertus dormit,ſudat, detergitur,ſurgit,ambulat,& poſt
quatuor horas cænat,tum cubat & dormit,poſtridie idem facit,& ita deinceps intra 40. dies;
eo tempore aſſidue degit in conclaui calido, quo frigidus aer aſpirare nullo pacto poſſit, in
prandio autem & cæna bibit ſecundariam illam potionem quam diximus, comedit panem ad
tres vel quatuor vncias,& ad totidẽ vuas paſſas,aut amygdalas, aut nucleos pineos:panis quẽ
comedit biſcoctus eſt,quo non ſolum alitur corpus, ſed exſiccatur etiam humor ſuperans. Si
quæras quo pacto homo aſſuetus multo cibo ſuſtineri tandiu poſſit adeo pauco, reſpondent
nonnulli ineſſe in potione guaiaci vim alendi,quibus non ſubſcribo,cum nec ſaporem,nec aliã
qualitatem præſeferat alimento conuenientem,ſed mihi magis veriſimile fit ægrotantes, cum
à guaiaco exſiccentur,reddi adeo denſos, vt quaſi ſenes parum a calore externo aut interno
diſſoluantur,& idcirco facilius inediam ferant quam ante. Quicquid eſt, conſtat pleriſque ex
his qui ita abſtinent,ſine magna virium iactura totum id tempus trahi, paucoſque eſſe quos in-
terea pleniori victu reficere oporteat. Hic eſt modus,quo medici communiter guaiacum dare
D potui ſolent,quem tamen non neceſſe eſt omnibus ſimiliter præſcribere, cum quidam ſanen-
tur intra pauciores dies plus cibi ſumentes, veſcentes pullis gallinaceis, aut auibus montanis
aſſatis,ex cubiculo aut etiam ex ædibus exeuntes, quæ perniciosa primis temporibus iudica-
bantur,ſed nunc morbus non ita eſt aſper,plerunque diligentia minori vincitur, & raro tantã
inediam poſtulat,aliqua tamen vti neceſſe eſt, ne guaiacum impediatur a multitudine ſucco-
rum,qui alioquin aſſidue gignerentur, ſed facilius poſſit eos,qui in corpore corrupti ſunt,ſupe
rare. Cauendum autem eſt à frigore,quod ſudorem erumpere non patitur,cauendum & à mu-
tatione ſubita, neque repente tranſeundum eſt à pleno victu ad tenuem, aut redeundum ab
hoc ad illum,ſed paulatim principio ſubtrahendus cibus eſt, & paulatim poſtea adijciendus,
cum hæc curatio finitur,recuſat enim [b] natura mutationes repentinas. Iam vero extenuati hu- b Hipp &
mores diuturna huiuſmodi potione,ſi qui reſtant in corpore vbi finita eſt,euocandi ſunt ad cu Gal. lib. 2.
tem,& ſudore educendi,quod in hunc modum fit. Homo nudus ſedet pannis vndique circun- acu.cõ. 32.
datus capite excepto,ſubijcitur ei candens lapis molaris,aut pyrites,vel later, reſpergiturque
aqua in qua guaiacũ fuerit decoctũ,vel vas æneũ ſubijcitur in quo ſit aqua feruens vino mixta,

in

in qua prius bullierint guaiacũ ac stirpes calidiores, vnde vapores admodũ calidi excitantur, E
quos excipiēs homo sudat, idque eodē modo fit aliquot diebus, vt quicquid in corpore relictũ
est extenuati humoris educatur. Ordo restat attendendus, vbi non guaiacum duntaxat, sed
alia quoque instrumenta requiruntur: necesse autem est ea primo adhibere, per quæ perfician
tur opera prima requisita, nam si ante reficere vires oporteat, tum purgare humores vitiosos,
deinde contra morbum gallicum pugnare, primo cibum dabimus ad vires recreandas, deinde
catharticum ad humores vitiosos detrahendos, postremo veniemus ad guaiacum, neque recurr
remur dum hoc bibitur, interposito certo dierum numero ad catharticum, & vicissim ad guaia
cum, tantum enim purgabimus ægrotantem exquisite, antequam sumere guaiacum incipiat,
nam dum hoc vtitur, si catharticum sumat, humores à cute reuocabit ad partes internas, & ve
in superioribus ostensum est per sudorem educi non permittet. Interea tamen si aluus astricta
sit, laxanda erit indito per clysterem liquore aliquo idoneo, veluti oleo ac mulsa, aut decocto
stirpium laxantium omnibus apertissimo,

De China. *Cap.* *XI.* F



AD guaiacum in gallico morbo curando proxima, sed longo interuallo proxima acce
dit china, seu echina seu cina, omnibus enim his modis appellatur radix, quam mer
catores à quibus affertur ex Calicut, & præcipue ex insula China nũcupata, colligi
dicunt in littore maris euulsam ex palude à fructibus marinis, & in littus eiectam,
est autem similis radici arundinis vel rhodiæ, intus alba extrinsecus subrufa, substantia fungi
non absimilis, deligitur quæ recentior est, magis densa ac grauis, & nondum cariem experta.
Vires eius experimento magis quam ratione inuestigari possunt, caret enim odore, caret
sapore, quanquam aqua, in qua decocta & macerata fuerit, refert colorem & saporem il-
lius, in qua hordeum nondum separatum a cortice iacuerit ac bullierit, id quod aliquam deter
gendi vim demonstrat. Vsu tamen compertum est chinam valere ad vrinam, sed multo magis
ad sudorem euocandum, ac propterea ad educendum succos superantes, & sanandos morbos
humidiores, vt vlcera, & quæcunque mala à destillatione, aut humorum multitudine oriuntur,
quod tribuendum est tenuitati partium, & temperationi, quæ videtur calida & sicca citra fi-
nem secundi gradus, adiuuat autem eos, qui morbo gallico tenentur, propter has manifestas
qualitates, quæ superantes humores exhauriunt, & putre illud virus absumunt. Volunt ta- G
men aliqui vt guaiaco, ita chinæ propriam & occultam vim inesse, qua morbo gallico tota sub-
stantia aduersetur, sed siue ob manifestam, siue ob occultam qualitatem, constat salutarem illi
esse, licet guaiaco longe minus efficacem. Rectus chinæ vsus idem fere est, quem diximus in
guaiaco, nam dari debet vbi requiratur & toleretur, at requiritur ab operibus necessarijs ad
curandum morbum gallicum, quæ sunt correctio prauitatis, & eductio materiæ uitiosæ, vtraq.
enim præstare potest, cum non solum per sudorem & vrinam eliciat superantes humores, sed
etiam qualitate tam manifesta quam latente remittat ac temperet prauitatem, verum cum mi
nus valida sit quam guaiacum, accommodatur magis ad corpora molliora, & ad morbos leuio
res, præterea cum minus calida sit & sicca, facilius toleratur a rebus secundum naturam, a con
trarijs, à medijs, repudiatur tamen à viribus admodum imbecillis, quod periculum sit ne cum
sudoris multitudine exhauriantur. Vbi statueris ipsam conuenire, respicere primo ad qualita-
tem debes, quæ consistit in delectu de quo supra loquuti sumus, & in apparatu, qui talis sit. In-
cidatur hæc radix transuersa in partes tenuissimas, quarum vncia conijciatur in ollam cui su-
perfundantur duæ aut tres libræ aquæ, sit autem olla adeo grandis, vt quarta pars restet ina-
nis, tectaque operculo teneatur super cinere calido xij. horas, deinde ad ignem admoueatur,
& paulatim bulliat, dum remaneat dimidium aquæ, quæ colata seruetur in alio vase pannis
inuoluto similiter super cinere calido medicamenti loco bibenda: eidem chinæ iam coctæ ite- H
rum adijciatur tantum aquæ, quãtum primo adiecimus, quæ similiter bulliat donec dimidium
absumatur, coleturque vt bibatur in cœna & prandio, debet autem quotidie eodem modo no
ua parari tam hyeme quam æstate. Hic modus qui à plerisque frequentatur, variandus aliquã
do est, reddendaque potio vel validior maiori chinę portione diutius decocta cum minori por
tione aquæ, vel imbecillior, minori portione chinæ, & maiori aquæ, ac breuiori coctura. Quan-
titas illius potionis, quæ loco medicamenti sumitur, sit a sex vncijs ad decem, alterius vero quę
in prandio & cœna bibitur, quanta potio tunc consueta, tanta enim requiritur ac toleratur,
Locus ad quem pertinere chinam oportet, est totum corpus, siquidem totum gallico morbo
laborat, & operibus eget à china perficiendis, quamobrem potui datur, sic enim distribuitur
omnibus partibus, si quæ autem vlceratæ sunt aut tument, vtiliter eadem aqua abluuntur & fo
uentur, opportune autem adhibetur, cum morbus gallicus adest, quocunque tempore, etiam si
vigeat, neque enim exasperatur a guaiaco, sed magis remittitur; vitandus tamen est aer frigi-
dus hyemis, ne erumpentem sudorem impediat. Modus quo china datur, fere idem est atque
ille quo sumitur guaiacum, primariam enim aquam medicamenti loco bibit æger mane cum

A excitatur, tum degit in lecto vestibus tectus, dormit, sudat, detergitur, surgit, inambulat, post quatuor horas prandet, & post alias octo iterum in lecto tantundem eiusdem potionis sorbet, & eadem facit, postea interpositis quatuor horis cœnat, cubat, idque obseruat intra 25. aut 30. dies. Quotidie autem in prandio & cœna vescitur, pane, pullis gallinaceis, auibus montanis, bibit secundariam aquam, aut vinum dilutum, interea manet in cubiculo, neque committit se aperto cœlo. Dicet fortasse quispiam ex eiusmodi apparatu colligi posse guaiaco validiorem esse chinam, non minus efficacem vt diximus, cum pro libra illius sumatur vncia huius, & curatio perficiatur 25. aut 30. diebus, non trahatur ad 40. homo pleniore victu vtatur, neque necessaria sit tanta inedia; cui respondebimus afferentes chinam esse validiorem ad mouendum sudorem, non tamen ad morbum gallicum extirpandum, præsertim si grauior sit, & in corpore diutiore, totum autem id quod china potest, paucioribus diebus, & modica portione præstat, etiam sine tenui victu. Ordo, cum plura necessaria sunt, vt cibus ad vires reficiendas, catharticum ad purgandos vitiosos succos, china ad remouendum gallicum virus, talis teneri debet, vt primo dentur illa per quæ perficiantur opera magis necessaria, recreabimus exempli gratia primum vires cibo, deinde catharticis purgabimus humores vitiosos, postremo china contra hanc pestem pugnabimus.

B

De salsa parilla & quibusdam alijs stirpibus gallico morbo succurrentibus. Cap. XII.

INter ea quæ morbum gallicum sanant, refertur & alia radix, quam Hispani, à quibus ad nos apportatur, seu salsam, seu spartam, seu zarzam parillam nominant; est autem breuior quam ut dodrantis longitudinem excedat, sed pollicis digiti crassitudinē æquat, valde geniculata, vna vero parte, quasi radix ebuli aut smilacis asperæ, multa profert, veluti sarmenta tenuia, extrinsecus subrussa, vel subatra, intus albida, flexibilia, adeo vt implicentur, & quamuis longa sint, redigantur in fasciculum, qui cubitum nō excedit. Præfertur quæ magis recens est, & minus arida; sed quam facultatem habeat, non facile intelliges ex sapore, aut ex odore, cum vtriusque expers sit, plurimum tamen (vt experimento compertum est) valet ad crassos succos extenuandos, & ad discutiendos duros rumores, quod tenuitati partium magis, quam calidæ temperationi tribuendum est: hoc euenit etiam asplenio, quod tumentem & durum lienem extenuat, quamuis neque amarum sit neque acre; eō nomine adiuuantur à salsa parilla qui tenentur lue gallica, præcipue cum redundant crassis, ac
C glutinosis succis, & duris tumoribus vexantur: quamuis aliqui credant ipsam proprietate quadam & tota substantia morbo gallico aduersari: verum non ita liberantur qui salsam parillam sumunt, vt qui guaiacum aut chinam, nisi post horum vsum detur ad discutiendum siquid restat humoris concreti, sic enim magis proficit quam si principio admoueatur. Ratio vtendi non dissimilis est illi, quæ in guaiaco, & china posita est, tantum pro vna libra guaiaci, aut pro vna vncia chinæ sumuntur quatuor vnciæ huius in parua frusta sectæ, sed eodem modo maceratur ac lignum in duodecim communis aquæ libris, bis coquitur, & primaria aqua medicamēti loco potatur, secundaria bibitur in cœna & prandio. Qui efficaciorem volunt hanc potionem reddere, frusta incisa vino flauo tenui, quale salernum describitur, prius macerata in olla cum aqua conijciunt. At reddetur etiamnum validior, si plus salsæ parillæ minus aquæ accipiatur, & diutius bulliat, coquitur autem æstate tertio, hyeme quarto quoque die, perseuerat homo in hac potione 25. dies, degens interea in conclaui calido, bis autem, mane scilicet & sero, pro medicamento singulis diebus primariam potionem haurit, & vtitur victu extenuante potius quam tenui.

Vtuntur in Africa pro guaiaco contra pestem hanc, ligno spinoso mediocriter crasso, subrubro, quod herechem vocant, laudant nonnulli iuniperum, buxum, quercum, ebenum, radicem
D arundinis, aut personatæ, sicuti & radicem smilacis asperæ, quam nihil ferme distare à salsa parilla arbitrantur, quibus adijciunt gentianam, aristolochiam, scorium, dictamnum aut aromata, sed parum proficiunt, cum qualitate manifesta duntaxat, non tota substantia vt guaiacum morbo gallico opponantur.

De hydrargyro. Cap. XIII.

VErum adeo fera interdum est pestis hæc, vt non rationi victus, non purgationi, non guaiaco, chinæ, aut salsæ parillæ concedat, sed obsistat incredibiles ciens cruciatus, vigilia, vlceribus, pustulis, duris tumoribus, impetigine, verrucis, ossium carie adeo vires conuellens, & hominem conficiens, vt illi satius sit mori, quam diu tam miserabilem vitam traducere, quod tamen minus frequenter nunc accidit, quam primis temporibus, cum facta sit mitior. Sapientis autem medici est, tanquam tempestati nantæ, grauissimis

a Gal. li. 10. meth. med. c. 10.

b Vid. li. 9. de cur. gen. cap. 2.

mis morbis quacunque ratione, quamuis ancipiti & periculosa, subuenire, eoque magis si plus E adipiscatur re explicata boni quam addubitata mali: satius autem esse [a] anceps consilium quam nullum, praeclare monuit Diocles, quem secuti medici, morbo gallico, cum extremus est, vt extremo remedio medentur hydrargyro, (latine argentum viuum seu liquidum nominatur) non ignorantes ipsum in venenis poni, esseque remedium periculosum ac multi laboris, & vbi non caute adhibeatur, interitum, vbi caute, non mediocria mala afferre posse, minus tamen damnum anteponunt maiori, potiusque eligunt quod ab hydragyro, quam quod a gallico morbo timetur. Vident autem hoc presidio non modo extingui ac deleri iam adultam pestem, sed stirpem etiam ac semen totius mali, quod vix potest succedere alia via, & propterea existimant datum a natura hydrargyrum, vt sit auxilium gallici morbi, cuius incommodis adeo succurrit, vt Deus fecisse medicinam videatur; sed repetamus mala quæ ab ipso afferuntur superius [b] exposita, cum ageremus de venenis sumptis a metallicis. Videmus primum homines, qui ipsum vel effodiunt, vel ad æs aut argentum inaurandum adhibent, quantumuis validi fuerint, si diutius in eiusmodi opere perseuerent, debilitari, incidere in neruorum resolutionem, ac membrorum tremorem, & tandem attonitos interire; deinde constat eos, a quibus large hauritur, aut concreto sanguine & extincto calore, aut erosis atque exustis visceribus decedere, præsertim F si non modo multum, sed etiam extinctum ipsum sumpserint, nam qui paucum & adhuc viuum id deglutiunt, sæpe non solum non læduntur, sed plurimum etiam adiuuantur, quemadmodum pueruli si cum a lumbricis vexantur, ad duorum granorum milij magnitudinem ipsum capiant, aut mulieres cum difficulter pariunt si ad vnius scrupuli pondus. Descendit autem magis si non extinguatur, & cum non hæreat diutius, non nocet. Ad morbum vero gallicum curandum extrinsecus adhibetur non sine magna molestia ac noxa, siquidem erumpit ex ore fœtidæ atque acris saliuæ copia incredibilis, exulcerantur atque inflammantur labra, gingiuæ, buccæ, lingua, palatum, tonsillæ, fauces, quæ omnes partes vt naturaliter vna & eadem tunica velantur, ita ab hoc remedio in vnam & eandem exulcerationem atque inflammationem videntur compelli, labant præterea dentes, manducari cibus non potest, accedit ingens sitis, cibi fastidium, vigilia, alui profluuium, & tanta fœditas, ut nihil excogitari fœdius possit, & qui prope ægrotantes accedunt ferre teterrimum intolerabilemque fœtorem nequeant, quæ tamen omnia mala paucis diebus vna cum gallica lue finiuntur, nisi prius aut vires ob imbecillitatem deficiant, aut ægrotantes ob humorum multitudinem strangulentur; neutrum periculum subest si homo valeat, & prius exquisite purgetur: verum cum sanatus iam videtur, superuenit aliquando tremor, aut neruorum resolutio, quæ vel ægre curantur, vel sunt causa interitus, quod G maxime accidit quibus caput infirmum est, & nerui imbecilles, quamobrem fugere in his hydrargyri vsum oportet. Alia mala, quæ necessario superuenire monstrauimus, breuia sunt, & non tanta, vt nos debeant ab hac medicina deterrere, quæ potest morbum gallicum cum tot incommodis iunctum extirpare: qua ratione autem & prosit & obsit intelligemus, si quam habet temperationem ex quatuor elementis, venemur, quod tamen difficile est, cum ex effectis proxime relatis colligant alij calidam & siccam esse, alij frigidam & humidam, vident illi exustionem atque exulcerationem cum quodam ardore, hi morbos frigidos & impulsum humorum ab externis partibus ad internas, vnde sequitur ingens copia saliuæ, quanquam eo etiam mouetur, quod hydrargyrum tactu frigidum sentiunt. Neque mirari debemus si ex contrarijs effectis faciant contrariæ temperationis coniecturam, magis mirum videri debet, quod ab eodem medicamento contraria proficiscuntur, id tamen oritur a diuersitate partium. Nam hydrargyros licet simplex videatur, constat ex partibus diuersis perinde atque acetum, cuius effecta partim videntur caloris, partim frigoris, quoniam diuersis partibus continetur, plurimis frigidis (siquidem amisit naturalem vini calorem) paucis calidis ob putredinem atque exustionem, ita vt magis refrigeret quam calefaciat: constat similiter hydrargyros ex partibus diuersis, quibusdam tenuibus, aquosis, frigidis & humidis, mixtis cum aereis quibusdam, crassis, H terrenis, sulphuris vim habentibus, cum illæ recedunt ignis vi absumptæ, restant hæ adeo acres vt erudant: non cogitur aquosum id quod aerem admixtum habet, veluti oleum, & hydrargyros, inquit Aristoteles, superant tamen in hydrargyro partes calidæ, ob quas magis calefacit quam refrigeret. Quod si non semper exurit atque exulcerat, neque semper vim caloris præsefert, sed morbos aliquando frigidos facit, & illitus externis partibus repellit humores ad internas, id euenit ob partes frigidas, quæ cum tenues sint, & non ita egeant calore nostro, vt vim suam imprimere possint, refrigerant, nam calidæ cum crassæ sint, & terrenæ debeantque prius concipere calorem nostrum, quam nos calefacere, non statim se calidas ostendunt, sed processu temporis, vsque adeo vt candentis ferramenti aut lapidis modo exurant. Tenues ergo partes hydrargyri quæ frigidæ sunt, celerius vim suam impertiunt, sed longe minus quod pauciores sint: crassæ contra, quæ calefaciendi vim habent, vt tardiores, ita etiam efficaciores sunt: tum primum ergo hydrargyros extrinsecus imponitur, ob frigidas partes repellit humores, & cum ipsis penetrat ad interiores, quæ similiter refrigerat, presertim si naturaliter frigida fuerint, veluti cerebrum & nerui, quod facit etiam cum intus sumitur præsertim large, interdum enim calorem innatum extinguit, prius quam incalescat, quemadmodum cum multa ligna vi-

ridia

A ridia igni superimponuntur, a multis enim fomentis docet Hippocrates extingui calorem, vbi autem frigidæ partes non statim superant calorem nostrum, reliquæ ab ipso calefiunt, & quasi ligna accensa nos exurunt, vnde hydrargyros exurentem vim nanciscitur: oritur autem cum exustione putredo ob copiam humoris & caloris. Sanatur morbus gallicus ab hydrargyro maxime ob vim summam, quam habet statim repellendi, omnes enim humores qui superant & corrupti sunt, exprimuntur ab externis partibus ad internas, & ita partim effluunt ex ore, partim sudore euocantur, partim effunduntur ex aluo, & homo videtur ex toto liberari; quanquam nonnulli hoc ad totam substantiam referant, qua credunt hydrargyrum gallico morbo aduersari, & nō solum posse exhaurire humores prauos, sed corrigere & absumere virus illud, quod solidæ partes contraxerunt: Vtouis nomine succurrat, constat validissimum esse remedium, & non tantum gallico morbo, qui grauissimus est, sed alijs leuioribus etiam succurrere, vt scabiei, quod & Auicenna testatur, & auctor libri de Dynamidijs Gale. attributi, qui ipsum extingui docet ciuere & sputo, vnde forraffe mori sunt, qui hoc remedio primum sanare morbū gallicum tentarunt: sed satis de facultate.

Sequitur ratio vtendi, in qua excitare animaduersionem ac diligentiam oportet, vt nequid temere ac fortuito, nequid inconsiderate negligenterque agamus. Intuebimur primo an expediat vti hac medicina, & vbi statuerimus expedire, qualis, quanta, quo loco, quo tempore, quo B modo, quo ordine debeat adhiberi. Ergo adhibenda est, ubi multum prodesse potest & parum nocere, prodest plurimum, vel potius necessaria est, vbi homo maxime affligitur, & res prope desperata est, tunc enim cum non proficiant alia remedia, confugiendum est ad hoc tanquam ad extremum, & quamuis miserum, vnicum tamen, parum nocebit si vires firmæ sint, exquisite purgetur corpus, cerebrum ac nerui bene valeant. Qualitas partim consistit in delectu, partim in apparatu: deligi potest pariter qui effoditur hydrargyros, atque ille qui arte fit, cum (vteruis eligatur) idem præster, potest etiam vel corrigi aceto ablutus, vel sine correctione adhiberi, qualis accipitur vt plerique faciunt. Apparatus duplex est, cum vel ad liquidi cerati quod illini possit, vel ad emplastri formam componi possit, efficacior est qui illinitur, tutior qui superimponitur; siue ceratum fiat siue emplastrum, multa admisceri solent vt mastiche, myrrha, cerussa, alumen, terra armena, cinnabaris, corallium, sal, nitrum, ærugo æris, plumbum vstum, rubigo ferri, resina picea, aut terebinthina, adeps suilla, anserina, hircina, ceruina, humana, medulla ossis vituli aut cerui, oleum, laureum, roseum, amygdalinum, nardinum, mel roseum, lumbrici terrestres. Magna est sylua eorum, quæ medicorum vulgus hydrargyro adijcit; quanquam alij plura, alij pauciora miscent, doctiores tantum adijciunt quæ necessaria sunt, vt medicamenti moles maior sit, vt inhæreat, vt penetret, vt ad intimas partes compella- C tur, aut certis quorundam locorum affectibus succurrat. Sumunt igitur adipem suillam, ut medicamentum multiplicetur, cuti inhærescat, & relaxatis patuis foraminibus penetrare possit, quo spectat etiam oleum chamæmelinum, & amygdalinum, adijciunt aristolochiam, gentianā, iridem, ut hydrargyros per totum corpus feratur, quo nomine nonnulli addunt theriacam, mithridatum, & aromata aliqua, quæ prauitatem simul corrigere possunt; admiscetur malicorium & alumen, ut magis ipsum compellant ad interiora. Lutetiæ Parisiorum vbi maxime frequentatur hoc remedium, plerique accipiunt adipis suillæ vncias octo, olei amygdalini vncias duas, hydrargyri saliua extincti vncias quatuor, quæ simul subacta dum in vnitatem quandam coeant adhibent, & cum satisfacere videat, superuacuam putant aliorum mixturam. Accipiūt alij adipis suillæ citra vim ignis a membranulis separatę libras duas, hydrargyri libram vnam, thuris vncias tres, cerussæ uncias duas, lythargirij vnciam, ex quibus intetse mixtis, & in lapideo mortario diligenter subactis, linimentum parant maxime efficax. Ad emplastri confectionem præter hæc duri aliquid accipitur, ut cera, mastiche, myrrha, argenti spuma, omnibus autem simul igne liquatis, priusquam cōcrescant, inijcitur linteum, quod cum mixturam combibit, seruatur, & cum res postulat superimponitur. Quamquam ex ijsdem fit etiā emplastrum, quod ubi infrixit durius est, sed manibus tractatum mollitur & linteo illitum su- D perimponitur. Maxime tamē probatur ab empiricis emplastrū vulgaris cuiusdam medici ex q̄ pluribus compositum, accipit enim olei chamæmelini, anethini, nardini, irini, singulorum uncias duas, crocini unciam unam, adipis suillæ, uitulinæ utriusque libram vnam, euphorbij ℥.v. olei laurei vnc.j.semis, adipis uiperinæ vnc.ij.semis, ranas viuas sex, lumbricorum terrestrium uino ablutorū unc.iij.semis, succi radicū ibisci atque ebuli vtriusq.unc.ij. iunci totuodi atque odorati, stæchadis, marricariæ, saluiæ singulorū manipulū unum, uini odorati libras duas; bulliant oīa simul dum consumatur uinum, & ubi colata sunt, addantur spumæ argenti lib.j. resinę terebinthinæ unc.ij. ceræ albæ quantum satis est, admoueantur rursus ad ignem, & ubi cocta fuor, adijciantur styracis liquidæ unc.j.semis, deinde remotis ab igne cum iam iā repescit, hydrargyri saliua extincti unc.iiij. quæ subigantur diligenter, dum in unitatē coeant. Verum qui tot & tanta miscent, magis imponūt miseris ægrotantibus, quod videantur magnū aliquod moliri, quā proficiant. Solet ēt hydrargyros adijci ceratis & emplastris, quib. vlcera & tumores, morbi gallici curātur. Quātitas cerati uel emplastri tāta esse dēt, ut sufficiat loco cui datur: Superimponitur emplastrū membris ut cruribus, a pede ad genu, brachijs a manu ad cubitū, tan-

tum igitur eius accipiendum est,ut has partes inuoluat.Cerato inungitur a quibusdam totum E
corpus,quod minime tutum est,nam sic hydrargyros vehementer offendit viscera,ad quæ pro
xime fertur. Ergo neque totum corpus inungere conuenit, neque illas partes quæ præcipuis
respondent,vt inguina iecinori,alæ cordi,ceruix cerebro,nam vbi hæ partes iuunguntur ma-
xima affertur noxa subiectis visceribus.Tutius autem inunguntur externæ illæ, quæ distant tũ
a præcipuis,tum a neruis, & spinæ medulla, quantitas cerati sufficiat his,quæ illinendæ sunt.
Quod spectat ad tempus,requiritur hoc medicamentum cum morbus iam vetustus est, neque
cedit remedijs leuioribus: Sustinetur cum vires valent, corpus diligenter purgatum est, vt su-
pra monstrauimus,neque adest cerebri aut neruorum debilitas. Modus adhibendi emplastrũ
est,vt superdetur membris quæ diximus, & teneatur dum incipiat effluere multitudo saliuæ.
Ceratum alio modo adhibetur,nam homo ieiunus mane apud ignem inungitur dein linteo ob
uolutus cubat diligenter tectus, sudat, detergitur,prandet ac cenat hora cousueta,potat vi-
num,vescitur cibis boni succi.Idem facit & similiter inungitur secundo die, & deinceps vsq.
ad septimum aut nonum,nisi prius incipiat saliua exire ; & os vlcerari vt plerisque solet, nam
tunc non debet vlterius vngi.Manet autem assidue in conclaui calido,patefactis tamen inter-
dum fenestris vt fœtor exhalet : effluit a principio sudor, deinde saliua adeo multa, vt homo
cogatur assidue tenere os apertum , sed processu temporis exulceratur atque inflammatur os
totum,superuenit alui profluuium,ardor,dolor,vigilia,non potest deuorari cibus, vix sorbitio F
deglutitur, quæ mala omnia plerunque viginti quinque diebus finiuntur ; interea abluitur os
lacte,aut aqua in qua maceratum & decoctum hordeum fuerit,fit gargarismus ex medicamen
to diamoron & aqua in qua bullierit rosa,plantago, hypocisthis, acacia : si accidant tormina
succurritur lacte per clysterem in intestina iniecto,aut aqua in qua decoctum fuerit hordeum,
& liquatum seuum hircinum. Superest ordo cum requiruntur plura alia,veluti refectio viriũ,
purgatio corporis,confirmatio cerebri & neruorum:primo illis vtendum est instrumentis per
quæ perficiantur hæc,deinde transeundum est ad hydrargyrum.

De cinnabaris suffimento. Cap. XIV.

CAllidiores & versutiores medici hydrargyrum, quem pluribus odiosum & inuisum
esse cognoscunt admouent non palam , sed per præstigia , solo enim suffimento
thuris mixti cum quodam puluere secreto (vt ipsi inquiunt) & alijs incognito
paucis diebus salutem pollicentur , a qua medicina cum neque fœda sit neque
suspecta , ægrotantis animus minime abhorret ; nudum enim hominem velle circunda- G
tum suffumigant pruna subiecta,in quam cum thure conijciunt cinnabarim,non illam quã Dio
scorides scribit habere vim lapidis hæmatitis,sed aliam quæ sic vulgo appellatur,quave vtun-
tur pictores,siue effossa sit,siue arte facta ex sulphure & hydrargyro diu igne exustis, est autem
species quædam minij,facile.n.vertitur minium in hydrargyrum, & hydrargyros in minium,
cum vtrique insit vis alterius.Quamobrem cinnabaris quæ ad suffimẽtum adhibetur, nil aliud
est,quam hydrargyros personatus,& idcirco eadem affert commoda atque incommoda. Lon
ge tamen efficacius est suffimentum cinnabaris,quã ceratũ aut emplastrum ex hydrargyro,cũ
magis ad intimas partes feratur vapor ille per cutem a calore rarefactã, quam crassior mate-
ria tã cerati illiti quam emplastri superimpositi. Quamobrẽ tantum abest vt minus suspectum
esse debeat suffimentum,quã ceratũ uel emplastrum,ut longe magis perniciosum sit,minus pe
riculosum esset si tantum crura & brachia suffumigarentur,sed quod sæpe exitiosum est,suffu-
migatur venter ac thorax,& incluso atque obuoluto capite attrahuntur uenenati illi uapores
ore ac naribus. Rectus suffimenti usus easdem animaduersiones postulat, quæ ante dictæ sunt
in cerato ex hydrargyro,nam ab ijsdem requiritur & sustinetur, eodem loco, tempore, modo
atq.ordine,manet homo similiter in cubiculo,quotidie suffumigatur dum exulceratur os,& sa
liua multa erumpat,eadem ratione uictus utitur,& ijsdem præsidijs leniuntur mala superueniẽ H
tia.Quæ de remedijs contra morbum gallicum pugnantibus dicenda erãt,iam explicata sunt.

Quid in curatione postulent differentiæ morbi gallici. Cap. XV.

POstulant etiam differentiæ propriam in curatione animaduersionem, permultas
monstrauimus attendi in morbo gallico sumptas partim a subiecto, partim a mo-
do,quo forma morbi in eo insedit,partim a consequentibus ipsam in subiecto, qua
lia sunt magnitudo,numerus,locus,modus,tempus,partim a causis,partim ab effe-
ctis:quæcunq.sint, & undecunq.sumantur, desiderãt similem differentiã in operib.efficiendis,
& idcirco ẽt in instrumentis a quib.efficiũtur,cæterum similitudo non semper necessario aper
ta esse debet,sed sufficit interdũ implicita atque abscondita.Est autem aperta , cum(ut supra
ostẽsum est)morbo gallico paruo medemur paruis remedijs,ueluti rõne uictus & purgatione;
magno

A magno magnis vt china,salsa parilla,aut guaiaco,maximo maximis,vt hydrargyro & cinnaba
ri.Latet & implicira elt similitudo differentiæ, cum celeri morbo opponimus remedium effi-
cax, nequeenim aptatur celeritas remedio, sed conuenit eivis celeritatis duntaxat:quod effi
cax est,celeriter vim suam imprimit, & perficit opus quod desideratur,sed hęc vberrime ex-
posuimus,cum differentias operum ad curandum necessatias in vniuersum persequeremur.

De Curatione symptomatum consequentium morbum gallicum. Cap. XVI.

REstant symptomata morbum gallicum sequentia, quæ (quamuis eo sublato rece-
dant) quia sæpe longam curationem postulant, necesse est interea leniantur vbi
aut nimis molesta sunt; aut vires conuellunt,id quo pacto fiat,nunc tempus est ex-
ponere, sumpto initio ab actionibus læsis,& proprie a dolore,cui potissimum pro-
uidere oportet,& quia maxime hominem torquet,& quia vires exhaurit.
Solet igitur dolor nunc caput,nunc ceruicem & scapulas,nunc membra crudeliter vexare,
noctu præserrim,qui eum non maneat,sed assidue fiat, desinet vbi auferantur causæ a quibus
oritur,sensus nimirum tactus,& quod illi objicitur adeo validum vt vnitatem soluat,hęc enim
B duo concurrunt ad ipsum efficiendum, quamobrem si vel vtrunque, vel altcrutrum adimas,
cessabit.Sensus cum secundum naturam sit nunquam auferri aut minui debet, nisi cum dolor
acerbissimus est,& vinci non potest a remedijs occurrentibus alteri causæ, quæ contra natu-
ram est,validioribus videlicet obiectis,hæc enim primo tollenda sunt,sed si nequeant nisi diu
turnitate temporis superari,& vires præ dolore interea videantur deficere,stupefacientia aut
intus sumenda sunt,aut extrinsecus imponenda:intus datur ℥ i. diaspermaton, philonij, Re-
quietis Nicolai,aut theriacæ nouæ: extrinsecus imponitur lachryma papaueris ceraro aliquo
excepta Prius ergo enitemur auferre id,quod vnitatem soluit,vt humorem vel multitudine di
stendentem,vel acrimonia erodentem partes, in quibus versatur,qui si ex toto adimatur siue
obscure sub repellentibus, aut digerentibus medicamentis,siue manifeste aperto loco in quo
includitur,eiusmodi curatio non dicetur symptomatis, sed causæ ac morbi,tunc enim dicimus
curari symptoma,cum causa non extirpatur tota,sed ita imminuitur ac remittitur, ut dolorem
non possit amplius excitare,euenit hoc cum vel tantum ex multitudine eius detrahitur, ut nō
distendat amplius partes,a quibus continetur,vel lenitur ac temperatur eius prauitas & acri-
monia. Minuitur multitudo,cum aut discutitur aut repellitur,ad discutieodum valent digeren
tia & relaxantia. Vtiliter inungitur locus dolens oleo anethino, vel chamæmelino, tum ruta-
C ceo,liliorum alborum, ex scorpionibus,ex viperis, aut etiam ex guaiaco, fouetur que aqua in
qua bullierit chamæmelum,anethum,sertula campana,radix althææ,fœnugræcum,lini semen,
aut eriam guaiacum, & quod ualenter humorem digerit, & tota substantia gallicæ prauitati
aduersatur:præstant & idem opus sacculi pleni furfuris calidi respersi acerrimo, & admodum
calido aceto,in quo prius bullierit saluia,calameothum,pulegium, rosmarinum,chamæmelū,
qui parti dolenti superimponuntur. Ad repellendum necesse est vti valido medicamēto, quod
succos crassos,concretos, & glutinosos extenuet, incidat, ac tabefaciat, & simul repellendi
vim habeat,quæ omnia præstat hydrargyros,oportet autem ad locum dolentem adhibere ce-
ratum uel emplastrum,quod ipsum accipiat,idonea sunt quæ superius scripsimus. Idoneum est
etiam emplastrum,quod habet radicum cucumeris agrestis, iridis,galbani,sagapeni,styracis,
adipis vrsinæ, singulorum par pondus,& tribus horum omnium partibus hydrargyri quartam
adiectam. Paratur & aliud mollius ex stæchadis,saluiæ,chamæpyteos, hyperici, chamædreos
singulorum manip.j.semis,radicis acori vnc.j.quibus cum bullierint in uino albo odorato,ad-
duntur lumbricorum terrestrium vino albo ablutorum vn.6.styracis(quam calamitem dicūt)
tritæ vnc.3.adipis curatæ sine sale lib.1.olei laurei,anethini,mastichini,nardini, eius itē quod
ex thure fit,& eius quod ualde antiquum est singulorum vn.3.semis,olei rosei, butyri recentis
D utriusque vnc.4.thuris vnc.2.euphorbij vnc.5. bulliant leniter dum uinum absumatur,quibus
deinde adijciantur olei,quod ex resina terebinthina & abietina destillauerit,utriusque vnc.2.
semis,hydrargyri in mortario lapideo extincti oleo roseo unc.2.tum omnia diligenter subacta
in unitatem cocāt:curat mixrura hæc dolorem,cum ob uim hydrargyri repellentis ac tabefa-
cientis humores concretos,tum ob facultatem aliorum ex quibus constat, digerendi relaxan-
di,ac temperandi facultate præditis. Ad temperandum succorum acrimoniam per se plurimū
valet oleum roseum,in quo terrestres lumbrici fuerint macerati, sed omnium maxime balneū
aquæ dulcis,quo Hip.dolentibus oculis succorum erodentium acrimoniam lenit,& recto inte
stino inflammato pituitæ salsedinem tabefacit,ac tenesmum sedat. Aquæ nascentes calidæ ob
mixturam sulphuris,salis nitri,& reliquorum metallicorum,ualidiorem habēt digerendi uim,
sed minus temperant succos acres,præterquam quod nonnulli asseuerant eas se reperisse ini-
micas his,qui gallico morbo laborant,quod an penitus uerum sit, mihi nondum satis constat.
Ex symptomatibns, quæ morbum gallicum consequuntur, spectantia ad ea quæ contra

naturam detruduntur ex corpore, est fluxus seminis præter voluntatem, qui initio plerisque E
tam maribus quam fœminis superuenire solet, quoniam semen perinde ac sanguis virus illud contrahit, & idcirco retineri nõ potest a vasis, in quibus naturaliter versatur. Hoc symptoma, & quia ob fœditatem maxime molestum est, & quia processu temporis tabificum, non permittit vt expectemus dum curetur morbus, sed debet interea coerceri, quod non temere statim tẽtandũ est, ne si retineatur vitiosum semen grauiora afferat mala, sed postquã aliquandiu effluxerit, & corpus vniuersum diligenter fuerit purgatum, atque ex bonis cibis ac potionibus bonum sanguinem collegerit, tunc itaque tuto retinetur per adstringentia & intus data, & extrinsecus admota. Vtiliter oua sorbilia, quibus tria aut quatuor grana masticbes adiecta sint, dantur homini ieiuno. Vtiliter item bibitur aqua ex plãtagine vi ignis extracta, ex qua temperatum fuerit semen cucurbitæ, cucumeris, ac peponis; vtiliter denique deuoratur confectio ex rosis siccis, semine portulacæ, viticis, lactucæ gummi tragacantho, ac lemnia terra exceptis melle, vel saccharo, & succo aliquo adstringente: Valet extrinsecus balneum ex aqua, in qua candens ferramentũ sæpius extinxeris, aut decoxetis adstringentia, vt myrthum, lentiscum, hypocisthidem, rhus, malicorium, aut alumen tabefeceris, a quo balneo non est inutile inungere renes vnguento roseo, sandalino, seu albo Gal. cerato, quod refrigerans communiter nuncupatũ.

In genere symptomatum, quod complectitur ea, quæ præternaturã mutata in corpore ægrotantis sub sensum cadunt, alia sunt tantum symptomata, alia sunt etiam morbi: tantum symptomata sunt, & propriam animaduersionem postulant pili fluentes, qui affectus licet videatur, non tamen est morbus spectans ad numerum imminutum, cum non lædat proxime actiones, sed tantum numerandus est in symptomatibus, & proprie in his, quæ a naturali statu mutata in corpore ægrotantis sensui subijciuntur, cadit enim & sub aspectum & sub tactum: oritur vero a prauitate succorum, qui ad cutem transmissi erodunt pilorum radices, quamuis autem sanatur modo curetur, desiderat tamen interea aliquod auxilium ob incredibilem molestiam, quam sentiunt illi, qui dum glabri ac pene deformati spectantur, deridentur. Danda igitur opera est ne pili amplius decidant, & loco eorum qui iam deciderunt, alij quam celerrime renascantur: non decident si extrahantur praui atque erodentes humores, quæ curatio causæ magis quam symptomatis videtur, contra symptoma pugnabitur per ea, quæ cutis foramina adstringunt, quibus vti sine vllo periculo possumus post exquisitam totius corporis purgationem. Abluatur igitur primum locus affectus vino, in quo bullierint medicamenta adstringentia, vt rosa, hypocisthis, galla, malicorium, alumen, deinde inungatur aut ladano ex melle diluto, aut oleo lentisco seu nardo condito, valet & linimentum, quod accipit faui mellis cum apibus vnc. iij. adipis vrsinæ vnc. ij. ladani vnc. j. abrotani vnc. semis, quæ omnia diligenter in mortario subacta in vnum cocant, & eo quo dictum est modo admoueantur. Adhibent alij linimentum paratum ex succi abrotani, adianthi, myrthillorum cuiusque vnc. ij. olei sesamini ac ladanini singulorum vnc. j. semis, olei nardini vnc. semis, bulliant omnia leniter assidue agitante ministro donec ad linimenti formam redigantur, quo ter seu quater in die liniantur partes, quarum pilos defluere videamus: ad abluendas autem ac detergendas linimentorum sordes adhibenda aqua est, in qua iacuerit seu ferbuerit cinis pini, iuniperi, lentisci, myrthi seu laricis. Reficientur noui pili, si purgato vniuerso corpore, & prauis succis, qui in loco glabro versantur, discussis per lixiuium, in quo abrotanum, pulegium, calamenthum, atque agaricus bullierint, seu per aquam ex melle, vel pueri vrina vi ignis extractam, vel ceratum liquidum, cui adiecta sitthapsia atque euphorbium; corpus alatur cibis & potionibus boni succi, & frictione ac fomento sanguis eodem euocetur. F G

Cætera quæ a naturali statu mutata sentiuntur in corpore contaminato, cum proxime lædant actiones, non solum inter symptomata referri debent, sed etiam inter morbos, veluti vlcera, pustulæ, inflãmationes, tumores duri, verrucæ, impetigines cum duritie & asperitate, ossium caries, dentium lapsus, febricula. Postulant autem propria auxilia, non solum vt leuetur æger, qui nimium sub ipsis affligitur, sed etiam vt periculum propulsetur, quod aliquando grauissimum subest, ita ut non permittant expectari, dum curetur morbus.

Proprie autem vlcera vbi dolorem moueant, lenienda sunt, leniuntur autem, si illinantur cerussa diluta ex oleo roseo, seu etiam liquido illo cerato albo quod camphoram accipit: vbi non ita dolent, siccari debent vt sanescant, quod opus non satis perficitur per ea, quæ alijs vlceribus aptantur, sed ob virus morbi Gallici validioribus eget, aliquid proficit spuma, quæ ex olla detrahitur dum guaiacum ferue t, sed non sufficit vbi vlcera sint exedentia, sordida, dura, callosa, opus enim tunc est validissimo præsidio, cuiusmodi est ceratum uel emplastrum ex hydrargyro, quanquam maxime præsens etiam remedium est inspergere pollinem præcipitati. Appellant præcipitatum iuniores medicamentum, quod vi ignis arte quadam conficitur ex hydrargyro, atramento sutorio, sale nitro, & alumine, hoc sine magno dolore vlceribus respersum detergit sordem, siccat humorem superantem, callum detrahit, & absumit virus omne, sic vt vlcera deinde nullo negocio impleantur, ad cicatricem perueniant, neque amplius resiliant; tunc autem tentandum est eum ulcera non cedunt alijs medicamentis, quibus sanari consueuerunt, sanantur exempli gratia vlcera colis colocynthide vsta, ane- H

tho

A tho item vsto, aloe, cadmia, molybdęna, squama æris, corallo, sed vbi praua sunt præcipitato,
seu etiã liquore in quo sint aquæ ex plantagine, vnc. ij. cadmiæ vino albo ablutæ, æruginis, æris
vtriusque ʒ ij. quæ ad ignem admota vbi feruere incipiunt statim auferuntur, & ex hac cum
gossipio vlcera abluuntur. Cum cutis quę glandem tegit, reduci non potest, neque permittit vt
vlcera præcipitato inspergantur, vtendum est mollientibus, atque vbi nõ sufficiat veniendum
ad sectionem. Vlcera oris non licet præcipitato inspergere, periculum enim est ne perniciose
ad ventriculum vel pulmonem delabatur; quamobrem fiat gargarismus, primum ex his, quæ
siccant ac simul etiam repellunt, vt ex aqua, in qua bullierit myrthus, malicorium, cupressus,
rosa, thus, tum per fistulam infletur puluis ex terra lemnia, seu armena, & alumine, vbi hæc
non sufficiant attingantur vlcera gossipio madefacto in aqua plantaginis, in qua ebullierit alu-
men & arsenicum, seu in aqua aluminis, quam Gabriel Fallopius clarissimus chirurgus compo
nebat ad rebellia vlcera exsiccanda, aut in oleo, quod vi ignis eliciatur ex sulphure, atramen-
to sutorio, vel stibio.

Pustulæ quamuis periculo vacent, in quacunque parte corporis fuerint, maxime molestæ
sunt & fedę, potissimum in facie, quocirca curari debent, non expectata curatione gallici mor
bi, a quo proficiscuntur, curantur autem perinde atque alij tumores, detracta causa continen-
te, hoc est humore: qui detrahitur cum vel retro commeat, vel elicitur ex loco vbi est: in mor-
B bo gallico non licet temere vti repellentibus, quæ cogant ipsum retro commeare, ne pericu-
lose feratur ad partes nobiliores, quanquam in ore propter instãtem inflammationem vtimur
repellentibus, mi[illegible] cum valde siccantibus ac detergentibus, miscemus enim alumen & arse
nicum cum a[illegible], quæ ex plãtagine destillauerit, & ea mistura pustulas oris attingimus in alijs
partibus corporis contenti sumus solis detergentibus ac siccantibus, quæ validiora esse de-
bent, multũ proficit spuma guaiaci, quã monstrauimus valere ad vlcera detergenda ac siccan
da, sed magis valet album oui subactũ cum minima portione minij, seu arsenici, seu vnguentũ
roseum cum aliqua portione pręcipitati, quæ etiam per cõmode cõmiscetur cum aliquo smeg-
mate. Vtilissimus etiam est vsus eius liquoris, qui fit ex fæce vini arida, arsenico, thure, masti-
che, dilutis ex succo limonum & aqua, quæ ex plantagine vel rosis destillauerit, bulliunt enim
dum quarta pars absumatur, percolanturque, & liquore inde excepto attinguntur vlcera; va-
let & aqua in qua incoxeris hordeum, lentes, lupinos radicem rumicis, ebuli, veratri nigri, qua
abluuntur vlcera, deinde illinuntur medicamento, quod accipit olei laurei, masticini vtriuf-
que vnc. j. adipis suillæ, butyri, vtriusq. vnc. iij. resinæ terebinthinæ vn. ij. semis, styracis liquidæ
vnc. j. spumæ argenti vnc. iij. ceræ albæ vnc. v. semis, aluminis vsti vnc. j. semis, myrrhæ. ʒ. iij. thu
ris ʒ. vj. cerussæ ʒ. x. vtilissime etiam inunguntur pustulæ (vbi prius aliquantisper fuerint deter-
C sæ ac crusta sit detracta) ex oleo viperino. Si quæ restant maculæ pustulis finitis, delentur com
modo oleo, quod ex fæce vini arida destillauerit: in loco cum humido ac subterraneo vas, cu-
ius os tenui luto obuolutum sit, deorsum spectans ori alterius vasis subiecti in superiorem par
tem conuersi superimponitur, sic oleum ex superiecto vase, in quo vini fæx continetur, paula-
tim in subiectum destillat. Verum ad gallicas pustulas tollendas nullum potest magis præsens
auxilium excogitari, quam hydrargyros mixtus cum his, quæ antea diximus ad ipsum morbũ
sanandum aptari. Quod si tumeant & inflammentur inguina (vt plerisque solent in morbo gal
lico) partim ob seminis fluxum & vlcus genitalium, partim ob male affectum iecur, quod ad
hanc partem vitiosum sanguinem depellit, non est quod venam secemus, ne noxius humor re-
uocetur ad partes internas, nisi vbi cogamur magnã sanguinis multitudinẽ minuere. At neque
vtendum est etiam repellentibus, ne idem reuertatur ad partes nobiliores, sed ubi parum in-
flãmatio promineat, euocanda est vel relaxantibus, vt oleo chamæmelino & lana succida, vel
extrahentib. vt cæpa, radice lilij, fermẽto, & ficis aridis, aut si hæc nõ proficiãt, defixa cucurbi
tula dein superdandũ est medicamentũ molliendi vim habens, cuiusmodi est illud, quod quia fit
ex succis, diachylon uocatur. Vbi suppurare tumor uideatur, & doleat, admouẽdũ cataplasma
est ex farina triticea, oleo, & aqua, seu quod conficitur ex farina fœni, caricis coctis in aqua, fari-
D na seminis lini, croco, pinguedine gallinæ, porcina, ac decocto radicũ altheæ, vel emplastrũ quod
paratur ex diachylon cũ gummis quod appellant, dissolutũ cum adipe gallinacea uetustiori. Si
leuis sit dolor nec tumor rebellis, sufficit tetrapharmacum, vel adeps suilla, aut gallinacea, ex
oleo chamæmelino liquata, quæ cũ butyro mixta excipiat lana succida, cũ iã suppurauit scalpel-
lo aperiri põt, sed satius est uti candente ferramẽto, aut medicamẽto adurẽte, ut sinus diutius
maneat apertus, qui cũ satis purgatus est, sarcoticis impleri dẽt, & epuloticis cicatrice obduci.

Tumores duri qui nunc in capite, nũc in alijs partib. corporis oriũtur, discuti solent potu sal
sæ parillæ, a qua (ut ante ostendimus) inciduntur, extenuantur, ac digeruntur crassi & glutino-
si humores, hoc vbi nõ succedat, superimponenda sunt uicissim medicamenta mollientia & di
gerentia, quib. si addatur hydrargyros, uix fieri poterit ut nõ cedãt duri tumores ac dissoluãt.
Idoneũ medicamentũ est diachylon cũ gummis, cui quarta pars hydrargyri saliua extincti fue
rit adiecta, ualẽt & radices altheę maceratę ĩ aqua ardẽti, ac cataplasmaris mõ superimpositę,
vtiliter ẽt adhibetur ceratũ ex liquido styrace, ueluti, & quod ex ammoniaco, ac galbano ĩ ace
to dissolutis cũ adipe anserina, uel suilla, ac cera conficitur: præstantissimum autem ex ijs, quæ

hydrargyrum admittunt, est hoc, quod accipit adipis suillæ recentis per colum transfusæ, at- E
que hydrargyri, cuiusque libram, quibus simul in mortario diligenter subactis adijciantur thu
ris unciæ quatuor, lithargyri unc. ij. cerussæ tantundem, ita aūt omnia simul agitanda sunt, vt
in vnum coeant, quibus postea adijciendæ sunt sagapeni atq. ammoniaci cuiusque vnc. vj. resi
næ terebinthinæ, ac pinus, cuiusq. vnc. vj. gummi ac resinæ in aqua ardente prope ignem lique
tur, ac tandem additis ceræ albæ vncijs quinque ceratum conficitur. Quod si eiusmodi tumo-
res ne sic quidem vincantur, scalpello aperiendi sunt, & candenti ferramento, vel medicamen
tis adurendi, sic enim tollitur durities & prauitas, ita vt facile vlcus quod restat, impleatur, &
ad cicatricem veniat.

Verrucæ etiam in genitali oriuntur admodum molestæ, illæ præsertim quæ thymia dicun-
tur, sunt autem ad cutem tenues, supra latiores, subduræ, & in summo asperæ, vbi finduntur &
cruentantur coloremque floris thymi repræsentanc, vnde eis nomen est; curantur autem vel
scalpello excisæ, vel candenti ferramento, aut medicamentis adultæ, vt oleo ex sulphure, atra-
mento sutorio, aut stibio, vel aqua mixta cum alumine & arsenico: sed vbi cruentantur, satis
proficit pollen præcipitati, absumuntur enim atque eradicantur; quæcunque medicina adhi-
beatur, necessarium est ante totum corpus purgare.

In palmis manuum, & plantis pedum nascitur cum quibusdam rimis impetigo admodum fe
ra, aspera, & callosa, ad quam opus est mollientibus simul ac detergentibus, quo spectat pluri- F
ma perfusio aquæ, in qua hordeum maceratum fuerit & decoctum, post hanc illinitur pars affe
cta, vel cremore prisanæ, vel sapone nigro qui efficacior est, Potest etiā perfundi aqua, in qua
bullierint radices altheæ maluæ, lapathi, violarum folia, caput veruecis, seu adeps ouilla, &
deinde inūgi medicamēto, quod accipit olei amygdalini librā vnā, polypodij vncias ij. semis,
quæ simul bulliant, & oleo percolato addantur spumæ argenti, stibij, plumbi vsti, cerussæ, cad-
miæ, singulorum vnc. semis, succi radicis rumicis, & chelidoniæ vtriusq. vnc. j. cōtundātur in
mortario plumbeo diligenter, quibus si per se non sufficiant, addatur aliquid hydrargyri, quē
saliua extinctum vtiliter etiam miscemus cum sapone nigro.

Ossa ob saniem a tumoribus duris fluentem processu temporis eroduntur, quo fit, vt superie
ctarum partium vlcera aut non perducantur ad cicatricem, aut resiliant, hoc ubi accidit, sectio
ne opus est & medicamentis adurentibus, vt oleo ex sulphure, atramento sutorio, aut stibio,
vel aqua cum arsenico & alumine, postea scalpro abradere os oportet, dum caries finiatur, sic
noua caro increscet, & cicatrix inducetur.

Dentes cum jam deciderunt, non restituuntur amplius, sed cum labant confirmari possunt
medicamentis adstringentibus, vt vino nigro austero in quo tabuerit alumen, aut bullierit, ro-
sa, galla, malicorium, hypocisthis, acacia, vel aliquo simili, quod valide adstringere possit. G

Febricula quæ superest, quæ superuenire solet gallico morbo, & malis ipsum sequentibus,
postulat frigida, & humida, quæ misceri debent cum guaiaco, aut alio medicamento calido &
sicco, quod alioquin a morbo gallico requiratur; sic habebitur ratio & huius, & febris. Quæ di
cenda erant de morbo gallico, & de alijs quæ tota substantia nobis aduersantur, habeant hūc
terminum.

 H

VIDI

A

VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber Vndecimus:

In quo inueſtigantur Tumorum ſpecies omnes, & tractantur illi, qui fiunt à ſpiritu, vel à ſubſtantia ſolida; tum generatim illi quoque, qui ab humoribus, & numerantur, & in ſuas ſpecies diſtribuuntur.

B

De Tumoribus præternaturam in vniuerſum. Cap. I.



X rebus quæ coniunctæ cum alijs ſui generis traduntur, ſi quæ ſunt quæ ob copiam verborum ac ſententiarum quam poſtulant, adeo obruant reliquas, vt videantur intelligentia non poſſe teneri, eas vbi cum alijs contexuntur, oportet leuiter attingere, deinde vero ſeiunctas à perpetua tractatione vberius explicare; id quod ante & in febribus, & in illis morbis, qui tota ſubſtantia cum natura noſtra pugnant, obſeruauimus, & nunc obſeruabimus in tumoribus præternaturã, quos explicare inſtituimus. Inde autem ſumemus initium, quod ex morbis ad partes multiformes attinentibus, quidam [a] referuntur ad magnitudinem præternaturam vel auctam, vel imminutam, ita tamen vt hominem prohibeant fungi muneribus vſitatis, nam vbi minor ſit noxa, quam vt hoc efficere poſſit, non habebitur in morbis, ſed in [b] ſymptomatibus. Hac adeo in corpore præternaturam magnitudinem augeri, vt actiones offendat,

C necesse eſt iã tumeat locus affectus, vnde eiuſmodi morbus à latinis appellatur tumor, à græcis, [c] ὄγκος, pertinet autem ad partes multiformes, quamquam non tumẽt hæ niſi vbi augeantur ſimplices quib. continentur, nulla autem ſimplex ſubſtantia adeo dura eſt, vt ſicut alitur, non poſſit etiam augeri præter naturam, ita vt oſſib. quoq. id vſu veniat: ſed maxime hoc experiuntur, quæ laxiores ſunt ac molliores: tument autem non ſolum externæ ſed etiam internæ, neq. n. hę conditione ſunt commodiore, aut aliquo pacto immunes, ſed quo molliores ſunt quam externæ, eo magis vitijs magnitudinis exponuntur, niſi ob præcipuum robur ab eiuſmodi iniuria defendantur, quemadmodum cor, quod eſt inter omnes partes præſtantiſſimum. [d] Spectat igitur tumor ad magnitudinem pręternaturam auctam in partib. multiformibus, augetur autem in latitudinem & altitudinem, nam longitudo eorum quæ intumeſcunt, potius contrahitur quam augeatur: eſſentia ergo propoſiti morbi ad latitudinem, & altitudinem auctam ſpectat partiũ multiformium. At vbi materia quæ præternaturam adijcitur, calore, frigore, humore aut ſiccitate à moderatione recedat, adiungitur & alius morb. nempe immoderatio temperationis; adiungitur item tertius, cum ea tanta eſt vt canales, qui iuxta ſunt, comprimat & aſtringat, atq; hic pertinet ad canales clauſos; poſtremo ſi eadem cõtinuum ſoluat, vel nimia multitudine diſtendendo, vel acrimonia erodendo, accedit & ſolutio continui, ita vt plures morbi poſſint cũ

D magnitudine aucta copulari. Differentiæ in tumore in vniuerſum, præter illas quę diuidunt genus in ſuas ſpecies, quas conſtituunt, multæ attenduntur, & illæ in vniuerſum quæ poſitæ ſunt, qua de morborũ differentijs, quas proprie perſequemur in tumorib. qui fiunt ab humore. Cauſa quod eſt alterum præternaturam ad tumorem ſpectans, vel proxima eſt, vel remota; eſt aũt & proxima, & continens cauſa tumoris, materia illa, [e] quæ præternaturam adijcitur, ſiue ſolida ſubſtantia ſit, ſiue humor, ſiue flatus, ac ſiue naturali ſimilis & tantum copia lædens, ſiue ẽt qualitate aliena; cauſæ remotæ ſunt illæ, quæ eiuſmodi materiam vel augẽt in corpore noſtro, vel concitant ad locum affectum. Reſtat ſymptoma ex trib. præternaturã, huiuſmodi plerumq. eſt dolor cum ſenſu onerantium, pungentium, pulſantium, quamquam & ſine dolore ẽt interdum partes noſtri corporis præternaturã tument. Ad ſymptomata refertur ẽt color mutatus, vt rubor præternaturam, & liuor, tum durities, mollities, tenſio, laxitas: ſed uaria hæc ſunt pro uaria tumoris ſpecie, neq. enim, ut tumoris cauſa continens ſcilicet materia redundans in omnibus eadem genere eſt, ita reperias commune ſymptoma, quod ad quemuis tumorem pręternaturam

a Galen. de diff. morb. c. 9.
b Galen. de diff. ſympt. c. 1.
c Gal. li. de tũ. præt. c. 1.
d Gale. l. 6. de vſu par. c. 7.
e Gale. l. de cau. morb. c. 8.

naturam referatur. Sed satis iam explicauimus tria præternaturam, morbos, causas, & symptomata ad tumores artinentia, pergamus ad ea quæ recognoscenda sunt in homine ægrotante. Vbi tumor præternaturam sit in partibus externis, cadit sub sensum, & non solum sub aspectu, sed etiam sub tactum, cadunt etiam sub sensum symptomata. Causa vero continens, hoc est materia licet sensum lateat, coniectura tamen colligitur ex caussis, ex iuuantibus, ex effectis, vt supra indicauimus qua de signis causarum, & proprie materiæ redundantis. Si tumor occupet partes internas, cum sensum lateat mente percipiendus est; signa exponentur in curatione membratim, vbi morbos singularum partium a capite ad pedes persequemur. Differentiæ tumoris in vniuersum eadem ratione cognoscuntur, qua differētiæ morborum. Quod attinet ad præcognitionem futurorum, euentus in tumoribus præternaturam triplex expectari potest, cum vel diu maneant in eodem statu, neque sanentur, neque hominem interimant, quemadmodū duri illi quos scirrhos[a] appellant, vel hominem absumant, seu magnitudine vt hydrops, seu prauitate vt cancer [b] vlceratus, vel sanentur veluti plerique solent. Sed quinam ex his tribus expectandus sit euentus, patefaciet robur naturæ, [c] si cum robore morbi conferatur; nam vbi vtrumque videtur æquale, censebimus hominem in eodem statu permansurum; si superet naturæ robur, iudicabimus hominem sanandum, si morbi, [d] interiturum. Tempus salutis longius aut breuius erit pro excessu roboris naturæ vel morbi; id enim quod superare debet, quanto validius erit, tanto celerius superabit alterum, quanto minus validum, tanto tardius. Via salutis erit, cum materia tumorem faciens vel effluet, vel transferetur ad partem minus nobilem; sed via interitus, quod vel sua vi naturam opprimet, vel transferetur ad partem nobiliorem.

a Gal. li. 2. ad Gl. c. 4.
b Hipp. & Gal. 6. aph. 2. com. 38.
c Gal. lib. 4 de præs. ex puls. c. 11.
d Gal. ibid.

Superest curatio, [e] quę & prouisione cōtinetur, ne tumor augeatur, & remotione eius, quod iam præternaturam est: prouidebimus ne augeatur, si demus operam ne noua materia superans contrahatur in corpore, neue ea quæ iam contracta est, concurrat ad locum affectum; remouebitur causa continens, hoc est detrahetur materia tumorem faciens illis auxilijs, quæ [f] supra exposita sunt, cum ageremus de curatione causarum, quæ item in sequentibus exponentur, cum seorsum persequemur omnes tumorum species. Differentiæ tumorum similem postulant differentiam curationis, vt supra dictum est in differentijs morborum, & infra ostendetur in differentijs tumorum, qui fiunt ab humore: sed satis de genere pergamus ad species tumoris.

e Gal. li. 13 meth. c. 2.
f Vid. li. 16. de cur. gen. par. 1.

Diuisio tumorum præternaturam. *Cap. II.*



INuestigantur species diuidendo genus, quod varijs differentijs distinguitur, late enim patet earum campus, sed aliæ mutationem aliquam solummodo efficiunt, aliæ quibus maxime continetur essentia, [g] speciem constituunt, depromuntur illæ ex varijs locis, vt à quantitate, vnde alij tumores dicuntur magni, alij parui, à numero, vnde vel simplices sunt vel multiplices, à loco, vnde externi vel interni; à tempore, vnde recentes vel vetusti, tum incipientes, increscentes, vigentes, aut inclinantes: sed differentiæ quæ species tumorum constituunt, maxime sumuntur à materia, qua continentur, neque enim materiam nunc intelligimus primam illam carentem omni qualitate, ex qua omnia expressa sunt, sed alteram iam qualitatibus affectam, ita vt non debeat mirum videri, si cum vario modo affecta sit, varias efficiat morborum species, quod euidenter demonstrari potest exemplo febriū, quarum [h] essentia hoc est calor cum in triplici genere materiæ uersari possit, tria quoque ipsarum genera reddit, nam aue uersatur in spiritibus, unde oriuntur febres, quas quod unius dici sint, uocant diarias, aut in humoribus, unde fiunt illæ febres quas uocant putres, quod humores à quibus nascuntur putrescant, aut in partibus solidis, unde oriuntur quas hecticas uocant, & quod confirmatæ sint, & quod habitum corporis occupent. Rursus ipsis putribus totidem subijciuntur species, [i] quot sunt humores putrescentes, à sanguine putri effici illam diximus, quam synocham appellant, à pituita quotidianam, à bile flaua tertianam, ab atra quartanam. Eadem ratio est tumorum præternaturam, differentiæ enim quibus eorum species constituuntur, suppeditantur à materia [k] quæ ut in febribus accenditur, ita in tumoribus augetur præternaturam. Cæterum materia, qua secundum naturam continentur corpora nostra, [l] aut spiritus est, aut humor, aut substantia solida, hæc continet, humor continetur, spiritus impetum facit, quæ significantur ab Hippocrate [m] cum in libro de morbis uulgaribus scribit, continentia, contenta, impetum facientia: eidem triplici materiæ naturali respondet triplex alia, quæ præternaturam redundat; redundat enim interdum spiritus siue flatus, interdum humor, interdum substantia solida: hinc oriuntur tres primæ species tumorum, unam efficit flatus, alteram humor, tertiam substantia solida, nec quicquam aliud est, quod æque tumorum formam uariet, & eorum curationem mutet, ac species materiæ ex qua constant: nam quantitas, numerus, locus, tempus, ut ante ostensum est, aliquam afferunt mutationem, non tamen uariant formam, aut nouam speciem constituunt, neque uariant etiam formam curationis, sed

g Porphyr. c. de diff.
h Gal. li. de diff. feb. c. 1
i Vid. lib. 3. de feb. c. 4.
k Gal. li. 13. met. c. 4. & li. 2. ad Gl. c. 1.
l Gal. li. 11 meth. ca. 1. & libr. 1. de diff. feb. c. 1
m Hipp. li. 6 epid 7.

eadem

A eadem forma seruata aliquod sibi simile indicant, ac requirunt. Primæ igitut tumorum species sint, quod alij proficiscuntur à flatu, alij ab humore, alij à substantia solida. Illi quos excitat flatus, inflationes latine ἐμφυσήματα [a] græce nominantut. Illi qui fiunt à substanria solida, nullum proprium nomen inuenerunt, nam abscessus qui græce dicitur ἀπόστημα, non tantum continet substantiam solidam, sed plerunque humorem veluti pus, aut alium seui, [b] melli, vel pulticulæ similem: neque complectitur omnem tumorem à solida substantia ortum. Illi qui fiunt ab humoribus quam plurimi sunt, nullo autem nomine significantur proprie omnes, nam tumoris vocabulum nimis commune est, & illos etiam significat, qui fiunt à flatu, vel à substantia solida, nisi dicamus vocabulum phyma vsurpari à græcis ad significandos omnes tumores præter naturam, qui fiunt ab humoribus, quamquam potissimum ita appellantur, qui stirpium modo e cute quasi e terra nascuntur, sine ictu, aut alia causa manifesta, & proprie [c] inflammationes, quæ celerrime fiunt & in altum attolluntur: οἴδημα [d] vero proprie accipitur pro tumore à pituita: communiter vero pro omni tumore, sed magis pro eo quem humor excitat; proprium autem nomen inuenerunt species illorum tumorum, quos excitat humor, quæ totidem sunt, quot sunt [e] species humorum, siue præternaturam, siue secundum naturam, seu simplicium, seu mixtorum; quæ cum plurimæ sint, longiorem postulant tractationem, ad quam aggrediemur vbi eos absoluerimus, qui fiunt à substantia solida, & qui à flatu, quod breue erit, neque enim B diuiduntur in plures species, neque adeo variam curationem requirunt, vt illi qui fiunt ab humotibus.

[a] Galen. l. 14. met. c. 7.
[b] Gal. l. 14. met. ca. 12. & lib. 2. ad Glau. c. 7.
[c] Gal. l. 2. ad Glauc. c. 2.
[d] Gal. l. 2. ad Glauc. c. 3.
[e] Gal. l. 2. ad Glauc. c. 1.

De tumoribus præternaturam qui fiunt à substantia. *Cap. III.*

EXordiamur ab illis, quos efficit substantia solida, siue similis naturali, vt caro & adeps, siue omnino dissimilis & aliena, vt illa quæ reperitur in abscessibus, [f] lapillos, carbones, ossa, testas, pilos, & alia eiusmodi repræsentans. Sed cum in abscessib. magna ex parte reperiatur humor veluti pus, commode exponentur, vbi illos tumores præternaturā persequemur, qui excitantur ab humoribus, nunc eos explicabimus, quos efficit substantia solida similis tñ naturali, vt caro vel adeps præternaturam aucta: augetur autē vel in toto corpore, vel in aliqua parte, redditur enim interdum totum [g] corpus tumidū, turgetque, ꝙ nimis carnosum vel hebes fiat, interdum accidit tale incremētū vni parti duntaxat. Finge primum in vniuerso corpore carnem vel adipem ita increscere vt iam impediat vitæ munera, tunc morbus refertur ad magnitudinem [h] auctam, symptomata quæ ipsum consequun- C tur, ad actiones læsas, & proprie ad sensum hebetem, & motum voluntarium imminutum, neque enim expeditus est, sed cum tarditate quadam & cūctatione, & sensu quodam grauitatis. Causa proxima & continens eiusmodi tumoris est caro ipsa vel adeps præternaturam aucta; remota vero illa, per quam increscit, quæ duplex necessario est, efficiens & materia: duo enim maxime quæruntur in rerum natura, vnum quæ vis sit, quæ quidque efficiat, alterum quæ materia, ex qua quæque res efficiatur. Vbi caro nimium increscit, vis efficiens est natura [i] ipsa concoquens optime alimentum tam in ventriculo, & iecinore, quam in partibus solidis. Materiam suppeditant esculenta & poculenta boni succi nimis multa, sola autem materia hic præternaturam est, si quidem natura valida quæ alimenta conficit, maxima secūdum natūrām existimatur, neq; tanquam res præternaturam corrigi vllo modo debet. Si nimium adeps increscat, redditurque corpus obesum, non tantum multitudinem esculentorum, & poculentorum causari oportet, sed [k] temperationem quoque corporis frigidiorem, quæ & parum absumit, & concrescere patitur partem sanguinis tenuiorem, quo fit, vt adeps vltra modum augeatur. His ita constitutis de morbo, symptomate, causis, sequitur vt qua ratione recognosci in homine debent, ostendamus: Moles ipsa corporis prætet naturam aucta, hoc est morbus propositus duplici sensu iudicatur, aspectu videlicet, & tactu: symptoma, motus nimirum voluntarius læsus similiter D sub sensum cadit, sed causa proxima caro videlicet aut adeps cum includatur cute, sensum latet, quamobrem coniectura necesse est inuestigetur, colligaturq; ex causis, ex iuuantibus & nocentibus, ex effectis: ex causis quidem, vt ex temperatione, quæ si vel moderata sit, vel paulo calidior, carnem: si frigidior adipem [l] vt efficit, ita etiam demonstrat. Prodest vbi caro redundat, de cibo & potione aliquid detrahere; vbi adeps, calorem etiam corporis augere: nocent contraria. Sed effecta potissimum denunciant, sit ne caro an adeps, nam grauitas & tarditas motus voluntarij licet vtrobique deprehendatur, tamen vbi caro increuit, iungitur cum virium robore, vbi adeps, non ita seruatur robur item ex qualitatibus corporis, cum carne color est rubicundus, & partes quæ tractantur magis solidæ sentiuntur, contra laxiores cum adipe, colorq; magis albidus aspicitur: hoc pacto igitur internoscere licet inter carnem & adipē, quæ distinctio vulgares etiam non latet, qui alios dicunt esse crassos & carnosos, alios pingues & obesos. Quod attinet ad futurum euentum, tam carnosi quam pingues redigi ad mediocritatem possint, facilius tamen carnosi, quibus satis est de alimento aliquid detrahere, & vehemētius exerceri, aut multum fricari: docuit enim Hipp. [m] a multa frictione extenuari corpus: sed pingui-

[f] Gal. l. 2. ad Glauc. c. 7.
[g] Gal. l. de tum. præt. nat. c. 1.
[h] Gal. l. de diff. mor. capit. 9.
[i] Gal. lib. de cau. morb. c. 9.
[k] Galen. l. 2. de tēp. c. 4.
[l] Gal. ibid.
[m] Gal. l. 3. de officin. t. 25.

pinguibus necesse est mutare etiam temperationem,& calidiorem efficere;eiusmodi autem est E
via qua sanantur. Quod spectat ad tempus, vt difficilius, ita etiam tardius sanantur obesi,quã
carnosi.Ratio curandi vt in alijs morbis,ita in hoc consistit in operib. & instrumẽtis, opera ad
solam causam dirigi debent, hac.n.remota remouebitur simul & morbus & symptoma, cæte-
rum vt in alijs morbis, qui à materia proficiscuntur, ita & in hoc necesse est primo prohibere
ne noua adijciatur,deinde eam quæ iam addita est,remouere. Ne noua adijciatur fiet,si esculẽ
ta dentur & poculenta quantitate pauciora,& qualitate extenuãtia, prohibent hæc cõiter ne
nimia carnis vel adipis copia increscat,sed proprie ne augeatur adeps fiet spectando etiam ad
temperationem corporis frigidam, quam calefaciemus partim victu, partim medicamẽtis, de
a Vid.li.12. de cur.gen. c.5. par.1.
quib.supra [a] locuti sumus,qua de curatione temperationis immoderatæ:substantiã vero,quæ
iam addita est & præter naturam redundat in vniuerso corpore, absumere oportet, ad quod
b Gale. l.1. aph.cõ.15.
opus efficiendum vtemur & victu,& medicamentis idoneis;sub victu cõtinetur primo aer,qui
debet esse calidus & siccus,hoc.n.redduntur corpora gracilia,qualia [b] fere æstate conspiciun
tur,tum esculenta & poculenta & qualitate extenuantia,& quantitate pauca,nã nisi noua ma
teria addatur, externa quæ iam adest satis minuetur à calore tam interno quam externo, hoc
est aeris ambientis,qui famem perpessi sunt, ex carnosis & obesis graciles fiunt,& tabent. Vi-
c Gale. l.7. meth c.6.
gilia vero,motus, [c] atq.animi perturbatio,quæ similiter ad victum referũtur, adeo corpus ab F
sumunt,vt euidenter gracile ipsum efficiant, quod euidentius etiam efficit nimia quantitas ex
d Gale. 14. met.c.15.
pulsorum.Medicamenta quæ ad hoc valent,siccandi vim habent,quod si cũ siccitate calor iun
gatur,longe efficaciora erunt:commode intus sumuntur theriace, tum sales [d] theriaci, deco-
ctum ligni guaiaci cum pane biscocto,passulis,& amygdalis, seu pistacijs eo modo quo docui-
mus exhibendum ijs esse,qui lue gallica detineantur.Aquæ autem salis,sulphuris,nitri aut alu
minis vim habentes extenuant corpus nostrũ nõ solum si intus dentur, sed ẽt si extrinsecus ad
hibeantur,eodem spectant ẽt olea calida,digerentia,vt irinum,laureum,costinum, rutaceum,
quib.si homo diutius vtatur,necesse est extenuetur. Quod si eiusmodi substantia nõ in toto cor
e Gale.l.de diff morb. c.9.
pore,sed in aliqua parte increscat præternaturã, morbus similiter pertinet ad magnitudinem
auctam,veluti cum [e] in vlcerib.caro exerescit, aut cũ aliquod membrum nimis carnosum atq.
obesum redditur. Symptoma similiter ad læsionem motus voluntarij refertur, causa proxima
est materia,vt nimius cibus in ventriculo, vel alia substantia genita in corpore nostro; remota
vero causa est illa,per quam non solum contrahitur in corpore, sed etiam adducitur ad locum
affectum,qui vel per se nimis calidus sit, vel nimium exerceatur: contrahitur superãs materia
in corpore ob vim efficientem,& materiam, de quib.paulo ante locuti sumus. In homine autẽ
ægrotante deprehenditur sensu magnitudo aucta in partib.externis, quo deprehenditur etiã G
symptoma læsæ actionis,causa vt caro addita in vlcere non solum aspectu,sed etiã tactu indi-
catur;sub cute autem si aut caro aut adeps includatur,conijci debet ex signis illis, quæ proxi-
me retulimus,cum redundat in vniuerso corpore. Cibi multitudo cum ventrem tumefacit, vel
sensu ægrotantis dignoscitur.Quod attinet ad exitum futurum, facilius est curare eiusmodi vi
tium in parte aliqua quam in toto.Ratio curandi eadem est quæ ante exposita est, cum incre-
uit in vniuerso corpore,oportet.n.primo prohibere ne noua increscat, deinde absumere eam,
quæ iam aucta est præternaturam;prohibebimus ne increscat, remouendo causas vt materiã,
& efficientem, à quib. contrahitur in corpore, præterea calorem & exercitationem partis, à
quo allicitur materia,ex qua increscit. Vitium quod iam factum est, aufertur victu & medica-
mentis, absumendo eiusmodi substantiam superantem, quemadmodum antea ostendimus in
vniuerso corpore : sed vbi caro in vlcere præternaturam excrescat, potest chirurgia detrahi,
f Galen.l.3. met. c.6.& l.5.catage.
satius tamen est vti medicamentis erodentibus, veteres [f] aspergebant misy aut chalcitidem.
Recentiores vtuntur alumine vsto, seu æris rubigine, aut vnguento apostolico ad absumendã
carnem quæ præternaturam superat in ulceribus. Fit alio modo tumor præternaturam à sub-
stantia solida,cum partes suo loco motæ in alienum veniunt,veluti cum ossa luxantur,aut cum
intestinum aut omentum descendit in scrotum, sed hæc spectant ad morbos in situ. H

De Inflatione seu tumore à flatu. Cap. IIII.

g Gal.li.14. meth.c.7.

A Flatu excitari diximus tumorem illum, qui latine vocatur inflatio, græce vero ἐμφύ-
σημα; [g] continetur autem modo in cauis magnis,vt in ventriculo, intestinis,sub cu-
te,sub membrana,qua teguntur vel ossa,vel musculi,vel viscera,sub chordis in quas
terminantur musculi,in oculis,in lingua,in cole: interdum vero cõtinetur in paruis
foraminibus: sed vbicunq. versetur morbus, pertinet ad magnitudinem auctam, cum qua sæpe
iungitur & solutio vnitatis,quam flatus distendendo affert,vnde sequitur dolor tendentiũ sen
sum repræsentans, quod symptoma inflationem consequitur, nisi laxa admodum pars fuerit
inflata. Causa continens & proxima flatus est, seu spiritus crassior, græce dicitur πνεῦμα φυσῶ-
δες, constat enim ex humore & vapore quemadmodum aer, non quidem aquilonaris, sed au-
stralis. Duo autem necesse est concurrant, crassitudo flatus, & densitas loci; nam si hic rarior
fit,ille

A sit, ille tenuior, non colligetur simul, sed exhalabit. Causæ remotæ illæ sunt, quæ flatum gignũt, materia videlicet, & efficiens: materiam [a] suppeditat humor crassus veluti melancholicus, aut etiam glutinosus veluti pituitosus: quos succos contrahi constat ex cibis & potionibus crassis, duris, frigidis, quales supra [b] exposuimus, cum ageremus de causis morborum, & proprie de flatu: Quod si humor perfecte coctus esset, non conuerteretur in flatum. Vis efficiens est calor [c] imbecillus, nam frigus non mouet, calor vehemens adeo dissoluit, vt non efficiatur flatus. Ergo quemadmodum extra docet Aristoteles [d] excitari ventum, vbi nec nimius calor viget, nec nimium frigus, ita etiam in corpore nostro fit flatus, vbi calor imbecillus est, veluti in malo corporis habitu, quem græci καχεξίαν appellant: duæ igitur causæ ad gignendum flatum videntur esse necessariæ, crassitudo materię, & imbecillitas caloris; scire tamen licet interdum alterutram sufficere, vbi validior sit, nam si materia valde crassa & glutinosa fuerit, excitatur flatus, etiam si calor fuerit validus & non imbecillus, præterea si calor admodum imbecillus sit, potest ex materia etiam non crassa, quam non bene concoquit, flatum excitare. Sed cum constet ex ictu [e] inflationem fieri, videmus enim sæpe inflari quæ contusa sunt, quæret quis, quo pacto in illis generetur flatus: profecto eadem duo quæ ante dicta sunt, hic quoque causari oportet, imbecillitatem caloris, & crassitudinem materiæ: redditur calor loci contusi imbe- B cillior, quod cum comprimatur atq. adstringatur, non facile admittat spiritum vitalem, quo potissimum calor continetur, adde quod ex ictu pars humoris tenuior exprimitur, restat crassior, ex qua deinde gignitur flatus, quem minutatim diuisum sæpe deprehendimus in sanguine, qui concrescit in partibus contusis. Expositis rebus præternaturam ad inflationem attinentibus, videndum est qua ratione recognosci possint. Morbus quidem hoc est tumor deprehenditur aspectu, tactu, dolor qui tendentium sensum repræsentat maxime sub sensum cadit, sed causa hoc est flatus inclusus siue in magnis cauis, siue in paruis foraminibus, cum sensum lateat, conijci debet ex causis, ex iuuantibus & nocentibus, ex effectis: neque enim vbi sit tumor, sensui apparet materia à qua fit, sit ne flatus an humor, an substantia solida: sed internoscitur primo ex causis, aliæ enim sunt quæ humorem, aliæ, quæ substantiam solidam, aliæ quæ flatum contrahunt: vbi illæ duntaxat præcesserint, quæ flatum contrahunt, debilitas scilicet caloris, & crassitudo materiæ, causam tumoris esse flatum denunciant, præsertim vbi tumor celerrime excitatus fuit, vitia enim quæ à flatu fiunt vt celerrime [f] discutiuntur, ita etiam celerrime fiunt, quod non euenit his, quæ oriuntur ab humore vel à substantia solida. Quod spectat ad iuuantia & nocentia, vbi flatus sit, prosunt ea quę discutiendi vim habent, obsunt quæ vel contrahendo materiam crassam, vel minuendo calorem excitare flatum possunt. Restant effecta, ex actionibus læsis dolor tendentium sensum repræsentãs sine grauitate, proprie flatum indicat, C nam tensio, quæ humoris multitudinem sequitur, cum grauitate coniungitur; ex his præterea quæ sub diuersos sensus cadunt à naturali statu mutata in corpore ægrotantis, vbi flatus sit, color cutis inflatæ idem est atque aliarum partium: at humor cum tumorem efficit superiectã cutem suo colore inficit, nisi admodum alte insideat: præterea vbi flatus sit, manet tensa cutis, ita vt durior videatur, vbi humor non ita tensa est: si proprie pituita adsit, cutis adeo laxa est vt prementium digitorum [g] vestigia retineat. Quod attinet ad auditum, tumor qui oritur ab humore ictus nullum sonum edit; sed ille quem facit flatus, resonat [h] tympani modo, quod maxime euenit cum venter inflatur flatu sub peritonæo incluso, quemadmodum in ea specie hydropis quam propterea tympanitem [i] dicunt, maxime autem resonat flatus, vbi in maiorib. cauis contineatur. Habes de præsentibus, cognosce de futuris. Euentus in inflatione expectari salubris potest, cum flatus non magno negocio discutiatur, siquando autẽ homo sub hydrope tympanite interit, id non tribuendũ est inflationi ventris, sed alteri morbo iecinoris ac ventriculi, vnde postea proficiscitur inflatio. Tempus quo expectari salus debet, breue est, nam flatus (vt ante ostensum est) cito [k] gignitur & cito dissipatur, ad celeritatem sanationis plurimum confert raritas partis, nam tardius discutitur flatus sub densiori parte inclusus, vt sub initijs aut finibus musculorum. Via qua flatus discutitur, est digestio, quam efficit calor siue ex febre [l] D superueniente, siue arte comparatus. Opera quæ ad inflationem curãdam requiruntur, partim prohibent ne augeatur, partim remouent iam factam. Ne augeatur remouere oportet causas ipsas flatus, [m] augendo calorem, qui cum debilis esset ipsum excitabat, & detrahendo materiam crassam: augemus caloré uictu & medicamentis, quæ fuse supra [n] tractauimus, qua de curatione temperationis immoderatæ, auctus.n. calor perfecte etiam concoquet materiã, quæ non amplius idonea erit ad flatum gignendum: hoc pacto igitur primum occurremus causæ efficienti. Sed quod spectat ad materiam hoc est ad humorem crassum, duo necessaria sunt, vnum ne rursus contrahatur, alterum vt præsentem vel educemus, uel corrigamus. Ne nouus humor contrahatur, fiet potissimum vitando cibos & potiones ex quibus gignitur, & de quib. ante locuti sumus: si humor melancholicus iam contractus sit, exhauriendus est vel secta vena, vel datis melanogogis, vbi tamen prius idoneis serapijs omnibus apertissimis paratus fuerit: si redundet pituita poterit partim extenuata atq. incisa concoqui, partim phlegmagogis exinaniri. Hoc igitur pacto efficiemus, ne ultra morbus increscat. Alterum opus dirigitur ad morbum iam factum, hoc est ad inflationem, quæ curatur iuxta [o] ac alij tumores dempta causa conti-

a Gal.l.1. com. vlt.
b Vid.l.7 de cur. gen. c. 8. par. 1.
c Gal.li.14. meth.c.7.
d Arist l.2. met. ca. de ventis.
e Gal l.14. meth.c.7.
f Galen.l. de rig.trem.capite 5.
g Gal.l.14. meth. c.15.
h Gal.l.14. meth.c.7.
i Ga 4.aph. com.11.
k Gal.li. de trem.rig.capite 5.
l Hippoc.& Gal. 6 aph. 40. & li. 7. aph. 52.
m Gal.l.14. meth ca.7.
n Vid.l.2.de cur. gen. c. 9 par.1.
o Gal.li.14 meth.c 7.

continente, quam in inflatione diximus esse flatum: Hunc igitur exhaurire oportet, quod fiet E
vbi dissipetur in tenues vapores,& pateant tenuia foramina cutis,vnde exhalet,duplex igitur
opus hic necessarium est,digestio,& relaxatio.Quod si validus adsit dolor,& redundet in vni-
uerso corpore sanguis,aut alius humor,lenire preterea dolorem oportet,& vniuersum corpus
exinanire,tum repellētia affecto loco superdare ne inflammetur.Instrumenta, quibus vtimur
ad hæc præstanda,debent non solum respondere operi efficiendo, sed aptari etiam parti affe-
a Gal ibid. ctæ:digeritur flatus per calefacientia, [a] atque idcirco vbi superueniat [b] febris, discuti solet:
b Hippo.& debent medicamenta digerentia cum calore habere adiunctam tenuitatem partium.Valet ad
Gal.6. aph. inflationem viscerum oleum tenue,in quo decoctum sit semen apij,petroselini, fœniculi, ani-
401. si,cumini,rutæ.Ad lienis inflationem superimponimus sulphur,sed ad robur visceri seruādum
adijcimus etiam aliquid aluminis.Ad illum vero flatum, qui sub cute aut membranis contine-
tur,adhibetur spongia [c] noua lixiuio madens.Vbi diu neglecta sit inflatio,& iam inueterauc-
c Gale. 14. rit,vtemur oleo rutaceo,liliaceo,anisino,vtemur & emplastro aliquo, quod valide digerat, vt
meth.c.7. ex calce,adipe taurina,pice ac resina terebinthina, siue quod ex baccis lauri nuncupatur, &
passim apud pharmacopolas paratum seruatur. Vehemens autem auxilium est ad flatum
d Gal.ibid. discutiendum, [d] cucurbitula admota cum multa flamma; desigitur autem ad flatum ven- F
tris commodissime super vmbililicum,sed vt flatus, qui discutitur,exitum habeat, relaxanda
est cutis densa, relaxant quæ moderate calida sunt & humida, vtiliter inungitur oleum cha-
mæmelinum, anethinum, vtiliter etiam perfunditur aqua in qua bullierit chamæmelum, li-
e Gal.ibid. ni semen,fœnugræcum,radix altheæ; dolor leuitur partim relaxantibus, aut [e] discutientibus
iam dictis, partim concoquentibus ac mitigantibus vt cerato roseo, aut œsypo lana succida
excepto, aut sapa, quæ vbi non sufficiant, vtendum est papaueris lachryma cum castoreo,
vel compositione quæ ipsam accipiat; huiusmodi est philonium, aut diaspermaton, quem-
admodum monstrauimus in curatione doloris. At vbi veremur ne inflammatio superue-
niat,neue humor aliquis concurrat ad locum affectum, partim exinanimus totum corpus aut
dato cathartico,aut secta vena,partim adhibemus repellentia super locum affectum, vt lactu-
cam,aut solanum;sed processu temporis repellentibus admiscemus digerentia,& tandem vti-
mur digerentibus duntaxat:valet initio perfusio vini austeri,quod deinde miscetur cum aceto
& lixiuio,sed in fine perfunditur lixiuium vel solum,vel cum aceto, quibus vbi dolor perseue-
ret,adijcitur sapa.

De tumore quem in vniuersum efficit humor. Cap. V. G


Ertium genus tumoris fit ab humore;multas autem species sub se complectitur, ne
que enim ad vnam refertur vt qui fit à flatu, agemus autem de ipso primo genera-
tim,deinde speciatim,atq; hoc pacto exponemus primo communia, deinde perge
mus ad propria, eritq.tractatio breuior, & clarior, omnia enim tradentur via cum
ratione.Ordiemur à cognitione curandorum,declarantes morbū,causas,sympto-
mata,primo absolute,deinde ostendentes qua ratione recognoscantur in homine ægrotante.
f Sup.in hoc Sumamus initium à morbo,hoc est ab eo tumore præternaturam, quē humor excitat: Hic vt [f]
j.c.2. in superioribus ostensum est, non inuenit proprium nomen, sed communi illo appellatur, quo
significatur & ille quem flatus excitat,& ille quem substantia solida;sed species eorum tumo
g Gal.lib.2. rum,qui ab humore oriuntur,singulæ suum [g] nomen inuenerunt;essentia communiter omniū
ad Glauc. refertur ad magnitudinem auctam præternaturam in partibus multiformibus, cui tamen acce
c.1. dunt & alij morbi, ac primo inæqualis immoderatio temperationis, nam humor, qui in parte
tumida præter naturam versatur,quam habet qualitatem illi impertit, vt sanguis calidā & hu-
midam,pituita frigidam & humidam, flaua bilis calidam & siccam, humor melancholicus fri- H
gidam & siccam:sed cum immoderata hæc qualitas,quam affecta pars accipit ab humore,quē
præternaturam continet, differat ab ea quam naturaliter habebat, fit necessario immoderata
h Gal.li.de temperatio inæqualis, quæ proxime attinet ad partes simplices, [h] & propterea has ad multi-
diff morb. formes.Accedit & tertius morbus communis tam simplicium partium quam multiformium,ni
c.5. mirum vnitatis solutio siue obscura,siue euidens,quemadmodū vbi pars tumida exulceratur,
aut suppurat,sed tunc humor rodendo sinuat,atque exulcerat:Quod si mitior sit,non ita aper
te vnitatem soluit, quamuis ob multitudinem cum contineri in paruis foraminibus nequeat,
aliquo pacto ipsam soluat. His omnibus morbis alius accedit, quod caua, canales, aut paruæ
foramina clauduntur,partim compressa & adstricta, partim obstructa à multitudine materiæ,
i Gal lib.de sed hic [i] morbus proprie refertur ad partes multiformes. Causa propositi tumoris aut pro-
diff. morb. xima est,aut remota;quæ proxima est,aut est fusio humoris,qui prius cócretus erat,vnde pars
c.7. ex maiori mole attollitur,aut est nouus humor,qui præternaturam versatur in loco:non potest
k Gal.li.13. esse fusio,nam neque magnum efficeret tumorem,neque permanentem,statim enim refrigera
meth. c.14. tus desideret, quod tamen non euenit; quamobrem fatendum est proximam & continentem
causam esse humorem,qui præternaturam continetur in loco turgente,siue sit naturalis vt san
guis,

A guis, pituita, flaua vel [a] atra bilis, aut aquosus humor, siue preternaturam vt pus & sanies, siue medius veluti multa potio in ventriculo; quæ naturalis est vbi moderate, sed præternaturam vbi immoderate sumpta fuerit, ita vt tumorem faciat: potest etiam humor qui genere naturalis est, effici præternaturam, non solum vbi copiosus est, sed & vbi corruptus, veluti sanguis in Ecchymomate, aut bilis vsta, aut quiuis succus aliquo modo putrescens: Huiusmodi igitur est proxima & continens causa propositi tumoris. Remotas inueniemus si modū repetamus, quo ab humore tumor excitatur: hunc duplicem [b] esse constat, cum vel paulatim cogatur, vel repē te aliunde influat: cogitur paulatim humor, vel quod crassus, aut etiam glutinosus sit, ita vt nō facile euadat, vel quod facultas siue concoquens siue expellens imbecilla sit, ita vt neque hæc queat detrudere, quod naturaliter superat, neque illa concoquere quod cōcoquendum est, vel quod non pateat exitus his quæ exire debent, sed interclusa sint caua siue parua, siue magna. Humor crassus & glutinosus gignitur ex materia cibi & potionis simili, quo confert etiam immoderata temperatio calida, vel frigida, tanquam vis efficiens: hæc enim quod superat, aut cogit, aut siccando crassum reddit. Imbecillitas facultatis tam expellentis, quam concoquētis, sequitur temperationem immoderatā quamlibet. Clauduntur caua, vt parua foramina, & canales, partim obstructa à materia multa, crassa, & glutinosa, partim adstricta & cōpressa: proprie autem parua foramina cutis dēsa fiunt vi frigoris, quemadmodum hyeme, vnde quod superat,
B & educi debet, paulatim retinetur. At influit humor ad aliquem locum repente, cum vel aliunde [c] transmittitur, vel ab ipso attrahitur. Vbi transmittitur, necesse est etiam recipiatur, ita vt duæ partes concurrant, illa quæ transmittit, & illa quę recipit: pars transmittens naturalem habet vim expultricē, qua quod molestum est detrudit ad alias partes, quæ si imbecilliores [d] fuerint admittunt, quod à validiore detruditur, vbi aūt pateat exitus, effluit quod detruditur, vbi non pateat, retinetur in loco, in quo recipitur, atque ibi tumorem excitat, si nō plus redidet, quā naturaliter debeat, natura satis exitū molita est, eo enim maxime spectauit, vt sanitas singularum partium conseruaretur, quod cum fieri nequeat, nisi detrudantur quæ assidue superant, parauit canales, & ostia, vnde id transiret atque expelleretur, quæ sufficiunt cū homo praua victus ratione vtitur, vnde retinetur quod influit, & tumorem facit præternaturam; iam vero quod molestum est, aut nimia copia aut qualitate nocet, & ita expultricem excitat ad detrudendum; cæterum calor repente superueniens humorem fundit, qui non quatenus fusus est, tumorem facit in loco, in quo continetur (vt ante ostensum est) sed quatenus molestior est quam ante, quod & aliquo mō distēdat, & ferueat; quo fit vt expellatur à validiori parte ad imbecilliorem, vt ad cutem; quamobrem vere humores qui hyeme collecti erant funduntur, & ad cutē [e] transmissi pustulas excitant, id quod ēt euenit, vbi corpora illa in quibus praui succi redū
C dant, exercentur, præsertim si naturaliter fuerint calida & humida, hæc enim maxime fluxioni sunt opportuna; transferunt enim partes [f] validiores, quod molestum est facile ad alias in eiusmodi corporibus, vbi humorum copia est, & a calore funditur, & expelluntur interdum humores morbum facientes ab internis partibus ad externas, tumoresque faciunt, quos dicunt ἀποστήματα. Cæterū pars accipiens imbecillior est, vel potius maxime imbecilla, si quidem quæ validæ sunt, non solum non admittunt, quod noxiū aliunde transfertur, sed si quid tale habēt, expellunt. Imbecillitas partium aut simul oritur cum ipsis in vtero, aut postea superuenit: partes illæ quæ vel vsum [g] duntaxat præbent, vel non funguntur præstātiori aliquo munere fiunt a natura imbecilliores, vnde facile accipiunt, quod ab alijs reijcitur, ēt sine vlla vlceris aut doloris occasione, tū sine magna plenitudine aut prauitate succorū, quemadmodu cutis quæ solūmodo nata est ad tegendum, quemadmodum & glandulæ illæ, quæ fulciunt vasa ne abrumpātur, cum diuidantur in plura ac minora; habent hæ ex quatuor naturalibus facultatibus ministris, attrahentem, retinentem, expellentem multo imbecilliorem, concoquenté vero nō multo quā cæteræ partes, vnde facile admittunt [h] quod influit interdū etiam intercipiunt quod trahitur a parte dolente; cum pes propter vlcus dolet, intumescunt glandulæ in inguine; cum brachium in ala, cum caput in ceruice. Ex morbo etiam oritur imbecillitas partium, præsertim ex tempe
D ratione immoderata, qua laborātes partes etsi naturaliter fuerint validæ, fiunt imbecillæ, adeo vt admittant, quod influit, & intumescant: sed confert etiam ad accipiēdum substantia [i] laxa, amplitudo canalium, situs inferior, siquidem in partibus laxioribus, in inferiori sede collocatis, & ad quas pertineant ampliores canales, prompte admittitur quod trāsfertur, quemadmodū in pulmone quod à capite destillat. His ita constitutis de partib. transmittentib. atq; accipientibus, hoc est de causa cur humor fluat ad locū affectum, accedamus ad causam explicandam cur attrahatur. Diximus enim fluxionem fieri, quod materia vel transmittatur, vel attrahatur. Attractionis causæ duæ nobis sese offerunt [k] calor & dolor, partes.n. quæ præter naturā calefactæ sunt aut dolent, attrahunt primo à vicinis partibus, deinde ēt ab alijs humores, & implentur ac tument, etiam si moderata sit succorum copia in vniuerso corpore, quanquam multo magis si ea magna fuerit: ad partes calefactas voluit Asclepiades confluere, Galenus vero attrahi humores: calefiunt aūt à sole, ab igne, à calidis medicamentis superimpositis, à putredine, succi enim qui præternaturā in aliqua parte versantur, obstruentes sibi ipsis putredinem afferunt, vnde inflammantur partes & inflammatæ succos aliunde attrahunt, quamobrem vbi uiscera

a Gal. li. 13. meth. c. 14.

b Gal. lib. 2. de diff. feb. c. vlt.

c Gal. ibid. & li. 13. meth. c. 4.

d Gal. loc. dict. & lib. de cau. mo. c. 6.

e Gal. lib. 3. apho. com. 20.

f Gal. lib. de cau. morb. cap. 6

g Gal. ibid.

h Gal. libr. 13. meth. c. 5

i Gal. lib. de diff. feb. ca. 11. & li. de cau. morb. cap. 6.

k Gal. locis dictis & 13 meth c. 4.

a Gal. li. 2. prog. com. 40. & 7. aphor. cõ. 2. valde inflammentur, extremæ partes frigent, quod [a] calor inflammationis cucurbitulæ modo E
ad se alliciat ex vniuerso corpore sanguinem ac spiritus: calefiunt etiam partes nostri corpo-
ris ex motu, videmus enim sæpe vlceratas partes ab inflammatione defendi, quæ vbi vehemẽ-
tius exerceantur in inflammationem incidunt ac tument. Dolor per se nullam vim habet al-
liciendi, sed natura ipsa partis dolentis implet ipsam spiritu & sanguine, quibus vtitur
quasi militibus ad hostes depellendos; aggressa enim ad depellendũ dolorẽ, cũ non succedit,
maiori conatu rursus idem agitur, atque implet locum dolentem spiritu & sanguine, exprimit
enim alias partes, & ad dolentem conuertitur, quo fit, vt nihil magis videatur fluxionem mo-
uere quam dolor. Vulnera quæ non dolent, non inflammantur, neque turgent, at partes om-
nes dolentes, fractæ, luxatæ, aut quouis modo læsæ ac violatæ in tumorem assurgunt, & tanto
maiorem, quanto dolor fuerit grauior. Causæ tumorum tam proximæ, quam remotæ iam expli
catæ sunt. Distinguitur tumor propositus compluribus differentijs, quorum aliæ constituunt
b In hoc li. c. 2. speciem, aliæ mutationem aliquam afferunt in iam constituta; differentia constituens ducitur
a specie humoris, ante [b] enim ostensum est diuersa genera, diuersasque species tumorum pro-
ficisci à materia genere vel specie diuersa, vnde tria prima genera tumorũ oriri diximus, a sub
stantia solida, a flatu, ab humore; similiter species illorum tumorum, quos excitat humor, con
stituũt differẽtiæ humorũ, sed has persequemur vbi genus in vniuersum absoluerimus, cui nũc F
tribuemus cæteras differentias, quæ in quauis eius specie afferre mutationẽ aliquã vidẽtur. Su
c Vid. l. 4. de cur. gen. c. 2. par. 1. mũtur aũt in hoc, vt in cæteris morbis [c] ostẽsum est, à subiecto, à modo quo forma versatur in
subiecto, a consequentibus formam in subiecto, a causis vel ab effectis. Omittemus illas nunc,
quæ depromuntur vel a subiecto, vel a modo quo forma in ipso versatur, neq; enim ita vidẽtur
ad curationẽ huius tumoris pertinere, vt cæteræ quæ ducuntur a cõsequẽtibus formã in subie
cto, vel a causis, vel ab effectis. Cõsequũtur aũt formã in subiecto quãtitas, numerus, locus, mo
tus, tempus. Ex quantitate suppetunt differentiæ, quod alii tumores magni sunt, vt inflãmatio-
nes & erysipelata, alij parui vt pustulę; à numero ꝙ tumor vel vnus est uel multiplex, pręterea
d Gal. li. 6 aph. cõ. 38 vel vlceratus, [d] vel sine vlcere manifesto; a loco, quod aut versatur ĩ toto corpore, velut hydro
pis species, quam vocant ἀνασάρκα, aut in parte, siue interna siue externa, siue in superficie, siue
altius in hac aut illa; a motu, quod vel celeriter fit & concoquitur, vel tarde; a tempore, quod
recens aut vetustus est, tũ incipiens, increscens, vigens, aut inclinãs. A causa proxima, vt à ma-
teria cocta vel cruda, retenta vel effluente, miti vel praua, exquisita uel spuria, vnde alius tu-
mor dicitur crudus, alius coctus, alius humidus, alius siccus, alius mitis, alius prauus, alius ex-
quisitus, alius spurius; a causa vero remota, quod paulatim cogitur, vel fit ex influente mate-
e Gal. li. 13. meth. c. 5. ria siue ob multitudinem, siue [e] occasione vlceris, vt cum inflammantur glandulæ, siue ob ictũ G
& dolorem. Postremo ab effectis, quod figura aut plana est, vt in tumoribus latis, aut acuta, ve
in his quæ magis attolluntur: tum quod dolor vel prurigo adest aut abest: huiusmodi igitur
sunt differentiæ illorum tumorum, qui ab humoribus oriuntur. Sed cum pluribus distingui dif
ferentiis tumores ostẽderimus, harum quoque inuestigare causas oportet, de quibus in vniuer
sum scire licet easdem causas esse differentiarum, quæ sunt tumorum, tantum assumunt similẽ
differentiam, siquidem differentia causæ similem affert differentiam effectui; non tamen ex-
pressa semper similitudo est, sed interdum latet atque inuoluta est, quam vbi aperias atque
euoluas, comperies differentias tumorum oriri à simili differentia causarum, hoc est humo-
rum, á quibus proficiscuntur proxime, deinde etiam earum a quibus humores aut gignuntur,
aut impelluntur ad affectum locum, sicuti tumor acutus & pruriens ab humore calido, latus &
sine prurigine à frigido oritur, qui latenter similem habet differentiam, quatenus potest ta-
lem excitare tumorem. Tertium præter naturam, quod in tumoribus attenditur, qui ab humo
re proficiscuntur, symptoma est, vix autem aliquod reperias, quod commune sit omnium, siqui
dem actiones læsæ variæ sunt, prout tumor varias occupat partes, dolor autem, qui plerosque
tumores & ob distentionem, & inmoderatam temperationem consequi videtur, nullus senti-
f Gal. li. 4. de cau. puls. c. 7. tur in tumore vel duro, quem σκίῤῥον, vel laxo quem οἴδημα Græci appellant. Pulsus item [f] durus H
in alijs tumoribus apparet, ĩ tumore laxo mollior. Ex affectibus similiter & qualitatibus corpo
ris, quamuis renitantur fere partes omnes, quæ ab humore in tumorem assurgunt, laxiores illæ
fiunt, in quibus pituita tumorem laxum excitauit, plus enim laxat quod humida sit, quam ten
dat quod multa; febris vero cum illis solum tumoribus iungitur, qui oriuntur ab humore cali-
do vel putrescente. Color mutatur in cute, vbi tumores ad superficiem pertineant, efficitur.n.
g Gal. li. 1. apho. com. 2 & li. 4. 2. pho. cõ. 1. tunc cutis illius coloris, cuius [g] est humor, vt sanguis, pituita, flaua vel atra bilis, à quo oritur.
Quod spectat ad ea, quæ detruduntur, nihil perpetuum est, nam tenuis sanies principio, dein-
de humor coctus tũ effluit; vbi tumor fiat ab humore nõ nimis crasso aut glutinoso, verseturq;
in parte, quæ patentẽ exitũ habeat, aut tegatur velamento rariore & non denso, cuiusmodi cu
tis est. Expositis reb. præternaturam ad propositos tumores in vniuersum attinẽtibus, sequitur
vt ad ea, quæ in homine ægrotante cognoscẽda sunt, pergamus; omissis autem præteritis, age-
mus primo de præsentibus, deinde transibimus ad futura. Ex præsentibus symptomata, quæ
proxime exposuimus, sensu deprehenduntur siue medici, siue ęgrotãtis; morbus hoc est tumor
ipse in partibus, quæ sub sensum cadũt, aspectu & tactu iudicatur, in his vero q̃ abditæ sunt, di
gnoscitur

A gnoscitur ex causis, ex iuuantibus, ex effectis quæ tractatio pertinet ad curationem membratim. Differentiæ tumorum, qui sub sensum cadunt, sensu quoque deprehenduntur; abditorum vero conijci debent ex signis tumorem monstrantibus, proprie autem incipiens[a] tumor ex mole, ac symptomatibus incipientibus, & ex his quæ exeunt pauca, tenuia, cruda; increscens ex mole ac symptomatibus auctis, ex materia exeunte, quæ copiosior est, & euidẽter cõcoquitur; vigens ex mole & symptomatibus, quæ ad summũ peruenerunt, & materia quæ exit pene cocta: inclinans, ex mole ac symptomatibus imminutis, & ex his quæ exeunt, iam perfecte coctis. Causa restat, humor videlicet, qui tumorem excitat, qualis hic sit in vnaquaque specie tumoris, in sequentibus ostendemus; in vniuersum autem nunc satis est, si distinguatur humor ab aliis causis tumorem excitantibus, a flatu videlicet, & à substantia solida; discernetur autem ex causis, ex iuuantibus & nocentibus, ex effectis, quæ diuersa sunt pro diuersa materia, nam (vt ante docuimus) flatum monstrat tanquam causa imbecillitas caloris, & crassitudo humoris; substantiam vero solidiorem, & crassitudo humoris, & calor vehementer siccans; neutra causa efficit aut monstrat humorem, sed materia externa ciborum & potionum, & diuersa temperies viscerum pro diuerso humore. Præterea iuuant flatum vbi flatus sit, quæ ipsũ discutiunt, nocent quæ ipsum augent, sed vbi substantia solida est, iuuant, quæ ipsam dissoluũt vel educunt, nocent, quæ eandem augent. At vbi tumor ab humore proficiscatur, nõ ita iuuãt

B discutientia, neque ita nocent quæ flatum gignunt, neque etiã ita iuuant quæ causas auferant gignentes substantiam solidam, aut quæ iam præsentem extrahunt, neque ita nocent contraria. Ex effectis tandem licebit internoscere humorẽ a flatu, & substantia solida; sentitur enim grauitas sub humore tendente, sub flatu leuitas; durities vero quam præsefert substantia solida, longe minor est, quam illa quæ sentitur in tumore etiam duro, quem humor facit. Adde quod substantia illa solida videtur separata a parte, in qua continetur, quod non euenit tumori qui durum tumorem efficit, ita vt non sit difficile distinguere humorem a flatu, & substãtia solida faciente tumorem. Ex futuris in proposito tumore in vniuersum, tria spectabimus, euẽtum, tẽpus, & viam, quorum præsagitio in quolibet[b] morbo potissimum desideratur. Euentus triplex expectari potest, salubris, perniciosus, & neuter, videmus enim alios tumores sanari, alios hominem interimere, alios diu manere quales sunt, ita vt neque sanetur homo, neque intereat; sed qualem euentum expectare oporteat, intelligemus ex causis, [c]ex robore nimirum naturæ & morbi, nam si natura adeo valida appareat, vt superare morbum possit, sperabitur salus, cõtra timebitur interitus, vbi morbus superaturus naturam videatur; quod si neque natura morbũ, neque morbus naturam superare possit, tumor in eodem statu manebit, quemadmodum durus ille[d] solet (quem σκίῤῥον appellant) vbi iam confirmatus est; sed verum maius sit natu-

C ræ an morbi robur, intelligemus ex ipsa essentia tumoris, ex causis, ex iuuãtibus & nocẽtibus, ex effectis: cum essentia attendes simul differẽtias, & eas potissimum, quæ ad magnitudinẽ & locũ pertinent, maior tumor & in loco præstantiore, maius demõstrat morbi robur, & ideo magis periculosus est; ex contrario qui minor est, & locum vilem occupat, minus. Sed quam vim habeat tumor in vnaquaq; partium internarum, declarabimus cum persequemur curationem membratim. Nunc quod spectat ad externas partes, cum non sint præcipuæ, tumor qui in eis versatur, non potest rõne loci maius morbi robur, quã naturæ indicare. At declaratur hoc quale sit, potissimum ex causa ipsa continẽte, ex humore videlicet, a quo tumor excitatur, qui vbi calidus sit & tenuis, vel non crassus, minus monstrat morbi robur, sed maius vbi frigidus sit & crassus; minus itẽ vbi mitis, maius vbi prauus, quãobrẽ leuior est tumor qui fit à sãguine aut pituita, quã qui a flaua, vel atra bile; huc spectant, quæ tradita sunt de tumoribus mollibus & duris, molles boni sunt, quod fiant a calidioribus & tenuioribus succis, contra duri, mali, quod oriantur a crassis & frigidis; quare hi lati sunt, illi altius attolluntur a cute. Aliæ causæ catenus morbi robur maius, vel minus quã natura ostendunt, quatenus referuntur ad proximã & continẽtẽ, neq; refert succedat ne tumor alijs morbis partium internarum, quorum materiam natura ad exteriores partes detruserit, an statim ab initio oriantur, eadẽ enim est ratio vbi factus est,

D quod spectat ad significandũ robur naturæ, vel morbi. Ea vero quæ prodesse parum solent, si plurimũ prosint, & ea quæ multum obesse, si parum obsint, monstrant propositi morbi hoc est tumoris robur imbecillius, quam naturæ, sed validius vbi contrario modo se habeant. Ex effectis tandem conijcitur maius vel minus morbi robur, quam naturæ in hũc modum; nã ex actionibus læsis, dolor magnus; ex qualitatibus corporis, color liuidus aut ater; ex ijs quæ excernũtur, sanies cruda, fœtida, denunciãt maius morbi robur; sicuti minus, dolor paruus, color parũ a naturali mutatus, aut rubicundus, quod detruditur coctũ, & fœtoris expers: hoc pacto igitur essentia tumoris, causæ, iuuantia ac nocentia, effecta denunciando maius morbi robur, periculum portendũt, minus vero euentum salubrem. Omnia hæc indicia, vt monstant maius vel minus robur morbi quam naturæ, aut æquale, & propterea euentum futurum, ita etiam[e] cõferũt ad prædicendũ modum euentus futuri, qui diuersus est expectandus prout & euẽtus; adeo vt qui modum seu viam euentus præcognoscere potest, possit sæpe inde futurum præsagire. Ex tumoribus igitur alij repente euanescunt, alij diutius permanent; repente euanescũt, cum vel recurrunt ab externis partibus ad internas humores illi, à quibus excitãtur, vel reuertũtur ad

a Gale li. 1. de cau. pul. 7.
b Gal. li. 4. de præsa. ex pul. c. 11.
c Gale. ibi. & l. de cõstit. ar. c. 18.
d Gal. li. 2. ad Gla. l. 4.
e Gale. l. 4. de præsag. pul. c. 11.

vicinas partes,& retro commeant ad ignobilia loca,vnde venerunt,hi salubrem euentum,illi E
perniciosum demonstrant;tumores vero qui non repente euanescunt sed permanent, aut di-
geruntur,aut coquuntur,& suppurantur,aut putrescunt,aut duri euadunt. Optime agitur cũ
ægrotante,vbi discutiuntur,ita vt humor à calore partim interno partim externo digeratur,
bene etiam agitur,cum humor coquitur,& in pus vertitur,nam tunc etiam salutem expectare
a Gal. 2. progn. cō. 40. licet,præsertim vbi totus humor æqualiter suppuret,neq; aliquæ partes relinquantur crudæ,
atq; vbi qui plurimum à cute tumor [a] attollitur,deorsum vergat, nam sic cum aperitur, datur
exitus puri,quod exire debet album,[b] æquale sine fœtore,quod enim tale est, superari modũ a na
b Gal. ibid. com. 42. tura denunciat, quod contrarium est,naturã à morbo:fit aũt pus à calore medio [c] inter naturalẽ
c Gal. ibid. & præter naturam,nam & ipsum mediũ est,neq; enim naturale est,vt alimentũ,neq; oĩno præ
ter naturã,vt sanies putris:alia via euentus est,cum humor tumorẽ faciens nõ vincitur à natu-
ra,sed ipsa superatur,& quasi in cadauere nec concoquit,nec corrigere ipsum molitur, vnde
d Gal. li. 2. ad Gla. c. 9 putrescit,fitq; primo grangræna,& tandem interitus partis,quem Græci [d] σφάκελον vocãt, strã
gulatur.n.calor innatus,& tunc nisi præcidatur emortua pars,aliæ afficiuntur,ita vt sequatur
necessario ĩteritus,quod ex toto natura superetur à morbo:vbi pars nondũ emortua est,periculo
e Gal l. 1. ad Glauc. c. 4. sus est affectus,non tamen ex toto perniciosus. Terminatur aliquando tumor ad duritiẽ quan F
dã insanabilẽ,cũ sc. [e] tenues partes humoris,à quo oritur,sub validissimis præsidijs aut repel-
lũtur,aut digeruntur,& restant crassæ,quæ locum reddunt valde durũ,ita vt ne vix quidẽ po-
stea sanari possit,sed ĩ eodẽ statu maneat. Si quis ergo præuiderit viã euẽtus,poterit ipsũ quo
que euẽtum futurũ prænoscere,nã si vel retro cõmeet ad partes vnde venit,vel digeratur, uel
vertatur in pus humor,expectare salutẽ oportebit;interitũ vero,si aut recurrat ad nobiliores
& interiores partes aut putrescat:sed si detractis partibus tenuioribus restẽt crassiores cũ du-
f Gal. loco citato. ritie,iudicabimus tumorẽ in eodẽ statu permansurũ.[f] Indicia vero,quibus vnusquisq; ex præ-
dictis modis futuri euentus denũciatur,paulo post subijciemus,cũ agemus de via,nã nũc de tẽ
pore agẽdũ est;põt ergo euẽtus siue salubris siue perniciosus futurus sit,post breue,& post lõ-
g Gal. l. 4. de præsa. puls. c. 11. gũ tẽpus sequi,discernit aũt ex [g] robore superãtis naturæ siue morbi, vel multo vel paulo ma
iore:nã si natura validior sit morbo,ita vt expectetur salus,siquidẽ multo ualidior sit,post bre
ue tẽpus,si paulo post lõgũ expectãda est;similiter cũ morbus superaturus naturã uidetur,ita
ut timẽdus sit interitus,si multo ualidior sit,cito sequetur;si paulo,tardius. Ad robur naturæ præter
essentiã,qua cõtinetur,cõfert humor tenuis,calidus,coctus,aut certe nõ crudus, locus laxior,
aer calidus,siue ob anni tẽpus,siue ob præsentẽ cæli statum,siue ob regionẽ;nã humor crudus,
crassus,frigidus,& præsertim melancholicus,qui vix detrudi aut concoqui potest, locus den- G
sus,aer frigidus reddit naturæ robur imbecillius. Quod spectat ad robur morbi, sanies quanto
deterior est,gangrena quanto maior,tanto validius morbi robur denunciat, & interitum tãto
h Gal. loco citato. celerius futurum. Via euentus ex ijsdem [h] signis deprehenditur, ex quibus & euentus,ex natu
ra videlicet,ac morbo vna cũ suis causis ac symptomatib. si repente euanescat tumor,quod re
currant humores ad partes internas ac præstantes, superueniet deterior febris, superuenient
symptomata propria illius partis,ad quã humor transferetur:si euanescat,quod retro cõmeet humor
ad partes ignobiles vnde venit,nihil tale sequetur,sed leuabitur ægrotãs. Præcognosces discu
tiendũ tumorẽ,vbi humor non multus sit sed paucus,non frigidus sed calidus, nõ crassus sed te
nuis,cutis itẽ non sit densa,sed mollis & laxa,aer nõ frigidus sed calidus:sed iãiã digeri intelli
ges,vbi & ipsum imminui cernes,& ægrotãtẽ minus afflictari; suppuraturũ tumorẽ colliges ex
magnitudine,calore,& duritie ipsius,ex parte corporis quã occupat calidiore,ex succis à qui-
i Gal. lib. 2 aph. cō. 47. bus oritur,non crassis & frigidis,sed tenuib. & calidis:iam fieri pus intelliges ex superueniente
horrore,ex pulsu molesto,ex grauiore [i] dolore,ex febre aucta,sed tãdẽ factũ pus iudicabis, cũ
dolor sedabitur,remittetur febris,pars aliqua tumoris magis extabit & alba erit, videbiturq;
humor inclusus,si prematur,in vndarũ speciẽ moueri,cedetq; tangenti tumor, neq; renitetur,
ita vt facile deprehendere liceat pus iam confectũ,si quando aũt deprehẽdi nequeat,causatur
k Hipp. 6. aph. 41. Hipp. [k] crassitudinem puris,& loci nam vbi pus valde crassũ sit,atq; vbi plurimum à superfi- H
l Gal lib 2. de ar. à tex. 55. ad 57. cie distet,non facile cognoscitur,decipiturq; interdum medicus, vt ostendit Hipp. [l] in fractu
ra auris,quod vel pus magis distet à cute quã putet, vel quod locus ob mollitudinẽ & gluten ce-
dat prementi,quemadmodũ solet suppuratio cedere;sed si quis valde exercitatus sit,interno-
scet ex modo cedendi inter partem naturaliter mollẽ,& suppurentẽ. Porro futuram putredinẽ
& gangrænã deprehendes ex magnitudine morbi,& summa imbecillitate naturæ,vbi iã putre
scet sanies,apparebit mali coloris ac fœtida,minuetur calor in loco,& dolor ac pulsus,minue-
tur & rubor:sed cũ materia penitus corrupta est,& pars emortua,adest nigrities,liuor sine ru-
bore,sine calore,sine sensu:postremo cum tumor duritiẽ contrahit,minuitur & moles, & fœtor,
& calor,& dolor,& molliries:sed cum durities iam confirmata est, adeo sub sensum cadit, vt
non opus sit alijs indicijs:sed satis de cognitione. Curatio nunc sequitur tumorum in vniuersũ
ab humore emanantium,quæ ad tria præternaturã spectare debet,ad morbos,causas,sympto
mata;quanquam satis plerunq; est causam continẽtem auferre, cum qua simul cessant reliqua
duo,si quid tamen morbi restet,aut si quod symptoma non permittat curari causam,& expecta
ri dum tollatur,quid faciẽdum sit etiam exponemus. Ordiemur à morbo qui primũ est in ma-

gnitu-

E gnitudine [a] aucta, in hac enim consistere diximus [b] essentiam tumoris, sed adiungitur immoderatio temperationis, qua humor afficit solidas partes, in quibus continetur, clauduntur præterea caua, sæpenumero etiam adijcitur vlcus, sed de vlcere agetur qua de solutione vnitatis iam facta. Illa autem solutio quæ fit, à qua dolor proficiscitur, caua clausa, immoderatio temperationis, magnitudo aucta simul tollentur cum causa continente; quam vbi remoueatur humor ex loco affecto, non soluetur amplius vnitas, cum non distendatur vltra locus, aperientur caua clausa, adimetur magnitudo præter naturam, recedet etiam immoderatio temperationis, nisi si hæreat partibus solidis, adeo vt restet etiam adempto eo humore, à quo orta erat, hoc vbi accidit eadem conuenit curatio, quæ [c] supra posita est, cum vnamquamque speciem immoderatæ temperationis seorsum tractauimus, qua ratione tolleretur declarantes, si remoto humore, à quo proficiscitur tumor, remoueatur simul immoderatio temperationis, nihil amplius efficiendum est, interea vero dum adimitur humor, eatenus spectamus ad temperationem immoderatam, quatenus præsidia, quibus ille tollitur, ad ipsam aliquo pacto accommodantur: dãtur enim repellentia frigidiora, vbi calor excedat, digerentia calidiora vbi frigus, vt suo loco patebit. Differentiæ tumoris, quas proposuimus, postulant [e] curationis differẽtiã similem, aut aperte, aut latenter, quemadmodum de differentijs morbi generatim [d] dictum est, id quod proprie de differentijs tumoris in vniuersum perspicuum fiet in his, quæ subijcientur de curandis causis, & symptomatibus ipsius, vbi præcipuarum differentiarum mentio fiet.
F Sed accedamus ad cãm ipsam continentem curandam, hoc est ad humorem à quo tumor oritur, adimẽdũ, de quo conuenit inter oẽs [f] sectas. Intueri inprimis oportet, nunquid tumor ita factus sit, vt non amplius fiat, an ĩ affectã partẽ aliquid adhuc humoris influat: si ex toto factus sit, ita vt nihil aliud vltra influat, sola conuenit detractio humoris in ea contenti, quod vsu venit in illis tumoribus, qui humore paulatim collecto gignuntur, si non redundet in vniuerso corpore aut sanguinis multitudo, aut succorũ prauitas: sed in ceteris cum assidue aliquid affecta pars accipit, [g] primũ necesse est prohibere ne quid influat, deinde id detrahere quod in ipsa continetur. Quod si initio adhiberemur, antequam aliquid acciperet, eo tãtum dirigeremus consilium, vt fluxum cohiberemus, quod non esset curare morbum factũ, sed propulsare [h] impendentem. Ostendamus primo qua ratione prohibere possimus, ne humor influat, deinde veniemus ad remotionẽ eius, qui morbum facit tanquam continens causa. Ergo ne accipiatur humor in aliqua parte, fiet si demus operam, ne gignatur amplius in corpore, qui copia vel qualitate noxius sit, & ne qui iã genitus est, influere ad ipsam possit: ne gignatur prohibebimus remouẽdo causas, effectricem videlicet & materiam, nam ab his gignitur superans humor. Cæterum causa effectrix est plerunque immoderata viscerum temperatio, quæ contrarijs præsidijs ad moderationem redigi-
G tur, quod tamen vix facere licet, cum iam incepit tumor, quamobrem adimitur materia vt nimia, copia, vel immoderata qualitas esculentorum, & poculentorum, quemadmodum [i] ostendimus, cũ curationem causarum in vniuersum traderemus: huc spectat inedia, huc victus extenuans aut refrigerans, huc cibi & potiones boni succi, & facilis coctionis, quibus vtimur in curatione tumorum; neque enim pertinent hæc ad morbum factum, sed ad prohibendum ne vlterius fiat, & proprie ne nouus humor superans gignatur in corpore, qui concurrere ad locum tumefactum possit: ille autem qui iam genitus est, quo pacto coerceatur propulseturque ab affecto loco, exponemus, si prius monuerimus non prohibẽdum [k] esse, cum a nobilioribus partibus fertur ad minus præstantes, ne maiorem noxam afferat: quicquid ergo prohibet eiusmodi fluxum, tunc tantum conuenit cum non transfertur humor à nobilioribus partibus ad ignobiliores; quid autem efficiendum sit demonstrat rei natura, quæ in tribus consistit, in humore, in loco vnde venit, & in eo ad quem fluit. Humor si copia noxius [l] sit exinaniri debet, si qualitate, curatur & eum exinanitur, & cum manens in corpore ad moderationem redigitur: locus vnde humor fluit siue sit vniuersum corpus, siue aliqua pars duntaxat, ita curandus est vt non amplius transmittat: at locus accipiens vel tantum accipit, [m] vel etiam attrahit aliunde ad se humorem, si tantum accipiat, tunc quia imbecillus est confirmari debet, quod commode effi-
H ciunt repellentia [n] præsidia; sed si alliciat ad se humorem, id facit vel ob calorem [o] præter naturam, vel ob dolorem, vtrique autem succurrendum est. Hoc igitur præsidiorum genere prohibetur, ne humor qui iam genitus est in corpore, feratur ad locum affectum: sed præstat vnũquodque seorsum explicare, siue referatur ad humorem, siue ad locum transferentem, siue ad accipientem. Humor si qualitate vitiosus sit, quo pacto ad mediocritatem redigatur antè dictum est, qua [p] de curatione causarum, sed si nimis copiosus sit detrahi debet, cumque multiplex [q] sit detractionis species, sanguinis missio, purgatio, vrinæ vel sudoris euocatio, tũ ea quã præstat balneum ac frictio dissipans ac digerens, & humorem cõuertens in vapores, quæ eductio sensum latet, eligere illam oportet, quæ maxime aptetur & copiæ ac speciei redundantis humoris, & affectui corporis; nam vbi [r] febris sit, alienum balneum est, aliena frictio, obseruabimus quacunque vtamur, animaduersiones illas, quas in vnaquaq; detractionis specie seorsum posuimus [s] ad qualitatem, quantitatem, tẽpus, locum, modum, ordinẽ pertinentes. Qualitas ad speciem refertur, quam (vt dictum est) accõmodabimus & effectui corporis, & humori redũdanti, qui si sanguis [t] sit, venam secabimus, si pituita vel vtraq; bilis, vtemur cathartico

a Gal. li. de dif. mor. c. 9.
b Supra in hoc lib. c. 4.
c Supra li. 15. de cura. ge. capitib. multis, p. 1.
d Supra c. 5. huius libri.
e Vidus li. 13. de cura. gen. ca. 1 p. 1.
f Gal. li. 13. meth. c. a.
g Gal. ibid.
h Gal. ibid.
i Vidus li. 16. de cur. gen. par. 1.
k Auic. l. 1. fen. 4. c. 25. & Gal. l. 6. aph. cõ. 25
l Gal. li. 13. meth. c. 6.
m Ga. li. 2 de diff. feb. c. 11.
n Gal. l. 14. meth. ca. 6.
o Gal. ibid. & li. 13. meth. c. 6.
p Vidus li. 16. de cur. gen par. 1.
q Gal. li 13. meth ca 6.
r Gal. ibid.
s Vidus li. 16. de cura. gen. par. 1.
t Gal. li. 13. meth. ca. 6.

idoneo, si aquosus humor vel dabimus hydragogum, vel quod vrinam aut sudorem euocet. **E** Quantitas si pauca sit, parua sufficit detractio, si multa, multum quoque detrahendum erit, atque interdum vsque ad animæ defectionem. Locus vnde humor educendus est, cum auertere oporteat, sit [a] contrarius loco patienti; propterea secamus venam in cõtraria parte, quæ tamen è regione sit loci affecti, & illi congruat; si frictiones adhibendæ sunt, aut si exercitatione aliqua discutiendus est humor redundans in corpore, fricabimus, & exercebimus contrarias partes, ad quas fiet attractio humoris redũdantis, quamuis manere in illis debeat, quod attrahitur, accommodatur eiusmodi auersionis species, quæ sine effusione est, vbi non multum est, quod redũdat in vniuerso corpore: caue autem ne [b] cum auertis, materiam trahas ad partem nobiliorem, vel ægrotantem, quamuis contraria sit, ne maior noxa sequatur. Tempus quo exinanire conuenit, atque auertere humorem, est vel antequam incipiat fluere, vt propulsemus iniuriam, vel postquam incœpit, & adhuc fluit. Modus detrahendi respõdere debet modo humoris, qui cum non fluat totus simul, debet partitis ac iteratis præsidijs detrahi atque auerti. Ordo attenditur vbi multa conueniant, vt detrahere humorẽ in toto corpore superantem, repellere eum qui influit, digerere eum qui influxit: primo [c] enim exinanire totum corpus, deinde tentare repellentia, postremo digerentia oportet. Primum igitur quod in prohibendo fluxum sese nobis offert, humor est, quem exinanire atque auertere oportet, hoc autem est habere rationem totius corporis, quæ si negligatur, [d] non potest bene curari tumor: necessaria autem est, nõ solum vbi magna copia est humoris in toto corpore, sed etiam vbi moderata, si vel ob imbecillitatem nõ potest retineri in loco vbi est, vel ob calorem [e] aut dolorem attrahatur ad partem affectam, quemadmodum vbi vulneretur, frangatur, luxetur: expedit enim & tunc humorem ex corpore detrahere, ne ferri ad affectum locum possit. **F** Quod si valde redundet, [f] etiam si non alliciatur à calore vel dolore partis affectæ, non licebit vti aut repellentibus, aut digerentibus, quemadmodum in sequentibus mõstrabimus, nisi prius exhauriatur. At vbi moderatus sit humor in vniuerso corpore, retineaturque in eo, & non alliciatur a parte affecta, licebit etiã nulla habita ratione totius corporis, neq; detracto humore, ad tumoris curationẽ venire, & simul corpus alere, [g] id ꝙ Hipp. monuit cũ scripsit, vbi fauces ægrotant, ut tubercula in corpore nascũtur, inspicere oportet q̃ detrudũtur; nã si biliosa fuerint, corpus vna ægrotat, si similia sanis, tutũ est corpus nutrire. Ex quo intelligi potest, in tumoribus curandis non esse opus exhaurire succos vbi non redũdẽt, quod indicabitur per ea quæ excernuntur, cũ fuerint similia sanis, sed hoc accipiendum est vt diximus, cum humor neq; allicitur à loco affecto, neque ob imbecillitatem continentis detruditur ac transfertur: sed omisso iã humore pergamus ad reliqua duo ad locum videlicet mittẽtem, & ad eum qui accipit: spectemus quid effici possit ne hic accipiat, ille transmittat humorem à quo tumor augetur. Locus mittens siue sit totũ corpus, siue certa aliqua pars, ne mittat fiet occurrẽdo humori, & currigendo qualitatẽ, & adimẽdo copiã quemadmodũ ostẽdimus: quod si ob imbecillitatem vel nouũ humorẽ recipiat, **G** vel quem habet copia vel qualitate moderatum, contineri non possit, necesse est confirmetur, quod quo pacto fiat proxime exponemus docentes qua rõne prouidendum sit loco ob imbecillitatem accipienti, ad quem iam pergimus. Tertium igitur ad quod respicere oportet, cum prohibemus ne humor fluat, est pars accipiens. Causam cur accipiat assignauimus imbecillitatem, ad [h] quam retulimus laxitatem substantiæ, amplitudinem canalium, sitũ inferiorẽ. Imbecillitas aut naturalis est, aut aduentitia, efficit natura aliquas partes imbecilliores vt cutẽ, ad quam detruduntur quæ in internis partibus redundant, vbi tam multa sunt, vt non sufficiant viæ expulsionis naturales: quod vbi accidit, postquã vniuersum corpus exinanitum fuerit, firmãda cutis est, ne accipiat si quid amplius influit, quod præsidium vbi [i] copia esset humorũ in vniuerso corpore, periculosum esset, sed vbi iam detracta est, periculo vacat, nam siquid retro commeet ad partes nobiliores cum paucum sit, nullam afferet noxam euidentem; si imbecillitas sit aduentitia & orta ex morbo, vt ex immoderata tẽperatione, sanari debet cõtrarijs præsidijs. Laxitas substantiæ, postquam adempta humorum copia fuerit ab vniuerso corpore, curabitur adstringentibus, nisi si glandulæ [k] sint, ad quas natura detrudere consueuit eos humores, qui lædunt partes præcipuas, tunc enim magis augenda laxitas est quam cohibenda: **H** si amplitudo canaliũ efficiat, vt maior humorum copia in affecto loco recipiatur, huic quoq; occurrendũ est, sicut & situi, cum inferior locus à superioribus accipit. Quæ opera quib. auxilijs perfici possint, sigillatim exponemus sumpto initio a firmitate partis, quam comparamus per ea quæ repellunt. Hæc quatenus densiorem locũ reddunt vel refrigerãdo, vel etiam astringẽdo, laxitati occurrunt, sed quatenus contrahunt spiritum & sanguinem, in quibus cõsistit calidum innatum, robur addunt parti, quamobrem etiam vbi laxantia præsidia requirãtur a morbo, vt ab inflammatione distendente, miscenda sunt cũ adstringentibus, vbi curentur illæ partes, quarum facultas maxime [l] necessaria est ad vitam tuẽdam, veluti viscera, atq; hoc nomine absinthium creditur robur addere partibus omnibus, quod habeat adstringendi facultatẽ. Si quis obijciat reddi partes validas cum in pristinam ac naturalẽ tẽperationem restituũtur, nõ cum adstringuntur ac magis densæ fiunt, nam sic quãto densiores essent & magis astrictæ tanto magis valerẽt, & senes validiores essent pueris, fatebimur verũ esse partium firmitatem ac-

a Gale. li. 2. ad Glau. c. 2.

b Gal. l. 13. meth. ca. 6.

c Gal. li. 2. ad Gla. c. 3.

d Gale. ibi.

e Gal. li. 13. meth. ca. 6.

f Gal. lib. 6. catalo. c. 2.

g Hip. li. 2. aph. 15.

h Gal. li. de diff. mor. c. 6 & li. 2. de dif. feb. c. 11

i Gal. l. 6. catatop. c. 2.

k Gal. li. 13. meth. ca. 5. & 12. & li. 6. catatop. c. 2.

l Gal. li. 13. meth. c. 15. & l. 8. catatop. c. 1.

A quiri restituta naturali temperatione, at dicemus firmiores etiam fieri, cum calidum innatum in ipsis contrahitur per adstringentia præsidia, quàquam hoc ad naturalem temperationem refertur, quæ tanto melior erit, quanto pars copiosiorem habebit substátiam calidi innati, nec si adstrictio ad robur confert, sequitur propterea vt maxima adstrictio maxime conferat, requiritur enim moderata; quæ immoderata est, exprimit magis atque extinguit calidum innatum quam augeat. Vt ergo & infirmitati partium, & laxitati substantiæ succurramus, vtemur[a] repellentibus, quæ paulo post explicabimus, cum veniemus ad curationem tumoris facti, & remotionem humoris, qui in tumida parte subsistit. Pars autem quæ & validior erit & magis adstricta, non admittet quod influit. Amplitudo canalium partim medicamentis, partim chirurgia curatur, medicamenta adstringendi vim habét super imposita, vnde minuitur, & adstringitur spacium internum siue arteriarum, siue venarum, vtiliter autem datur spongia expressa ex vino acerbo, aut ex aqua frigida. Lui paulum aceti adiectum sit, superdantur & lintea intincta in ea mixtura, quam Græci ὀξυρόδινον nominant, accipit, autẽ tres partes olei rosa conditi, aut quatuor, & vnam aceti, erit autem efficacius oleum si acerbum fit, hoc vti solemus cũ[b] feruntur humores ad cerebrum, superdamus enim lintea madefacta eo humore & capiti, & ceruici, vt ampliores canales adstringant, ne ita facilis aditus detur humori, qui ad cerebrum fertur.[c] B Recentiores adstringentes pulueres vt ex galla, rosis, thu, terra atmena, mastiche, excipiunt albo oui, cui aliquid vini acidi addunt, plurimum autem valet ad canales adstringendos, & ad propulsandos influentes humores ab affecta parte. Chirurgia remouetur amplitudo canalium, cum venæ aut arteriæ transuersæ præciduntur, vel potius auferuntur canales ipsi: præciduntur arteriæ in temporibus,[d] cum diuturnus materiæ cursus oculos vexat, tum in alijs partibus capitis, vbi vehementer pulsent, & valde conspicuæ sint, ita vt per eas accipiat caput nimiam copiam sanguinis calidioris.

a Gal li. 13. meth c. 16.
b Ga. li de remed. par. facilib. c. 11.
c Gal l. 1. ad Glauc. c. 15
d Gal. li. de cur. p venæ sect c. 22.

Situs partis in inferiori loco plurimum confert ad humorum concursum, quod hi cũ graues sint suopte nutu descendant, quamobrem pars illa, à qua propulsare fluentes humores contendimus, sublimior habenda est, idcirco Hippocrates[e] cum fracta & luxata curat, veritus ne inflãmentur, sublimiora collocari iubet, eatenus tamen ne doleant, nam dolor vt[f] siquid aliud materiam concitat ad affectum locum: Verum quia sæpe euenit vt hæc non solum accipiat, sed alliciat quoque ad se humorem, id quod fieri docuimus cum vel dolet, f vel præternaturam calefacta est, dare operam oportet ne alliciat, fiet hoc si leniatur dolor, & temperetur calor: lenietur dolor si aut stupefiat sensus, aut vel ex toto vel ex parte adimatur quod vnitatẽ soluit. Quibus præsidijs assequi hoc possimus ante tradidimus, cum in vniuersum doloris curationem posuimus, vtimur autem plerunque remedijs relaxantibus, quæ tractabimus cum veniemus ad C curationem doloris, quem excitat humor distendens. Si locus calefactus sit præter naturam, refrigerabitur cerato liquido, aut eo quod rosam accipit, vel succo herbæ alicuius frigidæ, vt papaueris, polygoni, hyoscyami, lactucæ, mandragoræ, danda autem opera est ne incalescat, quapropter præcipit Hippocrates[g] vt partes vulneratę quiescant, motus enim calorem excitat, calor vero humorem reuocat: eo modo igitur collocádæ sunt partes tumidæ, quo maxime quiescant & immobiles seruentur. Qua ratione prohibere possimus, ne ex nouo concursu humorum tumor augeatur, vberrime iam explicauimus.

e Hipp. l. 1. de frac. tex. 2a. & in fi. l. eiusdẽ & a. & 3. li de offic.
f Gal. 13. meth. c. 6.
g Ga. ibi & li. 2. de diff. feb. c. vlt.

Tumor qui factus est, quibus[h] præsidijs tollatur, exponere iam ingredimur, ante ostensum est adimi adempto humore, à quo tanquam à causa continente proficiscitur, sed interdum humor adeo tumidę parti inhęrescit, vt exinaniri non possit, quod vbi accidit necesse est vna cum parte affecta adimatur, præciditur enim tumor vna cum subiecta parte quemadmodum fit in cancro,[i] præciditur & in hernia pars aliqua peritonæi, præciditur & pars vuæ Kima, cum ab humore relaxata est, & longior euasit. Vbi humor minus hæreat, adimi potest, & idcirco exinaniri debet seruata parte, duplex autem exinaniendi via nobis sese offert, cum vel retro[l] commeet ad partes vnde venit, vel extrahatur ex eodem loco in quo est. Retro meabit si vel attrahatur vel repellatur, neque enim alio modo retrorsum ferri potest, agemus primum de repellẽ D do, tumoribusque in vniuersum aptabimus, quæ generatim de repellendo in curatione causarum[m] proposuimus, uidimus enim an repellendum esset, quibus obseruationibus & quibus instrumentis ueodum; diximus repellendum esse cum id opus requiritur & toleratur, requiritur autem cum vel humor influit, uel nuper influxit præter naturam ad aliquam partem, ut & prohibeatur recipi, & qui receptus est, reuertatur ad partes unde uenit, sed debet tolerari à rebus secundum naturam, ut à uiribus, & loco, à rebus præternaturam, ut ab humore, & ab alijs quæ uersantur in parte ipsa effecta. Vires ut sustineant repellentia, non[n] necesse est ualidæ sint, neque enim debilitantur ab his; sed detracto calore potius confirmantur. Feruntur ergo repellẽtia & ab imbecillis, non tamen a maxime[p] talibus, quoniam hæ auxilio repellentium præsidiorum nihil proficerent ad repellendum, sed potius deficerent extincto sub eiusmodi præsidijs[q] innato calore debili. Atneo licet a quouis loco repellere tuto & utiliter, ubi enim periculum est,[r] ne quod ad uilem partem fluit, uel iam fluxit, ad pręcipuas impellatur, minime tutũ est his uti auxilijs: accidit id in crisi hoc est subita mutatione, cum natura transfert ad partes ignobiles id, quod præcipuis maxime infestum est: præterea cum præstantiores partes debiles sunt,

h Vedus l. 17 de cur. gen. c. 2. par. 1.
i Hipp. l. 3. de officina in fi.
k Gal. l. 13. meth. c. 6.
l Gal. l. 2. ad Gla c. 10
m Gal. l. de diff morb. c. 8.
n Ga. l. artis med. c. 93.
o Vidus l. 16 de cur. gen. c. 11. par. 1.
p Vidus ibi.
q Ga. li. 13. meth. c. 16.
r Supra in hoc cap & Aui. li. 1. f. 4. c. 5.

& ægro-

& ægrotare consueuerunt, si repellatur tūc quod ad viles fluxit, vel adhuc fluit, periculum est, A
ne transferatur ad præstātes, vt ab articulis ad oculos, tum si partes vicinæ ad quas impellitur
humor, qui ab ignobilioribus reprimitur, præstantes[a] sint, prorsus vitare oportet repellentia,
quæ maxime periculosa sunt, cum admouentur [b] ad glandulas, quas constat tanquam ignobi-
lissimas admittere humorem noxium, quem præcipue detrudunt. Quamobrem si oriatur tu-
mor in glandulis, vel post aures,[c] vel sub alis, vel ad inguina, magis euocari debet quam repri-
mi, ne vitiosus humor reuertatur vel ad cerebrum, vel ad viscera quæ in thorace [d] sunt, vel ad
ventrem. Tuto igitur dantur repellentia, cum partes nobiles in tumorem assurgunt, cum igno
biles, non semper, sed cū timendum non est, ne quod ab ipsis reprimitur, ad præcipuas feratur
vt ferri solet, in casibus propositis. Si tumor sit in parte intima, quæ plurimum distat à superfi-
cie veluti articulis [e] coxæ, inutiliter admouentur repellentia, tantum enim absunt quod expri-
mant quod ibi receptum est, vt magis ad ipsum compellant, quæ in superiectis partibus conti-
nentur. Humor vero non semper admittit repellentia, sed cum [f] multus est, cum valde inhæ-
rens, cum valde crassus vel glutinosus, cum valde tenuis, cum valde prauus, si illis vtamur maio
rem noxam afferemus. Si multus sit in vniuerso corpore, vbi à parte tumida repellatur: non
facile admittetur ab illis vnde venit, & interdum impelletur ad præstantiores, quare prius exi
nanitur [g] vniuersum corpus, vel secta vena, vel dato cathartico, prout sanguis vel alius succus B
redundat, deinde dantur repellentia, sic enim partes exhaustæ non solum recipient, sed etiam
attrahent quicquid repellitur. Quod autem in parte affecta receptum est, si multum sit, non
prohibet repellentia, nisi quia distendens dolorem facit,[h] de quo mox agemus, nunc reliqua ex
plicare oportet quæ ad humorem attinēt: hic si in parte affecta valde inhæreseat resistit, &
sub repellentibus tunc redditur affectus locus liuidus ac durus, quod non accidit initio, neque
à repellentibus abstinendum. Eadem ratio est crassi & [i] glutinosi succi, cum tumorem facit,
neque enim magis cedit repellentibus quam qui valde inhæreseit, neque retro commeat ita vt
inde exhauriri debeat, vnde receptus est: ille uero qui non admodum crassus est & glutinosus,
sed mediocriter, ut sæpe pituitosus & melancholicus, reprimentibus non omnino renititur.
Qui tenuissimus est prehendi non potest à facultate expellente, ad quam referuntur repellen-
tia, sed elabitur, & hac atque illac perfluit: postremo qui adeo prauus[K] est vt ueneni uim ha-
beat, si ab externis partibus reprimatur ad internas, perniciosus est. Restat dolor qui ubi ua-
lidior sit in parte tumida, [l] datis repellentibus ingrauescit, & intolerabilis redditur, eget
enim relaxantibus non cogentibus, qualia sunt repellentia, quibus aut nullo modo, aut parcius
vtendum, nam valida potius tumorem augent, ob dolorem concitando materiam, quā minuāt
ob repulsum exprimendo: tuto igitur & utiliter tumorem curabimus reprimentibus, cum hu C
mor uel adhuc fluet, uel nuper fluxerit, & per uires, per locum affectum, per humorem & dolo-
rem vti illis liceat; sed cum adhibeatur animaduertere oportet qualitatem, quantitatem, nu-
merum, tempus, locum, modum, ordinem, in quibus consistit rectus operum usus. Qualitas re-
pulsus ad speciem refertur humoris repellendi, repellere autem oportet illum qui fluit, uel iam
tumorem facit, qualiscunque sit, modo non habeat affectionem aliquam ex illis, à quibus pro-
xime diximus repulsum prohiberi. Copia humoris qui repellitur, respondere debet copiæ il
lius, qui uel fluit, uel nuper fluxit ad locum tumidum, sicuti numerus humorum qui reprimun-
tur, numero illorum, qui uel concurrunt ad faciendum tumorē, uel ipsum iam facere cœperūt.
Tempestiue autem vtimur repellentibus, antequam humor adstrictus sit in loco, & dum adhuc
fluit, quod euenit principio, incremento, & vigore, vsque ad remissionem tumoris: sed princi-
pio,[m] tantum vtendum est repellentibus, cum nondum inhęreat humor: iisdem vtendum est
& in incremento, sed adijciendum est aliquid vim habens digerendi, vt pars humoris quæ ad-
stringi nequit, & retro commeare non potest, digeratur. In uigore danda sunt digerentia & re
pellentia æqualiter inter se mixta, nisi tanta sit magnitudo doloris, ut confugiendum sit ad le-
nientia: cum tumor remittitur finis faciendus est repellendi, & sola digerentia danda sunt, sed D
inter omnia tempora [n] initio, cum tumor adhuc recens est, maxime opportune repellentibus
utimur, tum quia uires adhuc ualent, quæ plurimum conferunt ad exprimendum, tum quia ma
teria maxime fluit, & quæ fluxit facile reprimitur, quod nondum inhæreat & crassa sit, sed te-
nuior seruetur: cum tumor iam inuetērauit, redditur sub repellentibus & refrigerātibus durus
ac niger, ea vero parte danda sunt repellentia, ad quam fluit, uel nuper fluxit humor, sed pro-
sunt etiam si dentur unde fluens transit, contrahuntur enim sic canales laxiores, & non facile
aditum præbent humori corrumpenti; simul autem dantur ad eum qui iam fluxit, cum totus si-
mul sit, sed ad eum qui fluit cum partitus sit, possunt etiam iterari, quamuis satius sit in ipsis
perseuerare, cum non constet quo tempore natura transmittat ita aperte in tumoribus, ut
in febribus intermittentibus, quod si necessaria sint plura opera simul, ut detrahere multitudi-
nem, lenire dolorem, reprimere quod influxit, eum ordinem tenere oportet, quem videmus es-
se inter ea à quibus requirūtur, præfertur enim inter hæc exempli causa [o] dolor aut multitudo,
quamobrem prius sedare dolorem oportebit, aut exinanire uniuersum corpus, deinde uenire
ad repulsum. Instrumenta idonea ad repellendum docuimus [p] maxima ex parte sub medica-
mentis comprehendi, quamuis interdum fascijs utamur, quæ chirurgiæ subijciuntur. Inest re-
pel-

Marginal notes:
- a Gal. 5. meth. c. 6.
- b Auic. loco citato.
- c Gal. l. 3. catato. c. 2.
- d Gal. lib. 5. met. c. 6.
- e Gal. l. 10. catato. c. 2.
- f Gal. l. 13. catatop. c. 2. & l. 6. catatop. c. 2.
- g Gal. 13. meth. c. 6.
- h Gal. l. 2. ad Glauc. c. 2.
- i Gal. l. 13. meth. c. 6.
- K Gal. l. 14. meth. c. 10.
- l Gal. l. 2. ad Glauc. c. 2.
- m Gal. l. 13. meth. c. 6. & lib. 2. ad Gla. c. 2. & lib. 13. met. c. 16.
- n Gal. ibi.
- o Gal. l. 13. meth. c. 4.
- p Vidus l. 16 de cur. ge. c. 11. p. 1.

pellentibus medicamentis. ᵃ refrigerandi uis, quæ si iungatur cum crassitudine partium, effica-
A cius repellit, frigida autem aut humida sunt & aquosa, aut sicca & terrena, atque hæc cum adstringant validius repellunt, id quod faciunt etiam quædam adstringentia calida, veluti mentha, sisymbrium, mastiche, nardus, crocum, iuncus rotundus & odoratus, & complura metallica, vt alumen, & atramentum sutorium, quáquam habent hæc cum substantia frigida calidam admixtam, quam habet etiam acetum, quod quatenus frigidum & siccum est, insigni præditum est reprimendi facultate: frigida ᵇ vero adstringentia sunt semperuiuum, vmbilicus veneris, myrthus, lentiscus, plantago, solanum, hypocisthis, galla, malicorium, terra armena, vel lemnia, aut hæmatites, prærerea vinum nigrum austerum crassum: cum frigore & humore repellit aqua, ᶜ psyllium, auricula muris, lactuca, quę omnia quacúque ratione repellant, simplicia sunt, ad eundem vsum plura etiam simul componuntur, veluti posca quæ tantum habet aceti vt bibi possit, oleum rosa conditum, ceratum liquidum, vel id quod accipit oleum ex oliuis acerbis, fit & cataplasma ex semperuiuo, malicorio, rhu, farina hordei ex vino austero incoctis, eodem pertinent & emplastra nonnulla, vt album Herę, & id quod ad Macherionem refertur, & barbarum, quod cruentis vulneribus protinus iniicitur, veluti & diachalciteos quod appellant. Cú varia sint medicamenta repellendi vim habentia, talia eligemus, qualia humori & parti maxime aptentur: humor calidus desiderat frigidiora, a quibus non solum reprimatur, sed etiam
B temperetur, contra frigidus calidiora: qui tenuis est abunde repellitur leuibus, neque propterea facile crassus fit sub validis, sicut ille qui minus tenuis est, at qui per se crassus est, à leuibus non reprimitur, à vehementibus nimis cogitur, ita vt desideret mediocria. Pars vnde repelli materia debet, alia alijs repellentibus curatur, si præcipua sit, vt suum robur seruet, ea repellẽtia postulat, quæ simul etiam adstringãt, reijcit ᵈ quæ frigida & humida sunt, quamuis talia vtiliter dentur ad ignobiliorem, cui sæpe sufficit vel posca, vel aqua frigida: ad ventriculum, ad iecur, ad lienem, vtimur oleo melino, ᵉ myrtheo, mastichino, nardiuo, tum cataplasmate ex malis cotoneis in vino decoctis, quibus inest adstringendi facultas, attenditur & sensus partis, qui si exquisitus est, fugere oportet repellentia illa frigida aquosa, quæ adeo valida sunt, vt stuporé afferant, vt hyoscyamus, mandragora, papauer: ad partes laxiores vt ad glandulas, mammas, testiculos leuia repellentia aptantur, vt cataplasma ex faba decocta, terra samia cum oleo rosa condito, emplastrum diachalciteos ex eodem oleo dilutum. Aliena his sunt quæ valde adstringunt, magis autem hæc conueniunt cum plurimum à superficie recedit quod repellendú est, si quidẽ ᶠ remittitur vis eorũ í itinere, at siue valida, siue mediocria siue leuia requirãtur quę repellunt, alia alijs partibus commoda, vel aliena sunt, oleum quod præcordijs vtiliter superdatur, ᵍ oculis & faucibus inimicum est, quę ori aptantur [illegible] græce dicuntur, vt [illegible]
C & [illegible] non aptantur ʰ oculis, qui suis collyrijs gaudent. Internis ⁱ partibus aliena sunt metallica intus sumpta, à stirpibus petenda sunt medicamenta repellentia, cum illæ curantur. Alijs ergo partibus, & alijs humoribus alia conueniunt repellentia medicamenta. Obseruatur & in tumoribus contra naturam tempus, initio enim vt ante ostensum ᵏ est, conuenit tantum repellere, & idcirco simpliciter repellentia medicaméta conueniunt, qualia fere sunt quæ proposuimus; in incremento repellentibus adijcere oportet aliquid digerens, quáquam nonnulla ex his quæ cómemorauimus, vtrúque præstare possunt veluti ˡ acetú, & emplastrum diachalcitheos quod simul reprimit ac digerit: in vigore paria esse debent repellentia & adstringentia, maxime idoneum tunc est diachalciteos dilutum oleo dulci, quanto autem magis diluetur, tanto magis leniet dolorem illum, qui ᵐ excitari solet dum viget tumor. Conueniút medicamenta repellentia interdum tepida, interdum tactu ⁿ frigida, Visceribus, partibus vlceratis, vbi suspicio sit ne neruorum distentio oriatur, hyeme tepida dari debét aut egelida, sed cú pars tumefacta ob calorem concitat materiam, cum ignobilior est, æstiuo tempore si dentur refrigerata efficacius repellunt. Fasciæ vero quas ad repellẽdum quoq; valere diximus, solis mẽ
D bris accommodantur, quibus in orbé circundatę atq; arcte adstrictæ impellunt & ad superiores, & ad inferiores partes, id quod influxit, & nõ siniũt recipi quod influit, quo nomine dantur ab Hippocrate ᵒ duæ illæ fasciæ ad membrorum fracturas, quæ cæteris partibus non aptantur veluti capiti, in quo vbi os fissum aut ᵖ collisum est, exciditur, vt detrahi possit sanguis ille, qui ex venis fusus sub caluaria membranas suffundit, neque enim potest fasciis exprimi. Tumores qui in pedibus & cruribus à pituita fiunt, non solum repelluntur medicamentis, vt ea mixtura quæ fit ex aceto & oleo rosa condito, sed fasciis ᑫ etiam, quæ in orbem datæ, & qua tumor est adstrictæ, laxiores in superioribus partibus finiuntur. Verum materia à qua oritur tumor, cogitur retro commeare non tantum repulsu, sed etiam tractu, hoc est deriuatione, quam Hippocrates ʳ [illegible] appellat, trahitur enim ad latus (vt ipse docet) hoc est, ad partes vicinas, illa quæ iam fluxit: repulsum diximus pertinere & ad eam quæ fluit, & ad eam quę fluxit, deriuatio eam tantum quæ tumoré facit, reuerti cogit ad partes vnde venit, neque pertinet ad eam quæ fluit ad aliquam partem, vbi retinetur, & subinde tumorem auget, sed tãtum ˢ ad eam quæ fluit ad locum vnde effunditur, quemadmodum in profluuio sanguinis, qui coercetur cum attrahitur ad partem diuersam siue contrariam, veluti cum auertitur, siue vicinam veluti cum deriuatur, quod si tentes illam deriuare, quæ fluit ad locum tumidum, magis materiæ concursum cócitabis

- a Gal. l. 5. simpl. c. 17.
- b Gal. 14. meth. c. 7.
- c Gal. l. 1. ca tagen. c. 6.
- d Gal. l. 13. meth. c. 12.
- e Gal. l. 13. met. c. 15.
- f Gal. l. 4. meth. c. 7.
- g Gal. l. a. simpl. c. 5.
- h Gal. l. 13. met. c. 12.
- i Gal. l. 14. meth c. 7.
- k In hoc c.
- l Gal. l. 14. meth. c. 7.
- m Hipp. & Galen. a l. aph. có. 47.
- n Gal. 13. met. c. 12.
- o Hip. li. 2. de offi. in fi. & l. 1. de fracturis atex. 24 ad 36.
- p Hip. li. de vul. capitis & Gal. l. 6. meth c. 6.
- q Gale. l. 6. meth. c. 5.
- r Hip. li. de humorib. a principio.
- s Ga. 2. ser ti epi. có 7.

citabis quam prohibeas: si quando autem vt sedetur dolor, qui trahit ad contraria, & auerti E
non permittis, materia deriuatur ad vicina, nullum propterea periculum est, ne ad locum affectum euocetur, cum statim post deriuationem auertatur, cõuenit igitur deriuatio materiæ quæ tumorem facit, sic enim retro commeat perinde atque vbi repellitur. Quemadmodum autem in repulsu perpendimus [a] an toleretur, ita in deriuatione intuebimur an admittatur à viribus, à loco, ab humore. Vires [b] si infirmissimæ sint, nisi prius reficiantur, quamuis agitationem ac detractionem repudiant, & idcirco deriuationem, quæ vel agitat humores attrahẽs ad locum vicinum, vel etiam detrahit eos effundens. Locus vicinus ad quem deriuanda materia videtur, si nobilior sit, cum periculo materiam accipit, quę ad ipsum euocatur, similiter si alioquin ægrotet, majorem enim noxam illi afferet, quam afferret parti tumefactæ, ex qua potius educenda tunc est, quam ad nobiliorem partem attrahenda, sed si locus vnde deriuatur laxior aut infirmus sit, permittit attrahi materiam, & deriuari, quam (vt ante ostensum est) non permittebat repelli. Humor qui versatur in toto corpore si multus [d] sit, non finit eum deriuari qui continetur in loco affecto, ad quem magis concitatur, cum ad vicinum attrahitur, ille qui tumorem in eo facit. Præterea cum totum corpus plenum sit, nõ admittitur à parte vicina quod attrahitur, & interdum transferri poterit ad partem aliquam præstantissimam cum summo vitę periculo, quamobrem tunc non prius deriuationem tentabis, quam totum corpus exinanitum sit, nisi tamen deriuatio cum auersione copuletur, ita vt locus non sit neque ex toto vicinus, neque ex toto contrarius, sed medius, vnde simul auertatur materia quæ fluxit, & deriuetur illa à qua tumor oritur, quemadmodum in dolore lateris cum [e] secatur vena cubiti è regione, eadem sanguinis missione exinanitur totum corpus, auertitur quod fluit ad latus affectum, & deriuatur quod in eo cõtinetur. Prohibet deriuationem interdum humor ille, qui iam receptus est in parte tumida, quod accidit, cum valde inhæret, cum crassus & glutinosus est, cum prauus, talis enim vt nõ debet [f] repelli, ita neque etiam deriuari. Qui valde inhæret & glutinosus est, adeo in loco adstringitur, vbi continetur, vt neque impulsu, neque tractu reuertatur ad partes vnde venit, quod accidit etiam valde crasso & glutinoso. Contra, qui valde tenuis est, quamuis elabatur, & non cedat repellentibus, facile tamen deriuatur, atque attrahitur ad partes vicinas. Qui valde prauus est, qualis est qui carbunculum facit, etiam si reuerti posset ad partes vnde [g] venit, non tamen cogendus est neque repulsu, neque tractu, ne grauissimum aliquod malum afferat ad præstantiores partes translatus, sed magis inde extrahendus est, vbi tumorem facit: eiusmodi sunt quæ deriuationem reijciunt, quod si absint, & ea requiratur ab humore, qui tumorem facit, nullo pacto prætermittenda est, sed obseruandæ illæ animaduersiones sunt, quas ante [h] in curatione generatim de deriuatione proposuimus, & primo quoniam multiplex G
est deriuationis species, & cum manifesta effusione, & sine, vtendum est tali, qualis accommodatur viribus, humori, & loco patienti. Vires magis sustinent eam deriuationem, qua retinetur in parte vicina quiquid attrahitur. Hanc præstant frictiones, medicamenta calefacientia, cucurbitulę, & quod quouis modo dolorem mouet, sed illa qua effunditur ex corpore quod attrahitur, vt magis debilitat vires, ita efficacius succurrit, hæc cum varia sit, vt sanguinis eductio vndecunque, purgatio, vrinæ euocatio, illa eligenda est quæ non solum à viribus sustineatur, sed quæ loco etiam & humori aptetur. [i] Multitudo & numerus eorum quæ deriuantur, respondere debet multitudini & numero eorum, quæ deriuationem postulant. Tempus [k] est deriuare cum concurrunt simul requirentia & tolerantia, quod potissimum accidit initio tumoris. Locus ad quem trahitur humor non debet esse remotus & contrarius, nam sic auerteretur, non deriuaretur, vt ait [l] Hippocrates ad latus, hoc est vicinus, at non propterea proximus, nam sic extraheretur, & non deriuaretur materia, quæ in tumida parte continetur, sicut euenit cũ in tumore oculi extrahitur ex venis, quæ sitæ sunt in angulo ipsius, aut in tumore gutturis ex illis quæ sub lingua: sit ergo locus non proximus sed vicinus, congruatque [m] illi vbi tumor est, congruit autem & cum communia habet vasa, & cum situs est è regione, id quod requiri etiam diximus, cum auertendus humor est, quanquam auersio fit à loco cõtrario & maxime H
remoto, ille autem qui medius est, nõ vicinus, non omnino remotus, idoneus est auersioni simul & deriuationi, quemadmodum ante diximus in dolore lateris. Quod [n] spectat ad modum, cũ materia quam deriuare oportet, tota simul fit, tota simul deriuanda, si vires ferant, alioquin iteranda deriuatio est: toties autem deriuabitur, aut tãdiu in deriuantibus perseuerabitur, vt trahatur vniuersa illa, quæ trahi potest. Ordo [o] cum plura opera requiruntur, vt detractio multitudinis, auersio, repulsus, deriuatio, digestio, ille tenendus est, vt prius fiãt illa opera quæ requiruntur ab eo, quod vel magis vrget, vel est futurorum causa, vel sine quo nequeunt cætera fieri: primo exempli gratia detrahemus multitudinem, dein repellemus, postea deriuabimus, & tandem digeremus, quanquam [p] expedit simul & repellere & deriuare, nam vt in rebus externis ita etiam in corpore nostro facilius attrahitur, quod impellitur, quam quod immobile manet. Quibus autem instrumentis vtendum sit ad deriuandum, vbertime explicauimus, [q] cum in curandis causis generatim deriuationem pertractauimus. His ita cõstitutis de materia, quæ tumorem facit, demenda per ea, quæ vel repellendo, vel deriuando cogunt ipsam reuerti ad partes, vnde venit, pergemus ad extrahentia ex loco ipso tumido, quæ plerunque necessaria sunt:

neque

a Supra in hoc capite.
b Gale. li. 9 meth. c. 13.
c Gal. li. 13 meth. ca. 6. & c. 11.
d Gal. li. ar. med. c. 95.
e Gal. lib. 2 acutorum com. 73. & Gal. lib. de cura. per venæ sect. ca. 16.
f Gal li. 13. meth. c. 6.
g Gal. li. 14 meth. c. 10.
h Vid. li. 1 de cur. gen. c. 12. par. 1.
i Vid. loco citato.
k Vid. ibid.
l Hip. li. de humoribus ab initio & Ga. lib. 2. 6. epid. com. 7.
m Gal. li. 2. ad Glau. c. 2.
n Vidus li. 16. de cura. pen. ca. 12. par. 1.
o Vidus ib.
p Vidus ib.
q Vidus ib.

A neque enim tota retro commeat,nisi humor paucus sit ac tenuis in loco laxiore, vbi in curatio-
ne nihil erretur , quod raro admodum accidit , quicquid ergo [a] relinquitur,extrahi debet,siue — a Gal.l.2.ad Glau. c.2.
discutiatur & conuersum in vapores exhalet , ita vt eius eductio sensum lateat, siue [b] manife- — b Ga.l.artis
ste effundatur : præstat autem vbi id fieri possit, latenter humorem educere digerendo, quam — med.c. 95.
euidenter effundere : agemus primo de digestione , quæ via magis expedita est, & minus mo-
lesta, deinde explicabimus effusionem manifestam , intuebimur à quibus requiratur,aut tole-
retur digestio,tum quæ obseruanda sunt in digerendo,& quibus instrumentis vtendum . Po-
stulat igitur digestionem humor [c] ille, qui tumorem facit , neque repulsu vel tractu reuerti po- — c Ga.l.1.ad
test ad partes vnde venit , sed cum hic possit etiam euidenter effundi , digeri debet , vbi id — Glauc.c.2.
fieri possit : poterit autem cum non valde [d] multus erit,non multum crassus & glutinosus, non — d Gal.l.ar
omnino adstrictus,non admodum prauus,non valde distans à loco,ad quem pertinere possunt — tis med. c.
præsidia digerentia,qui nimis multus est,nimis longum tempus desiderat vt discutiatur, & in- — 65.
terea potest adeo perspiratum prohibere,vt extinguatur calor, & pars putrescat atque emo-
riatur : Qui valde crassus & glutinosus est,vel admodum adstrictus atque inhærens non cedit
digerentibus ita vt extrahi manifeste debeat,sicut & qui admodum prauus est,quoniam peri-
culose retinetur in loco,idcirco non paulatim digerendus est,sed subito effundendus , ne cor-
B rumpat partem affectam, at nihil etiam proficiunt digerentia,cum non possunt locum attinge
re vbi humor est,idcirco vtendum effusione manifesta : tantum ergo tentabimus discutere il-
lum,qui non multus,qui non adstrictus,qui non omnino prauus,qui parum distat à loco quem
attingere possunt digerẽtia,quo spectat etiam cutis laxitas [e] & mollitudo, nam humor qui sub — e Gal.l.1.ad
densa & dura includitur,non facile digeritur,exasperantur scalpello myrmecia, vt possit pene — Glauc c.5.
trare digerentium facultas, quam durities cutis non admittit . Cum digerentia requiruntur , — & l 14 met.
inspicere oportet an tolerentur,reijciũtur enim interdum à viribus,a multitudine humorum , — c.4.
à dolore . Vires cum valde inbecillæ sunt,non sustinent digerentia, sub quibus non modo hu-
mor qui superat,sed spiritus etiam qui vtiles sunt,exhauriuntur,vbi non sint admodum inbe-
cillæ,sustinebunt digestionem longe facilius quam effusionem manifestam. Si copia humorum
in toto corpore sit,cum remedia digerentia vt digerunt ita etiam attrahant (sunt enim calida
& tenuium partium,vt mox ostendemus) periculum [f] est, ne maior sit multitudo eorum , quæ — f Gal.l.artis
attrahuntur ad partem tumidam , quam eorum quæ ab eadem digeruntur , quamobrem non — med.c. 91.
prius vtemur digerentibus,quam vniuersum [g] corpus exinanitum sit: quod si humorum copia — g Gal.ibid.
non magna sit,sed mediocris,aut ante exinanietur totum corpus,aut dabuntur ea,quę vim ha
bent repellendi & adstringendi, ad partes , quæ supra tumorem sunt, vt intercludant aditum
C humori,quem ad ipsum attrahunt digerẽtia : calor si vehemens sit in tumore, augebitur [h] à di — h Gal. ibi.
gerentibus quæ calida sunt,& auctus humorem ad ipsum euocabit & per se, & quia dolorem
faciet,quare aut abstinendum est tunc à digerentibus,aut leuibus admodum vtendum est,qua
lia sunt calida & humida relaxandi vim habentia.

Dolor loci tumentis si grauior sit,augetur a digerentibus præsertim vbi valida fuerint,& au
ctus concitat humorum concursum . Habent digerentia valida vim quodammodo erodendi,
vt repellentia contundendi : quare vbi dolor sit,vtraque aut vitari debent,aut penitus mode-
rata adhiberi,sed fac digerentia requiri & tolerari,obseruandę sunt animaduersiones illę,quę
in alijs [i] operibus attenduntur , & primo qualitas hoc est species digerentium , cum alia leui- — i Vides li.
ter,alia moderate digerant,& rursus cum alia tantum digerant,alia simul vel repellant, vel mi — 16. de cur.
tigent vel molliant,ea eligere conuenit quæ & tempori tumoris,& loco & humori maxime ac — gen.c.1.p 1.
commodentur . In incremento pauca [k] debent esse digerentia cum multis repellentibus , in — k Gal.l.13.
vigore pariter vtraque miscenda sunt nisi vrgeat dolor, ob quem digerentibus mitigantia adij — met.c 6 &
ciuntur:in remissione,sola digerentia & valida conueniunt,nisi si accedat durities,quæ postu- — 16.
lat vt cum digerentibus misceantur mollientia . [l] Locus tumoris si in superficie sit,minus va- — l Gale.14.
D lida digerentia desiderat quam si intimus,quem non possint attingere remedia,talis enim vali — met.c.4
dioribus eget,cum remittatur [m] eorum vis,antequam perueniãt ad humorem digerendum,cu
tis si densa sit & dura,necessaria sunt vehementer calefacientia & discutientia,sed si mollis & — m Gal.l.4 meth.c 7.
rara,sufficiunt leuiora . Partes quæ caua manifesta habent,& sunt veluti canales , vt venæ &
arteriæ,minus ualidis digerentibus egent,quam quæ solidiores sunt ut nerui & ligamẽta ,quæ
item respondent receptaculo alicui interno ut uentri aut thoraci, minus quam quæ non termi
nantur sinu aliquo,quemadmodum illæ quæ feruntur per membra. Quod autem attinet ad hu
morem,qui tenuis est quouis mediocri auxilio digeritur,qui crassior est,ualidiora postulat,qđ
pingue est,non facile siccatur [n] inquit Aristoteles,qui item calidus gaudet minus calidis dige- — n Arist. li.
rentibus,qui frigidus calidioribus . Hoc pacto igitur qualitas seu species digerentium accom — de long &
modatur tempori tumoris,loco,& humori ; Copia & numerus eorum quæ digeruntur,respon- — breui. vitę
dere debet copiæ & numero eorum, quæ tumorem facientia retro commeare non potuerunt . — c.2.
Tempus digerendi est,cum adest qđ requirit, nihil est qđ prohibeat:cũ incipit tumor diximus
conuenire [o] repellentia, in incremento adijciẽdum illis esse aliquid ex digerentibus, in vigore — o In hoc eo
pariter miscenda esse digerentia & repellentia,nisi dolor & feruor postulent mitigantia: in re — dem c.
missione,solis utendũ digerentibus,quę ualida non solũ requirũtur,sed etiã tolerãtur,nisi du-
rior

a Gal.l.14. meth.c.4. rior effectus tumor desideret mollientia a iuncta cum digerentibus. Locus ad quem admoue- E
re digerentia oportet, est ille ipse in quo est materia digerenda, siue sit internus, siue externus:
sed cum ea tota simul sit, tota simul digerenda est, cumque paulatim digeratur, & non subito,
diutius perseuerandum est in digerentibus præsidijs. Quod si plura opera desiderentur, vt de-
tractio multitudinis, repulsio, deriuatio, digestio, eum ordinem tenere oportet, quem postulant
b Gal.l.artis med. c.95. requirentes, quamobrem primo b multitudinem detrahemus, tum repellemus, deriuabimus, &
tandem digeremus. Instrumenta quibus ad digerendum vtimur, partim victus rationi, partim
c Gal.ibi. chirurgiæ, partim medicamentis subijciuntur, latenter siccant, & humorem conuertunt c in va
pores qui exhalant, quamobrem calefaciendi & siccandi vim habent. Ad rationem victus re-
d Gal.l.14. met. c.7. fertur frictio, & d exercitatio, quæ primo attrahunt, deinde absumunt, proprie autem cum re-
mittitur tumor, vniuerso corpore exinanito multa frictio & mollis ad digerendum conferet.
e Vid. l.16. de cur.gen. c.9.p.1. Ad chirurgiã spectat e cucurbitula, quæ plurimũ valet ad euocandũ, quæ distãt à superficie, &
ad absumendas atque eruendas tumoris reliquias crassiores, quæ tamen defigi non debet, nisi
postquam humorum multitudo ex toto corpore adempta est. Medicamenta quibus ad dige-
f Gal.5.simplic.c.19. rendum vtimur, varia sunt, atque omnia tenui f partium substantia prædita, sunt autem vel tan
tum calida, aut sicca, vel calida & sicca simul, atque hæc efficaciora sunt, g nam alia imbecillio-
g Gal.l.4.simplic.c.9.& l.14. meth. c.7. ra, veluti quæ calida & humida: habent autem non solum digerendi, sed etiam molliendi ac F
relaxandi vim, ita vt conueniant & cum dolor est, & cum durities aut feruor, huiusmodi sunt li
ni semen, flores chamæmeli, farina h hordei vel fabarum, ex quibus fit cataplasma sicut ex pa-
h Gale.l.5. meth.c.9. ne & melle, præterea caricæ pingues, adeps anserina, gallinacea, suilla, radix althææ, ex quibus
similiter cum pane cataplasma conficitur: validior est radix cucumeris agrestis aut bryoniæ, at
oleum anethinum proximam vim habet his quę mouent pus, sed validius & tenuius est, atque
idcirco ad digerendum valet; malua & atriplex ex horto humidior est quam syluestris, atq; id
circo valet etiam cum tumor feruet; fœnugręcum validius digerit cum calidius sit, adijcitur et
mel cataplasmati vt vehementius digerat, & remouetur aqua: incoquitur & cum caricis hys-
sopum vel origanum, & ex ea aqua bullit farina hordei, vnde fit cataplasma, quod non leuẽ ha
i Gal.l.14. meth. c.7. bet digerendi vim; si pro aqua accipiatur mulsa, magis adhuc digeret, acetum vt repellit, i ita
k Gal.l.11.simpli c.de cochleis. etiam digerit ob facultatem siccandi, idem efficit stercus bubulum, sed non aptatur nisi corpo
ribus durioribus, cochleæ k tritæ cum testis magnopere siccant crassos & glutinosos succos,
l Gale.14. met.c.7. etiam cum valde inhærescunt & adstricti sunt, & in eo quoque tumore qui multum à super-
ficie distet: castorium validius est, quam vt etiam in remissione tumoris calidi adhiberi possit,
nisi vbi multum distat à cute locus affectus: fomentum ex l muria, ex aqua marina, seu ex
sulphureis, salsis, ac bituminosis aquis, sal nitrum, sulphur ignem non expertum, ponuntur G
in his quæ validissime digerunt, sicut & antidoti & aromata, quibus digeruntur quæ in
intimis partibus continentur, accommodabimus autem instrumenta humori, loco, ac tempori
tumoris.

m Supra in hoc capite. Verum quia non semper digeri potest humor, qui extrahendus est ex loco tumido, euiden-
ter interdum m emitti debet, euenit hoc cũ multus est, cum valde insedit in loco, & adstrictus
est, cum crassus & glutinosus, cum paruus, cum distat plurimum a superficie, & aut sub dura &
densa cute includitur: talis igitur propter causas, quas paulo ante enarrauimus, manifestam
n Gal.l.9. met. c.13. postulat effusionem: hanc reijcit virium imbecillitas, quæ vt cæteras n detractiones non susti-
net, ita neque hanc, magis autem debilitantur cum materia manifeste effunditur, quam cum
digeritur, quare non veniendum est ad hoc præsidium, nisi ante reficiatur, sed cum auxilio per
quæ manifeste humor effunditur, vim habeant euocandi illum, qui in alijs partibus versatur,
o Gal.l.artis med.c.95. necesse est antequam adhibeantur, totum corpus exinanire, o vel ad partes quæ supra tumorẽ
sunt, adstringentia ac repellentia admouere: cum requiritur & toleratur effusio manifesta, ef-
fundere ea oportet, quæ effusionem diximus requirere, vt humores multos, adstrictos, crassos,
prauos, distantes a loco, ad quem peruenire possunt præsidia digerentia, aut contentos sub cu
te dura aut densa. Multitudo & numerus eorũ, quæ effunduntur, satisfaciat multitudini & nu H
mero eorũ quæ effusionẽ desiderant. Tẽpus effundendi est, cũ hoc præsidiũ requiritur & to-
p Gal. ibi. leratur, quod in remissione euenit, locus ex quo effundendus humor est, ille ipse est in quo p cõ
tinetur, vel maxime vicinus, & qui simul cum eo aperiatur, vt in angina, venæ sub lingua, quæ
pro gutture aperiuntur, sicut in lippitudine pro oculo, quæ in angulo eius, sed cum materia
tota simul sit tota simul effundenda est, si vires ferant, alioquin partiri effusionem oportet, &
emissionem iterare, id quod obseruamus cum aut vires imbecillæ sunt, aut materia multa est,
q Hip.li.6. aph 27. quemadmodum aqua in hydrope, quam Hippocrates q noluit totam simul emitti. Ordo cum
plura requiruntur, idem tenendus est, quem postulant res requirentes, vt proxime ostẽdimus
in digerendo, oportet enim auertere, repellere, deriuare, digerere si quid digeri potest, po-
stremo venire ad effusionem manifestam. Instrumenta quæ hanc præstant ex partibus inter-
r Gal.l.2.ad Glau. c.2. nis, sunt medicamenta quæ ex cerebro per os r & nares humorem educunt, ex thorace per
sputum, ex ventriculo per vomitum & deiectionem, ex liene, intestinis, & caua parte iecino-
ris per deiectionem: ex gibba parte iecinoris, renibus, vesica per vrinam, ex vtero per men-
strua. Quod si humor ab externis tumoribus effundendus sit, chirurgia opus est, scalpel-
lo

A lo ᵃ enim aperitur locus. Hactenus exposita sunt, quæ ad curationem causæ facientis tumo- a Galen.13 meth. 5.
rem in vniuersum pertinere videantur, tria enim cum sint præter naturam in eo, morbus, cau-
sa, & symptoma, morbum auferri diximus remota causa continente, hæc autem qua ratione
propulsetur, ne amplius confluat ad partem tumentem, vel detrahatur cum iam recepta est,
vberrime exposuimus, tantum superest explicandum, quæ curatio conueniat cum materia, quę
recepta in loco, non amplius eandem speciem tumoris facit, sed aliam veluti abscessum cum
suppurat, gangrænam cum putrescit, tumorem durum quem græci σκίῤῥον vocant, cum detra-
ctis ᵇ partibus tenuioribus, nimium cogitur, & crassa redditur: Hæc cum plurimis accidant tu- b Galen.14
moribus, tradentur cum ipsos seorsum persequuti erimus, nunc absoluemus tertium contra na meth.ca.4.
turam, quod superest, symptoma videlicet tumoris in vniuersum. Dolor, qui ob copiam hu-
moris distendentem sequi tumores solet, non solum iam vigentem, sed primis etiam diebus,
propriam, vt si quod aliud symptoma, curationem postulat, nec permittit expectari dum remo-
ueatur tumor adempta causa per repellentia, per deriuantia, per extrahentia, siue obscure, si-
ue euidenter, quemadmodum monstrauimus, sed adeo interdum vrget, & propter molestiam,
& propter periculum, ne tumorem nimis augeat, concitando ex toto corpore ad ipsum humo-
res, vt succurrẽdum sit vel illis etiam præsidijs, quę tumori aut causæ aliena sunt, eo autem spe
B ctare debent, vt relaxent quod adeo distenditur, vt vehementer doleat. Quę hoc faciunt, om
nia partem humoris ᶜ detrahunt, vnde quæ restat, minus locum affectum distendit. Huc spe- c Gal.de.l.5.
ctãt partim medicamenta relaxandi vim habentia, partim chirurgia, agemus primo de ea re- simpl.c.19
laxatione quæ fit per medicamenta: Hanc postulant dolor, quem efficit multitudo humoris,
à qua diximus distendi partem tumidam, sub relaxantibus enim humor partim discutitur, par-
tim extenuatur, & patefiunt foramina vnde exire debet, ita vt facile minuatur, & hoc pacto
sedetur dolor, adde quod tollitur adstrictio, quam repellentia medicamenta attulerunt, &
pro densitate comparatur laxitas, licet causa non ᵈ auferatur ex toto. Nihil igitur æque in par d Gal.ibid.
te affecta dolorem lenit, atque ea quæ relaxant, contra nihil æque eundem auget, aque ea quæ
adstringunt atque onerant partem tumidam, & perspiratum impediunt, neque permittunt e-
uadere quod exhalat. Quamobrẽ Hipp. ᵉ in fractura auris docet vinculum inimicũ esse, qđ in- e Hipp.li.x.
tegra auris sub vinculo adstricta doleat, pulsu & inflãmatione vexetur: aliena nã, tũ ad aurẽ, tũ de art. tex.
etiam dicit cataplasmata grauia, & interdum optimam medicinam esse ᶠ non facere medici- 48.&49.
ad alia multa. Vbicunque igitur dolent tumores, nõ debẽt pãnis aut cataplasmate onerari, nõ f Hip.ibid. tex.50.
fascijs adstringi, desiderant enim quæcunq; quouis modo relaxent, quemadmodũ medicamẽ-
ta, de quibus nunc agimus: quod si acetum miscetur cum oleo rosa condito, ad dolorem ex tu-
more ᵍ in membranis cerebri, id fit cum integra caluaria est, vt tenuibus partibus aceti per- g Gale.13. meth. c.21.
C ducatur oleum per suturas ad membranas cerebri, cum perrupta caluaria est, oleo tepido per
funditur rosa condito, neque additur acetum, quo magis densæ redduntur partes nostri cor-
poris quam laxæ. Sed iam satis constat medicamenta relaxantia requiri à dolore, quem facit
humor tumidam partem distendens, intueamur nunc an sustineantur, duo autem sunt à qui-
bus reijci videntur, imbecillitas virium, & multitudo humorum in vniuerso corpore. Cum
vires imbecillæ sunt, si dentur relaxantia, periculum ʰ est ne extinguantur, cum exhalent spi- h Gal.l.2.ad
ritus quibus continebantur, quamobrem vbi curatur tumor illarum partium, quarum munus Glauc c.2.
ad vitam maxime necessarium est veluti viscerum, neque sola adhibenda sunt ⁱ relaxantia
cum aliquo adstringente mixta, neque in ipsis diu perseuerandum est, si quando sola adhi- i Gal.l.13.
beantur ob grauitatem doloris, quemadmodum ad renes inflammatos, quorum robur facile meth.c.15. &17.
sub illis labefactaretur. Multitudo humorum, cum dantur medicamenta relaxantia, quæ li-
quandi vim habent, concitatur ad locum tumidum, nam hoc relaxato facile illis excipiuntur
cum liquefiant atque extenuentur. Quare maxime decipiuntur, qui nulla habita ratione to-
tius corporis, statim ᵏ tumentem partem calidis & humidis relaxant, quod methodici face- k Gal.l 11.
re solebant, qui cum tumores haberent in morbis adstrictis, statim adhibebant relaxantia, meth. c.15.
à quibus illi abstinent, qui vel ratione, vel experientia ducuntur. Intelligunt enim quantum &20.
D materiæ ˡ concitetur ad locum affectum, vbi relaxetur cum redundantia humorum in toto
corpore, quod periculum minus subest, cum tumor oritur ex humoribus vel paulatim collc- l Gal. ibid.
ctis in loco affecto, vel ad ipsum attractis ob calorem vel dolorem, quamuis non multum in
alijs partibus abundarent. Ergo cum multitudine succorum totum corpus ᵐ ante exinanire m Gal.locis d.ctis & l.
oportet, deinde adhibere medicamenta, quæ moderate relaxent, vt ceratum ex passo & oleo art.med.ca
rosa condito cum pauca cera, quod excipiatur lana succida multum æsypi habente, aut cata- pit 95.
plasma ex lente & oleo rosa condito, aut linimentum, quod conficitur ex ouorum luteis sub-
actis cum oleo item rosa condito, in quo intingantur lintea, & dolenti parti superdentur, ne-
que vtendum est aquæ calidę & olei perfusione, aut cataplasmate ex farina triticea, vbi tumo-
rem facit materia à reliquo corpore ad ipsum translata. Quod si relaxantia requirantur & to- n Gal.l.13.
lerentur, talia eligere oportet, qualia conueniant loco & humori. Locus si præcipuus sit, postu meth c.15. &17.
lat quemadmodum ante ostendimus, vt admisceatur ⁿ aliquod adstringens: Humor si multus
redundet in toto corpore, vt dentur moderate relaxantia, aptari ẽt debent qualitati humoris, o Hip.l.2. acut. ab ini
quam vt contraria corrigere debent: id quod obseruatum fuit ab Hipp. ᵒ cum ad dolorẽ late- tio.

ris varijs vsus est fomentis, humidis, siccis, lenibus, acribus, ac medijs, opponuntur enim siccis E
humoribus fomenta humida, humidis sicca, lenibus acria, acribus lenia, medijs media aptan-
tur. Habenda est & ratio temporis anni, vt diximus in repellentibus, admouebimus æstate fri-
gida, hyeme tepida. Copia & numerus relaxantium satisfaciat copiæ & numero requirentium,
tunc autem dentur, cum maxime requiruntur & tolerantur: tempestiue autem dantur in vigo-
re, cum dolor vrget, quod materia tumorem faciens fundatur à calore, & vehementer tumidã
partem distendat, tunc autem exinanitum esse solet totum corpus, & locus qui sub repellenti-
a Hip. ibi. bus adstrictus erat, relaxandus est, vt humor digeratur. Quod si Hippocr. [a] ad dolorem lateris
b Gale. l. 5. initio vtitur fomentis, id facit vt tentet an adsit humorum multitudo, quæ cum abest, illa suffi-
simpl. c. 11. ciunt. Medicamenta relaxantia [b] calida sunt & humida, secundæ qualitates sequuntur pri-
mas, vt densitas frigus & siccitatem, laxitas calorem & humorem, debent autem calida & hu-
mida relaxantia constare ex substantia tenui, quæ crassa sunt magis accommodantur ad pus
mouendum: validissimam habet relaxandi facultatem cataplasma ex farina triticea, perfusio
aquæ calidæ aut olei: moderate idem præstat ceratum quod diximus ex passo & oleo rosa con
dito cum cera, tum quod ex lente & eodem oleo cataplasma conficitur, siue etiam linimentũ,
quod paulo ante ostendimus fieri ex ouorum luteis & oleo rosa condito. Cataplasma frequens F
apud veteres erat ex pane, aqua, & oleo, imponitur etiam vtiliter illud, quod habet farinam
hordei, butyrum, hyoscyamum, adipem suillam. Paratur vbique à pharmacopolis quod Dial-
thæa, & quod Diachylon vocatur ad relaxandum efficax. Chirurgia erat alterum institumen-
c Gal. l. 13. tum, quo vtimur ad relaxandum partes, quæ dolent humorum copia distentæ, secatur [c] enim
meth. c. 5. cutis pluribus locis scalpello, vnde sanguis ille educitur, qui multitudine vehementer tumidã
partem distendebat, ita vt relaxetur: debent autem plagæ nec in superficie esse, nam nihil pro
ficerent, nec nimis altæ, nam nimium sanguinis effunderetur, & relinquerentur insignia vulne-
d Gal. ibid. ra, quæ propriam curationem requirerent, sint igitur mediocres. Ad hunc vsum incidit Gale-
e Hip. l. 2. nus [d] glandulas inflammatas, vbi nimis distenduntur: Hippocrates [e] cutem in fractura cal-
de fractu- cis; apparet igitur hanc chirurgiam necessariam esse, cum nimium pars distenditur, neque suf-
ris qua de ficiunt medicamenta relaxantia, quod humor crassior sit, veluti sanguis: reijcit hanc [f] multitu
calce. do succorum in toto corpore, quæ vbi adsit, prius detrahere ipsam oportet, dein venire ad se-
f In hoc c. ctionem propositam, qua tutius vtimur, cum tumor non ex materia aliunde transmissa, sed po-
tius ob euidentem aliquam occasionem attracta oritur: maxime autem primis diebus hæc chi-
rurgia necessaria est, cum minus tunc vti liceat medicamentis ad relaxandum quam postea,
g Gal. l. 11. quod & minus proficiant, & cum maiori periculo tententur, [g] ne maior humorum multitudo G
met. c. 15. confluat ad locum affectum.
& c. 20.

Species tumorum qui ab humore proficiscuntur. *Cap. VI.*

PRoxima tractatio tumoris in vniuersum ab humore profecti quamuis longior fuerit,
si cum magnitudine vtilitatis comparetur, ita fortasse etiam videbitur breuior, cũ
illi subiecta sylua sit non modo tumorum omnium (paucis exceptis quos à flatu,
h In hoc li. vel solida substantia fieri monstrauimus,) [h] sed aliorum quorundam vitiorum quæ
c. 2. 3. 4. ob causæ & curationis conuenientiam, ad ipsos referuntur, proponemus hæc vbi species inue-
i Auic. l. 4. nerimus tumorum omnium, qui oriuntur ab humore. Recte autem primo [i] diuiduntur in gran
fe. 3. tra. 1. des & minutos, alia enim his, alia illis curandi ratio conuenit, vt in sequentibus apparebit.
k Gal. l. 13. Grandes (vt ab his ordiamur) varij sunt [k] pro vario humore à quo fiunt, alij enim nascuntur
meth. c. 4. & à sanguine, alij à flaua vel atra bile, alij à pituita, alij ab humore aquoso, siue hi humores sim-
libro 2. ad plices sint, siue cum alijs mixti, siue naturaliter se habentes, siue præter naturam affecti. Rursus
Glau. c. 1. alij ab humore quodam concreto, & in aliam substantiam mutato, alij à pure, quorum omniũ H
nomina vbi exposuerimus, pergemus ad minutos.
l Gal. l. 2. ad Inflammatio Latine, [l] Græce dicitur φλεγμονή, quod vocabulum significabat apud veteres
Glau. c. 1. φλόγωσιν, & ἐπιφλόγισμα, hoc est calorem igneum, ac veluti flammam: sed à iunioribus acceptum
est pro tumore orto à quouis humore calido, & præsertim à sanguine, eiusmodi autem tumor
m Gal. ibi. calidus & rubicundus [m] est, prementique renititur; hic in quibusdam partibus proprio nomi-
n Gal. l. 2. ne appellatur, quo simul & morbus notatur, & affectus locus, vt in oculis ὀφθαλμία, [n] in guttu
meth. c. 2. re συνάγχη, in latere πλευρῖτις, in glandulis βουβών, præsertim in inguine cum iam incipit suppu-
o Gal. l. 2. ad rare: ἐρυσίπελας [o] Græcum nomen mutuantur etiam Latini ad significandum tumorem illum
Glau. c. 1. calidum, quem biliosus sanguis excitat, ἕρπης, [p] Latine sacer ignis vocatur, Græcum autem no-
p Gal. ibi. men inuenit à serpendo, est enim tumor serpens à flaua bile ortus, idẽ si erodat dicitur [q] ἕρπης ἐ-
q Gal. ibi. σθιόμενος. si pustulas excitet granorum milij similes, vocatur ἕρπης κεγχρίας.
r Gal. ibid. Ἄνθραξ Græce, Latine carbo, tumorem [r] significat feruentem cum nigris pustulis & crusta,
s Ga. l. 2. ad ita vt carboni similis videatur, vnde nomen inuenit.
Glau. c. 9. Γάγγραιναν, Græci pariter ac Latini appellant [s] inflammationem adeo auctam, vt iam calor
t Gale. l. 6. extinguatur, & emoriatur pars, vbi autem plane emortua est, Græce appellatur [t] σφάκελος.
meth. c. 5.

Fiunt

A Fiunt hi tumores ab humorib. calidis quos numerauimus, sed alij fiunt à frigidis, proprie autem qui oritur à pituita Græce appellatur οἴδημα, [a] quod vocabulum vsurpatum est ab Hippocrate [b] ad quemuis tumorem significandum, sed apud recentiores notat tumorem laxum, doloris expertem, qui ita sub pressu desidet, vt prementium digitorum vestigia retineat: Hic si in vniuerso corpore versetur, dicitur Græce ὕδρωψ, ἀνασάρκα, vel λευκοφλεγματίας.

Καρκίνος, & καρκίνωμα Græce, Latine dicitur cancer, est autem tumor [c] ortus ab atra bile, qui cancri animalis imaginem repræsentat, Quod si non vna pars, sed totum corpus ob atram bilem reddatur tumidum, ita vt membra & crassa, & nigra fiant, à similitudine elephantis animalis, vocatur à Græcis ἐλέφας & ἐλεφαντία. [d] & quia tunc facies hominis talis videtur, qualem fingunt satyris, appellatur quoque σατυρίας, & σατυριασμός [e]

Ab aquoso humore fit tumor interdum in vniuerso corpore, & appellatur à Græcis [f] ὕδρωψ ἀσκίτης, interdum in aliqua parte vt in capite, & vocatur ὑδροκέφαλον, [g] vt in testiculis ὑδροκήλη: fiunt nonnunquam in varijs partibus corporis veluti vesicæ plenæ aquosi humoris, quas Græci ὑδατίδας [h] nominant.

Σκίῤῥος, siue ὄγκος σκιῤῥώδης vocatur tumor durus [i] sine dolore, non tamen omnino sine sensu, ortus ab humore crasso, siue pituitoso siue melancholico: hic si in neruis fit appellatur, [k] γάγγλιον, in quibus cum oblongus est vocatur ab Hippocrate φῦμα, cum rotundus γογγρῶν vbi autem

B glandulas occupet, vocatur Latine struma, Græce χοιράς, [l] vbi articulos, & valde indurescat [m] πῶρος.

Tumores qui nō exquisiti sint, sed spurij, non fiunt ab vno humore puro, sed à pluribus: Vbi duo humores concurrant æqualiter veluti sanguis & flaua bilis, tumor quem faciunt duobus nominibus gaudet, diciturque [n] φλεγμονή, & ἐρυσίπελας, at vbi tumor qui à duplici oritur humore, magis ab vno fiat quam ab altero, nomen obtinet tumoris orti simpliciter ab eo humore qui in proposito nunc tumore magis superat: adijcitur tamen illi nomini aliud deriuatum à nomine illius tumoris, quem simpliciter facit alter humor, quem in proposito tumore statuimus minori ex parte versari. Illum exempli gratia qui fit maxima ex parte à sanguine, cui tamen admixta sit flaua bilis, appellant Græci [o] φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη, contra alium, qui magis fit à flaua bile, quam à sanguine, vocant [p] ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες: Eadem ratio est, cum atra bilis, vel pituita, aut alius humor cum alio concurrat ad tumorem efficiendum, duplici enim nomine vocatur, quemadmodum ostendimus.

In tumoribus hactenus commemoratis, humor combibitur in paruis foraminibus partium solidarum; quod si contineatur in sinu, qui præter naturam efficitur, cum abscedūt partes, quæ naturaliter coniunctæ erant; eiusmodi tumor Latine dicitur abscessus, Græce vero [q] ἀπόστημα,

C & vbi humor, qui locum sinuat, translatus sit ab alijs partibus ante ægrotantibus, dicitur proprie ἀπόσκημμα, vel ἀπόσκηψις. Sub abscessu tres species [r] proprio nomine à Græcis notantur, crassum & concrescentem humorem in alienam naturam mutatum continentes. Vna dicitur στεάτωμα, [s] cui pingue quoddam subest: altera ἀθέρωμα, cui quasi tenuis pulticula: tertia μελικηρίς, cui liquidior humor melli similis: vbi continetur in abscessu pus, vocatur Latine suppuratio, Græce vero [t] ἐμπύημα.

Sequuntur tumores minuti, in quibus habentur tubercula, achores, faui, verrucæ, pustulæ, variolæ, morbilli, scabies, impetigo, quorum nomina nunc sigillatim exponemus. Tubercula sunt parui tumores, qui à Græcis nominantur φύματα, & ἐκφύματα ἀπὸ τοῦ ἐκφύειν, quod assurgant [u] in cute, sic autem potissimum appellantur, cum suppurant, & in abscessum vertuntur, quo vocabulo vtuntur etiam Latini, qui eadem, vbi acuta sunt, furunculos nominant: illa vero quæ magis lata sunt, quam alta, nominantur à Græcis εὔγεθλα: sed fiunt in facie [x] vari, paruula quędam tubercula, dura, & rubra, quæ à Græcis nominantur ἴονθοι, [y] vnde ducitur ἴονθωσις multitudinē eorum in facie significans: ijdem in alijs partib. appellātur [z] δοθιῆνες, vbi maiusculi sint & vlcerati à similitudine fici, dicitur id vitium Græce [a] σύκωσις: Quod si parua tubercula terebinthi fructum magnitudine, figura, & colore referant, vocantur Græce [b] τερμινθοι: Cum digiti manuū

D aut pedum sub frigore intumescunt, ea tubercula χίμεθλα [c] Græce dicuntur. Μελικήριον, etiam paruum tuberculum est exulceratum, paruisq. foraminibus exasperatum, vnde humor exit melli non absimilis, à quo nomen inuenit. In duas autem species distribuitur, vna vocatur Græce [d] ἀχώρ, in qua foramina sunt angustiora & pauciora, per quæ fertur humor minus glutinosus, quā mel, fit autem potissimum in capite puerorum, altera κηρίον, hoc est, fauus, quod faui modo fundat crassiorem humorem, quasi mel ex crebris & amplioribus foraminibus.

Verrucæ quoque paruula tubercula sunt, quæ dura in cute tanquam paruuli montes extāt, vnde apud Latinos nomen inuenerunt, distinguuntur autem in plures species, quas Græci sigillatim proprio vocabulo notarunt, vocant enim ἀκροχορδόνα verrucam illam, quę balini angustiorem habet, sed in summo [e] latescit: θύμιον alteram, quæ supra similiter latior est & subdura, [f] sed peraspera & colorem floris thymi referens, vnde nomen traxit, vocant & aliam speciē μυρμήκιον, ducto [f] vocabulo Græce à formica, cuius morsum repræsentat, cum comprimitur, est autem durior & altius radices exigit, infra latior, supra tenuior: Ad verrucas spectat [g] etiam ἧλος, qui dicitur Latine clauus, ob similitudinem claui, cuius caput refert in summa parte,

a Gale. l. 3. meth. c. 3.
b Hippo. 1. prog. 29. & Gal. in cō.
c Gal. 3. 3. epid. cō. 70 & de plen. c. vlt.
d Gal. l. 2. ad Glau. c. 10. & l. 14. metho. c. 9.
e Gal. li. 10. ad Gl. c. 10.
f Gale. l. de tumo. præter. c. 14.
g Gal. de tu mor. ca. 16.
h Gal. l. defi nitio. med.
i Gal. l. 5. de loc. aff. c. 2. & li. defin. med.
k Gale. l. 2. ad Gla. c. 4.
l Gal. l. defi. med.
m Gal. l. 13. meth. c. 5.
n Gal. l. 1. de alim. fa. c. 5.
Gale. l. de tum. c. 9.
o Gale. l. 2. ad Gla. c. 2.
p Gal. ibid.
q Gal. li. de tumor. c. 3.
r Gale. l. 14. meth. c. 12.
s Gal. ibid.
t Gal. lib. de tum. c. 3.
u Gale. l. 2. ad Gla. c. 2.
x Ga. l. 5. catatop. c. 1. & l. introd. c. 16.
y Gale. l. 2. meth. c. 2.
z Gal. l. introd. c. 16.
a Gal. l. 2. meth. c. 2.
b Gal. l. introd. c. 16.
c Gal. ibid.
d Gale. l. de tum. c. 14.
e Gale. l. 2. meth. c. 2. & l. defin. med.
f Gale. l. 2. meth. c. 2.
g Gal. l. de. fin. med. & pe fin.

vbi latior est, sicut ad radicem angustior, magis autem latescit, & durus est, quā acrochordon, E
a Gal. ibid. in fi. oriturque potissimum in pedibus: eiusdem generis est τύλος, hoc est, callus, qui oritur, a cum ex labore cutis indurescit. In tumoribus minutis potissimum habentur pustulæ, quæ in superficie corporis minores apparent quam tubercula. Illæ autem, quæ minimæ sunt, ἱδρῶα Græce nominātur à sudore, quod tales sint, quales excitari à sudore solent. Quæ simpliciter paruæ sunt,
b Gale. l. 5. meth. c. 12. nominantur à Græcis ἐξανθήσεις & ἐξανθήματα, quod b quasi flores erumpant ex cute: Quæ pau-
c Gal. l. 3. epid. cō. 51 lo grandiores ἐκθύματα, ex quibus, quæ parum supra cutem c eminent duriores, subalbidæ & acutæ, cum exprimuntur humorem quendam fundentes, vocantur ψυδράκια: Quæ d liuidæ sunt
d Gale. l. de remed. par. facil. c 5. aut nigræ, & cum vehementi inflammatione, aperteque cruentam quandam saniem fundunt ἐπινυκτίδες, quod e noctu maxime oriantur, atque infestæ sint; fiunt etiam bullæ quasi vesiculæ
e Galen. l. 2. meth. c. 2. plenæ aquæ, quæ vbi rumpuntur, apparet caro exulcerata, nominantur autem Græce f φλυκταίναι.

f Gale. li. 4. acut. cō. 63 In genere pustularum sunt, quæ à recentioribus variolæ & morbilli vocantur, pueris fere omnibus cum vehementi febre superuenientes: variolæ retinent naturam inflammationis, morbilli erysipelatis.

g Gale. l. 6. meth. c. 13. Scabies non aliud est quam multitudo pustularum, quæ si mitiores sunt & magis in summo, F id vitium à Græcis nominatur g ψώρα, si magis feræ & altius descendant λέπρα.

Scabiei non dissimilis est λειχὴν, quæ Latine dicitur impetigo, sed proprie in mento mentagra, continetur enim pustulis quibusdam serpentibus, vnde squamulæ resoluuntur.

Ad tumores referemus pruriginem, pediculos, porriginem, defectionem pilorum, ecchymoma, quod & ab eadem causa fiant, & eodem modo curentur, quamuis ad magnitudinem auctam non pertineant: Imitabimur autem veteres Medicos ac Philosophos, qui ea etiam, quæ
h Arist. l. 1. de cœlo ca pite 2. diuersi generis essent, propter communitatem & conuenientiam quandam simul pertractarunt. Complectitur h Aristoteles sub categorijs cœlum, quod subijciatur motui, quamuis quod æternum sit, ad ipsas minime referendum esse videatur. Galenus i diarijs febribus, quæ à spi
i Galeo. l. 9. meth. c. 2. ritu, synochas subiecit, quæ à sanguine supra modum calefacto proficiscuntur, propter conuenientiam quam habent caloris aucti, non tamen acris, sed restat, vt propositorum affectuum nomina exponamus.

k Gale. l. de diff. sympt. c. 3. Prurigo quæ Græce dicitur k κνησμὸς, species quædam doloris est, significat enim veluti paruum morsum in superficie.

l Gal. l. Medicus c. 19. & l. 1. cata. c. 7. Pediculi vocantur à Græcis φθεῖρες, & affectus, quem eorum multitudo efficit, l φθειρίασις; præter communes pediculos, qui in capite fiunt, oriuntur alij maxime in partibus genitalibus, qui G ægre a corpore separantur, & magis plani sunt, vnde piattæ vulgo dicuntur. Oriuntur & alij in
m Gal. l. 6. ep. com. 13 & li. 1. cata. cap. 6. ter cutem & summam pelliculam, veluti cuniculos sibi excauantes, vocantur autem a recentioribus scirrhones.

Porrigo dicitur a Latinis, cum tenues squamulæ quasi furfures resoluuntur, a summa cute, quod maxime accidit in capite, m Græce autem nominatur πιτυρίασις.

n Gal. li. de remed. par. facil. c. 6. Pilorum defectio varia nomina apud Græcos obtinuit, nam vbi æqualiter decidant, neque areas quasdā efficiant, dicunt n τρίχας ῥεούσας, si areas relinquunt, hac atq; illa parte nominant
o Gal. lib. 2 met. c. 2. & loco citato ἀλωπεκίαν a vulpe, quæ eundem affectum experitur, sed si ita pili cadant, vt locum glabrum in figuram serpentis relinquant, vocant o ὀφίασιν: caluitium, vbi caput ætate nudatur, dicitur Græce q φαλακρότης: defectio pilorum in palpebris proprie nominatur p πτίλωσις. r
p Gal. locis dictis. Vitiligo cutis maculas significat, quæ si albæ sint, & altius penetrent, ita vt pilos similes red-
q Hippo. & Gale. lib. 6. aph. cō. 34. dant, id malum Græce nominatur q λεύκη, sed in superficie, si albæ ἀλφὸς, r si nigræ μέλας. Ad ui tiliginem spectat φακὸς, macula lenti similis, ἡλιῶσις quasi a sole contracta,
r Gal. li. de finit. med. ἐκχύμωμα s & ἐκχύμωσις Græce dicitur, cum venis, vel collisis, vel apertis sub cute sanguis suffunditur, qui si liuorem afferat πελίωμα, si nigritiem μέλασμα x nominatur, quod maxime accide-
s Gale. li. 2. meth. c. 5. re senibus solet.

ἀνεύρυσμα y tumorem illum significat, quem facit sub cute sanguis, qui ex arteria secta exit. H

t Gal. io in troduct. c. 13. Varix Latine, Græce dicitur z κιρσὸς, cum vena ob sanguinis crassi copiam intumescit; quan quam intumescit etiam interdum arteria distenta a multitudine sanguinis, quem tumorem for
u Gal. li. 2. 6 epi. com. 9. & li. 6. aph. tasse licebit varicem similiter nominare.

Hactenus tumores omnes, qui oriuntur ab humoribus, eosque affectus, qui ad tumores referūtur, sigillatim descripsimus, inculcauimus autem Græca verba, quod magna ex parte Latina
com. 10. x Gal. li. de tumor. c. 10 desiderētur, & quod pleraq; ex illis Latino sermone trita sint: superest, vt vnumquemq; ex descriptis affectibus seorsum tractemus explicantes, qua ratione cognoscatur, & cognitus cure-
y Gal. li. de tumor. c. 11 & l. 5. met. c. 4. tur, quod duobus libris absoluemus, proximo persequemur grandiores tumores, altero minutos, & ea vitia, quæ referri posse, ad tumores monstrauimus.

z Gal. li. de tumor. c. 16

VIDI

A

VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber XII.

Qui eſt de Tumoribus grandioribus ab humore profectis.

De inflammatione. Cap. I.

B



MAiores morbi, maiora & ſæpe etiam plura præſidia poſtulant, quam minores, ac ne longius abeas, magni tumores, quos humor facit, præterquã quod grandibus egent remedijs, ad ægram partem admotis, requirunt quoque, vt habeatur ratio [a] totius corporis, ſine qua plerunque illi ſanantur, qui minuti ſunt, quemadmodum puſtulæ. Habentur in [b] numero grandium, inflammatio, ſuppuratio, gangræna, carbunculus, œdema, eryſipelas, herpes, elephas, cancer, hydrops, hydrocephalon, ſcirrhus, ſtruma, ganglion, abſceſſus, quos vbi abſoluerimus, minutos perſequemur.

a Gal. lib. 13. meth. c. 5. & 6.
b In cap. vlt. a necedentis.

Sumamus initium ab inflammatione, quæ vocatur φλεγμόνη, vſurpatum eſt id nomen à veteribus [c] Græcis pro calore igneo, à iunioribus pro quouis tumore calido, & idcirco ẽt pro eryſipelate & carbũculo: ſed Eraſiſtrati ſeculo proprie ita vocatus eſt ille tumor, qui calet, [d] rubet, renititurq. cum diſtentione: ad hunc primo aggredimur, quę contra naturam ſunt in ipſo explorantes, tum qua ratione recognoſcãtur, & recognita curentur, aperte declarantes. Morbus cũ inflammatio referatur inter tumores, eſt magnitudo contra naturam aucta, cum qua iungitur calor immoderatus, quem ſanguis efficit, qui interdum calidior influit, ſed ſemper in tumida
C parte, vbi adſtringitur, vehementer incaleſcit; eiuſmodi aũt immoderata temperatio calida inæqualis eſt, cũ nõ eadem ſit in partib. ſolidis atq. in ſanguine, quem retinent, clauduntur etiã caua, partim obſtructa, partim compreſſa ꝓꝑ materiæ multitudinem, quæ cum violenter diſtẽdat affectum locum, neceſſe eſt vnitatem ſoluat. Plures igitur [e] inflammatio complectitur morbos, vt immoderatam temperationẽ calidam inæqualem, quę pertinet ad partes ſimplices, magnitudinem contra naturam auctam, & cauorũ obſtructionem atq. adſtrictionẽ, quæ ad multiformes, vnitatis ſolutionem, quæ cõis eſt vtrarumq. Cauſa inflãmationis alia proxima eſt, alia huic antecedit, proxima & cõtinens cauſa eſt materia, quæ in inflãmata parte continetur, hæc autem eſt ſanguis [f] bonus ac purus, modo inflammatio exquiſita ſit, nam in ſpuria non ita bonus eſt & purus, ſed mixtus cum nimia copia aliorum ſuccorum, quo fit, vt interdum lenior ſit, interdum acrior, interdum tenuior, interdum craſſior, & non moderatus, vt in exquiſita deprehenditur. Qualiſcunq; autem eſt, adeo multus in affecta parte verſatur, vt non ſolum magna vaſa diſtendat, ſed etiam parua, ita vt exilia, quæ prius euidentia non erant, aperte in cõſpectum veniant, quod intueri licet in cole, in mammis, in oculis inflammatis, ſed cũ nequeat ob copiam contineri, effunditur ex vaſis [g] roris modo, ex ipſorum tum capitibus, tum tunicis diſtillans, neque retinetur in ſpacijs, quæ iuxta ſunt, ſed a paruis foraminibus combibitur pro-
D ximarum partium, & earum potiſſimum, quæ laxiores ſunt, veluti muſculi & glandulæ, & viſcerum ſubſtantia, quæ frequenter in inflammationẽ incidunt: partes magis ſolidæ, vt nerui, chordæ, ligamenta, membranæ, non ita facile abſorbent eiuſmodi ſanguinem ex vaſis deſtillantem rarius itaq; & tardius inflammantur, quam partes laxiores, niſi vbi ipſæ primum vulnerentur, nam ſic inflammatione citius prehenduntur, quam muſculi, quos exterior inflammatio tenet, non ſecus atq. eryſipelas cutem ſed vt hæc interdum ſubiectam carnẽ attingit, ita inflammatio interdum cutem ſuperiectam, tuncq; ſimiliter dolorem affert, vt altera, nõ tamen pulſum moleſtum. Sanguis ergo copioſior ex vaſis [h] exiens, recipitur in paruis foraminibus partium, quæ iuxta ſunt, vbi inflammationem facit, cuius eſt proxima & cõtinẽs cauſa, neq; [i] poteſt ſola ſanguinis fuſio multitudinẽ ipſam efficere (vt quibuſdã placuit) neq; enim adeo cõcreſcit frigore, vt calore liquefactus, veluti pix & cera, ad lõge maiorẽ molẽ perueniat, & tumorẽ excitet, quẽ ẽt ſi excitaret, ſeruare nõ poſſet, ſi frigida ꝓſidia adhiberentur, rurſus enim cõcreſceret, & ad paruam molem rediret, ac tumor euaneſceret, quod tamẽ vſuuenire nõ videmus: Adde quod cũ in febre ardẽte sãguis maxime fundatur a calore, deberet reddi tumidũ vniuerſum corpus,

c Gal. l. 2. ad Glauc. ca. 1.
d Gal. ibi.
e Gal. li. de diff. morb. c. 12.
f Gal. l. 2. ad Glauc. c. 1.
g Gal. lib. de tumor. c. 2. & l. 14. meth. c. 2.
h Gal. ibi l. & l. 13. meth cap 5.
i Gal li. de tumor. c 2.

sed contra potius apparet gracilius. Quamobrem non fusio, sed multitudo [a] sanguinis inflam- E
marionem facit, quod ille ipse monstrat, qui paulatim exit ex partibus inflammaris. Decipiun-
tur etiã qui existimant solúmodo, quia vasa obstruantur aut comprimantur, inflammarionem
fieri, recipitur enim in paruis [b] foraminibus, vnde cum exitum babet, paulatim effluit, id quod
apparet in vulnerib. inflammatis, ita vt neq. iniuria reprehendantur Methodici, qui numera-
bant inflammationem in morbis [c] adstrictis, cum eadem ob materiam, quã fundit, poni ab ip-
sis debuerit in laxis. Vana item est opinio Erasistrati, qui in corde & arterijs [d] naturaliter se
habentibus, nullum contineri sanguinem credidit, si quando autem ob violẽtam causam in ar-
terias impellatur, si impediat motum ipsius spiritus, in partibus cordi propinquis excitari fe-
brem iudicauit, sed si à spiritu repellatur ad fines arteriarum, ibi adstrictum inflammationẽ [e]
facere, vulneratas vero partes propterea inflammari, quod exhausto spiritu sãguis in arterias
penetret, vt impleantur. Satis autem confutatus est Erasistratus à Galeno, [f] ostensumq. in ar-
terijs contineri sanguinem secundum naturam, neq. propterea inflammationem fieri. Quæcun-
que autem ponatur proxima inflammarionis causa, de curatione conuenit inter omnes, quam
perfici credunt, si sanguis ex affecto loco detrahatur. Relicta igitur proxima causa, pergamus
ad eam, quæ illi antecedit, ob hanc nimia sanguinis copia ad affectum locum concurrit, neq. n.
paulatim contrahitur, vt solent tumores, qui à crassiore & frigidiore succo oriuntur, prius etiã
corrumperetur sanguis, quam tantum colligeretur, vt posset insignem tumorem efficere. Vide- F
mus autem subito inflammationem excitari, quod sanguis ad affectum locũ feratur, vel aliun-
de [g] transmissus, vel ab ipso attractus, transmittitur à partibus validioribus ad imbecilliores,
cum copia onerans, vel qualitate lædens [h] sustineri amplius non potest, id quod præsertim ac-
cidit, vbi funditur, sic enim magis molestus est, & magis fluit, recipitur autem in parte imbecil-
liori, & magis opportuna humoribus recipiendis, siue imbecillitas naturalis sit, siue aduentitia,
quo spectat substantiæ laxitas, [i] amplitudo canalium ad ipsam attinentium, & situs in loco
inferiori; hoc cum accidit, vt scilicet redundet in toto, vel in aliquibus partib. corporis nimia
sanguinis copia, transmittitur à validioribus ad imbecilliora, qui affectus appellatur à Græcis
ῥευματικὴ διάδοσις, vnde [k] sanguis in affecto loco recipitur, & inflammationem facit. Allicit ad
se ab alijs pars (cum vel dolet, [l] vel nimium calet) sanguinem etiam si non nimis redundet, do-
let autem, cum vulneratur, contunditur, luxatur, frangitur, vehementem sentit appulsum frigo-
ris aut caloris, violenter distenditur, nihil enim æque materiam concitat ac dolor, quem natu-
ra cum depellere conatur, ab alijs partib. ad affectam, vna cum sanguine & spiritu fertur; vide-
mus etiam partes, quæ frictione, aliave exercitatione aut calidis medicamentis calefiunt, san-
guine impleri: Quid, quod partes ipsæ inflammatæ ob vim caloris cucurbitulæ [m] modo attra-
hunt sanguinem ex reliquis partibus, eoq. fit, vt cum valde inflammantur internæ, sentiantur G
externæ frigidæ? Constat igitur sanguinem ad affectum locum concurrere ob has duas causas,
quod scilicet vel transmittatur, vel attrahatur, magis autem ab exitu, idest, ab inflammatione
distant illæ causæ, ob quas sanguinis copia contrahitur in corpore nostro: has patefacimus,
cum [n] morborum causas generatim persequuti sumus. Symptoma, quod erat tertium contra
naturam, multiplex inflammationem consequitur, aliud perpetuo, aliud plerunque; perpetuo
cum inflammatione coniungitur tumor, qui cum lædit actiones, [o] in morbis numerari debet, si-
cuti paulo ante à nobis numeratus est, præterea calor, rubor, [p] dolor cum pulsu, distentio &
impotentia cedendi, quorum concursus nunquam ab inflammatione separatur. Calor tantus
est in proposito tumore, vt ab eo nomen inflammationis traxerit, oritur autem à multitudine [q]
sanguinis in affecto loco retenti, vbi cum adstringatur, retentis expirationibus calidior effici-
tur: præterquam quod interdum per se quoq. nimium calidus confluit, ab hoc etiam proficisci-
tur rubor, reddit enim sanguis cutem superiectam sui coloris: dolor distentionem sequitur, quã
multitudo efficit, pars enim, quæ multum distenditur, nisi vel nullius, vel omnino hebetis sen-
sus sit, necesse est doleat: dolent autem potissimum venæ & arteriæ, quæ intus à copia sangui-
nis & distenduntur, & calefiunt, extrinsecus vero ab eadem similiter calefiunt, & præterea
comprimuntur: dolent aliæ etiam partes, vel quod calefiant, vel quod distendantur, vel vtro- H
que nomine; cæterum calor sanguinis, cum partes, in quibus continetur, æque calidas reddi-
dit, non amplius dolorem facit; dolor autem minor est, cum quiescunt [r] partes inflammatæ,
quam cum mouentur, siquidem causæ, à quibus oritur dolor, motu vehementiores redduntur.
Distentio proficiscitur à multitudine, [s] tendit hæc partes illas, quæ naturaliter solebant esse
laxæ, ob quam causam renituntur, neque cedunt prementibus digitis, sed hoc illis etiam eue-
nit, quæ dura sunt, id quod imperitos fallit, qui partes inflammatas, quod renitantur, duras es-
se credunt: sed internoscuntur dura à distentis, quod hæc doleant, illa sine dolore sint. Cum
dolore percipitur molestus pulsus ab ægrotante, quem nullum percipere solebat, dum sanus
esset: Hic quamuis relatus sit inter symptomata, quæ perpetuo in inflammatione visuntur, tan-
tum illis accidit, quæ vel magnæ sunt, vel in partibus versantur, ad quas grandiores arteriæ
pertineant: vbi neutrum horum adsit, non sentitur ab ægrotante pulsus molestus: vbi aũt vel [t]
arteria grandior sit, vel inflammatio magna, pulsus ob calorem auctum necesse est in inflam-
mata parte augeatur, sed cum locus angustior sit, ob sanguinis copiam arteria cum mouetur,
verberat

a Gal. ibid.
b Gal. ibid.
c Gal. li. de sectis c. 7.
d Gale. lib. an sanguis in arterijs cõtineatur c. 1. & 3.
e Gal. li. an sanguis in arterijs c. 3
f Gale. loco citato per totum libellum.
g Gal. li. 13. meth. c. 3.
h Gal. lib. 2. de diff. feb. c. vlt. & 13. metho. c. 5. & l. de cau. morb. c. 5.
i Gale. l. 13. meth. c. 1.
k Gale. l. 2. ad Gla. c. 12 in fi.
l Gale l. 13. meth c. 6
m Gale. l. 7. aph. com. 1
n Vidus l. 2. de cur. gen. c. 7. par. 1.
o Gal. li. de diff. morb. c. 12.
p Ga. l. 2. ad Glauc. c. 1.
q Gal. ibid.
r Gal. l. 1. de diff. respir. c. 9.
s Gal. l. 4. de can. pul. capite 7.
t Gal. ibid.

verberat [a] proximas partes, & simul verberatur ab ijsdem, vtroque autem nomine excitatur a Gal. li. 2.
A dolor, & molestia pulsus; si inflammatio, quę versari in carne solet, versetur in cute superiecta, de loc. aff.
nihilo minus dolorem affert, quam arteria, sed sine molestia pulsus. Inter symptomata, quæ nō c. 3.
perpetuo, sed plerunque inflammationem sequuntur, sunt primo actiones læsæ, quæ cum aliæ
sint aliarum partium, non eædem offenduntur a cuiusuis partis inflammatione; læditur respi-
rario, cum inflammatio septum transuersum tenet: cum pulmonem, videtur homo strangulari:
cum renes aut vesicam, supprimitur vrina: cum musculos, offenditur motus voluntarius: varie
ergo læduntur actiones pro variarum partium inflammatione. Ex qualitatibus & affectibus
corporis febris est, quæ licet per se morbus sit, habetur in [b] symptomatibus, quatenus inflam- b Gal. li. 1.
mationem sequitur, quod non euenit in quauis inflammatione, sed tantum in ea, quæ vel ob ad Glau. c.
magnitudinem, vel ob viciniam cor suo calore afficit, cui si solus [c] calor impertiatur, febris dia- & li. 4. aph.
ria est: si etiam putredo, non est amplius diaria, sed ex numero earum, quæ a putrescentibus com. 73.
humoribus proficiscuntur, tunc autem impertitur putredo inflammationis cordi, cum aut ma- c Ga. li. 1. de
gna est, aut in parte illi propinqua. Ad affectus & qualitates corporis etiam pertinet, quod dif. feb. c. 5
partes ex inflammatione interdum clauduntur, interdum aperiuntur, magis quam secundum
naturam conueniat, id quod vsu venit palpebris, cuti glandem tegenti, genitali muliebri, ano,
quæ, vbi inflammatio externa sit, aperiuntur; vbi interna, clauduntur; quod virium symptoma
est, cum oriatur a morbo, neque semper lædat actiones. In tertio genere symptomatum sunt,
B quæ contra naturam exeunt ex partibus inflammatis, exit initio cruenta sanies tenuis, quæ
processu temporis, cum inflammatio tendit ad salutem, concoquitur, & crassior redditur; non
est tamen communis hic saniei exitus cuiuslibet inflammationis, nam cum materia valde ad-
stricta est, aut coctu difficilis, cumque tegitur densa cute, nihil ex ea remittitur, tantum enim
effluit, cum non admodum cruda est, partibus vulneratis externis, tum ex [d] visceribus abditis, d Ga. li. 5. de
tum ex oculis, ex ore, ex naso, quæ non teguntur cute dura ac densa. Hæc sunt symptomata cō- loc. aff. c. 3.
munia, quæ inflammationem perpetuo, vel plerunque consequuntur, ex quibus dolor tantum & c. 7. & l.
& febris curationem postulat, propria autem cuiusque partis inflammatæ tradentur in opere 6. de loc. af
de curatione membratim. Differentiæ, ut in tumoribus in vniuersum ab humore emanātibus, fe. c. 5.
ita in inflammatione illæ potissimum attenduntur, quas suppeditant illa, quæ consequuntur
formam in subiecto, vt magnitudo, numerus, locus, motus, præterea causæ & effecta: a magni-
tudine sumuntur differentiæ, cum alia inflammatio magna sit, alia parua, paruas inflammatio
nes non accipimus nunc pro pustulis, & minutis illis, quas proximo libro complectemur, sed
pro illis, quæ sunt veluti tubercula & furunculi dimidij oui magnitudinem raro explentia: ad
numerum attinet, quod inflammatio vel simplex est, uel multiplex, tum sola vel iuncta cum
C alio morbo. Ad locum, quod vel multum, vel paucum spacium occupat, quod item in parte ex-
terna vel interna, tum in hac aut illa, nam in toto corpore esse non potest, prius enim suffocare
tur calor, quam tanta multitudo sanguinis colligeretur, ut omnes partes corporis intumesce-
rent, prius etiam abrumperetur [e] vena in aliqua parte; Ad motum, quod inflammatio magis e Gal. li. 1.
vel minus celeriter ad coctionem vel digestionem spectat. Ad tempus, quod recens aut vetu- aph. cō. 3.
sta est, quod item incipit, increscit, viget, aut remittitur, dicitur incipere, cum sanguis contrahi
tur in parte affecta, augeri cum qui iam receptus est, calidior redditur & funditur, ita ut ma-
gis distendat partem affectam: Vigere cum dolor & calor ad summum perueniunt, quod acci-
dere solet, cum pus [f] fit: remitti cum sanguis vel iam conuersus est in pus, vel digeri cœpit, ita f Gal. li. 2.
vt calor & distentio minuatur: suppetunt nobis & differentiæ complures ex causa proxima, aph. cō. 47
hoc est, ex sanguine, qui in affecto loco continetur, nam multus facit inflammationem magnā,
paucus paruam, purus [g] exquisitam, mixtus cum aliis succis spuriam, cuius tot sunt differētię, g Gal. li. 2.
quot eorum, quæ cum sanguine miscentur: fit inflammatio (si miscetur bilis) erysipelatodes, ad Gla. c. 1
si pituita, œdematodes, si humor melāch olicus scirrhodes, sed si sanguis crassus simul sit & fer
D uidus, [h] facit carbūculum, de quo seorsum agemus: præterea cum crudus est, facit inflammatio h Gal li. de
nem crudam, cum coctus, coctam, cum mitis, mitem, cum prauus, prauam, cum effluit, humidā, tumoribus.
cum retinetur, siccam: Sumuntur & differentiæ inflammationis a causa, quæ proxime antece- pr. nat. c. 6
dit, quod aliqua fit ob materiam transmissam in eo affectu, quem Græci vocant [i] ῥευματικὴν i Supra in
διάθεσιν, aliqua ob attractam, vel a calore, uel a dolore partis affectæ. Ab effectis suppeditantur hoc cap. &
differentiæ inflammationis, quod alia affert grauia symptomata, vnde nominatur magna seu Gal lib. 2.
praua, alia ex contrario parua seu mitis dicitur, in qua se ostendunt pauca symptomata & le- ad Glau. c.
uia. Res contra naturam attinentes ad inflammationem, quas exposuimus, quo pacto in ægro 2. in fine.
tante recognoscātur, iam tempus est enarrare. Symptomata sub sensum cadunt. Ægritudinis
& causæ hæc ratio est, quod qui vtramuis norit, ambas norit, quamobrem ubi constet adesse
inflammationem, constabit eiusmodi tumorem a sanguine oriri, & ubi constabit tumorē a san
guine oriri, cōstabit adesse inflammationem. Si affectus locus internus sit, & sensum lateat, in-
flammatio non subijcitur sensui, sed necessaria est coniectura, ducta a causis, ab his, quæ pro-
sunt aut obsunt, ab effectis, a quibus simul patefiet affectus & locus. Causæ illæ sunt, quæ mul-
titudinem sanguinis in homine contrahunt: prosunt, quæ inflammationem uel refrigerant, uel
exhauriunt, obsunt, quæ eandem uel calefaciunt, uel implent. Effecta sunt symptomata, quæ

partim attinent ad actiones læsas, partim ad qualitates corporis, partim ad ea, quæ excernun E
tur: actiones varie læduntur, prout variæ partes inflammantur: quæcunque tamen inflamman
tur, dolor [a] sentitur & pulsus molestus. Quod spectat ad qualitates, partes superiectæ inflam-
mato loco calidæ tanguntur, tument, distenduntur, reniuntur, veluti præcordia, cum subiecta
viscera inflammantur. Exit tenuis [b] sanguis cum deiectione, vbi inflametur caua pars iecino-
ris, cum vrina, vbi gibba: sed qua ratione deprehendatur inflammatio vniuscuiusque partis in
ternæ, docebimus in opere de curatione membratim. Cum inflammatio externas partes occu
pat, tumor & calor, qui morbi sunt, sensu iudicantur, sub quem cadunt quoque symptomata il
la, quæ perpetuo consequi inflammationem diximus, ut rubor, [c] dolor, pulsus molestus, disten-
tio, & impotentia cedendi, quæ ubi concurrant, certam denunciant inflammationem, cuius
aliquam fidem faciunt & illa, quæ si non semper, saltem plerunque cum inflammatione iungū
tur, ita ut difficile non sit externarum partium inflammationem recognoscere, præsertim si
adijciantur signa, sumpta a pulsu, quem percipit medicus mutatum a naturali statu, præter il-
lum molestum, quem diximus sentiri ab ægrotante. Ob inflammationem igitur cum augeatur
d calor, necesse est augeri magnitudinem, celeritatem, & frequentiam in pulsu, sed cum sangui
nis multitudo arterias distendat, nequeunt, quæ distētę sunt, dilatari plurimum, aut moueri ce
lerirer & expedite, quamobrem tanto magis augetur frequentia, quod præsertim euenit, cum
partes duræ sunt & neruosæ, veluti septum transuersum, nam molles, vt pulmo laxiorem pul- F
sum reddunt, & idcirco minus frequentem; efficit ergo varium pulsum inflammatio in diuer-
sis partibus, mutatur autem in vniuerso corpore, si inflammatio sit magna, si parua, tantum in
parte affecta redditur & pulsus ob inflammationem inæqualis, ita vt repræsentet secantis
speciem, cum vna pars demitti videatur, altera attolli, quod præsertim euenit, cum inflamma-
rio ad suppurationem spectat, imitatur autem talis pulsus aliquo modo speciem vibrantis: at
neque similis est pulsus quouis tempore inflammationis, sed initio maior fit, vehementior &
celerior, quæ omnia in incremento augentur; in vigore autem manifeste durus sentitur, & ma-
gis vibrantem imitatur, sed minor est quam ante, & simul celerior & frequentior, non tamen
languidus, nisi facultas superetur. Si inflammatio debeat in scirrhum degenerare, sentitur
in remissione tenuior & durior, alioquin prædictæ differentiæ omnes remittuntur. Differentiæ
quas supra diximus, in inflammatione attendendas esse, sensu deprehenduntur, si sub sen-
sum inflammatio cadit, sed si lateat sensum, colliguntur ex ijsdem signis, ex quibus ipsa depre
henditur, habentibus tamen in se differentiam similem, vel implicite, uel aperte. In partibus
externis magnitudo & paruitas inflammationis, numerus, locus, motus celer uel tardus, tem-
pus quod descripsimus principij, incrementi, vigoris, remissionis, sensui subijcitur, quo discer-
nimus etiam inflammationem puram vel mixtam intuiti propria symptomata, siue simplicia, G
siue mixta, præterea aridam & humidam, crudam uel coctam, mitem vel prauam, cum magnis
& multis symptomatibus, uel cum paucis & leuibus, illa enim, quæ inflammationem necessa-
rio sequuntur, facile demonstrant, qualis ipsa sit. Sed pergamus ad futurorum præsagitionem,
vt euentus, temporis, uitæ, quæ perpendamus in inflammatione externa, nam interna alibi tra
ctatur. Euentus itaque inflammationis necesse est, aut salubris sit, aut perniciosus, aut neuter,
siquidē sanguis, qui inflāmationem facit, aut uincitur a natura, aut ipsam vincit, aut neq; vin
cit, neq; vincitur: si vincitur, aut digerit, & in vapores cōuersus exhalat, qđ optimū est, & inflā
mationem aufert, aut degenerat in pus, quo exinanito tandem sequitur sanitas; si vincit, aut
transfertur ad partes internas nobiliores, & cum summo periculo [e] euanescit inflammatio ex-
terna, aut putrescit & corrumpitur vna cum parte quæ emoritur, ac nisi celeritet præcidatur,
contage sua reliquum corpus corrumpit, & interitum affert. Euenit interdum, ut neque salus,
neque interitus sequatur, & ita neuter euentus, quod neque natura superet, neque superetur a
morbo, quod accidit cum sanguis, qui in inflammata parte continetur, expulsis partibus te-
nuioribus restat [f] crassus, & pro inflammatione facit tumorem durum, quem Græci σκίῤῥον vo-
cant: hic vbi confirmatus est, neque sanatur, neque [g] hominem conficit, adeo ut euentus
sit neuter. Sed qualis ex tribus propositis expectari debeat, conijcies ex causis inter se pugnan H
tibus, ex robore [h] videlicet naturæ iuncto cum auxilijs externis, & ex robore morbi vna cum
causis & symptomatibus. Naturæ robur cognoscitur ex causa, hoc est, ex ipsa temperatione; [i]
vbi enim sit plurimum calidi naturalis, ibi est robur virium; adde quæ prosunt aut obsunt,
nam si multum prosint, quæ parum prodesse solent, si parum obsint, quæ multum obesse, denun
cianr naturam bene valere, id quod demonstrant etiam effecta, cum parum recedunt a statu
naturali. Ex contrarijs colligitur morbi robur, vt ex ipsa [k] essentia, quæ magna sit cum differen
tijs magnitudinem & prauitatem monstrantibus, tum ex eo, quod quæ multum prodesse so-
lent, parum prosunt, quæ parum obesse, multum obsunt, quæ vero media sunt ex iam dictis,
non magna aut parua, mediocre robur, tam naturæ, quam morbi demonstrant. Tempus, quo
sequi salus solet, siquidem materia suppuret, remissio est, sed si digeratur, potest esse etiam aug
mentum & remissio terminus salutis in partibus carnosis idem est, qui acutorum morborum,
decimus quartus dies uidelicet, sed in densis ac duris, ut in neruis, ligamentis, chordis, Hippo-
crates [l] posuit quadragesimum, quoniam hæ partes vt difficulter recipiunt, ita etiam difficul-

ter

a Gal. li. 4. đ cau. pul. c. 7. & li. 2. đ lo. aff. c. 3
b Gal. li. 5. đ lo. af. c. 7
c Gal. li. 2. ad Gla. c. 1 & lib. 4. de cau. pal. c. 7
d Gal. li. 4. đ cau. pul. c. 7.
e Galen. & Hipp. li. 6. aph. cō. 24
f Ga. li. 4. đ cau. pul. c. 7.
g Ga li. 14. meth. c. 3. & lib. 2. ad Glau. c. 4.
h Gal. li. 4. de præsag. ex pul. c. 11. & li. de cō stit. ar. c. 18
i Gal ibid.
k Ga. ibid.
l Hip. li. 6. aph tex. 49

A ter remittunt materiam inflammationis. Plurimnm etiam confert ad celeritatem, naturæ robur & aeris calor cum morbi paruitare: contra, natura imbecillior, aer frigidus, tumoris magnitudo monstrant diuturuitatem, quam efficiunt: materia crassa & glutinosa in loco denso tardius digeritur, sed tenuis in loco laxiore citius, nunquam ramen tarditas excedit quadragesimum diem, sed celeritas eriam potest tanta esse, vt inflammario ante decimum quartum finiatur. Cum interitus sequitur, pro magnitudiue morbi & imbecillitate naruræ, maiori vel minori, citius vel tardius expectandus est. Via salutis est, quod sanguis inflamniarionem faciens, vel digeritur, vel suppurat, via interirus, quod vel transfertur ad nobiliores partes, vel purrescit, & partem corrumpit, ac gangrænam affert: Neuter status tantum ad vnam viam spectat, nempe ad scyrrhum, quem afferunt reliquiæ [a] sanguinis crassiores. Præsagies digerendum esse, cum mareria non multa erit, non crassa, non valde distans à superficie, non inclusa sub densa & dura cute, tum sub cœlo calido potius quam frigido, quod si minui tumorem videas, & symptomata remitti, inflammationem iam digeri iudicabis. Suppuratutum sanguinem inrelliges, cum multus, crassus, adstrictus, distans a superficie, inclusus densa & dura cute, sub acre non ita calido: sed iam suppurare conijcics ex dolore [b] & calore aucto, tum ex pulsu secantis speciem re-
B ferente, quæ minuuntur, cum iam factum est pus. Transferri ad nobiliorem pattem sanguinem intelligemus, cum præter rationem citra repellentium, vel digerentium prælidinrum opem, videbimus inflammationem euanescere, translatum vero eum grauiora superueniunt symptomata, ad interiores partes attinentia. Sed iam putrescere conijciemus, eum dolor, tubor, pulsus, calor minuentur, manente tumore, runc enim incipir gangræna fieri, quam absolutam esse, & in sphacelum degenerasse cognoscemus, cũ extincto calore, dolore, pulsu, emorierur [c] pars, & sensu priuabitur, maxime autem hoc accidit, cum partes genirales inflammatione aur erysipelate prehendnntur, quæ facillime putrescunt, vnde cogimur præcidere, & in putri loco veluti radicem [d] inurere. Hactenus de præcognitione futurorum ad inflammarionem spectantium.

Restat curatio, quæ digerenda est ad morbum, ad causam, sympроma, cuncta hæc cum contra naturam sint, auferri debent. [e] Auferrur symptoma sublato morbo & causa, sed si adeo graue sit, ut non patiatur expectari, dum hæc tollantur, propriam lenitionem postnlat, de qna loquemur, cum de morbo & causa egerimus, quæ cum duo sint, satis est vnius curationem tractare, causæ videlicet, qua adempta cessat morbus: detracto enim sanguine, qui inflammationem facit, desinit tumor, desinit calor, caua non amplius obstruuntur aut adstringunrur, neque soluitur amplius vnitas, ira vt solius causæ remotio sufficere videatnr, nisi pattes solidę calorem cõtraxerint, quem adempto etiam sanguine, si restet, tollere oportebit refrigerantibus expositis [f] in curarione immoderatæ temperarionis sine materia, sed raro accidit, vt remoto sanguine relinquatur calor contra naturam, præsertim cum præsidia, quæ principio dantur ad illum remouendum, repellentia [g] refrigerandi facultatem habeant, ita ut non sinant calorem solidis partibus impertiri; consistit igitur momentum curationis in detractione illius [h] sanguinis, qui proxima & continens causa est inflammationis. Verum quia & morbi, qui a materia oriuntur sicut inflammatio, ex nouo humoris concursu augentur, & remedia, quæ dantur ad illam adimendam, aut nihil proficiunt, aut minime tuta sunt, [i] vbi copiosius redundet humor in toto corpore, utroqne nomine habenda prius ratio eius est, & vt prohibeatur, ne noua materia concurrat ad locum inflammatum, & ut vtiliter ac tuto admoneri possinr auxilia, quæ sanguinem ex inflammato loco adimunt, veluti repellentia & digerentia, nam pleno corpore periculum est, ne repellentia nihil proficiant, aut potius [k] noceant, cum materia, quæ rerro cogitur commeare, aut non admittatur ab alijs partibus, aut feratur ad locum nobiliorem, ne item digerentia, cum calida sint, magis affectum locum impleant attrahendo, quam exhauriant detrahendo. Habenda igitur primo ratio est [l] reliqui corporis, prohibendumque ne noua materia confluat ad affectum locum, id quod fiet prohibendo primum, ne vltra colliga-
D tur in corpore superans, deinde respiciendo ad eam, quæ iam collecta est. Ne colligarur vltra sanguinis multitudo, fiet si remoueamus causas ipsum gignentes, sunt autem duæ, effectrix & materia; effectricem cum sit moderata iecinoris temperatio [m] non oporter remouere, sed tueri: solam igitur remouere materiam licet, hoc est, cibos & poriones, qui materiam suppeditant multo sanguini gignendo, id quod faciũt, & mulritudine & substantia ad id idonea: quamobrẽ cum inflammatio mediocris est, paucis vtetur æger, & parum alenribus: cum vehemens omnino ab omnib. abstinebit, si vires ita valeant, vt ferre inediam possinr: requiritnr aurẽ eiusmodi victus exquisitus, maxime cum viscera inflammautur, [n] ne in conficiendo alimẽto laborent, rũc enim adhibenda inedia erit, aut dãdi cibi tennes, qui nullam faciaur obstructionem, neque.n. vti licebit alica, sicuti in inflammatione partium externarum, sed cremore [o] ptisanæ, lactuca, intybo, cucurbita, pane decocto ex aqua seu ex iure pullorum gallinaceorum, in quo herbæ frigidiores bullierint, potui autem detur aqna; in qna hordeum bullierit, seu aqna, cui adijciatur aliquid oxysacchari vel zulapij viola conditi. Quod spectar ad sanguinem, qui iam in corpore collectus est, si paucus sit, nihil postulat, si mulrus, prouidendũ, ne confluere possir ad locũ inflãmatũ, ꝙ non necessariũ est si mediocris, nisi ubi attrahatur ab affecta parte ob calorẽ vel dolorẽ. Ergo ne aut qui multus est, aut qui mediocriter redundat, ferri possit ad locũ affectũ, qua ratio-

a Ga. li. 4. de cau. pul. c. 7.
b Hipp. & Galen. li. 2. aph. 57.
c Gale li. 2. ad Gla. c. 9
d Gal. ibid.
e Gal. li. 12. meth. c. 1.
f Vide s. l. 15 de eu gen. c. 1. p. 1.
g Gal. li. 5. meth. c. 17.
h Gal lib. 13. met. c. 6
i Gal. ibid. & l. art. medic. c. 95.
k Gal. li. ar tis me. c. 95
l Gal. ibid. & libr. ad Glau. c. 2.
m Ga. lib 2 de nat. fac. c. 8.
n Ga. li 13. meth. c. 13.
o Gal. li. 13. meth c. 14.

frigidus eſt,ſed tantum his vti licet aere calido,ad partes ignobiliores: cum inflammata viſce
A ra curantur,non ſolum repida imponenda ſunt repellentia,ſed talia,vt cum refrigerandi vi,ſi-
mul etiam adſtringere[a] poſſint:vitare igitur tunc oporter frigida & humida,quibus tamen vti a Ga. li. 13.
conuenit ad partes ignobiliores. Sed cum poſſint repellentia & ſola adhiberi,& mixta cum di meth. c. 15.
gerentibus,initio[b] inflammationis ſola conueniunt:in incremento mixta cum aliqua portione b Aui. li. 1.
digerentium:in vigore,pari modo miſceri debēt: in remiſſione relictis omnino repellentibus, f. 4. c. 15.
ſola digerentia ſunt adhibenda. Quæcunque vero ad repellendum adhibentur cum dolor eſt,
dilui debent,ſine hoc,vti etiam duriotibus licet. Multitudo & numerus repellentium ſatisfa-
ciant multitudini & numero eorum,quæ repellenda ſunt. Locus,cui ſuperimponenda ſunt,ille
ipſe eſt,quem inflammatio occupat,interdum tamen dantur ad locum,per quem tranſeunt ca
nales laxiores ad affectum pertinentes,adſtringi enim debent,ut influēs ſanguis propulſetur.
Tempus repellendi eſt,cum repulſus requiritur & toleratur,quod maxime euenit [c] initio inflā c Ga. li. 13.
mationis:quanquam repellere etiam conuenit,& in incremento & in vigore,non tamen in re- meth. c. 6.
miſſione,quemadmodum paulo ſupra oſtenſum eſt:Sed cum materia repellenda tota ſimul ſit,
repellentia quoque tota ſimul danda ſunt,mutari tamen debent, nam ſi diutius adhibita relin
B quantur,calefiunt a loco inflammato,& magis poſtea digerunt,quam repellāt. Cum plura ope
ra ſimul requiruntur,ueluti detractio multitudinis redundantis in vniuerſo corpore,lenitio do
loris,prius hæc effici debent, quæ vel magis vrgent, vel ſunt cauſa futurorum,deinde venien-
dum eſt ad repellentia. Inſtrumenta ad repellendum apta,partim chirurgiæ,partim medica-
mentis ſubijciuntur:ad chirurgiam pertinet vinculum;quo vtimur,vbi fracta[d] membra compo d Hip. li. 2.
ſita ſunt,repellit enim quod influit, & exprimit quod influxit, quo tamen vti non licet,niſi ad de offi. ver
brachia & crura,neque enim alias partes ita circundare vinculo licet, vt exprimatur quod in- ſus ſinē. &
fluxit;eſt etiam alienum, cum magna inflammatio eſt, & dolet inflammatus locus,tunc ſiqui- li. 2. de frac.
dem relaxare affectum locum oportet, non adſtringere, magiſque conueniunt medicamenta a text. 24.
leuiter repellentia, quæ refrigerando feruorem remittant, quam vinculum, quod adſtringit ad 30.
duntaxat. Ex medicamentis autem repellentibus,alia tantum repellunt,alia etiam digerunt,[e] e Gal. li. 14.
uel leniunt, tum alia frigida & humida ſunt, alia frigida & ſicca adſtringendi vim habentia, meth. c. 7.
alia item valida,alia lenia & imbecilla,utendum autem talibus eſſe monſtrauimus,qualia res
poſtulat,nunc aliqua tanquam exempla reliquorum proferemus, ſimplicia frigida & humida
ſunt lens,& tribulus paluſtris,alſine,auricula muris,pſyllium,[f] portulaca, atriplex, malua,cu- f Aui. li. 4. f.
curbita,eiuſdem naturæ ſunt, ſed efficacioris,lactuca,mandragoræ ſuccus,hyoſcyami folia,& 3. trac. 1. c. 3
C præter hæc aqua ipſa frigida. Refrigerant & adſtringunt leuiter quidem [g] ſemperuiuum, umbi g Aui. ibi.
licus veneris,ſed validius plantago,ſolanum,hypociſthis,malicorium,balauſtia,thus,galla im
matura,uinum auſterum; digerunt & repellunt ſimul helxine, myrthus,lentiſcus,abſinthium,
lens,crocus,quanquam hic leniendi quoque & concoquendi vim habet; Præter ſimplicia adhi
bentur ad repellendum medicamenta etiam compoſita,& primo poſca, quæ repellit,ſed non-
nihil etiam digerit,oleum roſeum,myrtheum,melinum, lentiſcinum,ualet ad leniendum ac re
pellendum,præterea cetatum liquidum,& id quod fit ex roſeo oleo,[h] cataplaſmata item ex eo h Gal. li. 2.
dem oleo mixto,vel cum lente decocta,uel cum vitellis ouorum,uel cum totis ouis,uel cum ter ad Gla. c. 2.
ra ſamia,aut armena ex aqua temperata,vel cum faba cocta. Vehementius adhuc repellit cata
plaſma,quod habet vini acerbi craſſi libram ſemis,farinæ hordei vncias tres,melicorij, rhoris,
vtriuſque vnciam ſemis,contunditur malicorium & thus,coquuntur omnia,& fit cataplaſma:
quemadmodum & illud,quod habet foliorum plantaginis,roſatum, ſolani,lactucæ,atriplicis,
vniuſcuiuſque manipulum vnum,quæ omnia coquuntur in aqua, cui additum ſit paulum ace-
ti,miſcenturque cum farina hordei & ſabarum. Valet autem potiſſimum ad augeſcentem in-
flammationem illud,quod accipit roſarum rubratum manip. 2. chamæmeli, meliloti ſingulo-
rum vnc. ſemis,ſemperuiui, cucurbitæ, lactucæ,parietariæ, cuiuſque man. 1. melicorij,Rhois,
cuiuſque unc. ſemis,farinæ hordei man. 2. quæ omnia ex aqua concoquantur, & addita aliqua
D olei roſei portione,ad cataplaſmatis formam redigantur. Ad eundem repellendi vſum ſpectāt
& emplaſtra,ut id,quod dicitur [i] diachalciteos,& enæmum barbarum,tum quod ad Heram,& i Gal. l. 2. ad
quod ad Macherionem anctorem refertur:huiuſmodi ergo ſunt medicamenta repellentia. At Glau. c. 2.
cogitur ſanguis ab inflammata parte retro commeare, non tantum repulſus, [k] ſed etiam at- k Gal. 1. ar
tractus ac deriuatus,deriuari autem debet ſanguis,cum nuper fluxit,neque ſati[s] cogitur reuer tis me. c. 9.
ri per repellentia ad partes,unde venit:ille vero,qui fluit, deriuationem minime poſtulat,niſi
ſi quando dolor affectæ partis eius auerſionem prohibet,tunc ſiquidem deriuatione vtimur,ut
minuamus eum,qui in affecto loco dolorem efficit,ſicque lenito dolore poſſimus illum auerte-
re,qui fluit. Sed quod nunc ad rem pertinet;ille, qui nuper ad affectum locum confluxit,ſi ne-
quit repelli,deriuandus eſt,hoc eſt, trahendus ad locum vicinum,quæ deriuatio interdum cū
effuſione eſt,interdum ſine,a uiribus imbecillis fertur magis illa,quæ ſine effuſione eſt, vtrauis
autem aliena [l] eſt,cum redundat ſanguis in vniuerſo corpore,& quia non admitteretur, quod l Gal. ibid.
attrahitur,& quia poſſet ad præſtantiores partes transferri,ille autē,qui deriuādus eſſet,ſi val
de inhæreret,trahentibus minime cederet,quamobrem proceſſu temporis cum humor inflam
mationem faciens valde inſederit,neque per repellentia,neque per deriuantia cogi poteſt re-

uetti ad partes, unde venit: ille autem qui prauus est, etsi cederet repellentibus aut deriuantibus, cum periculo repelleretur aut deriuaretur, ne translata materia praua ad præstantiorem locum fieret grauius malum, quanquam in exquisita inflammatione [a] sanguis nec prauus est, neque etiam ita crassus & glutinosus, vt nequeat deriuari: tali autem deriuatione vtendum est, qualē res postulat, vt cu effusione vel sine, preterea per venæ sectionē, cucurbitulas, frictionem, hæc aut illa medicamenta. Multitudo & numerus eorum, quæ deriuātur, satisfaciant multitudini & numero eorum, quæ deriuari debēt, locus, ad quem materia trahitur, ignobilior sit, quam is, vnde trahitur, non sit autem adeo vicinus, ut proxime iungatur cum inflammato loco, nam sic diceretur effundi ex loco, ubi est, & non trahi sanguis ad latus. Tempus deriuandi est, cum requiritur & toleratur, quod maxime euenit in principio inflammationis: de modo deriuandi scire licet, cum materia tota simul fit, totam simul trahendam esse, nisi vires [b] adeo imbecillæ sint, ut non ferant deriuationem, nisi partitam. Quod si plura requirantur opera, id primo fieri debet, quod magis vrget, vel quod est causa futurorum, primum exempli gratia exhaurietur [c] vniuersum corpus, deinde repelletur quod repelli potest, & tūc ad deriuationem venietur. Instrumenta, quibus ad deriuandum vtimur, partim sub victu comprehenduntur, quemadmodum frictiones, partim sub medicamētis, ueluti cum sinapi, aut thapsiā superimponimus parti, ad quā deriuamus, aut cū vtimur his, quæ per nares & os pituitam ciēt, vomitum, deiectionem, vrinam, aut menstrua euocant, partim sub chirurgia, veluti sectio venæ, admotio hirudinum, ac defixio cucurbitulæ.

a Gal. li. 1. ad Glā. c. 1.
b Gal. li. 9. meth. c. 10.
c Ga. de arte me. c. 95

Si quid autem post vsum repellentium ac deriuantium relinquitur inflammato loco, extrahendum [d] est, plerunque autem relinquitur, raro enim euenit, ut sanguis ita paucus ac tenuis fit, vt totus retro commeet, duplex [e] autem est ratio extrahendi, vna quæ sensum latet, cum materia in vapores conuersa dissipatur, altera cum emissione manifesta: pręstat (modo fieri possit) magis latenter extrahere, quam manifeste, potest autem, vbi sanguis, qui extrahendus est, non admodum crassus est, aut glutinosus, neque vehementer adstrictius, non altius residet, non includitur sub densa aut dura cute, sed paucus ac tenuis est, nondum valde inhærens, sub cute molli & laxa, non distans a superficie: Hunc ergo digerere oportet, modo liceat per [f] vires, per calorem, per multitudinem: vires cum valde imbecillæ sunt, non solum euidentem emissionem recusant, sed obscuram quoque: Vix autem fieri potest, ut in inflāmatione tales sint, quod si accidat, prius reficiendæ [g] sunt, quam digestio tentetur. Calor igneus in loco affecto nō sinit adhiberi digerentia, quæ calida sunt, ne magis ferueat, & magis concitet materiam, quamobrem tunc vel omnino omittenda sunt digerentia, vel eligenda sunt leuiora, & miscenda cum repellentibus. Repudiat dolor quoque digerentia præsertim valida, quæ ipsum augent, unde magis allicitur sanguis ad inflammatam partem, quam ex ea extrahatur, quocirca aut supersedendum omnino tunc est digerentibus, aut iungenda sunt cum lenientibus. Multitudo sanguinis in vniuerso corpore, neque ipsa permittit adhiberi digerentia, sub quib. magis [h] calefieret locus inflammatus, & idcirco potius impleretur, quam exhauriretur: quamobrem antequam hęc adhibeantur, adimere multitudinem oportet, quæ ubi pauca sit, satis erit super canales, qui ad affectum locum feruntur repellentia dare, quę non sinant id transire, quod vel influit, vel attrahitur. Cum digerentia requiruntur ac tolerātur, talia eligere oportet, qualia maxime conueniāt, vt leuia si materia pauca & tenuis prope superficiē sit, sub cute molli, & laxa, & valde ferueat calor affecti loci: ualida vbi plus materiæ sit, & minus caloris, tum vbi sub cute densa ac dura contineatur, & plurimum a superficie distet: cum sanguis crassior est, conueniunt medioctiter digerentia, nam imbecilla non sufficiunt; valida dissipatis tenuioribus [i] partibus crassiores relinquunt, quæ scirrhum faciunt; dantur autem sola digerentia cum inflammatio remittitur, nā in vigore par pondus esse debet digerentium ac repellentium, [k] in incremento licet vtraque conueniant, debet superare vis repellentium. Multitudo & numerus digerentium respondeat multitudini & numero eorum, quæ digeri debent: locus, ubi imponenda sunt medicamenta, ille ipse est, quem inflammatio tenet. Tempus digerendi est, cum hoc opus maxime requiritur & toleratur, quod pręcipue accidit in remissione inflammationis, nam (ut proxime tradidimus) in vigore [l] æque conueniunt digerentia ac repellentia, in incremento magis repellere oportet, principio autem nullo pacto conuenit digerere, sed sola aptantur repellentia. Modus digerendi non potest esse totus simul, sicuti cum manifeste humor effunditur, sed necesse est paulatim digerere, & idcirco digerentia præsidia iterare: quod si uaria necessaria sunt opera, ante illa efficiemus, quæ prius conuenire diximus, exempli gratia detrahemus [m] multitudinem, tepellemus, deriuabimus, leniemus, & tandem veniemus ad digerentia. Instrumenta, quibus digerimus, sub victu, sub chirurgia, sub medicamentis comprehenduntur: spectat ad victum frictio, quæ cum [n] multa est, digerit, ad chirurgiam cucurbitula: [o] neutra autem inflammationi conuenit, nisi cum in remissione, quod relinquitur, crassum est extrahendum est, sed tunc iam cessauit inflammatio, & in alium tumorem degenerauit: cum adhuc manet, medicamentis vti ad digerendum debemus, quæ varia sunt, & simplicia & composita, necesse est autem calida sint & tenuium partium, quod si calor cum humore iungatur, relaxant, sed debilius digerunt, si cum siccitate relaxare non possunt, digerunt tamen validius. Ex medicamentis simplicibus leuius dige-

d Gal. l. 13. meth. c. 6.
e Gal. li. 13 meth. ca. 9. & lib. artis med. c. 95.
f Gal. li art. med. c. 95.
g Gal. li. 9. meth. c. 13.
h Gal. art. med. c. 95.
i Gal. li. 14 meth. cap. 4.
k Aui. l. 4. f. 3 tra. c. 3. & Gal. l. 6. cataiop. c. 1
l Aui. ibid.
m Gal. ar. me. c. 95. & l. 13. meth. c. 6.
n Hip. l. 3. d offi. tex. 25.
o Ga. li. 13. meth. ca. 6.

A digerit malua [a] agrestis, althæa, fertula campana, chamæmelum, anethum, farina hordei, fari- a Auic. lib.
na fabarum, adeps suilla, gallinacea, anserina, vinum leue: validius, digerunt caricę pingues, fœ 4.f 3. tra. 1.
nugræcum, hyssopum, origanum, radix bryoniæ, cucumeris agrestis, semen anisi vel fœniculi, c. 3.
stercus bubulum, aromata, mel, vinum vehemens; Castorium vero validius est, quam ve inflam-
mationi aptetur, quantumuis inclinanti, tantumque eo vti licet, vbi durum aliquod tegmen-
tum inflammatæ parti superiectum est, veluti caluaria cerebro, cuius inflammatio cum remitti
tur, licet capiti castorium illinire [b] ad reliquias digerendas. Ex medicamentis digerentibus b Gal. li. 13
nonnulla simul etiam [c] repellunt, qualia paulo ante commemorauimus, cum persequeremur meth. c. 21.
repellentia. Vtimur etiam ad digerendum medicamentis compositis, quæ si tantum digerant, c Gal. li. 14
in remissione accommodantur, quemadmodum [d] id, quod fit ex farina hordei, fabarum, erui meth. c. 7.
cum oxymelle, aut quod fit ex vuis passis cum pane & melle; veluti & quod accipit althææ ac d Gal. lib. 6
maluæ cuiusque man. 1. florum chamæmeli, meliloti, rosarum cuiusq; man. 1. radicum lilij albi, catat. c. 1.
radicum althææ cuiusque vnciam vnam, seminis lini, fœnugræci cuiusque vnciã semis, caricas
pingues num. 10. furfuris farinæ triticeę man. 2. contusa decoquãtur in aqua ad crassitiem, dein
de addita olei chamæmelini atq; adipis suillæ cuiusque vncia vna cum dimidia cataplasma cõ
ficiatur. Dum in vigore inflammatio feruet, valent quæ simul componuntur ex mollientibus ac
B digerentibus: huiusmodi est cataplasma, quod habet internæ partis panis libram vnam, quæ
in aqua calida maceretur, & expressa misceatur cum tribus vncijs mellis: Illud item quod acci
pit helxinæ, maluæ, vtriusque manipulum vnum, furfuris, & farinæ triticeæ vtriusque M. se-
mis, fœnugræci vnciã semis, aceti tantundem, incoquantur ex vino, & deinde diligenter
subacta super imponantur; utiliter etiam componitur cataplasma, quod accipit internæ par-
tis panis libram unam, quæ in iure carnis coquatur, & cum oleo chamæmelino uel roseo mi-
sceatur, addaturque paululum croci; ualet etiam illud, quod accipit meliloti, chamæmeli, pa-
rietariæ, lapathi, cuiusque manip. semis, rosarum part. 1. palmularum num. 10. farinæ hordei
par. 2. contusa in iure carnis pinguis decoquantur, & ex oleo dulcium amygdalarum ac roseo
cataplasma conficiatur. Eodem spectat & ceratum, quod hẽt olei rosei unc. j. chamæmelini tan
tũdẽ, adipis anatis & gallinæ, olei ex amygdalis dulcib. singulorũ drac. j. ceræ lotæ quãtũ satis
est. Sed relicta digerentib. accedamus ad effusionem manifestã, quæ tunc cõuenit, cum humor,
qui extrahi dẽt, multus est, crassus, glutinosus, ualde inhęrescit, altius insedit, clauditur sub cute
dẽsa ac dura. Hic enim cũ digeri non possit effundendus est, si uires admodũ imbecillæ [e] sint, ne e Gal. lib 9
conuellantur, prius reficiendæ sunt, quam effundatur: si corpus plenum sit, ne concitetur ad meth. c. 13.
C locum materiæ copia, ex dolore cum locus aperitur, ante exinaniendum est, aut danda sunt re
pellentia atque adstringentia superioribus partibus, quę non sinant sanguinem descendere ad
locum affectum. Qualitas, quantitas, numerus eorum, quæ emittuntur, satisfacere debent quã-
litati, quantitati, & numero reliquiarum inflammationis. Locus vnde humor effundendus est,
ille ipse est, qui laborat; quẽ vbi secare nõ liceat, aperimus maxime vicinũ, veluti cũ in inflãma
tione oculi aperimus venas in angulo ipsius, in inflãmatione gutturis, eas quæ sub lingua sunt.
Tempus effundendi est, cum maxime hoc opus requiritur, & toleratur, hoc est, cum iam remis-
sa est inflammatio; Sed cum materia tota simul sit, videtur etiam tota simul effundenda, illud
tamen obseruandum est, quod cum vel ipsa nimis multa est, vel vires valde imbecillæ sunt, pe-
riculum est, ne [f] conuellantur, si tota simul emittatur: quamobrem præstat tunc emissionem ite f Gal. li. 9.
rare. Cum plura opera sunt ad curandam inflammationem necessaria, postremum erit effusio, meth. c. 10.
ante enim adimere multitudinẽ, repellere, deriuare, & digerere oportet, postremo quod super-
est effundere. Sub ijs præsidijs tollitur causa inflammationem faciens, cum qua & morbi finiũ-
tur, & simul cessant etiam symptomata, neque propriam curationẽ postulant, nisi vbi adeo vr-
gent, vt non permittant expectari, dum remoueatur causa. Febris si valde hominem affligat, cõ
D fugiendũ est, ad refrigerantia illa, quæ tradita sunt in curatione [g] illarũ febriũ, quæ ab humorũ g Vidus l. 4
putredine proficiscuntur. Dolor cũ validior est, non permittit adhiberi valde repellentia aut de feb c. 3.
digerentia, nam hæc erodentium, illa contundentium sensum afferunt, quamobrem aut leuio-
ra danda sunt, & mixta cum lenientibus ante enarratis, aut si dolor grauissimus est, illis rel-
ictis in hunc duntaxat incumbendum, [h] qui cum a distentione proficiscatur, postulat relaxan- h Gal. li. 12
tia, quæ distendentem multitudinem auferant vel imminuant. Instrumenta quæ hoc efficiunt meth. c. 1.
aut ad medicamenta referuntur, aut ad chirurgiam, præstat autem siue hac, siue illis vta-
mur, ante exinanire totum corpus, vbi plenum sit, alioquin sub relaxãtibus nimis [i] impleretur i Gal. li ar.
locus affectus, sed cum ex medicamẽtis relaxantibus alia validiora sint, alia imbecilliora, cum med. c 91.
inflammatio sine vlla manifesta occasione fit ex sanguine aliunde transmisso, non licet vti val-
de relaxantibus, quæ plurimum madefaciunt, ne locus affectus maxime debilitetur, & admit-
tat, quicquid aliunde influit; sin inflammatio causam habeat manifestam, veluti calorem
& dolorem partis affectæ, a quo sanguis attrahitur, licebit vti medicamentis valde relaxanti-
bus, cuiusmodi est perfusio [k] aquæ calidæ aut olei, tum cataplasma ex farina triticea, uel quod k Gal. li. 13
consuetum erat apud veteres, ex pane, aqua, & oleo, malagma item quod tetrapharmacũ, & qđ meth c. 5.
macedonicum uocatur oleo chamæmelino temperatum. Leuius relaxant illa, quæ adstringens
aliquod adiunctũ habent, cuiusmodi est ceratũ, quod fit ex passo, oleo roseo, & cera, excipit au-

E tem lana succida, ac superdatur: Huiusmodi etiam est cataplasma, quod constat ex pane, & sertula campana in passo coctis: tum quod ex palmulis, & pane similiter ex passo coctis, quibus aliquid olei rosei sit adiectum; aliud præterea ex malus, pane, oleo roseo; tum id quod habet foliorum maluæ, violæ, vtriusque M. 1. radicum althææ libro 1. quæ in aqua coquuntur, additurq; aliquid farinæ hordei, fabarum, tritici, olei item rosei, & chamæmelini vnc. ij. & semis, croci parum. Illud item idoneum est, quod accipit radicum althææ libr. semis, radicum liliorum vnc. iiij. chamæmeli, sertulæ campanæ, vtriusque M. semis, furfuris, M. 1. quibus coctis, contusis, percolatis, adduntur olei rosei, chamæmelini, liliorum, vniuscuiusque vnc. ij. medullæ vituli, adipis gallinaceæ, vtriusque vnc. 1. ceræ albæ vnc. 1. & semis; mali cotonei sub prunis cocti vnc. iij. Illud etiam idoneum est, quod habet farinæ hordei, fabarum, vtriusque libram semis, farinæ triticeæ, furfuris, vtriusque vnciæ tres, chamæmeli, sertulæ campanæ, vtriusque M. 1. coquuntur ex iure carnis & passo, atque adduntur olei rosei, chamæmelini anethini singulorum vnciæ ij. Ad idem valet & mixtura, quam pharmacopolæ parant communiter, dialthæa & diachylon. Conferunt etiam medicamenta relaxantia ad pus mouendum, vbi inflammatio videatur suppurare, vt infra ostendemus, qua de suppuratione & abscessu puruléto. Cum non sufficiunt medicamenta relaxantia ob doloris magnitudinem, admiscenda sunt [a] stupefacientia, ueluti folia hyoscyami cum adipe suilla: Chirurgia utimur ad relaxandum, & dolorem leniendum, ubi nimis crassa est, & multa materia locum inflammatum distendens, ita ut non cedat medicamē- F tis relaxantibus: secamus tunc locum inflammatum [b] pluribus & satis altis plagis exasperantes, id quod tantum facere licet, cum inflammatio oritur ab occasione manifesta, ut caloris aut doloris allicientis sanguinem ad locum affectum. Vbi autem hic transmittatur ab alijs partibus, in quibus redundet, periculum est, ne si adhibeatur huiusmodi chirurgia, magis confluat, & dolorem augeat. Ergo si partem inflammatam ualde affligat dolor, leniendus est relaxantibus, siue medicamentis, siue chirurgia, uitarique debent cuncta adstringētia atque onerantia, siue medicamenta, siue uincula, & panni, nam locus compressus atque adstrictus magis dolet atq; inflammatur. Vbi tamen pulsus molestus sit, ut arteriarum motum coerceamus, fascia locū affectum adstringimus, ueluti caput, cum uehementer in temporibus arteriæ pulsant; cum magis urget distentio, quam pulsus, cauere penitus adstrictionem oportet. Sed satis iam de curatione inflammationis.

a Gal. l. 12. met. c. vlt.

b Gal. l. 13. met. c. 5. & l. 2. ad Gla. c. 9. & l. 14. met. c. 10.

De erysipelate. *Cap. I I.*

G Erysipelas vitium est inflammationi proximum, [c] cum similiter & a calido humore proficiscatur, & tumori adiunctum habeat non solum calorem, sed etiam ruborem, a quo symptomate Græcum nomen duxit, vsurpatum etiam a Latinis; nunc igitur de erysipelate agemus, proponentes primo cognitionem curandorum, tam absolute, quam in homine, deinde rationem curandi: Absolute inuestiganda sunt tria præter naturam ad erysipelas pertinentia, morbi, causæ, symptomata: exordiemur a morbis, qui complures in erysipelate non secus atque in inflammatione [d] iunguntur, & primum magnitudo aucta, cum sit ex numero tumorum contra naturam, deinde calor igneus, tum cauorum adstrictio vel obstructio; qui morbi quamuis cum vtroq; vitió copulentur, non tamen æquales sunt, quando quidem humor inflammationem faciens, quamuis & copia, & qualitate noceat, magis tamen illa, quam hac noxius est, magisque a moderatione recedit multitudine, quam calore, & idcirco maiorem excitat tumorem, quam immoderationem caloris; contra, ille qui facit erysipelas, magis lędit feruoré quam copia, & idcirco magis reddit calorem feruidum, quam tumoré magnum, interdum enim adeo parum tumefacit affectam partem, vt vix attollatur: perpetuo autem ita feruet, [e] vt exuri videatur, præsertim vbi erysipelas fuerit exquisitum: caua etiam minus clauduntur, siue adstringantur, siue obstruantur in erysipelate, quam in inflammatione, cū H humor, qui illud efficit, non solum paucus sit, sed etiam tenuis; contra qui inflāmationem, multus, & minime tenuis. Ex varietate etiam crassitudinis & tenuitatis fit, vt non versetur in ijsdē partibus, seu externis, seu internis erysipelas, in quibus inflammatio; tenuis enim humor, a quo illud oritur, non hæret [f] partibus laxioribus, ita vt tātum a densis retineatur, vt ex externis a cute, ex internis a mēbranis, in quibus maxime deprehenditur erysipelas; ex contrario crassior, qui facit inflāmationem, non admittitur a partibus densis, vt a cute & mēbranis, sed tantum a laxioribus, vt a substantia viscerum, & a carne cuti subiecta. Sed vt hæc interdum etiam cutē attingit, ita erysipelas interdū vsq; ad carnē descendit, maxima tamen ex parte residet in [g] cute partium externarum, de quibus nunc loqui instituimus. At cum non solum tenuis, sed etiam calidus sit dictus humor, facile fertur ad caput, quod [h] sæpius tentat proposito vitio. Multiplex ergo morbus spectās ad erysipelas patet, qualis sit, & in quo loco versetur. Causa, alia proxima est, alia huic antecedit, proxima est humor valde [i] calidus ac tenuis, quem diximus recipi in capite, huiusmodi est bilis amara: si quando autem veteres [k] medici a tenui ac feruenti sanguine dicunt fieri erysipelas, non aliud sibi volunt quam amaram bilem, quæ tenuis est, & admodum

c Gal. li. 14. met. c. 1.

d Supra c. anteced. ab initio.

e Aui. l. 4. f. 3. tra. 1 c. 4.

f Ga. l. 4. de caus. puls. c. 12.

g Gal. l. 14. met. c. 1. & 2.

h Aui. l. 4. 3. tra. 1. c. 4.

i Aui. ibid. & Ga. l. 14. met. c. 1. & 2. & l. de tumo. præ. natur. c. 9.

k Ga l. 2. ad Glau. c. 1.

calida,

A calida, in quam conuertitur pars tenuis [a] sanguinis, vbi plurimum feruet. Cæterum bilis amara, cum homo bene valet, pallida est & subflaua, atq; adeo tenuis, vt non retineatur in cute, sed exeat, & in sudorem vertatur, cùm minus valet, eadem flaua est & calidior, atq; vbi cutem totius corporis suffundit, efficit [b] regium morbum, sed vbi partem aliquam obsideat, facit erysipelas. Causa, quæ proxime antecedit, est illa, per quam contrahitur in corpore multitudo flauæ bilis, & contracta transmittitur ad locum affectum, vel ab eodem allicitur: Quæ causæ flauæ bilis multitudinem contrahant, ostensum est [c] in eo libro, vbi generatim egimus de causis. Causa cur transmittatur ab alijs partibus ad affectam, est robur [d] transmittentium cum imbecillitate recipientis, allicitur autem ob nimium [e] calorem, vel dolorem partis laborantis, quæ enim nimis incalescunt sub sole, sub medicamētis calidis, sub nimia exercitatione, repleri principio videmus, sicuti & quæ dolent, quamobrem vulnerato capite scribit [f] Hippocrates, faciei superuenire erysipelas. Symptomata erysipelatis non longe distant ab illis, quæ in inflammatione posita sunt, reperitur dolor in vtroque vitio, sed in inflammatione repræsentat sensum [g] tendentium ac pulsantium ob sanguinis multitudinem, quæ non modo distēdit partem, in qua versatur, sed etiam comprimit arterias, vnde [h] sentitur pulsus molestus. Sed hæc longe leuiora sunt in erysipelate, cum humor paucus sit & tenuis, magis enim sentitur in ipso vrētium ac mordentium sensus. Color quoque in vtroque tumore ruber est, sed in inflammatione valde talis, in erysipelate conspicitur ex [i] flauo ruber, receditq; cum pars digitis premitur, & ijsdem sub-
B latis reuertitur, quod eiusmodi tenuis humor huc atque illuc facile fluat, nihil autem effluit ex erysipelate, cùm retinetur operculo densiore cutis, sed in partibus internis membranæ non ita ipsum adstringunt, vt non remittant aliquid ex ipso tenue, subrubrum, seu subflauum. Symptomata hæc communiter quodlibet erysipelas sequuntur, febris autem non perpetuo iungitur cum ipso, sed tantum cum putredo vel ob magnitudinem, vel ob viciniā cordi impertitur, tunc accenditur febris ardens cum circuitibus tertianis: At cum bilis, quæ in erysipelate putrescit, non afficit cor, febris nō superuenit. Sunt præterea quædam symptomata propria diuersarum partium affectarum, veluti actiones, quæ aliæ læduntur in alijs partibus hoc vitio laborātibus. Distinguitur erysipelas multis differentijs, perinde atq; inflammatio, sed nos illas tantum explicabimus, quæ maxime ad curationem conducunt, cuiusmodi sunt illæ primum, quod aut exquisitum est, sicut id, quod fit a flaua bile pura, seu sanguine tenui feruido, aut spurium & mixtum cum alio tumore, vt cum inflammatione, [k] velut illud, quod fit a flaua bile, mixta cum sanguine, vnde vocatur phlegmonodes, vel cum œdemate, vnde vocatur œdematodes, [l] vel cum scirrho, sicut illud, quod fit a flaua bile, mixta cum humore melancholico, vnde dicitur scirrhodes, & non simpliciter erysipelas. Differunt etiam quod aliud [m] sine vlcere est, alteri
C vlcus accedit, propterea quod bilis, a qua oritur, non solum acris est, sed etiam crassior, ita vt plurimum inhærens, locum affectum exulceret, quod non euenit, vbi tenuior est. Differunt itē quod alia praua sunt, alia mitiora, hæc fiunt a flaua bile mitiori, illa a praua putrescente atque erodente, qualis solet esse in pestilentia. Adde quod alia parua sunt, alia magna, alia partes occupant præstantes, alia viles. Huiusmodi ergo sunt res, contra naturam ad erysipelas attinentes. Verum in homine etiam ægrotante & recognoscere hæc mala præsentia oportet, & futura præuidere. Ex præsentibus symptomata sub sensum cadunt. Causa proxima, hoc est, flaua bilis cum abdita sit, colligitur ex causis, a quibus vel contrahitur, vel concitatur ad locum affectum, tum ex his, quæ vel ipsam educendo aut refrigerando prosunt, vel eandem contrahendo aut calefaciendo obsunt: maxime autem ex effectis, hoc est, ex ipso erysipelate cum suis symptomatib. At morbus deprehenditur ex causa proxima, vt ex bile, quæ versatur in parte affecta, ex his, quæ eiusmodi causæ aut obesse, aut prodesse diximus, ex effectis, hoc est, ex symptomatibus, quæ sequi perpetuo erysipelas monstrauimus, cuiusmodi dolor est magis pungens, quam distendens, pulsus parum molestus, feruor, color [n] ex flauo ruber, qui cum locus
D premitur, recedit, & rursus reuertitur, quæ effecta vel sola possunt erysipelas demonstrare, sunt enim ex his, quæ nunquam separantur ab affectu, παθογνωμονικὰ Græce nominantur, quibus accedit paruitas [o] tumoris. Habes de præsentibus, cognosce de futuris. Euentus, vt in inflammatione triplex esse potest, cum erysipelas sæpe sanetur, sed interdum hominem interimat, interdum vertatur in [p] scirrhum insanabilem: Quicunq; sit futurus, prædicetur ex causis, hoc est, ex natura & morbo: ad naturam referes auxilia artis, ad morbū causas & symptomata: ubi uincat natura, sequetur salus, ubi morbus, homo [q] decedet. Conuertitur in scirrhum, ubi male curetur ualde [r] refrigerantibus, aut digerentibus adhibitis: plurimum autem ad cognoscendum robur naturæ & morbi, conferunt differētiæ. Paruū erysipelas facile sanatur, magnū periculosum est, præsertim in capite & ceruice, ubi periculosū est, ne uel homo stranguletur, uel simul cerebrū afficiatur. Rursus exquisitū facilius curatur, difficilius quod spuriū & ortū ex flaua bile nō pura, sed mixta cum sāguine, aut alio humore. Quod itē prauū est & putre, periculosum est: Quod mite magis periculo uacat: preterea quod sine ulcere est, leuius est: id cui ulcus accessit, grauius fit enim ab humore [s] acriore simul & crassiore. Quod si adeo erodat, ut sequatur carnis uel ossis abscessus, quamuis res grauis sit, longe tamen grauior uidetur, multa enim eiusmodi sunt, quæ grauiora uidentur quam sint: longe autem grauius est erysipelas, quod superueniat ulceri [t] os-

a Gale. li. 2. de diff. feb. c. 9.
b Gal. lib. 2 ad Glauc. c. 1.
c Vid. li. 7. de cu. gen. c. 4. par. 1.
d Gal. li. 13 meth. c. 5.
e Gal. li. 13 meth. c. 6.
f Hip. li. de vul. capitis.
g Gal. li. 14 met. c. 1. & 2.
h Gal. li. 2. de loc. affe. c. 3.
i Gal. li. 14. met. c. 1. & Aui 4. fe. 3. tract. 1. c. 4
k Gale. li. 2. ad Gla. c. 1 & li. 14. meth. c. 2.
l Gal. li. 14. meth. c. 3.
m Gal. lib. 14. meth c. 2.
n Gal. li. 14. met. c. 2 & 3.
o Aui. l. 4. f. 3. tra. 1. c. 4.
p Gal. lib. 7 catag. c. 9.
q Gal. li. de constit. art. c. 18 & li. 4. de præsagi. expulf. c. 11.
r Gal. li. 7. catag. c. 9.
s Gal. li. 14 meth. c. 2.
t Hip. lib. 7 aph. 19

ſe nudato, quam cui vlcus: illud enim in ijs numeratur ab Hippocrate, quæ pericu- E loſe ſuperueniunt, magnamque putredinem ſequitur, hoc enim ſine magna putredine fit ab humore craſſo & acri, neque ita periculoſum eſt, niſi cum prauum ſit, tendatque vel ad pulmonem, & ita interitum afferat, vel ad partes, quæ facile putreſcunt, vt genitales, quas præcidere & inurere oportet, vt in peſtilentia Attica, in qua, inquit[a] Lucretius:

a Lucreti lib. 6.

„ *Et grauiter partim metuentes limina lethi*
„ *Viuebant ferro priuati parte virili.*

Tempus non longum eſt, nam ſi eryſipelas exquiſitum ſit, inflammatio decimo quarto die ſoluitur, hoc interdum etiam ſeptimo: Quod non exquiſitum eſt, diuturnius eſt. Via ſalutis eſt, quod digeritur bilis affectum faciens, raro ſuppurat, & cum verſetur in partibus externis, non tranſmittitur amplius ad ignobiliores. Via interitus eſt, quod eryſipelas vel ſubito[b] euaneſcit, & ita fertur ab externis ad interna, & ad viſcera ac partes præſtantiores, vel[c] putreſcit, & gangrænam efficit. Neutrum euentum ſequi diximus, cum degenerat in ſcirrhum.

b Hipp. & Gal. lib. 6. aph. 25.
c Hipp. l. 7. aph. 20.

Ratio curandi continetur operibus & inſtrumentis, quæ primo prohibere debent, ne eryſipelas amplius fiat, deinde remouere quod iam factum eſt; ne fiat, prohibebimus, ſi demus ope- F ram, ne multa bilis in corpore contrahatur, & ne illa, quæ iam contracta eſt, feratur ad affectũ locum: non colligetur bilis multitudo, ſi cauſas remoueamus, materiam uidelicet & calorem externum, a quo iecur nimium calefit. Idoneum ad hæc inſtrumentum eſt ratio victus, in qua ſit aer frigidus, ſimiliter cibus & potio, & pro vino danda potui aqua eſt, ſomnus diuturnior, niſi eryſipelas occupet faciem, nam tunc longiori ſomno nimis caput repletur, pro motu & exercitatione, quies, pro perturbationibus animi, tranquillitas, pro retentione calidorum, expulſio: Quæ ſi ſeruentur, non contrahetur vltra bilis copia in corpore: Illa, quæ iam contracta eſt, ne feratur ad affectam ſedem, prouidebimus materiæ, parti mittenti & recipienti: materia educenda eſt, atque auertenda ad partes cõtrarias, aptatur eryſipelati purgatio flauæ[d] bilis, vt inflammationi ſanguinis miſſio, quæ non tentanda eſt in eryſipelate, niſi cum virium robore periculoſum ſit ob magnitudinem & ob partem, quam occupat: ſi magnum ſit, & in capite aut ceruice, ſecanda vena eſt externa cubiti e regione partis affectæ, alioquin vtendum catharticis bilem educentibus, quæ leuiora eſſe debent, præſertim ſi febris acceſſerit. Quod ſi eryſipelas paruum ſit, ſufficit aluum ducere acrioribus medicamentis, per clyſterem[e] in inteſtina immiſſis. Ad partem mittentem ea ſunt adhibenda remedia, a quibus remoueatur cauſa, ob quam tranſmittit, ſiue ſit imbecillitas retentricis, ſiue materia qualitate vel copia lædẽs. G Pars, quæ recipit, firmanda eſt per ea, quæ[f] repellunt, de quibus paulo poſt agemus, cum ad eryſipelas factum veniemus, ad quod eadem ſpectant. Vbi pars non tantum recipiat, ſed etiam alliciat, vel ob dolorem, vel ob calorem, hic refrigerantibus auferendus eſt, ille lenientibus, quæ mox perſequemur. Quod iam factum eſt eryſipelas, tollitur perinde atque inflammatio ablata[g] cauſa continente; detrahenda igitur bilis eſt, quæ in affecto loco cõtinetur, ſed quia feruet, & magis[h] qualitate nocet, quam copia, vtilius refrigeratur, quam exinanitur; contra ſanguis, qui inflammationem facit, vtilius exinanitur, quam refrigeretur, cum magis copia lædat, quam qualitate, quamuis vtrumque opus vtrobique requiratur. In curatione igitur eryſipelatis magis ſpectabimus ad refrigerandum, quam ad[i] exinaniendum. Quid, quod vel ſola refrigerantia eryſipelati ſufficiunt, quatenus eryſipelas eſt. A quibus non ſolum temperatur feruor, ſed materia etiam ipſa repellitur, & retrocedere cogitur ad partes, vnde venit, niſi adeo tenuis ſit, vt effugiat & elabatur, neque prehendi poſſit, ita vt non opus ſit alijs auxilijs. Si extincto[k] feruore, quod ſupereſt, craſſum digerendum ſit, id vitium non eſt amplius eryſipelas, cuius eſſentiam maxime conſtituit feruor, ſed in alium tumorem degenerauit, quamobrem eryſipelas, quatenus eryſipelas eſt, ſolis refrigerantibus curatur, quamuis reliquiæ interdum digerendæ ſint, aut euidenter effundendæ. Conueniunt refrigerantia, dum H eryſipelas[l] recens eſt, & quamdiu manet eryſipelas, neque in aliud vitium conuertitur, illis ſtatim vti licet, præſertim ſi occaſione vlceris vel doloris, corpore exiſtente puro effectum eſt: vbi vero redundet in eo humorum copia, prius cum auerſione detrahenda eſt, quam refrigerantia dentur. Quod ſi locus, ad quem bilis repulſa fertur, nobilior eſt, non[m] licet vti repellẽtibus, quemadmodum ad aures, ne illa cum exitio feratur ad cerebrum: idem euenit, cum praua eſe admodum & putris, cauendum enim eſt, ne impellatur ad partes præſtantiores, & longe grauius malum afferat, ſic enim relaxare, & lenire, & digerere conuenit, potius quam repellere ac refrigerare, alioquin expedit adhibere refrigerantia, quæ validiora[n] eſſe debẽt in eryſipelate, quam in inflammatione, quamobrem medicamenta, quæ ad refrigerandum eryſipelas dantur, tactu frigida ſint, & ſæpius mutentur, nam cum diutius manent in loco affecto, calorem ab ipſo concipiunt, & tanquam calida eundem poſtea calefaciunt. Quod ſi emplaſticam vim habeant, ita vt inhæreant, ſpongia detergendus eſt locus affectus, vt amoueatur, ſi quid paruis foraminibus inhæreſcit, vt pateat exitus calidis vaporibus, quẽ intercludũt adſtringẽtia, quã-

d Aui. l. 4. f. 3 tra. 1. c. 5. & Gal. l. 14. met. c. 3. & l. 2. ad Gla. c. 2.
e Ga. l. 2. ad Glau. c. 2.
f Gal. li. 14. met. c. 3.
g Ga. li. 14. met. c. 3. & l. 13. met. c. 8.
h Gal. ibi.
i Gal. ibid. & l. 13. met. cap. 8.
k Gal. li. 7. ſimp. c. de coriandro.
l Ga. l. 2. ad Glauc. c. 2.
m Aui. l. 4. f. 3. tract. 1. c. 5.
n Ga. l. 14. meth. c. 3.

obtem

A obrem vitanda sunt, præterquam initio ad coercendum humorem fluentem, qui copiosior est, quam ille, qui in loco affecto continetur. Quocirca plus prosunt tunc adstringentia, non permittendo recipi, quod influit, quam obsint claudendo, & non sinendo euadere, quod exhalat. Sed post initium frigida, quę dantur, debent esse humida, quæ temperent vim caloris, & non retineant expirationes. Refrigerandi terminus [a] est caloris mutatio, qui cum remittitur, non est diutius perseuerandum in refrigerantibus, ne locus liuidus fiat, & tandem niger, neve pro erysipelate [b] fiat scirrhus, aut tandem emoriatur [c] pars, quod vt magis accidere potest inflammationi, quam erysipelati, ita etiam magis erysipelati phlegmonodi propter sanguinem admixtum flauæ bili, quam exquisito, quod oritur a flaua bile duntaxat. Proprie autem medicamenta frigida & humida sunt ex simplicibus aqua frigida, qua [d] si perfundatur locus affectus, nullum sequitur incommodum, tum lactucæ, [e] hyoscyami, papaueris, cicutæ, mandragoræ, lenticulæ palustris succus, præterea cucurbita, portulaca, semperuiuum, vmbilicus veneris, psyllium, refrigerat cum aliqua siccitate intubus, acetum. Oleum simplex alienum est erysipelati, sed rosa conditum vtile, sicut & ceratum liquidum, [f] siue fiat ex oleo simplici maturo, siue ex roseo, vel acerbo, quod magis refrigerat, & valet ad erysipelata partium genitalium, accipit autem tres aut quatuor partes olei, & vnam ceræ, & aliquid aceti tenuis pellucidi, quibus adjici-

a Gal. li.4. met c.3. & Aui.4.fe 3. trac.1.c.5.
b Gal.l.7.cataag.c.9. & l.14. meth. c.2.
c Gal.4 ad Glau.c.2.
d Aui.l.4.f. 3.tra 1.c.5.
e Gal.l.14. meth c.3.
f Gal. ibid.

B tur tantum aquæ, quantum excipere possunt, dum pistillo teruntur in mortario, & subacta inter se miscentur. Fiunt & idonea cataplasmata ex prædictis succis, quibus additur farinæ quantum satis est, præterea ex folijs etiam herbarum prædictarum: eodem spectat illud quod fit ex cerussa, creta eimolia, spuma argenti, solano, & oleo roseo. Tum illud quod habet succi plantaginis vnc.j. olei rosei vnc.iij. spumæ argenti vnc.j. cerussæ elotæ drac. iij. lactis muliebris vnc.sem. dum in mortario plumbeo teruntur quæ crassiora sunt, addũtur succi. Eodem spectat oui album oleo roseo ex succo lactucæ: vel cum succo plantaginis & oleo acerbo. Præterea ouũ totũ cũ farina hordei & lacte muliebri. Cedit refrigerantibus adeo erysipelas, vt non solũ restinguatur feruor, sed repellatur etiam ipsa materia, & retro commeet, ita vt plerunq; non opus sit deriuantibus, nisi si magnum sit erysipelas, aut inflammationis particeps, tsic enim deriuatur materia per ea, quæ in curatione inflammationis posita sunt. Post vsum refrigerantiũ ac deriuantium extincto feruore digerendum est, si quid restat, sed nunc (vt in superioribus ostensum est) non manet amplius [g] erysipelas, cum degenerauerit in alium tumorem. Antequã accedat liuor, accõmodantur digerentia moderata, quæ calefaciant simul & madefaciant, aut parũ siccent, vt chamæmelum, anethum, malua, althæa, farina fabarum, ex quibus decoctis fit

g Gal.l.7.simpli.c.de coriandro.

C aut fomentum aut cataplasma: accommodatur & illud, quod constat ex polenta & aqua: tum quod à Dioscoride [h] ponitur ex pane, polenta & coriandro: præterea emplastrum Diachalciteos dilutum ex oleo roseo, vel chamæmelino. Complura alia ad eundem vsum componuntur, veluti quod accipit foliorum althææ lib.j. quæ ex aqua & oleo incoquuntur, miscenturq; cum olei rosei, chamęmelini vtriusque vnc.ij. succi menthæ, rutæ vtriusq; vnc. sem. spumæ argenti drach.ij. quæ bulliunt, donec succi consumantur, quibus addũtur sulphuris ignem non experti drach.ij. Aliud præterea quod accipit ceræ, helxinę vtriusq; vnc.iiij. olei rosei vnc.iij. valet et remisso feruore id, quod fit ex sulphure ignẽ non experto, & mentha, oleo roseo atq; aceto, aut ex ruta, absinthio, oleo, & aceto, aut ex spuma argenti cũ porro, & betæ succo. Cũ liuor adest, materia quæ ibi retinetur, non solum obscure, sed etiam euidenter educẽda ęst: incidere igitur cutem [i] pluribus locis oportet, deinde admouere validius digerentia. Perfundatur itaq; locus muria, [k] vel marina aqua, aut imponatur cataplasma ex farina fabarũ, & polenta diluta ex muria, vel marina aqua: vtiliter etiam superdatur polẽta cum sale, & [l] coriãdro, vel diachalciteos cum sulphure, vel pastillus ex sulphure ignem non experto, lachryma papaueris, acacia compari modo inter se mixtis, & aceto temperatis: aut ex spuma argenti, cerussa, croco, sulphure ignem non experto, lachryma papaueris passo temperatis.

h Diosc.li. 3.c 62.
i Gal.l. 14. met. c.3.
k Gal. ibi.
l Gal. ibi.

D Differẽtiæ erysipelati, differẽs curatio cõuenit, siquidem exquisitum sit, superius positis pręsidijs probe curatur, sin spurium, vt phlegmonodes, œdematodes, scirrhodes, mixta curatio esse debet ex ea, quam diximus, & ea quam vel phlegmoni hoc est inflammationi idoneam supra posuimus, vel œdemati aut scirrho aptam in sequẽtibus subijciemus: magis autem spectabit ad vitium, quod magis superat in eiusmodi coniunctioni. Maius erysipelas maiora remedia postulat, præsertim si fuerit in loco magis suspecto, [m] vt in capite, & ceruice, nam tunc vtimur etiam sanguinis missione, qua alioquin supersedemus [n] contenti catharticis, aut medicamentis etiam quæ per clysterem in intestina inijciuntur. In maioribus vitijs numerantur, quæ praua sunt, quamobrem si erysipelas prauum fuerit, & valde putre, veniendum erit ad digerentia maxime efficacia, quę cum non sufficiunt, secare etiam & adurere oportet partes affectas. Si erysipelas [o] vlceratum sit, aliena sunt præsidia valde frigida, præsertim quæ tactu talia sentiuntur, quæ ostendimus simpliciter erysipelati conuenire, quamobrem Hippocrates cũ frigida erysipelati prodesse ait, id excipit quod vlceratum est, hoc enim siccari debet medicamentis (inquit Hippocrates μὴ περιοκναιοῖς id est non [p] exasperantibus) sed tam vehementis frigoris, quam acrimoniæ expertibus, cuiusmodi est qđ constat ex spuma argenti, vel plũbi recremẽto, olei rosei acerbi cuiusq; vnc. ij. cerati liquidi vnc. j. & sem. succi plãtaginis, cacuminum

m Cornel. Cels.li.5.c. 26.
n Gal.l.14. met.c.3. & li. 2. & ad Glau.c. 2.
o Gal.l. 5. aph cõ.13.
p Hip.l. 5. aph.23.

rubi,equiseti,polygonij,singulorum drach.iij. quæ omnia simul incoquuntur, dum succi absumãtur,colatis deinde addũtur spumæ argenti,cerussæ, vtriusq; vnc. j. cadmiæ drach. j. quæ in mortario plumbeo diutius conteruntur. E

b Vidus li. 5. de febribus c. 4. & 5.

Restant symptomata ex his quæ in erysipelate curanda sunt,quæ cessant sublato morbo, & causa:interea dum hæc tolluntur,prouidendum est febri,quemadmodum docuimus [a] in curatione febrium illarum,quæ ex bilis putredine oriuntur.Dolor si vrget leniendus est, quãquam cum magna ex parte oriatur à feruore,cedere solet refrigerantibus,quibus & morbum,& causam tolli monstrauimus:aptantur etiam relaxantia,& acrimoniam temperantia,quæ ante posuimus in curatione illius doloris, qui inflammationem consequitur, & si opus est etiam adhibentur stupefacientia,cuiusmodi sunt radices,& folia hyoscyami, quæ linteo madefacto inuoluta,aut charta,vel stupa sub prunis coquuntur.

De herpete. *Cap. III.*

b Gal.lib.2 metho.c.2. & lib. 14. meth.c.17. c Cor. Cel. li.5.c.28. d Virg. Aeneides. e Lucretius lib. 6.



Rysipelati,vt cum inflammatione,ita etiam cum herpete multa communia sunt,vnde communiter,& promiscue, eadem prope vtrique vitio aptantur: quamobrem ab erysipelate proximum est,vt pergamus ad herpetem: ductum autem est Græce F nomen,vt phagedæna [b] ab exedendo,ita herpes à serpendo, quod vitium hoc anguium modo serpere videatur:sanescente enim parte prius vitiata recipitur in ea, quæ proxima est:à Latinis autem vocatur hoc malum ignis [c] sacer quasi execrandus, non secus quam à Poeta [d] dicitur auri sacra fames, quasi execranda. Ignis autem inde dicitur quod inurat, id quod ex Lucretio [e] colligitur cum inquit:

„ *Et simul vlceribus quasi inustis omne rubere*
„ *Corpus,vt est per membra sacer cum diditur ignis.*

f Gal. li. de tumor. c.9. g Ga.li. 14 meth.c.17. h Arist.l.1. probl.part. 3. i Gale. l.14 meth.c.17. k Gal.l.14. meth.c.2. l Cels.lib.5 c.28. m Gal.lib. 12.meth.c. 17. n Gal.ibid.

Non est autem simplex morbus herpes, sed multiplex, componiturque ex tumore, calore igneo,obstructione,vel adstrictione cauorum,quemadmodum erysipelas, à quo tamen differt in his omnibus,nam vt tumor erysipelatis longe minor est,quam inflammationis, ita herpetis quam [f] erysipelatis,vix enim attollitur pars,quam herpes exercet,videturque exasperari [g] potius quam intumescere. Immoderatus calor, quamuis in vtroque vitio feruidus sit, cum ob ipsum referantur inter inflammationes pro tumoribus calidis acceptas, minus tamen feruet in herpete,quoniam flaua bilis à qua ille oritur,minus copiosa est,minus crassa, & magis in summo residet,quam in erysipelate.At par est maiorem esse feruorem vbi maior accenditur copia G materiæ,tum vbi crassior est:hoc comprobauit Aristoteles [h] ostendens calorem efficaciorem esse in carbone,quam in lana,quod item altius descendit,cum minus expiret, maiorem feruorem habet,quam quod in summo,vnde exhalare potest.Item herpes summam pelliculam exasperat, [i] erysipelas versatur in intima cute,sicut inflammatio [k] in carne,quæ cuti subiecta est, ob easdem etiam causas caua,veluti parua foramina minus adstringuntur, vel obstruuntur in herpete,quam in erysipelate.At vlcus vt erysipelati aliquando accedit,ita herpeti plerunque, adeo [l] vt à nonnullis in vlcerum numero habeatur vt phagedæna, sed hæc altius descẽdit herpes tantum exulcetat [m] summam partẽ,pro vlcere autem interdum pustulæ fiunt, aliquando & sine his,& sine illo herpes est,solam quam diximus asperitatem præseferens. Est igitur herpes tumor non altus sed latus,summam cutem exasperans cum feruore.Causa proxima herperis est flaua bilis tenuior [n] quam illa quæ facit erysipelas. Huic antecedit illa quæ bilem contrahit in corpore nostro vel contractam transfert ad summam cutem, non est autem dissimilis illi,quam diximus in erysipelate. Symptomata in herpete sunt dolor vrentium sensum repræsentans,qui cuiuslibet herpetis communis est,præterea asperitas quædam & durities. Differẽtiæ quæ potissimum in herpete attenduntur,sunt quod aut simplex est, aut coniunctus cum vlcere,vel cum pustulis. Qui simplex est,simpliciter & sine adiectione à Græcis vocatur ἕρπης,qui H coniungitur cum vlcere nominatur ab [o] Hippocrate cum adiectione ἕρπης ἐσθιόμενος, hoc est exedens,quod totam cutem vsque ad subiectam carnem exulceret. Qui iungitur cum pustulis dicitur à Græcis ἕρπης κεγχρίας [p] à milio,cuius grana repræsentãt exiguæ illæ pustulæ,quas habet,quibus interdum abruptis exulceratur,ita vt degeneret in herpetem vlceratum:oriuntur hæ differentiæ à differentijs ipsius causæ continentis,hoc est flauæ bilis, quæ quamuis communiter in hoc vitio tenuis fit,si conferatur cum [q] illa,quæ efficit erysipelas, magis tamen tenuis est quæ simplicem herpetem facit,quam quæ compositũ, nam ille cui vlcus accedit fit à flaua bile simplici,sed minus tenui,ita ut erodat [r] cutem cui inhærescit, qui plurimis atque exiguis pustulis distinguitur,fit ab eadem non tamen pura,sed quæ admixtũ habeat [s] aliquid pituitæ. Hæc quæ præter naturam ad herpetẽ attinere monstrauimus, recognoscuntur in homine ægrotante sensu,sub quem cadit tumor latus sine altitudine, [t] cum asperitate,& duritie,per summam cutem serpens, qualem in herpete descripsimus, positum est etiam in aspectu & tactu iudicium ipsarum differentiarum, siue herpes simplex sit,siue vlceratus, aut cum pustulis,subijciuntur &

o Hipp.lib. 5.apho.22. & li. de tumo c.9. p Gal. li. 2. ad Glau. c. 1.& lib. de tum.c.9. q Gal.li.14 meth. c.17. r Gal.2.ad Glau.c 1. s Gal. li.de tum.c.9. t Auic. li.4. fe.3. tr.1.c. 6.

sensui

sensui symptomata, vt dolor qui inurere cutem videtur, durities asperitas quæ eundem conse
A qnuntur. Causa, hoc est, flaua bilis deprehenditur ex causis, a quibus gignitur, atque impelli-
tur ad locum affectum, tum ab his quæ prosunt aut obsunt, quemadmodum in erysipelate, sed
maxime ex effectis hoc est ex tali vitio, quale propositum est vna cum suis differentijs. Ex fu-
turis, euentus maxima ex parte salubris est, vacat enim periculo herpes, nisi vlceratus, prauus
admodum & putris sit: sed hic iam degenerat in illud vitium, quod Græce dicitur [a] φαγέδαινα. a Gal. l. 14. meth. c. 17.
At licet periculo vacet, non propterea facile tollitur, sed diuturnus est, difficillimeq; curatur,
nisi babeatur ratio totius corporis. Via sanationis est quod exhauritur materia, siue digeratur
a natura, siue ab arte detrahatur.

Consilium curationis ad duo dirigitur in hoc perinde, atque in aliis tumoribus, primo enim
prouidendum [b] est ne augeatur, deinde sanandus qui iam factus: ne augeatur fiet prohibendo b Gal. ibi.
primum ne homo flauæ bilis multitudinem contrahat, quo spectat victus refrigerans & made
faciēs: deinde ne illa, quæ iam genita est, feratur ad locum affectum, quod eueniet si purgetur
flaua bilis, quæ purgatio si negligatur, nunquam [c] ex toto liberabitur ægrotans: poterit qui-
dem idoneis adhibitis remedijs ad locum affectum sanescere cutis primo vitiata, sed rursus re c Gal. ibid.
cipietur vitium in altera, quod si bilis valde tenuis sit, qualis illa est quæ simplicem herpetem
efficit, poterit etiam exhauriri per ea medicamenta quæ sudorem, vel vrinam euocant, neque
B necessaria erunt cathartica bilem educentia: vbi flaua bilis crassior sit, cuiusmodi est quę vlce
ratum herpetem facit, oportebit ipsam purgare: sed si herpes pustulas adiunctas habeat, cum
fiat à flaua bile mixta [d] cum pituita, necessaria erunt cathartica quæ vtrunque humorem edu- d Gal. ibid.
cant, magis tamen bilem quam pituitam. Habita ratione totius corporis, vitium quod iam fa-
ctum est, auferetur sublata causa continente, hoc est flaua bile ex summa cute, quam & adime
re oportet, & refrigerare, cum & multa sit, & valde calida, sed vtrunque præstant refrigerātia
præsidia, quæ & feruorem extinguunt, & ipsam repellendo reuerti cogunt ad partes vnde ve-
nit, neque conueniunt digerentia, nisi cum aliquid relinquitur materiæ, postquam calor defer
buit. Debent quæ refrigerant medicamenta, simul esse & frigida, & humida, vt flauæ bili quæ
calida est & sicca, penitus aduersētur, sunt autem idonea quæ proposuimus [e] in curatione ery e In capite anteced & Gal. li. 2. ad Glau. c. 2.
sipelatis, vt lactuca, polygonium, [f] portulaca, vmbilicus veneris, præterea ceratum liquidum,
& id quod fit ex oleo roseo. Extincto feruore siquid remanet, digerendum est medicamentis
leuioribus & magis siccantibus, quam madefacientibus; valet polenta, aut lens decocta cum f Gal. 1. sim plic. c. 6.
melle tum lini semen siccum & ex oleo ac vino incoctum, spuma item argenti cum succo por-
ri, vel plumbi recrementum cum succo rutæ. Lenitur dolor ille qui videtur cutem inurere, si lo
C cus affectus aqua calida perfundatur, nam sic aperiuntur foramina & extenuatur bilis, & cum
aliqua ex parte euadere possit, minus hominem torquet: accommodantur proposita præsidia
ad curandum herpetem simplicem: ille cui pustulæ accedunt, magis lenientia & minus [g] humi g Gal. li. 2. ad Gla. c. 2.
da postulat, commode ergo tunc imponuntur mala cotonea cocta ex vino austero, vel empla-
strum Heræ, cui adiectū sit aliquid thuris, vel terra lemnia ex aceto temperata, tum solani aut
plantaginis succus: Quod si pustulæ abrumpantur fit vlcus, & ita res ad herpetem vlceratum
reuertitur, qui duo præsidiorum genera postulat, vnum quod spectet ad vlcus, alterum quod
ad tumorem.

Desiderat tumor non secus atque in herpete simplici, refrigerantia, a quibus & calor tem-
peretur, & materia repellatur: sed cum vitium maius sit & humidius, quæ dantur ad refrigerā
dum, debent simul etiam exsiccare, neque sufficit solanum, sed magis siccantibus opus est,
quemadmodum capreolis [h] vitis, folijs plantaginis, rubi, aut sentis caninę: ad hunc vsum valet h Gal. loco citato.
glaucium ex aceto, præterea ceratum quod accipit plumbi recrementi, ceræ, vtriusque vnc.
iiij, olei myrthei vnc. xvj. quæ vino austero temperantur: idoneum est & cataplasma quod fit
ex malicorio, rhoe, polenta, tum illud quod habet rosei vaguenti, populeon, vtriusque vnc. ij,
D olei myrthei vnc. j. & sem. succi plantaginis, solani, utriusque vnc. j, aluminis scissilis, seminis
rosarum, utriusque vnc. j. radicum lapathi acuti vnc. sem. florum mali punici M. sem. aceti
vnc. ii, bulliant simul donec acetum vna cum succis absumatur, deinde omnibus subactis in
mortario plumbeo, addantur spumæ argenti vnc. ij, cerussæ vnc. j, cadmiæ ʒ. ij, hoc medicamē-
tum commode datur non solum ad partes quæ iuxta sunt, sed etiam ad ipsum vlcus, nisi vali-
dius sit, & putre: tunc autem adiicitur aliquid ex squama ferri, ex flore æris, ex calce lota: alia
quæ prius posita sunt, non dantur ad ipsum vlcus, sed ad partes vicinas, vlcus enim magis sic-
ca postulat, gaudetque tactu calidis, læditur [i] frigidis, commode autem curatur vlcus pastillo i Hipp. l. 5. aph 20.
Andronis, [k] Musæ, Polidæ, Pasionis, quæ cum recens est ex passo, sed postea ex uino austero, & k Gal. li. 2. ad Gla. c. 2.
tandem ex aceto diluuntur. Quod si ulcus prauum ac putre sit, ualidioribus opus est, ueluti
medicamento, quod habet malicorii, spumæ argenti, utriusque ʒ vj, lanæ succidæ ʒ iij, ceræ ʒ
xij, cerussæ ʒ viij, thuris, aluminis scissilis, utriusq; ʒ j, quæ uino austero, aut oleo myrtheo tem
perantur: miscentur & ad eundem usum alumen scissile & acacia cum aceto, quæ ubi non suf
ficiant, adurentibus utendum est ut misy [l] chalcitide, sandaracha ualet & quod paratur oleū l Gal. ibid.
ex sulphure, aut ex atramento sutorio, aut ex stibio, præterea quod præcipitatum a recentiori
bus appellatur, maxime autem efficax est quod componitur ex floris æris, aluminis, mellis,
aceti

aceti singulorum vnc.ij, arseniei ʒ ij, quæ omnia simul incoquantur, dum tota mixtura crassior reddatur. At si neque his eedit vlceris prauitas, & putredo, veniendum est ad candens ferramentum, quo tandem finietur herpes vlceratus atque æger pristinæ restituetur sanitati. E

De carbunculo. *Cap. IIII.*



Equitur carbunculus, qui iam positis tumoribus finitimus est, nam & feruet, [a] vnde in inflammationibus habetur, & vlceratus est, sicut interdum erysipelas, accedunt pustulæ, quas & superuenire, cuidam herperi monstrauimus, ita vt sit inflammationi, erysipelati, herpeti, aliqua in re similis, non tamen ex toto, id quod perspicuum erit, si eius essentiam exposuerimus, ordiemur autem a nomine: vocatur Latine carbũculus, [c] Græce ἄνθραξ. quod vlceri adiunctam [d] crustam habeat, quæ carbonem repræsentat, hæc propria est ipsius, neque enim apparet in erysipelate, aut herpere, in quibus quod conspicitur vlcus crusta caret, quam carbunculus præfefert cinercam vel nigram, picis ac bituminis modo splendentem.

a Gal. l. de tumorib. præter nat. c. 6.
b In c. antecedenti.
c Gal. loco citato.
d Gal. l. 14. meth. c. 10. & l. 6. aph. com. 45.

Iungitur perpetuo vlcus cum carbunculo, cum herpete sæpe, cum erysipelate raro: F constat igitur carbunculus ex multis morbis, vt ex tumore qui refertur ad magnitudinem auctam, ex feruore, qui ad immoderatam temperationem, ex vlcere, quod ad solutionem continui, ex crusta, quæ morbum constituit. pertinentem ad numerum præter naturam actum, redundat enim tunc aliquid quod naturaliter adesse non deberet, crusta videlicet, quæ subteractis radicibus inhærescit, neque enim aliud est quam caro perusta, atque emortua, ita vt tanquam res præter naturam supersit, & adimi debeat, deest & caro viua vbi illa emortua est, ita vt aliquid desideretur in numero eorum, quæ adesse naturaliter solẽt: plerũque autem a principio pustula [e] simplex, vel multiplex in medio tumore eminet, qua abrupta fit vlcus cum crusta, quod raro sine illa antecedente fieri solet: igneus autem calor processu temporis latius patet, inflammantur enim partes quæ [f] iuxta vlcus sunt, constat itaque carbunculi essentiam pluribus morbis contineri. Causa omnium proxima continensque vna est, sanguis crassus atque efferuescens, [g] in cute retentus, si quando autem apud veteres medicos legimus carbunculum oriri ab [h] atra bile vsta atque exquisita, idem intelligemus, ac si sanguinem crassum & feruidum dicant: pars enim sanguinis crassior, cum putrescens efferuescit, vertitur in [i] atram bilem, sicuti tenuis in flauam: quemadmodum autem erysipelas diximus fieri a sanguine tenui feruido, vel a flaua bile, quod idem est, ita nunc dicimus carbũculum & G a sanguine crasso feruido fieri, & ab atra bile, eundem humorem intelligentes. Cæterum feruidus humor vt flaua bilis cum tenuis est, tantum inflammat cutem in qua versatur, quod vsu venit erysipelati simplici, si crassior, etiam [k] exulcerat, vnde fit erysipelas vlceratum. At valde crassus & feruidus humor, cuiusmodi est atra bilis, non tantum exulcerat, sed etiam adurit, & crustam [l] efficit in parte in qua versatur. Causæ quæ continenti ac proximæ antecedunt, illæ sunt, ob quas vel contrahitur eiusmodi humor in corpore, vel ad cutem transfertur, & affectum locum: contrahitur autem ex prauo [m] victu, ut ex aere putri, ex cibo & potione mali succi, ob quas causas oritur pestilentia, quæ multos profert [n] carbunculos: sed transfertur ad cutem, quod natura ad ipsam tanquam ad partem maxime vilem atque imbecillam transmittat e partibus præstantioribus quicquid noxium est: id si tenuissimum est dissipatur, atque in vapores conuersum exhalat, si tenue, in sudorem vertitur, si valde crassum, efficit cancros, [o] & cũ crassitudini feruor accedit, carbunculos, [p] quos fieri constat non tãtum in crure, sed & in glãdulis, & in aliis partibus, in quibus non solum ob imbecillitatem recipitur humor, sed etiam ob calorem vel dolorem aliquando attrahitur. Symptomata quæ in carbunculo conspiciuntur, sunt principio prurigo incredibilis, postea dolor, sub quo sentit homo quasi arcto vinculo se adstringi, læduntur variæ actiones prout in varijs partibus carbunculus versatur, qui inter- G dum non ignobiles tantum, sed etiam nobiles occupat: sequitur etiam necessario [q] febris, cum feruore ac putredine cor afficietur, ea quæ ardens est, qualem iũgi cum erysipelate docuimus. Ex differentiis, potissimum in carbunculos attendimus, quod aut exquisitus est, aut spurius: efficit exquisitum atra bilis pura, spurium mixta cum alio humore, veluti cum flaua, vnde carbũculus fit erysipelatus particeps, aut cũ sanguine vel pituita, & ita particeps est tumoris illius, qui oriri ab eo humore solet: præterea quod carbunculus aut incipit cũ pustula, aut sine hac, cũ ea incipit, vbi atræ bili admixta est tenuis sanies, cuius si expers sit, statim vlcus efficit nulla præcedente pustula. Quamuis item carbunculi omnes praui sint, multum tamen interest inter ipsos, cum alii mitiores sint, alii valde praui, quos efficit atra bilis maxime putris, veluti in pestilentia, sub qua constat ossa etiam nudari: efficit item putredinis magnitudo, vt per contagẽ ministri & qui proximi sunt, afficiantur, & in idem vitium incidant.

e Gale. 14. meth. c. 10.
f Gal. 6. aph. com. 45.
g Gal. li. de humor. c. 6. & l. 14. met. c. 10.
h Ga. l. 2. de dif. fe. c. 9. & lib. 1. de dif. fe. c. 3.
i Gal. lib. 2. diff. fe. c. 9.
k Gal. l. 14. meth. c. 2.
l Gal. li. de tumor. c. 6.
m Gal. li. de su. cor. homi. & viti. c. 1.
n Gal. li. de diff. fe. c. 3. & Aui. l. 4. fe. 3. tr. 1. c. 9.
o Gal. li. de tumor. c. 7.
p Gal. ibi. c. 6.
q Gale. 14. meth. c. 10.

Hæc contra naturam quæ attinere ad carbunculum monstrauimus, recognosci debent in homine ægrotante. Symptomata veluti dolor & febris sensu deprehenduntur. Causa proxima, hoc est atra bilis exquisita agnoscitur ex causis antecedẽtibus, a quibus hæc aut gignitur,

aut

A aut impellitur ad locum affectum, tum ex his quæ prosunt illam temperando, vel educendo, aut obsunt eandem gignendo, vel retinendo, sed maxime colligitur ex effectis, cuiusmodi sunt morbi quibus contineri carbunculum diximus: neque enim ab alio humore nasci possunt, ipsi vero morbi, partim visu, partim tactu iudicantur, quibus subijcitur tumor, vlcus cum crusta, vel cinerea, vel nigra, [a] splendens tamen, & non simpliciter nigra, qualis depræhenditur sanguis suffusus, præterea inflammatio partium quæ iuxta sunt, & pustula vna, vel multiplex, quæ principio, antequam vlcus fiat [b] excitatur scabenti ob prurigineni pene intolerabilem, adeo vt nõ opus sit signis ex quibus carbunculus conijciatur. Futurorum hæc ratio est; euentus periculosus [c] est, non tamen omnino perniciosus, sed pro magnitudine & paruitate morbi, [d] pro maiori, vel minori prauitate causæ, pro grauioribus, vel leuioribus symptomatibus, polliceri salutem, aut prædicere interitum debemus: color ruber, aut flauus, mitiorem denunciat humorem: liuidus, aut niger maxime vitiosum. Exitiosum est si statim carbunculus euanescat, transfertur enim materia [e] ad partes præstantiores, & interitum affert. Tempus quo expectare euentum oportet, breue est, cum morbus sit acutus, neque diu sustineri possit. Via sanationis arti maxime tribuitur, quæ atram illam bilem extrahit, neque enim facile à natura dissipatur, interitus sequitur ob calorem valde immoderatum, & putredinem ac prauitatem sanguinis, quę cordi impertiuntur.

a Gal. li. de tumorib. c. 6. & libr. 6. apho com. 45.
b Gal. li. 14 meth. cap. 10.
c Gal. 3. ter iij epid. cõ. 12.
d Gal. li. 4. de præsag. puls. ca. 11. & li. de cõstit. ar. cap. 18.
e Galen. 6. apho com. 25.

B Opera quæ ad curandum carbunculum requiruntur, complura sunt, ob morbos, ob causas, ob symptomata, agemus simul de curatione morborum & causarum, his enim sublatis symptomata auferuntur, si quid tamen proprium postulant, adijciemus. Proponitur ergo nobis tumor ab atrabile, temperatur calor immoderatus, quamquam temperatur etiam per refrigerantia, quæ repellendo materiam quoque minuunt. Crusta detrahẽda est ita vt simul quicquid putre est absumatur. Vlcus siccandum est atque implendum. Sumamus initium à tumore, quem sanari diximus remota causa proxima: detrahere igitur oportet sanguinem illum crassum ac feruidum, qui in affecto loco continetur, quod non prius tentandum est, quam data opera fuerit ne augeatur; nõ augebitur, si & non gignatur amplius eiusmodi humor, & qui iam contractus est in corpore non fluat ad affectum locum: ne gignatur prouidebimus victu idoneo, hoc est cibis & potionibus paucis, boni succi, & refrigerandi vim habentibus, sit potio [f] aqua communis, siue ea in qua hordeum bullierit: vtrique autem non inutile erit si adijciatur aliqua portio oxysacchari, seu zulapij violæ conditi: cibus sit panis ex aqua, cremor ptisanæ, lactuca, sit aer frigidus, somnus moderatus, quiescat homo, nam motus [g] materię fluxum concitat: opportuna est animi tranquillitas, aliena perturbatio, depellantur quę naturaliter depellere oportet. Humor qui iam genitus est, exhauriendus est ex parte contraria, quo spectat sanguinis missio, mitti au-

f Celsus li. 5. c. 28.
g Gal. li. de difficultate resp. c. 9.

C tem debet non secus atque in maxima inflammatione, si vires valeant, vsque ad animæ defectionem; [h] non aliena etiam esset purgatio atræ bilis, quæ tamen cauenda est propter febrem ardentem, sed vt prohibeamus ne materia fluat, non tantum ad ipsam dirigere consilium oportet, verum & ad partem à qua transmittitur, & a qua recipitur. Pars transmittens quæcunq; illa fuerit, vt iecur, lien, vterus ita curari debet, vt non redundet humore noxio, & eum quem necessario habet retinere possit. Pars recipiens, si calefacta vel dolens humorem ad se alliciat [i] refrigerari calor debet, & sedari dolor, vt ostensum est in curatione inflammationis, si tantum accipiat, necessaria sunt repellentia, quæ ita ipsam confirment, vt non permittant admitti quod influit: sed vsus repellentium eo etiam spectat, vt quod nuper receptum est, cogatur reuerti ad partes vnde venit, videndum est num hoc eueniat carbunculo iam facto, ad cuius curationem nunc aggredimur. Postulat hæc, vt sanguis ille crassus ac feruidus, qui in affecto loco receptus est, adimatur. Adimendi ratio duplex est, nam aut cogitur reuerti [k] ad partes vnde venit, siue repulsus, siue deriuatus, aut extrahitur ex loco vbi est, siue obscure digeratur in vapores conuersus, siue euidenter extrahatur. Quo pacto autem hæc opera aptari carbunculo possint, perpendere oportet, ac primo quidem repellentia, quæ & non permittant fluentem humorem recipi, & qui nuper fluxit retro commeare cogant, non videntur conuenire [l] carbunculo, qui ab

h Gal. li. 14 meth. c. 10.
i Supra c. 1. huius li. & Gale. li. 13. meth ca 4.
k Gal. li. 13 meth. ca 9. & lib. artis med. c. 95.

D humore prauo oritur, quem præstat à nobilioribus partibus transferri ad ignobiliores, & in ipsis versari magis quam repelli ad alias: accedit crassitudo humoris, quæ non cedit repellentib. ita vt neque præstet, neque liceat humorem illum repellere, a quo carbunculus oritur. Verum quia ob feruorem [m] & dolorem concitati magna copia solet humorum ex toto corpore ad locum affectum, necessaria sunt repellentia quæ robur addant, & non ita permittant ferri multũ humorem ad locum affectum, quibus vti licet post largam sanguinis missionem, & vbi locus affectus non sit vicinus partibus præstantioribus, quemadmodum sunt glandulæ post aures, sub alis, in inguinibus, sic ergo vti tuto licet repellentibus, quæ feruorem etiam temperabunt: ne autem ille humor qui continetur in loco affecto valde impellatur ad partem nobiliorem, vtendum est moderate repellentibus, quæ simul etiam digerendi ac detergẽdi facultatem habeãt. Huiusmodi est cataplasma quod habet [n] plantaginem, lentem, & panem cui nihil surfuris sit detractum αὐτόπυρον græci vocant, cui nonnulli gallam adijciũt & aliquid olei rosei: tum aliud quod accipit hordei, lentis, fabæ singulorum M. 1. plantaginis Man. 11. florũ mali punici, rosarum, vtriusque M. 1. rhois, baccarum myrthi, vtriusque M. semis, gallæ drach. 1. teruntur quæ

l Galen. 14 meth c. 10.
m Gal. l. 13. meth c. 6.
n Gal. li. 14 meth. c. 10

terenda

terenda sunt, dein cocta expressa, & contusa percolantur, ac rursus bulliunt dum absumatur humor, quibus adduntur olei rosei, myrthei, vtriusque vnc. ij. farinæ hordei & lẽtis, vtrisq; vnc. j. & sem. rursumque bulliunt & ligno dimouentur, dum ad iustam cataplasmatis crassitudinẽ perducantur, valet hoc maxime increscente carbunculo. Componitur & aliud ex creta cimolia, & succo plantaginis, vel spuma argẽti & eodem succo: est & aliud idoneum a principio ad finem quod accipit malum punicum vnum dulce, & alterum acidum, quæ bulliunt in aceto & aqua in qua coctũ fuerit hordeũ, cum duobus manipulis lentis, & totidem plãtaginis, deinde expressa contunduntur & percolantur, adduntúrq; mali cotonei sub prunis cocti vnc. iij. olei rosei acerbi, myrthei, vtrisque vnc. ij. ceræ albæ vnc. j. sem. quæ iterum leui igne incoquũtur, & liquefacta cera cum oleis reliqua miscentur. Ad eundem vsum componitur & aliud multo simplicius ex malis punicis acerbis, diuisis, atque in aceto elixis, addita enim cera linteo exceptum superdatur, & cum inarescit, aceto madefit. Eodem spectant emplastrum album Heræ

a Gal. li. 1. catagen. c. 14 & c. 17.

diachalciteos, emplastrum Pamphili[a] quod constat ex cerussa, spuma argenti, cera, resina terebinthina, oleo, alumine scissili, pipere albo. His omnibus medicamentis & repellitur, & digeritur humor, iisdem & feruor temperatur, qui ne vicinas partes occupet, prohibetur iniecta lana succida cum oleo, & vino, aut illita terra armena cum oleo roseo, myrtheo, & aceto. Sed præter repellentia, cogitur & retrocedere humor deriuantibus, quæ non videntur conuenire carbunculo, partim ne concitetur magis materia ad locum affectum, cum attrahitur ad vi- F

b Gal. li. 14. meth. ca. 2. tex. 10.
c Ga. li. 14. meth. c. 10. & lib. 2. ad Glau. c. 2

cinum, partim ne quod attrahitur feratur a parte vili ad præstantem, quod ob prauitatem humoris perniciosum[b] esset. Euitari tamen potest vtrunque periculum, humor enim, qui in vniuerso corpore redundat, si prius larga sanguinis[c] missione exhauriatur, non poterit ad affectũ locum euocari: ille vero qui carbunculum facit, non feretur ad partes præstantes, si deriuetur ad alias, quæ plurimum ab ipsis distent. Conuenit ergo deriuatio inter initia, sed talis quę humorem attrahat ad locum a nobilioribus partibus distantem. Post repellentia & deriuantia, vbi iam remissus feruor fuerit, idonea sunt digerẽtia, ac detergentia, Primo leuiora, deinde validiora, superdantur ergo vtiliter emplastra, quæ ad fracturas capitis pertinent, κεφαλικὰ græce dicuntur, veluti διαβοτάνων, & διανίτρου, quæ oleo aliquo digerente diluuntur, & linamentis excepta superdantur.

d Gal. li. 2. ad Gla. c. 2
e Gal. li. 7. simpl. c. de nucib.

Eundẽ vsũ præstat cataplasma[d] ex farina hordei, farina erui, vt oxymelle: tũ id fit ex radice dracũculi, aristolochiæ, laserpitii, succo cyrenaico, & aceto: Idẽ præstat & ꝙ paratur ex cõsolida minori, quam prunellam iuniores appellant, contrita & contusa in marmoreo mortario: tum etiam iuglans rancida cõtusa &[e] imposita, veluti & lintea intincta in oleo, quod ex ipsis extrahitur, ac superdata, præterea symphytum minus contritum, cui succus apij cum farina hordei, & resina terebinthina adiiciatur. Maxime autem ad rem pertinet id, quod accipit, fo- G lorum rutæ man. j. farinæ hordei vnc. iiij. seminis laserpitii vnc. j. mellis vnc. iij. adipis suillæ vnc. iiij. iuglandium recentium vnc. ij. picis naualis vnc. j. vini quantum satis est, quæ incoquuntur, dum vinum absumatur. Varia ergo sunt medicamenta, & validiora, & leuiora, vt vbi hæc non sufficiunt, ad illa confugiamus: quæcunque autem dentur, non debent adhiberi ad crustam, sed ad partes vicinas; quando quidem humor qui sub illa continetur, neque repellentibus cedit, neque digerentibus, sed chirurgiam postulat, qua manifeste effundatur. Quãobrẽ

f Gal. l. 14. meth. c. 10

scalpello incidenda cutis[f] est pluribus, ac satis altis plagis, vt educatur quicquid sanguinis subest, nequid autem concreti relinquatur, perfunduntur muria perfricanturque spongia illita nitro, ærugine æris, sale, & respergitur atramentum sutorium cum aceto. Vtiliter etiam imponitur vitellus oui feruens cum sale, & subinde mutatur. Sunt qui pro sectione sanguisugam admoueant, vt sanguis manifeste effundatur: quæ tamen minime proficit, cum ille & ob prauitatem non alliciatur, & ob crassitudinem sequi non possit, ita vt præstet scalpello uti. Hoc pacto detracta causa continente, cessat tumor. Feruor refrigerantia desiderat, cuiusmodi sunt re-

g Gal. li. 1. simp. c. 31.

pellentia dicta, sed vbi maximus sit, vtemur[g] cetaro liquido, quod plurimum aceti habeat, ut putredini obsistat, & simul refrigeret, maxime autem pertinet ad partes, quæ iuxta carbunculum inflammatæ sunt.

h Gal. li. 5. c. 28.

Post tumorem & feruorem, detrahenda crusta est, cum sit cutis & caro emortua, [h] quæ resti- H tui amplius non potest, & idcirco tanquam res præternaturam remoueri debet: quamuis autẽ processu temporis per se decidat, quia id nimis longũ esset, maturari debet a medico, id quod duplici ratione fieri potest, vna, vt adhibitis quæ pus moueant, crusta supputet, & tabescat, abruptaque dissipetur & cadat, vel volsella detrahatur, aut excidatur forfice: altera, ut resoluatur tota, separeturque quod mortuũ est, ab eo quod viuit: Separabitur autem si valde siccetur, nam quod viuit humidum est, siccum quod mortuũ: vbi autẽ ex toto inaruit, separatur ab eo quod viuit & humidũ est: id quod Hippocrates[i] docuit, cum in fractura caluariæ, vbi squa-

i Hip. li. de vulneribus capitis.

ma ab osse abscessura est, vt citius abscederet, vsus est exsiccantibus. Ad crustam igitur auferẽdam, siue sponte ab humore adurente nata sit, siue ab externis, vt vrentibus medicamẽtis, vel candenti ferramento effecta, alterutra via necessaria est. Recentiores vtuntur pus mouẽtibus duntaxat, vt emollita, & macerata crusta abrumpatur. Veteres vtraq; vsi sunt, non est tamen vtralibet pariter vtendum, sed hæc facienda distinctio est: pars a qua resolui crusta debet, aut

ex toto

ex toto putrescit, aut omnino putredine caret, aut his interiecta est, & tanquam media, cuiusA modi est illa quæ suppurat: [a] Hoc vbi accidit, vt scilicet vertatur in pus, & suppurare videatur, dantur vtiliter quæ pus mouent ad crustam resoluendam, facile enim per hæc tabescit, & a subiecta carne separatur. Hæc si pars putrescat, penitus aliena [b] sunt, cum putredinem augeant, quam maxime siccare, & coercere oportet: neque commode etiam dantur, cum pars neque putrescit, neque suppurat: expedit enim tunc vti magis siccantibus, sub quibus partim separabitur caro emortua, partim noua subcrescet, & crustam expellens, vlcus minus cauum efficiet. Vbi mouendum sit pus, vtiliter adhibetur butyrum recens, adeps suilla: cataplasma quod fit ex ijs, & folijs maluæ, ac radicibus althææ: vel quod constat ex farina triticea, & vitellis ouorum, aut ex pane, oleo, & aqua. Idoneum etiam est tetrapharmacum, & macedonicum. Vbi siccantibus ac detergentibus crustam resoluere consilium est, si putredo absit, leuiora sufficiunt, cum putredine, necessaria sunt quæ maximam habeant siccandi facultatem: atque vbi non sufficiant medicamenta, tãquã ad extremum remedium cõfugiendum est ad chirurgiam. Leuiora sunt farina erui cum thure, & melle, radix lilij tosta & trita, aut eiusdem folia per se trita, herba ononis, symphytum minus, succus porri, apij, acori, radix iridis, panacis, aristolochiæ cum melle. Est etiam idoneum cyziceanum emplastrum heræ. Sed vbi putredo adsit, efficacioribus [c] vtendum est, cuiusmodi sunt ea quæ erodunt, vt sandaracha, chrysocolla, ærugo æris, vel etiam adurunt, quemadmodum calx, atramentum sutorium, misy, chalcitis: cum meB dicamenta non sufficiunt, aduratur locus candente ferramento, id quod si a principio fiat [d] expeditissima curatio erit, nihil enim melius est quam protinus adurere, neque id grauissimum est, quoniam non sentit ea caro, quæ mortua est, finisque adurẽdi [e] est, dum ex omni parte sensus doloris, & tota caro putris in crustam degenerauit, sic quicquid putre est, cum crusta separatur, & vlcus purum restat, quod vbi sordidum appareat detergendum est radice dracunculi, sabina [f] cum melle, aristolochia, nitro rubro, arsenico, sandaracha, quæ vel ex acero teruntur, vel sicca imponuntur: eundem vsum præstat alumen scissile, atramentum sutorium, misy, chalcitis. Vlcus cum sordidum est, eget propositis medicamentis, quæ facillime feruntur, cum proxime sordem, & non viuam carnem attingant: sed vbi purum est, illa neque necessaria sunt, neque facile feruntur, sufficiunt enim pastilli, vt [g] Andronis, Pasionis, Polidæ, Musæ, ex passo temperati, qui siccant sine morsu, vnde natura facile carnem procreat, & vlcus implet. Quod vbi plenum est, cicatrice obduci debet per medicamenta adstringendi vim habentia, cuiusmodi est galla, malicorium, flos mali punici.

Ex symptomatibus, [h] febris eo modo curari debet, quo curari febres ardentes docuimus, nam & contra causam pugnandum est, hoc est contra carbunculum, per ea quæ supra posiC ta sunt, & contra morbum, refrigerando vniuersum corpus. Dolor cum vrget leniendus est, quod commode fit per refrigerantia simul ac relaxantia, quæ causam, hoc est multitudinem sanguinis crassi ac feruidi minuunt, ac temperant: commodissimum est ceratum liquidum, quod plurimum aceti [i] habeat, vt putredini etiam aduersetur, quo spectat etiã cataplasma ex ficis siccis, pane, & farina hordei.

a Gal. li. 5. prog. cõ. vi.
b Gale. 14. meth. c. 10.
c Cels. l. 5. c. 28. & li. 2. ad Gla. c. 2.
d Celsus li. 5. c. 28.
e Cels. ibi.
f Gal. li. 6. simp. ca. de sabina.
g Gal. l. 14. meth. c. 10.
h Vidus li. 5. de febribus c. 5.
i Gale. li. 1. simp. c. 31.

De Gangrena. Cap. V.

PRopositis tumoribus calidis, vt inflammationi, erysipelati, carbũculo, succedit [k] interdum gangræna; quamuis nonnunquam ab alijs causis oriatur; hanc igitur nunc tractabimus priusquam ad eos tumores accedamus, quos excitat frigidus humor: gangræna nomen græcum est, quod a latinis etiam vsurpatur, significat autem interitum [l] partis illius in qua versatur, si absoluta est absolutum, incipientem si inD cipit, siquidem vita illius partis quam occupat, aut extinguitur, [m] aut iam extincta est, maxime autem refertur ad carnem, vasa, & partes molliores, quæ vbi corrumpuntur, dicuntur græce non solum gangræna occupari, sed etiam [n] σαπρὰ μυδῶσαι, & σηπόμενα. Vbi os quoque & solidiores partes corrumpantur, hoc vitium græce nominatur [o] σφάκελος, siue iam absolutum sit, siue adhuc incipiens. Est igitur tam gangræna quam sphacelus, interitus vitæ, siue incipiens, siue absolutus, sed hic ad partes duras, [p] illa ad molliores refertur. Ad quascunque referatur, inuestigare oportet in quo consistat eius essentia, videtur autem consistere in magnitudine contra naturam aucta, cum ponatur a nobis in tumoribus, quod tamen perpetuum non est, cum accidere etiam gangræna possit parti non intumescenti, veluti cũ sine vllo tumore nimiũ refrigeratur, [q] non tamen iniuria refertur inter tumores, cum magna ex parte tumorũ vel magnitudinem, [r] vel prauam curationẽ consequatur. Sed cum sit extinctio vitæ, essentia ipsius nõ pertinet ad magnitudinem auctam, ad id enim refertur quo vita continetur, sed cum contineatur [s] calore, vitæ interitus in extinctione caloris consistit, tunc enim partes nostri corporis vita priuantur, cũ innato calore destituũtur, id quod & Arist. [t] testatur in libro de iuuẽtute, cũ scribit ea quorum stirpes e terra nascuntur σφακελίζειν, id est corrumpi cum extinguitur calidum, sed si gãgrænæ & sphaceli essentia interitu vitæ & caloris cõtineãt, nõ poterit in morbis numerari, quan-

k Gal. li. de tumoribus c. 8.
l Ga. ibi. & l. 7. aph. cõ. 50.
m Gal. ibi.
n Ga. l. 2. de fracturis com. 20.
o Gal. ibid.
p Ga. ibid.
q Gal. li. 2. ad Gla. c. 2.
r Gal. li. de tumorib. c. 8. & l. 7. apho. cõ. 50.
s Aris. li. de respir. c. 4.
t Arist. l. de iuuentute & senectute c. 2. & 3.

E quandoquidem morbus perinde ac sanitas, affectio est eorum[a] quæ viuunt, sed cum in morbis ponatur, dicendum est vbi pars nondum fit emortua, & calor extinguatur, morbum esse illius partis quæ affecta est, vbi extincto penitus calore iam emortua est, morbum tribui parti viuæ, cum qua nectitur illa, quæ mortua est, refertur autem tunc ad numerum, cum desideretur aliquid ex ijs, quæ adesse naturaliter solent, desideratur enim pars quæ emortua est, neque enim amplius est cum non viuat, nam viuere, (vt inquit Aristoteles)[b] viuentibus est esse, vt autem deest quod prius viuebat, ita superest contra naturam quod emortuum est. Duplici ergo nomine vitium spectat ad numerum. Sed cum calor nondum ex toto extinctus est, inopia caloris refertur ad temperationem immoderate frigidam. Morbus igitur aut in hac consistit, aut in numero præter naturam, vel aucto, vel imminuto, sæpe etiam concurrit magnitudo aucta, & tumor contra naturam.

Proxima causa gangrænæ est quidquid extinguere potest partium nostrarum calorem, qui partim[c] insitus est, partim influit à corde: destituitur pars ab eo qui à corde influit, cum vel ob morbus in corde, non distribuitur, vel ob arterias clausas non potest, etiamsi à corde transmittatur, penetrare in substantiam partis, sed proprius cuiusque partis calor interit, cum[d] vel a contrario extinguitur, vel alimento destituitur, neque enim retineri potest, nisi alatur, unde solus[e] ignis dicitur inter elementa nutriri. Contrarium autem à quo calor extinguitur, aut manifestum est sicuti frigus, aut obscurum, sicuti venenum, siue externum, siue in corporibus nostris contractum, quanquam maxima pars venenorum, frigore nos interimit. Ob contrarium F igitur, siue obscurum, siue manifestum, vt ob aerem, vel medicamenta valde[f] frigida, ob vim veneni extingui calorem constat, & effici gangrænam: quæ fit etiam cum ob inopiam alimenti, partem calor deficit. Huc spectat immoderata densitas, & raritas; efficit illa, vt calor in vnũ contractus statim deuoret, & absumat quicquid nanciscitur alimenti præparati, quamobrem necessarius est[g] perspiratus, vt fuligo exhalet, & minuatur calor, neque statim quod paratum est alimentum absumat. Referuntur ad densitatem, quæcunque vel adstringendo, vel obstruendo perspiratum impediunt, veluti multitudo sanguinis[h] in magna inflammatione, aut in suffusione. Eodem spectat etiam adstrictio arteriarum grandium, impedit enim perspiratum. Raritas vero, cum nimium exhalare permittat materiam extenuatam, quæ est pabulum caloris, ipsa quoque causa est cur alimentum deficiat, & simul intereat calor, & sequatur gangræna. Ad raritatem manifeste pertinẽt relaxantia, quæ ob iam dictam causam calorem interimunt: endem spectant putrefacientia, licet non ita aperte, in his enim quæ putrescunt a calore externo,[i] extrahitur humor, quod est pabulum caloris interni, qui propterea deficit, quod alimento destituatur. Incidit os in sphacelum, proprerea quod sanies à subiecta parte defluens[k] G ipsum putrefacit, vnde rarefit, & exhalante humore destituitur calore. Proxima igitur causa gangrænæ & sphaceli est, quicquid non finit calorem à corde ad ipsam influere, tum quicquid illum, qui in ea continetur, ob vim contrariam, vel inopiam alimenti interimit. Causæ vero quæ huic proxime antecedunt, sunt quæcunque manifeste vel obscure refrigerant, vel alimentum absumunt: non est autem quod causemur sanguinem multum aut crassum: cum etiam sine hoc à praua qualitate, à frigore aeris, à laqueis adstringentibus, oriri propositum vitium possit: sed proximam causam dicemus, quicquid proxime calorem extinguit, antecedentes vero illas, quæ idem efficiunt, aliquo interiecto medio. Symptomata in gangræna cum absoluta est, sunt actiones ablatæ partis in qua versatur: aufertur enim ex toto pulsus, ita ut nullo modo à tangentibus percipiatur, aufertur & sensus,[l] ita ut non doleat etiam si secetur: deinde affectus carnis, nigra enim fit, frigida tactui apparet, præterea mollis præter naturam, & flaccescens, ita ut cedat cum premitur digitis, non tamen reuertatur & assurgat. Videtur etiam cutis cum trahitur à subiecta carne separari. Omnia hæc cum gangræna fit, & nondum absoluta est, leuiora sunt, nam & pulsus quamuis exiguus fit, percipitur tamẽ nonnihil, dolet etiam pars cum secatur, neque omnino sensus est expers, & nondum frigida sentitur, non tamen calida: G caro nondum flaccescit, aut ex toto mollis est, sed talis fieri, cutisque a carne resolui incipit; color non amplius rubicundus[m] est, nondum tamen niger. Huiusmodi igitur sunt quæ gangrænam consequuntur, tanquam effecta causam. Recognoscuntur symptomata hæc sensu, & cum ipsis morbis, ita ut non opus sit gangrænam colligere ex causis, aut ex iuuantibus, cum satis denuncietur ab effectis, quæ cum absoluta sunt, absolutam gangrænam demonstrant: cum incipiunt, incipientem. Ex futuris, si gangræna nondum ex toto facta est, speratur salus[n] non solum totius corporis, sed etiam partis affectæ: si iam absoluta est, periit pars, & nequit amplius restitui, sed necesse est præcidatur,[o] ne contagione cæteræ partes corrumpantur: ubi autem præcidi non potest, ut in thorace & ventre, gangræna omnino exitiosa est, impertitur enim putredo cordi: sequitur autem interitus aliquando celerius, aliquando tardius, prout maior, vel minor est putredo: prout item pars affecta magis vel minus distat à corde. Sanatur gangræna non à natura, sed ab arte exiccante quod putrescit, vel pręcidente quod iam putruit, interitum vero affert, cum putredo cordi impertitur.

Curationis consilium duplex est, debet enim & prohiberi ne gangręna augeatur, & remoueri quæ iam facta est: ne augeatur prohibebimus si causas calorem extinguentes auferamus:

cumque

a Arist. l. de sensu & sensili tex. 4.
b Arist. l. 2. de an. tex. 37.
c Auer. li. 4 collig. c. 2.
d Arist. li. 3. coeli textu 52. & li. de iuuentute, & senectute c. 3.
e Arist. li. 2 de ani. tex. 43. & li. 2. de gen. & cor. tex. 50.
f Gal. li. 2. ad Gla. c. 2
g Gal. li. de vsu resp. c. 3
h Gal. li. de tumor. c. 8.
i Arist. li. 4. meth c. 1.
k Gal. l. 2. de frac. cõ. 20.
l Gal. li. de tumor. c. 1.
m Gal. ibi.
n Gal. li. 7. aph. cõ. 50
o Cellus li. 7. c. 33.

A cumq; maxima ex parte extinguatur à multitudine sanguinis in magna inflammatione per-
spiratum [a] prohibente, dare operam oportet, ne vltra ad locum affectum feratur. Quamobrem a Ga. li. de
vtendum victus ratione tenui, & larga sanguinis missione, vt in curatione inflammationis do- tumo. c. 8
cuimus. Si non multitudo sanguinis, sed alia causa, vt frigus, vinculum arteriatum, putredo, ca
lorem extinguat, illa quoque remouenda est: resoluere enim vinculum oportet: temperare fri
gus, auferre putredinem. Cum gangræna absoluta est, non potest [b] emortua pars curari, sed ne- b Gal. li. 7.
cesse est præcidatur, nam vt inquit [c] Poeta ille, immedicabile vulnus, Ense rescindendum ne aph cō 50.
pars syncera trahatur. Illa quæ nondum absoluta est & in qua nō perit ex toto pulsus, aut sen c Ouidius
sus, curari potest: [d] curatur autem cum educitur sanguis, qui in affecta parte continetur, [e] & ip Metamor.
sa exsiccatur: cum sanguis manet, quoniam à quacunque causa fiat iam refrigeratus est, & pro d Ga. ibid.
pterea corruptus, non potest sanari gangræna, necesse est igitur exhauriatur, cumque ob crassi e Ga. l. 2. ad
tudinem digeri sub medicamentis nequeat, effundendus est, pluribus locis incisa cute [f] satis al Glau. c 9.
tis plagis: si qua insignis vena in affecto loco turgeat, prius vincienda est, deinde aperienda ne f Gal. ibid.
cum sanguine vita fundatur: sed siue secetur cutis, siue aperiatur vena, emittendus est sanguis
ille niger, & crassus, ac frigidus, qui in vitiata parte continetur, deinde exsiccandus vehemen-
B ter locus est, vt materia putredinis penitus subtrahatur: commode itaque detergitur locus
spongia ex lixiuio salso expressa, ad eundem vsum imponitur medicamentum, quod habet flo
ris æris, aluminis, mellis, & aceti pares portiones inter se mixtas, & concoctas, absumit enim g Gal. ibid.
quod putre est, neque vltra serpere putredinem patitur. Eodem spectat & [g] cataplasma ex fari
na hordei, fabarum, & oxymelle: præterea pastillus Andrônis, Pasionis, Polydæ: tum id quod
accipit farinæ fabarum, erui, lentium, lupinorum, singulorum lib. semis, succi absinthij, salis,
vtriusque vnc. j. quæ ex lixiuio & passo quantum satis est bulliunt. Idem præstat emplastrum [h] h Gal. l. 6. ca
Isiodori Antiochæi, quod habet argenti spumæ ℥. iv. æruginis rasæ ℥. viij. olei vnc. iv. quæ mixta tagen. c. 9.
incoquuntur, & spata lignea dimouentur, dum emplastrum viride fiat, quod rursus contundi-
tur, adiectisque olei vnc. iv. in olla coquitur, dum ad mellis colorem perueniat, tum tertio in ol
la concoquitur dum rubrum fiat, teriturque & coquitur quarto, & in vase ex rubro ære serua-
tur. Danda etiam opera est, ne putredo sanas partes prehendat, quod fiet si superimponatur
cataplasma, quod accipit, olei rosei acerbi, myrrhei, vtriusque vnc. iij. succi plantaginis, solani,
vtriusque vnc. ij. quæ omnia simul bulliunt, dum absumātur succi, tum additur ceræ albæ vnc.
j. semis, farinæ fabrarum, lentium, hordei, singulorum vnc. semis, santali cuiusque ℥. ij. boli ar-
meni vnc. j. baccarum myrtbi ℥. j. quæ omnia liquefacta cum oleis bulliunt, dum bene inter
C se misceantur. Gangræna quæ iam facta est, si præcidi non potest, quemadmodum in thorace
& ventre, desperata res est: tantum polliceri salutem possumus, ubi quod emortuum est præci
di potest. Præciditur interdum nō tota pars, sed aliqua eius particula iam corrupta, ut aliquid
carnis in clunibus: interdum necesse est totam partem [i] præcidere, vt pedem, manum, partem i Celsus l. 7
genitalem, [k] vbi videlicet tota in orbem corrupta est: id quod in attica pestilentia obseruatum c. 33.
fuisse testatur Lucretius [l] cum ait: k Gal. li. 2. ad Gla c 9 l Lucretius lib. 6.

„ *Et grauiter partim metuentes limina lethi*
„ *Viuebant ferro priuati parte virili,*
„ *Et manibus sine nonnulli, pedibusq́; manebant.*

Verum partes genitales expedite ac tuto præciduntur, quod cōtra accidit membris, vt cru-
ribus, brachijs, pedibus, manibus, quæ Hipp. [m] præcidi iubet, non tantum ob gangrænam quæ m Hip. li 4
oritur ex pestilentia, sed ob illam etiam quæ superuenit vulneri, ex quo prodeunt articuli nu- d ar. tex. 36
dati: magisque terrere ait eiusmodi curationem cum accipitur, quam cum adhibetur. Secari
autem iubet membrum ad articulum, spectans ad celeritatem, multum siquidem temporis ab-
D sumitur, cum qua parte crassiora sunt, membra secantur: cumq; duplex [n] periculum immineat, n Celsus
vnum ne, dum sectio adhibetur, anima ob dolorem deficiat: alterum ne postquam adhibita 7. c. 33.
est, nimium sanguinis effundatur, vtrique occurrit, ac priori quidem secando membrum, qua
parte emortua caro est, cauendoque ne violentur quę sentiunt: si quid autem tunc emortuę car
nis restat, cum non amplius putrescat, non poterit integram, quæ adiuncta est, contaminare,
sed abscedet. At ne sanguis erumpat, nullum periculum est, cum adhuc restat aliquid carnis
emortuæ, nam ille qui in eius venis continetur iam concretus, exitum intercludit illi, qui conti
netur in sanis: sed cum emortua caro abscedit, tunc cum non supprimatur amplius, periculum
est ne effundatur, cui occurrit Hip. [o] membrum paulo sublimius collocando, ita vt nullo modo o Hip. li 4.
in inferiorem partem inclinetur: si qua autem sanies interea retineatur, quod mēbrum sursum d art. a tex.
spectet, idoneo vinculo postea exprimenda est membro deorsum spectante, & vlcus ad cica- 36. ad 39.
tricem perducēdum. Distat ab hac curatione Hip. illa, quam recentiores adhibent, in duobus:
vnum est, quod in carne excidenda magis detrahunt aliquid ex sana, quam aliquid relinquant
ex vitiata: alterum, quod sectione adhibita, candenti ferramento plagam adurunt, tum ea
medicamenta superimponunt, quæ adustis aptantur, dum paulatim crusta separetur, & vlcus
cicatrice obducatur. Vtrumque, vbi adhuc serpat putredo, & gangræna subinde prehen-

dat partes superiectas,necessarium est,quod accidit,cnm ex nimia sanguinis copia magna in- E
flammatio in gangrenam degenerat,tunc enim periculum est,siquid relinqnatur putrescentis
adhuc carnis ne eam contaminet,quæ vicina est:vstio vero,quod putredini adhuc serpēti ad-
uersatur & sanguinem supprimit,qui plurimus effunditur, cum integra pats secatur: Sed ubi
iam finita putredo sit, neque amplius fiat,præstat Hippoc.curationem eligere. Dum secatur[a]
os,idonea serra vtendum esse,postea vero ossis frontem quam exasperatam reliquit,læuandā,
clatius est,quam vt exponi debeat.

De œdemate. Cap. VI.

Iunt etiam tumores ab humoribus frigidis, vt à pituita[b] œdema, ab atra bile[c]
cancer,& elephas,[d] ab humote aquoso hydatides: de quibus nunc agemus,sum-
pto initio ab œdemate,quo nomine Hippocrates[e] quemuis tumorem,recentiores
proprie illum appellant,qui oritur a pituita,laxus,doloris expers, sub pressu desi
dens,ita ut prementium digitorum vestigia retineat.Hunc tumorem cum Hippo-
crates[f] significare voluit,non dixit simpliciter œdema,sed adiecit laxum sine dolore,ac digi-
tis cedentem: Latine vero nomen non inuenit, ita ut vel circumscribendum sit,uel vocandus F
Græco nomine œdema:cuius essentia cum sit tumor, consistit in magnitndine præter naturā
aucta,cnmque fiat à materia frigida,in temperatione frigida.Proxima causa eius est pitnita[g]
tenuis,nam crassa[h] scirrhum facit,qui cum fiat etiam sub atra bile,in sequentibns tractabitur
vbi eos exposuerimus tumores,qui proprie fiunt ab humore melancholico:quod si pituita nō
sit pura,sed mixta cum flatu,vel cum alio humore,vt cum sanguine,flaua, vel atra bile,non fa
cit purum œdema,sed spurium,cum particeps sit illius tumoris quem efficit materia, cum qua
miscetur.Causæ quæ huic proxime antecedunt, illæ sunt per quas pituita, aut paulatim colli-
gitur in loco affecto,aut aliunde influit.Colligitur paulatim[i] ob imbecillitatem concoctricis,
vel expultricis facultatis in parte affecta,ob caua & canales minus patentes,ob crassitudinem
eius quod depellendum est.Influit aliunde ad partem affectam, cum non potest sustineri ab
alijs partibus, quibus ob copiam magis,quam ob qualitatem molesta est: redundans enim in
illis transmittitur ad affectam, tanquam ad maxime imbecillam, quod euenire cernimus his
qui[k] phtbisi,hydrope,aut malo totius corporis habitu laborant, hi enim cum non bene alimē
tum concoquant,magnam vim contrahunt pituitæ, quæ ad pedes & crura descendit,ubi ma-
xime fiunt œdemata,nam ob alias causas fiunt etiam in alijs partibus,cum scilicet transmitri-
tur pituita ab alijs partibus,ad imbecillam, vel eum attrahitur à parte affecta, siue calefacta G
sit,siue doleat,quemadmodum solent quæ contusæ sunt: quanquam in his œdema non solet
exquisitum fieri,sed spurium,quod in ipsis ob imbecillitatem caloris contrahatur flatus, qui
cum pituita miscetur.Symptomata in œdemate nulla esse magni momenti solent,quę propriā
curationem desiderent,neque enim adest dolor distendens,[l] aut pulsus molestus,qualis in tu-
moribus calidis percipitur,quod pitnita magis humida qualitate relaxet,quam distendat par
rem affectam,aut premat,ita vt arteriæ[m] in ipsa libere moueantur:at neque febris etiā[n] adest,
cū humor frigidus sit,neque facile ibi putrescat, aut putredinē & calorē cordi impertiat, nisi
supputet: nam sic & febrem,[o] & dolorem affert:quod si vel flatus,vel alius humor,cum pitui
ra mixtus sit,accedunt œdemati symptomata,quæ illum tumorem sequuntur,qui ab humore
proficiscitur,qui in œdemate cum pituita miscetur, sed validiora,aut imbecilliora, prout ille
humor parcius,aut copiosius cum pituita iungitur.Recognoscitur œdema,si sit in partib. inter
nis,mente dunraxat,colligitur enim ex causis, ex his quæ prosunt aut obsunt,ex effectis:si oc-
cnpet partes externas,sub sensum cadit, quo percipitur descriptus tumor laxus sine dolore,
qni pressus digitornm vestigia retinear.Color in parte affecta subalbidus est.Causa proxima,
hoc est pituita ex his,quæ concurrunt simul in proposito tumore, deprehenditur, quanquam H
potest etiam conijci ex causis,& ex his quæ prosunt,aut obsunr. Vbi œdema spurium sit,de-
prehenditnr ex his quæ in ipso apparere diximus,sed mixtis cum alijs,quæ alios tnmores se-
quuntur.Quod spectat ad præsagitionem futurorum,euentus expectandus est salubris, cum
neque morbus magnus sit,neque causa praua,neque symptoma aliquod graue: At neqne il-
lud etiam symptoma,quod hydropi, aut phthisi superuenir, periculosum existimari debet,si-
quidem periculnm tunc tribui[p] debet illis morbis,quos sequitur œdema,non œdemati. Tem
pus curationis diuturnum est ob frigus materiæ, quæ non nisi diuturnitate temporis concoqui
tur,aut adimitur. Perueniunt œdemata interdum ad sexagesimum diem, sed longe breuiora
sunt,ubi cum pituita,uel flatus iungitur vel humor aliquis calidus. Quod si cum œdemate co-
pulentur vlcera,necesse est diuturna sint,& ægre sanentur,quemadmodum illa[q] quæ accidunt
hydropicis.Via qua sanatur œdema est,quod pituita concoquatur ac digeratur, partim a na-
tura,partim ab arte:quanquam aliquando etiā suppurat,sed tunc[r] febres,& dolores accidūt.
In curatione œdematis,distinguere primnm oportet, num sequatur alium morbum, ut hy-
dropem,[s] vel pbthisim, an fiat a materia alioquin transmissa, vel attracta. Id quod sequitur
hydro-

- a Celsus li. 7. c. 33.
- b Gal. li. 14. meth. ca. 4.
- c Gal. li. de tumo. c. 7.
- d Ga. li. de tum. c. 14.
- e Ga. refert li. 3. de offi. c. 30. & 4. 6 epi. com. 1.
- f Hip. de prognos. 34. & Ga. li. 3. de cau. symp. c. 1.
- g Ga. loc. citato & li. 2 ad Gla. c. 3
- h Gal. li. de tum. c. 9 & li. 2. ad Gl. c. 4. & lib. 5 simpl. c. 9.
- i Ga. l. 2. de dif. feb. c. 11
- k Gal. li. 2. ad Gla. c. 3
- l Ga. li. 3. de cau. symp. c. 1.
- m Ga. li. 2. de loc. af. c. 3
- n Gal. li. 3. acutorum com. 13.
- o Ga. lib. 2. aph. 47.
- p Gal. li. 2. ad Gla. c. 3
- q Gal. li. 6. aph. com. 8
- r Hip. li. 2. aph. 47.
- s Gal. li. 2. ad Gla. c. 3

A hydropem,vel phthisim,tantum remedia [a] postulat quæ conueniant loco affecto,in alio necef- a Ga.ibi & li.14.meth. c.4.
se est etiam habere rationem totius corporis,præsertim vbi multa redundet pituita:danda igi-
tur opera est,ne hæc contrahatur in corpore,neue quæ iam contracta est,feratur ad locum af-
fectum.Ne contrahatur,fiet victu tenui atque extenuante,quem tractauimus cum ageremus [b] b Vidus li. 16. de cur. gen. par. 1.
de curatione causarum,& proprie ipsius pituitæ.Quæ iam contracta est,purgari debet cathar-
tico,quod ipsam educat,neque necessaria est missio sanguinis,cum neque morbus magnus sit,
neque fiat à plenitudine.Ne transmittatur à parte,curari hæc debet,velut caput idoneis præ-
sidijs:ne recipiatur in parte affecta,confirmanda hæc est, quo spectat vsus repellentium,ne ac-
trahatur ab eadem , temperandus est calor,leniendus dolor , quemadmodum in contusis.Ea
vero pituita quæ continens causa est œdematis,detrahi debet ex affecto loco,quod principio
fit per repellētia a quib.[c] cogitur reuerti ad partes vnde venit , dein per digerentia, à quibus c Ga.li.13. meth.ca.9. & lib. artis medi c.95.
conuersa in vapores discutitur.Repellentia non debent esse valida,sed leuiora, & mixta cum
digerentibus,cum humor frigidus sit , vtiliter autem superimponitur spongia noua,uel si hæc
non est,alia quæ abluta [d] sit ex lixiuio ac nitro,sed siue noua siue abluta detur,prius ex [e] posca d Galc.14. meth.ca.4. & lib. 2. ad Glau.c.3.
madefieri debet,deinde exprimi , & superimposita alligari , sic vt fascia incipiat ab inferiori
B parte,& ibi arctetur vehementius super œdema, deinde sursum versus feratur subinde magis
laxa,quemadmodum præcepit Hippo.[f] in fracturis ad repellendum,quæ vincendi ratio tantū
membris accommodatur,neque enim aptari potest partibus, quæ non possunt in orbem circū- e Gal li.14 meth.ca. 4.
dari,vt ventri,thoraci,aut dorso,quibus eiusmodi spongiam super datam eo modo quo licet ,
vincimus.Hoc pacto igitur cōuenit à principio repellere:processu temporis si non cedat œde- f Hip.li.1.de fractu. tex. 25.&26 & Gal.li.2 ad Glau c.3.
ma,posca [g] minus diluta sit , multumq.aceti accipiat , non tamen plus quam vt bibi possit:ubi
corpus durius sit,in eiusmodi posca augetur acetum.Potest & pro spongia ex posca admoueri
[h] linum ex lixiuio & alumine expressum.Adhibetur etiam vtiliter ad repellendum ac digeren- g Ga. ibid.
dum medicamentum,quod accipit florum chamæmeli,stœchadis,rosarum,myrthi , absinthij, h Ga. li.14. meth c.4.
singulorum.M.semis,florum mali punici,nucum cupressi,vtriusque.M.1.semis,saluiæ,libanoti
dis,iunci rotundi & odorati,singulorum paululum:aluminis liquidi , salis vtriusque vnc.1.se-
mis,bulliant ex posca & lixiuio,dum absumatur tertia pars , quo deinde madefiat spongia.In
vigore si dolor est,inunge locum oleo anethino, vbi desijt dolor,vtendum est solis digerentib.
vt betonica decocta ex aceto & lixiuio cū sale,valet cataplasma quod accipit parietariæ M. 1.se-
mis,florū chamæmeli,meliloti,stœchadis sambuci singulorum M.1.farinæ fabarū,erui,lupino
rū cuiusq.vnc.iv.olei anethini,amygdalarū amararum cuiusque vnc.ij.adipis gallinaceæ veru
C stæ vnc.1.quæ contundi debent contundantur , & super prunas in olla adinuicem cuncta mi-
sceantur,& fiat cataplasma. Valet præterea & creta cū sale,siue cū aqua marina, veluti & gy-
psum codē modo.Si suppuret œdema,utendum pus mouentibus,deinde vel secandus,uel can
denti ferramento adurendus locus est,& educenda pituita, & curandum vlcus vt conuenit.

De cancro. *Cap. VII.*

T à pituita fit œdema,ita ab atra bile cancer,qui Græce καρκῖνος, siue καρκίνωμα dici-
tur,ducto[i] vocabulo à cancer animali,quod vel quasi radicib. in fixus firmiter hæ- i Ga. l.defi nit.med.& l.2.meth.c. 2.& li.2.ad Glau.c.10.
reat,perinde atq;ea quæ cancer mordicus tenet,vel eiusdem imaginē repræsentet,
venis quæ vtrinq.quasi tumoris radices appareant eidem adnexæ perinde ac cru-
ra corpori cancri animalis.Morbus,ad quem cancer refertur , cum sit tumor contra naturam,
consistit in magnitudine aucta. Sed quia cum tumore copulatur immoderatio siccitatis , quæ
sequitur atram bilem,à qua [k] pendet;præterea inæqualitas quædam frigoris & caloris,cū eius k Gal.li.1. aph com. 2.
modi humor naturaliter frigidus,propter vstionem caloris particeps reddatur,quemadmodū
D elephas,immoderatam quoque temperationem habet:est enim cancer ueluti elephas partis.
Plerunque etiam cancro non secus atque herpeti vlcus accedit : quanquam interdum sine vl- l Gal. li. 2. ad Gl c.10.
cere est.Fit autem cancer non in toto corpore,sicut [l] elephantia : non in cute duntaxat , sicut
lepra,sed in partibus,quæ cute teguntur,siue externis,siue internis.Causa cōtinens,vt elephā- m Ga. li.1. aph. c.2 & lib. de atra bile.c.4.
tiæ & lepræ,ita etiam cancri est atra bilis,[m] in quam degenerauit vel flaua , vel humor melan-
cholicus propter vstionem.Cæterū humor melancholicus cū naturalis est,& nondū vstus,pro
cancro facit alteram [n] scirrhi speciē,quam in sequentibus exponemus. Fit igitur proxime can n Gal. li.de tum.ca 9.
cer ab [o] atrabile,quæ residet in uenis,neque ob crassitudinem penetrare potest [p] in parua fora o Ga. ibid.
mina illarū partiū,quæ iuxta sunt,sicut penetrat humor melācholicus,qui scirrhū facit: si atra p Gal. li.de tumor. c.7.
bilis mitior fuerit,cancrū efficit sine vlcere,si [q] acrior,ulceratum.Fit autem acrior,cum uel ma
gis aduritur ac putrescit,uel ex acriori humore oritur:deterior.n.est,quæ [r] ex flaua bile,quam q Ga. ibid.
quæ ex humore melancholico:ex quocunque ēt humore gignatur, quanto diutius manet in lo r Gal. li.3. preg c 27.
co affecto,tāto magis putrescit atq.aduritur,& acrior efficitur : Vnde humor melācholicus,
qui principio scirrhū facit, cum processu temporis putrescit,conuertit scirrhum in cancrū,& si s Gal li.14. meth. c.10. & li.de atra bile c 4.
magis putrescat,atq.aduratur,cancrum prius nō ulceratū exulcerat.Varietas ergo atræ bilis ,
uarias efficit cancri differentias:Quod si ualde [s] efferuescat,pro cancro facit carbunculū, qui ul-

cus habet cum crusta. Causæ antecedentes sunt illæ omnes, per quas atra bilis fertur ad locũ, E
affectum, siue materiam suppeditent, ex qua gignitur, veluti lentes, brassica, caseus vetus, vinũ
a Ga. li. 3. d loc. aff. 7. & li. de atra bile c. 4. [a] nigrum crassum, caro limacum, leporum, ceruorum; siue vim habeant effectricem eiusdem, veluti temperatio valde calida & sicca viscerum, quam foueant externa similiter immoderate calida & sicca, siue eandem atram bilem solitam effundi, vt ex venis ani aut vteri retineant: nam solet mulieribus, quibus menstrua non respondent, cancer nasci in mammillis. Eodem
b Gale. li. 2. ad Gla. c. 10 spectat imbecillitas[b] lienis, qui non allicit ad se fæcem sanguinis, ita vt non expurgetur, sed distribuatur per venas, vnde a natura deinde transmittitur ad partes imbecillas. Quanquam interdum ob calorem vel dolorem, ab ipsis non tantum admittitur, sed etiam attrahitur: ibi autem putrescens, cancrum efficit. Symptomata, quę cancrum consequuntur insignia, sunt dolor onerantium, ac pungentium sensum repræsentans; sentiuntur enim circa locum, quasi puncta: sentitur & veluti torpor. Præterea febris, quæ non semper iungitur cum cancro, sed solum cum ualde putrescit atra bilis, velut illa, quæ cancrum efficit vlceratum.

Recognoscitur cancer cum grandior est sensu, ita ut neque vulgares lateat, qui cum tumorẽ
c Ga. lib. 2. ad Glau. c. 10. cernunt, media parte animalis corpus, sed venis, quæ[c] vtrinque à lateribus inflatæ recurruantur, crura eiusdem repræsentantem, coloris liuidi, aut nigri, statim cancrum esse dicunt. Cum cancer incipit, eadem incipiunt omnia; adeo tamen exigua sunt, vt tantũ cognoscantur[d] a me
d Ga. li. 14. meth. c. 9. dico, quemadmodum herbæ, quæ nuper e terra emergunt, tantum peritis agricolis notæ sunt, F
sed vt hæ processu temporis cum augentur, ab omnibus fere comprehẽdũtur, ita etiã cancer.
Neque difficile est, inter hunc & scirrhum internoscere, cum pars laborans scirrho, aut sensus
e Galc. li. 2. ad Gla. c. 4. sit expers,[e] aut certe doloris: & humor, a quo fit, non resideat in venis, sed in paruis foraminibus partium, quæ iuxta sunt, naturalisque sit, & nondum vstus. Contra in cancro sentitur do-
f Ga. li. 2. ad Glau. c. 10. & l. de tum. c. 7. lor, venæ assurgunt distentæ vtrinque a lateribus, cum humor, a quo proficiscitur,[f] contineatur in ipsis, & non in paruis foraminibus. Adde quod non est naturalis, sed vstus. Facile igitur cancrum ab eo scirrho distingues, quem facit humor melancholicus. Proxima vero causa, hoc est,
g Gal. li. de tumor. c. 7. atra bilis,[g] vel ex ipso morbo conijcitur, qui non potest fieri ab alio humore, quam ab atra bile, quam mitiorem esse intelliges, si cancer sit sine vlcere,[h] acriorem, si vlceratus. Symptomata,
h Gal. ibid. vt dolor ille, quem commemorauimus, & febris, sub sensum cadunt, adeo ut nõ opus sit signis,
i Ga. l. 2. ad Glau. c. 10. ex quibus colligantur. Ex futuris, euentus triplex expectari in cancro potest, salubris, exitiosus, & medius inter vtrumque. Cum cancer adhuc[i] incipit, & paruus est, cedit partim catharticis atram bilem educentibus, partim repellentibus ac digerentibus, ita vt sequatur salus: sed cum inueterauit, cum a materia valde acri ac putri, vt a flaua bile vsta ortus, habet adiunctum vlcus: cum occupat vel magnum spacium, vel partem nobilem, ita vt excidi nequeat: cum grauia sunt symptomata: cum tanta est putredo, ut impertiatur cordi, hominem conficit. At vbi G
uel tolli non potest, quod non cedat catharticis, aut repellentib. ac digerentibus, uel tuto ex-
k Gal. ibid. ciditur[k] vna cum parte affecta, exitus neque salubris dici potest, neq. perniciosus, sed medius cum neque homo intereat, neque sanetur: sed vel maneat in eodem statu, prohibeaturque augeri, & homo hoc pacto ad senectutem perducatur, uel excisa parte una cum cancro, desit aliquid, quod naturaliter adesse deberet. Tempus a die, quo expectari salus, aut interitus potest, longum est; nam si sanari debet atra bilis, quæ terrena est, adeo hæret in venis, ut diu maneat, priusquam euelli possit. Ille vero, qui perniciosus est, non statim interitum affert, sed post diuturnius tempus: celerius tamen, uel tardius, pro maiori vel minori copia, & prauitate materię: prout item vlceratus est, uel non vlceratus: in loco præcipuo, vel ignobili. Via sanationis, interitus, aut medij status, satis iam exposita est in his, quæ de triplici euentu diximus; ostendimus enim, in quibus vnumquemque euentum colligere liceat, unde facile via quoque intelligitur.
l Gal. li. 14. meth. c. 9. Consilium in curatione cancri duplex necessarium est, cum primo prohibere[l] oporteat, ne augeatur, deinde remouere eum, qui iam factus est. Ne augeatur prohibebimus, si demus operã, ne atræ bilis copia contrahatur, neve ea, quæ iam contracta est, feratur ad locum affectum. Nõ contrahetur, si non magis gignatur, quam naturaliter conueniat, & ea quæ gignitur, ut secun-
dum naturam conuenit, detrudatur. Non gignetur, si remoueatur efficiẽs, & materia. Efficitur, H
à calida & sicca temperatione uiscerum, ope externorum similium, quę si refrigeretur & madefiat, non poterit amplius atram bilem efficere. Materiam suppeditant esculenta, & poculenta
m Ga. l. 3. d loc. aff 7 & li. de atra bile c. 4. crassa, terrena,[m] ut lentes, brassica, caseus uetus, caro bubula ceruina, leporina, uinum crassum nigrum, à quibus abstinebit ægrotans: sumet autẽ modice refrigerantia & madefacientia quæ boni succi sint, ut cremorem ptisanæ,[n] serum lactis, maluam, atriplicem, blitum, cucurbitam, pi-
n Gal. li. 2. ad Gla. c. 10 sces saxatiles, aues omnes exceptis palustribus. Quod si atra bilis quæ naturaliter gignitur, nõ detrudatur, sed feratur per venas cũ sanguine, curare lienẽ oportet à quo allici debet, & uias
o Gal. ibid. aperire vnde ex corpore solet educi. Aperiantur venæ uteri, si[o] retenta sint menstrua: venæ ani, quibus solitæ sunt melancholicum sanguinem fundere. Hoc itaq; pacto prouidebimus ne atræ bilis copia amplius contrahatur: Illa uero quæ iam contracta est, ne feratur ad affectum locum, dirigere consilium oportet, partim ad ipsam, partim ad locum transmittentem, partim
p Gal. li. 14. meth. c. 9. ad recipiẽtẽ. Ipsa quidẽ purganda[p] est catharticis, a quib. proprie educatur, (μελανάγωγα Græ-
q Gal. ibid. ce nominantur) ad quem usum cõmode dantur quatuor drachmæ epithymi[q] cũ mulsa, aut se-

A ro lactis, aut drachma vna radicum veratri nigri cum cremore ptisanæ, aut hiera composita cũ veratro, aut confectio quam Nanecch dicunt, seu catapotia fumariæ Auicennæ, vel de lapide lazuli, aut armeno Mesues. Prohibet eiusmodi purgatio, ne cancer incipiat, neve qui iam factus est augeatur, præterquam quod eum qui nuper incepit, & adhuc paruus est, vt mox ostendemus, interdum [a] sanatur, non tamen sufficit semel adhibita, sed iteranda est, vicissimq; [b] præparanda est atra bilis lenientibus ac madefacientibus, veluti syrupo de Pomis, de fumo terræ, de lapidis, de succo borraginis, seu etiam buglossæ, ac deinde purganda medicamentis paulo ante relatis. Pars à qua transmittitur ad affectam, curanda est, ne redundet amplius eiusmodi humor, aut cogatur expellere. Pars quæ accipit, si etiam attrahat ob calorem vel dolorem, postulat quæ illum refrigerent, hunc leniant, si tantum accipiat, confirmanda [c] est, ne vlterius transmissum admittat, id quod fiet adhibitis repellentibus quæ quoniam spectãt etiam ad morbum factum, ad ipsum iam transire cõuenit. Cancer ergo qui iam factus est curatur perinde atque alij tumores detracta causa continente, id quod à [d] principio facile succedit, cum paruus est morbus, & humor nõdum adstrictus, à catharticis enim iam dictis educitur ex venis, in quibus continetur & ita purgatur, vt cancer finiatur: [e] quod si paulo maior sit neque cedat cathar
B ticis, nondum tamen inueterauerit, aut ad insignem magnitudinem peruenerit, curatur detracta materia modice repellentibus [f] ac digerentibus, sola repellentia non conueniunt, cum subijs ob crassitudinem [g] cogi non possit reuerti ad partes vnde venit, neque etiam expediat ob prauitatem, ita ut potius digerenda sit; necessaria tamen sunt repellentia [h] vt firmiorem reddant locum affectum, ne admittat amplius materiam, quæ augere cancrum possit. Sint igitur medicamenta mixta simul digerentia & repellentia, non imbecilla, quod nihil proficerent [i] si non valida quia locum exasperarent, sed mediocria, quæ debent etiam esse lenia [k] ac morsus expertia, ne locum affectum exasperent. Quo fit ut mollientia, quæ alioquin ob duritiem conuenirent, aliena sint: imponatur ergo affecto loco linteum duplex madefactum succo [l] solani, qui subinde infundatur, ne linteum siccescat. Eodem spectant metallica vsta, & elota, & quæ ex ijs componuntur, vt quod fit ex pompholyge, [m] vel chalcitide. Huiusmodi est etiam cyzicænum Heræ. [n] valet & medicamentum Apollonij, quod accipit olei rosei, vel acerbi, spumæ argẽti, cerussæ, singulorum lib. I. oleum autem in mortario plumbeo, pistillo similiter plumbeo agitatur dum crassitudinem acquirat, & plumbi colorem contrahat, deinde miscetur cum spuma argenti & cerussa: quamquam solum etiam accommodatur ob vim plumbi, quam acquirit. Idoneum etiam est per se, [o] plumbum vstum atque elotum, utiliter quoque inspergitur pul
C uis ex pari portione cancrorum [p] fluuiatilium vstorum, & cadmiæ compositus. Commodum est & cataplasma, quod fit ex terra lemnia & succo semperuiui, vel vmbilici veneris, aut lactucæ. At cancer qui iam vetustus est ac valde prauus, non cedit medicamentis neque curatur, nisi vna cum ipso præcidatur [q] pars in qua residet, ita vt veniendum sit ad sectionem, ac chirurgiã, quam Hip. [r] in cancris occultis non admittit, nam si non curentur, homo cum minori molestia diutius viuit, si curentur, citius interit cum maiori tormento. Occultos intelligit Gal. [s] eos, qui vel nondum vlcerati sunt, uel non occupant externas partes. Hos vetat Hipp. [t] secari: tantum ergo licet excidere non occultos, hoc est qui in partibus externis sunt, & vlcerati, modo non sint ualde magni, aut prope partem præcipuam, sed ab hac distent, & ita parui sint, ut tuto excidi possint [u] vna cum radicibus, hoc est una cum venis, quæ videntur cancri crura. Excidemus igitur vna cum vitio partem affectam, qua excisa statim ex venis quæ restant exprimendus [x] sanguis est, ne nouum cancrum efficiat, & adurendus locus, [y] ne nimio sanguinis fluxu vires cõuellantur. Superdabimus deinceps quæ crustam separent leniter siccando, ac detergendo, ut farinam hordei cum succo apij: aut resinam terebinthinam cũ melle: vitabimus quæ nimis detergunt, ne locus exasperetur, & quæ putrefaciunt, ne putrescat. Vbi crusta resoluta erit, carne implere sinum oportebit; quo pertinent medicamenta carnem gignentia, moderate siccantia ac detergentia, cuiusmodi est puluis sarcoticus, postremo [z] veniendum erit ad ea quæ cica-
D tricem inducant. Quod si ob iam dictas causas non liceat uti chirurgia, censendus erit cancer insanabilis, at non propterea sine vllo præsidio relinquetur, sed dabuntur quæ quasi blandiantur, vt homo cum minori molestia viuat: huiusmodi sunt [a] succus solani, lactucæ, plantaginis, semperuiui, uel oleum acerbum, aut roseum, quæ in mortario plumbeo, pistillo item plumbeo dimota fuerint, dum & crassitudinem, & plumbi colorem contraxerint. Vlcus etiam abluendũ erit lacte [b] muliebri, uel passo, uel cremore ptisanæ, uel aqua in qua bullierit hordeum, rosa, plãtago, aut caricæ, quod si nimis caro excrescat, sine dolore absumetur aspersο puluere ex argento liquido, quem præcipitatum appellant, deinde ulcus nutriemus medicamento quod fit ex cadmia. Aduersus symptomata pugnabimus etiam per remedia idonea, ut per lenientia dolorem, qualia sunt oleum roseum, vel omphacinum, & succi superius positi. Febri vero medebimur idoneis auxilijs proprio loco explicatis.

a Gal. li. [illegible] ad Gla. c. 10
b Gal. li. 14 meth. c. 9
c Gal. li. 14 meth. c. 9
d Gal. li. 2 ad Gla. c. 10
e Ga. li. 14 meth. c. 9
f Gal. ibid.
g Gal. ibid.
h Ga. ibid.
i Gal. ibid.
k Ga. ibid.
l Gal. 2. li. ad Gla. c. 10
m Gal. ibi.
n Gal. 5. ca [illegible] c. 7.
o Gal. li. 9. simpl. c de plumbo.
p Aui. li. 4. fe. 3. tr. 3. c. 18.
q Gal. li. 2. ad Gla. c. 10
r Hip. li. 6. aph. 38.
s Ga. in co comm.
t Hip. ibid.
u Hip. li. 14 meth. c. 9.
x Ga. ibid.
y Gal. li. 2. ad Gla c. 10
z Ga. li. 14. meth. c. 9.
a Gal. li. 2. ad Gla. c. 10
b Ga li. 10. simp. ca. de lacte & sero lactis.

De elephantia. *Cap. VIII.* E


Ancro iam exposito qui partem corporis occupat, respondet elephas [a] in toto, tanta autem est inter vtrumque similitudo, vt hic dicatur caucer totius, ille vero, elephas partis: idque merito, cum ab eadẽ causa proficiscantur, vt paulo post mõstrabimus: Iure igitur cancro elephantem subijcimus: vocatur autem à græcis, nõ modo ἐλέφας, sed ἐλεφαντία etiam, ab animalis elephantis [b] imagine, quod partes ægrotãtes, & tumidæ reddantur, & nigræ instar membrorum elephantis animalis. Vocatur & hic morbus à græcis quoque σατυριὰς, & σατυριασμὸς quod qui eo laborant, satyrorum [c] formam repręsentent, quos Poetę fingunt simo naso, labris crassis, auriculis extenuatis, ossibus iuxta aures prominentibus, ob quas promiuentias appellabantur satyri φησὶ à nonnullis veteribus, sed vbi ossa in alijs partibus prominerent, dicebantur [d] ἐξοστώσεις. At σατυριασμὸς non tantũ pro elephante morbo accipiebatur apud veteres, sed & pro [e] cole præter voluntatem tenso, qualis pingitur in satyris, quem affectum proprie nominabant πριαπισμόν. Complectitur elephas morbos multos, ac primo tumorem, & idcirco magnitudinem auctam in vniuerso corpore, potissimum in partibus [f] externis, quæ cum imbecilliores sint, facilius contrahunt & admittunt noxium humorẽ. F Hic cum & siccus sit, & inæqualiter calidus & frigidus (vt supra ostensum [g] est) in cancro immoderatam temperationem [h] similem affert, quæ tanta est, vt substantia partis [i] exasperetur, exulceretur, & tandem corrumpatur, decidatque. Magnitudini ergo præternaturam auctæ, ac temperationi immoderatæ adiungitur asperitas, solutio continui, ac defectus eorum quæ naturaliter adesse deberent. Differentiæ elephantis potissimum consistunt in grauitate & leuitate: leuis est qui incipit & colorem habet subrubicundum, grauis qui iam auctus est, & niger atque asper: grauior qui vlceratus: grauissimus ille sub quo decidunt extremæ partes. Causa continens elephantis, eadem [k] est quæ cancri, vt iam diximus, humor melancholicus, qui si partem aliquam occupat, facit alteram speciem scirrhi, cum naturalis est, sed cũ iam vstus, cãcrũ, si per totam cutem suffunditur, nigram illam efficit, & affectum illum affert quem dicunt icterum nigrum, si non per totam cutem, sed per aliquas particulas eius suffundatur, nigram vitiliginem facit: sed si mixtus cum sanguine ad externas partes, non ad extimam superficiem duntaxat feratur, facit elephantem morbum, qui leuis incipit vbi eiusmodi humor naturalis sit, sed grauior vbi vstus. Ille etiam qui naturalis est, processu temporis putrescit ita vt leuis elephas in grauiorem conuertatur. Quod si pro humore melancholico vratur flaua bilis, elephas oritur grauissimus. Proficiscuntur ergo elephantis differentiæ à similibus differẽtijs causæ continentis. G Sequuntur causæ antecedentes: Hæ autem sunt illæ ob quas eiusmodi humor & gignitur in corpore ægrotantis, & proprie contrahitur in loco affecto: gignitur autẽ ex materia, & vi effectrice quam suppeditant esculenta, [l] & poculẽta calida & sicca, crassa, terrena. Vis effectrix est immoderata temperatio calida & sicca viscerum, ad quam accedit [m] aer similiter immoderatus: quo fit vt elephas non æque in quauis regione [n] oriatur, sed maxime in illis, vbi aer valde calidus & siccus est, & vbi homines propositis cibis & potionibus vtuntur. Scribit [o] Lucretius sexto libro:

a Gal. li. 2. ad Glau. c. 10. & l. 3. de loc. aff. c. 6.
b Gal. li. 2. mei c. 2. & Aretæus li. 2. chronicorum. c. 13.
c Gal. lib. 2. met. c. 2. & l. de tumor. c. 14.
d Gal. li. de tumor. c. 14.
e Aretæus l. 2. acutorũ. c. 12. & li. de tumo. cap. 14.
f Celsus li. 3. c. 25.
g In capite antecedẽti.
h Gal. li. de inæquali intẽperie, capit 1.
i Ga ibi. & Aretæus loco citato.
K Ga. li. de atra bile c. 4. & li de tu morb. c. 14.
l Ga. l. 2. ad Glau. c. 10.
m Gal. ibi.
n Gal. ibid.
o Lucretius lib. 6.

Est elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur, Aegypti in medio, neque præterea vsquam.

Scribit & Cornelius [p] Celsus ignotum in Italia elephantiam morbum, sed frequentissimum esse in quibusdam regionibus. Testatur Galenus Alexandriæ [q] in Ægypto plurimos in elephantem incidere, ob melancholicos cibos quibus vescuntur, vt lentes, cochleas, pisces salitos, carnem asininam, camelinam, & ob aerem valde calidum & siccum, qui non modo reddit viscera similia, ita vt atram bilem efficiant, sed eandem quoque euocat ad cutem & partes externas, vbi excitat propositum morbum: in Germania [r] vero ac Mysia (subdit) raro apparere: apud H Scythas lac potantes, vix vnquam. Potest tamen ratio victus praua, in quauis regione elephantem excitare, ob quam & nunc in Italia visitur, & sæpius in Gallia atque inferiori Germania, vbi uehementiora, & mera uina bibunt, & simul butyro plurimo uescuntur. Colligitur etiam plurimus eiusmodi humor in corpore, quamuis non gignatur copiosior quam naturaliter conueniat; Id autem euenit cum lien [s] non bene fungitur suo munere, neque ad se allicit ex iecinore fæcem sanguinis; quo spectat copia pituitæ, quæ eatenus elephantis causa est, quatenus obstruendo non permittit humorem melancholicum attrahi à liene: quamobrem miscetur cum sanguine, & plurimus colligitur in corpore, quod euenit etiam cum uel menstrua non respondent, uel clausæ sunt uenæ ani, quæ solebant fundere eiusmodi fæcem. Contrahitur plurimus in partibus affectis eiusmodi humor prauus, quod uel talis trãsmittatur [t] ab internis partibus ualidioribus, ad externas, uel in talem conuertatur alimentum [u] alioquin bonum, ab ipsa parte affecta: Vtrunq; enim accidere potest, cum ob prauitatem cibi & potionis, & calorem ac siccitatem immoderatã aeris & uiscerum, possit gigni atra bilis, & ad partem affectã alendã transmitti: cumque possit uitium esse in parte affecta, quæ bonum alimentum corrumpat, & in atrã bilem

p Cor. Cels. [illegible]
q [illegible] l. 2. ad Glau. c. 10.
r Gal. ibid.
s Gal. ibid.
t Gal. ibid.
u Gal. li. de diff. sympt. c. 4.

A lem conuertat: quod euenit etiam cum [a] fit leuce vitiliginis species, sic enim albus humor aut accipitur, aut efficitur à parte offensa. Aristoteles [b] quarto libro de generatione animalium, in elephante seu satyria, causatur facultatem concoctricem partium, quę magis superantur ab alimento, quam ipsum mutent ac separent. Idem accidet si expultrix affectæ partis imbecilla sit, ita vt nequeat sordem, ac veluti fæcem detrudere: vtriusuis facultatis vitium sit, imbecillitas ab immoderata temperatione oritur, & præcipue calida & sicca. Versatur ergo atra bilis quæ proxima [c] causa est elephantis, in parte affecta, quod vel ad ipsam talis transmittatur, vel in ea ex alimento corrupto gignatur. Præter has causas, accedit contagio, [d] quæ corrumpendo humorem, qui in externis partibus continetur, quantumuis bonum, potest hoc nomine vel sola elephantem afferre. Quamobrem periculosa est consuetudo cum his, qui hoc morbo laborant: putres enim ac tenaces vapores ab illis exspirant, qui, quos attingunt, contaminant, & simili peste afficiunt. Quamobrem iure ab alijs segregantur, & ex vrbibus excluduntur, vt colles habitent, & in aprico loco degant salubrius, sine aliorum periculo. Differentiæ, quas in grauitate & leuitate attendi monstrauimus, oriuntur à simili differentia causæ proximæ, hoc est, humoris, vnde proficiscuntur, nam paucus ac mitis leuem efficit: multus vel prauus grauē: grauissimum vero, qui valde multus est, aut etiam valde prauus, qualis est flaua bilis vsta, & in atram conuersa, quemadmodum in superioribus [e] ostensum est. Symptomata, quæ elephan-

B tem sequuntur, sunt primo actiones partium externarum læsæ: hæ enim principio ægrotant, sed processu temporis etiam internarum, quibus impertitur hoc vitium. Accedunt & affectus corporis, redditur enim nasus [f] simus, fiunt labra crassa, extenuantur auriculæ, prominent ossa iuxta aures, ita vt forma satyrorum [g] similis fit & fœda: adiungitur color niger, & fœtor, qui putredinem sequitur. Postremo etiam febris, quamuis inter initia [h] non fuerit. Hæc quæ præter naturam ad elephantem pertinent, recognosci debent in homine ægrotante. Morbus ille multiplex, vt tumor, temperatio inæqualiter calida ac frigida, asperitas, solutio vnitatis, casus extremorum sub sensum cadunt, ita vt elephas [i] sensui subijciatur, quamquā potest mente etiam colligi ex symptomatibus, & proprie ex effectis, qui ipsum consequuntur, quos præclare commemorat Cornelius [k] Celsus. Totum corpus, inquit, afficitur, ita vt ossa quoque vitiari dicantur: summa pars corporis crebras maculas, crebrosque tumores habet, rubor harum paulatim in atrum colorem conuertitur, summa cutis inæquabiliter crassa, tenuis, dura, mollisque quasi squamis quibusdam exasperatur: corpus emacrescit, suræ pedesque intumescunt. Vbi vetus [l] morbus est, digiti in manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quæ tot malis obrutum hominem absumit. Præter has notas, quæ à Cornelio Celso referuntur, aliæ quoque conspiciuntur, siquidem anhelitus [m] redditur difficilis: vox rauca fit; pili ex-

C tenuantur ac excidunt, fœtet [n] corpus totum, scinduntur vngues, facies satyri speciem repræsentat, quæ omnia, cum incipit elephas, parua admodum sunt: incipit enim ἰόνθοις, hoc est, fiūt in facie ἴονθοι qui papulæ sunt, siue minuta tubercula: sed deinde paulatim subrepunt alij affectus, quos retulimus. Ergo colligitur elephas ex propositis symptomatibus, quæ si grauiora sunt, grauiorem, si leuiora, leniorem denunciant: omnia autem sensu iudicantur. Causa proxima, hoc est, atra bilis, cum sensum lateat, necesse est mēte conijciatur ex causis, ex his, quę prosunt aut obsunt, ex effectis, quæ vel sola sufficiunt, veluti morbi & symptomata dicta: Sed mitior ne sit, an acrior, ex grauitate & leuitate eorundem intelliges. Ex futuris, euentus triplex potest expectari, vt in cancro, ita etiam in elephante: cum vel sanetur homo, vel intereat, vel perseueret eodem vitio laborare. Sanatur cum natura ope artis materiā, quæ causa continens est, concoquit vel expellit; Quod tunc sperandum est, cum morb. paruus est; cum materia pauca & mitior, ita vt color pro nigro subrubicundus appareat: cum, si qua sint vlcera, celeriter ad cicatricem perueniant. Sequitur interitus, cum elephas magnus est, qualem [o] Aretæus intellexit, cum posuit elephantem quouis præsidio validiorem, ita vt à nullo possit superari. Talis est, cum partes non solum quibusdam squamulis exasperantur, sed etiam exulcerantur: cum digiti in manibus pedibusque sub tumore conduntur: cum extrema decidunt, ob atræ bilis pra-

D uitatem corrupta: cum oritur febris, quæ (vt inquit Cornelius [p] Celsus) facile tot malis obrutum hominem cōsumit. Quod si cancer, qui ab eadem causa fit, afferre interitum potest, quamuis in vna tantum parte versetur: quanto magis idem faciet elephas, qui occupat vniuersum corpus? Est igitur elephas, cancro longe perniciosior: licet vbi sanari potest, cum materia fusa sit, facilius sanetur, quam ille, in quo collecta est, & in vnum contracta. Tempus, quo elephas sanatur, non potest [q] esse breue, cum humor, à quo oritur, neque à natura, neque ab arte facile superetur: vbi tamen multus sit, crassus, & prauus, tardius vincitur, quam vbi paucus, tenuior, mitior. Interitus celerior vel tardior sequitur, pro [r] grauitate morbi, causæ, symptomatum: vbi enim hæc grauissima sunt, celerrime hominem conficiunt: vbi minus grauia, longiori tempore. Via salutis est, quod materia partim à natura, partim ab arte superetur atq; expellatur: sed via interitus, quod corrumpantur partes [s] affectæ, quod putredo impertiatur visceribus, quod symptomata, vt dolor, & febris hominem [t] absumant.

Curatio spectare eo debet, primum, ne elephas augeatur, deinde, vt sanetur, qui iam factus est; prouidebimus ne augeatur, remouendo causas, vt consuetudinem cum his, qui eodem mor

boma-

a Gale. l. de diff. sympt. c. 4
b Arist. li. 4. de gen. ani. c. 3.
c Gale. li. de atra bile capite 4.
d Gal. li. de subfig. empir. c. 12.
e Paulo ante.
f Gale. li. de caus. morb. c. 7. & Aret. l. 2. chronic. c. 13.
g Gale. li. de tumo. c. 14.
h Celsus l. 3 c. 25
i Gale. li. de diff. morb. c. 5.
k Cels. l. 3. c. 25.
l Cels. ibid.
m Aret. l. 2. chron. c. 13.
n Gale. li. de tumo. c. 14.
o Aret. li. 2. chron. c. 13.
p Cels. li. 3. c. 25.
q Gal. l. medicus c. 13.
r Gal. l. 4 de præsa. puls. c. 11.
s Aret. lib. 2. chron. c. 13.
t Cels. l. 3. capite 25.

bo maxime affliguntur, & concursum nouæ materiæ ad partes externas : Quo pacto vitandū sit [a] consuetudo cum eiusmodi ægrotantibus, cuilibet notum est. Concursus nouæ materiæ tolletur, si eius copia non amplius contrahatur in corpore, & quę iam contracta est, prohibeatur ferri ad partes affectas. Ne contrahatur, fiet, si & materiam & efficientem vim auferamus. Materiam suppeditare diximus esculenta & poculenta, [b] crassa, terrena, calida & sicca: à quibus homo penitus abstinebit. Sumet autem cibos tenues, non tamen calidos, qui facile adurantur, sed frigidiores & humidiores: vt panem ex farina hordei, polentam, alicam, lactucam, [c] maluam, aues quæ non sint palustres, pisces saxatiles : abstinebit ab aceto, per quod atra bilis irritatur, atque efferuescit. Vitabit vinum crassum vehemens, potabitque tenue ac leue, & dilutum, vel contentus erit aqua. Causa effectrix, posita est immoderata temperatio calida & sicca, quam contrarijs præsidijs corrigere oportet. Maxime ad rem pertinet & potio, & balneum aquarum ferri & aluminis vim habentium, quæ conferunt ad tollendum quoque morbum factum, vt in sequentibus patebit. Quod si lienis vitio non allicientis, vt naturaliter conuenit fęcem sanguinis, colligatur in corpore copia atræ bilis, succurrendum illi erit, & si qua sit obstructio curanda. Materia vero, quæ iam in corpore contracta est, ne transmittatur ad locum affectum, cauebimus partim ad ipsam spectantes, partim ad locum transmittentem & accipientem. Ipsa quidem exhaurienda [d] est principio morbi, cum vires adhuc valent, & melancholicus succus cum sanguine mixtus est : præstat venam secare, si nihil sit, quod repudiet : sed siue secetur vena, siue non, necesse est dare melanogoga, [e] hoc hoc est, cathartica, quæ succum melancholicum proprie educant, veluti veratrum nigrum, epithymum, lapidem armenū, electuarium ex Polypodio, confectionem Hamech: Illi vero qui [f] pituitam purgant, eo consilium dirigunt, vt quam efficit, obstructionem tollant, qua sublata melancholicus succus à liene, & alliciatur & detrudatur. Hic igitur, vbi iam contractus est, melanogogis purgari debet, quę purgatio sæpius [g] iteranda est, vt in curatione cancri : quo autem id facilius perficiatur, idoneis syrupis ac decoctis, alibi frequenter repetitis, vna cum canalibus materia quoque paranda est, vt minus tractui medicamentorum renitatur. Auertitur etiam materia ab interiorib. partibus, cum candens ferramentum [h] ad caput adhibetur, in vertice, in fronte, in occipitio, & supra vtramq. aurem: demittendum autem est vsq. ad os, & excidentib. crustis, seruandæ sunt plagæ apertæ, ex quib. paulatim effluat humor, neq. tētare amplius possit faciem, & partes subiectas. Locus transmittens curandus ita est, vt nulla amplius opprimatur atra bile, quam transferre ad partes affectas cogatur: quamobrem [i] nonnulli ad præcordia e regione lienis cādentia ferramenta adhibent, vt ipsum confirment, ne vlterius transferat eiusmodi materiā. Eadem ratio est iecinoris & mesenterij. Locus affectus, extima. s. pars corporis, ne materiam aliunde transmissam accipiat, confirmandus est per repellentia, quamobrem vtiliter illinitur succo [k] plantaginis, aut portulacæ, ac semperuiui cum aceto, vel halica cum succo helxinę iniungitur, & oleo myrtheo vel [l] lentiscino. Sed nihil efficacius est, quam balneum ferri & aluminis vim habens, cuiusmodi est in agro Lucensi, balneum villæ in agro Pisano, balneum aquarum. Hac igitur ratione prouidebimus, ne morbus increscat. Ille vero qui iam factus est, cum à materia, tanquam à causa continente proficiscatur, auferri non potest, nisi hæc detrahatur. Detrahitur inter initia, cum nondum valde hæret, solis [m] interdum melanogogis purgata, quod & in cancro [n] euenire diximus. [o] Si obijcias prauum hunc humorem, non esse per cathartica euocandum à partib. externis ad internas, respondebimus inter initia, non esse ita prauū, vt offendere possit partes, per quas transit, cū ad intestina ducitur, ac purgatur. At cū valde inhærescit, & penitus obdet partes affectas, nō cedit catharticis, sed necesse est alia ratione adimatur: nimirū, vel retenti cogatur ad partes vnde venit; vel extrahatur ex loco, vbi est. Sed nequit ob crassitudinem [p] retro commeare, nec quicquam proficiunt repellentia: debet igitur extrahi, vel obscure per digerentia præsidia, vel manifeste. Facilius autem digeretur, si tennior reddatur, quod præstat succus [q] calamenthi, si ad tres cyathos bibatur, cum vini cyathus mixtus cum drach. j. puluetis ex folijs sideritis herbæ aridis: eodem spectant onisci, id est, bestiolæ illæ, quæ degunt iuxta vasa aquam continentia, quinque. n. sumuntur in puluerem redacti cum tribus cyathis mulli: idem efficit puluis ex ebore deraso, [r] cum melle ad vnc. j. Plurimum etiam ad rem pertinet confectio ex scilla & melle. Sub his præsidijs extenuatur materia, faciens elephantem, ita vt facilius deinde digeratur ac detergatur. Huc spectat succus calamenthi, fœnugręci, betæ, panis cum oleo expresso ex amygdalis amaris. Plurimum etiam digerit arena, si homo ea tegatur in littore maris. præterea nitrum, sulphur: ad quem vsum componuntur etiam medicamenta, quale est, quod accipit, radicum [s] rumicis, M. 1. nitri unc. v. thuris, sulphuris, vtriusq. drach. iij. cum drach. j. cum aceto illinitur. Tū aliud, ꝙ habet spumæ nitri, thuris, sulphuris ignem non experti, singulorum pares portiones, ex quibus, aceto tēperatis & contritis, pastilli fiunt, qui in vmbra siccantur, & cum vsus postulat, aceto diluti superdantur. Idem efficiunt smegmata, habent enim omnia vim digerendi ac detergendi: sed quia non pōt tota materia digeri, euidenter excidit: resoluuntur enim squamæ sub propositis medicamentis, ita vt vna cum materia decidat extima pars corporis vitiata. Si qua autem vlcera sint, illinūtur lycio, aut glaucio, vel aloe, vbi inflammata sunt: vbi inflammatio desijt, curantur cadmia, aut pastillo Andronis, Polidæ, vel

Pasionis,

E F G G

a Aret. l. 2. chron. c. 13
b Gal. a. ad Glauc. c. 10
c Gal. ibid. & Aret. l. 1. de cur. diu. c. 13.
d Gale. l. de subfig. empi. 11. & Cels. l. 3. c. 25. & Aretæus l. 1. de cur. diut. c. vlt.
e Gal. ibid. & lib quos pur. opor. ab initio, & l. de fac. medic. purg. c. 7. & Cels. l. 3. ca. 25. & Aretæus l. de cur. diu. c. vlt.
f Aret. ibid.
g Aret. ibid.
h Auic. l. 4. f. 3. tract. 3. c. 3.
i Auic. ibid.
k Cels. l. 3. c. 25.
l Aret. lib 1. de cur. diu. cap. vlt. & Paulus l. 4. c. 1.
m Galen. li. quos purg. opor. ab initio.
n Gal. l. 2. ad Glau. c. 10.
o In c. antecedenti.
p Gal. l. 14. meth. c. 10.
q Gal. li. 7. simpl. c. de calamentho.
r Aret. l. 1. de cur. diu. cap. vlt. & Paul Aegineta l. 4. c. 1
s Aret. l de cur. diut. c. vlt. & Paulus l. 4. c. 1.

A Pasionis. Vbi non cedat his præsidijs, vnicum restat, vsus [a] viperæ videlicet, quod casu inuentũ fuit, & multis experimentis comprobatum: Habet vipera vim tota substantia, per quam efficit, vt extima pars corporis affecta, quasi serpentum senecta resoluatur, ac decidat. Pluribus autem modis datur, theriace enim, quæ ex ipsa conficitur, & deuoratur, [b] & illinitur: deuorantur etiam pastilli, qui ex eadem parantur ad theriaces compositionem: bibitur & vinũ, in quo iacuerit, præsertim vbi prius caput vna cum cauda fuerit præcisum, & detracta intestina ex aluo: quod non tantum relatum fuit à Galeno, sed frequentatum Romæ memoria nostra à Gilberto medico Germano, qui, & se, & alios hoc vitio laborantes, eo vino curauit. Comeditur etiam caro viperæ ex albo iure, cum anetho [c] scilicet, sale, oleo, & porro, ex aqua elixa, ac probe cocta, sed caput prius abscinditur, & cauda vsque ad quatuor digitos, deinde detrahuntur interna, & cutis adimitur, quod restat, aqua plurimum abluitur, & coquitur, quemadmodum diximus, ac deuoratur ab ægrotante, cui deinde extima [d] cutis cum toto vitio decidit, restatque caro non amplius dura, sed mollis, perinde atque si cancris ac locustis, & reliquis ostracodermis externum tegmentum adimas: Parantur præterea & ex vipera sales, quos theriacales vocant, quibus vtiliter alimenta condiuntur, quæ ab eiusmodi ægrotantibus deuorantur. Paratur postremo loco ex eadem angue etiam oleum, quo maxima cum conferentia elephanticorum cutis vlcerata inungitur. De elephantia, quæ dicenda erant, habeant hunc terminum.

[a] Gale. l. 2. ad Glau. c. 10. & Gal. ibid de sub fig. empir. ca. 12. & A- rei lib. 2. de cur. diut. c. vlt.
[b] Gale. l. 2. ad Glau. c. 10.
[c] Gal. l. 2. ad Glau. c. 10.
[d] Gal. ibid.

B

De tumoribus, qui fiunt ab aquoso humore. Cap. IX.

PRæter quatuor succos, sanguinem, pituitam, & vtramque bilem, redundat interdum in corpore nostro, tenuis & aquosus humor, à quo tumor excitatur in varijs partibus corporis, vt in ventre, cum est illa species hydropis, quam ab vtris [e] similitudine Græci appellant ἀσκίτην: vel inter cutem capitis & caluariam, cum adest vitium, quod ὑδροκέφαλον [f] dicunt: vel in scroto, cum fit ὑδροκήλη: [g] vel sub tunica visceris alicuius, vnde oritur veluti paruula vesica, quam vocant ὑδατίδα: [h] vel in cute ac partibus externis, vnde fiunt pustulæ illæ, quas φλυκταίνας nominant. In quacunque parte fiat hic tumor, morbus multiplex est, cum & magnitudo præter naturã augeatur, & accedat immoderata tẽperatio frigida & humida, quam efficit aquosus humor, qui si admixtum habeat acrẽ humorẽ, vt flauam bilem, temperatio illa immoderata inæqualis redditur, & non tantũ frigida & humida, sed simul etiam calida, ob partium, quas ille habet, inæqualitatem: accedit & solutio vnitatis, quam partim ob multitudinem, partim ob acrimoniam affert: ob quas causas aliquando sinum efficit,
C & abscessum. Proxima & continens causa propositorum morborum est tenuis & aquosus humor: hic (vt ostensum [i] est in libro de morborum causis) miscetur cum sanguine, quasi serum cum lacte, vocaturque à Græcis ἰχώρ. Naturaliter autem allicitur à renibus, ex venis & arterijs, inde ad vesicam descendens vertitur in vrinam, varinsque est pro varia corporis temperatione, [k] particeps enim est sanguinis, & mitis in homine, qui sanguine redundat: particeps pituitæ, & frigidior atque humidior in eo, qui pituita: particeps bilis flauæ, aut atræ & acris, eũ hæc aut illa superat in corpore. Sed cum aquosus humor naturaliter (vt diximus) ad vesicam feratur, & exeat in vrinam conuersus, tunc copiosior, quam naturæ conueniat, colligitur, cum vel non attrahitur à renibus ob virium imbecillitatem, & canales clausos, vel cum ab esculentis [l] & poculentis frigidis humidis atque aquosis, vt à multa potione aquæ, ab oleribus ac fructibus magis suppeditatur, quam par sit: neque enim gignitur ex cibis & potionibus, vt quatuor succi, sed continentur in ipsis, separaturque cum secũda coctio fit in iecinore. Ergo multus etiam colligitur in corpore, cum multus præbetur à cibis & potionibus: præterea cum non absumitur a calore iecinoris & totius corporis, quod frigidius [m] sit. Collectus autem, ac præter
D naturam superans, a partibus validioribus expellitur ad imbecilliores, à quibus interdum non solum accipitur, sed etiam attrahitur ob calorem & dolorem, & propositum tumorem efficit. Symptomata, cum huiusmodi tumor occupat partes externas, nulla superueniunt magni momenti, sicuti neque etiam cum œdema easdem occupat: interdum tamen ob multitudinem & acrimoniam humoris dolorem affert, cum vnitatem soluat. Febris raro ipsum consequitur, neque enim facile putrescit aquosus humor, nisi mixtus valde sit cum alijs humoribus. Tria, quæ præter naturam proposita sunt in tumore aquoso, recognoscere oportet in homine ægrotante. Symptomata, vt dolor sub sensum cadit, veluti & morbus etiam, vt magnitudo aucta, & temperatio immoderata. Solutio vnitatis ex dolore conijcitur, cum fit, sed quæ facta est, ex causa ipsa, vt ex multitudine & acrimonia aquosi humoris. Hic autem, qui causa continens est, deprehenditur ex causis proxime narratis, ob quas contrahitur: tum ex his, quæ prosunt, ipsum uel obscure, uel manifeste educendo, aut obsunt eundem colligendo, & tandem ex effectis, ut ex tumore, qui dolorem afferat pungentium magis, quam onerantium sensum repræsentantem; quive colorem cutis subalbidum reddat, & e regione luminis pelluceat, cumque premitur, non retineat vestigium, sed statim assurgat, quod ille humor, qui ad proximas partes impulsus fluxerat, statim resilit, ac reuertatur. Ex futuris euẽtus expectari salubris debet, cum eiusmodi humor

[e] Gal. li. 4. aph cõ. 1.
[f] Gale. l. de defin. med. prope fin.
[g] Gal. li. de tumor. c. 15
[h] Gal. li. de defin. med. & lib. 6. de loc. aff. c. 2.
[i] Vidus l. 2. de cur. g. m. c 8 par. 1.
[k] Plato in Timæo.
[l] Vidus li. 2 de cur. gen. c. 8. par. 1.
[m] Vid. ibidem.

mor

mor paucus est, & partem ignobilem occupat, exitiosus [a] vero cum multus, & prope partes E
nobiliores, vt in ventre. Tempus, cum natura validior [b] est, & morbus imbecillior, breuius est,
contra longius, cum natura imbecillior, & morbus ob aquosi humoris [c] multitudiné, grauior:
neque enim tunc celeriter sanari potest. Si timeatur interitus, tanto citius sequetur, quanto
maior erit tumor, & natura imbecillior. Via, qua salus sequitur, est, per quam aquosus humor,
siue à natura, siue ab arte, aut obscure, aut manifeste adimitur. Via interitus est, quod refrige-
rentur viscera, & facere suum [d] officium nequeant.

Primum consilium in curando duplex esse debet, vnum; ne superueniente noua materia, tu-
mor augeatur: alterum, vt quæ iam collecta est, & morbum facit, detrahatur. Ne noua superue
niat, consequemur si causas remoueamus, ob quas transmittitur, vel attrahitur; sed cum attra-
hatur [e] parte calefacta, vel dolente, refrigerantibus vel lenientibus opus est: cum transmitta-
tur à partibus validioribus ad imbecilliores, primum danda opera est, ne contrahatur in cor-
pore, deinde ne illa, quæ iam contracta est, feratur ad locum affectum. Ne contrahatur, remoue
re causas oportet, vt imbecillitatem renum non allicientium, esculenta & poculenta, [f] frigi-
da & humida, atq. aquosa, immoderationé frigoris in iecinore, & in vniuerso corpore. Sed vbi
iam contractus est aquosus humor in corpore, ne concurrat ad partem affectã, & tumorem au-
geat, prouidebimus, si respiciamus ad materiam, ad locum mittentem, ad locum accipientem. F
Materia educenda est, vel obscure calefacto corpore in vapores conuersa [g] & dissipata, vel
manifeste per sudorem, per vrinã, per deiectionem: omnib. n. his modis emitti potest. Vtemur
igitur his, quæ vel sudorem moueant, vel vrinam euocẽt, vel aquam per aluum educant, hydro-
goga Græce [h] nominantur. Pars transmittens, vt iecur, vel quæcunq. alia sanari debet, ne co-
gatur amplius transmittere. Pars accipiens confirmanda per repellentia, quæ materiam in lo-
co affecto collectam, retro etiam commeare cogunt, ita vt spectent ad morbum factum, ad quẽ
nunc pergimus. Ergo morbus, qui iam factus est, curatur, non secus atq. alij tumores, adempta
materia & causa continente: adimitur autem, cũ vel [i] reuertitur ad partes, vnde venit, vel ex-
trahitur ex loco, vbi est: reuertitur autem facile cum impellitur, quo spectant repellẽtia pręsi-
dia, à quib. diximus prohiberi, ne noua materia admittatur: valet spongia ex posca expressa,
quæ sola interdum sufficit, vbi pauca materia fit: sed facile etiam extrahitur ex loco, vbi est, vel
obscure per digerentia præsidia, vel manifeste per chirurgiam aperto loco: cum hic humor te-
nuis sit, si non sit multus, facile digeritur, neq. obsunt digerentia præsidia, quamuis calida sint,
quoniam materia frigida est. Vtiliter ergo adhibentur digerentia medicamenta, quæ supra [k]
posita sunt in curatione œdematis, veluti spongia ex lixiuio expressa, cum alumine, sale, nitro.
Ad idem valent cochleę vna cum testa [l] contritæ atq. impositæ. Maxime item ad rem pertinet G
medicamentum, quod accipit [m] seminis sinapis, seminis vrticæ, sulphuris, aristolochiæ rotũdæ,
bdellij, ammoniaci, salis, ceræ, olei, antiqui singulorum unc. ij. Cum materia tãta est, vt nequeat
medicamentis digeri, manifeste educenda est per chirurgiam; quamobrem perforatur venter
in hydrope ascite: scalpello aperitur scrotũ in [n] hydrocele: punguntur acu pustulæ, quas phly
ctenas dicunt, vt proximo libro patebit, cum ad paruulos tumores veniemus. Vtimur etiam
candenti ferramento, vt aperiatur locus, veluti ad dexterum pręcordium, cum in iecinore sunt
hydatides, quas persequemur in curatione membratim.

De scirrho. *Cap. X.*


TVmores hactenus propositi semper ab vno humore, siue puro, siue mixto cum alijs,
vt à sanguine, à pituita, à flaua vel atra bile, ab humore aquoso: sed σκίῤῥος, de quo
nunc agitur, interdum [o] ab humore melancholico proficiscitur, interdum à pitui-
ta. Inuenit autem Græce nomen à duritie, [p] quam inter omnes tumores ab humo
ribus ortos, maximam præ se fert. Definitur [q] tumor durus sine dolore, non tamen H
necessario sine sensu: nam ille, qui non omnino absolutus est, non est penitus sensus expers. Tu
mori, qui refertur ad magnitudinem auctam, accedit temperatio immoderate frigida, quã af-
fert humor, qui causa continens est. Potest occupare scirrhus quaslibet partes, illis exceptis,
quæ valde molles & laxæ sunt, quemadmodum cerebrum & pulmo: in his. n. non retinetur aut
adstringitur crassus & lentus humor, à quo fiat scirrhus, sicuti in alijs partibus: fit. n. in internis,
potissimum in iecinore, [r] liene, ac renibus, quæ crasso vtuntur alimento, ac veluti fæce sangui
nis: fit & in partibus externis, & præsertim in musculorum initijs ac finibus, à quib. ob densita
tem, materia facile adstringitur. Oritur & ob eandẽ rationem in neruis, & dicitur Græce γάγ-
γλιον, [s] estq. veluti nodus mobilis, cum neruo. n. in hanc atq. illam partem dimouetur. Hunc si
rotundus est γογγρώνα, si oblongus, φῦμα Hippoc. [t] appellat. Oritur & in glandulis, & tam in il-
lis, quæ fulciunt venarum atq. arteriarum diuisionem, quam in alijs, quæ aliquid conficiunt, vel
seruant, vt mammæ lac, testes semen, & quæ in ore sunt, humorem, quo lingua madefiat: admit-
tunt. n. ob raritatem substantiæ crassum vel lentum succum, neq. adeo laxæ sunt, vt ipsum nõ re
tineãt, propterea incidunt in scirrhum, qui proprie à Latinis vocatur struma, à Græcis [u] χοιρά-
δας.

a Aret. li. 2. diut. c. 1.
b Gal. l. 4. de præsa. puls. c. 11.
c Gal. ibid.
d Gal. l. 5. de loc. aff. c. 7.
e Gal. l. 2. de diff. feb. c. 11. & l. 13. meth. c. 6.
f Gal. l. 5. de loc. aff. c. 7.
g Gal. l. 2. ad Glau. c. vlt. & Trall. l. 9. c. 2.
h Gale. l. de atra bile c. 6.
i Gal. l. art. med. c. 95.
k Sup. i hoc l. c. 6.
l Gale. l. 11. simp. c. de cochleis.
m Auic. l. 4. f. 3. trac. 2. c. 20.
n Gal. li. 14. meth. c. 13 & Auic. l. 3 fe. 14. trac. 4. ca. 13. & Gal. li. medicus c. 18.
o Gal. li. de tum. c. 9 & l. 5. simp. c. 9.
p Gal. lib. 2 meth. c. 2. & lib. 2. ad Glauc. c. 4. & l. 5. simpl. c. 9
q Gal. li ad Gla c. 4. & l. 5. simpli. c. 9.
r Gal. l. 13. meth. c. 16
s Gale. li. de defi. med. & l. 3. 6. epid. cõ. 14.
t Hipp. l. 3. 6. epid. 14. & Gale. in comm.
u Gal. li. de tumo. c. 15. & l. 13. metho. c. 5.

A ἀπὸ τῶν χοιράδων, hoc eſt,ab aſperis ſaxis,vel à ſuibus,quorum animalium glandulę in collo intu
meſcunt,ac duræ fiunt. Oritur tandem & in articulis,in quib.interdum lapidis duritiem repręſentat,nominaturq. à Græcis [a] πῶροι. In quacunq. parte fiant ſcirrhi,differũt inter ſe,quod alij abſoluti [b] ſunt,atq.hi ſenſu omnino carent,& proprie nominantur σκίρροι:alij adhuc fiunt,quibus relinquitur aliqua vis ſentiendi,licet hebes,atq.hos vocant σκιρρώδεις tumores,potius quam σκίρρους. Differunt etiam quod alij fiunt ab humore puro,vt à pituita,vel humore melancholico, & ſunt exquiſiti:alij admixto cum ſanguine, [c] aut flaua bile,& ſunt ſpurij,cum participes ſint inflammationis,aut eryſipelatis. Proxima & continens ſcirrhi cauſa eſt humor craſſus, vel ét [d] glutinoſus,veluti pituitoſus & melancholicus in paruis foraminib.retentus. Cæterum pituitoſus,ſicuti cum tenuis eſt,facit [e] œdema,de quo in ſuperiorib. egimus, ita cum craſſus & glutinoſus,qualis potiſſimum in neruis redundat,ſcirrhum,quem nunc tractamus:eundem facit interdum melancholicus,cum naturalis eſt,& nondum vſtus,nam hic(vt ante [f] oſtendimus)cancrum efficit. Vteruis humor,vbi iamdiu adſtrictus eſt in paruis foraminib.affecti loci, cum rece affecti loci,cum recedant partes tenuiores,& relinquantur [g] craſſiores,ſcirrhum abſoluit:nã antequam recederent tenuiores partes,ſcirrhus nondum abſolutus eſt, neq.omnino ſenſu caret. Vteruis item humor aut purus eſt,& facit ſcirrhum exquiſitũ,aut impurus,& efficit ſpuriũ. Cauſæ antecedẽtes ſunt illæ,ob quas propoſitus humor in affecto loco verſatur: ſcire aũt licet

a Gal.l.1.de alim. fa c.5
b Gal.l.2.ad Glau c.4.
c Gale.l.de tum.c.9.
d Gal.l.14. metho. c.4. & l. de tumor.c.9.
e Gal.ibid.
f Supra in hoc lib. c.7
g Gal.l.14. metho.c 4. & l.5. simpli.c 9.& l.2. ad Glau. c.4.

B interdum in ipſum influere talé,hoc eſt, craſſum & glutinoſum, [h] ſed ſæpius effici ex praua curatione,neq.n.facile craſſus vel glutinoſus ſuccus fertur ab vna parte ad alteram,atq.vbi feratur,nondũ valde craſſus & glutinoſus eſt,ſed paulatim talis redditur in affecto loco,cũ à calore noſtro diſcutiantur partes tenues,reſtent quæ craſſiores ſunt. Hoc pacto igitur ſcirrhus incipit:plerunq.aũt ſuccedit [i] alijs tumoribus,qui non oriuntur ab humore ita craſſo,vt inflammationi,eryſipelati,œdemati,quos medici male curant:adhibent.n.aut valde digerentia,quæ ſtatim humidiores ac tenuiores partes exſiccant, ſed alias relinquũt valde craſſas & terrenas, ita vt alius,qui prius aderat tumor,in ſcirrhum degeneret, aut nimium [k] repellentia atq. adſtringentia,vnde exprimuntur partes tenues,craſſæq.reſtant, & ſub frigore coguntur, ac ſcirrhum faciunt:quod maxime euenire ſolet,cum curatur eryſipelas per ea, quæ nimium aut diutius [l] refrigerent:ſanguis.n.tenuis,à quo oritur,vel flaua bilis,nequeunt ſub digerentib. tantam acquirere craſſitudinem, ſed magis coguntur à refrigerantibus, quo fit, vt eryſipelas vertatur in ſcirrhum. Ille autẽ humor,qui non eſt naturaliter tenuis, adhibitis digerentibus,facile craſſus redditur. Hoc pacto res externas à calore craſſas ac duras reddi conſpicimus, & lutum cõuerti in lapidẽ,ſic in renib.calculus gignitur,& in articulis πῶροι. [m] Vtrouis modo tenuiores

h Gal.l 2.ad Glau.c.4.
i Gal.ibid.
k Gal.ibid. & lib.7.catag.c.9.
l Gal. ibid.
m Gal.l.7. catag.c.9.

C partes ſeparentur,ſiue exſiccatæ ſub digerentibus,ſiue expreſſę ſub repellẽtibus,humor reſtat craſſior,& conuertitur in eum,qui maxime cognatus eſt, vt pituita tenuis in humorem crudũ, vt ſanguis in humorem melancholicum,quo ſpectant ẽt medicamenta,quæ dantur,nam frigida & repellẽtia humorem crudum faciunt,calida & digerentia,melancholicũ. Pręter has cauſas,à quib.humor aut craſſus concitatur ad locum affectum,aut talis cõficitur in eo,alię quoq; antecedunt,ob quas multitudo pituitæ craſſæ,vel humoris melancholici colligitur in corpore, aut attrahitur à loco affecto. Colligitur potiſſimum ex cibis & potionib.craſſis, præſertim ſi foramina cutis adſtricta [n] ſint, vel naturaliter,vel ét à frigore aeris:nam tunc humor, cum parũ abſumatur,magis ſuperat in corpore,vbi diu retentus craſſior efficitur. Allicitur ad locum affectum,vbi vel [o] calefiat,vel doleat,vnde neruis,qui vel ſub ictu dolent,vel ſub labore nimis incaleſcunt,ſuperuenire ganglion ſolet. Symptomata,quæ ſcirrhum conſequuntur, maxime ſpectant ad ſenſum,& motum voluntarium ablatum, neq.n.adeſt dolor, [p] vt ſolet in alijs tumoribus,cum ſenſus vel hebes,vel nullus ſit,neq.febris,cum non facile putreſcat materia adeo craſſa. Aufertur ergo,vel imminuitur vis ſentiendi in ſcirrho,ꝙ ibi claudantur nerui à multitudine craſſi humoris, partim adſtricti, neq.pateat aditus ſpiritib.animalib. ſentiendi vim præbenti-

n Gale.3 6. epid. cõ 14
o Gal l.13. meth c.6.
p Gale.l.5. simpli.c.9. & l. de tumo.c 9.

D bus. Voluntarius vero motus aufertur,quod non poſſit ad arbitrium [q] noſtrum membrũ curuari,aut diſtendi,quod ſcirrhus tendens muſculos ac chordas,in quib.verſatur,non ſecus atq.vbi naturaliter tenduntur,cũ volumus membra dimouere, non ſinat ſequi oppoſitos muſculos, ac chordas mouentes,nã vbi ſecundum naturam membra flectimus,chordę & muſculi ab interna parte contrahuntur verſus ſua initia, & flexum præſtant : ſed neceſſe eſt, ſequantur chordæ & muſculi ab externa parte, alioquin non flecteretur membrũ. Eadem ratio eſt diſtentionis, cui præſunt muſculi & chordæ à parte externa,neceſſe.n.eſt,tunc ſequantur, quæ ab interna,alioquin non diſtenderetur membrũ. Ergo ſi ꝑ ſcirrhum in partib. externis muſculi & chordæ, quæ ibi ſunt,tendantur,non ſequentur internas flectentes, vnde membrum non poterit curuari,quod vitium Græci [r] ὀρθοκύλλω vocant. Sed ſi muſculi & chordæ ab interna parte tendantur à ſcirrho,non poterunt ſequi diſtentionem membri, quam efficiũt, quæ ab externa parte ſunt, vnde membrum porrigi non poterit, fietq. ille affectus, qui à Græcis appellatur ἀγκύλη, [ſ] ſub quo membrum flexum præter voluntatem manet, neque diſtendi poteſt,cum volumus.

q Gale. l.2. de tuẽ. val. ca 5. & l.1. de mot.muſcu.c.6.
r Gal l.3.de artic. c.100.
ſ Gal ibid. & l. de defi nit.med.

Recognoſcuntur ex his, quæ præter naturam enarrauimus, ad ſcirrhum attinentibus, ſenſu quidem ſymptomata,vt ſenſus & motus voluntarius ablatus:cadit etiam ſub ſenſum morbus, tumor nimirum durus,ac doloris expers,quem deſcripſimus: tanta.n.interdum ſentitur durities,

ties,quanta percipitur [a] in lapide,quod maxime accidir, cum fit πῶρος in articulis: sentitur et tactu temperatio immoderate frigida,quam affert humor crassus ac frigidus. Differentiæ scirrhi absoluti vel non absoluti,ex [b] sensu hebeti, vel nullo deprehenduntur, sed exquisitus ne sit,an spurius,demonstrat causa proxima,quæ vel est humor purus,vt pituitosus,aut melancholicus,vel est mixtus cum alio humore.Colligitur humor scirrhum faciens ex causis,a quibus gignitur,quæ si tales fuerint,quales contrahere pituitam potuerint, hanc denunciant: si quales humorem melancholicum,hunc ipsum:rursus si quales purum gignere possunt, monstrant purum,si quales mixtum,similem indicant.Ad causas refertur locus,in quo gignitur scirrhus,quādoquidem in netuis magis pituita redundat,similiter in glandulis,in visceribus vero,vt in iecinore & liene, [c] fæx sanguinis,& humor melancholicus:Quæ iuuant exhauriendo, quæ noeent contrahendo hunc vel illum humorem,eundem mōstrant:maxime autem ex effectis, veluti ex colore discernitur humor,qui cum subalbidus est,pituitam demonstrat,cum ater, [d] humorem melancholieum:sed cum hie cancrum quoque efficiat,scire licet scirrhum efficere,cum naturalis est,contineturque in paruis foraminibus,& nullum dolorem affert, cancrum vero cum vritur,contineturque in [e] venis,& molestus est,cum sentiantur in loco, veluti quædam puncta: adde quod seirrhus,cum iam absolutus est,non crescit sicut cancer.Effecta quæ sequuntur humorem mixtum,mixta sunt,partim enim ea sunt,quæ scirrhum sequuntur, partim ea, quæ inflammationem,erysipelas,aut alium rumorem. Ex futuris euentus scirrhi in partibus externis F
non est perniciosus,vt in visceribus,quamobrem sequetur sanitas, sicuti [f] cum scirrhus nondū est expers sensus:aut manebit homo in eodem statu,sicuti cum scirrhus iam confirmatus est,& omnino sensu caret:neque enim sanari potest,nisi vna cum vitio pars adimatur.Sed siue [g] ferro,siue medicamentis strumæ adimantur,plerunque iterum iuxta cicatrices ipsas resurgunt,& longo spacio detinent.Scirrhus ille, qui eaneri iam naturam habet, potius relinquendus est, quam curandus,homo enim,si non curetur,cum minori molestia diutius viuet. Tempus, quo scirrhus sanatur,necesse est longum sit,neque enim ita facile detrahitur materia crassa & glutinosa,quæ valde inhæret,vt sordes ab vlceribus detergitur,vel vt solidæ partes refrigerantur, aut calefiunt,paulatim enim [h] & mollire & digerere materiam oportet,a qua fit scirrhus: diuturnitate ergo opus est. Via,qua scirrhus curatur,duplex est, cum vel discutiatur a calore partim medieamentorum,partim naturali,vel vertatur in pus,& faciat abscessum, quod vt rarius accidit,ita deterius est,eiusmodi enim abscessum fere sequitur fistula:sed strumæ non facile maturescunt,& præcipue medicos fatigant.

Curatio alia conuenit scirrbo melancholico,alia pituitoso. Melācholicus eadem fere postulat,quæ cancer,vt modice repellentia ae digerentia, sed paulo validiora tolerat præsidia, quibus digeratur, quando proficiscitur ab humore nondum vsto, neque adeo requirit, vt habeatur ratio totius corporis, cum & morbus leuior sit, & non amplius augeatur, quamobrem non ita exquisito victu opus est, neque ram iterara purgatione ad scirrhum melancholicum, vt ad G
cancrum. At pituitosus scirrhus propriam curationem desiderat, in qua primum eo dirigere consilium oportet, ne concursu nouæ materiæ incipiens morbus increscat, aut impediatur curatio morbi iam facti,ad quem deinde spectare oportet. Ne noua materia cōcurrat,consequemur,si non gignatur amplius superans in corpore,& ea,quæ iam genita est,ferri nequeat ad locum affectum.Non gignetur, si remoueantur causæ, & effectrix, veluti frigus viscerum atque aeris,& materia,veluti cibi crassi, duri,frigidi,multi: Quo spectat victus extenuans. Materia, quæ iam collecta est, nō feretur ad locum affectum, si purgetur per cathartica pblegmagoga: [i] sed cum crassa sit & glutinosa,vt facilius sequatur, prius præparari debet victu & medieamentis extenuantibus atque incidentibus: danda etiam opera est, ne transmittatur ab alia parte, veluti à cerebro,quod fit,vbi eius affectum curemus. Pars autem laborās,ne attrahat,si calefacta sit,refrigerabirur,si dolear,lenietur.Sed ne accipiat,confirmanda erit per repellentia,quæ an morbo etiam facto conueniant, perpendamus, ad ipsum iam pergentes. Scirrhus igitur factus, non secus ac quiuis alius tumor & immoderata temperatio, quam humor affert, tollitur detracta [k] causa continente:Hæc in inflammatione adimitur,quod partim cogatur [l] reuerti ad partes,vnde venit, partim extrahatur ex eo ipso loeo,vbi residet. In scirrho cum materia H
crassa sit & glutinosa,valde inhæret, [m] neq. retro commeare potest: quod si repellentia adhibeantur,sub eorum frigore magis concrescet, quamobrem non est,quod in scirrho vtamur repellentibus,nisi si quando partes affectæ laxiores sint, vt glādulæ,quæ sub eiusmodi præsidijs, & confirmantur,& exprimunt aliquid materiæ etiam crassioris ad partes,vnde venit: quamobrem cum digerentibus,quæ communiter ad curandum scirrhum necessaria sunt, vbi glandulæ laborent,aliquid miscetur,quod repellendi uim habeat. Ex partibus etiam densioribus, ut ex neruis,ganglio laborantibus aliquid exprimitur,ac retro cōmeare cogitur, uel statim ubi manu uehemēter comprimatur,uel processu temporis,ubi parua pila plumbea [n] perforata super alligetur,quæ suo pondere paulatim materiam ganglij exprimat,sed maxima ex parte, ubi fit scirrhus,curatur,extracta materia,non quidem manifeste,neque enim aperto loco exiret,cum ualde inhæreat & adstricta sit, sed obscure per digerentia [o] præsidia, quibus non cedet, nisi prius dentur mollientia, quæ & ipsam liquefaciant, ac tenuiorem reddant, & locum relaxent, ut faci-

a Gal. li. 2. ad Glauc. c. 4.
b Gal. lib. 2 ad Glauc. cap. 4.
c Gale. lib. 13. meth. c. 46.
d Gal. li. de tumor. c. 9.
e Gal. li. de tumor. c. 7.
f Gal. lib. 2. ad Glauc. c. 4.
g Auic. li. 4 f. 3. tract. 2. c. 10.
h Gal. li. 14 met. c. 4. & li. 2. ad Gl. cap 4.
i Auic. l. 4. f. 3. tra. 2. c. 12
k Auic. l. 4. f. 3. tract. 2. c. 12.
l Gal. lib. 2. ad Glau. c. 2. & lib. 13 meth. c. 9.
m Gal. l. 14. meth. c. 10.
n Gale. l. 9. simpl. c. de plumbo.
o Gale. li. 2. ad Glau. c. 4. & 14. metho. c. 4. & Auic. lib 4. fen. 3. tract. 4. c. 16.

A vt facilius in vaporem conuersa expirare possit. Præstat autem vicissim mollientibus & digerentibus [a] vti, vt ea, quæ subinde præparatur, subinde etiam discutiatur, tanto enim facilius reliqua digeretur, quanto detracta parte locus erit laxior, neque dissimile est, quod accidit crassis ac glutinosis succis, quos in internis partibus contentos nitimur purgare, nam vt prompte sequantur cathartica, à quibus ducuntur, necesse est extenuentur, [b] atque incidãtur, sed quod extenuatum atque incisum est, subinde purgari debet, & rursus ad extenuantia atq; incidentia redire, & ita vicissim purgare ac præparare, purgata enim parte materiæ, reliqua minori negocio purgabitur. In scirrho igitur vicissim [c] vtemur & mollientibus & digerentibus, atq; hoc pacto exinaniemus crassum humorem. Si quando autem in pus vertatur, ea curatio adhibenda erit, quam in sequentibus ad suppurationem proponemus. Quod si scirrhus iam confirmatus sit, nullo pacto digeri materia potest, sed omnino [d] insanabilis est; tantum vnum superest remedium, vt simul cum vitio pars adimatur, quod in strumis glandularum scirrhis frequentatũ est. Differentiæ [e] scirrhi absoluti, vel non absoluti, non alia postulant auxilia, quam quæ dicta sunt, nam absolutus non curatur, nisi adempta parte; qui nondum absolutus [f] est, mollientia desiderat ac digerentia. Rursus aliæ differentiæ similem in curatione differentiam postulant, in eo enim, qui exquisitus est, remedijs vti debemus ad exquisitum spectantibus; hæc autem sunt, quæ ad vnum tantum humorem diriguntur: in eo vero, qui spurius est, dirigi curatio de-

B bet ad plures humores simul. Quod spectat ad differẽtias causarum, siue a principio incepit eiusmodi frigidus tumor, siue talis factus fuerit ex calido ob imperitiam medicorum, eadem curatio conuenit, symptomata enim nihil per se proprium postulãt. Hactenus de operibus ad curandum scirrhum necessarijs. Sequuntur instrumenta, per quæ perficiuntur, quæ proposita sũt: quod durum est, molliri debet, & quod frigidum, calefieri, medicamenta calida vtrumque præstant, cũ & calefaciant, quod frigidũ est, & molliant quod concretũ, liquefiũt enim calore, quæ frigore concrescunt. Vocantur medicamenta mollientia, a Græcis [g] μαλακτικά, sunt autem calida secundo aut tertio gradu, non tamen sicca, sed vel moderata, vel potius humida. Sunt etiã quæ pus mouent calida [h] & humida, non tamen valde talia, satis enim est, si calorem & humorẽ nostrum æquent. Quæ emolliunt, calidiora & humidiora esse debent, non tamen æqualiter, sed validiora, vbi corpus durum sit, imbecilliora vbi molle, ad partes duriores cum emollientibus admiscendum est acetum, vt penetrent, [i] eiusmodi materiam suppeditant medicamenta complura, tam simplicia, quã composita. Ex simplicibus medicamentis leuiora sunt medulla [k] ceruina, & vitulina, tum adeps suilla & gallinacea sine sale, nam sal aduersatur his, quæ molliri debent, anserina vero, caprina, hircina, & taurina adeps validam habent molliendi vim, sed validiorem gũmi, [l] ut ammoniacum, galbanũ, bdellium, styrax, recentia adhuc, nã vetusta siccãt

C validius, quam oportet. Vtiliter etiam ad emolliendũ multa componuntur, veluti cataplasma ex malua syluestri, ex radice althææ & [m] cucumeris agrestis, cum oleo & adipe coctis; tum id quod fit ex radicibus althææ, fęnugræco, semine lini cũ adipe suilla vel anserina, & oleo: id preterea quod constat ex meliloto itũ aliud quod accipit œsypi, resinæ terebinthinæ, vtriusq. vnc. j. semis, adipis gallinaceæ, anserinę, vtriusq. vnc. j. diachylon magni vnc. ij. fiat ceratum, addita cera alba: valet & per se διαχύλων: admodum efficax est ceratum, quod accipit, castorei, euphorbij, piperis lõgi, nigri, cuiusq. vnc. j. ammoniaci opopanacis, cuiusq. vnc. j. semis, medullæ ceruinæ, vitulinæ, cuiusq. vnc. ij. resinæ terebinthinæ vnc. vj. styracis liquidi vn. j. adipis gallinaceæ, anserinæ, anatinę, suillæ, cuiusq. vnc. j. sem. ceræ libr. 1. olei amygdalarũ dulciũ, chamæmelini, naphtici, cuiusq. vn. viij. olei balsami drac. j. semis, œsypi vnc. iij. uini veteris q. s. ad macerãdũ. Valent & malagmata: sed maxime ad rẽ pertinet, statim ante vsum digerentiũ fouere locũ affectum, vel continendo mẽbrum in visceribus vituli, aut veruecis protinus iugulati, vel persundẽdo aut tenue oleum calidũ, aut aquam similiter calidã, in qua [n] bullierint medicamenta emollientia, vt radices althææ, vel cucumeris agrestis, folia maluæ, fęnugræcũ, semen lini. Digerẽtia

D medicamenta calida & sicca esse debent, ita tamen vt non excedant secundũ aut tertium gradum calefacientiũ, & primum siccantium: magis autem ad rem pertinent, quæ cũ digerente facultate simul [o] adiunctã habeant emollientẽ. Aptantur alijs partibus alia digerentia, vt densis tenuiora & acriora, laxioribus leuiora, valent igitur ad digerendum ex simplicib. adianthum, brassica, chamæpitys, grossi cocti, balneum vim habẽs sulphuris, bituminis, nitri, aluminis, & lutum [p] quod in eo residet: Habentur eiusmodi balnea in agro Patauino, & in Senensi, ac Lucẽsi.

Ex compositis valet simul ad digerendum ac molliẽdum id, quod Ctesiphontem auctorem habet, accipit autem ceræ, resinæ, [q] terebinthinæ, nitri, olei veteris, singulorum libram, aquæ heminam, quæ liquari possunt, liquentur, tum addatur nitrum ex aqua tabefactum, paulatimque omnia dimoueantur, dum [r] bulliunt. Proprie ad musculos accommodatur ammoniacum, aceto temperatum: [s] ad chordas tenuiori & acri præsidio opus est, quamobrem pyrites lapis vel molaris candens aceto acerrimo persunditur, cuius vaporem exhalantem excipit membrũ affectum, quod super ipsum agitatur. Ad ganglia aptatur cyzicænum [t] Heræ; id preterea quod compositum est ab Archigene ex calce non extincta, anserina adipe, & resina terebinthina: Quod item ab Oribasio ex cerussæ, resinæ piceæ, olei veteris, ammoniaci, galbani singulorum vnc. j. ceræ vnc. iiij. cæterum struma, hoc est scirrhus glandularũ humorem aliquẽ gignentium

a Galen. & Auic. ibid.
b Gal. li. 2. apho com. 9.
c Gale lib. 14 meth c. 4. & Auic. lib. 4 fen 3. tra. 2 c. 11.
d Gal. lib. 2 ad Glauc. c. 4.
e Gal. li. 14. meth. c. 13.
f Gal. lib. 2. ad Glau. c. 4. & 5.
g Gal. lib. 2 ad Glauc. c. 4.
h Gal. li. 5. simpl. c. 9.
i Gal. li. 14. meth. c. 5.
k Gal. li. 2. ad Glau. c. 4.
l Gal. ibid. & li. 1. simpl. c. 9.
m Gal. lib. 14 meth. c. 5. & libr. 5. simp. c. 9
n Gal. lib. 5 simp. c. 9.
o Gal. lib. 2 ad Glauc. c. 4 & li. 14 meth c. 4.
p Auic. lib. 4. f. 3. tract. 2. c. 12.
q Gal. lib. 6 catagen. c. 16
r Gal. li. 14. meth. c. 5.
s Gal. lib. 2 ad Glauco. c. 4.
t Gal. lib. 5. catag. c. 7.

vel parantium, solummodo mollientibus & digerentibus præsidiis curatur, sicuti reliqui scir- E
a Gal.li.14. meth.c.11. thi, vbi curari potest; a si iam confirmatus est & curari non potest, relinquitur in illis vero glā
b Gal.ibid. dulis, quæ vasorum b deriuationē fulciunt, vbi sanati possit scirrhus, vtiliter adhibentur farina lupinorum ex oxymelle decocta, vel stercus bubulum ex aceto: vel calx nondum extincta cū melle, oleo, & adipe; vel cataplasma quod habet calcis non extinctę, ac nitri parem portionē, nasturtij ac fœnugræci quadruplum, quæ cum melle miscentur: præterea farina hordei cum stercore columbino, & semine lini, in vino cocta: tum nasturtium cum pice liquida: radix cucumeris agrestis arida, & cinis ex lauri foliis siccis cū resina terebinthina: farina hordei cum vrina pueri. Si scirrhus suppuret, valet pix illita quæ cōcoquere ipsum potest. Eodem spectat & medicamentum quod habet ceræ libram vnam, picis vnc. viij. vel quod accipit myrrhæ ʒ x. ammoniaci ʒ ij. visci quercini ʒ viij. galbani ʒ iiij propolis ʒ j. quæ cōtunduntur in mortario simul, ac miscentur. Qui in articulis fiunt πῶροι perinde atque alii scirrhi mollientibus curantur & digerentibus, sed validiora sustinent ac postulant. Vtemur igitur adipe vel medulla veteri, bdellio, ammoniaco, oleo vetustissimo ad molliendum, ad digerendum vero nitro sale, euphorbio, vel caseo veteri incocto ex iure pernæ, quod efficacissimum est ad discutiendum, & abrumpit cutem ita vt quotidie ex eiusmodi materia in articulo contenta aliquid educatur. Eodem spectat medicamētum quod componitur ex sandaracha, resina terebinthina, & visco quercino. Sed cum struma quæ curari in glandulis vasa fulcientibus iam confirmata nō potest F
c Gal.li.14. meth.c.11. remoueri, nisi simul cum vitio c glandula detrahatur, quod quibus instrumentis præstandum
d Gal.ibid. sit, adhuc ostendendum superest: vtimur interdum medicamentis putrefacientibus d quæ pus mouent, atque erodentibus, quæ græci vocant σηπτικὰ vt sandaracha, sarcocolla, arsenico, argento liquido vsto, oleo quod ex atramento sutorio igne elicitur, calce non extincta cum sapone; sed si struma grandior sit, necessaria est chirurgia, secanda enim cutis est & hamis vtrinq;
e Gal.li.14. meth.c.11. reducenda, tū scalpello separanda e glandula est a partibus cum quibus nectitur, ea animad-
f Gal.li.3.d loc.aff.c.6. uersione ne violentur grandiores venæ, arteriæ, aut neruí potissimum in ceruice recurrentes, nam honio f mutus fieret, hoc pacto detrahenda glandula est, ac demisso digito indice inquirendum num restet aliqua struma. Si quæ venæ nimis sanguinem fundant iniecto laqueo vinciendæ sunt, aut præcidendæ, aut adurendæ vt supprimatur, dein cutis sectæ partea inter se agglutinandæ, atque vbi laxiores sint, excidere prius particulam aliquam oportet, ita vt sectio myrrhei folij signram repræsentet, dein agglutinanda plaga est, quod commode præstat emplastrum enæma barbarum.

De abscessibus quos efficit humor. Cap. XI. G



g Sup li. 3. c.3. Cirrhis ac strumis maxime similes sunt abscessus illi, quos crassiores humores efficiunt, nam alii fiunt à substantia solida quos tractauimus antequam ad eos g tumores, qui ab humoribus fiunt aggrederemur: alii a pure, quos subiiciemus, cum hos absoluerimus quos excitar humor crassus. Commune est abscessibus omnibus
h Gal.l.2.ad Glauc.c.7. quacunque materia fiant, vt partes quæ prius h se contingebant, separentur, & spacium me-
i Gal.li. de tumor.c.5. dium relinquant, in quo illa consistat, proprie autē qui fiunt ab humore crasso nunc nobis propositi, aut velamentum i habent, quo ille includatur, aut sine velamento sunt, atque hi eam curationem postulant, quam paulo post ad suppurationem monstrabimus accommodari per ea quæ vel digerant, uel, manifeste detrahant quicquid intus continetur, sed hærent hi & immobiles permanent. Contra illi qui velamentum habent in quo materia consistit, mobiles sūe
k Gal.li.14. meth.c.12. & a cute separantur. Horum tres k species frequentissimæ sunt, & singulæ græcum nomen in-
l Gal ibid. ueneruns a materia quam continent. Vna vocatur στέατωμα l cui pingue quoddam subest, alte-
m Gal.li.1. d̄ cau.sym. c.2. ra ἀθέρωμα, cui quasi renuis pulticula, tertia μελικηρίς, cui liquidior humor melli similis: quisq; au tem refertur & ad magnitudinem auctam præter naturā, & ad immoderatam tēperationem frigidiorem, quam m tumor efficit, & ad vnitatis solutionem, soluuntur enim partes continuæ, H
n Gal li. 2. ad Gla. c.7 adde quod quæ prius se contingebant diducuntur, n qui morbus prædictis accedit, & referri
o Gal.li 14. meth.c.18. ad situm potest. Proxima & continens causa est materia, quam diximus o in meliceride melli, in ateromate pulticulæ, in steatomate adipi similem esse. Maxima autē ex parte eiusmodi humor pituitosus est, vel liquidus adhuc, vel magis aut minus concretus, cui tamen interdū admiscetur aliquid flauæ, vel atræ bilis, aut humoris aquosi. Causæ antecedentes illæ sunt, ob quas eiusmodi materia & gignitur in corpore, & paulatim colligitur in loco affecto: neque.n. ita concreta influere ad ipsum potest; gignitur autem ex cibis & potionibus, a quibus suppeditari materiam diximus ad pituitam procreandam, supra p in curatione œdematis, & scirrhi.
p Supra in hoc li.c.6. Humor pituitosus, si confluat ad locum affectum, necesse est tenuior sit: potest tamen ibi retentus crassior fieri, & abscessum excitare: plerunque autem paulatim in eo contrahitur ob
q Gal. li.2. d eđif.fe.c. vlt. imbecillitatem concoctricis q & expultricis facultatis, ob alimenti crassitudinem, ob vias clausas. Concoctrix facultas debilis, cum non bene alimentum conficiat copiam contrahit materiæ crudæ, id quod facit etiam expultrix debilis, cum & accipiat quod aliunde transmittitur, & non expellat quicquid continue superans expellendū esset. Eodē spectat & via interclusa,

vnde

A vnde exire deberet quicquid assidue superans expellitur, & alimentum crassius, ex quo quicquid superat necesse est crassius sit, & non possit facile detrudi. Symptomata que hos sequuntur abscessus, sunt primo dolor onerantium, atque interdum etiam pungentium sensum repræsentans, vbi scilicet materia acrior fuerit. Motus præterea voluntarius musculorum partis affectæ non ita expeditus est.

Tria hæc quæ preter naturam posuimus in huiusmodi abscessibus, recognosci debet in homine ægrotante. Recognoscũtur primum symptomata sensu, sub quem cadit etiam morbus, sed causa vtrum velamentum habeat deprehendi diximus ex eo quod mobilis est, & a cute a Gal.li. de tumor.c.5.
separatur, talis enim velamento [a] includitur. Sed sit ne steatoma, an ateroma, an meliceris, discernes ex causa quam continet, quæ similis [b] erit melli, pulticulæ, aut adipi, sed quid intus habeat coniectura præsagiri potest, ex toto cognosci nisi cum eiecta sunt, non potest, steatoma b Gal.li.14. meth.c.1.
planum, solidum est, tactui renititur, adeo vt digitis prementibus minime cedat. Ateroma oblongum est & sublatum, digitis prementibus ob crassitudinem & lentorem humoris tarde rocedit, sed & remotis etiam tarde reuertitur. Meliceris rotundior est, magis extenditur, pressuriq; digitorum celerrime cedit, & celerrime reuertitur. Eiusmodi sunt effecta ex quibus dignoscitur causa proxima & continens, quam colligere licet etiam ex antecedentibus, a qui- c Ga.li.14.
B bus eiusmodi humor contrahitur, tum ex his quæ prosunt: prosunt [c] autem steatomati solæ meth.c.12.
manus operæ: ateromati etiam medicamenta exedentia: meliceridi etiam sola digerentia. Ex futuris, euẽtus salubris expectari debet ubi curetur abscessus, priusquam valde increscat quia admodum grandis est, vel non curatur, sed diu hominem torquet, vel cum periculo curatur, ne venæ & arteriæ magnæ violẽtur, & homo effuso sanguine decedat. Tempus curationis per medicamenta, longum est: chirurgia expedita est. Via qua sanatur multiplex est, cum vel digeratur, vel suppuret vbi tenuior materia est, vel erodatur adhibitis medicamentis, quæ græce [Greek] dicunt, vel secetur vbi crassior, ita vt neq; digeri neq; putrefieri possit. In curatione primũ conspectare oportet, ne morbus augeat quod fiet queadmodũ in scirrho pituitoso diximus adhibito victu extenuante, & catharticis pituitam educẽtibus, deinde remouere quod iam fa- d Gal.li.14.
ctum est, detrahendo humorem [d] cum velamento, quo includitur, detrahitur autẽ vel obscure meth.c.12.
sub præsidiis digerentibus, conuertitur enim in vapores, & ita dissipatur, vel manifeste cũ suppurat, & aperitur locus, quemadmodum paulo post in suppuratione tradémus, siue paulatim putrescat adhibitis medicamentis erodentibus, siue secetur, non tamẽ aptatur quiuis ex prædictis modis educendi, cuilibet abscessui: nam steatoma, quod materiam valde concretam cõtinet, sola sectione [e] sanatur, eiicitur enim materia vna cum tunica in qua consistit, neq; cedit e Gal.li.14. meth.c.12.
C erodentibus, aut pus mouentibus, aut digerentibus. Ateroma, quod fit a materia minus cõcreta, non solum sectione, [f] sed erodentibus [g] etiam medicamentis curari potest. Materia meliceridis quæ magis liquida est, non tantum [h] sectione, aut erodentibus auferri potest, sed etiam in pus verti ac digeri, quanquam si comprimatur, vbi adhuc tener est abscessus, potest etiam repelli. Expedit autem cum leuiora sufficiunt, abstinere a validioribus, neque veniendum est f Gal.li.14. meth.c.19. g Gal.li.14. meth.c.12. h Gal.ibid.
ad chirurgiam, vbi satis faciant medicamenta, neque vtendum est erodentibus, vbi materia digeri possit. Sed iam tempus est instrumenta exponere, quibus perficiantur opera proposita. Vtemur itaque ad digerendum medicamentis, quibus scirrhum & strumam digeri monstrauimus. Maxime autem ad digerendum melicéridem accommodatur medicamentum Archigenis, [i] quod habet spumæ nitri partem vnam, veratri duas, quæ crassiore cerato excipiuntur. i Paul.li. 4. c.34.
Aliud item quod accipit salis [k] ammoniaci, spumæ argenti, cerussæ singulorum ℥. vj. resinæ terebinthinæ, galbani, opopanacis singulorum vnc. sem. rubricæ sinopidis vnc. iij. spuma argenti, cerussa, & sal diligenter conteruntur, quibus simul coctis adiicitur rubrica sinopis ex aceto trita, liquantur ea quæ liquari possunt, & vbi iam refrigerata sunt, miscentur cum aliis, quibus adduntur opopanax & galbanum ex aceto temperata. Eodem spectat & illud quod habet k Ga.li.6 catagen c.16
vuæ passæ detractis granis libram vnam, cumini bene triti ℥. vj. quæ omnia simul in mortario contusa adhibentur. Vbi materia non cedat digerẽtibus & pus mouentibus, oportet (vt an-
D te, ostensum est) venire ad erodẽtia, quæ cũ cute integra nihil proficiant, prius hæc adurenda [m] est medicamentis crustam inducentibus, vt calce, misy, chalcitide, atramẽto sutorio, aut oleo quod ex eo, vel ex stibio eiicitur, deinde vt crusta decidat, butyrum aut adeps superimponẽdum est: ea resoluta imponemus medicamẽta erodẽtia super tunicã ipsius abscessus, quę iam in conspectũ veniet alba & intenta. Erodit autem argentum liquidum vstum quod præcipitatũ appellant: præterea medicamentum, quod fit ex fermento & cantharide. Id item quod habet sandarachæ, seminis vrticæ exsiccati æquales portiones, vel crustæ echinorum, testæ sepiæ, auripigmenti similiter æquales portiones, quæ oleo roseo exceptæ illinũtur. Sed necesse est cum dantur adurentia vel erodentia medicamenta ad affectũ locũ, defendere partes quæ iuxta sunt, ne violentur, quod eueniet si prius illinantur terra armena ex aceto diluta, aut cerussa ex oleo roseo temperata. In steatomate q medicamẽtis non cedit, veniemus (vt dictũ [n] est) ad chirurgiã: q si in summo latius pateat, ad basim vero sit angustius, illa maxime expedita curatio est, qua totũ ad radicẽ secatur, & plaga deinde candenti ferramento aduritur. Sed vbi intus condatur, & non promineat, secanda & diducenda cutis est, quẽadmodũ & extrahi l In hoc eodem cap. m Pau.li.4. c.34. n Gal.li.14. meth.c.12.

tur struma, quã paulo supra [a] tractauimus, deinde digitis, vel scalpello manubriolo separandũ est ab integro corpore totum stearoma, & cum velamento suo eiiciendum ea cautione adhibita, vt ipsum velamẽtũ [b] inuiolatum seruetur, ne humor effusus operam impediat: si qua [c] eius particula relinquatur, quod accidere solet, vbi ab inferiori parte velamentum musculo inhærescit, qui ne lædatur, superior velamenti pars exciditur, reliqua deinde sub erodentibus medicamentis absumitur. Cauendum autem ne cum scalpellus admouetur, nerui, [d] venæ aut arteriæ lacerentur; cum tunica tota exempta est, committendæ oræ fibulæque inijciendæ sunt, & superdandum medicamentum glutinans, ac demum cicatricem inducens. [E]

a In c. antecedenti. b Paul. lib. 6. c. 36. c Paul. ibi. d Paul. ibi. c. 35.

De suppuratione, seu abscessu continente pus. *Cap. XII.*



Restat ex abscessibus, ille qui fit à pure, ante [e] enim ostensum est abscedere partes, quæ se contingebant, non solum interiecta substantia solida, aut humore concreto, sed pure [f] etiam, quod distendendo & rodẽdo sinuat, & sibi spacium facit, vnde necesse est plures [g] morbi simul concurrant, vt magnitudo præter naturam aucta ob tumorẽ, solutio quædam vnitatis, quod erodantur partes aliquæ & violenter distendantur: disiunctio earum partium quæ prius se contingebant, & ob abscessum non retinent amplius naturalem situm, immoderata temperatio calida quam pus affert præsertim dum [h] conficitur, quanquam aliquid immoderati caloris etiam remanet, postquam factum est. [F] Horũ omnium morborum proxima causa est pus, quod in abscessu subest: antecedunt & effectrix, calor videlicet medius [i] inter eum qui naturalis est, & eum qui omnino contra naturam, & materia, hoc est humor qui vertitur in pus: non est autem æque quis idoneus qui suppuret, sed maxime qui calidus est & humidus, veluti sanguis, hic enim facile concipit calorem præter naturam, & materiam habet non valde aquosam vt serum, non ualde terream vt humor melancholicus, sed quæ facile in pus degeneret. Pituita quæ frigidior est, vix concipere potest tantum caloris, vt in pus vertatur, nisi admixta sit cum sanguine, aliquando tamen sola diuturnitate temporis veluti in scirrho vertitur in pus: flaua bilis magis exuritur ob nimium calorem, quam suppuret, neque enim suppurare solet erysipelas, nisi sit inflammationis particeps, hoc est nisi fiat à flaua bile, cui simul aliquid sanguinis sit admixtum. Atra bilis quæ iam vsta est, non suppurat, nisi cum alio humore misceatur: debet igitur materia vt suppuret esse humida, & calorem facile contrahere. Versatur autem in affecto loco, quod vel ibi paulatim collecta sit, vel aliunde [k] influxerit ob causas, quas supra enarrauimus cum ageremus communiter de tumoribus, quos efficit humor, & proprie de inflammatione. [G] [l] Symptomata quæ suppurationem cum fit sequuntur, sunt pulsus molestus, dolor, [m] & febris; eadem cum factum est, non statim recedunt, sed leuiora sunt; accidit offensa motus voluntarij in illis partibus in quibus est abscessus. Tria hæc præter naturam quæ in suppuratione attenduntur, morbi, causæ, & symptomata, videndum est quo pacto agnoscantur in ægrotante. Et primo quidem symptomata sensui patent, sub quem cadit ex morbis magnitudo aucta, immoderatio temperationis calida: solutio autem vnitatis & disiunctio partium quæ ante iungebantur, colligitur partim ex causa continente, vt ex pure substante, quod eam disiunctionem monstrat, partim ex effectis, vt ex dolore, qui solui vnitatem denunciat. Pus quod est causa proxima sensum latet, sed intelligitur ex causis, vt ex effectrice, quam diximus esse calorem, qui maior [n] est quam naturæ conueniat, & materia eiusmodi potissimum est sanguis, quo fit vt inter tumores inflammatio maxime suppuret. Eodem spectant quæ prosunt aut obsunt, nam vbi materia suppuret, prosunt [o] calida & humida, obsunt frigida & sicca; maxime autem ex effectis conijcitur pus, nam cum fit, augetur [p] pulsus molestus, dolor, & febris, aut superueniunt si prius non aderant. Scribit Aristoteles [q] in libro de respiratione, cum sanguis in tumoribus præter naturam mutatur, sentiri pulsum cum dolore, donec concoctus vertatur in pus, quem affectum esse ait similem feruori: eadem vbi iam factum est, sentiuntur remissa, sicut & tumor imminutus apparet: adde quod pressum pus circumfluit, & quod non premitur attollit, adeo quod locus conspicitur subpallidus, & mollior [r] tangitur, præsertim ea parte qua maxime pus continetur, sed tactu opus est exercitato, qui naturalem mollitudinem distinguat ab ea quam pus affert: nonnullæ partes naturaliter molles sunt, & cedunt, veluti auriculæ, sed alius est cedendi modus in ijs, alius in suppuratione, quando autem pus subsit, neque ex mollitudine aut cedendi modo deprehẽdi possit, censetur [s] Hippocrates, vel eius crassitudinem, vel altiorem locum in quo continetur, vnde cum premitur, non videtur circumfluere. Ex futuris, euentus aut salubris, aut perniciosus expectari debet: expectabitur salus, vbi [t] natura videatur superare morbum, quod eueniet cum & per se valida erit, & materia pauca, mitis, calida, ita vt suppuratio in exteriorem [u] partem feratur, & acuatur neque restet aliquid materiæ subcrudæ. Timebitur interitus, si natura superetur, [x] quod & per se imbecillior sit, & materia multa & praua, quæ introferatur, nec tota æqualiter vertatur in pus, sed adhuc obnitatur aliqua eius pars, & subcruda. Sed vbi suppuratio aperta est, si pus qđ effluit album sit, [y] æquale, ac sine fœtore, superari morbum à natura significat: contra si sanies exeat

liuida,

e In c. antecedenti. f Ga. li. 14. meth. c. 12. g Supra in c. anteced. h Hip. li. 2. aph. 47. i Galen. 2. prog. com. vltim. & 5. simpl. c. 6. k Gal. li. 14 meth. c. 12. l Supra c. 1 huius libri. m Hip. li. 2 apho. 47. & Gal. in cõ. n Ga. 5. simplic. c. 6. o Gal. ibid. p Hippo. 2. aph. 47. q Ari. li. de resp. c. 8. r Gal. 2. ad Glau. c. 7. s Hippo. 6. aph. 41. t Gal. lib. 4 de præsag. pul. c. 11. u Hippoc. & Gale. 1. progn. 40. x Gal. ibi. y Hippoc. 1 progn. vlt.

A liuida, cruenta, inæqualis, fœtida, superari naturam a morbo. Tempus quo expectari euentus debet, lõgum iudicabis, si parum superari morbum a natura, vel naturam a morbo videas; sed breue, [a] si multum morbi vires superentur à viribus naturæ, aut multum easdem superẽt. Via salutis est, quod bene conficiatur pus, deinde vel digeratur, vel euidenter extrahatur, & curetur sinus. Via interitus est, quod putredo magna visceribus impertiatur, & vires conuellat. Ratio curandi, alia requiritur cum pus fit, alia cum iam factum est. Cum fit, neque prohibere licuit, idoneo victu adhibito, & exinanito vniuerso corpore, ne tumor post repellentia, post deriuantia, post digerentia suppuraret, lenire symptomata oportet, quæ necessario augentur, & dare operam, vt quod abscessurum est, cito abscedat, nam sic celerius sequetur salus. Succurrere igitur febri oportet per idonea remedia, dolor & pulsus molestus postulant relaxãtia, quæ vbi moderate calida sint & [b] humida, conferunt ad pus celeriter maturandum, quod necessarium esse diximus, vt cito sanitas sequatur; quanquam non habent vim obstruendi ea quæ relaxant, quam ad pus [c] mouendum necessariam esse demonstrabimus, conferunt tamen quatenus calorem nostrum augent: commode igitur & ad relaxandum, & ad pus celeriter mouẽdũ perfundemus abscessum aqua calida, aut oleo calido, aut vtroque simul, [d] quod hydrelæon appellant. B Sed vt quod abscessurũ est, cito abscedat, in abscessu adhibenda sunt quæ pus mouẽt: qualia autem esse hæc debeant, intelligemus si statuamus suppurationem esse speciem [e] coctionis, hanc vero effici a calore naturali, qui pus quoque conficit, quanquam non est ex toto moderatus, sed paulo maior ob retentos calidos vapores, qui excitantur dum aliquo pacto bullit materia, & conuertitur in pus. Calor cum ex toto naturalis est [f] concoquit alimentum, & simile reddit; cum ex toto præter naturam, id putrefacit; sed cum medius quodãmodo inter vtrunque est, partim [g] naturalis, partim auctus retentis vaporibus calidis propter obstructionẽ pus conficit ex materia, quæ neque ad alendum apta est, neque prorsus ad putredinem. Ergo ubi opus est materiam, quæ abscessum facit, vertere in pus, augere calorem naturalem oportet, vt celerius perficiatur: augenda autem non qualitas est, sed substantia, [h] quam necesse est moderate calidam & humidam esse similem naturæ nostræ, quæ talis est, & simul copiosam, vt egregiã concoquendi & pus conficiendi facultatem habeat, si augeretur qualitas caloris, pro pure fieret sanies, & pro coctione, sequeretur putredo. Hippocrates, [i] cum a calido pus fieri in visceribus tradidit, moderatũ intellexit, qui maior est, & putrefacit, vt diximus, & digerit magis humorem, quam in pus vertat: debent igitur quæ ad pus mouẽdum accõmodantur, vt augeãt substantiam caloris nostri, esse moderate calida [k] & humida, siue calorẽ tangentibus præseferant, vt catulus, vel puerulus superimpositus, vel manus admota, siue eundem concipiant C cum nos contingunt; veluti medicamenta, quæ alio nomine etiam possunt substantiam nostri caloris augere, spiritum videlicet exhalantem retinendo. Docuit [l] Hippo. quæ concoqui oportet, occludenda esse, quæ digerere aperienda. Occludũtur autem parua foramina ab his, quæ vel adstringunt, vel obstruunt, sed quæ adstringũt cum frigida sint & sicca, coctioni aduersantur, ad occludendum pertinet quies quam amant quæ concoqui aut in pus [m] verti debent, nã motus euocat spiritus, & foramina aperit calefaciendo: præstat igitur vti ijs quæ obstruunt, & ea eligere quæ moderate calida & humida sint, vocantur aũt quæ cutem obstruunt a græcis [n] ἐμφρακτικά quorum substantia facile inhærescit, & obturat, citra omnẽ detergendi facultatem; talia igitur esse debent, quæ pus mouent: scire tamen licet aliena esse, & cu calor partis imbecillus est, (periculum.n.est ne occlusus stranguletur) & cum materia valde praua, quæ partẽ affectã corrumperet, si prohiberetur perspiratus. In tuberculis inquit [o] Aristoteles in eodem libro de respiratione, celerius putrescit humor cum non expirat: tunc igitur potius secando vel vrendo extrahenda materia est, ꝙ occludẽda. Vbi aũt conficere pus expediat, vtendum est medicamẽtis moderate calidis & humidis, atque emplasticis expedit autẽ talia adhibere nõ solum in abscessibus & tumoribus præter naturam, qui digeri non possunt, sed etiã cum caro col D lisa est, quæ necesse est in pus vertatur & tabescat, nam cum restitui amplius non potest, vertitur in pus a calore nostro, multo magis cũ eius substãtia ab ęque calidis & humidis atq; emplasticis augetur: vbi aũt humor quẽ vertere in pus oportet calidior fuerit, periculũ est, ne calore a medicamentis aucto fiat gangræna, & corrumpatur affecta pars; Quãobrẽ expedit tunc pus mouentibus aliquid adiicere ꝙ refrigerandi vim habeat, vt oleum roseũ, aut semen psylli, aut violarum folia: contra si humor [p] frigidior sit nõ cedet moderate calidis & humidis, sed vt cõuertatur in pus, necesse est vti calidioribus, vt his quę ad primũ gradum caloris, vel etiã ad initiũ secũdi perueniunt, qualia sunt ea quæ emolliunt, vt resina terebinthina, picea, bdelliũ, galbanum, ammoniacũ, diachylon: requirũtur autem calidiora & acria medicamẽta ad pus [q] mouẽdũ, ubi tumor frigidior est, & corpus durius, vt penetrare eorum facultas possit, & vincere frigus humoris in pus vertendi, nã hæc in corporib. frigidioribus ac durioribus ad pus mouendũ accommodãtur, in his vero quæ moderate calida & humida sunt, satis erit ad pus mouẽdũ admouere medicamẽta similia moderate calida & humida, & simul etiã emplastica. Huiusmodi in primis est cataplasma ex farina [r] triticea, quæ in aqua decocta sit, aut id ꝙ hẽt interiorẽ partẽ panis [s] siliginei ex oleo & aqua decoctã; exterior panis pars & farina hordei siccior est, & minus glutinosa, neq; ita accõmodat corporibus mollioribus, nisi bulliat in aqua, in qua de

a Gal. l. 4. de præs. pul. c. 11.
b Gal. li. 5. simp. c. 6.
c Gal. 5. simplic. c. 9.
d Gal. ibid.
e Gal. 5. simplic. c. 6. & 9. & 1. pg. com. vlt.
f Gal. 1. pro. com. vlt.
g Gal. ibi. & li. 5. simplic. 6.
h Gal. 5. simpl. c. 6. & 9.
i Hipp. 5. aphor. 22.
k Gal. lib. 5. sim. c. 6. & 9.
l Hipp. 2. 6. epid. 21.
m Gal. li. 4. de ru. val. c. 4.
n Gal. li. 5. simp. c. 9.
o Arist. lib. de resp. c. 8
p Gal. li. 5. simp. c. 9.
q Gal. ibid.
r Gal. li. 2. ad Gla. c. 2.
s Gal. li. 5. simp. c. 9.

a Gal. ibid. coctæ fuerint radices althææ, farina autem farris æque glutinosa est ac triticea, sed magis sic- E
b Gael. l. 2. ca, quamobrem aptior est corporibus durioribus: mollioribus etiam aptatur adeps[a] suilla uel
simp. ca. de gallinacea, præterea tetrapharmacum, quod fit ex cera, resina, pice, adipe; [b] cera per se minus
pinguedi- calida est quam conueniat, resina & pix calidior, adeps moderate calida, ex omnibus autem
ne. simul temperatis fit idoneum medicamentum: ad corpora minus mollia aptatur cataplasma,
quod fit ex farina tritici, & hordei acse minis lini decocta in mulsa, aut in aqua in qua bullierit
fenugræcum. Si corpora duriora sint, ad pus mouendum diximus opus esse medicamentis cali
dioribus siccioribus, atque acrioribus: accipitur ergo pro triticea farina, hordei vel farris, pro
c Ga. 5. sim siligineo, panis ex tritico cui nihil sit ademptum bene coctus & salitus, accipitur & triticum
pli. c. 9. ipsum manducatum, & cum saliua mixtum, pro adipe gallinacea, vel suilla, accipitur [c] anseri
na, vel bubula, aut caprina, magisque ex syluestribus, quam ex domesticis belluis, tum pro te-
trapharmaco pix & resina ex oleo anethino liquata. Maxime autem vtile est cataplasma ex
d Gal. 2. ad farina hordei, vel pane ex tritico cui nihil sit ademptum, quæ decocta sint ex aqua, in qua bul
Glau. c. 6. lierint ficus [d] aridæ quam pinguissimæ, hæ siquidem cũ tenuitate partis calefaciunt primo gra
du, vel initio secundi, vnde concoquunt, detergunt, ac digerunt, & valent ad crudiora tubercu
la maturanda. Quo spectat etiam medicamentum, quod componitur ex radicum althææ, lilio
rum vtriusque vnc. iiij. fermenti vnc. ij. farinæ seminis lini vnc. j. resinæ terebinthinæ vnc. sem.
croci vnc. ij. olei chamæmelini, adipis gallinaceæ vtriusque quantum sufficit, quæ teri possunt F
diligenter terantur, & misceantur cum pinguibus.

Cum pus maturum est, nõ sanatur abscessus nisi educatur, ponitur enim in tumoribus, quos
curari diximus detracto humore, a quo proficiscuntur: educetur autem pus vel obscure per di
gerentia, vel euidenter aperto loco. Præstat autem vbi fieri possit, pus digerere, nam si in va-
pores conuersum discutiatur, absoluta curatio erit, neque aliquid vltra oportebit adiicere,
contra si effundatur manifeste aperto loco, restabit cauum vlcus curandum: satius ergo est cũ
pus se ostendit, vbi liceat, digerentibus vti, quam statim locum apetire, licet autem vbi rubor
& dolor cessauerit, & parum aut nihil restet inflammationis, quam periculum sit ne sub dige-
rentibus, quæ acria sunt, irritemus; præterea vbi materia pauca sit & prope cutem: nam vbi re
e Gal. 2. ad linquatur adhuc inflammatio, & materia multa, vel crassa sit, ac sub altioribus partibus resi-
Glau. c. 7. deat, aperire locum oportet. Vtemur ad digerendum ficis [e] siccis, pane ex furfure, farina hor-
f Gal. li. 6. dei, quæ vt pus mouent in corporibus durioribus, ita in mollioribus digerendi facultatem ha-
catagen. c. bent. Validius digerit medicamentum, quod accipit, [f] resinæ terebinthinæ, picis aridæ, adi-
14. pis vitulinæ, nitri rubri, baccarum lauri singulorum ʒ xxv. visci quercini ʒ xij. sem. lixiuii &
& olei vtriusque sextatium. Efficacissimum est, quod componitur ex mucco cochleæ, adiecto
thure, aloe, ac myrrha. Quod si ob altitudinem loci, vel puris copiam, aut crassitudinem, despe G
res posse proficere digerentia, vel timeas ne pus acrius sit, quod diuturnitate tẽporis erodat
& putrefaciat partes in quibus continetur, necesse est euidenter effundatur aperto loco: ape-
ritur interdum per se vbi acrius & prope superficiem sit pus, abrũpitur enim cutis, quod vbi
nõ accidat, aperiendus est vel medicamẽtis, vel chirurgia; medicamẽta quæ ad hoc conferũt,
vel extrahunt pus ad partes externas, vel erodunt, vel adurũt, extrahit propolis, pix, sulphur,
g Gal. l. 2. ad radix bryoniæ, [g] cucumeris agrestis, narcissi, aristolochiæ, arundinis, componuntur etiam plu
Glau. c. 7. ra simul ad extrahendum, plurimum valet id quod accipit [h] ammoniaci vnc. vj. ceræ, resinæ te
h Gal. 6. ca rebinthinæ vtriusque vnc. iv. sulphuris, nitri vtriusque vnc. iij. vtiliter quoq; additur mel præ
tagen. dictis radicibus, vel superimponitur theriacæ: pus per hæc elicitur prope cutem quam statim
abrumpit, ita vt locus aperiatur: sed aperitur etiam erodentibus ac valde acribus, vt superim-
posito allio, aut fermento cum cantharide. Aperitur & multo celerius si dentur adurentia, vt
calx cum sapone nigro, aut chalcitis, aut oleum quod ex attamento sutorio elicitur. Verum ex
peditissima chirurgia est, siue secetur locus scalpello, siue candente ferramento aduratur; vti-
mur hoc cum materia aut praua est aut frigida, & cum timemus ne venæ aut arteriæ secẽtur,
quæ sanguine effuso hominem conficiant: alioquin vtimur scalpello, sed quocunq; modo ape-
riatur locus, non prius aperiri dẽt, ꝙ pus totũ bene cõfectũ fuerit, neq; .n. expedit, cum aliqua H
pars adhuc cruda est, abscessum aperire, ne vapor & pus a quo calor souebatur, exeat: nã cum
manẽt intus augendo calorẽ, plurimũ conferunt ad reliquũ humorẽ, qui adhuc subcrudus est,
in pus vertendũ, neq; detractio partis conducit, vt in digerendo scirrho emollito, aut in pur-
gando humore parato ad reliquum parandũ ac detrahendũ. Præstat ergo tunc locum aperi-
i Hipp. li. de re, cũ totũ pus cõfectũ est, nisi si prope anum sit abscessus, timet enim [i] Hippoc. ne pus ꝙ sub-
fistulis ab stat, rodendo sinuet, & fistulam faciat, quamobrem præcipit vt tubercula, quæ prope anũ sunt,
initio. adhuc subcruda secentur: id quod obseruandũ etiã est prope articulos, ne nerui aut ligamen-
ta erodantur a pure, & in digitis ne os corrumpatur, in aliis: expectare maturitatem oportet,
quæ cutem extenuet, eique pus iungat, quo propius repetiatur. Caue tamen ne in alterũ ma-
lũ incidas, ne scilicet nimis diu retento pure extenuetur cutis, & fiat veluti pãnus attritus, ita
vt postea cum subiectis partibus non facile agglutinetur. Aperiri itaq; abscessus debet, cũ ma
k Gal. l. 13. xime maturus est, ea autẽ parte aperiẽdus est, qua maxime attollitũ, & cutis tenuissima [k] est, &
meth. 5. locus sentitũ mollior: Vbi scalpello vtamur, vnica sectio sufficit, nisi valde magnus sit abscessus,
nam

A nam tunc plures etiã opportunæ ſunt: ſed ſiue vna, ſiue plures fiant, debet plaga deorſum ſpectare, vt educi pus poſſit: ducatur autem ſcalpellus in longitudinem fibrarum cutis, & ſubiectorum muſculorum. Sectio in inguine tranſuerſa ſit, vt cum femur curuatur, ª claudatur plaga & non hiet, venæ & arteriæ inſignes, ac nerui, ſcalpello minime attingantur; vbi cutis reſtare nimis laxa videatur, excidi debet in ſpeciem myrthei ᵇ folij, vt ſic agglutinetur, & locum adſtringat, vt naturaliter ſolet. Aperto abſceſſu effundendum pus eſt, non tamen totum ſimul, vbi multum ſit, hoc enim vetat ᶜ Hippocrates, ne ſequatur animæ defectio, quæ ſi forte ſuperueniat, ſtatim ſuccurrendum eſt odoribus, vini potione, aut perfundendo faciem aqua frigida. Si plures aut grandiores venæ vel arteriæ nimis ſanguinem fundant, claudendæ ſunt emplaſticis medicamentis, vel cruſtam inducentibus, fere ſufficit album oui ſtuppa vel linamento exceptum, quod non ſolum ſuper imponitur, ſed etiam intro demittitur: ſi dolor grauiter hominem affligat, ſuperdanda lintea ſunt oleo roſeo, aut vino nigro auſtero madentia, & frequenter eodem madefacienda. Si partes quæ iuxta ſunt, adhuc inflammatę videantur, ſuperdandum eſt emplaſtrum diachalciteos ex vino, vel oleo roſeo dilutum, aut cataplaſma ex lente decocta, cui paululum croci ſit adiectum: concoquitur enim & digeritur ſub his materia inflammationem faciens, neque vltra recipi permittitur. Si quid reſtet durum, ſuperimpoſito tetrapharmaco, vel alio medicamento idoneo molliẽdum eſt, quibus malis vbi occurſum eſt, euellere oportet quicquid B reſtat puris, non tamen violenter exprimi locus debet, ne durior reddatur. Tunc autem pro abſceſſu reſtat ſinus, quem græci nominant κόλπον, hic primo ᵈ detergẽdus eſt, deinde implendus, & cicatrix inducenda. Quicquid horum fieri debeat, abſtinendum eſt à medicamentis pinguibus, & olei vim habentibus, ſiccare enim oportet. Detergetur ſinus ſi abluatur mulſa, aut ᵉ mulſo, vel vino cum aqua marina, aut cui ſal adiectus fuerit, detergitur etiam ſi adhibeatur reſina terebinthina, & farina hordei cum melle: aut ſquama æris ſimiliter ᶠ cum vino & melle, detergit enim atque educit ſi quid ſupereſt puris. Cũ ſinus iam purus eſt, impleri debet carne, quod eſt opus ᵍ naturæ, medicus enim tunc eſt efficiendi ſocius, quatenus remouet impedimentum, ſiccat humorem, & detergit ſordem aſſidue ſuperantem, id quod efficit per medicamenta modice detergentia ac ſiccantia ſine morſu: idoneum medicamentum eſt ʰ manna, rhus, myrrha, aloe, puluis ex radice iridis aut ariſtolochiæ: commodum etiam medicamentum eſt, quod componitur ex fermento & oſtreis vſtis, atq; ablutis: vbi caro quæ iam procreata eſt, fere ſanam cutem æquet, priuſquam excedat, inducere cicatricẽ oportet, quo ſpectat medicamentũ ex cadmia, tum puluis ex galla, vel malicorio. Sed dum caro gignitur, ne multa procreãda ſit, vinculo adſtringendus ſinus eſt prius ſuperimpoſito medicamento glutinante, vt emplaſtro, quod dicitur enæma barbarum. Incipiat faſcia à fundo ſinus, vbi arctetur, vt quæ ſublimia C ſunt ſedem contingant, quemadmodum ⁱ Hippocrates pręcepit, tum ducenda eſt vſque ad os ſinus ſubinde laxior, ita vt ibi finiatur: ori autem ſuperdatur linteum medicamento illitum, quod debet perforatum eſſe, vt exeat ſanies, quæ altero linteo aut ſpongia ſuper impoſita excipiatur. Debet etiam os ſinus ſemper deorſum ſpectare, ne ſanies retineatur, ſi quando autẽ ſurſum ſpectet, aut ita collocãdum membrum eſt, vt in inferiorem partem vergat, aut demiſſo ſpecillo, qua peruenit, ſcalpello aperiendus eſt fundus, vt quicquid ſuperat humoris effundatur, & os ſupernum claudendum. Quod ſi pus diutius retentum priuſquam aperiatur abſceſſus cutem nimis extenuauerit, & à ſubiecta carne ſeparatam veluti attritum pannum reddiderit, victu idoneo, & totius corporis purgatione prohibebimus, ne ſinus noxium humorem accipiat, deinde paulatim medicamentis ſiccantibus ac modice detergentibus cutem cum ſubiecta carne agglutinabimus, compellemus enim in ſinum per veſicam bubulam vel ſuillam, cui fiſtula alligata ſit, emplaſtrum ex charta cõbuſta, aut quod dicitur Iſis, oleo roſeo liquatum, aut aloen, thus, myrrham cum melle, aut puluerem ex centaurio, ſymphyto, radice iridis, farina erui ſimiliter cum melle, neque nimis locum comprimemus, ſed paulatim ſubcreſcente carne ſinemus agglutinari. Sed ſinus magis ad vlcera refertur quam ad tumores præter naturam, de quib. nũc agimus. Quæcunque autem ad grandiores illos pertinent, qui ab humoribus oriuntur, ſatis explicaſſe D mihi videor, reſtant minuti, quos proximo libro perſequemur.

a Gal. ibid.
b Gal. ibid.
c Hip. li. 2. aphor. 27.
d Gal. li. de tumor. c. 4.
e Gal. 2. ad Glauc. c. 8.
f Gal. ibid.
g Ga. 3. meth. c. 3.
h Gale. 11. meth. c. 5.
i Hip. lib. 2. de officina a tex. 25. ad 28. & Gal. in com.



VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber XIII.

Qui est de Tumoribus minutis.

Cur tractentur tumores minuti & quales sint. *Cap. I.* F



NVllum malum in corpore nostro adeo paruum est, vt negligi à medicis debeat, tum quia quæ paruitatem præseferunt, interdum sunt periculosa, tum quia etiam quæ periculo vacant, vbi contra naturam sunt, & aliquo pacto molesta, nihilominns auferenda sunt. Quod significatum fuit ab Hippocrate[a] cum scripsit, nihil negligendum esse, nihil temere agendum, quamobrem præter tumores grandiores superiori libro enarratos, tractare quoque minutos oportet, ad quos nunc aggredimur. Commune autem est omnium vt fiant ab eadem causa, à qua oriri grandiores monstrauimus, neque ita accuratam remediorum diligentiam aut exquisitam totius corporis rationem postulent, vt grandiores. Numerantur in minutis[b] tubercula, verrucæ, pustulæ, scabies, impetigines quibus subijciamus prurigines, porrigines, pediculos, defectiones pilorum, ecchymomata, vitiligines quorum fere singulis plures species subijciuntur: agemus de vnaquaque sigillatim, si prius in memoriã reuocauerimus, quod supra ostensum fuit, quædam scilicet ex propositis vitijs non videri habenda in tumorib. cum cutem non attollant veluti porrigo, prurigo, vitiligo, pilorum defectio, & chimoma, cumque nonnulla etiam sint paruæ bestiolæ veluti pediculi: omnia tamen catenus ad tumores referri, quatenus ab eadem materia excitantur, & eandem curationem desideratã, quam in tumoribus posuimus. G Ordiemur ergo a tuberculis, deinde pergemus ad pustulas, & magis minutos tumores, ac cætera vitia, quæ diximus referri ad tumores.

a Hip. 2. 6. epi. tex. 25.

b Sup. l. 28. c. vlt.

De tuberculis. *Cap. II.*



TVbercula tumores sunt maiores quam pustulæ, quas paulo post prosequemur, minores quam inflammationes, & cæteri grandiores tumores, de quibus superiori libro egimus. Si quis magnitudinis terminum certum statuat, incidet in soritem captiosissimum genus interrogationis; quæ tamen communiter tubercula a latinis vocantur, dimidij oui magnitudinem vix explent. Dicuntur eadem a græcis[c] φύματα & ἐκφύματα, ἀπὸ τοῦ ἐκφύειν, quod assurgant, iu cute, magis autem proprie quæ suppurant, & in abscessum vertuntur, dicunrur φύματα non solum a græcis, sed etiam a latinis, qui proprie furunculum appellant tuburculum illud acutum, quod cum inflammatione & dolore est, maxime vbi iam in pus vertit, atque vbi adapertum est, super apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta, subalbida, subrubra, quam quidam ventriculum furunculi nominant. H Id autem quod rotundius & planius est, furunculo simile, & cuius caro tota corrupta in pus vertitur, proprie nominant phyma. Inuenerunt etiam tubercula tam apud græcos quam apud latinos propria quædam nomina, non totum genus sed certas species significantia. φύγεθλον[d] vocatur a græcis tuberculum non altum, sed latum, in quo quoddam simile pustulæ est, tum dolor & distenrio vehemens maior quam pro magnitudine tumoris, interdum etiam febricula, tardeque maturescit: hoc latini panem ad similitudinem figuræ vocant. Illa vero minima tubercula, quæ a crasso humore dura fiunt in facie, latine appellantur vari, græce[e] ἴονθοι quod si cum humore crasso tenuis sanies admixta sit, ita vt celeriter exulceret, vocatur græce σύκωσις,[f] latine ficus. Ea vero quæ diximus appellari ἴονθους si non fiant in facie, sed in alia parte corporis, nominantur a græcis[g] δοθιῆνες. Ea rursus quæ magnitudine, figura, colore, repræsentant fructus terebinthi, appellantur[h] τέρμινθοι, quæ hyeme in digitis manuum & pedum sub frigore fieri solent, dicuntur[i] χίμετλα, i huiusmodi sunt vocabula, quæ ad varias tuberculorum species significandas vsurpantur, sæpe autem confundnntur. Species tuberculorum totidem sunt, quot grandiorum tumorum, respondent enim vel inflammationi & abscessui vt phyma & furunculus, vel erysipelati,

c Gal. 2. meth. c. 2. & 1. 6. epi. cõ. 13.

d Gal. 2. ad Glau. c. 1.

e Gal. 2. meth. c. 2.

f Gal. ibid.

g Gal. in introductorio c. 16.

h Gal. ibid.

i Gal. ibid.

A lati, carbunculo, œdemati, scirrho, aut alteri eorum quos siue exquisitos siue spurios exposui-
mus. Differentiæ multæ attendi possunt in tuberculis, sed illæ potissimum obseruantur, quod
vel mitiora sunt vel praua, tum quod vel acuta, & magis pruriunt, vel lata & minus prurigine tē
tantur. Causa proxima & continens humor est varius,[a] pro varia tuberculi specie vt sanguis, a Gal. l. 13.
pituita, flaua vel atrabilis, melancholicus humor, vel aquosus, tum purus aut (quod plerunque met. c. 4.
accidit) mixtus; idem si mitior est, mitiora tubercula excitat, si magis prauus deteriora, tum si
crassus lata, si calidus & tenuis acuta & valde prurientia. Causæ quæ huic antecedunt, illæ sunt
per quas materia vel paulatim colligitur in cute alicuius partis, vt imbecillitas expultricis vel
concoctricis facultatis, crassitudo alimenti, & foraminum angustia, vel contrahitur in corpore
vt multitudo, & prauitas ciborum ac potionum, vel contracta fertur ad cutem siue transmissa
à partibus internis, ob copiam vel qualitatem vitiosam, siue attracta à cute aut dolente aut ca-
lefacta, quemadmodum verno tempore, & his qui exercentur attrahi solet vbi non purgentur.
Patent tuberculorum tam species quā differentiæ sensui, tactu enim & aspectu iudicantur vna
cum magnitudine præter naturam aucta, etiam effecta vt mollitudo, durities, distentio, laxitas
calor, quæ vt grandiores tumores ita etiam tubercula consequuntur, & iam speciatim paulo su
prà relata sunt, cum tuberculorum nomina explicaremus. Ex futuris, euentus tanto salubrior
expectari debet in tuberculis quam in grandioribus tumoribus, quanto minora sunt; vbi ta-
B men multa sint, & valde praua, verendum est, ne hominem conficiant: Illa magis salutem pol-
licentur, quæ in exteriorem partem atque inferiorem vergunt: mollia vndique sunt acuta sim-
pliciter: contraria deteriora censentur ab Hippocr.[b] Tempus euentus si materia tenuis sit, bre b Hipp. 1. &
uius erit: si crassa, longius. Via salutis est, quod materia uel digeratur, vel suppuret, & effun da- epi. sex. 13.
tur, raro enim euenit vt utiliter retro commeet. Via interitus est cum reuertitur ad partes in-
ternas, aut cum adeo corrumpitur, vt visceribus putredinem impertiat.

Curatio spectare primum debet, ne augeatur aut numerus aut magnitudo tuberculorum,
deinde vt remoueantur quæ iam facta sunt; ne augeantur fiet si idoneo victu demus operam, ne
vltra contrahantur in corpore humores superantes, aut purgando vel sanguinem mittendo nō
sinamus eos, qui iam contracti sunt, ferri amplius ad cutem; nam si redundet sanguis, venam se
cabimus, si alius humor, purgatione vtemur, neque periculum erit, ne humor qui ex venis exit,
in easdem reuertatur, cum catharticum sumitur, quippe cum iam hæreat cuti. At non perpe-
tuo necessaria est aut sanguinis missio aut purgatio, nam vbi natura partium internarum id to
tum quod redundabat ad cutem transmisit, non opus est amplius hoc aut illo præsidio; id quod
præclare Hippocrates[c] monuit, cum iussit vt ubi tubercula essent, deiectionem inspiceremus, c Hipp. 2.
ac si biliosa esset corpus purgaremus, si similis sanis, vt omissa purgatione, ipsum aleremus: quod aph. 75. &
C præceptum tenebimus, neque ad purgationem veniemus, cum tubercula curamus, nisi deiectio Gal. in cō.
purgatione opus esse denunciet, neque sanguinem mittemus, nisi signa plenitudinis se osten-
dant. Sed pergamus ad tubercula quæ iam facta sunt; tolluntur hæc perinde ac grandiores tu
mores detracta materia & causa continente; detrahitur autem cum retro commeat, vel extra
hitur ex loco vbi est. Cogitur retro commeare[d] cum vel repellitur, vel deriuatur, neutrum vi- d Gal. in 14.
detur tuberculis conuenire, cum & materia fere crassior[e] sit, & non facile reuerti possit ad par med. c. 9.
tes vnde venit, neque expediat etiam, cum periculum[f] sit, ne à cute quæ vilissima pars est in- e Ga. 14 me
tro compellatur ad uiscera, eaque grauissime offendat, quamobrem satius est ipsam extrahere, th. c. 9.
principio tamen cum nondum valde inhæsit, neque praua est, cumque non succedunt tubercu f Gal. ibi. c.
la morbis partium internarum, licet vti leuiter repellentibus, vt cerato liquido, aut succo her- 10.
bæ alicuius frigidæ: sed præstat (vt diximus) ipsam extrahere. Extrahitur autem[g] vel obscure g Galen. 13.
per digerentia, uel cum aperto loco manifeste effunditur. Vbi neque ualde crassa sit, neque met. c. 9.
suppuret, satis proficiunt digerentia medicamenta, sed priusquam adhibeantur si tuberculum
durius fuerit, debet unguibus, linteo aut pumice exasperari, ut illa penetrare possint, commode
autem digerit oleum anethinum, irinum, laureum, chamæmelinum, costinum, cataplasma item
quod fit ex farina erui, fabæ, lupini, aut ciceris, cum oxymelle. Vbi uideamus digeri materiam
D non posse, uertenda in pus est; perfundemus ergo oleum calidum,[h] aut aquam calidā, aut utrū h Ga. 5 sim
que simul imponemus, & cataplasma ex farina triticea decocta[i] ex aqua, & oleo, adhibebimus pli. c. 9
& tetrapharmacum præsertim ubi humor fuerit frigidior ita ut desideret acriora, quale est ca- i Gal. ibid.
taplasma quod fit ex pane decocto aqua, in qua ficus aridæ bullierint, aut ex farina hordei simi
liter decocta, & mixta cum adipe anserina. Vbi pus maturum fuerit, vel digerendum est, uel
si multum & crassum sit, aperto loco effundendum, & curandus sinus quemadmodum supra do
cuimus in[k] abscessu. Hæc ratio curandi communiter omnibus tuberculis aptatur, proprie au K Supra in
tem quæ cruda sunt coquuntur, ac digerunt admoto tritico[l] dentibus contrito, & cum saliua hoc antece
cataplasmatis modo imposito: ad phyma uero & furunculum ualet cataplasma ex resina simul dētis libri.
& fermento, acrius enim esse debet quod superimponitur ad pus mouendum: utile est cataplas l Gal 3. de
ma quod accipit radicum lilij albi unc. iij. radicū buglossæ teneræ unc. j. foliorum maluæ & uio nat. fac. c.
læ. M. j. decoquuntur omnia ex aqua, & confunduntur, miscenturque cum farina tritici atque 7 & lib. 10.
hordei in eadem aqua in qua bullierint, & rursus coquuntur, deinde addūtur butyri unc. j. olei simpl. c. de
rosac. ij. adipis suillæ unc. j. uitelli ouorum duo, croci drach. j. & ita fit cataplasma, ubi apertus saliua.

est

est furunculus euulso, pure detergitur medicamento ex resina terebinthina, melle, & succo E
apij, aut farina hordei ac fabæ cum vitello oui.

a Gal. 5. catatop. c. 7. Vari seu ionthi paruula [a] tubercula faciei mollientibus simul & discutientibus curantur: re
b Gal. ibid. quirit enim liquor à quo fiunt digerentia, durities vero mollientis, possunt autē seorsum adhi-
c Gal. ibid. beri, & vicissim superdari: mollit resina terebinthina cum oleo, digerit mel cum aceto, [b] sed
& lib. de re- validius costus cōtritus cum felle caprino, mollit ac digerit butyrum vel acetum cum [c] amyg-
med. par. dalis amaris, sed si ionthi duriores sint, vtemur smegmate [d] cum ammoniaco, & thure ex aqua
fac. c. 11. dilutis; imponemus [e] & adipem anserinam mixtam cum semine ocymi, nitro rubro, pulegio
d Gal. 5. ca- viridi, alumine, costo. Accommodantur eadem medicamenta ad dothienes, quæ diximus esse
tatop. c. 7. ionthos seu varos, in alijs partibus corporis, quos licet etiam fouere spongijs ex aqua calida
e Gal. ibid. expressis, & post fomētum curare cataplasmate ex masliche & vuis passis exemptis acinis, vel
eo quod accipit ficus aridas ex mulsa decoctas & cum resina mixtas, vel ficus aridas pingues
diuisas per se, aut fermentum cum nitro, aut semen lini cum melle, vbi inflammari videantur,
dentur folia hyoscyami cū butyro. σύκωσις, hoc est ficus, tubercula diximus esse similia ionthis,
sed celeriter iungi cum vlcere, quod oriantur ab humore crasso mixto cum tenui sanie, quam-
obrem postulant *sicciora* medicamenta quam ionthi propter vlcus. Vtiliter autem inspergitur F
f Gal. 5. ca- puluis, in quo [f] sunt thuris drach. ij. spumæ argenti drach. iiij. salis fossilis drach. viij. sandara-
tatop. c. 7. chæ drach. ij. deinde superimponitur semen lini ex aqua contusum: valeret ille in quo sunt spu
mæ argenti, misyos crudi æquales portiones, quod si vlcera humidiora se ostendant, vnde velu
ti aqua pura destillet, adhibendus est pastillus, qui accipit squamę æris drach. iiij. atramenti su
torij, aluminis scissilis, glutinis fabrilis, singulorum drach. ij. quibus diligēter contusis additur
gluten aceto maceratum, & ex omnibus simul mixtis fiunt pastilli, qui cum res postulat, aceto
diluti illinuntur; πτερύγια non alind postulant auxilium quam quod traditum est ad phymata
& furunculos. At χίμεθλα quæ diximus esse tubercula cum vlcere in digitis manuum & pedum
ex frigore orta, curari primum debent fomentis ex aqua in qua bullierit beta, lens, eruum, ra-
dix asphodeli, dein cataplasmare ex lente cocta in vino vel ex ficubus tritis cū oleo, vel ex fari
na hordei cum vino & alumine, vel ex malicorio cum vino, cera & oleo roseo: simul enim con-
coquere digerere, siccare ac repellere conuenit, quod præstant medicamenta proposita.

De achoribus & fauis. *Cap. III.* G

g Sup. li. 4. c. 7 IN paruis tumoribus ac tuberculis habetur μελικήριον, nam μελικηρίς supra [g] fuit inter
abscessus relata: est autem μελικήριον paruum tuberculum vlceratum, quod paruis fo
raminibus exasperatur, per quæ fertur humor glutinosus melli non dissimilis, vnde
h Gal. 1. ca nomen traxit: nascitur autem maxime in capite præsertim puerorum. Eius duæ spe-
tatop. c. 8. cies sunt, vna dicitur [h] Ἀχὼρ, in qua foramina sunt angustiora & pauciora saniem
fundentia glutinosam, minus tamen quam mel, hæc non multum dolet, neque valde inflamma-
i Gal. ibid. ri solet: altera dicitur Græce [i] κηρίον, hoc est fauus, quæ crebris & amplioribus foraminib. per-
forata est humorem melli similem fauorum modo fundentibus, crassiorem tamen quam qui ab
achore exit, & melli magis similem, magis autem dolet, & magis inflammatione tētatur, ita vt
k Gal. ibid. febrem excitet. In vtraque autem specie cum tumore iunguntur solutio vnitatis, & parua fora
mina glutinosum humorē melli non dissimilem fundētia. Proxima causa melicerij est humor [k]
crassus mixtus cum tenui sanie, fere autem est piruita salsa magis diluta in achore, minus in ce-
rio. Huic antecedunt illæ causæ à quibus prauus succus propositus gignitur, & fertur ad cutē,
gignitur autem ex cibis & potionibus praui succi, & simul ab immoderata viscerum tempera-
tione, fertur hic ad cutem partim quod transmittatur a partibus præstantioribus ad ignobilio
rem, partim quod alliciatur a cute calefacta vel dolente. Recognoscitur in ægrotante melice- H
rium sensu, quo deprehenditur tumor cum eiusmodi foraminibus glutinosum humorem fun-
l Gal. ibid. dentibus: Achor, in quo sunt pauciora [l] & tenuiora foramina minus glutinosum humorem red
dentia, & cum minori dolore atq; inflammatione, eodem sensu discernitur à fauo, in quo fora-
m Gal. ibi. mina creba [m] ampliora sunt, per quæ fertur glutinosus humor magis referens mel, & in quo
maior etiam est dolor atque inflammatio, ita vt febris quoque accedat. Ex futuris euentus in
vtraque specie salubris est, celerius tamen expectari salus potest in achore, quam in fauo, quod
facilius discutiatur humor, qui minus glutinosus est, & facilius sanetur pars minus vlcerata.
Via sanationis est quod humor morbum faciēs discutitur per se vbi paucus est, sed vbi multus
ab arte.

Curantis consilium eo primum dirigi debet, ne malum augeatur, deinde vt sanetur quod iā
n Gal. ibid. factum est. Non augebitur si non confluat [n] amplius humor vitiosus, non confluet si & non gi-
gnatur vltra, & qui iam genitus est, purgetur, non gignetur si dentur cibi & potiones boni suc-
ci, & sanetur immoderata viscerum tēperatio, si nullus talis collectus est in corpore, statim ve-
o Gal. ibid. nire licet ad curationem morbi facti, sed vbi collectus sit, purgari [o] debet idoneo carthartico,
ne feratur ad cutem, quæ simul confirmanda est per repellentia præsidia, ne vitiosam materiā

admit-

A admittat, valet myrthus, rubus, plantago, oleum myrtheum vel roſeum, quæ moderatam repellendi facultatem habent, ſed præſtat illis vti quæ non ſolum repellant, quod influit, ſed etiam extrahant quod influxit, cuiuſmodi ſunt medicamenta digerentia,[a] quibus ob diſcutiendi humoris craſſitudinem admixta eſſe debet vis incidendi, ſic enim magis poterunt diſcutere prauum ſuccum, qui morbum facit: debent igitur quæ admouentur medicamenta ad melicerium curandum triplici vi prædita eſſe, repellendi, incidendi, ac digerendi: oportet autem vt melius penetrent & pilos[b] abradere & cutem linteo aſpero perfricare, ſic melius admittentur medicamenta, quæ vbi vitium leue ſit ac recens, imbecilliora ſufficiunt, vbi validius & iam inueterauerit valentiora, & magis ad fauos quam ad achoras. Si non ſufficiant medicamenta, ſed cutis tota corrupta ſit, veniendum eſt ad chirurgiam ac ſectionem. Inueniuntur autem medicamenta ſimplicia, quæ tres illas facultates habent, ita vt nō ſolum compoſitis vti liceat, ſed interdum etiam ſimplicibus. Acetum quod[c] plane acidum eſt, tenuium partium eſt, parum calefacit, & plurimum refrigerat, ita vt repellat, incidat, diſcutiat, & hoc nomine accommodetur ad meliceria ſananda, tam per ſe quam mixtum cum alijs medicamentis, quæ vtiliter eo diluuntur, ſeu imbecilla ſint, ſeu valida. Admoueri debent imbecilla[d] vbi morbus aut leuis & recens

B eſt, aut cum dolore & inflammatione iungitur, & magis poſtulat lenientia quam exaſperantia. Sunt autem imbecilla folia ſalicis, lentiſcus[e] cortex pinus, ſpuma argenti, cadmia, creta cimolia, terra lemnia & ſamia, quæ perfricantur, & adhibentur etiam ex aceto diluta: tum ſemen lini decoctum ex mulſa, ſtaphiſagria cum reſina terebinthina, vuæ paſſæ cum manna, conueniunt etiam imbecilla vbi vlcus ſit detracta cute, ſed tunc magis accommodatur diachalciteos dilutum ex oleo veteri, aut ſpuma argenti cum oleo myrtheo. Efficaciora præſidia ſunt paſtilli,[f] ſmegmata, ſulphur ignem non expertum, chalcitis, ſandaracha, calx non extincta, charta combuſta, fæx vini arida, quæ vel diluuntur cum aceto, vel miſcentur cum pice liquida, aut reſina terebinthina: moderatam facultatem habet medicamentum quod accipit roſarum, rhododaphnes vtriuſque vnc. iiij. ſulphuris ignem non experti tantundem, picis liquidæ & aridæ vtriuſque vnc. iij. ceræ vnc. vj. olei myrthei quantum ſatis eſt, confectio hæc, vbi ad pueros adhibetur, lacte diluitur. Si eiuſmodi vlcuſcula appareant ſordida, detergi mulſa debēt, vel aqua in qua bullierint ficus aridæ. Vbi non proficiant medicamenta, totum vſque ad ſanam carnē excidere oportet, deinde ſuper plagam dare quæ detergant, & impleant.

[a] Gal. ibid.
[b] Gal. ibid.
[c] Gal. ibid.
[d] Gal. ibid.
[e] Gal. ibid.
[f] Gal. ibid

De Verrucis, Cap. IIII.

C AD tubercula referuntur etiam dura quædam & calloſa, quæ minuta extant in cute quaſi paruuli montes, vnde verrucæ Latinis nominātur: nullum autem apud Græcos commune nomen obtinuerūt, quod omnia ſignificaret,[g] tantum enim cuiuſque ſpeciei proprium nomen impoſuerunt, vocantes ἀκροχορδόνα, θύμιον, μυρμηκίον, ἧλον, τύλλον. At reliqua quidem tubercula cutem attollunt, verrucæ magis cute extare & ſuſpendi uidētur, proprie autem acrochordon baſim[h] anguſtam habet, & in ſummo lateſcit, ita autem appellatur à Græcis uel quod extremam cutem excedat,[i] vt Galeno placuit, vel quod extremum chordæ in plures fibras diuiſum repræſentet, unde vulgo porrum appellant, ob ſimilitudinem fibrarum, quibus porri radices continentur; multiplex fere naſcitur, raro ſimplex, & cutis colorem habet. Acrochordoni ſimile eſt thymium, eminet enim a cute quaſi verrucula[k] & ſupra latius eſt ſubductum, & ſummum etiam floris thymi repræſentat, unde ei nomen eſt, ibique facile finditur & cruentatur nonnunquam etiam aliquantulum ſanguinis fundit; modo vnum, modo plura naſcuntur in palmis, in inferioribus pedum partibus, in genitalibus. Myrmecium à formica nomen[l] inuenit, quod cum atteritur, ſentiatur ueluti morſus formicæ, durius autem eſt, & altius radices egit, infra latum, ſupra tenue: minus cum in-

D ciditur, ſanguinis mittit quam pro magnitudine, & nūquam lupini modum excedit, naſcitur fere in palmis & inferioribus partibus pedū, vbi mutatur naturalis[m] ſubſtantia ſolida in alienā ac præter naturam, perinde atque in uitiligine & elephante, ſed cum (Auctore[n] Galeno) ſummam cutem æquet, non uidetur numerandum in uerrucis, ad quas tamen reducitur ob duritiem quam contra naturam habet ut uerrucæ:[o] ἧλος dicitur Latine clauus a ſimilitudine claui, cum in ſummo latior ſit ueluti claui caput, infra anguſtior, multo autem durior eſt & in ſummo latior quam acrochordon, naſcitur & alibi, ſed maxime in pedibus, doloremq; ſi non alias tamen ingredienti mouet.

Clauis ſimiles ſunt τύλλοι[p] hoc eſt calli, qui ob laborem dureſcente cute & aliquo modo cōtuſa excitantur; huius generis ſunt illa quæ quia curua & dura ſunt, cornua à nonnullis uocantur, naſcunturque in iuncturis ob uehementem exercitationem. Proxima & continens uerrucarum omnium cauſa eadem eſt quæ aliorum tuberculorum, humor ſcilicet ab internis partib. ad cutem expulſus, ſed cum hæ duriores ſint, neceſſario fiunt, ab humore craſſiore ac ſicciore, ut ab atrabile aut a pituita exſiccata perinde ac ſcirrhi, è quorum numero ſunt uerrucæ. Antecedunt cauſæ illæ, ob quas eiuſmodi humor uel paulatim colligitur in loco, uel aliūde tranſmittitur, quas ſæpe in alijs tumoribus expoſuimus. Contrahitur multus humor crudus in corpore, qui

[g] Supra lib. 18 c. vlt.
[h] Gal. li. de finitionum med. prope finem.
[i] Ga. 3 aph. com. 26.
[k] Gal. defi. med. ve[t]us[t]i & Aet. l. 14 c. 4.
[l] Gal. 2. meth. c. 2.
[m] Gale. 14. met c. 17.
[n] Gal. medicus c. 17. & 14 met. c. 17.
[o] Gal. l. defi. med. prope finem.
[p] Gal. ibid.

a Hippo. 3. aph. 26.

re, qui transmittitur ad cutem quo nomine in puerorum morbis numerauit Hipp. [a] acrochordonas, ex cõtusione etiam accidit, vt non solum ob dolorem attrahatur materia, sed etiam quæ aderat, expressa tenuiori parte, crassior & siccior fiat, & callum afferat: oriuntur variæ species verrucarum à varia specie humoris, vt myrmecia à melancholico, acrochordones à pituitoso, Thymia ab eodem sed mixto cum tenui sanie, claui & calli similiter à pituita sed magis ex compressu exsiccata. Recognoscuntur verrucæ sensu in ęgrotante, sub quem cadit non solum genus, sed etiam vnaquęque species talis qualem descripsimus, ita vt non opus sit ratione. Quod attinet ad futura, euentus omnium salubris est, cum vilissimam partem occupent: thymia cum in genitalibus oriuntur maxime molesta sunt, sæpe tamen etiam per se finiuntur, & eo magis quo minora sunt, myrmecia vero, calli, claui, cornua sine curatione vix vnquam desinunt. Acrochordon, si exciditur, nullam relinquit radiculam ideoque non nascitur quidem. Thymio clauoque excisis subter rotunda radicula nascitur, quæ penitus descendit ad carnem, eaque relicta idem rursus exigit. Myrmecia longe difficilius sanantur, quam cæteræ verrucæ, cum & nõ exstent, & latissimis radicibus inhæreant, ideoque ne excidi quidẽ sine exulceratione magna possunt. Tempus sanationis, si chirurgia vtaris, breue est, si medicamentis, longius. Via curationis est quod interdum verrucæ per se sanantur, veluti acrochordon & thymiũ vbi minora sint, quæ tamen vbi maiora sunt, non secus quam myrmecia, claui & calli arte curantur, siue chirurgia siue medicamentis. E

In curatione primum danda opera est, ne verrucarum numerus aut magnitudo augeatur, F quod fiet si idoneo victu adhibito non amplius gignantur eiusmodi succi superantes in corpore, & qui iam geniti sunt, secta vena aut dato cathartico educantur, ita vt nõ possint ferri ad cutem: si quid autem comprimit ac contundit vt calceus angustior & minus ad pedem habilis, remoueri debet, quod clarius est quam vt præceptionem postulet. Verruca facta curatur perinde atque alia tubercula detracta causa continente, cum qua simul interdum necesse est & partem detrahere, vbi solida substantia ex toto in alienam degenerauit, vbi tamen minus vitiata est, sufficiunt digerentia medicamenta, quæ humorem superantem absumant: hæc vt facilius admittantur verrucam partim fomentis emollire oportet, partim vnguibus, aut linteo aut pumice, aut alia eiusmodi re exasperare, tunc imponenda sunt quæ discutere possint veluti ciaterium cum sale, libanotis, aut fimus bubulus atque [b] ouillus cum aceto, vel hircinum cum nitro, cortices nucis virides cum caricis, folia capparis cum bacca cupressi. Vbi non cedant digerentibus, veniendum est ad ea, quę erodunt vel adurunt, sed interea partes, quæ iuxta sunt, defendi ab inflammatione debent, quamobrem vtiliter illinuntur terra armenia vel lemnia ex posca & oleo roseo temperata, verrucę autem vndique aoradũtur, tum superimponitur vel quod erodat vt succus tithymali, [c] batrachium, cinis lupinorum vstorum cum melle, ærugo æris, cantharides cum resina terebinthina, vel quod vrat vt calx non extincta, aut atramentum sutorium, aut misycum visco vel melle. G Maxime expedita via curationis est chirurgia, qua verrucæ scalpello circunciduntur, aut candente ferramento aduruntur, sed siue per hoc siue per medicamenta vrentia crustam induxeris, butyrum conuenit inungere, donec excidat. Possunt etiam verrucæ, vbi magis extent, seta equina aut filo serico adstringi & magis quotidie arctari, dum resoluantur, vbi iam resolutæ sunt, utiliter inspergitur locus alumine scissili, uel chalcitide, scribit [d] Galenus quendam labris admotis vehementer sugendo prioribus dentibus apprẽsum non modo acrochordonem, sed etiam myrmecium euulsisse. Addit & [e] alium valida penna ut ueteris galli uel aquilę ad radicem ita excisa ut in orbem acta esset & myrmecij magnitudini responderet, ipsum comprehendisse & simul circũ acta & deorsum impulsa euulsisse, quod remedium ratione inuentum, usu comprobatum esse testatur.

b Gal. li. de med. para. fac. 18.

c Gal. 1. sim pli. c. de tithymalis.

d Gale. 14. meth. c. 17.

e Ibid.

De pustulis. *Cap. V.*

SEquuntur pustulæ quæ similiter in minutis tumoribus ponuntur: differunt autem à tuberculis proxime expositis quo & minores sunt & magis uersantur in superficie corporis, quam illa, quod si paruulæ sint uocantur à Græcis [f] ἐξανθήσεις H siue ἐξανθήματα, quod quasi flores erumpant, si paulo maiores, dicuntur ἐκθύματα referuntur omnes ad magnitudinẽ auctam contra naturã cum sint ex numero tumorũ, sed magis lædunt ob immoderatã temperationem & solutionem vnitatis, cum qua iunguntur quã ob magnitudinem; multiplex ergo morbus in pustulis consistit, sed cum fiant à prauitate succorũ vt mox patebit, habent etiã vim symptomatis, quod sequitur offensam facultatis cõcoquentis atq; alentis lęsæ propter temperationem immoderatam. Species pustularum multę sunt, quarum variolæ ac morbilli, scabies ac lepra, papulæ & impetigo seorsũ tractari debent, quod sigillatim faciemus vbi reliquas quæ proprie pustulæ dicuntur, persecuti erimus, quæ rursus variæ sunt: nam exanthemata quæ inter pustulas minutas esse diximus, vbi minima sint, [g] ἱδρῶα Græce nominantur à sudore quod tales sint, quales illæ quas sudor excitat, sub quo cutis interdum minimis pustulis exasperatur perinde ac si verberetur vrtica. Ex illis vero quæ grandiusculæ sunt & ἐκθύματα nominantur, illæ quæ parum supra cutem eminẽt duriores sunt subalbidæ, & acutæ, expressæq; quoddam humidum fundunt, ψυδράκια vocantur. Aliæ, quæ liuidæ sũt

f Gal. 5. meth. c. 12.

g Supra li. 28. c. vlt.

aut

A aut nigræ cum vehementi inflammatione adiuncta quibusque adapertis cruenta quædam sanies exit, dicuntur ᵃ *ἐπινυκτίδες* à nocte, magis enim oriuntur & infestant noctu quam interdiu, maxime autem tentare crura & pedes solent: nonnullæ sunt veluti vesicula plena aquæ, videntur que bullæ ab igne excitatæ, quæ vbi rumpuntur, exulcerata ᵇ caro apparet, vnde nominantur à Græcis *φλυκταίναι*: sunt & plures aliæ pustularum species, sed maxime animaduertuntur hæ, quas commemorauimus. Differentiæ quas veteres potissimum in pustulis obseruant, eo spectant quod aliæ humidæ sunt, ex quibus cum punguntur, euidenter humor exit, aliæ siccæ, quæ squamulas quasdam remittunt, tum quod aliæ acutæ sunt, & ᶜ pruriunt, aliæ latæ ac fine pruriginæ; id quod de tuberculis quoque supra ostensum fuit. Proxima & continens causa pustularum eadem est, quam posuimus in tuberculis, vitiosa nimirum multitudo, quæ ab internis partibus ᵈ detruditur ad externas; nomine vitiosæ multitudinis nunc significamus & quatuor succos, & aquosum humorem, non solum copia, sed etiam qualitate alienos; hi ergo excitant pustulas plerunque mixti, sed interdum etiam simplices, & inter se, & cum quadam sanie, ob quam pustulis vesicula adijciuntur; varij autem sunt pro varia specie ac differentia pustulæ. Exanthemata illa minima quæ ob acrimoniam sudoris oriuntur, fiunt à tenuioribus humoribus, vel aquosis vel biliosis, non adeo tamen vt ex summa cute erumpant, retinentur enim

B quasi reliquiæ sudoris. Psydracia oriuntur à pituita putrescente mixta cum sanguine aut flaua bile. Epinyctides fiunt à sanie cruenta & sanguine crassiore ac melācholico. Phlyctænas potissimum excitat humor aquosus ac veluti serum sanguinis, & simul etiam flaua bilis; humidæ pustulæ fiunt à materia humidiore, siccæ ab exsiccata, qualis illæ fuerunt quas ᵉ Galenus aduenire scripsit febribus pestilentibus; exhausto enim prius corpore per præcedentem vomitū ac deiectionem, reliquiæ sanguinis perusti detrudebantur ad cutem, vnde oriebantur aliæ pustulæ quæ crustis per se resolutis ac decidentibus sanescebāt; latæ pustulę ac fine prurigine nascuntur à crassis ac ᶠ frigidioribus succis, contra acutæ & prurientes à calidioribus. Antecedentes causæ sunt illæ, per quas eiusmodi humores vel colliguntur in corpore vel ad cutem transmittuntur, aut attrahuntur, vel per eam penetrare & exire non possunt. Colliguntur praui humores ex ᵍ uitiosis cibis ac potionibus, quo nomine caritatem & inopiam annonæ consequi solet multitudo pustularum ob esculentorum & poculentorum prauitatem, qua uti tunc homines coguntur. Sed plurimum confert ad prauos succos contrahendos prauitas succorum in corpore, quæ corrumpit alimenta alioquin bona, unde recte monuit Hippocrates ʰ non pura corpora, quanto magis nutriuntur, tanto magis lædi. Trāsmittuntur humores a partib. internis ad cutē, vbi copia vel qualitate molesti sunt; quod potissimū accidit vere, cum à calore cir-

C cumfusi aeris funduntur, ac liquantur. Sed tunc etiam ab eodem calore euocantur ad cutem, vnde inter morbos veris Hippocrates, pustulas ⁱ quoque commemorauit; idem efficit vehemens exercitatio, quod vernum tempus, nam calefaciendo humores liquat, ac magis molestos reddit, & simul etiam attrahit ad cutem. Excitant autem pustulas ᵏ vbi retinentur cum putrescant, si exirent nullas excitarent. Retinentur autem cum summæ cutis foramina obstructa vel adstricta sunt, obstruuntur à sordibus non purgatis, adstringuntur à frigore aeris circumfusi, ob quem hyeme sæpius pustulæ superueniunt. Accedit & densitas cutis ˡ naturalis, quæ humores non patitur exire, ita vt ob hanc quoque causam retineantur. Præter causas, si quis inueneri symptomata velit, quæ proposito affectui superueniunt, inueniet pruriginem, & in acutis pustulis dolorem, ob quem membra vt pedes & manus non satis queunt suum officium facere. Recognoscuntur symptomata in homine ægrotante sensu ipso, & aspectus & tactus, ab vtroque iudicantur etiam pustulæ, & generatim & speciarim, ea enim per quæ vna quæque species descripta est, iisdem sensibus subiecta sunt. At proxima causa, cum sensum lateat, mente conijci debet, inuestigare enim oportet, cum varius possit esse humor, à quo proprie oriantur pustulæ, ad quas curandas adhibemur. Sumemus ergo indicia primum à causis, à quibus gignitur hic aut ille humor siue simplex, siue mixtus, sed satis eas explicauimus ᵐ ante in libro

D de causis morborum, deinde ab his quæ prosunt detrahendo aut contraria qualitate temperando, vel obsunt eundem humorem contrahendo, aut simili qualitate afficiendo: accedunt effecta vt actiones læsæ, nam prurigo non sequitur humorem frigidum sed calidum, ea quæ detruduntur ex pustulis, ipsa quoque repræsentant humorem, à quo fiunt, idem efficiunt affectus corporis vt color pustularum, & proprie species ac differentiæ earum quas supra ⁿ nominauimus. Paruula exanthemata monstrant tenuem humorem, psydracia pituitam putrescentē mixtam cum sanguine aut bile: epinyctides saniem cruentam iunctam cū sanguine crassiore, phlyctænæ humorem aquosum, præterea pustulæ latæ humorem frigidum, acutæ calidum, siccæ siccum, humidum humidę. Ex futuris euentus videtur salubris expectandus, cum pustulæ versentur in cute, quæ uilissima est. Duplex tamen periculum subest, unum ne reuertantur ad partes internas, quod maxime vsu venire in pestilentia ueteres ᵒ testantur, & in exanthematibus, quæ pestilentibus febribus superuenientia petechię nunc uulgo appellantur: interdum n. natura tentans expellere ad cutem quæ in internis partibus molesta sunt, nihil proficit, sed superata permittit eosdem humores reuerti ad interna, vnde illa euanescunt, & homo decedit. Alterum periculū consistit in prauitate materiæ, quæ ualde prauas excitat pustulas, & maxime

ᵃ Galen. 2. meth. c. 2.
ᵇ Ga. 4. acu. com. 63.
ᶜ Hipp. 2. 6. epid. 30. & Ga. in com.
ᵈ Galen in com. cit.
ᵉ Galen. 2. meth. c. 12. & l. de atra bile c. 4.
ᶠ Gale. 2. 6. com. 30.
ᵍ Gal. 1. de diff. feb. c. 3
ʰ Hippo. 2. aph. 10.
ⁱ Hippoc. 3. aphor. 20.
ᵏ Gale. 2. 6. epid. cō. 36
ˡ Gal. in dicto com.
ᵐ Sup. li. 2. de cur gen. Par. 1.
ⁿ Supra paulo ante.
ᵒ Gale. 2. 3. epid. cō. 38

putres: tunc enim verendum est ne putredo & prauitas ad cor pertingat, & hominem absumat, E
a Hipp. 3.1. epid. 26. quod Critoni euenit, quem Hippocrates [a] primo lib. de morb. vulg. scribit ortis in pede pustulis nigris decessisse postridie quam inceperat ægrotare. At vbi natura humorem totum ad cutem transmisit, qui nec retro commeet, nec valde prauus sit, pustulæ omnino salubrescunt, siue primo oriantur, siue succedant etiam febribus pestilentibus, quales fuerunt aridæ illæ, quas
b Galen. 5. meth. c. 12. Galenus in quadam pestilentia descripsit, [b] quamquam tales videntur magis ad febres pestilétes attinere quam ad institutum nostrum in hoc libro. Tempus sanationis, si corpus alioquin purum sit, & bonis cibis ac potionibus alatur, breue est, alioquin longum: longius tamen si pustulæ latæ sint, quam si acutæ, si humidiores quam si sicciores. Vbi autem timeatur interitus tanto citius expectandus est, quanto materia faciens pustulas deterior est, & copiosior, facul-
c Gale. 4. de præsa. puls. c. 11. tas vero quæ corpus ægrotantis gubernat, imbecillior: [c] quod si hæc minus imbecilla sit, illa vero minus multa & minus praua sit, post diuturnius tempus verisimile est secuturum interi-
d Gale. 2r. epid. 38. tum. Via interitus est quod vel materia reuertitur [d] ad partes internas, vel prauitas & putre-
e Galen. 5. meth. c. 12. do impertitur visceribus, & potissimum cordi. Sed sanescunt homines vel per [e] se decidentibus crustis, vbi corpus purum sit, vel arte detractis ac materia discussa: quod quo pacto fiat tempus est exponere. F

Ad duo igitur in curatione pustularum perinde ac tuberculorum respicere oportet, vnum est ne earum magnitudo ac numerus augeatur, alterum vt quæ iam factæ sunt sanentur: non augebuntur si non concurrat amplius ad cutem noua materia: non concurrit, si idoneo victu adhibito non colligatur amplius in corpore, & ea quæ iam collecta est, educatur, educetur autem secta vena, si sanguis, si alius humor redundet dato cathartico, à quo eliciatur: intueri igi-
f Hippo. & Gal. 2. aph. tex. cō. 15. tur oportet [f] sit ne corpus purum, an redundet prauis humoribus; intelliges hoc ex his quæ detruduntur, nam si secundum naturam fuerint, licet & nutrire corpus & curem fomentis rela-
g Gale. 2. 6. epid. cō. 30 xare, ac materiam quæ pustulas facit discutere, si à naturali statu recesserint, puta si biliosa fuerint, necesse est corpus purgare, nam [g] si prius vel relaxantibus fomentis vtaris, vel digerentibus, magis attrahes materiam ad cutem, quam demes: neque periculum est ne secta vena aut dato cathartico reuocentur ad partes internas humores illi, qui pustulas faciunt: prius enim educentur qui in internis partibus versantur. Critoni quem diximus atris pustulis in pede or-
h Gale. 3. 1. epid. cō. 26 tis postridie quam ęgrotauit perijsse, scribit Galenus [h] Hippocratem missurum sanguinem fuisse si statim adhibitus esset ad curationem; hac ratione igitur prohibebimus ne pustularum magnitudo aut numerus augeatur. Illæ quæ iam factæ sunt, curantur detracta causa conti-
i Gale. 2. 6. epid. cō. 30 nente, hoc est materia, quā non expedit vomitu aut [i] deiectione exinanire, nam vt nimis longum iter esset, ita magis difficile, ac minus tutum: at neque conuenit etiam impulsu aut deri- G
k Gal. ibid. & Hipp. uatione vti, vt ea retrocedere cogatur ad partes vnde venit, quod neque facile esset, neque tutum, sed via expedita est, [k] vt extrahatur ex cute vel obscure per digerentia, vel euidenter vbi materia multa sit apertis pustulis & humore effuso. Si inflammatio adsit, & materia nondum cocta sit, admouete conuenit quæ concoquendi vim habeant, si cum pustulis iungatur
l Gale. cum Hippo. 2. 6. epid. cō. 30 vlcuscula, vtendum est siccantibus sine morsu. Digerunt balnea [l] & fomenta, à quibus non solum relaxatur cutis, sed conuertitur humor in vapores, ita vt vtroque nomine exhalare pos-
m Hipp. 5. 6. epid. 34. sit, valent ad digerendum exercitationes: vbi corpus purum fuerit, nam vbi prauis succis redundet, euocant ipsos ad cutem, vnde pustulę & vlcera erumpunt: inquit enim Hippocrates, [m] si impurus laboret, vlcera erumpent. Validius adhuc digerunt medicamenta vt farina erui, fabarum, hordei, lupinorum, chamæmelum, anethum, fæniculus. Concoquit tetrapharmacum
n Gale. 14. meth. c. 10. cui thus additum sit, tum cataplasma ex [n] lente, quod maxime accommodatur, vbi cum ulcere inflammatio est. Siccant sine morsu metallica vsta & elota, vt molybdæna, spuma argenti, cerussa, tum calx elota, pyrites lapis. Hæc communia sunt omnium pustularum, proprie autem ad parua illa exanthemata, quas diximus esse sudoris reliquias, ea accommodantur, quæ digerere & adstringere possunt, necesse enim est cutem confirmare, vt minus eiusmodi materiam admittat, id quod faciunt adstringentia, quæ foramina cutis claudunt, quo nomine frigidior aer, ventus & flabella conueniunt. Valent & quæ eadem foramina obturant, tragacanthum gummi, butyrum, gluten piscium ex aqua liquatum, ad adstringendum vtimur myrtho, lentisco, vel aqua in qua bullierint mala punica. Ad digerendum vero adhibemus farinam hordei aut fabarum, vel cinerem foliorum myrthi, digerere enim oportet exanthemata iam facta, neque satis est tantum prohibere ne fiant, vt homo celeriter liberetur: ad pustulas vero latiores ac frigidiores necessaria sunt calidiora & validius digerentia, quamobrem accipimus uiridium foliorum lauri, rutæ & mannæ æquales portiones, simulque contusas imponimus, aut cataplasma ex betæ folijs elixis, sed ualidius est medicamentum quod accipit ceræ drach. viij. sulphuris tantundem, salis drach. vj. olei quantum satis est. Ad epinyctides vero, quoniam cum inflammatione iunguntur, & sanguinis concursu, accommodantur quæ simul repellant ac digerant, ut succus laserpitij mixtus cum aqua, tum cataplasma ex brassica, apio & farina, solanum per se aut cum coriandro viridi, aut folijs olęæ ex aqua decoctis, vel hyoscyami folia cum melle: vitare autem tunc oportet acria & acida omnia, tum balnea, fomenta, ac radios solis, ne materia euocetur ad cutem, & acrior fit. Ad phlyctęnas necesse est aquosū humorē exinanire, H

deinde

A deinde vlcus curare, & si qua subest inflammatio. Vt educatur humor si non abrumpitur per
se phlyctæna, acu perforari debet, [a] leniterque exprimenda est, & relicta cute superiecta, & si a Gal. 3. de
impleatur rursus eodem modo exhaurienda est, similiter seruata cute donec ad cicatricem per frac. cõ. 43
ueniat. Si quod subest exulceratum atque inflammatum, curandum est cataplasmate ex lente
decocta: cessante inflammatione vlceri quod restat imponi debet spuma argenti cum adipe
suilla, aut medicamentum diachalciteos ex oleo roseo dilutum.

De variolis & morbillis. Cap. VI.

EX pustulis quas proxime tractauimus quasdam esse diximus quæ propriam tractationem atque ab alijs seiunctam desiderent, vel quòd grauiores sint, vel quod sæpius incidant, vel quod proprias animaduersiones postulét, huiusmodi sunt variolæ & morbilli, scabies & lepra, impetigo & papulæ, quas sigillatim persequemur exorsi à variolis & morbillis, quos veteres neq. proprio aliquo nomine notarunt
Græco aut Latino, neq. seorsum ab alijs pustulis persecuti sunt: quod tamen par erat cum magni sint momenti, quamobrem probabile est esse nouum morbum, quem primo Arabes medici
B cognouerunt, & deinde nostri, neq. id mirum videri debet cum & alij quidam morbi aliquãdo
superueniant, qui deinde cessant, cuiusmodi fuit apud [b] Romanos mentagra fœda ac maxi- b Plin. l. 26.
me molesta impetiginis species, quæ nunc nusquam apparet. Memoria patrum (vt in superiori cap. 1.
bus [c] libris ostensum est) incepit lues illa venerea quæ sanos cum ęgris concumbentes polluit; c Sup. l. 10.
nostri morbum gallicum appellant, quod ea primum gallos viderint laborasse, sed manet ad- cap. 1.
huc pestis hæc licet non ita sæua, vtinam aliquando cesset, tales ẽt æstimare variolas & morbil
los oportet, quæ primum ab Arabibus [d] medicis cognitæ pustulæ fuerunt, & diligenter pertra d Auic. l. 4.
ctatæ. Sunt aũt variolæ maiores, & ex genere earum quæ ἐνθύματα nominari diximus, similes fen. 1 tra. 4.
ionthis hoc est varis, vnde dictæ sunt variolæ, morbilli vero minuti sunt, ita vt ad exanthema- c 6. 7. 8. 9.
ta referantur. Differunt tñ tam variolæ quam morbilli ab alijs pustulis multis modis, & primo
quod omnes fere homines, ab his vtrisq. prehenduntur, & prius fere à variolis quam à morbil-
lis, pleriq. in pueritia [e] nonnulli ẽt in adolescentia, pauci ætate constante, rarissimi in senectu- e Auic. ibi.
te, vix. n. reperias senem, qui priorib. ætatibus non fuerit expertus vtrumq. vitium: Deinde qui cap. 6.
semel aut variolas aut morbillos expertus est modo insignes fuerint, nunquam amplius in idẽ
vitium incidit. Adde contagionem: quicunque. n. ante aut vtrunq. aut alterutrum vitium effu-
gerunt, si familiariter viuant cum his, qui vtroq. affliguntur, in idem malum incurrunt. Accedit
C & febris [f] vehemens, cui maxima ex parte superueniũt & variolæ & morbilli, ita vt homo gra- f Auic. ibid.
uius ægrotet. Præterea præstat cum iam apparent non prohibere ne fiant, sed magis materiam
ad cutem euocare, quamquam fiunt non tantum [g] in cute, sed in auribus, in oculis, in naso, in g Ibid.
faucibus, ac partibus internis, hæc cum non eueniant alijs pustulis, monstrant maximum esse
discrimen inter has & illas. Duæ aũt species in propositis pustulis maxime animaduertũtur in
ter se distantes; variolæ scilicet & morbilli: maiores [h] sunt variolæ, & altius penetrant, retinen h Auic. ibi.
que naturam inflammationis, non fiunt autem multæ simul, sed vna ab altera distat, quib. vide c. 8.
tur quasi stellis quibusdam cutis distingui: Morbilli paruni attolluntur, [i] & simul multi fiunt, i Ibid.
neq. altius penetrant, videnturq. quasi paruula quædam erysipelata, vulgo aũt dicuntur rossa-
lia ob rubòrem, quem præseferunt maxime floridum: sunt qui præter duas species, quas cõme-
morauimus, crystallos adijciant, sic. n. appellant quasdam veluti vesiculas plenas aquæ instar
crystalli splendentes, quib. cutis varijs locis distinguitur: has nunc vulgo nomināt rauaglione.
In quas non ita incurrunt oẽs homines sicut in variolas & morbillos, neq. sub ipsis ita grauiter
affliguntur, quamobrem non videntur tanq̃ tertia species morbillis & variolis hæ pustulæ adij
D ciendæ, sed satis est si ad phlyctænas referãtur, quas [k] paulo ante persecuti sumus: agemus igi k In c. ante
tur nunc tñ de variolis & morbillis, in quib. eædem differentiæ animaduertuntur, quæ in inflã ced.
matione atq. erysipelate, nam vel exquisitæ sunt vel spuriæ, grauiores aut leuiores, in hac aut il
la parte, & propterea diuersam postulant curationem. Causa proxima & continens humor est,
à quo proficiscuntur: variolas quidem efficit sanguis [l] crassior, à quo inflãmationes oriuntur: l Auic. li. 4.
morbillos tenuior & biliosus, [m] à quo diximus erysipelas excitari, vterque autem feruet & pu fen. 1. tract.
trescit, & propterea febres [n] efficit vehementiores, crassus quidem synochas, tenuis vero ar- 4. c 6.
dentes, expellitur autem à natura partium internarum ad cutem cum putrescit; vnde variolæ m Auic. ibi.
& morbilli nascuntur, à quibus exhalant vapores putres & glutinosi, qui proximos simili pe- c 8.
ste afficiunt, ex contage enim læduntur, perinde atque illi qui versantur cum laborantibus fe- n Auic. lo-
bre pestilente, elephante, lippitudine, scabie, impetigine. Eadem causa proxima, quatenus sim cis dictis.
plex uel mixta est, mitis uel praua, in hac aut illa parte, eatenus differentias affert similes, quas
proposuimus. Sed cur omnes fere homines prehendantur tam variolis quam morbillis, cur ma
gis tenera ætate quam robusta, cur semel tantum, quod non accidit alijs pustulis, causa inuesti
ganda est, quam necesse est cõem esse omnium hominum cum hæc, quæ diximus, communia sint: o Auic. l. 4.
hanc mihi videntur Arabes medici egregie inuenisse, causantur [o] n. menstruum sanguinem ex fen. 1. tract.
4. c 6.

quo effingimur, minime purum, quod mixtus sit cũ duplici materia aliena, vna tenui, alia crassa, ac veluti fæce, id quod musto etiam euenire aiunt, in quo enim feruet, enatat pars tenuior spumans, & in dolij fundo residet fæx, ab his duobus cum purgatur mustum restat vini substantia pura; volunt igitur menstruum sanguinem ex quo efficti sumus, retinere & tenuem materiã, & crassam ac veluti fæcem, & vtranq. tanquam alienam separandam ac purgandam esse, vt restet purus. Purgari vero [a] dicunt à natura expellente ex venis ad cutem, cum sanguis feruet, feruere autem aliqua accedente causa externa, [b] quæ vel obstruat, vel calorem magis augeat, quam conueniat, sed materia crassior, quod plurima fit fere prius efficit variolas, quam tenuis morbillos, hæc aũt processu temporis cum nõ remittitur amplius à copia humoris, efferuescit, sed cum iam vtraq. efferbuit, si satis expulsa est, non possunt amplius nasci aut variolæ aut morbilli: hæc itaq. causa est, [c] quam Arabes medici assignant. sed eam non admittunt recentiores quidam, quos libenter sequerer, si magis probabiles afferrent, quod cum non faciant, nitar argumenta refellere, per quæ cõtendunt probare, & sanguinem, quo effingimur purum esse, neq. egere eiusmodi separatione materiæ tenuioris aut crassioris, neq, si egeat, propterea nasci morbillos aut variolas; plura enim afferunt quę, vt ipsi putant sequerentur & tamen non eueniunt: ergo quod sanguis ex quo procreantur non sit mixtus cum eiusmodi materia aliena, Probant primo quia non attrahitur talis à semine & fœtu, sed purus, deinde quia etiam si impurus attrahatur non manet, sed conuertitur in partes solidas, quod aũt etiamsi maneat, non possit hanc pestem afferre, confirmant primo quia mulieribus, quæ plurimum redundant eiusmodi sanguine impuro, paulo antequam menstrua respondeant, deberent superuenire eiusmodi pustulæ quæ non superueniunt, dein quod & quadrupedibus, quæ ex simili sanguine effinguntur, eadem deberent accidere, & hominibus etiam debuisset priscis temporibus, & non solum memoria Arabum & nostra: præterea quod necesse esset omnes in idem uitium incurrere, uidemus tamen quosdam immunes diu uiuere quamuis pauci sint; addunt quod par esset eadem ætate omnibus idem malum accidere, & non uaria ut uidemus, & quod qui semel experti utrunque uitium essent, in neutrum uiderentur posse amplius incidere, cum tamen interdum incurrant. Quæ tamen argumenta, si quis diligentius rem intueatur, sine difficultate dissoluet, nam quod aiunt attrahi à semine & fœtu sanguinem purum, concedendum est cum eo, ut statuamus non ita purum attrahi ut non retineat amplius aliquid materiæ tenuioris & crassioris, quæ processu temporis feruens à natura separetur ad cutem, & uariolas faciat ac morbillos; neq. obstat quod primus ille sanguis conuertatur in partes solidas, nam aliquid ex eo remanet, qui deinde cum affectu, quem solidæ partes contraxerunt, eum afficit, qui assidue gignitur, ante quam separetur eiusmodi substantia aliena: quod si mulieres, quibus menstruus sanguis impurus redundat non incurrunt in propositas pustulas, id fit quia natura aliam viam tentat expulsionis, neque ad cutem sed ad vterum transfert sanguinem impurum, qui si transmittere tur ad cutem, eandem vel similem pestem excitaret. Quadrupedibus vero tota vitiosa materia consumitur, cum generantur pili, vngulæ, cornua, neque superest quod pustulas faciat. Superioribus seculis si non fiebant morbilli aut variolæ, id efficiebatur à victu magis salubri, quo eiusmodi materię prauitas superabatur, vt omittam sydera varijs temporibus vario modo affecta; quod si nunc aliqui hoc vitium effugiũt, acceptum id referre debent partim robori naturæ, partim victui salubri à quibus corrigitur ac vincitur aliena illa materia, quam cum sanguine mixtam esse diximus; eadem ratio victus efficit vt aliqui non in pueritia, vt plerique solent, sed cõstante ætate aut etiam confecta in hoc malum incidant, plerisque autem in pueritia accidit; quod ante ob nimiam humoris copiam non posset ita sanguis efferuescere, & quod coerceatur à lacte, & non possit bullire vt in pueritia: sunt enim pueri voraces, atque ob id facile tentãtur ab hoc vitio. Si qui autem visi sunt iterum eodem prehẽdi, his non satis separata est cum ægrotarunt variolis, pars crassa, aut morbillis pars tenuis, & propterea natura iterum cogitur eandem detrudere, quod tamen rarissimum est. Sed satis iam soluta sunt quæ à contradicentibus obijciebantur, statuamus proximam [d] causam variolarum esse materiam crassam, morbillorũ tenuem contractam in vtero, quæ cum efferuescit vehementem febrem accendit, & à natura transfertur ad cutem. Quod plurimum etiam conferunt causæ [e] externæ tanquam effciendi sociæ, ut aer calidus, qui & sanguinem fundit, & ad cutem allicit, verno tempore flante austro fiunt variolæ, æstate & autumno morbilli; eodem spectat & ratio victus, nam esculenta & poculenta calida multa obstruendi uim habentia, & quæ facile putrescant, celerius nouent internam causam, & hoc pacto variolas excitant & morbillos. Symptomata uariolarum & morbillorum complura sunt & grauia, cæterum febris vehemens magis antecedit quam sequatur, ita vt propositæ pustulæ magis dici possint symptomata febris, quam cõtra febris symptoma ipsorum: fiunt enim variolæ cum feruet sanguis crassior, qui prius febrem accendit, deinde detruditur [f] ad cutem: fiunt morbilli cum feruet sanguis tenuis ac [g] biliosus, unde prius accendit febrem ardentem, quam ad cutem transmittatur. Communiter autem morbillos & variolas sequitur prurigo in uniuerso corpore, in quo sentiunt quędam quasi [h] puncta præsertim in dorso, accedit dolor & grauitas capitis, distentio membrorũ, raucedo, tussis, siccitas linguæ, crassitudo sputi, difficultas anhelitus, anxietas; his.n. fere omnibus tentãtur, qui utrouis morbo laborant;

Marginal notes: a Ibid. — b Ibid. — c Auic. ibi. — d Auic. li. 4 f n 1 tra. 4. cap. 6. & 8. — e Auic. ibi. c. 6. — f Aui. ibid. — g Ibid c. 8. — h Ib. & c. 6.

Margin letters: E, F, G, H

A borant; hactenus de morbo, causis, & symptomatibus ad variolas & morbillos attinentibus.
In homine ægrotante recognoscitur vtrunque vitium sensu, cum iam pustulæ eruperunt, nam
vel mulieres eum vident pueros, qui nunquam alias hoc malum experti sunt laborare febre ve
hementi, cui deinde superueniant pustulæ, si quidem grandiores sint, vt vari, partim rubræ par
tim albæ, statim dicunt esse variolas, si paruæ sint, ita vt vix cutem excedant, & floridum rubo-
rem præseferant, vocant rossaliam, vt medici morbillos; facile ergo distinguuntur vbi iam su-
peruenerunt, sed ante præsagiri possunt coniectura ducta à causis vt à sanguine, à quo nondũ
separata fuerit aliena materia, quam diximus, ita vt homo nondum incurrerit in vtrumque vi-
tium: accedit ætas puerilis, aer calidior, consuetudo cum his, qui hoc morbo laborant, adde ve
hementem febrem; [a] monstrat. n. hæc feruere sanguinem, qui ad cutem transmittetur, & pro — a Gal. ibid.
positas pustulas excitabit, hanc transmissionem iam incipientem quædam effecta sequuntur à — c. 6. & 7.
quibus denunciatur, vt dolor [b] dorsi, cui hærent vena caua & arteria magna, in quib. sanguis — b Ibid.
maxime feruet, tum puncta quædam [c] in toto corpore cum eiusmodi materia iam tentat quã- — c Ibid.
libet partem, præterea dolet caput cum pulsu molesto, morbus difficulter fertur, iactatur ho-
mo, anxius est, difficulter respirat, os aridum est, sputum crassum, vrina turbida, rubet vniuer-
sum corpus, potissimum [d] facies & oculi; hæc fere communia sunt tam variolarum quam mor- — d Ibid.
B billorum; sunt. n. effecta materiæ, quæ ad cutem & diuersas partes transmittitur. Sed licet etiã
internoscere, expectare ne magis variolas oporteat an morbillos, ex causa quæ magis idonea
sit ad vnum quam ad alterum vitium, nam si quis ante expertus vnum fuerit, expectare alterũ
oportet; si quis neutrum, magis variolas, vere etiam [e] magis fiunt variolæ, æstate & autumno — e Ibid.
morbilli, febris, quam sequuntur variolæ [f] similis est synochis, quam morbilli, ardẽtibus, in il- — f Auic ibid. c. 7
la enim sentitur [g] calor copiosior, in hac acrior; sanguinem crassiorem monstrant symptoma- — g Ibid. c 8.
ta mitiora, sed biliosum grauiora vt anxietas, fastidium, nam à crasso magis fit dolor capitis cũ — h Ibid.
molestia pulsus, citius [h] autem apparent orta febre morbilli & magis iuncti simul, variolę tar
dius & magis distantes; non difficile est igitur antequam erumpat, præsagire vtrumuis vitium;
sed postquam erupit, facillimum, ita vt ne mulieres quidem lateat. Ex futuris euentus interdũ
salubris est interdum perniciosus, si morbus videatur à natura [i] superari, expectabis salutem, — iGale. 4. de
si contra, interitum; iudicabis autem superari morbum, cum & ipsum debilem, & naturam va- — præsa. puls.
lidam videbis, cognosces hanc validam esse ex moderata temperatione, & ætate florente, quæ — c. 11.
illi robur addunt, tum ex his quæ prosunt, vt si aqua frigida epota non multo post per vrinam
vel sudorem reddatur; postremo ex effectis veluti quod homo facile morbum toleret, somnum
tempestiue capiat, cibum sine fastidio sumat, mente constet, facile respiret, pulsum & excreta
C habeat secundum naturam. Debilitatem morbi conijcies ex febre, quæ non admodum valida
[illegible] antecedat [k] magis quam sequatur pustulas, remittaturque vbi hæ superueniunt: tum ex — k Auic. loco
pustulis quæ celeriter erumpant, & proprie si variolæ magnæ sint, raræ, [l] albę, molles, non cõ- — citato c. 6.
tinuatæ: morbilli vero rubri, quod si tales appareant crisimis diebus, magis firmum indicium — l Ibid.
erunt morbi imbecillioris, quia natura superetur. Ex contrarijs colliges naturam à morbo su-
perari ex eo scilicet, quod natura imbecilla sit, & [m] morbus ualidus; imbecillam iudicabis ex — m Gal. 4. de
causis ut ex immoderata temperatione, ex his quæ alioquin prodesse deberent, & noxia inue- — presſ. ex pul.
niuntur, ut si æger epota aqua frigida deterius se habeat, & ipsam nõ reddat, ex effectis quod
homo difficulter morbum toleret, anxius [n] sit, non quiescat, non dormiat, difficulter respiret, — n Auic. ibi. cap. 6.
tussi, raucedine, fastidio, siti uexetur, quę excernuntur praua sint, ut si superueniat dysenteria, [o] — o Ibid.
maxime autem praua est animæ defectio: morbi robur colliges ex febre uehementi atq. ad-
modum ardente, quæ non minuatur cùm pustulæ superueniunt, sed magis increscat, ex pustu-
lis quæ multæ sint, & aliæ alijs supernascantur, uel tarde exeant, ita ut natura sæpius tentet
eiusmodi expulsionem, & nihil proficiat; præterea si euanescant, si duræ sint, uirides, [p] liuidæ, — p Auic. ibi.
aut nigræ maximum monstrant morbi robur, & idcirco interitum, cum natura superetur. Tem
pus, quo uteruis expectatur euentus, breue est, cum morbus uel acutus sit, uel potius peracu-
D tus, terminatur autem celerius uel tardius pro maiori uel minori robore morbi uel naturæ su-
perantis. Via salutis est quod febris cessat expulsa tota materia ad cutem atque absumpta, pu-
stulæ autem uel maturantur, ut solent uariolæ, uel digeruntur ut morbilli: interitus autem se-
quitur aut uim febris, aut symptomata grauissima, ut animi defectionem, aut tantam difficul-
tatem anhelitus, ut [q] homo stranguletur. — q Auic. ibi. cap 6.

Ratio curandi tam uariolas quam morbillos primum in eo consistit, ut prohibeamus ne su-
perueniant, deinde ut auferamus quicquid factum est mali: licet autem prohibere ne super-
ueniant, priusquam incipiant, nam postquam inceperunt, præstat superantem materiam uni-
uersam ad cutem euocare, [r] & magis naturæ motum sequi quam impedire. Ergo antequã ap- — r Auic. ibid. c. 1.
pareant, siue inceperit febris, siue non, ne erumpant, remouere causam oportet, quæ est seruor
sanguinis siue biliosi siue crassi, quẽ excitant etiam externæ causæ, ut calor aeris, multitudo ac
prauitas ciborũ ac potionum quib. accedit consuetudo cum his, qui hac peste affliguntur, quã
obrem uitabit homo eiusmodi consuetudinem, degẽt in aere frigido, utetur cibis & potionib.
frigidis, [s] [illegible] adstringentibus, & boni succi, bibet aquam frigidam, aut eam in qua bullierint — s Auic ibid.
mala, [illegible] acerbi, uel succum malorum punicorũ aut medicorũ

præsertim limonum ac citriorum, aqua temperatum, comeder panem ex aqua, polentam, len- E
tem, mala cotonea aut punica, uuam acerbam, zizifa, lactucam, papauer, & alia quæ sanguinẽ
putrescere atq. efferuescere non permittant. Sic ergo occurremus causis externis: internam ue
a Auic. ibi. ro hoc est sanguinem, si crassus sit, educemus [a] secta uena, quam tamen secare raro licet, cum
plerunque hic morbus ea ætate rimeatur, qua non conuenit secare uenam, aut mittere sangui-
nẽ, nisi aut sanguisugæ admoueantur, aut defigantur cucurbitulæ, & locus scalpello exasperet.
Si sanguis biliosus sit expedit uti cholagogis, hoc est catharticis, quæ flauam bilẽ educant, ubi
ergo detrahatur materia aliena siue per purgationẽ, siue per sanguinis missionẽ, non excitabit
amplius uariolas aut morbillos, quod non faciet etiã si refrigeretur, & crassior reddatur uictu
proxime enarrato, sic.n.neq. efferuescet, neq. à natura transmittetur ad cutem. Eadem igitur
facienda sunt siue febris inceperit, siue non, occurrendum.n. causis tam externis, quam inter-
nis, ut has pustulas propulsemus, tantum ubi est febris tenuiori uictu opus est, & cauere opor-
tet ne cutis foramina adstringãtur ab aere, quem attrahere per os & nares frigidum expedit.
b Auic. ibi. At si iam notæ aliquæ uariolarum ac morbillorum erumpentium se ostendant; non prohibere [b]
amplius, sed euocare materiam ad cutẽ oportet, euocabitur si uitato externo frigore stragulis
vestibus homo bene tegatur, tum si vaporibus aquæ calidæ posita vna olla à parte anteriori, al F
c Auic. ibi. tera à posteriori foueatur deterso interea sudore, tunc autem [c] non licet aut sanguinem mit-
tere, aut catharticum dare, ne prohibeatur naturæ motus ad partes externas, reuocetur q. ma-
teria ad internas. Illud tamen scire licet quod vbi aluus adstricta est, solui debet, aut sumpto
d Ibid. medicamento, quod eam laxet, [d] aut indito per clysterem in intestina humore idoneo vt mul-
sa & oleo; quod si homo strangulari videatur, materia ad guttur translata & ibi variolas exci-
tante necesse est mittere sanguinem, si vires & ætas cõsentiant, vt maius periculum euitetur:
quod attinet ad interna præsidia refrigerantia, si abunde materia transferatur ad cutem, non
cõuenit alia ratio victus, quam quæ aptatur priusquam pustulæ appareant, sed si parum & cũ
difficultate erumpant, vel statim euanescant, desistendum erit ab his, quæ crassum ac frigidum
sanguinem reddunt, & transeundum est ad extenuantia, dabitur itaq. potui aqua, in qua bul-
e Auic. ibi. lierit anethum, anisum, aut fœniculus, [e] sic extenuabitur materia, & facilius ad cutem transfe
f Auic. ibid. retur. Cum pustulæ plures ac grandiores erumpũt, solent quasdam partes grauiter offendere [f]
c. 11. vt oculos, nasum, aures, fauces, pulmonem, intestina, articulos, quas defendere oportet. Defen-
g Ibid. dentur oculi si frequenter abluantur aqua, quæ ex rosis & coriandro destillauerit, [g] vel sim-
plici vel in qua iacuerit acacia, glaucium, galla, aut malicorium, nares vero & aures vtiliter in-
tus illinuntur succo vuæ acerbæ, cui adiectum fuerit aliquid croci, & rhus, aut terra lemnia vel G
h Ibid. armena ex aceto diluta. Ad fauces guttur & pulmonem opus est gargarizare [h] diamoron cũ
aqua, in qua bullierit plantago hypocisthis, aut rosa: ab intestinis eam iniuriã propulsabimus,
i Ibid. si per clysterem in aluum immittamus quæ adstringendi vim habeant vt aquam, [i] in qua bul-
lierint fructus aut herbæ adstringentes, vel oleum myrtheum, aut roseum acerbum: articulos,
ne chordæ aut nerui offendantur, illinemus terra lemnia, vel armena ex aceto temperata. His
igitur præsidijs tuebimur partes illas, quæ maxime solent ab impetu morbillorum & variola-
rum offendi. Pustulæ quæ iam factæ sunt sanantur perinde atq. aliæ detracta materia illa, à qua
tanquam à causa continente proficiscuntur, sed cum hæc adimatur, si vel retro cogatur com-
meare, vel extrahatur ex loco vbi est, in morbillis & variolis non est quod cogatur reuerti ad
k Auic. ibi. partes vnde venit, [k] nam summum afferet periculum, quamobrem neq. repellenda neq. deri-
c. 10. uanda est ne feratur ad partes præstãtiores. Sequitur ergo vt extrahatur siue obscure in vapo
res cõuersa discutiatur, siue manifeste apertis pustulis effundatur: quę pauca est & tenuis, qua
lis solet esse in morbillis, & in variolis siccioribus, digeri potest, quę via minime molesta est, di-
l Ibid. c. 10. geritur si respergatur farina [l] milij, hordei aut fabarum, vel si adhibeatur suffitus ex myrica,
m Auic. ibi. aut si superimponantur amygdalæ amaræ contritæ, oleum alienum [m] est, solumque aptatur
c. 10. vbi iam squamulæ resolui debent, si materia multa & crassior fuerit, manifeste effundenda est, H
sed si dura sit & cruda, prius vtendum est mollientibus, & maturantibus: illinemus igitur tunc
lentem, vel farinam hordei aut tritici decoctam aut bene dilutam, vt materia cõcoquatur: mol
lietur vbi durior est, si inungatur adipe suilla, vel medulla vituli aut cerui, vel butyro, foueatur
que aqua, in qua bullierint radices althææ, sertula campana, chamæmelum. Cum variolæ iam
n Auic. ibi. maturæ sunt, aperiri debent tenui acu, (aurea, [n] vt nonnulli existimant) leniterq. expresso pu
o Ibid. re, si vlcus valde sordidum sit atq. humidum siccantib. ac detergentib. eget vt farina [o] oryzæ,
milij, hordei, lupini, aut puluere ex radice aristolochiæ, aut ex semine radiculæ, si valde lacere-
tur cutis ob multitudinem pustularum, expedit pro stragulo vti sacco ex linteo non nimis ad-
p Auic. ibi. stricto, qui [p] infarctus sit farina milij, oryzæ aut hordei, sic enim facile detergentur ac siccabun
q Ibid. tur vlcera, si quod restet humidius & sine inflammatione, sale [q] respergendum erit, vel aqua
salsa perfundendum, vbi vlcera detersa sint, curantur siccantibus sine morsu, huiusmodi sunt
metallica vsta & elota molybdena, cerussa, cadmia, quæ & insperguntur, & oleo roseo diluta
illinuntur, vbi iam plena sunt vlcera, & non amplius caua, respergi debent siccantibus atq. ad-
Auic. ibi. stringentibus, vt ad cicatricem perducãtur, ualet puluis ex galla aut malicorio, ex ossib. [r] vstis,
ex semine nasturtij: inducta cicatrice opus est detergentibus, si crassior sit, ut extenuetur, & ad

colorem

A colorem cutis reducatur, huc spectat succus ex nepeta, ex radice arundinis, ex radice aristolochiæ, ex radice iridis, cum melle, tum aqua in qua nigrum cicer bullierit: hactenus de euratione morbillorum & variolarum; febris qua ratione curetur ostensum est, a cum agcremus de febribus pestilentibus. Ex symptomatibus succurrendum est dolori fomentis relaxantibus, & perfusione lactis statim emulsi; ad animæ defectionem adhibemus quæ vires reficiant, detegimus hominem, facimus uentum flabellis, respergimus faciem aqua frigida, donec vires recreentur.

a Supra lib. 6. c. 5.

De scabie. *Cap. VII.*



Itium illud quod Latine dicitur scabies ad pustulas refertur, minus tamen alte penetrat quam illæ quas supra persecuti sumus, tantum enim occupat cutem b quam maxime prurientem efficit ac scabram. Scabiei duæ subijciuntur species, vna dicitur, ψώρα à Græcis, c altera λέπρα, illa quæ magis versatur in superficie, d & cum leuiori prurigine lungitur, tenuesque remittit squamulas quasi furfures, hæc altius descendit, & non solum vehementem affert pruriginem, sed etiam erodit, atque e exulcerat; vnde squamæ decidunt crassiores: hæ species non ita leguntur nominibus distinctæ apud Latinos medicos, utran-
B que enim scabiei vocabulo significant: contra non legitur apud Græcos verbum quod scabiei respondeat, & communiter psoram ac lepram significet. Illud autem obliuisci non oportet, quod lepra de qua iuniores medici loquuntur elephas est, quem supra posuimus in tumoribus grandioribus, sed apud Græcos lepra altera scabiei species est, quam descripsimus: f sunt qui velint impetiginis vocabulo à Cornelio Celso g significari lepram scabiei speciem, quamuis impetigo apud alios notet lichenas, sed lepra siue vocetur à Cor. Celso impetigo siue scabies ἀγρία id est fera, nihil interest, modo intelligatur quæ scabiei communiter, quæ proprie psoræ ac lepræ subiecta notio sit, pateatque quale vitium sit, quod nunc à nobis tractatur. Atrenduntur in scabie præter species differentiæ complures, vt quod alia humidior sit, alia siccior, item alia mitior, alia lenior, tum alia subrubra, alia subalbida, alia subflaua, alia subatra, vix enim ex toto rubram, albam, flauam, aut atram deprehendas: iunguntur autem cum quauis specie vel differentia scabiei plures morbi vt magnitudo aucta, cum fit tumor præter naturam, immoderatio temperationis, quam affert humor à quo proficiscitur, & solutio vnitatis, quæ tamen euidentior h est in lepra quam in psora. Proxima & continens causa scabiei humor est acris
C vel salsus, nam hic pruriginem affert, quam copulari cum scabiè monstrauimus, sed cum pruriginem efficit duntaxat, paucus est & tenuis, vnde ex cute exit, cum scabiem, multus est, crassus, & interdum etiam glutinosus, atque idcirco inhærescit; potest autem scabies a quolibet quatuor succorum oriri vel simplici vel mixto cum alijs; plerunque autem oritur i ab atrabile, interdum tamen a flaua, sæpe etiam a pituita salsa, K nonnunquam, a sanguine corrupto, magis autem crassus & magis acris est qui lepram facit, quam qui psoram. Cæterum mitior mitiorem scabiem, deterior deteriorem efficit, humidior vt sanguis & pituita humidiorem, siccior vt flaua vel atra bilis sicciorem: varius scabiei color varium sequitur humorem quem repræsentat. Antecedentes causæ illæ sunt, à quibus vel fit eiusmodi vitiosus humor in corpore, vel iam collectus fertur ad cutem, vnde non potest exire: fit vitiosus & acris humor, uel ex succo naturali putredinem contrahente, vel statim ex cibis, & potionibus. Putrescit & acrior redditur succus, qui ante bonus erat cum l perspiratu caret, adde contagionem m quæ sola contaminare bonos succos potest: merito itaque vitatur consuetudo eum his, qui scabie laborant, expirant enim ab ipsis putres vapores, qui contage sua bonum sanguinem afficiunt, in illis potissimum qui huiusmodi vitio opportuni sunt ob acrimoniam succorum & prohibitum perspira-
D tum vnde non raro scabies oritur; at plerunque prauus succus statim gignitur vitio vel materiæ hoc est ob prauitatem ciborum ac potionum, n vel effectricis, hoc est ob immoderatam temperationem calidam & siccam iecinoris. Neque satis est si gignantur acres succi, sed necesse est ferantur ad cutem vt scabiem efficiant; feruntur autem partim transmissi partim attracti, transmittuntur à natura partium validiore, interdum antequam aliquem morbum in illis efficiant, interdum postquam vel febrem vel aliud malum excitarunt. A cute vero non solum admittuntur, sed interdum etiam alliciuntur vbi calefiat, vnde oriri scabiem videmus, & o verno tempore, & his qui vehementius exercentur; sed siue transmittatur, siue alliciatur, vitiosus succus retinetur in cute cum crassus sit, neque euadere ex ea facile possit. Euenit interdum ut succus, qui cum alioquin tenuis sit, debeat exire ex cute, retineatur, propterea quod huius foramina p clausa sint, siue adstricta ob frigus aeris circunfusi, vel vsum aquarum adstringētiū, siue obstructa a sordibus: ubi autem retineatur discutiuntur partes eius tenues, restant crassæ, quæ sua acrimonia erodunt, & scabiem afferunt.

Consequuntur scabiem plura symptomata, & primum, prurigo ualida, quæ tamen ualidior est in lepra, quam in psora, inde sequitur uigilia, & processu temporis etiam tabescit corpus, nequeunt etiam membra, quæ scabie affliguntur, suis muneribus commode fungi. In homine

uero

b Gale. 4. aph. cō. 77.
c Pau. AEgin. l. 4. c. 2.
d Ibi. Pau.
e Auic. l. 4. fen. 3. tr. 3. c. 1.
f Fallopius de vlcerib. c. 16.
g Celsus li. 5. c. vlt.
h Paulo ante.
i Gal. li. de tumorib. c. 13.
K Gale. l. med. ca. 13. & Aui. l. 4. fen. 7. tr. 3. c. 6.
l Gale. 11. meth ca. 8.
m Gal. 1. de diff. feb. c. 3.
n Gal. d. suc eorū boni & vitio c. 1. & Aui. l. 4. fen. 6. tr. 4. c. 7. & Gal. 1. d diff. feb. c. 4.
o Gale. 3. aph. com. 20.
p Auic. loco citato.

vero ægrotante non difficile eſt ſcabiem, quam deſcripſimus, recognoſcere, ſub ſenſum enim cadunt puſtulæ cutis prurientes ac ſcabræ, vnde cadunt ſquamæ: ſenſu etiam inter pſoram & lepram licet internoſcere, deprehendit enim [a] hanc altius penetrare, & cum magno pruritu erodentem exulcerare, & ſquamas craſſiores remittere; illam contra magis in ſuperficie reſidere cum minori prurigine, vnde tenuiores ſquamulæ & veluti furfures reſoluuntur. Subijciuntur etiam ſenſui ſymptomata, quæ commemorauimus. At continens cauſa cum abdita ſit, mente conijci debet, ac primo ex cauſis à quibus ipſam & gigni & ferri ad cutem monſtrauimus, deinde ex his quæ humoris qualitatem temperando vel educendo ſubſtantiam proſunt, aut obſunt acriorem reddendo qualitatem, vel ſubſtantiam augendo: maxime vero ex effectis, hoc eſt ex ſcabiei ſpecie vna cum differentijs, monſtrat quidem ſcabies prauos [b] ſuccos ſed lepra potiſſimum [c] atram bilem à qua fere naſcitur, pſora magis alios ſuccos indicat, ſiccior ſcabies ſicciorem humorem vt flauam vel atram bilem, humidior humidiorem vt ſanguinem vel pituitam, ſed nullum firmius indicium eſt ad humoris ſpeciem declarandam quam color ſcabiei, ſubrubra enim ſanguinem, ſubalbida pituitam, ſubflaua flauam bilem, ſubatra bilem atram denunciat, ſiquidem naſcitur color ſcabiei a colore humoris, qui illam efficit, vnde mixtus color mixtum quoque humorem ſignificat. Ex futuris poteſt euentus triplex eſſe in ſcabie, cum vel ſanetur homo, quod plerunque accidit, vel intereat quod raro, vel cum ea diutius viuat, quod ſæpe: præſagies quid expectandum ſit, ſi naturæ [d] robur cum morbi robore conferas, plerunque validior eſt natura, quæ quod in internis partibus prauum redundabat, tranſtulit ad cutem partem viliſſimam, vnde ſi bene nutriatur homo facile ſaneſcit, præſertim vbi ex contage in ſcabiem inciderit; interdum ſuperant adhuc in partibus internis ſucci vitioſi, quos facile eſt purgare, & ita hominem in priſtinum ſtatum reſtituere, quod ſi in iecinore temperationis immoderatio valida ſit, & iam inueterauerit, ita vt non videatur poſſe ſanari, tunc etiam nō ſanabitur ſcabies, ſed homo cum illa viuet, niſi adeo grauia ſymptomata afferat veluti pruriginem & vigiliam, vt hominem tabefaciat & abſumat, nam vbi talis appareat timendus eſt interitus, quod magis vſu venit in lepra quam in ſcabie. Tempus ſi nulla materia redundat in partibus corporis internis, breue erit, cito enim ſaneſcet ſcabies facta. Sed ſi redundet ubi ſit atra bilis magis vitio iecinoris quam feculentorum & poculentorum contracta, longiori tempore opus erit, vt reddatur corpus purum, & ſcabies finiatur. ſi redundet alius humor in corpore, celerior expectari ſolus poterit, interitus vero nunquam ſequitur, niſi homo diuturna moleſtia confectus fuerit. Via ſalutis eſt quod humor ſcabiem faciens diſcutitur, ſiue per ſe, ſiue auxilio artis, ſed via interitus quod ob grauitatem ſymptomatum conficitur.

a Pau. Aegineta l. 4. c. 2.
b Auic. l. 4. fen. 7. tr. 3. c. 8.
c Aui. li. 4. fen. 3. tr. 3. c. 1.
d Gal. li. 4. de præſag. pulſ. c. 11.

E

F

In curatione ſcabiei dare primum operam oportet, ne fiat amplius, deinde tam tollere quæ iam facta eſt, ne fiat prohibebimus, ſi nō contrahatur amplius eiuſmodi vitioſus ſuccus in corpore, & ne contractus feratur ad cutem, aut in ea retineatur: non contrahetur ſi auferantur cauſæ vt conſuetudo cum his qui ſcabie laborant: ob contagem [illegible] corrumpi bonos ſuccos [e] monſtrauimus: præterea prauitas ciborum & potionum, quibus [illegible] neceſſe eſt homini offerre quæ bonos ſuccos gignant, & tandem immoderata temp[illegible] & [illegible]oris, quam redigere ad moderationem oportet: quo inter alia [illegible] maxime ſpectat aqua ferrea, qualis eſt in balneo villæ agri Lucenſis, quam taliter [illegible] qui huiuſmodi morbo vexantur; quandoque prodeſt eadem non ſolum extrinſecus admota, ſed etiam epota, ad quod optime etiam conducit Balneum aquarum in collibus Piſanis: hoc pacto itaque prohibebimus ne contrahatur amplius ſuccus vitioſus in corpore: ille vero, qui iam contractus eſt, ne feratur ad cutem, educi debet: ſi redundet ſanguis ſecare venam oportet, ſi vires & ætas hoc remedium ferant, adhibere pariter conuenit ſanguiſugas ad uenas in ano ſanguinem fundentes. Si ſuperat alius humor [f] idoneo cathartico purgandus eſt, quæ remedia neceſſaria non ſunt, vbi materia [g] nulla ſubeſt vitioſa in partibus internis. Quod ſi humor, qui alioquin tenuis eſt, & ex cute exiret, & ad eam ipſam translatus euadere non poſſit, quod foramina clauſa ſint adſtricta vel obſtructa, aperiri debent, ita vt relaxentur quæ adſtricta ſunt fomentis ac balneo aquæ dulcis, detergantur quæ obſtructa præſidijs ad id aptis vt ſapone, farina lupinorum, aut fabarum. Vbi corpus purum fuerit, ſiue quod tota materia vitioſa fuerit ad cutem tranſmiſſa, ſiue quod quæ reſtabat fuerit uenæ ſectione aut purgatione educta, ueniendum eſt ad curationem ſcabiei iam factæ, ubi primum uideris an uenæ externæ diſtendi multo ſanguine uideantur, tunc enim præſtat cutem ſcalpello pluribus locis exaſperare, & corneis cucurbitulis defixis eiuſmodi ſanguinem minuere. Curatur ſcabies quæ iam facta eſt, detracta materia per digerentia præſidia, neque enim repellenda eſt neque manifeſte extrahenda: ſola ergo digerentia eam materiam adimere poſſunt, [h] & propterea ſcabiem ſanate, ſed propter craſſitudinem humoris adijciuntur detergentia: quod ſi durities cutis cum ſcabie iungatur, ac denſitas, vtendum vna cum digerentibus erit his, quę molliant ac relaxent: interdum eiuſmodi puſtulæ inflammatæ ſunt, ita ut ſimul cum digerentibus refrigerantia deſiderent, ſi qua reſtent ulcera leniter ſiccantibus ac detergentibus tolluntur. Validiora neceſſaria ſunt ubi uitium ualidius ſit, & idcirco vbi lepra quam ubi pſora, inueniuntur præſidia quibus eiuſmodi facultates inſunt, a quibus ſanatur quæuis ſpecies ſcabiei quantumuis fera, huiuſmodi ſunt aquæ ferri, aluminis, ac ſulphuris

ui

e Sup. pau. ante & Gale. 1 de diff. feb. c. 2.
f Auic. li. 4. fen. 7. tr. 4. c. 7.
g Gal. a. 6. ep. com. 30
h Aui. loc. citato.

G

H

A vi præditæ, quales habentur in balneo villæ agri Lucensis iam commemorato, in balneo aquarum in agro Pisano, & in balneo quod situm est ad radices montis Diui Iuliani in agro similirer Pisano, quibus balneis quoridie scabiem sanari videmus, & propulsari etiam ne amplius redeat, si quis recta ratione victus vtatur, cum non solum sanent pustulas iam factas, sed etiam redigant ad moderationem, iecinoris temperationem immoderatam; nõ desunt alibi in Italia & alijs tegionibus aquæ nascentes sponte calidæ eandem vim habentes, sed quia non vbique præsto sunt, confugiendum est ad alia remedia, quæ digerant, detergant, & ubi necesse sit simul refrigerent, ant molliant, quorum sylua amplissima est. Valet lauatio vel persusio aquæ, in qua bullierit [a] malua, althæa, hordeum, furfur, vel rumex, nepeta, capnos, libanotis, artemisia, post cuius vsum linteo detersæ ac siccatæ partes illinendæ sunt digerẽte aliquo ac detergente medicamento, vt succo nigri aut albi veratri, radicis asphodeli, bryoniæ, aut aceto in quo macerata fuerit radix anchusæ vel anemones; idem præstat oleum in quo diu iacuerit puluis tennissimus ex sulphure ignem non experto: eodem spectat styrax liquida cum succo limonum & sulphure. Ad psoram vtemur vt diximus, vehementioribus medicamentis cuiusmodi est succus batrachij, aut staphisagria ex aceto, validissimum præsidium est quod à iunioribus repertum, accipit adipis suillæ ac vitulinæ liquefactæ vtriusque lib. semis, olei mastichini, laurei vtriusq; ℥ x. olei rosei vnc. iij. resinæ terebinthinæ puræ vnc. ij. semis, radicum rumicis vnc. iij. semis, veratri nigri vnc. j. chelidoniæ, capni vtriusque M. j. radicum asphodeli vnc. vi. contũ-
B dantur omnia & simul macerentur, deinde vbi bullierint ac percolata sint, addantur spumæ argenti vnc. semis, cerussæ vn. iij. semis, styracis liquidæ ℥ x. argẽti liquidi saliua extincti vn. ij. efficacissimum est medicamentum hoc, sed periculum est ne propter vim argenti liquidi repellatur vitiosa materia ad caput, & grauissimam noxam afferat, quamobrem suspectum esse debet vbi vel caput imbecillum sit, vel corpus nondum fuerit exquisite purgatum. Si scabies sicca sit utiliter liquida medicamenta illinuntur, ubi nimis madeat respergi debet puluere vt ex misy, chalcitide, alumine scissili, ærugine æris, nitri aut sulphuris; quod si detracta summa cute vlcus restet, curandum est modice siccantibus, vt medicamento ex calce elota, vel eo quod ex spuma argenti oleo roseo & aceto conficitur tripharmacum appellatur, vel aliud quod fit ex cerussa, oleo roseo, adipe suilla & succo solani vel plantaginis. Si nimia durities sit, & cutis admodum scabra inungemus affectas partes butyro recenti, vel medulla vituli aut cerui, uel adipe gallinacea aut anserina, deinde vtemur mediocriter digerentib. ac concoquentibus, ut pice liquida cum resina terebinthina & styrace, in uniuersum autem accommodabimus medicaméta ad speciem ac differenriam scabiei quam curabimus. Superest ex symptomatibus prurigo, quæ ijsdem rollitur præsidijs quibus scabies, si tamen nimis molesta sit, neque sinat expe-
C ctari dum auferatur morbus, lenienda erit quemadmodum docebimus, ubi impetiginem quæ nunc proxime sequitur, absoluerimus.

De impetigine. Cap. VIII.

SCabiei quam proxime tractanimus, & herpeti illi, cum quo minutas pustulas instar granorum milij iungi diximus, adeo simile est malum, quod Greci λειχῆνα dicunt, ut separare hoc ab illis non sit facile, cum omnes in cute pustulas quasdam excitent: verum λειχὴν scabiei & herpeti interiectus est, & tanquam medius, si quidẽ scabies altius penetrat, & squamas remittit, oritur enim à crassis atque acrib. succis: herpes summam pelliculam tantum renet, ubi cum feruore minutas illas pustulas efficit, quoniam oritur a succo bilioso valde renui: λειχὴν neq; exulcerat aut squamas remittit vt scabies, nec summam pelliculam duntaxat attingit ut herpes, sed cutem quoque subiectam exasperat, ac rodit fere in
D orbem, nascitur ab humore crasso acri, sed mixto cum tenui sanie: ita autem uocatur a Græcis quod quodammodo cutem lambat, ex Latinis uidetur [b] Corn. Celsus hunc affectum papularũ nomine significasse, cum à cæteris nominetur impetigo, atque ubi faciem & mentum occupat, & fœdus maxime est, mentagra, quæ Romam vbi ante ignota erat primum ex Asia venit Tiberio [c] Cæsare Imperatore; grassantur enim certis temporibus certi morbi, quemadmodũ supra [d] docuimus cum de uariolis & morbilis ageremus, sed quandocunque ceperit mentagra, aut quomodocunque fuerit appeilatus affectus propositus, vulgo nunc ab Italis dicitur uolatica, referturque ad pustulas, & consistit in magnitudine aucta ob tumorem præternaturam, & immoderata temperatione quam affert humor, à quo oritur, atque in solutione unitatis. Species impetiginis duæ ponuntur [e] a ueteribus: una leuior in qua per minutas pustulas cutis exasperatur, leuiterque roditur, altera fera quæ cutem non tantum exasperat, sed exulcerat quoque, & uehementius erodit, in utraque specie plures attenduntur differentiæ, atque illæ potissimum, quod uel humida est uel sicca; tũ uel serpit, uel eodem loco hæret: proprie autem quæ fera est, aut cutem relinquit, aut detrahit. Proxima & continens causa impetiginis ut paulo ante ostendimus, est humor crassus, [f] acris, mixtus cum tenui sanie, nam si tantũ tenuis esset, facile educeretur, si tantum crassus, cutem duntaxat attolleret, ac tumidã redderet, sed crassus mixtus cũ

tenui

[a] Auic. l. 4. tr. 3. c. 7.
[b] Cels. l. 5. c. 28.
[c] Plin. l. 26 c. 1.
[d] Sup. c. 6.
[e] Gal. l. me dic. c. 13. & Celsus li. 5 c. 28.
[f] Auic. lib. 4. f. 7. tract. 3. c. 3.

tenui cutem erodit, & pro insigni tumore paruas pustulas excitat: ex quatuor succis impetigo E
a Auic. ibi. non secus ac scabies maxime oritur [a] ab atra bile, deinde à flaua, non raro à pituita salsa, aliquando etiam à sanguine corrupto, à quocunque oriatur cum crasso succo miscetur tenuis & aquosus humor ac sanies. Diuersæ species ac differentiæ impetiginis à diuerso humore nascuntur, quæ mitior est, fit à sanguine vel pituita, quæ fera, à flaua vel atra bile, à quibus etiam sicca
b Auic. ibi. redditur, nam humida [b] magis sequitur sanguinem & pituitam, ad eam quæ serpit efficiendam maior saniei copia cum crassis humoribus miscetur, sed minor ad eam, quæ hæret, quæ cutem dettahit, oritur ab humore maxime acri, à minus acri quæ ipsam relinquit. Huic proxime causæ quam diximus antecedunt illæ, ob quas aut acris fit, aut omnino gignitur, aut fertur ad cutem, aut exitum non habet eiusmodi humor: redditur acris ex contagione ob putres vapores exhalantes ab his, qui eiusmodi lue sunt infecti. Mentagra illa maxime fœda, quam dixi-
c Plin. l. 26 c. 1. mus, Romanos osculo [c] afficiebat. Sed gignitur humor acris ex prauis cibis ac potionibus, potissimum vbi calida & sicca sit immoderate iecinoris temperatio; postquam genitus est, fertur ad cutem partim transmissus a præstantioribus partibus ad ipsam quæ vilissima est, partim ab
d Gal. 3. aph. c. 20. eadem attractus ob nimium calorem vel ab exercitatione contractum, vel ab aere [d] vt vere, vn-
e Hippo. 3. aph. 20. de in vernis morbis [e] habetur impetigo, retinetur autem in cute humor qui tenuis est, & alioquin deberet exire, ubi patua foramina adstricta sint vel obstructa. Symptomata impetiginis F sunt potissimum prurigo, atque erodentium sensus, prætetea cū faciē occupat summa illa fœditas, quæ ad affectus & qualitates corporis refertur. Recognoscūtur in homine ægrotante proposita symptomata sensu, sub quem cadit et vtraq. species impetiginis, vna cū suis differētijs.

Causa continens hoc est humor, quem diximus, cum sensum fugiat, ratione deprehendi debet, colligitur autem non secus atque in scabie ex causis, à quibus gignitur, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis vt ex specie ac differentia impetiginis, maxime autem ex colore qui refert colorem humoris illius, à quo nascitur impetigo. Ex fututis euentus salubris est, neque. in adeo corpus afficitur sicuti à psora & lepra, quamuis impetigo vbi altius descendat, cum sanatur, deformitatem omnino relinquat insanabilem; que magis in superficie est, & ab humore oritur mitiore, & facilius & ex toto sanatur: quæ fera est facile transit in lepram, cum discussis tenuioribus partibus restent solæ crassiores, magis etiam curatur humida quam sicca, & quæ cutem relinquit; quam quæ detrahit. Tempus, quo expectari salus debet, breue est, cum impetigo est leuior, & à mitiore succo oritur, sed longum cum altius descendit, & deteriorem sequitur succum vt atram bilem. Via sanationis est, quod materia discutitur siue sponte, siue auxilio artis digerentis, detergentis aut etiam adurentis.

f In c. auic ce. Ad curandam impetiginem eadem necessaria sunt, quæ in [f] scabie posuimus; primo enim G prohibere oportet ne fiat, deinde eam curare quæ iam facta est. Non fiet, si non contrahatur, eiusmodi prauus humor in corpore, & si is qui iam contractus est, non feratur ad cutem aut allicíatur, aut retineatur ab eadem; nō contrahetur, si vitetur contages, & consuetudo cum his, qui hoc morbo tenentur, si homo vtatur cibis & potionibus boni succi, si corrigatur immoderata temperatio iecinoris; ille verò qui iam contractus est, nōn feretur ad cutem, si educatur
g Auic. l. 4. fen 7 tra. 3 c. 4. vel sanguinis missione secta vena, aut sanguisugis [g] admotis vbi redundet sanguis, vel purgatione vbi alius succus. Non allicietur idem ad cutem vbi à vehementi exercitatione & calidioris aeris appulsu caueamus, non retinebitur si parua foramina vbi obstructa sunt, detergantur, & vbi adstricta relaxentur, ad quod maxime pertinet [h] balneum. hoc pacto igitur non sinemus
h Aui. ibi. impetiginem fieri. Quæ iam facta est curabitur detracta materia, hanc non oportet reuetti ad partes vnde venit, sed inde extrahi vbi est, non quidem manifeste veluti cum multa in sinu quodam collecta est, sed obscure per digerentia, vtendum igitur est valenter siccantibus, & cum impetigo iam degenerat in lepram, simul etiam acribus ac detergentibus, ad materiæ crassitudinem extenuandam, quæ ubi non sufficiant, adurendus locus est vsque ad os vel medicamentis idoneis, vel candenti ferramento. Impetigo recens ac mitis leuioribus cedit præsidijs, fera desiderat vehementiora præsertim cum inueterauerit, quod si cutis vitiata est, adeo vt restitui non possit, danda sunt quæ ipsam erodant, ac adurant, & vna cum parte affecta vitium adi- H mant, detracta cute opus est siccantibus sine morsu. Ad leuem & recentem impetiginem vte-
i Cel. li. 5. c. 28. mur saliua ieiuna, [i] aut tritico bene dentibus trito, & cum saliua subacto, aut pane quem aliquis radiculam prius mandens dentibus similiter contriuerit, aut humore qui ex tritico [k] distil
k Aui. loco citato. let posito super incude, admota lamina ænea candēte. Vtiliter ad eandem admouetur succus ex semine maluæ agrestis, recenter expressus, gummi ex pruno aqua temperatum, succus plan-
l Cel. ibid taginis, herba [l] muralis, farina lolij ex aceto, radix rumicis similiter ex aceto, cicer & nigrum veratrum tritum & resina & liquida pice exceptum, mirifice conducit succus. lacteus tithymali Characij sæpius illitus, vel medicamentum quod accipit ammoniaci, farinæ erui & lupinorū
m Aui. loc. citato. æquas portiones ex acero temperatas, vel quod habet glutinis [m] fabrorum, thuris, sulphuris, pares portiones cū aceto, commode etiam abluitur succo limonis aut citrij, tum aqua sulphuris, aluminis aut salis vim habente. Ad feram & veterem impetiginem diximus opus esse præsidijs acrioribus, ac primo siccantibus ac detergentibus, deinde etiam erodentibus atque adurentibus. Abluatur ergo aqua, in qua arsenicum fuerit tabefactum, illinatur succo chelidoniæ

aut

A aut cucumeris agrestis cum fœce vini, superdetur cataplasma ex folijs viticis aut capparis tri-
ti cum aceto aut ex radice chamæleontis ex aceto cocta, aut admoueatur pastillus qui acci-
pit thuris ʒ ij. bituminis, sulphuris ignem non experti, atramenti sutorij ʒ j. semis, componatur
cum aceto: huiusmodi etiam ille est qui habet [a] sulphuris ignem non experti, stercoris caprini a Aui. loco citato.
vsti, spumæ maris, picis, pares portiones cum aceto dilutas: vel alius qui accipit atramenti su-
torii, sulphuris ignem non experti, nitri, thuris partes æquales, ex quibus fiunt pastilli vel ex
aceto, vel si vehementior est rodentium sensus, ex vino. Vbi cutis ab impetigine iam corrupta
est, detrahi debet, ad quod maxime apposita est confectio qua [b] Romæ Pamphilus summo cũ b Gal. 5. catatop. c. 7.
lucro mentagram curauit, accipit autem squamæ æris. ʒ vj. auripigmenti ʒ iv. sandarachæ ʒ iv.
æris vsti, veratri albi, ventrium cantharidum singulorum. ʒ j. semis, singula per se teruntur, dein
de simul mixta cum cedria ad mellis crassitudinem miscentur, & in pixide ænea reponuntur,
cum vsus requirit impetigo nitro ante perfricatur, deinde hoc medicamẽtum illinitur, tum ali
quo tempore interiecto deraditur locus & idem imponitur, deinde cum bis terue hoc factum
fuerit, si bullas excitauit, sanies excipitur, qua detersa cataplasma imponitur, ex pane & mul-
sa, sed dum admota manent vrentia atque erodentia medicamenta, quæ cutem detrahant, par
tes sanas, quæ iuxta sunt, defendere oportet: quamobrem superdandum est medicamentum
ex terra armena aut lemnia cum succo plantaginis, oleo roseo & aceto. Si non sufficiunt
medicamenta quod nimis alte vitium descenderit, veniendum est ad chirurgiam, & candenri
B ferramento adurendus est locus vsque ad os, vt quicquid vitiatum est in crustam vertatur, &
decidat, deinde quod superest vlcus curandum vt res postulat, sed vbi vel ab humore impetigi
nem faciente, vel à medicamento erodente detracta cutis est, vti conuenit siccantib. sine mor
su, huiusmodi est pastillus, qui fit ex myrrha, thure, tragacantho, alumine, sulphure, atque aloe
cum passo, tũ qui fit ex tragacãtho, sulphure, aloe & aceto, aut ex glaucio thure, alcyonio, bitu
mine, sulphure, nitro, & aceto, vtiliter etiam illinitur styrax cũ aceto, sed mitius est triapharma
cum quod fit ex spuma argenti, aceto, & oleo roseo. His præsidijs tollentur etiam symptomata
vt prurigo & erodentium sensus, sed si quid proprium postulet, iam tempus est enartare.

De prurigine. *Cap. IX.*

QVod à latinis nominatur prurigo, & à græcis κνισμὸς, symptoma est sensus tactus de- e Ga. de dif. symp. c. 3.
prauati, & species [c] quædam doloris, tractatur autem proxime à pustulis, quod ab
eadem causa oriatur, & ijsdem præsidijs curetur atque illæ: id quod euenit, & pedi
C culis, porrigini, defectioni pilorum, viriligini, ecchymomati, de quibus adhuc agen-
dum restat. Est igitur prurigo leuis quidam dolor obscure mordentium sensum repræsentans,
sed vbi crescit, non solum euidenter mordentium, sed etiam vlcerantium referre sensum vide-
tur, locus, in quo versatur prurigo simplex, cutis [d] est, illa quę cum morsu iungitur, occupat etiã d Gal. 2. de loc. aff. c. 7.
partes cuti subiectas, quod vsu venit in scabie. Differentiæ, quæ in prurigine attenduntur, illæ
potissimum sunt, quod aut simplex est, sub qua cutis tantum prurit, aut coniuncta cum morsu,
& hęc altius descendit. Proxima causa symptomatum fere morbus est, interdum tamen eadem
continens causa, quę facit morbum, facit etiam symptomata, quod accidit humori pruriginem
excitanti, ob quem cum calidus sit, cutis nõ solum redditur immoderate calida, sed etiam pru
rit. intueamur ergo quæ nam proprie sit continens causa propositi nunc symptomatis, inde or
si, quod cum prurigo sit species quædam doloris, necessario ad ipsam efficiendam duo concur
runt, sensus tactus, & obiectum ipsius adeo vehemens, vt soluat vnitatem, at sensus tactus secũ
dum naturam est, obiectum vero adeo vehemens, contra naturam, huiusmodi ex internis est
humor calidus, [e] acris, salsus, amarus, nam & externa, quæ pruriginem mouẽt talia etiam sunt, e Gal. 2. de loc. aff. c. 7. & 1. de cau. symp c. 6.
D ut vrtica, scilla, muria, cum ad cutem admouentur. Non tamen satis est ad pruriginem excitan
dam si humores acres sint, salsi aut amari, sed debent etiam esse tenues, qui per partes subie-
ctas ad cutem penetrare possint, si crassiores essent hærerent partib. cuti subiectis, & non mo
do prurientium sed etiam mordentium atque exulcerantium sensum excitarent, ut in his qui
impetigine vel scabie laborant, maxime autem aquosus humor, qui sudorem facit, si biliosus
sit, pruriginem simpliciter affert, qui crassior est vt pituita salsa, vel atrabilis, nisi misceatur cũ
multa sanie tenui, nequit solam pruriginem mouere. Varia autem sunt symptomata, quæ exci-
tantur ab eiusmodi vitioso humore, leuiora uel grauiora, prout ille multus vel paucus, magis
vel minus acris, salsus aut amarus fuerit, tum crassior vel tenuior, prout item quiescit vel moue
tur: leuissimum symptoma est prurigo, quæ fit ab humore pauco, tenui, quiescente, non multum
acri, salso aut amaro, ubi multus crassior sit & acrior mordentium sensum affert quiescens, sed
si moueatur [f] horrorem leuem, quem vehementem efficit, ubi admodum multus, acris, ualde f Gal. 1. de cau. symp. c. 6.
crassus & concitatus fuerit. Ergo proxima causa & continens simplicis pruriginis est humor
paucus, tenuis, acris, quietus, sed pruriginis iunctæ cum morsu, idem humor multus, crassior, &
acrior. Causæ, quæ huic antecedunt, sunt illæ, ob quas vel gignitur eiusmodi uitiosus humor,
vel transfertur ad cutẽ, uel non exit ut deberet, perinde atq; in impetigine ac scabie, gignitur
talis

a Gal. ibid. talis ex cibis ac [a] potionibus praui succi, & simul ex immoderata temperatione calida & sicca iecinoris. Transfertur à partib. præstantiorib. ad cutē ille, qui genitus est, vel ab eadē allicitur calefacta. Retinetur qui exire deberet clausis foraminibus cutis, vel obstructis à sorde, vel adstrictis ob frigus & siccitatē, quod solet senib. euenire, quàobrem sæpius prurigine tentantur, cum qua solet iungi morsus aut sensus vlceris, quod contrahant crassiores humores vt salsam pituitam. Cognoscitur prurigo sensu siue simplex siue iuncta cum morsu, conqueritur.n. homo de eiusmodi molestia, quam percipit. Morb. temperatio videlicet immoderata partim sensu percipitur, partim colligitur ex causa proxima, hoc est ex humore, à quo simul & morbus fit & symptoma, sed cum eiusmodi humor sensum lateat, conijci debet ex causis, à quibus gignitur, ex his quæ prosunt aut obsunt, ex effectis quemadmodum in scabie monstrauimus, [b] proprie autem differentia pruriginis indicat differentiam humoris, nam sola tenuem, iuncta cum morsu crassiorem denunciat. Ex futuris euentus salubris est, si simplex sit prurigo, facile enim sanescit, sed si iungatur cum morsu & vehementior sit præsertim in senibus, insanabilis est, non tamen perniciosa, nisi vertatur in lepram. Tempus, quo expectari salus debet, vbi simplex prurigo sit, breue est, cito enim sanescit: vbi grauior, & cum morsu, diutius manet. Via sanationis est quod materia discutitur vel per se, vel adhibitis remedijs, ad quæ iam accedimus. Primum autem in curatione pruriginis prohibere oportet ne noua materia ad cutem concurrat, deinde remouere eam, quę in ea continetur, & pruriginem facit. Ne concurrat prohibebimus remouendo causas à quibus gignitur, vel à quibus genita fertur, aut allicitur ad cutem, aut in ea retinetur: non gignetur amplius, si demus esculenta, & poculenta boni succi, & corrigamus temperationem immoderatam viscerum: non confluet ad cutem quæ iam genita est, si educatur, vel secta vena, vbi sanguis redundet, vel dato cathartico, vbi alius succus: non allicietur ad cutem, si hæc non calefiat exercitatione, aut aetis appulsu: non retinebitur quæ alioquin exiret, si aperiantur foramina cutis, vbi adstricta sint relaxantibus, vbi obstructa detergentibus. Ad relaxandum maxime valet balneum aquę dulcis: ad detergendum vtemur smegmate, amygdalis amaris, farina fabarum aut lupinorum, sed validissimum est nitrum. Materia, quæ iam versatur in cute, & pruriginem facit, si auferatur, non sentietur amplius eiusmodi molestia: eo igitur dirigere consilium oportet, vt vitiosus humor educatur, neque enim stupefacere sensum oportet, sicuti cum ob grauitatem doloris vires conuelluntur, educi autem vitiosa materia debet per digerentia in vapores conuersa, quo spectant præsidia illa, quæ diximus aperire foramina cutis relaxando ac detergendo. Si leuis sit prurigo discutitur vitiosus humor, qui paucus & tenuis est, perfricando cutem scabendoque duntaxat, soluitur prurigo: quod si paulo crassior materia sit, opus est digerentibus ac detergentibus, valet autem perfusio aquæ calidæ, in qua bullierit furfur, fœnugræcum, lupinus, beta, vel si affectus inueterauerit saluia, origanum, pulegiū, myrica, vtiliter etiam illinuntur folia capparis ex lixiuio, radix cucumeris agrestis ex aceto, staphisagria ex oleo & aceto, aut superimponitur cataplasma ex apio viridi trito, uel ex cochlea contusa & ex melle subacta. Eodē spectat & medicamentū quod accipit spumæ argēti vnc. vi. thuris, terræ samiæ, œsypi, olei rosei vtriusque vnc. j. olei melini lib. v. quæ cum passo teruntur, quod valet etiam vbi cum prurigine copulantur vlcera, quibus commode quoque superdatur confectio, quę triapharmacum dicitur, aut quæ diapompholygos. Illud autem obliuisci non oportet, quod contra materiam vitiosam non solum pugnare licet detrahentibus, qualia sunt quæ retulimus, sed etiam temperantibus, cuiusmodi est balneum aquæ dulcis, perfusio lactis, quæ acrimoniam ac salsedinem remittendo lenire pruriginem solent.

b Sup. l. pręsenti. c. 7.

De pediculis. Cap. X.



B eandem causæ, & curationis conuenientiam, ob quam pruriginem pustulis subiecimus, subijcere & pediculos oportet, qui morsu iam dicto in prurigine affectum non absimilem afferunt, vocantur autem græce ϕθεὶρ vnde [c] ϕθειρίασις ducitur vocabulum significans malum illud, quod multitudine pediculorum hominem affligit. Sunt enim molesti, adeo vt multiplicati possint hominem conficere, quamobrem non neglīgendi sunt, iureq; [d] ab Arist. tractantur diligenter, neque propterea quod ipsi fœdi sint, fœda est ipsorum tractatio. Sunt igitur pediculi paruæ bestiolæ, nascunturque altius [e] in cute, non in superficie ut pulices, neque nigri sunt, aut ad saltum expediti, neque acrem morsum efficiunt ut illi, sed albidi potius, pigri leuioresq. sed assiduum morsum excitantes, plerique inter pilos versantur capitis, superciliorum, palpebrarum, alarum, pubis ac partium genitalium. Morbus quē faciunt, magis ad numerum præternaturam auctum, quam ad magnitudinem refertur, redundant enim hæ bestiolæ, quæ secundum naturam adesse non deberent. Species earum tres inueniuntur, ad primā spectant qui nomine totius generis pediculi appellantur, nascuntur potissimū in capite [f] pueris & mulieribus, albidi non lati: hi dum parui sunt, priusquam increscant, lendes uocantur. Altera species est eorum, quos Aristote. feros [g] appellat, sunt autem duriores, coloris subalbidi, latiusculi, vnde vulgo appellātur plattę, ęgre separatur à corpore latētq. fere inter pilos pubis aut alarum. Tertia species est eorum, quos recentiores Medici uocant

c Gale. li. 1. catarop. c. 7
d Arist. 5. de historia animal. c. 31.
e Gal. 1. catarro. c. 7.
f Arist. loc. citat.
g Ibid.

Scir-

A Scirrones, [a] vulgus pellicellos, quod inter pelliculam & cutem ſerpant, ſinuantes ſibi veluti cuniculos ſeu veſiculas non ſuppurantes, quas ſi quis perforet exeunt albi, adeo tamen parui, vt vix deprehendi oculis poſſint, non tamen fugiunt acriorem viſum in loco maxime lucido, quod ſi inter vngues comprimantur, vbi extracti ſunt, paruulum quendam ſonitum edunt. Cauſa proxima, ex qua pediculi naſcuntur, illa eadem eſt, quæ cæteras beſtiolas gignit ſine ſemine, materia videlicet putris, cum qua concurrit vel anima mundi, vel natura, quam plato eſſe [b] voluit artem & prouidentiam Dei, vel calor etiam cœleſtis vt Ariſtoteli placuit, debent autem dici naturales, quatenus ſequuntur neceſſitatem materiæ, licet non ſint à natura inſtituti, vt autem fiat putredo duo neceſſaria ſunt, cauſa effectrix, & materia. Refertur vis effectrix ad calorem externum, [c] materia ad humorem. Externus calor in nobis conſiſtit in expiratione & fuligine calida, quæ ſecundum naturam affectis exit ex foraminibus cutis, & vbi retineatur, [d] neque exire poſſit, vim habet caloris externi, collata ad humorem, quem circumfundit, vnde illum putrefacit, hoc ſi accidat in venis, accenduntur febres, ſi in cute gignuntur eiuſmodi beſtiolæ. Poteſt quiuis humor putreſcere, non tamen æqualiter, qui calidus eſt & humidus vt ſanguis facilius putreſcit, putreſcit facile etiam pituita, quæ humida eſt, vbi ob circumfuſam fuliginem incaleſcat, eiuſmodi ſuccus cum in cute putreſcit, pediculos profert, bilioſus vero & melācholicus ægrius putreſcit, & vbi putreſcat, magis interimit, quam gignat pediculos, nam hos

B conſtat felle illito interimi. Quæ ſalſa, amara, aut acria ſunt, non ſunt idonea, ad beſtiolas proferendas, neque in vniuerſum quæ ſicca, ſed quæ humida, & eiuſmodi validarum qualitatum expertia, quod non ſolum vſu venit in corporibus noſtris, ſed in ſtirpibus quoque quæ è terra naſcuntur. Proxima igitur & continens cauſa pediculorum, eſt materia putris calida [e] & humida, quæ in cute redundat, hæc autem eſt ſordes quædam, quæ ſuperat, cum aluntur partes ſolidæ, retinetque aliquo pacto naturam humoris ſuperantis: illa, quæ communes pediculos gignit à ſanguine pituitoſo maxime proficiſcitur, quæ plattas à pituita glutinoſa, quæ ſcirrhones à ſanguine vel pituita, cui admixtum ſit aliquid flauæ vel atræ bilis tennioris vim habens leuiter erodendi: huic antecedunt ea, quæ eiuſmodi materiam ad putredinem aptam, & pediculos gignendos: aut contrahunt in corpore, aut retinent in cute, contrahitur ex cibis & potionibus calidis & humidis, qui facile putreſcā̄t, ficus aridæ, [f] & caſtaneæ maxime idoneæ ſunt, quæ pediculos proferant potiſſimum in pueris & mulieribus, in quibus ob cruditatem redundat humorum multitudo. Retinetur eadem in cute, vbi parua foramina clauſa ſunt, vel adſtricta, vel potius obſtructa à ſordibus, quid, quod eædem ſordes retentæ & materiam præbent idoneam, quæ putreſcat, & perſpiratum prohibendo vim habent effectricis, quatenus calidæ expirationes, cum ob eas retineantur, putrefaciant humorem, quem circumfundunt vt ante dictum eſt?

C Hinc fit vt pauperes non tantum ob prauitatem eſculentorum & poculentorū, ſed etiam quod nullam adhibeant munditiam, neque mutent lintea ſæpius, ſed pannis iiſdem veſtiantur, pediculorum multitudine vexentur, quod & remigibus vſuuenit in triremibus & his qui religionis cauſa non linteis ſed ex lana cōtextis tunicis vtuntur, ſcorta & hi qui frequēter concūbunt, ſi non lauentur ſæpe, ſi non detergant ſordem, ſi eadem veſte vtantur quæ vt inquit Lucre: veneris ſudorem exercita potat, plattis, quas diximus vexantur. Symptomata, quæ afferuntur à pediculis, complura ſunt & grauia, nam præter morſum illum aſſiduum ac moleſtum, vbi multiplicentur, vigiliam afferunt, & cibi faſtidium, vnde non bene nutritur corpus, ſed paulatim tabeſcit, & vires deficiunt. Cognoſcuntur ſymptomata hæc omnia ſenſu, ſub quæ cadunt etiam pediculi & generatim & ſpeciatim, cauſa hoc eſt materia quæ putreſcit, qualis ſit conijcere oportet ex cauſis, à quibus gignitur, ex his quæ proſunt aut obſunt, ex effectis maxime autem ex pediculis, quorum ſpecies monſtrāt proprie illum humorem, à quo naſci paulo ſupra [g] diximus. Ex futuris euentus maxima ex parte ſalubris eſt, cum non ſolum interimātur pediculi, qui iam nati ſunt, ſed prohibeantur etiam remouendo cauſam ne gignantur vlterius, interdum tamen euenit vt ob malum habitum corporis multiplicentur, & ob aſſiduam moleſtiam, vigiliam, cibi

D faſtidium, inopiam alimenti, defectionem virium, tandem hominem conficiant, quo morbo ſcribit Ariſt. [h] Alcmanam Poetam & Phereciadem Syrium conſumptos fuiſſe: id quod de Lucio Cornelio Sylla ſcribit etiam Plutarchus, ſed [i] præter moleſtias quibus circumſunduntur, permanat vis illa putris, & cohæret malum in viſceribus, vnde tanto magis ſequitur interitus. Tempus ſanationis ſi tantum ſit retenta ſordes, breue eſt, ſed vbi corpus mali habitus fuerit, & contrahere prauos ſuccos ſoleat, diuturniori tempore opus eſt, vt curetur. Interitus, poſtquam pediculi inceperunt, non poteſt niſi diuturniori tempore ſequi, cum homo paulatim abſumatur. Via ſalutis eſt quod interimuntur qui iam nati ſunt. & propulſatur cauſa ex qua gignuntur. Via interitus quod ob vim ſymptomatum, vires conuelluntur, & uiſcera ob materiæ putredinē male affecta non poſſunt amplius ſuum officium facere.

Curatio duob. capitibus continetur, unū eſt ut demus operam ne pediculi amplius naſcantur, alterū ut eos, qui nati ſunt interimamus, nō naſcētur amplius ſi nō adſit materia putris, non aderit, ſi & nō contrahatur in corpore, & cōtracta non feratur ad cutē, aut in ea retineatꝰ & putreſcat. nō cōtrahetur, ſi dētur eſculenta & poculenta boni ſucci, & ad moderationē redigatur viſcerū temperatio. Quæ iā contracta eſt, non ſeretur ad cutem, neq; in ea ſuperabit, ſi educa-

[a] Falopius libro de vicerib. c. 14.
[b] Plato in Timæo.
[c] Ariſto. 4. Meteororū. c. 1.
[d] Galen. 11 meth. c. 8.
[e] Gal. 1. catatop. c. 7.
[f] Gal. 2. de ali. facul. c. 8. & lib. de ſuccorū, boni. & vit. c. 8.
[g] In hoc capite.
[h] Ariſt. li. 5. de hiſtor. anim. c. 3.
[i] Plutarchus in capite de vita Syllæ.

tur vel ſanguinis miſſione vel purgatione, pront res poſtulat, nõ rerinebitur neque putreſcet in E
cute, ſi parua foramina relaxentur, ac detergantur, nam ſi etiam calida expiratio exhalabit, ne-
a Ga.11.metho.c.8. que habebit vim [a] putreſaciendi, quam habet calor externus: vtemur ad relaxandum fomentis
& balneo aquæ dulcis, ad detergendnm amygdalis amaris, farina lupinorum, nitro aut ſmeg-
mate aliquo, apertis autem foraminibus curis, & deterſa ſorde amplius pediculi non naſcẽtur,
amplius illi, qui iam nati ſunt, facile decident, neque vltra hærebunt ſi interimantur, interimũ
b Gal.1.catatop.c.7. rur autem ab omnibus illis, quæ validam [b] ſiccandi facultatem habent, cuiuſmodi ſunt ſalſa,
acria, amara, acida, auſtera, acerba, vtiliter ergo perfunditur cutis aqua, ĩ qua bullierir bera, my
rica, cupreſſus, nepeta, pirethrum, polium colocynthis, aut lupinus amarus, poſt perfuſionem in
ungenda eſt oleo raphanino, aut illinenda ſelle aliquo, aut ſmegmate nigro, aur aloe ex aqua
c Gal.li. de tem. parat. fac.c.5. temperato, aut alumine ex [c] oleo diluto, aut ſinapi ex aceto, aut beta ex lixiuio, aut ſucco geni-
ſtæ vel abſinthij: plurimum eriam prodeſt ſuffimentum ex ariſtolochia, myrrha, ſulphure, arſe
nico, expedit autem pilos vel abradere, vel ad curem tondere, valent quæ dicta ſunt aduerſus
d Gal. 1. catato. c.7. ſpecies omnes pediculorum, proprie autem ſtaphyſagria [d] communes pediculos interimit, at-
que idcirco vocatur à quibuſdam herba pedicularis, ex cuius ſemine cõtuſo, perſricatur cutis.
Hac ſolent matres puerorum pediculos in capite necare, quamquam valet & ad alias ſpecies.
e Fallopius lib. de vlceribus.c.14. Pediculi feri, quos in pube & genitalibus partibus naſci diximus, cum non cedũt propoſitis prę F
ſidijs, argento liquido interimuntur, componitur à Iunioribus [e] ceratum, quod accipit olei vnc.
iij. argenti liquidi vnc. j. ceræ albæ vnc. v, quo illinitnr cutis, teſtantur nonnulli etiam ſi cingu-
lum ex lana hoc cerato illitum nudo vẽtri alligetur, ſtatim pediculos omnes interimi. Vbi ſcir-
rhones ſint, perforare veſiculas illas oporret, deinde abluere muria, in qua cancri bullierint, aut
aqua, in qua decocti ſint piſces ſaliti, vel ſucco foliorum perſicæ aut hederæ terreſtris.

De porrigine. Cap. XI.

f Gal.1.lib. catato c.6. CVm tenues ſquamulæ quaſi furfures reſoluuntur à ſumma cute, id vitium græce dici
tur [f] πιτυρίασις, larine porrigo, [g] deciũdt interdũ à toto corpore cũ homo cutẽ ſcabit,
g Cor.Celſ. lib.6.c 2. ſed plerũq; à capite cũ pectitur: multis autẽ nominibus inter ſe differũt, nã interdũ
madent, ſed multo ſæpius ſiccæ ſunt, & modo exulcerato loco, [h] modo ſine vlcere,
h Celſ. ibi. tũ modo malo odore, modo nullo accedente, & modo ex ſumma pellicula dũtaxat, modo ex cu
te etiã ſubiecta, quæ vna cum pilorum radiculis corrumpitur. Videtur eiuſmodi morbus & ad
ſolutionem vnitatis referri, cnm diuidatur ſumma pellicula, quæ continua eſſe debet, & ad ma-
gnitudinem imminutam, cum particulæ eiuſdem conuerſæ in ſquamulas reſolutæ decidant, ac
deſiderentur. Verum hæc cum actionem non lædant, magis in ſymptomatibus quam in mor- G
bis habenda ſunt, ſpectantque ad affectus & qualitates coporis perinde ac figura mutata, &
magnitudo aucta prærer naturam, vbi nondum lædunt actiones. Eſt igitur porrigo ſymptoma,
quod ſequitur immoderatam temperationem calidam cum materia, vnde præter ſquamarum
reſolutionem oritur prurigo & moleſtia quædam, inopia boni alimenti, & tandem virium deſe
ctio. Proxima cauſa huins morbi eſt materia tenuis, erodens, vt ſanies vel aquoſus humor mix-
tus cum ſucco amaro, ſalſo aut acri, penetrat autem per cutem ad ſummam pelliculam quia te
nuis eſt, quod non faceret ſi eſſet craſſior, erodit quia vim habet amaram, ſalſam aut acrem, quã
diximus. Ob hanc igitur à ſumma pellicula reſoluuntur ſquamulę, quas eius varietas varias ef-
ficit, vbi pauca ſit ſiccæ ſunt, vbi multa humidæ, vbi magis acris cum vlcere, vbi minus ſine hoc,
vbi minus renuis erodit partes ſubiectas ſummæ cuti, & radiculas pilorum, quod non facit vbi
magis tenuis eſt, vbi putreſcat accedit malus odor, vbi non putreſcat nullus. Propoſitæ mate-
riæ antecedunt cauſæ, quæ vel ipſam gignunt, vel ex bona in cute vitioſam reddunt: gignitur
autem ex prauis cibis ac potionibus, præſertim vbi immoderate calida ſit & ſicca iecinoris tẽ-
peratio. Corrumpirur vbi alioqnin bona ſit, ſi cutis praua affecta eſt ob immoderatam tempe-
rationem, & vitioſos ſuccos, corrumpit enim alimentum quãrumuis bonum. Sed cum recogno-
ſcere oporteat in homine propoſitas res præter naturã: ſymptomata vt porrigo, fœditas illa H
ac moleſtia, quam affert, ſub ſenſum cadunt. Morbus hoc eſt immoderara temperatio cum
materia, partim tactu deprehenditur, partim conijcitur ex materia, hæc autem cum ſenſum
lareat, colligitur ex cauſis, à quibus vel gignitur, vel talis redditur, ex his quæ proſunt aut ob-
ſunt, ex effectis, maxime vero ex colore, qui monſtrat ſpeciem humoris quemadmodum in pu-
ſtulis narrauimus. Ex futuris ſi vitium tantum ſit in ſumma cute, euentum expectare ſalubrem
oporter, ſi accedat viſcerum temperatio immoderata, vbi hæc ſanabilis ſit, ſanabilem quoque
porriginem iudicabimus, ſed ſi nequeant viſcera ſanari, periculum eſt ne homo ob inopiam
boni alimenti tandem abſumatur, quemadmodum cum à pediculis lepra aut elephante valde
affligitur, vbi ſquamulæ, quæ decidunt plures & craſſiores ſiut, iunganturque cum vlcere, vitiũ
in lepram & elephantem vertitur, & hominem interimit, vbi res non ita grauis eſt, poteſt vita
cum eiuſmodi affectu ſeruari. Tempus, quo expectanda ſalus eſt, ſi vitium tantum ſit in ſum-
ma cute, breue eſt, ſi partes internę redundent malis ſuccis, longius: inreritus vero non niſi
i Gal.1.catatop.c.6. diururnitate temporis ſequi poteſt, cum homo paulatim conficiatur. Via ſanationis eſt, quod
extrahitur [i] materia, quę in cute eſt, & non permittitur noua ad ipſam ferri, aut in ea
corrum-

A corrumpi. Via interitus, quod vires ob molestiam, & boni alimēti inopiam deficiunt & corpus tabescit.

Consilium curantis dirigi ad eadem duo debet, quæ dicta sunt in tumoribus præter naturam, vnum est ne morbus augeatur, alterum vt tollatur qui iam factus est: non augebitur si non concurrat amplius ad cutem succus vitiosus, aut si non corrumpatur qui ad ipsam fertur alioquin bonus: non concurret si non gignatur in corpore, aut si ille qui iam genitus est, educatur, non gignetur si dentur [a] esculenta & poculenta boni succi, & curetur unmoderata tempera- a Gal. ibid.
tio viscerum, quam maxime sanat balneum aquarum vim ferream habentium, quas supra [b] cō b Supra li.
memorauimus in curatione elephātis. Educetur humor, qui iam collectus est in corpore, secta 29. c. 8.
vena vbi videatur redundare sanguis, sed semper cathartico [c] sumpto, quod proprie vitiosū c Gal. 1. ca
humorem eliciat. Qui fertur ad cutem bonus non corrumpetur, si ipsa curetur, hoc est si remo- tatop. c. 3.
ueatur immoderata temperatio cum materia, quæ prauos succos corrumpit, sed cum eadem sit ipse morbus, à quo proficiscitur porrigo, eius curatio erit curatio morbi iam facti, nam si detrahatur prauus succus afficiens cutem, non corrumpetur vltra bonus, qui ad ipsam fertur, & simul sanabitur morbus, quem porrigo sequitur. Detrahitur vitiosus humor cum [d] vel repelli- d Gal. li. ar-
tur ad partes vnde venit, vel extrahitur inde vbi est, præstat vitiosos succos, qui in cute conti- med. c. 95.
nentur extrahere potius quam repellere, nam commodius est summam cutem corrumpi, quam
B id quod nocet verti ad aliam partem magis necessariam. Repellentia medicamenta, quæ ad porriginem proponuntur à veteribus, eo [e] spectant, vt cutis, quæ alioquin imbecillior est, con- e Gal. 1. ca
firmetur, ne vitiosos succos admittat. Quamobrem principio non alienum est cum his, quę vim tatop. c. 6.
habent extrahendi, aliquid admiscere quod repellat. Extrahatur ex cute vitiosus succus per digerentia, quæ validiora esse debent, & simul detergendi facultatem habere, cū materia crassior est, & vitium altius descendit, quod si sub eiusmodi præsidijs reddatur cutis siccior, ac durior, madefacientibus ac mollientibus vtendum erit, vlceribus medebimur his, quæ sine morsu siccent. Aptatur ad repellendum rubus, myrthus, lentiscus, plantago, solanum, quæ aut trita superdantur, aut incoquuntur ex aqua, qua deinde perfunduntur partes affectæ, sed cum ex parte hoc vitium inter pilos versetur, necesse est eos [f] prius abradere. Ad digerendum vero simul f Celsus li.
ac repellendum valent folia salicis cum acero, ladanum [g] cum oleo myrtheo, prodest & persu 6. c. 2.
sio aquæ, in qua lens & beta bullierit, idem efficiunt aquæ sponte calidæ nascētes, quibus inest g Cels. ibidem.
vis sulphuris simul & aluminis, tum creta cimolia [h] & fœnugræci cremor cum succo betæ. Ad h Gal. 1. ca
detergendum vero simul ac digerendum perfundemus locum aqua, in qua bullierit fœnugræ- tatop. c. 6.
cum [i] aut lupinus, eundem illinemus felle bubulo aut ouillo, aut inspergemus farinam cicerū i Gal. ibid.
vel fabarum, eodem spectat & staphisagria, sed si vitium altius descēdat, opus est validioribus
C vt sinapi, sulphure, atramēto [k] sutorio, fœce vini, nitro, smegmate, verario, colocynthide. Si vl- k Gal. ibid.
cus accesserit, commode adhibetur medicamentum ex spuma argenti, oleo roseo, & aceto, vel quod habet cerussæ partes duas, ammoniaci liquefacti ex aqua partem vnam, olei myrthei quātum satis est, vel quod fit ex tragacātho, creta cimolia, & succo, qui educitur ex semine althææ, & malorum cotoneorum, vbi nimia siccitas & durities sit, perfundemus locū aqua calida, inungemus adipe gallinacea vel suilla aut butyro.

De pilis fluentibus. *Cap. XII.*


PIli maxima ex parte ob eandem causam fluunt, ob quam fiunt affectus, quos proxime persecuti sumus, & eandem curationem postulant, ita vt iure illis adscribātur, fluunt autem in capite, in mentō, in palpebris, in supercilijs, in pube, & tandem in omnibus partibus, quæ illis teguntur; distinguere [l] autem primum oportet eos, nam l Ga. 1. l. ca
vt herbæ aliæ sponte nascuntur quas agricola non curat, aliæ eius satu coluntur vt tatop. c. 1.
olera & fruges, ita pili quidam à natura instituti sunt, alij vero, sequuntur necessitatem mate-
D riæ, hos autem parui pendimus, illos curamus, quos natura vel ad defensionem uel ad ornatum effinxit, quales sunt in capite, in palpebris, & supercilijs, in mento ac pube, hos igitur cum secundum naturam sint, conseruare oportet, & cum intereunt si fieri potest restituere, neque solum si tegendi, sed etiam si ornādi causa facti sunt, [m] medicus enim ut fucum reijcit, ita spectat ad m Gal. 1. li.
ornatum naturalem, quamobrem pilos omnes, qui uel ad tegendum uel ad ornandum facti catato. c. 3.
sunt, cum adsunt conseruare nititur, cum interierunt restituere. Plures autem sunt defectionis pilorum differentiæ, quæ uarijs nominibus appellantur, ex his una tantum naturalis est, quæ græce [n] φαλακρότης, latine dicitur caluitium, quod plerisque senescentibus inter frontem & uer- n Gal. 1. li.
ticem accidit, aliæ omnes contra naturam, ubi decidunt pili palpebrarum, id uitium græce ap- catato. c. 2.
pellatur μίλφωσις, ubi in capite aut mento pili æqualiter rariores fiant, ita ut nulla relicta area alii qui fluant, aliqui retineantur, græci dicunt τρίχας ῥεούσας, latini pilos fluentes: at cū ueluti quas- o Ga. 2. me
dā areas efficiūt, hac atq; illac parte sine certo ordine aut figura, uocant græci ἀλωπεκίαν [o] à vul- thod. c. 2.
pe, in cuius cute conspici eiusmodi areæ solēt, quæ serpētis figurā repræsentet, græci ab eo aīali ducto vocabulo nominant [p] ὀφίασιν quæ uitia maxime pertinent ad caput, sed qualescunq; sint p Gal. ibid.

differentiæ fluentium pilorum, cum ea defectio contra naturam sit, necesse est redigatur aut ad E morbum, aut ad causam, aut ad symptoma, videtur autem posse redigi ad morbum, [a] consistereque in numero præter naturam imminuto, cum ea desiderentur que adesse naturaliter solét, sed reueta non potest dici morbus, cum non lædat proxime actiones, neque pili etiam sint vere partes animalis, quemadmodum nec folia nec fructus earum stirpium, quæ è terra nascuntur, existimari partes debent; esto igitur referantur pili fluentes ad numerum imminutum, non possunt propterea iudicari morbus, at neque etiam causa morbi, nam licet si decidant qui in capite, palpebris aut supercilijs sunt, morbus aliquis sequatur, non tamen sequitur, si decidant illi qui in barba aut in pube, quamobrem referenda magis est defectio pilorum vt refertur à Gale. ad symptoma, [b] & proprie ad affectus, & qualitares corporis mutatas, quo referuntur [c] etiam magnitudo & figura præter naturam cum non lędunt actiones, quamuis pilorum defectio redigi etiam possit ad ea quæ pręter naturam detruduntur cum retineri debeant, sed cum symptomata sequantur morbos, inuestigare oportet quinam ille sit, à quo pilorum defectio proficiscitur, inuenietur autem si naturalem constitutionem indagemus, ob quam pili retinentur, hæc ad duo spectat, ad foramina cutis quæ retinent, & ad radices pilorum quæ retinentur, foramina cutis naturaliter adstricta sunt; radices [d] pilorum humore quodam glutinoso conti- F nentur, quo inhærescunt. Vbi autem vel relaxentur foramina, vel absumatur gluten radicū, vel vtrumque accidat, non retinebuntur amplius pili, sed fluent, morbus vero ad foramina præter naturam aperta referetur, erunt enim aperta quod vel nimis laxa effecta sint, vel destituta glutine illo radicis à quo obstruebantur, quamquam vbi absumitur gluten, potest etiam morbus referri ad temperationem cutis immoderate siccam; patet ergo qui sit morbus sub quo decidunt pili. Causæ nunc sequuntur, si cutis foramina relaxata sint, causari oportet temperationem nimis calidam & humidam, habet enim calor cum humore iūctus vim relaxandi, redditur cutis calida & humida ab aere, balneo, vel medicamentis similibus. At causa cur [e] destituantur glutinoso humore obstruente, & idcirco aperiantur, est interdum alimenti inopia ob siccitatem partium solidarum, sed plerumque prauitas, maxima enim ex parte fluunt pili ob succos vitiosos; ob quas duas causas etiam inarescunt stirpes quæ è terra nascuntur: inopiam alimenti efficit non solum fames, sed etiam si cibi, & potiones sumantur, ἀπεψία, quod ob imbecillitatem innati caloris non concoquantur, quæ sumuntur, ob hanc causam & senibus & tabescentibus, [f] cum parum nutriantur, partes solidæ, vt cutis exsiccantur, & inarescit gluten quo radices pilorum continentur, ita vt decidant. [g] Proprie autem senes calui fiūt, qđ cutis capitis aridior reddaī siccescente cerebro & ideo recedente ab ossibus quæ inter G frontem & verticem sunt: pili [h] palpebrarum & superciliorum magis hærent & ideo difficilius ob quamuis causam decidunt quam pili capitis. Cæterum succi vitiosi quemadmodū sanguis corruptus, pituita salsa, flaua vel atrabilis erodunt humorem illum glutinosum, ita vt siccentur radiculæ perinde ac stirpes, quæ è terra nascuntur, non modo ob inopiam, sed etiam ob prauitatem alimenti, decidantque pili ob siccitatem quemadmodum ab arboribus [i] folia: cæterum vitiosi [k] succi aut tales feruntur ad cutem, aut in ea corrumpuntur quamuis boni sint, colliguntur autem in corpore ex prauis cibis & potionibus, & ex immoderata viscerum temperatione, corrumpuntur in cute vbi male affecta sit, & alioquin prauis ac putribus succis redundet.

In homine ægrotante ex tribus præter naturam iam enarratis, symptoma, hoc est defectio pilorum vna cum suis differentijs, & aspectu & tactu iudicatur. At morbus, vbi foramina parua relaxata sint, deprehenditur ex causis relaxantibus vt ex his, quæ calefaciendi ac madefaciendi vim habent, præterea ex his quæ prosunt adstringendo vel obsunt relaxando, postremo ex effectis, vt quod pili æqualiter fluant, & non relinquant areas, & quod cutis mollis sit ac laxa. At, quod foramina destituta sint humore glutinoso obstruente, intelligemus ex causis vt ex inopia vel prauitate alimenti, ex his quæ prosunt alendo, & purgando, ex effectis vt ex du- H ritie cutis.

Sed internoscere oportet inter inopiam alimenti & prauitatem succorum. Illa colligetur ex causis, vt quod non dentur, vel non bene conficiantur esculenta & poculenta, ex his quæ prosunt vt cibis & fomentis caloris, ex his quæ obsunt vt inedia & refrigerantibus calorem, ex effectis quod totum corpus squallidum vna cum fluentibus pilis percipitur: prauitas succorum conijcitur ex causis vt ex vitiosis cibis & potionibus, ex immoderata temperatione viscerum, ex cute praue affecta, pręterea ex his quę prosunt vt bonis cibis & purgatione, vel obsunt vt ex augentibus prauitatem, postremo ex effectis, vt ex colore cutis, prurigine, & tandem ex areis, quas fluentes pili relinquunt in alopecia & ophiasi. Quod attinet ad futura, euentus ob pilorum defectionem nō potest esse perniciosus, neque potest interitus sequi, quod priuetur corpus vsu pilorum, constat enim caluos diu viuere, si quando autem fluentibus pilis sequatur interitus, id alteri morbo tribuendum est, vt tabi, sed omisso interitu scire licet cum pili fluunt, interdum succurri posse, quo minus fluant, & refici eos qui iam fluxerunt, aliquando neutrum licere, id quod à morbo proficiscitur, vbi foramina relaxētur adstringi possunt, quib. adstrictis & non cadent amplius pili, & reficientur qui iam interierunt: sed si eadē aperta sint,

quod

a Gal. li. 14. met. med c. 18.
b Gal. 1. catatop c. 3.
c Gal. 1. l. de morb. diff c. 13.
d Arist. 3. l. de hist. ani. c. 11.
e Gal. l. 14. l. vsu ca. c. 18.
f Hipp. l. aph. 11. & 12.
g Gal. l. 3. 6. de morb. vulg. cō. 1.
h Gal. 11. li. de vsu par. c. 14.
i Theoph. 1. l. de caus. plan. c. 12.
k Gal. 1. l. catato. c. 2.

A quod desit materia glutinosa obstruens, si causa sit inopia alimēti & siccitas, nec retineti pos-
sunt qui restant pili, nec recreari qui fluxerunt, cum non curetur siccitas partium solidarum, si
ue ex morbo fiat vt ex tabe, siue ex senectute, neque enim curatur caluitium senibus, nisi pro cal
uitio accipiatur defectio pilorum etiam ab alia causa, vt à vitiosis succis quemadmodum acce-
pit Hippoc. cum dixit si varices cruribus superueniant, caluitium sanari. Sed si aperiantur fo-
ramina cutis, quod gluten ad ipsorum radiculas à vitiosis succis erodatur, licet succos bonos
efficere, & ita pilos restituere, & prohibere ne vlterius fluant, modo prauitas succorum non se-
quatur morbum viscerū incurabilem, quod si cutis à qua pili fluxerunt perfricetur, inspice, an
celeriter rubra fiat, quod vbi accidat spes est celerrime eius vitium sanari posse, si non nisi post
multam frictionem rubor appareat, difficilis erit curatio, si nullus se ostendat, scias vitium iam
insanabile. Tempus sanationis, vbi foramina relaxata sint, breue est, celeriter enim adstringi
possūnt, sed vbi sit prauitas succorum, longiori, vel breuiori tempore opus est pro magnitu-
dine, vel paruitate ipsius. Via sanationis est, quod adstringuntur foramina relaxata, & praui-
tas succorum corrigitur.

In curatione eam solum defectionem pilorum tractabimus, quæ relaxationem foraminum,
vel prauitatem succorum sequitur: illam prætetibimus quæ oritur à siccitate partium solida-
rum, cū non admittat curationem. Relaxatio [a] postulat adstringentia, à quibus claudantur fora a Gal. 1. lib.
mina cutis, hęc non debent esse valida veluti galla, acacia, alumen, ne materiā repellant, ex qua catato. c. 2.
B pili sunt gignendi, vtendum igitur est leniter adstringentibus, vt [b] oleo myrtheo, lentiscino, vel b Ibid.
roseo acerbo, aut perfusione aquæ, in qua bullierit rosa, plantago, rubus, aut ladano [c] diluto ex c Ibid.
oleo myrtheo. Per hæc adstringentur foramina cutis, & non sinent pilos amplius fluere, & eos
qui iam nati sunt, & eos qui in posterum nascētur. Conuenit autem simul euocare ad cutē ma-
teriam ex qua reficiantur pili, quod facit ladanum simul attrahēs & adstringens, præsertim ex
oleo lentiscino dilutum quo nullum reperiri potest medicamentum magis idoneum, aut etiam
hyeme oleo nardino. Plerunque autem euenit, vt à prauitate succorum erodantur pilorum ra-
dices, ea vero tunc curatio conuenit, quæ in tumoribus & pustulis dicta est, primum enim pro
hibere oportet ne colligantur in cute amplius praui succi, deinde eos adimere qui in ea versan
tur, non colligentur si & non gignantur in corpore, & qui iam geniti sunt, si praui sunt, non fe-
rantur ad ipsam, si boni non corrumpantur ab eadem: non gignentur amplius praui si dentur
esculenta & poculēta boni succi, & viscera ad moderatam temperationem redigantur: illi qui d Ga. 14. me
iam geniti sunt praui non ferentur ad cutem, si educantur [d] ex corpore, si sanguis vitiosus sit se thod. c. 18.
care venam oportet, vbi non sit quod prohibeat, si redundet alius succus vt flaua, vel atrabilis,
aut pituita salsa, quibus maxime inest vis erodendi, purgatione opus est, & idoneis catharticis,
à quibus eliciantur, quamquam vbi paruum vitium est sola ratio victus sufficere videtur, cui A-
C sclepiades [e] plus tribuebat quam medicamentis, quod facile a natura discutiantur, & qui iam e Gal. 1. lib.
geniti sunt in corpore, & qui versantur in loco affecto. Sed hi multo faciliusà natura superan- catato. c. 2.
tur si purgetur vniuersum corpus, ita vt nō opus sit postea medicamētis ad cutē datis, purgabit
aūt datis illis catharticis quæ redūdātes succos educere possint. Vbi succi, qui ad cutē ferunt,
boni sint, sed ab ipsa corrūpant prauis affecta, detrahere [f] hos oportet, quæ detractio nō modo f Gal. 1. lib.
prohibebit ne corrūpatur alimentū, quod ad cutē fertur, sed ne erodatur ēt amplius gluten, catato. c. 1.
quo continentur pilorum radiculæ, vnde & retinebuntur qui adhuc adsunt, & poterunt renasci &14. meth.
alij, & hoc pacto sanabitur alopecia, atque ophiasis, vitiumq; pilorū à prauis succis ortum. Ra- c. 18.
tio detrahendi prauos succos ex cute duplex est, vna vt retro commeent, altera vt inde extra-
hantur, retro commeant repulsi vel deriuati, abstinendum est a validis repellentibus, ne prauā
materiam transferant ad partes magis necessarias, ut ex capite ad cerebrum, neue non sinat ad
mitti bonam, quæ pilos reficiat: tantū igitur [g] utemur leuiter adstringentibus, quæ supra cōme g Ga. 1 cata
morauimus, vt cutem confirment, præsertim inter initia, ne prauos succos admittat. Materia, top. c. 2.
quæ iam continetur in cute non debet ualidis medicamētis repelli, sicuti neque illa quæ influit
sed magis detiuari, ut ex capite ad nares & palatum [h] per acria medicamenta. Necesse igitur h Gal. ibid.
D est ex cute uitiosam materiam extrahere, uel manifeste, vt pungendo per plures acus simul al
ligatas, aut per scalpellum exasperando, vt crassior sit, vel discutere in vapores conuersam, [i] i Gal 1. lib.
vtemur itaque medicamētis digerentibus lenioribus vbi recens vitiū sit, vbi uetustum validio- catato. c. 2.
ribus, non tamen adeo ut cutem adurant, nam sic non possent refici pili consumpta materia & & 14. meth.
adstrictis foraminibus, necesse K autem est priusquam digerētia admoueantur, pilos abradere, c 18.
& cutem uel linteo, uel pumice, uel squatina, uel folio ficus exasperare, ut adapertis foramini- K Gal. 2. 6.
bus illa penetrare possint, & prauos succos discutere. Inueniuntur [l] in digerentibus diuersi de morb.
gradus, quædam imbecilla sunt ut adeps anserina, amygdalæ amaræ ustæ, thus ex aceto, quædā vulg & 1.
ualida vt utrumque ueratrum, semen erucę, radix & cortex arundinis ustę, pix liquida, stercus catato c. 2.
murium aut columbinum, adeps ursina uetusta, medicamentū ex charta combusta oleo & ace- l Gal. 1. lib.
to diluta: quædam ualidissima ut thapsia, sinapi, [m] euphorbium, nasturtiū, nitrum, sulphur: pos- catato. c. 2.
sunt autē uel arida admoueri ad cutem, & uehemēter imprimi, uel liquida illini, liquātur quæ m Ibid.
imbecilla sūt oleo laureo, aut resina terebinthina, quæ ualida cerato liquido. qđ si locus exulce
retur illinēdus erit lenibus medicamentis, ut spuma argēti, uel cerussa & oleo roseo atq; aceto:

hæc præſidia communiter pertinent ad omnes partes, quæ pilis conteguntur, eadem enim E
eſt ratio omnium. [a] Reficiuntur autem à natura non ſecus quam caro, Medicus tantum remo-
uere [b] impedimentum debet vt inopiam alimenti, prauitatem ſuccorum, relaxationem fora-
minum, nutriet igitur hominem cibis boni ſucci, eos, qui praui ſunt, educet, adſtringet forami-
na cutis nimis relaxata. Sed cum vitia [c] pilorum duo ſint, interitus & mutatio coloris, de inte-
ritu ſatis dictum eſt, de mutatione coloris dicetur in leuce, quæ ſpecies eſt vitiliginis nunc pro-
xime ſubiectæ.

a Gale. 2. 6. de mo. vul. com. 4.
b Galen. 14 meth. c. 18.
c Gale. 1. 5. catatop c. 1

De vitiligine & maculis cutis. *Cap. XIII.*



Vitiligo, & maculæ, quibus cutis diſtinguitur, proficiſcuntur perinde ac pilorum defe-
ctio maxima ex parte ab eadem cauſa à qua puſtulæ, & eandem curationem poſtu-
lant, quamobrem iure earũ tractationi hæc quoq. ſubijciuntur, quis nõ ſint morbus,
ſed morbi effectũ, & ſymptoma, quod pertinet ad qualitatẽ mutatã [d] quæ ſub aſpe-
ctum cadit, hoc eſt ad colorem, præter naturam ipſius cutis, quem nunc perſecutu- F
ri inde exordiemur; Quod cutis per ſe alba eſt, naturaliter tamen cum albedine ruborem quẽ-
dam præſefert, quod venulis multis exilibus contineatur, quæ quamuis per ſe albæ, quendam
tamen ruborem contrahunt à ſanguine, cuius refertæ ſunt, quod tenues ſint & pelluceant, ob
quam cauſam cutis ex alba rubra conſpicitur, illis tamen qui naturaliter ſanguine pituitoſo re
dundant, albida apparet [e] ſicut alijs qui bilioſo flaua, qui melancholico atra, eiuſdem enim
coloris efficitur cuius eſt ſanguis, qui venis includitur, vnde color cutis monſtrat qualis ſit ſan-
guis qui redundat in venis, niſi propter frigus, mœrorem, aut metum contrahatur [f] ad partes
internas, ac niſi ob exercitationem tenuis ſanguis vna cum ſpiritu euocetur ad cutem, nam ſic
non poteſt color cutis qualis ſanguis ſit oſtendere. Mutatur autem hic & præter naturam red-
ditur interdum in vniuerſa cute, interdum in aliquibus partibus, ita vt diſtincta maculis videa-
tur. Vbi in vniuerſa mutetur quemadmodum his qui morbo regio [g] laborant, viſcera tunc
ægrotant, ſpectatque id ſymptoma ad curationem membratim, non ad eam, quæ generatim
nunc traditur. Si mutetur in aliquibus partibus, tunc vel apparet ſanguis ſub cute ſuffuſus, de
quo paulo poſt agemus, vel diſtinguitur ipſa cutis pluribus maculis, quod vitium a latinis dici-
tur vitiligo, cuius tres ſunt ſpecies, [h] vna altius penetrat per cutem, & carnem, quæ græce di-
citur λεύκη atque hæc alba eſt, & pilos ſimiles reddit, altera eſt ſimiliter alba, ſed verſatur tantũ
in ſuperficie, ita vt non mutet pilos, vocaturque ἀλφος. Tertia ſimiliter in ſuperficie eſt, ſed ni- G
gra, & dicitur μέλας: poſſunt ad vitiliginem referri & maculæ illæ cutis, quas à ſimilitudine len
tis φακοὺς, & quod à ſole fiant ἐφηλίδας græci appellant, in quibus iungitur aſperitas & durities
quædam cum malo colore. Proxima & continens cauſa vitiliginis eadem eſt, quam in puſtulis
& tumoribus præter naturam poſuimus, nimirum vitioſus ſuccus per cutis ſubſtantiam diffu-
ſus, ſeu talis ad ipſam confluxerit, ſeu ab eadem fuerit vitiatus, hic in mela melancholicus eſt,
non tamen valde craſſus, quia non penetraret ad ſuperficiem, ſed retineretur in partibus ſub-
iectis, & ſcabiem faceret, in alpho autẽ pituitoſus eſt & tenuis, in leuce idem, ſed craſſus & glu
tinoſus. Morbus quem ſequitur vitiligo eſt immoderata temperatio, quam affert humor, quem
diximus cauſam eius eſſe continentem, huic illæ antecedunt, per quas aut tranſmittitur ad cu-
tem, aut in ea corrumpitur: tranſmittitur autem & quod talis gignatur, & quod deinde a par-
tibus præſtantioribus depellatur ad cutem, vel alliciatur ab eadem, gignitur ex cibis & potio-
nibus, nam quæ frigida & humida ſunt alimenta pituitam gignunt, ſicuti quæ terrena & ſicca
humorẽ melancholicum. Varia aũt ſunt alimenta in varijs regionibus, quibus mutantur nõ mo
do aĩalia ſed ẽt ſtirpes, teſtatur [i] Ariſtot. mutari pecoris colorẽ mutata regione ſeu aquarũ po
tu, docet Theophraſtus [k] quæ è terra naſcuntur diuerſa fieri, & mutari ſi in alienam regionem H
transferantur. Perſca [l] arbos, quę prius proferebat fructus pernicioſos, trãſlata in Ægyptũ ſua
uiſſimos & ſaluberrimos ꝓtulit: præter eſculenta & poculenta plurimũ cõfert ad hos vel illos
ſuccos gignendos tẽperatio viſcerũ, quæ calida, & ſicca atrã bilẽ, quæ frigida & humida pitui-
tã cõtrahit, fertur vitioſus humor ad cutẽ tranſmiſſus ab internis partib. præſtantioribus: cũ pi
tuita ex internis ad cutẽ tranſmittitur, ſcribit Plato in Timæo fieri leucẽ: attrahitur idẽ humor
à cute, nimis calefacta vel ob exercitationẽ vel ob aerẽ calidũ, [m] quẽadmodũ vere, ponitur. n.
vitiligo ab Hippoc. in morbis vernis. Vitiatur ſuccus, qui transfertur ad cutẽ, alioquin bonus vel
ob tẽperationem ipſius immoderatã, vel ob circumfuſum aerem nimis calidum aut frigidum:
in leuce frigida & humida cutis tẽperatio conuertit bonũ alimentũ in pituitã craſſam & gluti
noſam, ita vt facultas nutriens [n] nõ bene fungatur ſuo munere. In hydrope enim anaſarca [o] ali
mentũ tantũ apponitur, non tamen agglutinatur, in leuce quamuis agglutinetur, non redditur
ſimile ſubſtantiæ ſolidæ, quod vitiũ tribuendũ eſt facultati nutriẽti, qua offenſa ſequitur leuce,
in hac enim fit alba caro ob alimentũ, quod conuertitur in pituitã craſſam & glutinoſã, ſicut in
elephante nigra ob humorẽ melancholicũ. Alphos autem & melas non proficiſcũtur ab offen
ſa facultatis nutriẽtis, ſed ab humore, qui talis [p] trãſmittitur a partib. internis, vt niger ad me-
lam,

d Gal. li. de diff. ſympt. c. 5.
e Ga. 1. aph. com. 2.
f Gal. ibid.
g Gale. lib. de dif. ſym. c. 5.
h Celſus li. 5. ca. vlt. in fi.
i Ariſt. 3. de hiſto. anim. c. 12.
K Theophr. l. 2. de cauſ. plant. c. 19.
l Gal. 2. catatop. c. 2.
m Hippo. 3 apho. 20. & Gale. in cõ.
n Gal. 1. de na fac c. 11
o Ibidem.
p Ga. li. me dicus c. 13.

A lam,albus ad alphum. Aer vero circumfusus,si nimis calidus sit,sanguinem exutit,si nimis fri-
gidus eundem nigrum,& subalbum reddit,spiritusque extinguit,qui floridum colorem efficie
bant,vnde nascuntur maculæ cutis vt lenticulæ & ephelides. Sed satis de causis vitiliginis,
symptomata in hac præter fœditatem coloris nulla attenduntur, hanc autem curare ineptiæ
non sunt,cum debeat [a] Medicus naturalem colorem restituere,deprehenditur in ægrotante vitiligo sensu,sub quem cadunt maculæ tam nigræ quam albæ,statim autem quæ nigræ sunt in cute alba se ostendunt,sicut in veste alba maculæ,quas Arist. [b] in li. de insomniis facillime de prehendi ait, leuce autem,quæ altius descendit,ex albedine q̃ pili contraxerunt, colligi pôt, causa proxima hoc est humor sensũ latet,sed mente conijcitur ex causis,à quibus,gignitur ex his quę aut illi obesse aut prodesse solent,ex effectis,& proprie ex specie coloris. Vitiligo alba pituitam, [c] nigra humorem melanholicum denunciat. Ex futuris euentus salubris est,nam vitiligo per se nullum periculum affert,alphos & melas [d] semper curationem admittunt, leuçe non item:dignosces an sanabilis [e] sit,si acu ipsam pungas, nam vbi exeat sanguis curationem admittit, vbi albidus humor,sanari non potest,idem colliges altero experimento, nam vbi pãno aspero eam perfrices,si color fiat magis rubicũdus,sanabilis est,si permaneat idem, insanabilis. Tempus,quo expectari salus debet in mela & alpho,breue est,in leuce [f] longum,quæuis
B autem species vitiliginis quanto magis inueterauerit,tanto longiori tempore curatur. Via sa nationis est detractio materiæ à qua oritur.

a Gal. 1. ca tatop. c. 5.
b Arist. li. de Insomniis. c. 2.
c Gal. l. Medicus c. 13.
d Celsus li. 5. c. vlt.
e Cel. ibid.
f Cel ibid.

Ad duo autem spectare in curatione vitiliginis oportet,vnum ne increscat, alterum vt tollatur quæ iam facta est,non increscet si noua materia vitiosa non concurrat amplius ad cutẽ, vel si quæ confluit bona non vitietur ab eadem,non concurret noua ad cutem si & non gignatur,& quæ iam genita est educatur:non gignetur,si abstineat homo ab illis esculentis & poculentis,quæ in pituitam vel humorẽ melancholicũ conuerti solent,& vtatur his,quæ boni succi sunt,ita vt bonum sanguinem colligat præsertim tenuem, qui per corpus penetrare ad cutem possit,quo spectant ficus aridæ,quarum succus tenuis est,& facile fertur ad cutem,ad quam & balneo & frictione attrahere bonum sanguinem oportet,vt paulatim naturalis color restituatur,sed ne gignatur etiam vitiosus succus,corrigere viscerum temperationem oportet, vt ventriculi, iecinoris necnon lienis vt suum officium faciat, & ex sanguine fœcem alliciat. Ille autem humor vitiosus,qui iam in corpore collectus est, ne feratur ad cutem, purgari [g] debet vt pituita phlegmagogis,humor melãcholicus melanogogis catharticis, quod si sanguis alioquin bonus in cute vertatur in album aut atrum,si id fiat nimis calido vel frigido aere cõtrario facile succurri potest. Sed si vitium sit facultatis nutrientis [h] quemadmodum in leuce, tri-
C buendum id est materiæ reddenti temperationem affectæ partis immoderatam, quæ si educatur simul prohibebitur ne vltra bonus sanguis vitietur, & sanabitur leuce,cum detrahatur causa eius continens,qua ratione autem adimi possit,non solum in leuce,sed in quauis alia specie vitiliginis,humor a quo pendet iam videndum est,vt pateat quo pacto curanda sit vitiligo iã facta: adimere igitur oportet vt in pustulis & tumoribus,ita in hac causam continentem,humorem videlicet quem substantia cutis combibit:nõ debet antẽ hic reuerti ad partes vnde venit,quæ magis necessariæ sunt,sed inde extrahi non quidem manifeste,neque enim effundi potest,cum diffusus sit per substantiam cutis,sed obscure per digerentia, quæ simul eius crassitudinem detergant,opus igitur est præsidiis digerentibus ac detergentibus,quæ si imbecilliora sint,aptantur ad leuius vitium,vt ad alphum & melã,validiora ad grauius vt ad leucẽ,sed quæcunque species vitiliginis sit,cum recens est imbecillioribus cedit medicamẽtis, cum vetusta, desiderat validiora. Qualiacumque dẽtur, locum perfricare atque exasperare prius oportet, vt facilius penetrent,deinde vel in sole [i] vel in balneo si liquida sint illinantur,si arida inspergantur,ac deinde locus defricetur. Vbi validiora dentur,periculũ est nę nimis erodant, quãobrẽ non multo post abluendus locus est,& rursus si opus est eadem danda sunt, aut leuiora si res postulat,aut etiam nulla, vbi quę primo admota sunt,satis profecisse videantur,leuiora sũt farina ex [k] hordeo,faba,cicere,lente,eruo,lupino,tum radix cucumeris agrestis,anchusæ, & [l]
D dracunculi,rubeæ, [m] cyclamini,præterea vtrunque veratrum,folia,ficus arida,bulbus, cępa, amygdalæ amaræ,sed validiora sunt sinapi,semen nasturtii,erucæ, vrticæ,validissima vero metallica vt sulphur,atramentum sutorium,arsenicum,sandaracha,alumen, nitrum, calx quibus omnibus vti licet,& simplicibus & inter se mixtis,tum vel aridis vel dilutis ex [n] aceti, ex mulso,ex melle,resina terebinthina,aut ex aqua,in qua bullierint ficus aridæ,vbi sub medicamentis locus asperior redditus sit,inungi recenti butyro debet, sunt qui ad leucem vtantur cãdente ferramento,vt cutem & carnem vitiatam absumant. Sed relinquunt cicatricem magis fędam,quam sit ipsa vitiligo. Præter species vitiliginis dictas aliæ maculæ cutis, vt lenticulæ & ephelides,auferuntur admotis leniter detergentibus,quæ commemorauimus.

g Ga. li. Medicus c. 13. in fi.
h Gal. 1. de nat. fa. c. 11
i Cel. li. 5. c. vlt.
k Cel. l. 5. c. vlt.
l Ga. 6. simpl. c. de Anchusa.
m Gale. 6. simp. c. proprio.
n Cel. li. 5. cap. vlt.

De

 E

De ecchymomate, aneurysmate & varice. *Cap. XIIII.*



Vtatur colot in parte aliqua cutis, non solum cum patuis maculis distinguitur veluti in vitiligine, sed etiam cum maioribus spaciis alio modo coloratur quam secundum naturam conueniat, quod vsu venit cum adest ecchymoma; aut aneurysma, aut varix, quæ nunc subiicienda sunt, quod ab eadem causa fiant, & eodem modo curentur ac tumores præter naturam, & pustulæ, de quibus egimus: ἐκχύμωμα igitur & ἐκχύμωσις græce vocatur [a] suffusio sanguinis ex venis in spacia quæ iuxta sunt, nam cum sanguis ex venis exiens in patuis musculorum foraminibus recipitur, inflammationem facit, quemadmodum supra [b] ostensum est. In ecchymomate igitur suffunditur sanguis sub cute ex venis, vel apertis, vel collisis ac diuisis, exiens in spatia laxiora quæ iuxta sunt, vnde mutatur color in cute, & principio quidem fit magis ruber, sed paulo post [c] liuidus aut viridis, & tandem niger, eundem enim colorem præsefert [d] cutis, quem habet sanguis suffusus, qui non manet idem, sed ex rubro viridis aut liuidus redditur, & tandem niger, eiusmodi liuores cutis nominantur à græcis πελιώματα, nigrities vero μελάσματα qualia in senibus conspici solent, plerunque autem cum sanguis suffunditur non attollitur cutis, interdum tamen intumescit, veluti cum secta vena plaga cutis sanescens non coit cum plaga venæ, sic enim clauditur quæ in cute, relinquitur aperta quæ in vena, vnde sanguis exit adeo copiose, vt suffusus tumorem excitet: tunc autem morbus, quem sequitur symptoma, hoc est color cutis mutatus refertur etiam ad magnitudinem præter naturam auctam, quod non euenit cum cutis non intumescit, solummodo enim tunc spectat, vel ad solutionem vnitatis, cum colliditur venarum tunica, aut ad caua præter naturam aperta, cum venarum extrema aperiuntur, vnde sanguis suffunditur. Sed siue tumor adsit, siue non, sanguis vbi suffusus manet, refrigeratur, & ita reddit temperationem affecti loci immoderate frigidam, multiplex igitur est morbus in ecchymomate. Proxima causa, ob quam & colot mutatur, & cutis intumescit, aut redditur frigida, est ipse [e] sanguis suffusus, suffunditur autem quod secentur, aut collidantur venæ à telo & ictu, vel quod aperiantur earum extrema ob multitudinem. Symptoma nullum aliud sequitur suffusionem sanguinis, præter mutationem coloris in cute, nisi ex vnitatis solutione dolor accedat. Agnoscitur in homine ægrotante colot mutatus sensu, sub quem cadit etiam tumor. Solutio vnitatis ex causis mente colligitur, vt ex telo & ictu, & simul ex effectis hoc est ex sanguine suffuso, extrema vasorum aperta esse conijciemus, vbi sanguinis multitudinem in corpore deprehēdamus, & nulla præcesserit causa vnitatem soluens. Proxima causa hoc est sanguis ipse suffusus ex sola mutatione coloris coniicitur, cum cutis rubore, liuore, aut nigritie suffusa cetnitut. Ex futuris euentus in ecchymomate salubris semper expectari potest, si cum recens est, & cum sanguis adhuc tenuis & ruber manet, succurratur, facile enim tunc & vena coalescit, & discutitur sanguis suffusus ita vt ex toto sequatur salus. Si principio non agglutinentur oræ ipsius venæ sectæ, sed tantum coeant, non erit salus restituta, quamuis videatur, nam quolibet vel leui motu separantur, vnde sequitur dolot, & locus suffunditur tenui sanie, assidueque fit nouum ecchymoma: facilius tamen digeritur sanies hæc cum tenuior sit, quam sanguis inter initia, sed vbi digesta est, rursus oræ separantur, & ipsa rursus exit, nisi plaga agglutinetur, ita vt nec intereat homo, nec sanetur.

a Gale. 2. 6. epid. cō. 9. et 5. catato. c. 1.
b Sup. lib. 29. c. 1.
c Gal. 5. catatop. c. 1.
d Gale. 1. aph. com. 2.
e Gal. 5. catato. c. 1. & 6. apho. cō. 20.

F G

Quod si sanguis ille, qui effusus est, non digeratur, si quidem contineatur in laxiori aliquo cauo, concrescit, & grauia ac periculosa symptomata mouet, sed si sub cute diutiùs versetur in spaciis quæ iuxta vasa sunt, necesse est aut vincatur a natura, & vertatur in pus, [f] aut ipsam vincat, & putrescens gangrænam exciret, præsagies autem vertendum in pus ex colore subuiridi, ex mollitie, nam cum mutatur ex rubro in album transit per viridem, tuncque cum a natura, vincatur, non inflammatur locus affectus, & idcirco nō indurescit, sed mollis permanet, quamobrem sperandum est in pus vertendum esse sanguinem suffusum, quod maxime necessarium est, vbi caro valde collisa est, tunc enim necesse est suppuret, & tabescat; quod si sanguis putrescere debeat, & in gangrænam conuerti, inflammatio iam adest, vnde & color non subuiridis est, sed rubicundus & locus non mollis, sed durus, ex quo futuram gāgrænam præsagies, quæ nisi statim curetur, [g] hominem interimit. Tempus, quo sequitur salus, si initio per digerentia curetur, breue est, si postea suppuret, longius. Inreritus vbi fiat gangræna etiam celerrime sequetur. Via sanationis est digestio, vel suppuratio sanguinis suffusi, quæ partim a natura fiunt, partim ab arte. Via interitus est putredo & gangræna. Non solet ecchymoma augeri, vbi recte tractetur, quamobrem in curatione satis est remouere id malum, quod factum est. Solutio vnitaris siccantia desiderat, & glutinantia, extrema vasorum præter naturam aperta postulant adstringentia: sed tumor si quis subest, temperatio immoderate frigida, color ipse mutatus auferetur adempta [h] causa continente hoc est sanguine, qui suffusus est: vbi non adimatur in principio, processu temporis (vt ante ostensum fuit) suppurat, quanto autem celerius vertitur in pus, tanto celerius teste Hippoc. sequitur [i] salus, quamobrem expedit vti pus mouen-

f Gal. 6. aphor. cō. 20.
g Gal. li. de tumor. c. 8.
h Galen. 4. meth. c. 7.
i Hip. li. de vlcerib.

H

A mouentibus, quod vbi iam confectum est, extrahi debet per digerentia, vel si non cedat, manifeste effundi aperto loco, sed satius est principio antequam suppuret, ipsum adimere: non debet autem repelli ad partes vnde venit, cum statim exiens incipiat corrumpi, sed inde [a] extrahendum est, vbi versatur; si quando autem repellentia atque adstringentia dantur, id fit ne à digerentibus, cum quibus miscentur, euocari nouus sanguis extra venas debeat, extrahendus igitur est sanguis suffusus, si fieri potest per medicamenta digerentia, [b] si quid restat, quod his non cedat, manifeste effundendum est scalpello, secta cute pluribus locis. Medicamenta, quæ digerunt alia validiora sunt, alia imbecilliora, cōueniunt validiora cum altius residet sanguis, & multum distat à superficie, neque tunc periculum est ne nimis illum exsiccent, cum remittatur eorum vis, priusquam ad ipsum penetrent, adde quod quæ altiori loco resident, euocanda sunt ad superficiem, quod fieri non potest, nisi vehementer [c] digerentia adhibeantur, interdū autem non sufficiunt medicamenta, sed vtendum est cucurbitulis, quod remedium efficacissimum, excogitatum est à Medicis, ad extrahendum quicquid altioribus locis continetur, quod si sanguis suffusus parum à superficie distet, sufficiunt medicamenta leuiter digerentia; si validiora dentur, periculum est, ne quemadmodum in scirrho, [d] tenues partes discutiantur, restēt crassæ, quæ vix postea digeri queant, leuiter digerunt quæ calefaciendi & madefaciendi vim B habent, qualia sunt quæ græce χαλαστικὰ [e] hoc est relaxantia nominantur, quod si etiam paulo ficciora sint, magis digerent: perfundemus igitur à principio locum affectū sæpius multa aqua calida, in qua bullierit sertula campana, ac fœnugræcum, vel si magis digerere volumus, thymum, hyssopum, origanum, semen anisi, vel fœniculi. Vtiliter etiam dantur ad digerendum ecchymoma, quæcunque manducata [f] cum saliua miscentur, præcipue panis cum radicula: commode etiam illinitur lac fici, & collyrium ex myrrha, aut superimponitur cataplasma ex farina hordei, aut fabæ, aut oxymelle, vel nux rancida contrita, aut radix dracunculi, similiter trita, vel semen raphani cum ficis aridis, ruta cum melle, sinapi ex aceto, si doleat locus, imponantur ficus aridæ ex passo decoctæ.

a Galen. 4. meth c. 7.
b Ga. ibid.
c Gal. ibid.
d Gal. ibid.
e Gal. ibid.
f Ga. simp. c. de saliua.

Ἀνεύρυσμα [g] vocatur à græcis suffusio sanguinis ex arteria exeuntis, ita, vt simile sit ecchymomati, vtrobique enim suffunditur sanguis in spacia, quæ iuxta vasa sunt, sed in ecchymomate ex venis, in aneurysmate ex arterijs, non quidem collisis sed manifeste sectis, & ob id maxime accidit, cum pro vena secatur arteria in cubito, arteriæ enim cum duplicem tunicam habeant, & duriorem & crassiorem, non facile sanguinem fundunt, cum colliduntur, sed cum manifeste secantur, sic autem sanguis copiosus exit, ita vt non solum mutet colorem cutis, sed ipsam quoque attollat, ac tumidam reddat, & primo calidiorem efficiat, deinde cum processu tempo C ris refrigeratur frigidiorem, Multiplex igitur morbus in aneurysmate consistit vt solutio, vnitatis, tumor, & tēperatio immoderata: causa solutæ vnitatis externa fuit vt telum & ictus; sed tumoris, immoderatæ temperationis, & tandem coloris mutati in cute, proxima & cōtinens causa est sanguis suffusus, qui cum ex arteria effusus sit, primo tenuis est, & ex flauo ruber, sed processu temporis discussis spiritibus, & partibus tenuioribus, crassior remanet, & liuidus, ac [h] postremo niger, vnde similis fit color cutis: non tamen ita facile corrumpitur sanguis ex arterijs diffusus, vt ex venis, cum influat spiritus assidue, & nouus sanguis ex arteria, à quo cōseruatur, symptoma in aneurysmate est color cutis mutatus. Agnoscitur hic in ægrotante sensu, sed an sit aneurysma, an ecchymoma distingues ex eo, quod in aneurysmate color magis floridus apparet, & vbi tumor prematur, statim euanescit, quod recurrat sanguis in arteriam, vnde rursus cum motu quodam egreditur: sentitur etiam pulsus in aneurysmate, qui nullus percipitur in ecchymomate, ita vt non difficile sit distinguere inter ecchymoma & aneurysma. Ex futuris euentus salubris est, si quis recte arteriam tractet, periculū tamen est, ne si nimis arcte adstringatur ad supprimendum sanguinem locus, oriatur gangræna, & hominem absumat. Tempus, quo expectari salus aut interitus debet, non longum est, nam & celeriter digeritur sanguis, & arteria licet non æque celeriter ac vena, non tamen tarde agglutinatur, & vbi oriatur gangræ- D na, nō multo post [i] nisi succurras, homo decedit. Via salutis est coalitus arteriæ, & digestio sanguinis suffusi: via interitus, putredo sanguinis, & gangræna. Ratio curandi aneurysma ad duo spectat, ad arteriam sectam, & ad sanguinem: arteria, quæ secta est, agglutinari debet, quod inter cætera medicamenta maxime præstat id, quod [k] habet vnam partem thuris, & vnam & semis aloes, quæ ex albo oui subacta, & pilis leporis excepta, paulatim super imponūtur, sic enim coalescūt oræ arteriæ, & à subcrescente carne tegūtur. Sāguis, qui suffusus est, si nondū corruptus sit, facile vbi cōprimatur, in arteriā reuertitur, antequā coalescat, si crassus, liuidus, aut niger iā redditus sit, extrahi dēt ijsdem præsidijs, quæ paulo ante tradidimus in ecchymomate.

g Gal. li. de tumoribus cap. 11. & 5 meth. c. 5.
h Gal. 5. ca taiop. c. 1.
i Gal. li. de tumor c. 8.
k Ga. 5. methód. c. 4.

Varix dicitur à latinis, id quod a græcis κιρσὸς [l] tumor videlicet venæ, quæ a crassioris sanguinis multitudine distenta toros quosdam efficit, vnde color superiectæ cutis liuidus redditur, aut subater. Morbus itaque tumor præter naturam est, locus affectus, vena in quauis parte corporis, sed potissimum in temporibus, in testiculis, in cruribus. Proxima causa & continens est [m] sanguis crassus, vel tantum melancholicus, vel etiam mixtus cum pituitoso, huic antecedunt quæ eiusmodi sanguinem contrahunt, partim internæ, partim externæ, præterea venarum in quibus recipitur, laxitas atque imbecillitas, vna cum robore internarum partium

l Ga. lib. de tumo. c. 6 & 6 aphr. com. 21.
m Gal. ibi.

depellentium [a] vitiosos succos, a quibus læditur. Symptoma est color in cute mutatus quemadmodum diximus. Recognoscitur in ægrotãte, & symptoma, & tumor, & locus ipse affectus nempe vena, sensu. Causa continens mente coniicitur, partim ex causis a quibus gignitur, partim ex effectis hoc est ex tumore ipso venæ, & colore cutis. Ex futuris euentus non semper aut salubris aut perniciosus expectari debet, nam si varices non fuerint grandiores, potest homo diu cum ipsis viuere, etiam si non curentur, si minores fuerint, sanari ex toto possunt, si grandiores periculum est, ne vel ob curationẽ, vel ob aliam causam effundatur sanguis, adeo vt hominem interimat. Tempus tam salutis quam interitus breue est. Via salutis in chirurgia ac sectione consistit, interitus vero in effusione sanguinis. Cum ad curationem varicum venitur, dare primum operam oportet, ne augeantur, deinde curare iam factos, nõ augebuntur, si non vltra concurrat melancholicus ac pituitosus sanguis, non concurret si non colligatur in corpore, & ille, qui iam collectus est, detrahatur, non colligetur, si homo abstineat a cibis & potionibus terrenis, crassis, frigidis, & si viscerum affectus vt iecinoris & lienis sanetur. Qui collectus est, partim sanguinis missione, partim purgatione educi debet, ne fluat ad totos venarum, quas non oportet repellentibus confirmare, ne vitiosus succus ad partes magis necessarias cum periculo reuertatur. Varices, qui iam facti sunt, sola chirurgia curantur, quæ simul tumore affectam partem hoc est venam ipsam tumentem auferat, alligatur igitur membrum, & supra & infra varicem, deinde scalpello cutis [b] secatur, ea cautione, ne subiecta vena violetur, oræ plagæ vtrunque hamis reducuntur, vt plurimum inter se distent, veniatque in conspectum vena tumens, quæ si parua & recta est, tota aduratur, deinde curetur medicamentis, quæ adustis conueniunt ante [c] enarratis in curatione gangrænæ, sed si vena grandior sit, & flexuosa, traiecta acu linum ducente superne & inferne adstringenda est, & quod medium est venæ inter vtrumque vinculum excidendum est, dein implendus locus, & ad cicatricem perducendus.

E

F

a Ga. in eo. com.

b Gal. lib. med. c. 18.

c Sup. l. 12. c. 5.

Intumescunt interdum arteriæ, & fiunt in illis veluti varices, quod tamen raro accidit, nam ob duplicem tunicam, quam duriorem habent, & crassiorem, & ob sanguinem tenuem, quem continent, renituntur, & non ita facile dilatantur. Vidimus tamen Alexandrum Boscollum ciuem Florentinum, cui arteriæ capitis à vertice ad occipitium, adeo tumidæ erant, vt viderentur varices ingentes, pulsabant autem vehementer, cum tangebantur, venit huc Pisas vt curaretur a Gabriele Fallopio, qui magno cum apparatu sectionem pollicitus, cum manum iam inciperet admouere, perterritus magnitudine tumoris curatione supersedit, veritus ne homo vitam cum sanguine funderet: ille autem cum eiusmodi affectu diutius vixit. Quod si arteriarum tumor paruus sit, sine periculo sanari potest eadem via, qua sanari varices monstrauimus, tuto enim excidi possunt paruæ arteriæ, sicut in temporibus ob morbum oculorum, post aures [d] cerebro ægrotante excidi solent, contrahuntur enim vtrinque capita sectæ arteriæ, & cõtracta clauduntur, præter quam quod acu traiecta adstringuntur filo serico, vel ex alia materia, quæ non facile putrescat, neque enim ita cito sanescit arteria vt vena, quam satis est lino adstringere. Quæ de curatione tumorum præter naturam & eorum affectuum, qui eadem remedia postulant, dicenda erant, tribus proximis libris satis explicasse mihi videor, sequẽs erit de curatione morborum consistentium in mutatione situs naturalis.

G

d Gal. li. de curat. c. 22.



VIDI

A

VIDI VIDII DE CVRATIONE GENERATIM

Partis Secundæ Liber XVI.

Qui est de curatione ossium à suo situ recedentium.

B

Quod propositum huius libri sit agere de ossibus luxatis vel diductis. Cap. I.



Compago in rebus, quas extra nostra corpora intuemur, nulla adeo firma est, vt vel subita vi, vel paulatim relaxatis vinculis a quibus adstringitur, non dissoluatur. Quare non est quod miremur, si idem vsu venit in corpore nostro ossibus, quæ aut in aliorum caua se inserunt, aut cum aliis iunguntur, nulla enim est commissura, quæ non aliquando labefactetur, cum & sæpe articuli suis sedibus excidant, & quæ iungi solebant inter se, dehiscant, quamuis in vtrisq; continendis quanta maxime potuit, fuerit naturæ solertia: cuius consilium in articulorum fabrica[a] duplex apparet, vnum, vt sine impedimento moueantur ad membrorum munera exequenda, alterum vt in suis cauis maneant. Quod si adhoc duntaxat spectare potuisset, fabricata esset & sinus altiores, in quibus conderentur, & ligamenta validissima, quæ ipsos elabi nullo pacto permisissent. Si ad illud, & caua leuiter admodum sinuata, & ligamenta valde laxa, atque imbecilla effecisset. Sed quia articuli hoc modo quauis de causa excidissent, illo nō potuissent moueri, ad vtrumque simul spectans quantum potuit mobilitatem cum stabilitate copulauit, ita vt articuli & sine difficultate moueantur, & non facile suis sedibus exeant: exeunt tamen
C quod aut vehemens[c] impulsus accedat, aut ossa, & ligamenta male sint affecta. Ea vero ossa, quæ inter se iuncta sunt, quamuis cartilagine agglutinentur, externa vi tamen aliquando diducuntur, veluti iugulum a lato scapularum osse, radius a cubito, tibia a sura. Referuntur mala hæc omnia ad situm[c] præter naturam, quem paucis ante generatim persequuti sumus, cum de rebus præter naturam, & de ratione, qua cognoscuntur, & curantur, [d] ageremus: qui locus cum longiorem tractationem postulet, perinde ac febres, morbi tota substantia pugnantes cōtra naturam nostram, & tumores præter naturam, de quibus hactenus locuti sumus, vberrime explicabitur. Primo autem tractabimus articulos, qui suo loco mouentur, deinde pergemus ad ossa diducta, de vtrisque generatim agentes, illa vero, quæ ad singulos articulos attinēt, & ad ossa cuiusque partis, exponemus in curatione membratim: nunc autem primo de articulis suo loco motis ostendemus, qualis morbus sit, quot species sub se complectatur, quibus distinguatur differentiis, qua ratione cognosci, & curari debeat.

a Gal. 1 de vsu par. ca. 15. & 3. de fract. cō. 55

b Gal. li. de caus. morb. c. 10.

c Gal. li de dif. morb. c. 10.

d Sup. li. 1. de cur. gen. c. 7. & li 2. c. 10 & lib. 6. c. 9. & li. 15. ca. 7. de cur. gener. par. 1.

e Gal. li. de diff. morb. c. 10.

D

Qualis sit morbus, & quot species sint ac differentia cum articuli excidunt. Cap. II.



Naturalis partium situs, vel ad[e] locum spectat, quem naturaliter habent, vel ad nexum cum aliis, vteruis cum ita mutatur, vt actiones impediat, iam morbus incidit, qui ad situm refertur præter naturam. Mutant locū articuli, [f] cum suis finibus excidunt, non seruant naturalem nexum ossa illa, quæ cum prius iuncta essent, inter se dehiscunt. Cum articulus sua sede prolabitur; morbus fit, cui totidem species subiiciuntur, quot sunt partes, in quas prorumpit, sunt autem [g] quatuor, [h] prior, posterior, exterior, interior, quidam non in omnes, sed in aliquas siue plures siue pauciores, nam humerus nō potest in [i] posteriorem partem excidere, cum prohibeatur ab osse [k] scapularum, nequit genu venire in partem priorem ob oppositam patellam, ossa palmæ non permittuntur in latus erūpere ab ossibus oppositis. Quæcunque autem species morbi sit, hoc est in quamcunq; partem articulus prolabatur, pluribus differentiis distinguitur, cum interdum ab vtroq; latere dextro & sinistro, interdum ab altero duntaxat, qui autem ex toto prolapsus est, vel multum, vel parū abest a suo sinu. Postremo quæcunque species ac differentia sit, morbus aut simplex est, aut cū alio

f Gal. ibid.

g Dubita quia ex primo de frac. com. 2. & l. de cōsti c. 14.

h Tagauli. de luxatis ossibus. c. 1.

i Hippo. & Ga. 2. de ar. com. 2.

k Gal. l. me dicus c. vlt

alio malo coniunctus, quas differentias sigillatim percurremus. Exeunt igitur articuli à suo si- E
nu vel ex toto, quod ἐξάρθρημα[a] vel aliqua ex parte duntaxat, quod παράρθρημα græce nominatur.
Quidam articuli ita structi sunt à natura, vt necessario toti elabantur: cuiusmodi maxime est
caput femoris, deinde humeri, quoniam simpliciter rotundum est, & altiori cauo inseritur, a
cuius oris in orbem cingitur, in quibus consistere nequit, necessario enim si ad eas veniret, vel
protinus reconderetur, vel ex toto excideret. In cubito autem, crure, manu, pede, digitis, arti-
culus potest quidem ex toto excidere, sed potest etiam ex aliqua parte prolabi, ex aliqua con-
tineri, sed siue ex toto siue ex parte erumpat, si duplex est, dexter scilicet, & sinister quemad-
modum maxillæ,[b] potest vel ab vtroque, vel ab vno tantum latere promoueri. Quicunque au-
tem, siue simplex, siue duplex ex toto excidit, aliquando parum, aliquando multum abest à ca-
uo, à quo recessit, quod non euenit illis articulis, qui non elabuntur ex toto, possunt enim &
magis, & minus elabi, sed cum adhuc inhęreant suo cauo, neque multum, neque parum ab eo
absunt. Postremo qualecunque sit propositum vitium cuiusuis scilicet speciei,[c] ac differentiæ
ex propositis aut simplex est, aut compositum. Tunc dicitur simplex, cum non iungitur cũ alio F
morbo, vel symptomate propriam curationem requirente, cum quo vbi coniungatur, iam com
positum est: copulatur aliquando cum vulnere,[d] ex quo prodit articulus nudatus, aliquando
etiam cum fractura, ita, vt os non tantum suæ[e] sede exeat, sed etiam comminuatur, nonnun-
quam cum inflammatione, ac dolore, quæ omnia mala suam curationem postulant.

a Ga. 2. metho. ca. 2. & 1. de fract. com. 1.
b Hip. 2. de Articulis 4. & 19.
c Gale. lib. medicus in fin.
d Oribas. l. de Machinam ca. 17.
e Celsus li. 8. c. 11.

De causis ob quas articuli excidunt. *Cap. III.*

Causæ nunc sequuntur, ob quas articuli suo loco excidunt, spectant hæ partim ad
iuncturam male affectam, partim ad violentiam[f] aliquam superuenientem, age-
mus primum de affectu iuncturæ, qui per se potest esse causa, cur articuli nulla etiã
accedente violentia suis sedibus elabantur, cauo enim deorsum spectante suopte
nutu excidunt, si minus belle vel à cauo cingantur vel a vinculis arctentur: expelluntur etiam
quouis motu vel leui, qui sic affecti sunt, quamuis cauo non spectent deorsum. Consistit iunctu-
ræ vitium in duobus illis, in quibus consistere firmitatem monstrauimus,[g] in oris videlicet ca-
uorum & in vinculis, siquidem, vbi hæc valida sint, illæ altiores, retinent articulos in sua sede;
quos prolabi sinunt, vbi contrario modo afficiantur, vt scilicet non sint[h] vel oræ altæ, vel vin- G
cula valida. Sunt quidem oræ minus altæ, vel quod casu aliquo abrumpantur, vel quod parum
desidentes à primo natali die factæ fuerint à natura, quæ vel ad facilitatem[i] motus spectaue-
rit, quemadmodum in genu, vel coacta fuerit vitio materiæ, & ob id in conformatione fuerit
erratum. Vincula vero, quibus articuli in suis finibus illigantur, partim musculi sunt, & chordæ
iuncturam ipsam complectentes, partim ea, quæ proprie ligamenta dicuntur, cuncta hæc vbi
exilia sint, vbi mollia, vbi longiora, minus articulum continent. Fiunt autem exilia interdum
in vtero vitio materiæ, & facultatis effingentis, interdum postea his qui sine arte extenuantur
& macri fiunt, cuiusmodi sunt qui famem sustinent: nam licet exiccati videantur, & propterea
firmiora reddi, madefiunt tamen, quod tabescant, & redundet veluti muccus,[k] qui ea efficit
imbecilliora. Secus euenit his, qui artificiose extenuantur, exercitatione, atque idoneo alimen
to, tunc enim licet graciliora reddantur, cum non madefiant ab humore superante, redduntur
firmiora, & magis iuncturam continent, ita, vt quod detrahitur de crassitudine, substantiæ fir-
mitate compensetur. Gracilitas autem vinculi per se minus arcte articulum continet, crassitu-
do magis ipsum adstringit, quamobrem illis, qui bono habitu sunt,[l] minus articuli prolabun-
tur, quam macris: minus item ex illis iuncturis, quę carnosæ sunt, quam ex illis quibus nulla, uel
pauca admodum superiecta est caro, minus item ab ea parte, cui crassiores musculi opponun
tur, cuius rei fidem quoque facit inflammatio, quæ quod uincula pleniora reddat, magis H
[m] articulum continet. Mollia uincula prompte ducẽtem sequuntur, & facile cedunt cuiuis im
pulsui, & idcirco[n] prolabi articulum sinunt, quod non faciunt, quæ dura sunt. Mollitudo autẽ
aut naturalis est, quemadmodum pueris, mulieribus, & his, qui temperatione sunt humidiores,
uel aduentitia ex prauo uictu: utrauis efficit, ut facile articuli prodeant, & recondantur,[o] uide
mus eos, qui ualde humidi sunt, sine dolore sibi aliquos articulos & expellere, & reponere, qđ
non euenit siccioribus, his enim & difficulter exeunt, & difficulter reponuntur. Si quis obijciat
ab humore crassiora fieri ligamenta, & idcirco maiorem uim habere, præterquam quod simul
fiunt breuiora, breuitas autem confert ad ualidius continendum, cum longiora ligamenta la-
xiorem iuncturam reddant, ut ante propositum est, concedendum erit ubi parua foramina li-
gamenti humore sint infarcta, sed ubi solida ipsius substantia reddatur humidior, angetur lon
gitudo, ita ut imbecillius[p] ligamentum reddatur, atq. hoc pacto muccus, qui continetur in ar-
ticulorum finibus, ligamenta reddit laxiora, quod. s. substãtiam ipsorum humidiorem efficiat,
ob quam causam hyeme bobus femur ad genu luxatur, quod quemadmodum Hipp.[q] testatur
permacri fiant, cum neque ant pascere herbas exiguas, cum superioribus dentibus careant, &
superius labrum ualde crassum habeant, contrahunt. n. humorem in iuncturis quasi muccum,
a quo

f Gale. li. de caus. morb. c. 10.
g Sup. c. 1.
h Gal. 1. de Art. com. 6.
i Gale. 1. de vsu p. c. 15.
k Hip. 1. de artic. 29. & 30.
l Hippo. & Gale. 1. de ar. com. 26
m Ga. 1. de ar. com. 26
n Ga. li. de cau. morb. c. 10. & 1 de Ar. com. 6
o Ga. 1. de Ar. com. 9.
p Hippo. & Ga. 1. de artic. com. 25
q Hip. 1. de art. 26.

A a quo ligamentorum [a] substantia madescit, ac relaxatur. Hactenus de vitio iuncturæ, quod vel ad oras minus altas spectat, vel ad ligamenta infirmiora, ob quas causas sæpe diximus articulos excidere, quamuis nulla violentia superueniat; hæ quibusdam iuncturis secundum naturā insunt, veluti genu, humero, & idcirco facile excidunt, quod non euenit illis iuncturis, quibus neutra ex his causis inest, veluti cubito, & digitis, qui facilius franguntur quam erumpant. Medio autem modo se habet iunctura coxæ. Sed pergamus ad violentiam, quæ [b] potest quemuis articulum etiam bene constitutum expellere, licet (vt docuit [c] Hipp.) magnum sit quod prohibeat, cogit enim illa si subita est, subito articulum excidere, si lenta, paulatim. Et subita vi nihil est, quod non expellatur: ex saltu [d] calcis os à talo exit, quamuis validissime alligetur, ex ictu, ex casu, ex impulsu, ex distentione etiam, à validissimis iuncturis articuli promouentur. Vtimur distentione non solum ad articulos [e] reponendos, vt è regione sui situs collocati pario negocio recondantur, sed etiam ad expellendos eos, qui nuper repositi sunt, Sin eruorum distentionem timeamus, quemadmodum vbi non solum exeunt, sed etiam nudantur, & ex vulnere prodeunt. Potest lenta vis, si non ex toto certe aliqua ex parte articulos, sua sede expellere, quod in vertebris accidere videmus his, qui gibbi fiunt, paulatim [f] enim attrahuntur hæ vna cum ligamento à crudis tuberculis, quæ in thorace nascuntur, ita vt in priorem partem promoueantur, & posteriorem cauam relinquant, quod si tunc homo gibbus appareat, id euenit propter alias vertebras, quæ videntur eminere collatæ ad sinum, quem reliquit illa, quæ in priorē

B partem est attracta: attrahuntur etiam interdum vertebræ à ligamentis contractis, præsertim vbi infirmiora sint quemadmodum pueris, unde in priorem partem excedunt, & si in ceruice sunt, spiritum supprimunt, & cibum [g] degluriri non patiuntur; contrahuntur autem quemadmodum nerui vel à plenitudine, vel à siccitate, ab vtraque enim breuiora redduntur, à siccitate quidem in febre ardente, à plenitudine in inflammatione, & crudis tuberculis.

[a] Galen. in com. citati.
[b] Gal. li. de cau. morb. c. 10.
[c] Hip. li. 3. de fra. c. vl.
[d] Hip. 2. de fract. 16.
[e] Gal. 1. de fra. com. 1.
[f] Gale 6. aphor. cō 46.
[g] Gal 4. de loc. aff. c. 3.

De symptomatibus quæ prolapsis articulis superueniunt. *Cap. IV.*

PRopositum morbum, sub quo articuli suis sedibus excidunt, multa symptomata sequuntur, ad actiones læsas, ad qualitates corporis mutatas, ad ea quæ præter naturam retinentur, ac detruduntur spectantia, quorum alia communia sunt, quicunque articulus elabatur, alia propria aliquorum; persequamur primo communia, deinde accedamus ad propria: ordiemur ab actionibus læsis. Cum articuli [h] omnes motui voluntario inseruiant, ea enim de causa instituti sunt à natura, curuari possunt, atque extendi, & in varias partes moueri à musculis, qui nequeunt illos mouere, vt conuenit, nisi suo loco maneāt,

C quod si elabantur, necesse est motui officiant: aufertur enim ex toto ab ea parte, à qua articuli recesserunt, non tamen ab ea, in quam venerunt, cum ibi aliquo pacto moueri à musculis possint: quæcunque in interiorem partem curuantur, & in exteriorem extenduntur veluti digiti, si articulus veniat in interiorem aliquo [i] pacto curuabuntur, non tamen extendentur, si in exteriorem, extendentur, sed non poterunt curuari; omnium igitur commune est hoc symptoma, vt lædatur motus voluntarius, cum articuli erumpunt, & potissimum ab ea parte, à qua recedūt. Videtur etiam dolor communis esse omnium partium in quibus articuli prolabuntur, quod veniant in alienam sedem, quam præter naturam extendunt, adeo ut musculi & chordæ, quæ ibi sunt doleant, nisi laxiores sint quemadmodum in hominibus humidioribus, quos sine dolore diximus [k] sibimet articulos expellere, ac restituere. Est etiam cōmune symptoma mutatio qualitatis, & affectus corporis, quæ uarijs sensibus deprehenditur ut tactu, & aspectu: semper autem tumor [l] est ea parte, in quam os uenit, & sinus in ea, à qua recessit, id quod, cum actiones non lędat, referri debet ad illud genus symptomatum, quod in affectibus corporis prętet naturam mutatis uersatur. Pars etiā à qua recessit articulus, gracilior apparet, [m] sed habitus illius, in quam uenit, magis secundum naturam seruatur, ita ut crassior appareat quam altera vnde

D recessit; quod si à primo natali [n] die uel tenera adhuc ætate excidentes articuli non restituantur, commune est omnium, ut non crescant, quod non ita accidit proximis partibus ut ulterioribus, ut puta si humerus loco suo non est, minus ipse augetur, sed minus adhuc cubitus, & lōge minus etiam manus. Sub tertio genere symptomatum, quod pertinet ad ea, quæ præter naturā retineutur, aut detruduntur, nullum comprehenditur, quod quouis articulo erumpente cōiter accidat. Complura autem sunt symptomata propria ad certos articulos attinētia, quæ partim a natura loci proficiscuntur, partim ab altero morbo accedente veluti vulnere; articuli enim alij alio loco siti sunt, & idcirco alij aliis partibus congruunt magis, uel minus præcipuis, congruit maxilla cerebro [o] exempli gratia, congruunt uertebræ spinæ medullæ, ac neruis, superiores quidem pluribus, inferiores paucioribus; ita ut multum intersit in ceruice ne excidant, an in dorso, tum initio ne, an in fine eiusdem. Multum quoque interest moueantur ne articuli sua sede duntaxat an vulnus quoque accedat, longe enim pluta sequuntur symptomata, ubi vulnus sit, & articuli nudentur, lacerenturque nerui, arteriæ, uenæ, per quas partes male afficiatur cerebrum, cor, iecur. Vix vllum reperias symptoma, quod non possit articulis prorūpentibus

[h] Gal. 1. de vsu p. c. 15.
[i] Hip. li. 2. de art. 2.
[k] Superius c. 3.
[l] Cels. li. 8. c. 11.
[m] Ibid.
[n] Hip. li 2. ar. 1.
[o] Hipp. & Ga. de art. 21. & 22.

tibus superuenire, nam ex actionibus læditur sensus communis, veluti excidente maxilla, inci- E
a Hip. 2. de ar. 21. & 22 dit enim [a] inexpugnabilis dormiendi necessitas, quod musculi, a quibus illa mouetur, neruos
habeant proxime deriuatos [b] à cerebro, quod his violatis afficitur, sequiturque non tantum
b Gal. i cō. citato. veternus, sed stupor, [c] ac torpor, & resolutio neruorum, ita vt vniuersum corpus sensu, ac motu
destituatur; cum vertebræ sua sede mouentur spinæ medullam offendunt, & neruos, qui inde
c Hip. loco citato. oriuntur: hoc si accidat primis illis, quæ in ceruice sunt, ita vt in priorem partē elabantur, non
d Gal. 4. de loc. aff. c. 3. solum motum offendunt, sed claudunt [d] etiam guttur, & hominem strangulant: fit & prolapsis
vertebris difficultas spirandi tanta, vt vix pulmo dilatati, & adstringi possit, sed cum nerui ab
excidente articulo lædantur, superueniente inflammatione distendi solent: hoc pacto inter-
dum accidit singultus, sed relictis actionibus intueamur affectus corporis mutatos, nam præ-
ter tumorem, sinum, gracilitatem, quæ communia esse diximus, quicunque articuli sua sede mō
ueantur, superueniunt & alij affectus grauiores, qui quatenus hūc morbum sequuntur, in sym
e Hip. 2. de art. tex. 21. promatibus poni debent, licet nonnulli ex ipsis morbi quoque sint, huiusmodi est febris [e] con-
tinua, quæ excidente maxilla accidit, aut alijs articulis nudatis, & ex vulnere prodeuntibus,
f Hippo. 4. de art. 17. tum [f] gangræna, quæ tunc superuenire solet, quod locus valde inflammetur, qui à nudato arti-
culo laceratur, accedit etiam frigus partium extremarum, veluti cum spinæ vertebræ in interio F
rem partem promouentur. Mutantur de naturali statu, quæ retineri, aut detrudi debent: maxil
g Hip. 2. de art. 23. la erumpente, euomitur ac deijcitur pura [g] bilis, cum vertebræ spinæ in interiorem partem cō
h Ga. l. 8. de loc. aff. c. 4. & Hipp. 3. de art. 51. uertuntur, vrina & [h] deiectio supprimitur quæ præter voluntatem aliquando redduntur, cum
ex vertebris prolapsis violantur nerui illi, qui ad ani, aut vesicæ musculos pertinent; plurima
ergo sunt symptomata, quæ excidentes articulos sequuntur.

De signis articulorum sua sede excidentium. *Cap. V.*



Vncta hæc, quæ ad prolapsos articulos monstrauimus attinere, morbum, morbi spe
cies, ac differentias, causas, symptomata, recognoscere debemus in homine ægro-
tante; primum igitur symptomata siue referantur ad actiones læsas, siue ad qua-
litates mutatas, siue ad retenta, & expulsa præter naturam, sensui adeo subijciun-
tur, vt non opus sit signis, ex quibus colligantur. Causæ vero aut externæ sunt aut internæ,
illæ cum adsunt, sub sensum cadunt, veluti violentus impulsus, distentio, ictus: cum iam præ-
terierunt, referuntur ab ægrotante, uel familiaribus. Interna, cum abditæ, sint, coniectura com- G
prehenduntur, veluti vitium iuncturæ, aut vis aliqua vna cum ligamento articulum trahens;
colligitur vitium iuncturæ, hoc est infirmitas ligamentorum ex causis, vt ex copia pituitæ
madefacientis, ac relaxantis eorum substantiam; tum ex his quæ vel prosunt exsiccando, vel
obsunt madefaciendo; postremo ex effectis, vt quod articuli quauis leui de causa elabi in homi
ne soleant, quod cutis tactu mollior sentiatur, præterquam in illis, qui cum macie humorem
i Hip. 1. de art. 29. & 30. quasi [i] muccum in articulorum finibus contrahunt, quod quæ detrudantur multa sint, tenuia,
& cruda. At ubi adsit violentia aliqua articulū suo loco promouens, illa vel ad siccitatem, vel
ad plenitudinem ligamenti refertur. Plenitudinem patefaciunt causæ vt victus plenus, ocium,
retentio eorum quæ detrudi deberent, ad hæc quæ iuuant educendo, vel nocent implendo, ac
retinendo: & tandem effecta, vt sensus grauitatis. Siccitatem ligamentorum intelligemus ex
causis, veluti ex febre ardente, ex his quæ prosunt madefaciendo, (madefacientia enim si non
restituunt exiccatum humorem in partibus solidis, saltem non sinunt vlterius exiccari) ex his
quæ obsunt exiccando, ex effectis denique, vt ex sensu tendentium. Sed satis de symptomatib.
& causis recognoscendis.

Superest nunc vt exponamus qua ratione cognoscere liceat morbum, & simul species, ac
differentias ipsius. Cum articuli reconditi sint, & superiectis partibus ac cute contecti, sen-
sum latent, tam ubi in suis finibus continentur, quam vbi ex illis elabuntur. Sed quod in suo
cauo versentur, vel ex solo motu secundum naturam mēbri in quo sunt, intelligi potest, nam H
cum membra suos motus omnes exercent in quamcunque loci differentiam, necesse est articu
los suis sedibus contineri; ex quibus cum prorumpunt, intelligemus non tantum contrario
iudicio freti, quod scilicet membra non possint in eas partes moueri, in quas naturaliter mo-
uebantur, quia id proficisci posset à musculis, & chordis male affectis, articulis suo loco manen
tibus, sed alijs quoque indicijs, quę sumemus à causis, ab his quę prosunt, aut obsunt, & ab alijs
effectis. Quod attinet ad causas, imbecillitas iuncturæ vel naturalis vt in genu, vel aduentitia
k Sup. 3. ut in illis, [k] quarum vel orę abrumpuntur, uel ligamenta relaxantur; confirmat coniecturam de
l Sup. ibid. articulo prolapso factam ex alijs signis, externa uiolentia, ut [l] ictus, distentio, impulsus præce-
dens exijsse articulum sua sede indicat, id quod facit etiam interna vis plenitudinis aut siccita
tatis vna cum ligamento articulum contrahens veluti vertebram. Eiusdem faciūt aliquam fi-
dē illa etiam, quæ vel prosunt intus compellendo, aut obsunt magis abducēdo articulum pro
m Superius c. 4. lapsum. Sed plurimū valent ad hoc iudicandū effecta, & primo actiones lęsæ: mēbrū nequit ab
ea parte moueri, [m] à qua articulus excidit, sed nōnihil mouet ab ea vnde recessit: dolet locus,

in

A in quo versatur articulus cum vehementer distendatur nisi valde humidus sit, ac laxus, & nisi callum contraxerit; cæteræ actiones quas supra [a] lædi tradidimus, cum symptomata enarraremus, magis pertinent ad hunc vel illum quam absolute ad articulum prolapsum, id quod euenit etiam his, quæ præter naturam retinentur, aut detruduntur, sicuti cum deiectio, vel vrina nimis retinetur, aut effluit præter voluntatem. Firmissimum indicium dant effectus corporis mutati, siquidem semper ea parte [b] tumor est, in quam os venit, ea sinus à qua recessit, sed necesse est vterque concurrat, & sinus & tumor, neque sufficit alter: nam sinus exempli causa deprehenditur in summo humero, non solum cum humeri caput prolapsum est, sed etiam cum iugulum à lato scapularum osse est diductum, quod si præter sinum inueniatur sub ala tuberculum durum, constat humeri caput excidisse. Præcipit Hipp. [c] vt æstimemus partem affectam ad exemplum integræ germanæ eiusdem hominis. Natura enim quæ iustissima est, dextras & sinistras partes æquales inter se constituit: quamobrem vbi pars cuius suspicamur articulum erupisse, alteri sit æqualis, monstrat articulos sua sede contineri, contra si inæqualis videatur, prolapsi [d] articuli suspicionem augebit: hoc autem commune est omnium illorum, quæ recognosci debent in ægrotante à naturali statu mutata, vt intueamur [e] quantum similia sint sanis, præsertim eiusdem hominis. Comparare [f] igitur oportet inter se partes eiusdem [g] hominis, vt humerum cum humero, cubitum cum cubito, sed vbi vterque male affectus sit, respicere ad membrũ
B alterius hominis oportet simile ac sanum, sic procul dubio patefiet, excideritne articulus, an suo loco contineatur.

a Sup. c. 4.
b Cels. li. 8. c. 11.
c Hip. 1. de art. 38.
d Hip. 1. de art. 34. & Auic. lib. 4. f. 5. tr. 1. c. 2
e Hippo. & Auic. ibid.
f Hippo. in procœ medicatrinæ, & 1. de art. 34.
g Auic. & Hipp. ibid.

Species propositi morbi totidem esse diximus, [h] quot partium in quas articuli promouentur, quatuor videlicet, cum possint aliqui in priorem, posteriorem, interiorem, vel exteriorem erumpere, intelliges primum nunquam promoueri in illam, in quam opposita ossa non permittunt, deinde cognosces in quam partem venerit, & idcirco morbi speciem ex ijsdem signis ex quibus proxime [i] monstrauimus, cognosci genus, sed spectantibus magis ad vnam ex his partibus quam ad alias, causę vel externæ impellentes, vel internæ attrahentes articulum, in quam partem expellunt, vel attrahunt, in eam prolapsum denunciant: id quod facit etiam imbecillitas iuncturæ, ab ea enim [k] prodire articulus solet, quæ infirmior est: idem significant quæ vel iuuant articulum adducendo ad contrariam partem, vel nocent vlterius impellendo, atque abducendo à suo sinu: sed plurimum valent effecta ut actiones læsæ, & affectus corporis, nam mouetur aliquid articulus ab ea parte in quam prorumpit, nihil ab ea [l] vnde expulsus est: deprehenditur [m] item tumor in ea, in quam uenit, contra sinus in illa, in quam erupit, ita ut non difficile sit partem, in quam prodijt articulus, & propterea morbi speciem recognoscere.

h Sup. c. 2.
i Pau. ante.
k Cel. li. 8. c. 11.
l Aui. li. 4. fe. 5. tr. 1. c. 2.
m Cel. li. 8. c. 18.

Differentiæ complures sunt quibus hic morbus distinguitur, illæ primum quæ spectant ad integrum, vel non integrũ lapsum articuli ex sua sede, ijsdem indicijs patefiunt, similem tamẽ
C differentiam habentibus, si non aperte, saltem latenter, siquidem ubi valida videantur, ex toto sua sede motum fuisse articulum monstrant, ubi imbecilla, non ex toto, sed parum suo loco excessisse, proprie autem motus si ex toto perierit ab ea parte, à qua articulus recessit, ex toto ipsum excidisse declarat, si nõ perierit ex toto, sed aliqua ex parte seruetur, indicat articulum quoque nõ ex toto suo loco motum esse. At cum ille qui ex toto prolabitur differat, [n] quod uel multum, uel parum a sua sede absit, utraque differentia sensu percipitur, tangitur enim articulus multum, uel parum distans à suo sinu. Iam uero simplex ne sit, an cum vulnere, uel etiam fractura coniunctus hic morbus, quas differentias postremas cõmemorauimus, [o] comprehẽdere poteris tactu, & ut inquit Poeta ille, oculorum lumine aperto.

n Sup. c. 2.
o Ibid.

Prognosticum de articulis suo loco motis. Cap. VI.

D FVturorum præsagitio ut in aliis morbis, [p] ita etiam cum articuli excidũt, necessaria est & ad utilitatem ægrotanti, & ad auctoritatem arti comparandam. Præsagire enim oportet qui restitui citra noxam possint, qui cum periculo recondantur, ne medicus, si os non reponit, uideatur arte destitui, neve ægrum præcipitet, si reponat. Prędicere itẽ conuenit, qui casus tuti sint, qui periculosi, qui sanabiles, qui insanabiles, quo tempore articuli repositi confirmentur, & qui mansuri sint in suo loco, qui leui de causa iterum elapsuri: sic enim homo magis sibi cauebit, & medicus tuebitur artis dignitatem. Pertinent oĩa, quæ præcognoscenda sunt, [q] uel ad euentum, uel ad euentus differentias. Euentus, cũ articuli suo loco promouentur, triplex esse põt, scilicet ut ægrotans, uel penitus sanetur, uel intereat, uel neq. sanetur, neq. intereat, sed uiuat articulo non reposito cũ deformitate loci affecti, & impedimẽto alicuius actionis. Differentiæ euẽtus ad tẽpus, ad uiam, ad stabilitatẽ referuntur, medius quidẽ euentus homine ægrotante nõ expectatur, sed præsens est, cũ articulus iã exciderit, ita ut in hoc non attendatur differentia tẽporis, sicuti in salute & morte; utraq. n. [r] aliquando longiori, aliquãdo breuiori tẽpore sequitur, ita ut prędicenda sit differẽtia tẽporis. Via sanationis una tãtũ est, atq; hęc ad chirurgiã pertinet, qua restituitur qđ suo loco excessit, neq; [s] enim põt hoc fieri à natura, ut pleraq. [s] alia opera, sed ab arte duntaxat recondũtur arti-

p Hipp. & Ga. 1. prog. in procœ.
q Gal. 4. de presag. pul. 11. & lib. de cõst. ar. c. 18
r Gal. li. de const. artis c. 12.
s Hippo. 7. 6. epid. 1.

culi prolapsi, componuntur ossa fracta,[a] coniunguntur quæ præter naturam sunt diducta, sepa- E
rantur quæ coierunt. Ergo nihil natura efficit in restituendis prolapsis, nisi huic morbo alius
quoque accesserit, vt vulnus, fractura, inflammatio, nam tunc glutinat, concoquit, carnem vel
callum procreat, expellit quod noxium est, in quib. operibus medicus fungitur munere mini-
stri: Via interitus multiplex est, cum homo aliquando [b] strangulettur, aliquando opprimatur re
tentis [c] his, quæ detrudi debent, aliquando [d] gangræna aut neruorum distentione conficiatur.
Medij euentus vna tantum via est, vt articulus non restituatur, neque malum aliquod pericu-
losum accedat. Numerauimus in differentijs euẽtus stabilitatem, quoniam ex illis articulis, qui
reponuntur, alij fideliter continentur, alii rursus [e] excidunt, quas differentias similiter necesse
est prædicere. Omnia hæc cũ mente comprehendenda sint, necesse est intelligantur ex signis,
quæ sumenda sunt à causis. Causæ monstrant futurum euentum, differentiæ causarum differen
tias euentus; sunt aũt causæ euentus natura & morbus,[f] cũ natura accipimus auxilia artis, cum
morbo causas, & sympromata. Cõparare igitur oportet vires naturæ cum virib. morbi, si vali-
diores sint, hæ hominẽ interiment, si illæ, ipsum sanabunt, si neq. illæ has, neq; hæ illas videan-
tur superare, prædicemus hominẽ in eodẽ statu mansurum: spectemus seorsum indicia mon- F
strantia robur naturæ collatum cum robore morbi, maius, æquale, & minus, ex quib. triplicem
euentum propositum colligemus: restituetur articulus in suam sedem, & oĩno sanabitur ægro-
tans, cum vires [g] morbũ superabunt, id quod accidet, vbi nihil sit quod impediat; adeoenim va
lida sunt auxilia artis, vt ferme possint quemlibet articulũ reponere, vires, quas validiores mor
bo requirimus, in restituendis articulis prolapsis, non sunt naturæ sed artis, natura. n. vt ante [h]
ostensum est, nihil præstat in hoc opere efficiendo, neque requiritur eius robur, sed magis con
fert ad reponendum iuncturæ imbecillitas [i] tanto enim facilius articulum [k] admittit, quanto
imbecillior est, firmitas enim & iuncturæ & ligamentorum plurimum renititur, naturæ autem
robur tunc necessarium est, vbi superanda sunt alia mala, quæ cum articuli exitu iunguntur, vt
vulnus, fractura, inflammatio, neruorum distentio, dolor: sed intueamur iam quæ prohibere
possint, quo minus articuli elapsi reponantur; sunt autem hæc causa, quæ articulum promouit
adhuc manens, sinus ipsum non recipiens, locus in quem venit, impulsum non admittens, pe-
riculum [l] aliquod imminens, si reponatur, nam si adsit horum aliquod, non licet prolapsum ar-
ticulum reponere. Causa propositi morbi interdum est vitium [m] ligamenti, quod ob plenitudi
nem vel siccitatem contrahitur, & ita articulum expellit veluti vertebram, quod cum acci-
dit nihil proficit impulsus, & idcirco non licet articulum reponere. Sinus, in quo recipi debet,
interdum oppletus est humore concreto vel crassiore aliqua substantia, ita vt nequeat pro- G
motum articulum recipere, quod potissimum accidit, vbi diu extra ipsum mansit; locus impul
sum non admittit, vbi in eam partem articulus excidit, vnde impelli non potest, quod euenit
cum vertebræ spinæ in priorem partem erumpunt, neque enim [n] possunt manus per thora-
cem, & pectus demitti, vt cogant vertebras à priori parte in posteriorem reuerti, quamobrem
nequeunt recondi; imminet grauius periculum, ne distentio [o] neruorum, & gangræna super-
ueniat, quæ hominem absumat, vbi quis tentat articulos reponere vel nudatos, atque ex vul-
nere prodeuntes, [p] vel postquam dolor atque inflammatio superuenit: satius enim tunc est, vbi
dolor sit & inflammatio, expectare dum finiatur, vel vbi cum vulnere articulus eruperit, non
tentare aliquo pacto reponere nisi admodum paruus sit, quemadmodum in digitis manuum
& pedum, quorum articulos vbi repositi sint, præstat rursus expellere si inflammatio superue-
niat, vel neruorum distentio, reliquis reponendis supersedebimus, prædicentes tamen & defor
mitatem loci, & actionis læsionem perpetuo futuram, sinemusque (Auctore Hipp.) vt qui vo-
let reponat. Ergo si nihil horum adsit, vires artis morbum superabunt, & homo penitus conua
lescet modo nulla pars præcipua affecta sit, quale cerebrum est, quod maxilla expulsa male [q] af
fici solet. Si quid adsit ex prædictis vt causa, quæ adhuc articulum extra suum locum retineat,
sinus oppletus, locus impulsum non admittens, grauius periculum imminens, si articulus repo
natur, vires artis non poterunt morbum superare, at non propterea superabuntur, sed mane- H
bit homo in eodem statu, nisi aliquid aliud adsit ex his, quæ morbi vires validiores demõstrãt,
& propterea interitum futurum, ad quem nunc pergimus. Proficiscuntur vires morbi maiores
quam vires artis, magis à differentijs morbi quam ab ipso genere, cum non propterea homo
decedat, quod articulus suo loco motus sit, sed quod ille exciderit, qui elapsus partem aliquã
offendit ad vitam necessariam, veluti cum spinę [r] vertebræ guttur & gulam comprimunt, ita vt
homo neque respirare possit, neque cibum, & potionem deglutire; aut medullam violãt, & ner
uos, per quos fertur vis mouendi ad musculos thoracis, & ventris, veluti ẽt cum [s] maxilla erum
pens neruos lædit qui proxime à cerebro deriuantur. Maximum periculum subest, cum articu
li non tantum suis sedibus exeunt, sed etiam [t] nudantur, aut franguntur, solet enim & neruo-
rum distentio, & gangræna superuenire, quæ paucis diebus hominem absumit, id quod maxi-
me accidit, vbi cum hæc adsunt articuli reponuntur, quanquam accidit [u] etiam cum non recõ
duntur, vbi magni sint, quemadmodum humeri & femoris caput, quod cum ex vulnere pro-
deunt, lacerent, grandiores neruos, venas & arterias, quib. congruunt partes pręcipuæ, vbi par
uus articulus, qualis digitorum est, accedente vulnere nudetur, reponi potest quemadmodum
ante

a Ga. in loco cita. & com. text. Hip. citati.
b Ga. 4. de loc. aff. c. 3.
c Hip. 3. de art. 51.
d Hipp. de art. 11. 7.
e Hip. 1. de art. 41.
f Gal. 4. de prælag. pul. c. 2. & l. de constit. ar. 48.
g Ga. locis dictis.
h Paulo ante & Ga. li. de cõst. ar. c. 12.
i Aui. l. 4. f. 5. tr. 1. c. 1.
k Hip. 3. de fract. 59. & 1. de ar. 25
l Hip. 4. de ar. 18. & 28
m Sup. c. 3
n Hip. 3. de art. 47.
o Hip. 4. de ar. 16. & 28
p Aui. li. 4. fe. 5. tr. 1. c. 5.
q Hip. 2. de ar. 21. 22.
r Ga. l. 4. de loc. aff. c. 1.
s Gal. 1. de art. com. 21 & 22.
t Hip. 4. de ar. 16.
u Hip ibi. tex. 28. 30. 31. & Aui. li. 4 fen. 5. tr. 1. c. 5.

A ante [a] docuimus, res enim non ita periculosa est, sicut vbi maiores articuli cum vulnere perlabuntur. Illi autem qui ex toto [b] sua sede mouentur, difficultatem reponēdi maiorem quam qui non ex toto excesserunt, sed non propterea periculum demonstrant, sicut neque illi, qui ex toto prolapsi longius absunt à suo sinu. Deprehenditur etiam robur morbi ex symptomatibus, quæ quanto plura, & grauiora accedunt, tanto [c] maius ipsum denunciant, & non tantum actiones læsæ, aut quæ præter naturam detinentur aut detruduntur, sed etiam affectus corporis, inter quos referemus febres, inflammationes, gangrænas: ex morbi autem robore conijciemus futurum interitum. Restant differentiæ euentus, vt tempus, via & stabilitas, quæ ex causis, hoc est ex natura & morbo accipientibus similem differentiam colligi debent. Tempus tam interitus quam salutis potest esse & longius, & breuius, vt supra monstrauimus. Nudatis [d] ossibus cruris septem [e] diebus sequi interitus solet, sed sequetur [f] paucioribus si nudetur femur, aut humerus. Salus contra paucioribus diebus expectanda est, vbi sua sede promouetur articulus paruus, pluribus, vbi magnus. Confirmantur digiti [g] xiv. diebus, pedis & manus ossa xx. nisi quæ cum cruris ossibus iunguntur vt talus, hic enim [h] xl. diebus confirmatur, sed calx [i] lx. cubitus & genu xl. humerus l. femur lx. Via salutis cum vna [k] sit, nempe per auxilia artis, prædictionē nō requirit. Viæ interitus multæ sunt, prædicemus vnamquamque, spectantes quæ pars ex præcipuis lædatur, & mala quæ superueniunt. Quod attinet ad stabilitatem futuram uel non futurā,

B respiciemus ad iuncturam, quæ si firma sit, firmiter articulum continebit, si laxior, atque [l] infirmior, prolabi rursum eum sinet. Infirmitas iuncturæ ex eo intelligitur potissimum, quod facile articulus elabitur [m] & facile reconditur, firmitas ex contrarijs, quod si abrumpantur ligamēta omnia, quibus cingitur ac nectitur articulus, vbi reponatur non continebitur, id quod interdum accidere solet ossibus pedis, idem euenit femoris capiti cum ambrumpitur ligamentum, per quod nectitur cum suo sinu in osse coxæ; relaxatis ligamentis femur prolapsum, ac restitutum & medicamentis siccantibus & vstione [n] retinetur: ex quibus patefit quid sit prædicendū de stabilitate; sed pergamus ad curationem.

De operibus ad curandos articulos prolapsos necessarijs. Cap. VII.

NE cui mirum sit, si plura opera necessaria sunt ad curandum articulum prolapsum, cum non tantum ad ipsum spectare oporteat, sed etiam ad partes sub quibus includitur, vt ad musculos, neruos, chordas, ligamenta, venas, arterias vna cum cute, quæ cum ipse ex suo loco expellitur, & cum membro extento reponitur, plerunque [o] violantur, dolent, inflammantur, distenduntur, quæ mala & vt declinentur, & vt tol-

C lantur postquam superuenerunt, plura opera requirunt, sicut & plura etiam ipse articulus, nā vt in suam sedem restituatur, quod primum ab ipso [p] indicatur, oportet membrum in diuersa [q] diducere, atq. extendere, vt liberū spaciū sit, vbi ipse tractari ac dirigi possit, & collocatus e regione sui sinus recondi, hæc intentio quæ ad contrarias partes adhibetur, membro quoque pristinam longitudinem comparat, contractum [r] enim erat, ac breuius redditum ob musculos, qui inferius iuncturæ os, cui innectuntur, sursum attrahunt, cum non amplius ab articulo in suo sinu residente, prohibeantur ad sua initia recurrere. Ante igitur extendere, mēbrū oportet, deinde articulū in suā sedem reponere, vbi iam repositus est, confirmare ne rursus elabatur: confirmabitur si mēbrum alligetur, [s] fulciatur, recte collocatū quiescat: hæc sunt quæ ab articulo requiruntur, partes superiectæ postulant [t] vt dolori, neruorū distentioni, inflāmationi, laxitati quib. tentari solent, occurramus: itaque leniendus est dolor, relaxandi nerui distēti, propulsanda inflāmatio, & cum iam accessit remouenda, ac si quæ supersunt eius reliquiæ duriores, quæ chordas & musculos moueri non sinant, extirpandę sunt, atque vbi opus sit contra laxitatē pugnandū. Opera hęc, quæ postulari diximus à partibus superiectis, partim necessaria sunt ante quā ad illa aggrediamur, quæ spectant ad articulū, partim dū illa efficimus, partim postea. Ante succurrendū est dolori, [u] neruorum distentioni, atque inflammationi; postquā omnia perfe-

D cta fuerint, remouere inflāmationis reliquias, & duritiem oportet: interea dum perficitūur, & dū confirmatur articulus repositus, dolorem, neruorum distentionem, inflammationem, & deuitare similiter oportet, & sanare si accesserint. Verum præter hęc requiruntur etiā alia opera, cū erumpenti articulo vulnus accedit, quæ in sequētib. proponētur, cum ea absoluerimus, quæ ad articulū & partes superiectas, vbi nō adijciatur vulnus, pertinent: prosequemur aūt primo ea quæ desiderari ab articulo monstrauimus, deinde illa quæ à partib. superiectis. Eorū, quæ ad articulos attinent, cōmune est omnium, vt affectū membrum [y] recte figuretur, & in eodē habitu a principio ad finem curationis, contineatur: sic enim homo minus dolebit, non ita superueniet inflāmatio, facilius adhibebitur vis ad extendendū, minori negocio recondetur articulus, & celerius confirmabitur, cū membrū bene figuratum, diutius quiescat, & immobile seruetur; quod non eueniret, si praue figuratū esset: moueri enim cogeretur intempestiue, periculumque esset ne repositus articulus iterū excideret. Idonea vero figura illa est, quæ musculos, chordas, venas, arterias, neque peruertit, neque distorquet, sed oīum rectitudinē tuetur: hāc [z] eligit ho-

a In hoc c. b Hipp. & Ga. com. 51 c Gal. li. de cōst. art. c. 78. & 4. de psag. puls. c. 11. d Hip. li. 4. de art. 16. e Hip. 4. d art. 30. & 31. f Hip. 4. d art. 64. g Hip. 2. de fract. 12. h Hip ibi. i Hip. 2. d fract. 33. k Ga. li. de const. artis c. 12. l Auic. l. 4. f. 1. tr. 1. c. 1. m Aui. ib. & Hipp. 1. de art. tex. 24. & 25 & l. 4. d ar. 64 n Hip 1. d artic. 41. & Hippo. ac Ga 6 aph. com. 6. o Aui. l. 4. fen. 5. tr. 1. c. 2. p Galen. 3. meth. c. 1. q Gal. 1. de fract. cō. 1. & Orib. li. de Machi. c. 83. r Gal. 1. de fract cō. 1. s Gal. 1. de frac. cō. 1. t Aui. loc. citato. u Cels. li. 8 c. 11 & Aui. loc. cit. x Celsus & Aui. loc. citatis. y Galen 6. meth. c. 5. Hipp. 2. de offi c. 28. z Ibi. Hip. & Gale. 6. meth.

mo à iusta natura edoctus, quamuis alioquin rudis sit & imperitus, plerumque etiam qui nihil E
capiunt consilij, nihil errant: sed medici qui decoram atque elegantem figuram affectant, sæpe
hominem offendunt: conuenit igitur media [a] inter extremas, hæc enim maxime secundum naturam est, sed simul habenda ratio est consuetudinis, permittendumq; est ægrotanti, vt membra figurata habeat, quemadmodum plerumq; consueuit: fere autem brachia magis habentur curuata quam extenta, crura contra magis extenta quam curuata, plerumque etiam brachium continetur pronum magis quam supinum, quæ figura perpetuo seruanda est. In vniuersum igitur eligi media figura debet inter curuatam & porrectam, inter pronam & supinam, habita ratione quantum fieri potest consuetudinis. Hac communi propositorum operum animaduersione constituta, pergamus ad singula pertractanda, & primo ad extendendum.

a Gal. l. 6. met. c. 5. & Hipp. 3. de offi. 27.

De distentione. Cap. VIII.

Membrum, cuius articulus erupit, quod breuius factum sit, extendi [b] debet, vt ad pristinam longitudinem redigatur, sed multo magis quod ossa inter se cesserint, vt sibimutuo occurrant, possitque articulus in suũ cauum compelli: requiritur hoc opus vbicunq; prorupit, non tamen adhibendum est nisi toleretur; at non toleratur, vbi febris, inflammatio, dolor, aut neruorum distentio superuenerint: periculose enim tũc vis adhibetur, & tractatur membrum, & idcirco expectandum [c] est dum conquiescant, præstat tamen antequam aliquid horum oriatur, membrum distendere, vt primo aut secundo die vsq; ad tertium, quibus diebus si non extendatur, expectandum est vsque ad septimum, neque adhibenda vis est, quo tempore solent proposita mala maxime hominem vexare: facilius adhuc tolerabitur, si membrum extendendum relaxetur ac molliatur: musculi enim non magna vi ducẽtem sequentur, & ossa paruo negocio dirigi poterunt. Molliunt [d] ac relaxant ea, quæ calida sunt & humida: maneat homo in aere calido, inungatur affecta pars buryro, adipe anserina aut Gallinacea, oleo chamæmelino, perfundatur aqua calida vel simplici, vel in qua decoxeris lini semen, radices altheæ, folia maluæ: vtitur etiam Hippocrates [e] leni motu articuli ad relaxandã iuncturam, & antequam reponatur, & postquam repositus ac confirmatus est, ad duritiem molliendam. Quantitas distentionis respõdere debet quantitati illius, à quo requiritur: sed cum requiratur a membro, quod breuius effectum est, & ab articulo qui dirigi debet, vt suo cauo è regione occurrat, eatenus extendendum est, quatenus & illud ad naturalem longitudinẽ redeat, G
& hic dirigi & recondi possit: facilius autem recondetur, & tractabitur, si membrum vis faciet paulo longius, quam naturaliter esse debet, neque periculum erit, ne iusto longius postea maneat: nam vbi medicus ab extendendo se recipiet, ad debitã longitudinem redigetur a musculis ad sua initia recurrentibus: quod si minus extendas quam oportet, nihil proficies, aut certe quam minimum, si magis, parum nocebis mollioribus vt [f] pueris, eunuchis, mulieribus, & his qui natura sunt humidiores, sed grauissime lædes eos, qui ætate robusta sunt, & natura sicci ac duri, quive plurimum exercentur: euenit enim corporibus nostris idem quod loris, quæ cũ mollia sunt facile extenduntur, cum dura, si vis adhibeatur abrumpuntur: quamobrem cauendum est ne duriora membra nimis intendantur; periculum enim esset ne fibræ abrumperentur, seque rerurque neruorum distentio, cũ ob dolorem atque inflammationem, a quibus excitatur materia ipsos replens, tum ob cerebri consortium, quod vt ipsos afficit, ita etiam ab ijsdem afficitur. Scribit etiam Erasistratus, [g] sese vidisse ex nimia intentione neruos resolui, id quod fieri posse verisimile est, cum ingenti vi adhibita conuelli queant, & destitui spiritib. animalibus sentiendi & mouendi vim præbentibus. Illud autem maxime deplorandum est, quod sæpe auxilia, quæ magis requiruntur, minus tolerantur, contra quæ facilius tolerarentur, non ita requiruntur: Inedia, exempli gratia, & purgatio magis necessaria sunt, cum morbus validior est, quam cum imbecillior, sed plerumque minus feruntur, quoniam vires cum eo imbecilliores sunt, contra vbi H
minus necessariæ sunt, magis ferri possunt, quoniã cum leuiori morbo vires minus debilitãtur; hoc idem accidit cum extendendum est: maior enim vis requiritur ad corpora duriora, sed minus ferri potest, imminet enim periculũ ne sequatur neruorum distẽtio: contra magis eadẽ perferri potest a corporibus mollioribus, quibus minus necessaria est. Sed præter corporum naturã spectare oportet magnitudinem & firmitatem iuncturæ: quæ maior & firmior est, maiorem vim postulat, vt femoris quam humeri, quanto maior est, tum cubiti, quam genu, quanto arctius illigatur [h]. Plurimum etiam potest vetustas & magnitudo casus: minori enim vi opus est, vbi articulus vel parum vel nuper erupit: maiori, vbi iam diu elapsus est, & vel ex toto recessit, vel multum abest à suo cauo. Superest ratio extendendi, quæ duplex esse potest, quandoquidem membra vel ab vtraque parte intenduntur, vel ab vna intenduntur, ab altera continentur: quæ maiori vi egent, tam a superiori quam ab inferiori parte extendi debent, & in contraria diduci: quæ minori, veluti mollia & parua, satis est si ab inferiori extenra, a superiori contineantur duntaxat, ne totum corpus ducentem sequatur, remittaturque vis extendens: ad continendum à superiori parte vtimur vel manibus ministri, quemad-

b Gal. li. de const. ar. c. 14. & 1. de fract. cõ 1.

c Cel. l. 8. c. 11. & Aui. lib. 4. fen. 5. tr. 1. c. 5. & Hipp. 3. de frac. 33 36. 40.

d Ga. 5. simplicium.

e Hip 4. de ar. 64.

f Hip. 3. de offic. 23. & Gal. in cõ.

g Gal. l. 3. de offi. cõ. 23.

h Hip. 4. de art. 64.

A quemadmodum [a] ad caput, cum extenditur maxilla à parte inferiori, vel ligno aliquo indito a Hippo.1. de art.18.
aut sub alas, cum brachia, aut inter summa femora, cum crura intenduntur. Sed multo maior
vis adhibetur, & magis membrum ducitur, cum simul in vtranque partem extenditur. Vtimur
ad intendendum modo solis manibus, modo laqueis, modo quibusdam alijs ad quæ [b] laquei il b Hippo.4. de art.63.
ligantur; membrum adhuc tenerum intendere etiam vnus homo potest, cum alteram partem
dextra, alteram sinistra manu prehendit. Valentius membrum duobus eget, qui admotis mani
bus in diuersa contendant, si grande sit velut femur, & in homine robusto atque ætate firma,
laquei vtrinque inijciendi sunt, & in diuersa ducendi, vel solis manibus prehensi, vel vbi maio-
ri vi opus sit, alligati ad [c] quædam alia. Sunt autem hæc vel instrumenta quædam ad hunc v- c Hippo.2. de art.a 41. ad 47.
sum parata, vt plinthium [d] Nilei, glossocomum Nymphodori, organum Fabri, scamnum Hip-
pocratis: vel aliæ res, quæ ad varios vsus vbique præsto sunt, vt bacula quorum imæ partes op- d Oribas.l. de Machi. c.6.7 8.
positæ motæ obijciuntur, summæ trahuntur manibus, accommodamus ad eundem vsum trabe
culas, lecti columnas, axes, qui conuertuntur quemadmodum in torcularibus, laquei fiunt ex
molli ac valida materia vt ex linteis, aut etiam ex lotis ac funibus, [e] panno vel lana obuo- e Hippo.4. de art.63.
lutis.

B

De ratione reponendi articulos prolapsos. Cap. IX.

CVm satis extentum membrum est, antequam intendentium vis remittatur, dirigi ar-
ticulus debet, ita vt suo cauo è regione respondeat, & paulatim intentione remissa
recondi, quo plurimum conferunt musculi, qui cum non amplius extenduntur, ad
sua initia recurrentes sursum ipsum attrahunt; ex quo patet idem tempus esse repo
nendi, quod extendendi, quemadmodum autem non licet membrum extendere, cum [f] febris, f Cell. l.8. c.11. & supra c antecedenti.
dolor, inflammatio, aut neruorum distentio superuenerit, ita neque articulum reponere, alio-
quin præcipitaretur æger, expedit ergo vtrunque opus cum primum erupit articulus, efficere,
dum locus adhuc [g] calidus est, antequam vel frigore vel humore confluente adstringatur, & g Hippo.4. de art.64.
idcirco ante [h] tertium diem, aut expectare vsque ad septimum dum leniantur mala, quæ su- h Hippo.3. de fract 33 36.40.
peruenire interea solent. Ratio reponendi in hoc consistit, vt articulus eadem via qua excef-
sit, ad suam iuncturam reuertatur, sed contrario modo, veluti cum Thebis Athenas reuertimur,
idem iter facimus, quod cum Athenis Thebas profecti sumus, sed contrario modo, nam quod
in discessu primum factum est, vltimum fit in reditu. Eadem ratio est articulorum qui in suam
sedem restituuntur, cogendi enim sunt retro commeare eadem via, qua excesserunt, & iter
C quod postremum fecerunt excedentes, primum facere redeuntes. Vt autem facilius ac cele-
rius redeant, eodem tempore quo impelluntur, attrahi debent, non secus ac succi qui nuper
ad partem aliquam confluxerunt, vt retro commeent, reprimentibus medicamentis impellun
tur simul & attrahuntur deriuantibus; attrahuntur articuli à musculis, qui cum intentionis vis i Gale.1. de fract cō.1.
remittitur, ad sua initia recurrentes secum [i] attrahunt articulum, & versus suum sinum addu-
cunt, impelluntur à medico dum in ipsum reuertantur, à quo simul etiam os in quo cauum est,
adurgetur uersus articulū ut celerius concurrant: eatenus aūt & articulus impellitur, & cauū
adurgetur, dum ille in hoc recipiatur, neque enim possumus aut debemus vlterius impellere
aut adurgere, sicut & possumus & debemus membrum contractum vlterius extendere & lon-
gius efficere, quam naturaliter esse debeat, quemadmodum [k] supra declarauimus. Reditum k Sup.c.8.
articuli in suum locum patefacit sonus, qui sæpe exauditur cum reconditur, idem colligitur ex
munere membri, quod cum ijsdem motibus mouetur, quibus solet cum sanum est: necesse est ar
ticulum in suo sinu contineri, ex quo cum excessit, nequit membrum in eas partes moueri, in
quas ante mouebatur: at hoc periculum facere graue est, cum debeat membrum seruari immo
D bile, ne iterum articulus elabatur, expedit magis ad exemplum alterius quæ sana est, iunctu-
ram affectam existimare, siquidem cum articulus in sua sede continetur, illa similis est alteri,
quæ sana est, natura enim iusta est, meritoque [l] Hipp. ex collatione cum sanis iuncturis, voluit l Hippo 1. de offi tex. 24. & 1. de art 14.
tam prolapsos, quam reconditos articulos deprehendi: dissimilis enim est sanæ, illa vnde arti-
culus excessit, contra similis illa, in qua restitutus est. Vis in impellendis atque adurgendis ar-
ticulis, maior conuenit maioribus, minor minoribus, maior item cum magis iunctura adstricta m Hipp.1. de arti.25. & 26.
est, minor cum laxior, præterea maior in duris & crassis corporibus, minor in mollibus [m] &
gracilibus. In vniuersum maiori vi opus est ad reponendos articulos, qui difficilius excidunt,
minori ad illos qui facilius, eadem enim ratio est facilitatis & difficultatis in recondendo, quę
in expellendo; articuli qui vix expelli possunt, vix etiam reconduntur, & maiorem vim deside-
rant. Vtimur autem ad impellendum solis manibus, vbi non magna vi opus est: quæ vehemen- n Hippo.1. de art.12.
rius compellere oportet, non tantum manibus, sed simul etiam instrumentis compellūtur. Vti-
tur [n] Hippoc. ad recondendum humeri caput calce ac pila in sinum alæ inditis, vtitur & [o] pi o Hipp.ibi. tex.15.
stillo in alam demisso & spatha lignea. Adhibet linteum durum implicitum, vbi recondendus
est cubitus. Defigit asserem [p] in parietem excauatum, ad impellendas spinæ uertebras, quę p Hippo.3. de art. tex. 49.
suo loco excesserunt. Admouet interdum vectes demissos in aliquam ex fossis illius scamni,
cuius

cuius ipse auctor fuit ad varios articulos reponendos, proprie autem eos, qui cum vulnere nu- E
a Oribas. Machin. c. 27. & 28. dati sunt, impellit paxillo adacto. Organum a fabri, in summo habet axem gibbum, quo veteres humeri caput prolapsum in suum cauum reponebant. Itaque cum maiori vi opus erit, non contenti erimus manibus, sed aliquo idoneo instrumento simul vtemur.

De vinciendo, ac fulciendo articulum repositum. *Cap. X.*



VT repositus articulus fideliter contineatur, membrum primo fascijs, ac fulcris debet adstringi, deinde ita collocari, vt immobile maneat dum confirmetur, agemus ante de fascijs & fulcris, deinde ad collocationem transibimus. Fascias igitur eligere
b Gal. l. de fascijs in procemio. idoneas oportet, & apte alligare: idoneæ sunt quæ fiunt ex b linteis scissis, lenes, te
c Hip. 2. de offic. 19. & 26. nues, molles, c mundæ, sic enim locum affectum commode astringunt, & nõ nimis onerant, sint autem longæ & latæ quantum postulat d affecta pars, quæ vbi maior sit, longiores, & latiores desiderat, vbi minor, minus longas & minus latas. Communiter sufficit longitudo quatuor e
d Ga. li. de fascijs in procemio. aut quinque cubitorum illius qui alligatur, latitudo totidem digitorum eiusdem hominis. Se- F
e Hip. 3. de off. tex. 7. curitas, quam affert angustia, compensatur numero circuituum. Plures autem fasciæ necessariæ sunt, cum fulcra adhibentur, nam præter eas quæ primo dantur ad continendum, alias f super dare oportet ad firmanda fulcra. Ita autem alligandæ sunt fasciæ, quas delegeris, vt inhæreãt,
f Gal. 1. de fract. com. 36 postinque opus efficere, propter quod adhibentur, quod succedet, si qua parte conuenit, collocetur principium & finis, magis circumuoluantur magis adstringantur, preterea si vt conuenit attrahantur, vel magis ab vna parte quam ab altera, vel æqualiter ab vtraque. Primo igitur
g Hip. 2. de Medicatrina texi 16. 17 & Ga. l. de fascijs i procemio. multum interest ad vinculi stabilitatem, qua parte principium fasciæ collocetur. Veteres medici g certas sedes statuerunt, vnde vinculum inciperet, vt in capite vinciendo occipitium, in humero alam, in brachio primam palmæ partem, in inguine ilium, in crure initium pedis, quibus locis firmiter collocari fasciæ initium viderunt. Plurimum etiam refert ad opus efficiendũ qua parte incipiat; siquidem ille locus magis adstringitur, vbi illa primum injcitur, reposito articulo magis adstringere iuncturam oportet, quam alias partes, quamobrem necesse est fascia ordiatur ab ipsa, modo non sit exulcerata: finis vero statuendus est, vbi & firmiter contineri possit, & minus adstringẽte oporteat, comparatur. n. vinculo firmitas, cũ fascia postremo circumuoluitur qua valentissime hæreat, & priores circuitus vagos atque obliquos firmet, plurimum autem super iuncturam circumuoluere fasciam oportet, ibidem magis arctare, quam super alias partes, quoniam iunctura magis adstringenda est, cauendum tamẽ ne nimis arctetur, G
ne dolorem atq. inflammationem concitet, & aditum intercludat, vel alimento, sic vt membrũ tabescat, vel etiam spiritui vitali, sic vt intereat. Non tantum laxius alliganda est, ne firmitate careat, & quod propositum est non satis efficiat. Ea igitur moderatio adhibẽda est, vt insidat, non tamen comprimat, sic sine molestia continebit articulum elapsum, quod propositum erat, & repellet humores, qui vel influunt, vel nuper influxerunt, quod necessarium est, ob partes suspectas, vt in sequentibus ostendemus. Cognosces te eiusmodi moderationem esse consecu-
h Hip. 1. de fract. 38. & 39. & 40. tum, ex eo quod homo, qui deligatur, primo h die dicet se premi, posteriori minus, tertio fere nihil: non tñ ita adstringenda est, cum dolor aut inflammatio hominem vexat, sed vel antequã superuenerit, vel postquam cessauit, vt ante quartum diem vel post septimũ. De ratione attrahendi, scire licet interdum fascias primo medias inijci, & æqualiter in vtranq. partem attrahi, in dextram scilicet & sinistram, atque has æqualiter ab vtraque adducere opus adducendum
i Hip. 1. de fract. 31. est, sed sæpius incipere ab vno capite tantum, ac necessario attrahi i uersus dextram, aut uersus sinistram, adducereque ab ea parte, à qua attrahuntur, atque has conuenire ubi pars præter naturam inclinat, quam dirigent si inde attrahantur, quo illa vergit. Cum cõfirmandi sunt articuli repositi, attrahenda fascia est ab ea parte, in quam prolapsi erant. Accommodatur autem hæc ratio vinciẽdi ad membra vt ad crura & brachia, in quibus repositi sunt articuli prolapsi, circundatur enim fascia quæ à iunctura incipiat, & super ipsam obuoluta ad alias partes feratur, & desinat in eodẽm membro, in quo incepit. Vbi non liceat affectam partem, quẽ- H
admodum membra, fascia circumuoluere, necesse est porrigatur ad partem oppositam, quæ affectæ congruat, congruit autem cum capite humeri fascia ad alteram alam demissa, cum inguine, ad alterum ilium: contineri enim vinculum debet, ne ad superiora uel inferiora procedat, & idcirco fasciam dare oportet ad partem integram. Vbi uerisimile est vinculum totũ sursum ferendum esse, a contraria parte attrahere deorsum conuenit, vt in capite humeri, non ad alterum humeri caput, sed ad alam, in inguine, ad alterum ilium. Hæc. n. pars consentit, qui modus vinciendi idem efficit, quod proxime expositus, modo fascia primo inijciatur loco affecto, & ipsum magis obuoluat atque adstringat. Sed quia pleraque fracta postulant, ut fascia super af
k Ga. li de fasc. c. 116 fectum membrum incipiat, obuoluatur, ac desinat, ideo eiusmodi ratio uinciẽdi fracturas k inscribitur, quod ad ipsas maxime pertineat, non quod non pertineat etiam ad quosdam articu-
l Gal. li. de facijs cap. 120. los repositos; sed quia horum plerique & maximi, ueluti femoris atque humeri caput, amant eam uinciendi rationẽ, quæ ad partem oppositam fertur, inscripta l est articulorum, quoniam ipsis

A ipsis maxime aptatur, quamuis conueniat etiam quibusdam fracturis. Composuit Hippocrates opus vnum quod de fracturis inscripsit, & alterum quod de articulis, in hoc non omnes articulos tractauit, sed eos tantum qui illud vinculum amant, in quo fascia fertur ad partem oppositam, cum quibus coniunxit fracturas illarum partium, quibus hic vinciendi modus aptatur, vt maxillæ, nasi, costarum, vertebrarum spinæ: contra in illo persequitur fracturas illarum partiũ, super quas fascia incipit, obuoluitur, ac desinit, neque vllo modo porrigitur ad oppositas; eiusmodi sunt crura & brachia, quibus fracturis adiecit illos articulos restitutos, qui eundem vinciendi modum desiderant, cuiusmodi est cubitus, cum recedit ab humero, femur cum à genu, tibia cum à pede, tum quæ in manu ac pede erumpunt: nam siue ossa fracta & composita, siue articulos prolapsos ac reconditos alligare debeamus, eo modo adhibendum vinculum est, [a] qui maxime aptatur loco affecto: vtrũque autem propositorum & ad continendum valet, & ad repellendum, quæ duo necessaria sunt, tam vbi curantur fracturæ, quam vbi articuli prolapsi. Ad illum vinciendi modum, qui articulis potissimum aptatur, vtimur vna fascia longa, quæ super affectam partem obuoluta feratur [b] ad oppositam, vbi vinculum firmet: ad alterum vero qui maxime fracturis conuenit, Hippocrates [c] duas fascias adhibet, quas nominat ὑποδεσμίδας, qđ subijciantur fulcris & alijs fascijs, quæ quod superdentur ab eodem nominantur [d] ἐπιδεσμίδες. Ex duabus autem fascijs, quæ subijciuntur, prior qua vitium est inijcitur, sic vt insidat non [e] ta-

B men vehementer adstringat, sed cum iterum ac tertio ibi circundata est, sursum versus obuoluitur, vt in summo membro laxior finiatur, altera [f] quæ longior sit, primo similiter super locũ affectum obuoluitur, tum deorsum versus fertur leuius adstricta & ex maiori interuallo circundata, tum ab inferiori parte sursum relata obuoluitur, dum eadem sede qua prior finiatur: ab his duabus fascijs continetur fideliter os, quod compositum ac restitutum est, & humor repellitur nonnihil deorsum, sed plurimum sursum.

Fulcra, quæ ab Hippocrate ἐρμάσματα & στηρίγματα dicuntur, firmitatem addunt priorib. duabus fascijs, quas diximus nominari ὑποδεσμίδας [h] sed præterea adstringunt affectum locum, atque idcirco conferunt ad fideliter continenda ossa fracta & composita, & ad confirmandos articulos in suam sedem restitutos, habent etiam vim repellendi, [i] & eatenus locum affectum ab inflammatione tuentur. Constant fulcra ex lana, stupa, pannis, ferulis, maxime autem idonei sunt ad fulciendum panni ex multiplici linteo facti in figuram splenis, qui propterea dicuntur ab Hippocrate σπλῆνες, duplicem autem illis vsum tribuit, [k] vnum vt contineant fascias, quæ primæ inijciuntur, alterum vt compleant partes, quæ in extremitate tenuantur, [l] veluti brachia versus manus, & crura versus pedes, quibus partibus solent fasciæ delabi, nisi compleãtur, complentur autem pannis, & hoc pacto membrum æquatur, sic vt vinculum deinde illi

C firmius inhæreat, hic vsus tandem ad firmandum vinculum reuertitur, & eatenus ad fideliter continendum atque ad repellendum, sed ipsi quoque panni per se continendi ac repellendi vim habent, siue autem ad continendum siue ad complendum adhibeantur, deligere idoneos oportet, & delectos recte inijcere. Attenditur in delectu qualitas, crassitudo, [m] longitudo, numerus.

Consistit autem qualitas in eo, vt fiant ex linteis mollibus [n] & tenuibus, proprie autem illorum qui dantur ad continendum fascias longitudo æquet iniecti vinculi longitudinem, latitudo vero trium [o] sit vel quatuor digitorum, crassitudo [p] tanta, quantam efficit linteum triplex, aut quadruplex datum: numerus is sit, qui ambiat affectam partem, non maior aut minor: debent autem non fasciarum modo serpere circa membrum transuersi, sed in longitudinem inijci, ita vt vniuersum vinculum ex primis fascijs constans, amplectantur. Illorum vero qui complendi causa dantur, longitudo [q] tanta sit, vt ambiant membrum complendum: latitudinis & crassitudinis coniectura fiat de eo, [r] quod deest: ita ergo longi sint ad complendum, vt membrum quod alligandum est, complecti in orbem possint, nam si longiores sint, quam vt partis

D habitum æquent, [s] necesse erit extremitatum altera alteri insidente reddi membrum tumidũ, & magis ea parte quam hinc & inde: quamobrem vinculum inæquale erit, & idcirco laxius: sin [t] breuiores sint, quam vt extremi se tangant, cum aliquid inanis spacij relinquant, vinculum contraria ratione inæquale erit, siquidem locus in his necessario reddetur inanis & cauus, perinde atque vbi longiores erant, gibbus & eminens, latitudo autem & [u] crassitudo accommodetur pro magnitudine membri, ea autem parte qua tenuius est inferiori videlicet, debent crassiores esse, superiori qua crassius [x] tenuiores: tot autem numero conueniunt, quot cõpleãt quantum membri extenuatur. Inijciendi vero sunt [y] paulatim, nam si multi subito darentur, talem habitum membro compararent, qualem prius habebat, neque quod propositum est complendo æquarent: sic vero insidant, vt fulciant & comprimant, quicunque autem dantur ad cõplendum, magis necessarij sunt ossibus fractis quam prolapsis: at siue ad continendum siue ad complendum admoueantur, decident nisi alligentur, quamobrem superdandæ illis sunt aliæ fasciæ, quas Hippocrates vocat ἐπιδεσμίδας, [z] tuentur hæ vinculũ vniuersum, quale exceperint, duæ vero sufficiunt, [a] quæ aduersæ inter se procedant, vna attrahatur à dextra parte, altera à sinistra, tum vna à superiori, altera ab inferiori, nam si ita ducantur inter se aduersæ, retinebũt vinculum quale acceperint, & quod à dextra & sinistra parte procedant, reddent æquale, sic

vt in

a Gale. l. de fascijs in procem.
b Hippo. 3. de off. 31.
c Hipp. 1 de fract 31. & Gal. cõ. 32.
d Hipp. 3 d' offici. 6. & Gal. in cõ.
e Hipp. 1 de frac. tex. 24 & 25.
f Hipp. 1 de fract. à 27. ad 30.
g Hippo. 3. de off. prope fin. tex. 36.
h Gal 3. de offi. com. 6
i Hippo. 3. de off. 36.
k Hippo. 3. de offic. ab initio.
l Hippo de fract 34.
m Hipp. 3. de offic. 1.
o Hip. 3. de offic. 9.
o Ibid. 7.
p Hip. 3. de off. 1.
q Hip. 3. de off 2.
r Ibid.
s Gal. 3. de offi com. 2.
t Gal. ibid.
u Hipp. de off. 10.
x Hip. 1. de fract. 34.
y Hip. 3. de off. 2. & 1. de fract. 34.
z Hip 3. de of. 6. & Ga. in com.
a Hip. 1. de fract 33.

a Galen. in comm. vt in neutram partem inclinet: sic autem paulo a longior, quæ ab inferiori parte sursum fertur, quam quæ à superiori deorsum, quod tutius est, cum expediat sanguinem magis ad summam, quam ad imam membri partem depelli. E

b Gal. 4. de off. com. 11 Ferulæ sunt quasi laminæ, quæ præter pannos dantur ad vinculum b firmandum, & ad articulos qui restituti sunt, continendos, sunt enim validiores pannis, quibus adijciuntur cum res postulat, cum scilicet magis firmare vinculum, & continere ossa restituta oportet. Materia ex qua ferulæ fiunt, præcipua ferula est, vnde nomen traxerunt, quamquam fiunt etiam ex ligno, c Hippo. 3. de off. 11. quod læue sit & facile flectatur, vt salice, fago, pinu, palma, arundine ex quocunque fiant, c leues sint, ne onerent, d lenes ne exasperent, facile etiam flectantur, ne premant. Quod attinet d Hipp. ibi. & Gale. in comm. ad formam, crassæ inæqualiter sint, mediæ quidem pleniores, qua sedem affectam attingunt, ab extremo tenuiores, & idcirco derasæ ac resimæ, vt alias partes minus vrgeant: latitudo fere e Hipp. ibi. sufficit duorum digitorum, sed longitudo minor e sit quam iniectum vinculum, ne nudam cutem attingant: alijs tamen hominibus ac membris alia conuenit ferularum longitudo ac lati- f Hippo. & Gal. ibid. tudo: dentur vero breuiores è regione f articuli quam alibi, & idcirco habeantur inæquales, g Hippo. 3. de fract. 11. vt vbique præsto esse idoneæ possint: fugiantur tamen vbi prolapsis articulis vulnus g accessit, nam comprimendo possent inflammationem & gangrænam efficere: vel si adhibeantur, non F h Hip. 3. de fract. 11. dentur è regione h plagæ. Non quiuis autem locus ferulas admittit, nam neque caput, neque thorax, neque venter, quas partes solis pannis fulcimus, sed membra duntaxat vt brachia & crura. Ad eas etiam quæ inæqualiter sunt vt manus & pedes, non bene accommodantur: no- i Hippo. & Gale. 2. de fract. 61. & 3. de off. 11. cent præterea si dentur vel super i chordas musculorum cuti proxime subiectas, supra calcê, vel super extantes ossium processus, vt ad talos, comprimuntur enim chordæ, & exulceratur cutis interiecta inter ipsas, & ossa, quo circa non dantur ad brachium è regione K pollicis aut mi K Hippo. 1. de frac. 41. nimi digiti, neque ad eam partem cubiti, qua innitimur. Duos autem digitos inter se distent cum impositæ sunt, plus minusve pro magnitudine loci cui inijciuntur. De tempore, quo dan- l Galen. l. 6. meth. c. 5. dæ sunt, scire licet quamuis & ad continendum, & ad vinculum firmandum à principio ad finem curationis requirantur, non tolerari vbi superuenerit l inflammatio, febris, aut dolor: quæ m Hippo. 1. de fract. 41. obrem non adhibentur ab Hippocrate m nisi post septimum diem, quo tempore mala illa finiri solent. Vbi impositæ sunt, tenentur dum confirmentur articuli, qui vt in prognostico decla n Sup. c. 6. rauimus, n si maiores sunt, pluribus diebus, si minores, paucioribus confirmantur, quamquam o Hippo. 1. de frac. 42. plurimum distat natura à natura, & ætas ab ætate. Interea resoluenda non o sunt, nisi aut dirigere ossa oporteat, p aut succurrere inflammationi, dolori, prurigini. Iam vero ad ferulas fir- p Hippo. 1. de frac. 41. & 44. mandas, ne decidant, superimponere panniculos oportet, q & filo vel fascia alligare, quæ ita G q Hippo. 1. de frac. 41. arctentur, vt non sinant illas cadere, non tamen comprimant membrum, præsertim vbi febris sit, tunc enim multo laxius alligandæ ferulæ sunt, arctandæ r tamen cum vinculum laxius sen- r Hippo. 2. de offic. 28. & 3. de off. 10. & 27. & Gal. 6. metho. c. 5. titur, quod tertio quoque die euenire solet, satis autem est, si tunc vinculo non resoluto ipsæ duntaxat adstringantur.

Qua ratione collocari restitutus atque alligatus articulus debeat. Cap. XI.



f Hipp. 1. de fract. 51. & 52. AD continendum articulum repositum nihil aut parum valerent fasciæ aut fulcra, nisi pars affecta quiesceret, & immobilis seruaretur, quamobrem vt quiescat recte f collocanda est; recte collocabitur, si in ea figura persistat, quam natura & consuetudo postulat, quamve à principio curationis elegimus; tum si firmetur ac stabiliatur. Brachium seruatur immobile, cum ex ceruicibus suspenditur per mitellam latam & mollem, multum brachij cum prima palmæ parte equaliter sustinentem: crus iacere debet subiecto cer t Hipp. 1. de fract. 63. & 64. & 3. de off. 18. uicali, t aut canali aliquo per totum pertinente alligatum. Aliæ iuncturæ alio modo stabiliuntur. Sed quia habenda est ratio partium articulo superiectarum, propulsare inflammationem oportet, vt in sequentibus ostendemus. Quo spectat habitus affectæ partis paulo sublimior u u Hipp. 1. de fract. 22. & 2. de fract. 33. quam reliquum corpus; nam sic sanguis non ita facile potest ad ipsam confluere; cauendum tamen ne multo sublimior iaceat, quoniam sic doleret, dolor autem sanguinem atque x inflammationem concitat; eatenus ergo sublimior habenda est, quatenus non doleat; cum homo par x Gal. 2. de diff. febr. c. vlt. tem tendi sentiet, iudicabis fuisse collocatam iusto altiorem: semper autem cauendus est habitus humilior, ne pars impleatur, sublimis vero eatenus excipiendus est, quatenus dolorem non H y Hippoc. afferat. Monet autem y Hippocrates cum homo diu supinus iacet, partes quæ cingunt os sacrũ calefactas torpere, atque exulcerari, ęgerrimeq. postea ad sanitatem perduci, ob subiectas cuti cartilaginosas ossium extremitates, quæ nudaræ cicatricem vix recipiunt, hoc vbi suspicemur, necesse est corpus leniter moueatur, & in aliam partem conuersum iaceat, diuturnum enim tẽ z Sup. c. 6. pus est, quod grandiores articuli postulant vt confirmentur, quemadmodum in prognostico tradidimus: digitis necessarij sunt 14. dies, pedi & manui 20. cubito & genu 40. humero 50. femori 60. Quo tempore vt iunctura immobilis contineri fideliter posset, nunquam resoluenda esset, nisi superiectæ partes obstarent: sed quid hæ postulent, iam exponendum est, nam satis egimus de operibus ad articulum attinentibus.

De

De operibus quæ in curatione requiruntur à partibus articulo superiectis. Cap. XII.

A PArtes articulo superiectas diximus esse musculos,neruos,chordas,venas,arterias,&
ligamenta vna cum cute,quarum habenda ratio est,propter se ipsas,& ne male af
fectæ subiectum articulum contaminent;solent autem vexari dolore, neruorum di
stentione,prutigine,inflammatione,duritie,laxitate,quæ mala quãtum fieri potest
deuitanda sunt,& curanda cum superuenerunt,id quod fiet partim nouis operibus atq; instru
mentis adhibitis,partim his quæ dicta sunt ad articulum pertinere,huc aliquo pacto directis,
quod perspicuum fiet, si vnumquodque seorsum persequamur.

Veniant primo in medium duo symptomata dolor,& neruorum distentio,quibus potissime
torqueri solent partes iuncturæ superiectæ,concitantur autem à causis & internis & externis.
Internæ causæ sunt succi,quos primum non sinemus contrahi in affecto loco, deinde cum iam
contracti sunt,exhauriemus,quemadmodum paulo post monstrabimus, cum de inflammatio-
ne loquemur.Externæ maxime ad astrictionem pertinent:quæ astringuntur in dolorem ac di-
stentionem incidunt,quæ relaxantur,longe minus vtrique exposita sunt,quamobrem vt dolo-
ri & neruorũ distentioni occurramus,vitabimus ea,quæ cogunt & adstringunt propositas par
res,& idcirco non extendemus [a] membrum,non recondemus articulum , non alligabimus ar- a Cels. li 8. c. 11.
B cte,non admouebimus ferulas ad fulciendum,donec eiusmodi symptomata conquieuerint.In
terea vtemur relaxantibus præsidijs,vt fomento aquæ calidæ,aut olei vel simplicis vel chamę-
melini,contra neruorum distentionẽ proprie pugnabimus,per ea,quę molliendi vim habeant,
data non solum ad sedem affectam,sed ad superiorem quoque [b] vnde nerui trãseunt.Adhibea b Gal 6.metho. c.3.
tur lana succida mollis in oleo intincta, inungatur butyrum, adeps gallinacea vel anseri-
na,iaceat homo in cubili molliori, & vitet frigus quantum potest, sed maxime pręsens reme-
dium est,assidue fouere locum oleo calido.

Prutigine tentari solet cutis sub vinculo,quod retineantur succi,& vapores acres , [c] qui pri- c Gal. 1. de frac cõ. 40.
mo excitant prurientium sensum,deinde etiam pustulas,& tandem vlcuscula, quibus prouidẽ d. Ga. ibi. &
dum est perfusione aquæ [d] calidæ,quæ cutem relaxat,& intus lædentibus exitum præbet,præ- Hipp. 1. de
terquam quod & acrimoniam temperat,& succos tenues reddit,sic vt facile possint exhalare frac. 43.
At nequit perfundi affectus locus,nisi vinctum resoluatur,quamobrem Hip.[e] tertio quoq; die e Hipp. 1. de
vsque ad septimum ipsum resoluit, & vbi opus est aqua calida perfundit,deinde ferulas impo- fract. 43.
nens alligarũ vinculum continet,[f] dũ transeat dimidiũ illius temporis,quo solet articulus con f Hipp. ibi.
firmari,tũcq; resoluit,& rursus alligat,& alligatum relinquit, dũ articulus ex toto cõfirmetur: text. 41. &
C interdum tamen si quid mali superueniat [g] veluti prurigo,pustulæ,vlcuscula,resoluendum cen 44.
set:quod si ad articulum duntaxat spectaret , à primo die quo reconditur, vsque ad eum quo g Ibid. text. 44.
confirmatus est,perpetuo vinculum alligatum [h] relinqueret,quod plerique nunc faciunt : sed h Hipp. ibi. 41.
quia spectat ad partes superiectas,ne homo aut frustra crucietur,aut in graue aliquod malum
incurrat,resoluit quemadmodum monstrauimus,& aquam calidam perfundit, id quod multo
magis efficit,cum prolapso articulo vulnus accessit:quem casum in sequentibus exponemus.

Inflammatio nunc sequitur,quæ solet his partibus violatis superuenire, quamobrem & pro
pulsanda est,& vbi iam superuenit,auferenda . Propulsabitur si detur opera ne noxius humor
ad affectum locum concurrat:non concurret si & non contrahatur nouus in corpore ægrotan-
tis,& ille qui iam contractus est,non permittatur ferri ad affectum locum.Ne nouus contraha-
tur prouidebimus subtrahendo materiam,ex qua gignitur,esculenta videlicet & poculenta,[i] à i Gal. 6. metho. 5.
quibus tanto magis homo abstinebit,quanto maior inflammatio impendet:impendet parua ,
vbi parui articuli prolabuntur , quamobrem parua tunc imperanda inedia est; sed magna, vbi
grandiores articuli expelluntur,tunc siquidem magnæ expectãdæ sunt inflammationes:maxi-
D me autem seruanda inedia est vsque ad septimum diem,intra quem solet affectus locus inflam
mari:abstinendum tunc penitus à vino est,bibenda aqua,vel simplex,vel mulsa,sumendus pa-
nis ex aqua,vel cremor ptissanæ hordeaceæ:hac via nõ contrahetur vlterius humorum copia .
Qui iam contracti sunt , prouidendum ne ferantur ad locum [k] affectum, ne ve ab ipso admitti k Gal. 6. metho. c. 5.
aut attrahi possint.Non ferentur si trahantur ad contraria, quod opus dicitur auersio, qua in-
terdum emittitur ex corpore,quod ad contrarium locum allicitur,interdum relinquitur:effica
cior est cum effusione quam sine,necessariaq; est vbi corpus plenum est:quamobrem tunc seca
tur vena [l] in parte contraria,si vires permittant,plurimumq. sanguinis mittitur missione itera- l Gale. 2. ad
ta. Vbi per vires vel ætatem non liceat sanguinem detrahere,confugimus ad purgationem, da Glauc. c. 2,
turque cathartieum, quod vomitum moueat , inferioribus articulis excidentibus ; quod deie- & 13. meth.
ctionem,superioribus. Post sanguinis missionem,aut purgationem, veniendum erit ad alteram c. 5. & 6.
auersionis speciem,quæ humores relinquit in parte,ad quã attrahit: perficitur hæc per cucur-
bitulas, [m] frictiones,vincula, medicamenta calefacientia, quibus auxilijs vti etiam licet, vbi m Gal. ibi.
vel quod humores pauci sint, vel quod vires imbecillæ, aut non mittitur sanguis, aut non pur-
gatur corpus. Ne affectus locus attrahat ab alijs partibus humorem, prouidebimus remouen-
do causas ob quas trahere solet,hæ autem sunt dolor, & calor:dolori occurremus, vt proxime
docuimus,

docuimus,pressum,atque adstrictionem vinculi & fulcri vitantes, & adhibentes remedia rela- B
xantia,quæ si diutius adhibeantur,nocent, redduntque partem ad accipiendos influentes hu-
mores maxime habilem:calorem curabimus refrigerantibus,quæ quatenus vim habent repel-
lendi,prohibent ne recipiantur influẽtes humores,quod similiter propositum erat: vtimur au-
tem ad repellendum non tantum medicamentis,sed etiam vinculo,& idonea collocatione:su-
a Sup. c. 11. pra [a] enim ostendimus affectam partem paulo sublimiorem collocandam esse, quandoquidẽ
humores facile descendunt, ita vt collocare sublimiorem aliquo modo sit repellere : ostendi-
b Hip. 2. de off. 32. mus [b] tamen cauendum esse nimis sublimem habitum, quod dolorem afferat,& inflammatio-
nem conciret. Vinculum vero repellendi vim habens,est quod primo datur,sępius obuoluitur,
& magis adstringitur super affectam partem,quam super alias. Medicamenta repellentia,qui-
c Hip. 3. de offic. 14. bus [c] Hippocrates vtitur sunt inunctio cerati liquidi & perfusio [d] vini, sed vinum, quia labo-
d Hip. 3. de fract. 24. riosam & assiduam operam postulat, non adhibetur, nisi cum res maxime vrget, hoc est cum
erumpentibus articulis adijcitur vulnus. Ceratum liquidum sufficit, vbi articuli sine vulnere
elabuntur:duplici autem nomine prodest,& quod vt frigidum repellat, (non tamen nimium,
nam sic dolorem afferret,& neruorum distentionem,sed moderate sic vt dolorem magis leniat
quam excitet) & quod vt glutinantis vim habens efficiat vincula firmiora : componitur au-
tem ex cera & oleo siue simplici,siue rosa condito, quod si resinam quoque accipiat, firmius F
e Hip. 3. de offic. 14. & Gale. in cõ. vinculum continebit,sed minus poterit repellere, eligatur [e] autem purum non mixtum cum
sordibus,& molle,non tamen nimis,ne calore tabescat ac resoluatur : æstate frigidum conue-
f Gal. 2. de of com. 26. & 3. de off. com. 14. nit, hyeme tepidum, præsertim vbi timetur neruorum distentio. Inunguntur eo non tantum
partes affectæ,sed etiam panni [f] & fasciæ, non tamen nimis large, ne supernatent, & minus
stabiles reddantur,nec nimis parce, ne siccentur, prius quam tertio quoque die resoluantur.
Vtile est ceratum à principio curationis vsque ad finem, quanquam magis necessarium vsque
ad septimum diem, tunc enim maxime repellere oportet. His auxilijs propulsanda est im-
minens inflammatio : illam vero, quæ iam facta est, curabimus adempto humore, à quo
proficiscitur : adimitur hic cum vel cogitur reuerti ad partes vnde venit, vel extrahitur inde
g Supra li. 28. c. 1. vbi est, vt ostensum est in superioribus [g] libris. Cogitur retro commeare impulsu vel tra-
ctu : ad impulsum valent remedia repellentia, quæ proxime commemorauimus, neque enim
efficiunt duntaxat, vt non admittatur influens humor, sed eum quoque exprimunt, qui nu-
per influxit. Attrahitur hic etiam ad partes vicinas,& ita deriuatur, cogiturque ad partes re-
h Supra ibi. uerti vnde venit,siue in illis maneat,siue effundatur. Effunditur vbi aperitur vena [h] in loco pro-
pinquo,remanet vbi ad ipsum attrahitur per cucurbitulas,frictiones,medicamẽta calida,nul-
i Sup. ibid. lo dato exitu vnde possit educi. Ille autem qui retro commeare non potest, extrahi debet ex [i] G
loco vbi est,siue obscure per digerentia præsidia vbi paucus sit,& non valde crassus, siue aper
k Gale. 14. meth. c. 10. & 2. ad Gl. 9. te vbi multus aut crassus, [k] ductis scalpello pluribus lineis atque altioribus in affecto loco, &
cucurbitulis defixis.

Durescunt interdum partes articulo superiectæ ob inflammationis reliquias, neque libere
repositum articulum aut mouent, aut moueri sinunt, quamobrem molliri debent, ut digeri ma-
l Hipp. 3. de offic. 25. teria possit, quam contraxerunt. Huc spectat frictio, [l] quæ cum pauca & mollior adhibetur, la-
m Hipp. 4. de art. 64. xiorem reddere iuncturam potest, sicuti cum multa & dura, arctiorem : [m] efficit enim sensim
mollitérque adhibita, vt discutiantur inflammationis reliquiæ, varie autem procedat oportet,
modo sursum, modo deorsum, modo à dextra parte in sinistram, modo à sinistra ad dextram,
ita vt molliantur omnes musculorum fibræ. Idem præstat & lenis articuli motus, nam si citra
violentiam,& citra dolorem dimoueatur, mollietur & relaxabitur iũctura : quamobrem etiam
n Hipp. ibi. dum reponitur, [n] leniter dimouendus est, vt locus laxior reddatur, sed postquam repositus &
confirmatus est, si leniter agitetur, dissipabuntur inflammationis reliquiæ iuncturam alligan-
tes,& reddetur motus expeditus. Plurimum etiam prosunt medicamenta molliẽtia, vt adeps,
medulla, butyrum, radix altheæ, semen lini, ammoniacum; nam siue simplicia, siue inter se mix-
ta imponantur, duritiem molliunt, & iuncturam relaxant. H

Laxitas vero earum partium, quæ superiectæ sunt articulo, vt musculorum, chordarum, liga
mentorum, siue in vtero contracta sit, siue aduentitia ob humorem quasi muccum in ipsis col-
lectum, curari debet : nam si maneat, articulus iterum elabetur. Curatur per ea quæ siccandi
vim habent, siue ad victum spectent, siue ad medicamenta, siue etiam ad chirurgiam. Sub victu
comprehenditur frictio, quæ si multa & dura [o] sit, humorem absumit, & iuncturam adstringit,
o Hippo. 3. de offic. 25 vbi hæc non sufficiat, adiungere medicamenta oportet siccandi & adstringendi vim habentia,
p Hippo. 4. de art. 26. & 27. commode autem superimponuntur emplastra illa, quæ [p] cruentis vulneribus inijciuntur, qua-
le barbarum est: ad idem valet polenta ex vino austero, & oleo myrtheo: recentiores vtuntur
cataplasmate ex terra lemnia, albo oui, atque oleo roseo. Multum proficiunt etiam cataplas-
mata digerentia, vt ex farina erui, & oxymelle, vel ex resina terebinthina, castorio, melle, oleo
laureo. Satius autem est ad calidiora corpora vti adstringentibus, ad frigidiora digerentibus.
q Hipp 1. de art. text. 41. & 42. Si tanta sit iuncturæ laxitas, vt non satisfaciant medicamenta, confugiendum est ad chirur-
giam, & proprie ad candentia ferramenta, quibus admotis maxime adstringitur. Vtitur his
Hippocrates [q] cum humeri vel femoris caput repositum rursus elabitur; præcipit autem vt

iunctura

A iunctura ab ea parte aduratur, in quam articulus venit, sic enim arctabitur: si vreretur à contraria, expelleretur articulus, magis quam retineretur. Ab ea igitur parte in quã erumpit, prehendi curem iubet, [a] & candenti ferramento acuto, quale illud est, quo vtimur ad perforandum, traijci sic, vt duæ plagæ fiant, per quas demisso specillo, rursus eodem ferramento aduritur locus medius inter vtramque plagam, præsertim si amplior sit, nam si paruus, sufficit prima vstio; quod si altera adijciatur abrupto spacio medio, magna cicatrix fiet, quæ locum turpiorem reddet. Arabes medici vtuntur ferramento in duplicem vel triplicem cuspidem desinente, & eodem ictu quatuor aut sex locis simul iuncturam inurunt. Simplici autem vel multiplici vtendum est, prout iunctura maior vel minor est, tum magis vel minus laxa; maiorem & laxiorem expedit pluribus locis inurere, & ideo multiplici ferramento, contra minorem & minus laxam, paucioribus & ideo simplici. Plagæ quæ sic illatæ sunt, ea [b] medicamenta postulant, quæ adustis succurrunt,

a Hip. ibid.
b Hip. t. de art. 55.

De curatione articulorum cum fractura aut vulnere erumpentium. *Cap. XIII.*

B Differentiæ quæ attenduntur articulis prolapsis, si ad magnitudinem vel paruitatem rei pertinent, tantum similem differentiam efficiendorum operum in curatione postulant; sed si ad alium affectum, cum quo articulorum lapsus iungatur, vt ad fracturã aut vulnus, proprias animaduersiones requirunt, ad quas nunc aggredimur.

Finge igitur cum articulus expellitur, simul etiam os comminui, vt duplex est malum, ita duplicem curationem postulat, vnam qua articulus in suum locum restituatur, altera qua componatur fractura; quamobrem duo opera necessaria sunt, cum recondere [c] oporteat quod elapsum est, & componere quod [d] fractum. Postulat vtrumque, vt membrum extẽdatur priusquam fiat, atque vbi iam perfectum, vt conseruetur quod recõditum vel compositum est; præterea vt habeatur ratio superiectarum partium, & propulsetur inflammatio. Eadem igitur curatio vtrique casui succurrit: tantum requiritur à fractura [e] compositio, ab exitu articuli restitutio [f] in suum locum. Restituitur hic cum impellitur, & simul cauum adurgetur: componitur fractura, cum diriguntur ossa fracta ac peruersa sic, [g] vt sibi mutuo occurrant, sed dubium est, possint ne ambo simul effici, an prius vnum efficiendum sit, [h] deinde alterum. Si simul fiãt, cũ maiori vi opus sit ad recondendũ articulum, quam ad componendam fracturam, periculum est, ne si laqueus sub fractura inijciatur, superiectæ partes, præter modum extentæ abrumpan-
C tur resoluanturq; priusquam iunctura relaxetur. Si fractura prius componatur, verẽdũ erit ne postea cum articulus reconditur, composita ossa peruertantur. [i] Contra si articulus ante in suã sedem restituatur, rursus expelletur, cum vis adhibebitur ad distendendam ac dirigendam fracturã. Placuit [k] Pasictati prius recondendũ esse articulũ, qui maiorẽ vim desiderat, & ne interea lædantur partes, quæ circa fracturam sunt, censuit laqueum inijciendum esse in superiori regione, quatenus ipse nequeat intendentium vim sentire; ne vero repositus articulus iterum expellatur, cum vis adhibetur, [l] vt componatur fractura, laqueis sursum attrahentibus caueri voluit, sic vt manente articulo extendi, dirigi, & componi fractura possit.

c Gal. 3. meth. c. 1.
d Gal. 6. meth. c. 5.
e Gal. 6. meth. c. 1.
f Gal. 3. meth. ca. 1.
g Gal. 3. meth. ca. 5.
h Oribas. lib. de Machi. c. 17.
i Oribasius ibid.
K Oribas. ibid.
l Oribasius ibid.

Cum vulnus accedit & articuli prolapsi nudantur, atque ex plaga prodeunt, primum consilium non dirigitur amplius ad reponendum, sicuti cum sine vulnere erumpunt, sed ad defendendas partes superiectas à grauissimis malis ut neruorum [m] distentione, vehementi inflammatione, gangræna, quæ eiusmodi vulneri superuenire solent, & hominem absumere; magis autem impendent, cum membrum intenditur in reponendo articulo, & cum reposito postea intẽtum seruatur, quamobrem permittendum est magis, vt turpiter suis muneribus priuetur, quã præcipitandus ægrotans. Præcipitaretur enim si tentaremus prodeuntes articulos recondere, distenderentur enim nerui, doleret locus vehementer, lacerata caro primo in inflammationẽ,
D deinde [n] in gangrænam incideret, & emoreretur, quæ mala sæpe [o] deuitantur, si nulla habita ratione articuli prolapsi, consilium dirigatur ad propulsandam neruorum distentionem atque inflammationem: hoc autem perpetuo obseruandum est, quicunq; articuli nudentur, præcipue si grandiores; nam parui quales sunt digitorum in manibus & pedibus, nudati cum minori periculo reponuntur; sed nisi medicus propterea iudicaretur ignarus & omnino artis expers, satius esset hos quoque [p] non reponere: fouentur autem digiti ac leniter extenduntur, & [q] paxillo adacto articuli sine vi in suam sedem restituuntur, quod à [r] principio tentandum est, nã tertio aut quarto die recrudescit morbus, supersedendumque est hac chirurgia vsq; ad septimum diem, dũ præterea inflammationis suspicio, nã tunc minus periculose recõduntur. Quod si repositis dolor aut neruorum distentio superueniat, rursus [s] expellendi sunt, vt locus relaxetur, & plaga curanda medicamẽtis lenioribus, quæ paulo post subijciemus in curatione vulneris. At cũ grandiores [t] articuli nudantur, nullo modo reponendi sunt, ne inflammatione, gãgræna, neruorum distentione superueniente homo decedat. Habenda aũt ratio est non tantũ partium affectarum sed etiam totius corporis, ne succi possint ad ipsas confluere, quamobrem eadem obseruanda sunt, quæ ante ad propulsandam inflammationẽ proposuimus, & eo diligen-

m Hipp. 4. de art. text. 16. & 17.
n Hip. ibid. text. 18. & 28.
o Hip. ibid. text. 28.
p Hip. ibid. tex. 28.
q Hip. ibid. tex. 31.
r Hip. ibid. tex. 32.
s Hip. ibid.
t Hipp. 4. de art. 16.

tius quo magis requiruntur, conuenit inedia, sanguinis missio aut purgatio, collocatio partis E
paulo sublimior, relaxatio, ne doleat locus affectus aut adstringatur, conuenit [a] ceratum liquidum, sed primis diebus præstat vti persusione [b] vini nigri austeri, quod vim habet repellendi, & simul etiam concoquendi ac digerendi. Adstringit autem sine morsu, modo sit modice austerum, nam quod valde acerbum est supra modum cogit, & dolorem affert, magis etiam aptatur crassum, nam quod tenuiores partes habet veluti album flauũ russum, nimis [c] penetrat ac morder, & dolorem facit, quem in primis vitare ac lenire oportet. Aptatur igitur maxime quod nigrum, crassum, austerum est, nam præter alia commoda, quæ diximus, non nocet capiti, cũ non emittat vapores, vt alia quæ calidiora & tenuiora sunt. Cum simplex vulnus ab ense infertur partibus carnosis, vinum hoc per se vtiliter persunditur, cum nullum sit periculum distẽtionis neruorum, sed cum nudantur articuli, atteruntur partes, quæ iuxta sunt, periculumque est ne nerui distendantur, idcirco adiiciẽdum vino [d] oleum est hyeme potissimum, habet enim oleũ vim leniendi ac discutiendi. Æstate potest vinum [e] solum adhiberi, mediis tẽporibus aliquid olei adiiciendum est; sed siue simplex siue mixtum cum oleo sit, tepidum persundendum est, nisi sit æstas: debet autem assidue persundi, nam si lintea siccescant, verẽdum est ne vulnus in-
flammetur, præsertim æstate. Subiicitur autem membro [f] pellis leniter a pedibus sinuata, per F
quam quasi per canalem procedat vinum persusum, & effluens pelui recipiatur, regestumque rursus infundatur, vt minor vini copia necessaria sit. Requirit assidua hæc persusio laboriosos ministros, qui assidue dent operam ægrotãti; quamobrem vbi sine vulnere articuli erumpunt, satius est vti cerato liquido quod nullam diligentiam requirit, postquam illitum est; sed cum vulnus accessit, efficaciori remedio opus est, & idcirco persusione vini; nam casus, qui extremus est, extremam diligentiam postulat, quam tunc ministri non recusant cũ se fatigandos vltro præbent, parentque medico imperanti, qui ob imminens periculum frequentius adest, & interdum vniuersam noctem immoratur, vbi veretur ne ministri recte exequuturi sint quæ precipit. Persunditur autem vinum linteis [g] obuolutis & spongia molli superimposita, vel lana si hyems sit. Expedit autem super plagam primo dare linteũ cerato inunctum, ne vinum proxime ipsam attingat, sed per lanam aut spongiam & fascias persusum prius linteo [h] cerato illito temperetur. Vitandum etiam frigus est, quod timeamus neruorum distẽtionem; vitanda sunt & quæ valde siccant, dum prætereat septimus dies. Pro persusione autem vini a tertio die vtẽdum cerato liquido tepido vel molli aliquo emplastro, ex his [i] quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur. Valet & ceratum quod picem habeat; quæ vtiliter etiam subiiciuntur cum vi-
num persunditur; vtiliter etiam imponuntur plagæ [k] folia tussilaginis aut betæ aut buphthal G
mi ex vino decocta; siccant enim leniter ac sine morsu. Cum præteriit tempus, quo neruorum distentio atque inflammatio affligere hominem solet, veniẽdum est ad emplastra illa, quæ fracturis communiter & proprie caluatiæ aptantur, & curetur vulnus, quod nudato osse postulat sicciora præsidia quam sint ea quæ aliis vulneribus conueniunt. Sanescet per hæc vulnus, [l] sed nudatum os, quod appulsu aeris violatum est, abscedet, inducetúrque [m] cicatrix eo loco caua, vbi exiccata recessit ossis testa.

At si gangræna iam plagam occupauit, & caro nigra [n] est, sensus expers, atque emortua, precidere membrum oportet; quod remedium magis terret cum animo concipitur quam cũ adhibetur, quemadmodum monuit Hippocrates: [o] qui iubet membrum non qua parte crassius est, sed ad articulum secari, vt celerius opera absoluatur. Sed quia veretur ne dum inciditur caro, ob dolorem anima deficiat, præcipit ne attingatur [p] quæ integra est, sed magis relinquatur aliquid ex ea, quæ emortua, abscedet enim neque interea cõtaminare poterit, quæ vicina sũt, cum putredo iam finita sit, & non serpat vlterius: Membro iam præciso id carnis mortuę quod superest, intercludit exitum sanguini, qui ex venis integræ partis periculo effunderetur: ne autem effundatur, cum iam abscessit totum id quod emortuum est, collocandum ita membrum est, vt sursum spectet, [q] & nullomodo in inferiorem partem inclinetur.

Sed quia sic retineri sanies solet in vlcere, deorsum postea conuerti debet, & idoneo vin- H
culo exprimi, cum non imminet amplius sanguinis effusio. Vlcus [r] autem postquam putum est, medicamenta postulat, quæ cicatricem inducant; hæc est curatio qua vtitur Hip. Iuniores [s] cũ præcidendum membrum est, magis secant aliquid ex parte integra, quam quidquã relinquãt ex vitiata, & protinus candenti ferramento plagam adurunt, atque ea medicamenta superimponunt, quæ adustis aptantur, dum crusta resoluatur, & vlcus paulatim sanescat. Differunt ergo ab Hippoc. & quod carnem integram incidant, & quod plagam adurant: quibus tunc subscribo, [t] cum gangræna, sine externa occasione vulneris, humorum copiam ac putredinem maximã sequitur, periculũ enim est ne vlterius serpat, & ne si relinquatur aliquid vitiatæ carnis, cum adhuc putrescat, integram contaminet; quamobrem præstat tunc sanam incidere, & plagam adurere: vstio enim non solum putredinem coercet sed effundi quoque [u] sanguinem non finit ex carne, quæ nondũ vitiata incisa est. [x] Hip. locutus est de gangræna occasione vulneris contra succorum multitudinem superuenientem, sub qua cum violata caro emoritur desinit putredo, neque periculum est ne contaminentur integræ partes, atque idcirco sufficit curatio, quam ipse adhibet.

a Hip. 4. de art. 21. & 23.
b Hipp. 4. de art. 26.
c Gal. 3. de fra. cõ. 21.
d Hipp. 4. de art. tex. 24.
e Hip. 3. de fract. 24.
f Hip. 3. de fract. 25.
g Hi. 4. de art. tex. 21. & 26.
h Hip. 4. de art. 21.
i Hip. 4. de art. 26.
k Hip. 4. de art. 28.
l Hip. 4. de art. 32.
m Hipp. 6. aph. 46.
n Hi. 4. de art. tex. 34. 35. 36.
o Hip. 4. de art. 35.
p Ibi. text. 36.
q Hip. ib. t. 38.
r Sup. l. 29. c. 5.
s Sup. ibid.
t Sup. ibid.
u G. 5. me. cap 4.
x Hip. 4. de ar. t. 34. 35. 36.

De

De curatione ossium diductorum. *Cap. XIIII.*



Restant ossa diducta, diximus enim initio huius libri duobus modis ossa incidere in morbum ad situm præter naturam attinentem, vno cum mutant sedem, veluti cum articuli suis finibus excidunt, de quibus hactenus locuti sumus, altero [a] cum nõ seruant nexum, sed quę iũctura erãt inter se dehiscunt, veluti cum latum scapularum os a iugulo diducitur, aut radius a cubito in iuncta cũ humero, aut ossa cruris circa talum, de quibus nunc agendum est. Morbus ad situm [b] spectat, & proprie ad nexum, qui non seruatur amplius secundum naturam, quoniam ea quæ se contingere solebant, minime se contingunt. Causa [c] est vis externa, quæ vt expellere articulos quantumuis adstrictos potest, ita etiam separare quæ firmiter nectuntur. Verum articuli sine externa vi interdum solo iuncturæ vitio erumpunt. Ossa quæ inter se iungebantur, diduci omnino nequeunt, nisi accedat externus impulsus. Symptomata quæ diductis superuenire solent, ad dolorem, ad offensam motus, ad deformitatem loci, ad neruorum distentionem referuntur. Sed ossa cum tegantur, sensum latent, idcirco conijcere oportet cum dehiscunt ex sinu, qui deprehenditur in loco vnde rece-

a Gal. li. de diff. morb. c. 10. b Ga. ibid. c Gal. li. de cau. morb. c. 10.

B dunt, & tumore qui apparet in eo in quem veniunt. Decipit imperitos [d] medicos interdum sinus iste, qui reperitur in summo scapulæ, vnde iuguli os separatur; facit enim opinionem capitis humeri prolapsi in alam subiectam, in qua si non sentiatur, certum indicium est eiusmodi sinus iuguli diducti. Ex futuris euentis fere salubris est, nam licet ob noxam superiectæ partium aliquando oriatur febris, inflammatio, aut neruorum distentio, sanatur tamen, si qualis curatio conuenit, admoueatur: plerunque autem res periculo vacat: scire tamen licet ossa diducta nunquam ex toto reuerti ad priorem nexum, sed reddi semper locum tumidum ac deformem, quamuis neque imminuatur vsus, neque impediatur motus. Tempus quo diducta ossa in suum locum compulsa confirmantur, longius vel breuius est, pro ipsorum magnitudine ac paruitate, quemadmodum cum articuli excidunt. Docuimus [e] enim maiores pluribus diebus: grandiores paucioribus confirmari. Via salutis ad artem spectat, qua & adurgẽtur quæ diducta sunt dum se contingant, & iuncta seruantur donec confirmentur. Interitus si quando sequatur, tribuendus est inflammationi, ac neruorum distentioni, non recte curatis.

d Hip. 1. de art. 61. e Sup. c. 6.

Eadem autem fere curatio diductis ossibus aptatur, quam monstrauimus [f] prolapsis articulis conuenire, eum & ad ossa spectare oporteat, & ad partes superiectas. Ossa compelli debẽt in suum locum, quod facilius succedet, [g] si membrum extendatur, sitque liberum spacium vbi

C tractentur; facilius autem cedunt molliora ossa quam duriora; quod si affectus locus antea relaxetur, minori vi opus erit & ad intendendum membrum, & ad impellenda ossa dum inter se coeant. Vbi iam in vnum coierunt, continenda sunt fascijs [h] & fulcris, non secus ac fractura iã composita, aut articulus restitutus: primo autem dari fasciæ debent super locum affectum, & ibi plurimum obuolui, ac magis adstringi. Attrahenda etiam sunt ab ea parte in quam os venit, versus eam, a quibus recesserunt: vteruis vinciendi modus affecto loco accõmodetur, seu ille qui fracturis, seu ille qui articulis magis aptatur, panni similiter magis fulcire debent locũ affectum, & ea parte in quam os venit quam alibi: similiter ferulæ si accommodari possint. Ad continendum spectat etiam [i] recta collocatio membri affecti, quod ita figurandum est, vt seruari possit immobile dum ossa inter se iuncta confirmentur; sed interea vinculum si laxius sentiatur, adstringẽdum est; affecta pars paulo etiam sublimior [k] collocetur, vt nec doleat, nec facile admittat influentes humores. Sed hoc ad partes ossibus superiectas refertur, perinde atque vbi articuli erumpunt. Musculi enim, nerui, chordæ, arteriæ, dolent, inflammantur, distenduntur; quæ mala vt deuitentur antequam superueniant, prohibere [l] oportet ne superãtes humores vel contrahantur in corpore, vel iam contracti confluant ad affectum locum, aut ab eo- dẽ admittantur, vel accipiantur, necessaria est inedia, sanguinis [m] missio, purgatio aut alia ad-

f Sup. ca. 7. g Sup. ibi. h Sup. ibi. i Sup. ibid. k Sup. c. 11 l Sup. c. 12 m Sup. ibi. c. 13.

D uersio, ceratum liquidum linteis illitum. Sed si iam ea mala superuenerint curanda sunt: proprie autem neruorum distentioni occurrit [n] oleum calidum assidue perfusum: eam enim Galenus instantem iam sentiẽs, cum sibi iugulum diductum esset a summo scapularum osse, eiusmodi præsidio propulsauit. Quod si cutis [o] prurigine tentetur, resoluere vinculum oportet, & perfusa aqua calida rursus alligare.

n G. i. d ar. com 61. o Hip. 1. de fr. t. 40. & 43.



 B

VIDI VIDII
DE CVRATIONE
GENERATIM
Partis Secundæ Liber XV.

Qui eſt de ſolutione vnitatis in carne & partibus mollibus.

Quæ ſint ſpecies ſolutionis vnitatis in vniuerſum, & quibus nominibus appellentur. Cap. I.



VNum & ens, ita inter [a] ſe reciprocantur, vt alterum ſine altero non reperias, nam quod vere ens eſt, continuo vnum eſt, quod vere vnum, idem & vere ens: ſolummodo exprimitur ab vno quædam integritas non diuiſa, quam entis vocabulum ſignificat minus apertam: quæuis autem multitudo aliqua vnitate continetur, vt generis, ſpeciei, ſingularium, quæ illi ſubijciuntur analogiæ, termini: per ſe autem multitudo affinis eſt non entis tanquam imperfectio, vnitas vero entis tanquam perfectio. Merito igitur ſanitas, quæ noſtri corporis perfectio [b] quædam eſt, vnitatem poſtulat, ſine [c] qua nō poteſt obire munera vſitata, ita vt ægrotet. Ille autem qui oritur morbus vnitate diuiſa, pariter pertinet ad partes ſimplices [d] atq; ad multiformes, vtraque enim requirunt naturaliter vnitatem. Simplices quidem magis proprie, multiformes vero minus, quæ per nexum quędam vnæ ſunt, adeo tamen ſunt vnæ, vt diuidi nequeant [e] in partes ſibi ſimiles: quamobrem vbi vnitas pereat, tam ſimplices quam multiformes in morbo ſunt, quem in ſuperioribus [f] libris propoſitum vberrime nunc explicare inſtituimus. Nullum autem nomen apud latinos habet, quod omnes eius ſpecies notet. Apud græcos Galenus ſe [g] primo ipſum appellaſſe ait, ἑνώσεως λύσιν, id eſt vnitatis ſolutionem. Hippocrates [h] vero partes quæ ab G alijs diuiduntur ἀφίστασθαι ait, hoc eſt abſcedere, ita vt eiuſmodi vitium poſſit nominari ἀπόστασις, hoc eſt abſceſſus, notat tamen hoc verbum ſimul cum ſolutione vnitatis ſinum [i] quendam inter partes diuiſas; ſed relicto genere inueſtigemus ſpecies illi ſubiectas, oſtendamusque quib. vocabulis ſignificentur.

In vniuerſum igitur vt aliorum morborum ita ſolutionis continui ſpecies tot ſunt, quot partium affectarum, pro quarum varietate morbi diſtinguuntur. Partiū noſtri corporis duæ ſunt [k] primæ ſpecies ac maxime communes, nam aliæ ſimplices ſunt, aliæ multiformes, his totidem reſpondent primæ ac maxime communes ſpecies ſolutionis continui: alia enim ſpectat ad partes ſimplices, alia ad multiformes: vocatur hæc græce ἀπόσπασμα, [l] latine nullum nomen inuenit: accidit autem cum abrumpitur ligamentum, quo pars cum alijs nectitur, non cum tota ſeparatur, nam ſic eſſet interitus potius quam ſolutio vnitatis. Illi vero ſpeciei, quæ in ſimplicib. partibus verſatur, ternæ ſubijciuntur, cum totidem quoque ſpecies earum partium eſſe videantur, nam aliæ molles ſunt, aliæ duræ, aliæ mediæ inter vtraſque. Molles ſunt vt cutis, & caro, & glandulæ, duræ vt oſſa, & cartilagines, mediæ vt venæ, arteriæ, nerui, chordæ, ligamenta, membranæ, aliæ autem aliam curationem poſtulant, vbi ſolutione vnitatis laborant, merito igitur tres ſpecies ſolutionis continui in ſimplicibus partibus obſeruantur. Nullum autē nomen vſurH patum eſt à veteribus græcis aut latinis, quod oēm continui ſolutionem a quacunque cauſa factam in quauis ſpecie partium ſimplicium ſignificet: nam τραῦμα quod ab Hippocrate dicitur τρῶμα [m] notat quidem ſolutionem vnitatis in quauis parte ſimplici, nō tamen a quauis cauſa: inſcripſit enim librum περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων, hoc eſt de vulneribus capitis, vbi vulnera perſecutus eſt, quæ inferuntur partibus mollibus, duris, ac medijs ipſius capitis, a cauſa duntaxat externa, vt à telo, & ictu, non ab interna vt ab humore erodente. At ſingulæ ſpecies ſuum nomen obtinuerunt: ſiquidem in partibus mollibus vnitas ſoluatur ſiue ab interna cauſa ſiue ab externa, vocatur grece ἕλκος [n] quemadmodum patet ex his, quæ traduntur ab Hippocrate in libro, quem inſcripſit περὶ ἑλκῶν, id eſt de vlceribus: quanquā vt apud latinos vlcus, ita ἕλκος apud græcos vſurpatur pleruq; ad eam vnitatis ſolutionem ſignificandam, quæ ſpōte fit in partib. mollibus, hoc eſt ſine cā manifeſta: ea enim quam infert telū & ictus, græce nominatur τραῦμα. latine vulnus & plaga, præſertim cum recens eſt, nam cum inueterauit ipſa quoque dicitur vlcus. Vbi ſoluatur vnitas in partib. medijs inter molles & duras, nullis notatur proprijs nominibus, ſed iiſdem gaudet, quibus ea quæ in mollibus. Reſtat illa quæ accidit partibus duris, vocatur aūt græce ῥάγμα, ἄγμα, κάταγμα, [q] latine vero fractura, cum fit à cauſa externa, nā cum ab

interna,

a Ariſt. 10. met. text. 8.
b Galen. de dif. med.
c Gal. li. de diffe. morb. cap. 4.
d Gal. li. ar. med. c. 8 & de conſt. ar. cap. 6.
e Ariſt. l.
f Supra l. de cur. genera. par. 1.
g Ga. 9. meth. c. 17. & lib. de cauſ. mor. c. 11.
h Hip. lib. 4 de off. frac. 27 & Gale. in com.
i Gale. li. de tu. ca. 3.
k Gal. li. de cōſt. ar. c. 4.
l Gal. 4. meth. c. 1.
m Gal. 5. 6. ep. com. 12
n Ga. 4. meth. c. 1.
o Gal. 5. meth. c. 1.
p Gal. 6. meth. c. 5.
q Ga. 3. meth. c. 2. & li. de conſt. artis c. 6.

A interna, vocatur græce τερηδών,[a] latine caries. Propositæ igitur nobis sunt ternæ species solutio- [a Ga.lo.di.]
nis continui, quas tribus libris tractabimus: in hoc agemus de ea, quæ accidit partibus molli-
bus, in altero de alia quæ medijs, in postremo de reliqua, quæ duris.

Quæ sint causæ species ac differentiæ solutionis continui in carne & partibus mollibus. *Cap. II.*



Olutæ vnitatis quam nunc tractamus in carne & partibus mollibus, vna tantũ ui-
detur esse species, cum hæ omnes eandem naturam habeant, eandemque curan-
di rationem postulent, vbi solutæ sunt. Verum causæ, a quibus soluuntur, excitãt
affectus adeo diuersos, vt diuersam curationis speciem requirant, ad quam me-
dicus potissimum respiciens quæ a variis causis oriũtur solutionis species diuer-
sas iudicat. Has vt via cum ratione inuestigemus, operæ precium est prius cau-
sas exponere.

Soluitur ergo vnitas in carne & partibus mollibus interdum a causis externis, interdũ ab in-
B ternis: externæ sunt telum & ictus: hic triplex est, cum vel alter alterum vulneret, vel homo ca-
dat, vel aliquid super ipsum incidat. Telum aliud acutum est, aliud retusum, quod acutum est,
siue punctim, siue cæsim feriat, vim habet secandi, quod retusum contundendi per ictũ: sed per
motum atque attrectatum iteratum tam quod acutum quam quod retusũ atterit. Tractus au-
tem ac motus violentus tanquam ictus quidã diuellit atq; abrũpit musculorum fibras. Referũ-
tur aliquo pacto ad telũ ea, quæ erodunt vel adurunt, siue sint medicamenta erodẽdi uel vren-
di vi prædita, siue ignis aliudve quod igneam vim contraxerit, tactuque calidissimum sentia-
tur. Interna causa corpore nostro proficiscitur, huiusmodi est interdum flatus, sed plerumque
ob multitudinem vel acrimoniam soluit eas partes, in quibus versatur.

Species solutæ vnitatis oẽs in carne & partibus mollibus sub sex comprehẽdi cõmode pos-
sunt. Harũ quinque oriuntur a causis externis, vna ab internis. A telo acuto siue cæsim ferien- [b Gal.li. de]
te, cũ partes secentur, fit sectio: a retuso cum contundantur,[b] contusio: ab vtroque cum per at- [cõst.ar.c.6]
trectatum atterantur, attritus: attractu ac motu violento cũ abrũpantur, abruptio: ab his quę
siue facultate, siue tactu valde calida sunt cum erodantur vel urantur, vstio uel sectio: a causa
interna quæ sensũ latet, vt ab humore cum exulcerẽtur, spõte vlcus nasci existimatur. Ad has
C igitur sex species, ad sectionem, cõtusionem, attritum, abruptionem, erosionem, seu vstionem,
& vlcus sponte nascens, cõmode reducitur quæuis unitatis solutio in carne & partibus molli- [c Gal.li.de]
bus. Siquis plures esse species aut pauciores existimet, uel has malit[c] differẽtias potius q̃ spe- [cõst.ar. c.6]
cies nominare, non repugnabimus, det modo omnes sub propositis cõtineri & variã euidẽter
curationẽ ab vnaquaque desiderari, quod patebit vbi vnãquãque seorsum explicabimus, nũc
quæ sunt cõmunia aut omniũ, aut pluriũ exponere oportet, nã sic a notioribus ordiemur, pro-
ficiscemur via cum ratione, neque eadem sæpenumero repetemus. Ordiamur a differentiis.

Vt aliorũ morborũ, ita ẽt solutionis cõtinui quæuis species cõpluribus distinguitur differẽ- [d Sup. li. 4.]
tijs, quæ vt ante[d] mõstrauimus in libro, quẽ de ipsis generatim conscripsimus, petũtur a subie- [de cur.gen.]
cto, a modo quo morbi forma in eo residet, a cõsequentibus formã in eodẽ, vt magnitud. nume- [c.1.par.1.]
ro, loco, motu, tẽpore, a causis, & tãdẽ ab effectis: subiectũ corpus ægrotãtis in quo versat̃ vni- [e Sup.ibid.]
tatis solutio, variũ[e] est pro varia ætate, tẽperatione, sexu, habitu. Nã q̃ attinet ad ætatẽ, pueri-
le est, aut iuuenile, aut senile, q̃ spectat ad sexũ virile, aut muliebre, q̃ ad tẽperationẽ, calidũ, fri-
gidũ, humidũ aut siccũ, q̃ ad habitũ, boni vel mali habitus: modus formę hoc est solutionis cõ-
tinui varius est, ob quẽ alia æqualis, alia inæqualis est, alia recta, alia in orbẽ: magnitudo itẽ nõ
eadem est omniũ, siue lõgitudinẽ, siue latitudinẽ, siue altitudinẽ intuearis, quo fit vt alia lõga,
alia breuis, rũ alia lata, alia angusta, & tãdẽ alia profunda sit, alia in superficie: de numero sci-
D licet solutionẽ vnitatis aliquãdo solã & simplicẽ esse, sed plerunq; multiplicẽ & compositã,
coniungitur enim cum morbis, cum causis, cũ symptomatibus. Morbi qui cũ ẽa copulantur cu-
iusuis speciei esse possunt, vt quæuis immoderata tẽperatio cũ materia vel sine, præterea repu-
gnantia totius substãtiæ, veluti cũ virus per telũ inseritur, tũ figuræ deprauatio, quẽadmodum
vbi labra vulneris hiant, asperitas nimia aut lenitas superficiei, qualis conspicitur in callosis
& malis vlceribus, clauduntur interdum nimis aut aperiũtur foramina & canales, augetur ma-
gnitudo vel ob tumores præter naturam, vel ob carnem nimis in vulnere excrescẽtẽ, imminui-
tur in vlcere cauo, augetur similiter, & imminuitur numerus pręter naturã, cũ vel aliquid redũ-
dat ut crusta, vel deest aliqua particula ut cutis, quæ carnẽ regit, mutatur situs partiũ natura-
lis, ubi cũ uulnere ossa franguntur, aut articuli erũpunt, uel ubi uulnerato[f] abdomine exit in- [f Gal. li. de]
testinũ aut omentũ, vulnerato thorace fibra pulmonis, & cũ labra ulceris aut nimis inter se iũ- [cau. morb.]
gũtur, aut nimis recedunt, accedit & solutioni unitatis in partibus mollibus sæpe solutio ẽt in [c 10.]
mediis aut in duris. Causæ q̃ solutioni unitatis adiiciũtur, aut externæ sũt ut telũ infixũ, aut in-
ternæ, ut humor erodẽs, adiiciũtur & symptomata cuiusuis generis, sed potissimũ ex actionib.
læsis, dolor, ex qualitatib. corporis, durities labrorum, ex his quæ expelluntur sordes & sanies.

Euenit interdum vt plures morbi, plures causæ, plura sympt. cum vulnere copulentur, quæ quamuis sint noui affectus, & non differentiæ ipsius, efficiunt tamen ipsam magis multiplicē, quæ sine ipsis simplicior esset, multiplex vero & simplex differentia est ad numerum pertinēs, quemadmodum monstrauimus. A loco suppetunt nobis illæ differentiæ, quod soluta vnitas aut est in partibus externis, aut in internis, nunc eam duntaxat tractamus, quæ in externis, nam altera pertinet ad curationem membratim: multum vero interest inter eas, quæ versantur in externis, cum alias animaduersiones postulent, quæ in articulis aut prope ossa sunt, alias quæ ab his recedunt: motus qui in solutione vnitatis attenditur, magis ad ea pertinet, quæ solutioni accedunt, quam ad solutionem ipsam, interdum enim celer est, interdum tardus, quod natura ad pus mouendum ad agglutinandum, ad carnem procreandam, celeriter aut tarde moueatur. Tempus suppeditat differentias solutionis, partim quatenus recens aut vetusta [a] est, partim quatenus in principio, incremento, vigore, aut remissione. Dicitur autem esse in principio, cum humorem multum ac tenuem fundit, in incremento, cum tenuiorem & pauciorem, in vigore, cum pus prope coctum, in remissione, cum perfecte coctum, album, [b] læue, æquale, nihil olens, vbi scilicet æger ad salutem intendebat, nam cum ad exitium, quanto vlterius procedit, tanto deterior exit sanies. A causis externis & internis sumuntur illæ differentiæ, quas species potius esse monstrauimus. Ab effectis hoc elt a symptomatibus prout plu & grauiora, vel pauciora ac leuiora sunt, aliud vulnus grauius est aliud leuius, quod autem grauius est vel tantum ægre ad cicatricem perducitur, vel etiam in malis adnumeratur, quem admodum ostendemus cum de vlcere tractabimus, quod sponte nascitur. F

a Galen. 4. meth. c. 5.

b Hippo. 2. prog. vlt.

Causa vniuscuiusque ex propositis differentiis, est differentia similis addita causæ efficienti, vel etiam habilitati corporis, quæ concurrit ad vnitatem soluendam: similitudo autem non semper expressa est, sed interdum abscondita, quod patebit, si vniuscuiusque differentiæ causam perquiramus. Illæ, quæ sumuntur a subiecto corpore ægrotantis, & proprie ab ætate rem peratione, sexu, habitu, oriūtur a causa aperte prædita simili differentia. Fiunt enim ab habilirare ægrotantis, quæ ad efficientem causam pertinet. Differentiæ æqualitatis, vel inæqualitatis, tum figuræ in orbem, aut rectæ, sequuntur similem differentiam causæ efficientis tam externæ, quam internæ, id quod faciunt etiam differenriæ magnitudinis & paruitatis: quod, autem solutio simplex fit aut multiplex, proficiscitur a causa soluente, quæ vel multiplex est vel multiplicem vim habet. Differentiæ loci euidenter a simili differentia soluentis causæ emanant, quæ magis hunc quam illum locum atingit. Motus celer vel tardus naturam sequitur, quæ aut valida est, & vim habet celeritatis, aut imbecilla, & ob id tarde præstat quod præstare debet. Recens vel vetusta solutio aperte similem differentiam causæ sequitur, quæ vel recens elt, hoc est quæ nuper, vel vetusta hoc elt quæ iam diu soluit vnitatem. Causa cur in principio, incremento, vigore, aut remissione versetur, ex materia quæ vel adhuc cruda est, vel cōncoqui incipit, vel maxime coquitur, vel iam ex toto cocta est, & idcirco habeevim principij, incremēti, vigoris, aut remissionis, sed hæc magis pertineead affectū, qui cum solutione iungitur, vt ad tumorem, quam ad ipsam solutionem. Postremo illæ differenriæ, quæ a symptomatibus sumuntur, per quas vlcus aut mite est, aut ægre [c] ad cicatricem perducitur, aut etiam in malis habetur, emanant a differentia causæ latenter similitinest enim vis quædam efficienticausæ, inest & corpori ægrotantis habilitas quædam afficiens vlcera hoc vel illo modo, & reddendi qualia diximus, quo spectat etiam recta vel praua ratio curandi, quę naturam iuuat, vel impedit: sed satis de differentiis & differentiarum causis. G

c Galen. 4. meth. 5.

De præsentibus, præteritis & futuris cognoscendis, in corpore ægrotante, vbi soluta est vnitas in carne & partibus mollibus. *Cap. III.* H



Equitur vt de cognoscendis præsentibus, præteritis, & futuris, in corpore ægrotante, quædam tradamus communiter pertinentia ad quamuis speciem solutionis. Præterita, quæ requirimus, potissimum causæ sunt, quas referunt nobis etiam ipsi ægrotantes, [d] & eorum familiares, siquis tamen arte conjicere eas velit, facile poterit spectans ad effecta hoc est ad solutionis formas, quas relinquunt. Externæ causæ, quæ vnitatem soluerunt, ad telum & ictum referuntur. Telum acutum siue cæsim, siue punctim vulnerauerit, repræsentatur a plaga, quæ cum recens est, retinet eiusdem vestigium: telum hebes ipsa contusione significatur: quod atterit ac deradit, notatur ab attritu: sicuti tractus ac motus violentus ab abruptione fibrarum: medicamentum erodens, vel adurens ab erosione atque vstione, quæ illud sequitur; interna causa, vt humor qui exulcerauit, cum fere præsens sit adhuc inbibitus in parte vlcerata, deprehenditur ex colore, qui in hac præter naturam se ostendit.

d Hippo. & G. 1 prog. t. c. 8.

Præsentium hæc ratio elt, morbus cum sit in partibus externis, sensui [e] subijcitur: quæuis enim solutio vnitatis, excepta abruptione fibrarum, sensu oculorum ac tactu iudicatur, sectio, contusio, attritus, erosio uel ustio, & ulcus sponte nascens, & perspici & tangi potest; abruptio fibrarum ex modo quodam doloris, hoc est ex sensu quodam diuellētium colligitur.

e Gale. 1. de loc. aff. c. 1.

Dif-

A Differentiæ solutæ vnitatis similiter sub sensum cadunt omnes, exceptis illis, quæ ad locum pertinent: nam si internus vulneratus sit, sensum latet, deprehenditur autem coniectura, vt in curatione membratim docebimus. Causæ præsentes si externæ sunt, quemadmodum tela, omnibus manifestæ sunt: si internæ, vt humores, colligi debent ex causis, a quibus gignuntur, ex efficiente videlicet, & temperatione corporis, & materia, quam præbent esculenta, & poculenta; præterea ex his quæ prosunt copiam minuentia, aut qualitatem temperantia, vel obsunt quatenus vtriusque excessum augent. Maxima tamen indicia sumuntur ab effectis, vt a specie doloris, ab eo quod expellitur, [a] ex parte vlcerata, a colore quem labra præseferunt, nam rubra sanguinem significant, flaua copiam flauæ bilis, atra atræ bilis, alba pituitæ. Symptomata siue sint actiones læsæ, siue expulsa & retenta præter naturam, siue qualitates mutatę, omnia sensui subijciuntur.

Restat præsagitio futuri euentus, temporis, & viæ. Solutionis continui in carne & partibus mollibus, quam tractamus, triplex potest esse euentus, cum aut consanescat, aut insanabilis diu maneat, aut hominem interimat: quem ex his prædicere debeamus, monstrabit robur causarum, [b] hoc est naturæ, & morbi. Nam vbi validior videatur esse natura, salutem [c] pollicetur, vbi morbus interitum minatur: vbi vtriusque vires videantur æquales, denunciant solutionem B vnitatis incurabilem permansuram. Existimare igitur oportet quanta [d] vis sit vtriusque. Sed cum sensum lateat, colligenda est ex causis, ex his quæ prosunt, aut obsunt, ex effectis: causa roboris naturæ est temperatio moderata, ad quam refertur ætas, quæ plurimum habet calidi innati, nam vbi iam inclinat, redditur temperatio iusto frigidior & siccior, & idcirco natura imbecillior. Confert etiam ad naturæ robur moderata tempestas, ver enim validiorem reddit naturam nostri corporis, [e] cum moderatum sit: contra tempestas calida, vel frigida, imbecilliorem: non tamen æque officit curationi solutionis continui cuiusuis qualitatis immoderatio, sed quæ humidior est, magis inimica est, quam quæ siccior, nam quod solutum est, madet, [f] & siccari debet: quamobrem in hydrope vix sanari vlcera [g] possunt, quæ vbi corpus siccum sit, facile sanescunt, modo siccitas non sit iuncta cum frigore, quemadmodum in senibus, in quibus ob inopiam boni sanguinis, vlcera difficulter ad sanitatem perueniunt: quod si non tantum copia, sed etiam qualitas [h] humorum superet in corpore ægrotantis, multo adhuc difficilius ad cicatricem perducentur. Robur igitur naturæ ad vnitatis solutionem sanandam pertinens a temperatione [i] moderata proficiscitur, vbi tamen immoderata sit, magis inimica est humida [k] quam sicca, & frigida quam calida. Eadem ratio est immoderatæ tempestatis, nam calida tempestas inquit Hippocrates [l] hyeme salubrior est, nisi solutio continui fuerit in capite & ventre, in qui C bus partibus calor innatus ob frigus aeris [m] in vnum contrahitur, & validior fit, atque idcirco magis perficere potest quæcunque sunt ad sanationem vlceris necessaria, quod non euenit calori membrorum, qui cum imbecillior sit, magis offenditur à frigore aeris, & propterea nequit ea præstare quæ vlcus postulat, cui vt inquit idem Hippocrates [n] calor amicus est, frigus inimicum. Hoc pacto igitur ex causis colligitu... turę robur; at colligitur etiam ex his quæ iuuant aut nocent: nam si ea quæ iuuare solent veluti calida & moderate sicca, plurimũ iuuẽt, si ea quæ nocere, vt frigida & humida parum noceant, ostendunt magnum esse naturæ robur: paruum vero si contrario modo se habeãt. Idem conijcitur ex effectis, vt ex actionibus, ex qualitatibus corporis, ex his quæ expelluntur ac retinentur: nam vbi maxime secundum naturam appareant in vniuerso corpore, neque multum recedant a naturali statu in ea parte in qua soluta est vnitas, significant naturam maxime valere, contra vbi multum mutata sint, imbecillam esse. Eadem ratione deprehenditur vis morbi, ex causis, ex his quæ prosunt, aut obsunt, ex effectis. Causa cur morbus validus sit, proxima est ipsa species ac differentia: nam illæ causæ à quibus hæc proficiscitur, non ita proxime efficiunt morbi robur. Species solutæ vnitatis sectio, contusio, attritus, abruptio, erosio seu vstio, quas proposuimus, [o] eatenus morbi robur augent, quatenus adiunctum habent alium affectum, veluti solutæ substantiæ alienationem, quemadmodũ contusio & vstio. Præcipue autem ob differentias quasdam validior est & imbecillior vnitatis D solutio. Illæ quas a subiecto sumpsimus, ad naturæ robur pertinent. Illæ uero quas a modo formæ, ut quod soluta unitas recta sit, uel in orbem, maiorem uel minorem sanationis difficultatem, non propterea periculum significant: ægre curatur ulcus, quod in orbem est, facile quod lineæ modo rectum, nam rotundo plus deest carnis, quam recto, neque in eo sunt anguli, unde augeri caro incipiat. Differentiæ quæ ad magnitudinem spectant, ut ad longitudinem, altitudinem, latitudinem, robur & imbecillitatem maxime demonstrant: quæ enim longa, lata, & profunda est, ualidior est, & magis naturam superare potest, quam quæ breuis, angusta in summo: quæ omnibus modis magna est, grauissima est: quæ omnibus modis parua, leuissima. Si acuto stylo cutis duntaxat pungatur, in homine qui non redundet prauis succis, per se sine ullo auxilio sanescit. Quod attinet ad differentias simplicis & multiplicis, quæ simplicior est, leuior est; quæ multiplex, grauior, grauissima quæ cum multis ac magnis morbis, causis, ac symptomatibus copulatur: plurimum etiam potest differentia loci, nam mitto quod vulnus in partibus internis longe grauissimum est, quam in externis, multum interest, quæ partes externæ vulnerentur, grauissima vulnera sunt ad capita & fines musculorum, concitant enim neruorum distentionem,

a Gal. 6. de lo. aff. c. 2.
b Ga. de cõsti. ar. c. 18. & 4. de pr. expulf. c. 11.
c Gal. ibid.
d Sup. l. 10. de cur. gen. c. 2 p. 2.
e Ga. 1. aph. com. 15.
f Gal. 3. metho. c. 3 & Ga. 4. met. c. 5.
g Hippo 6. aph. 8.
h Ga. 4 meth. c. 5.
i Ga. 3. meth. c. 2.
k Ga. 3. meth c. 3. & 4. met c. 5.
l Hipp. l. de vlc. prope initium.
m Gal. 1 aph. cõ. 15.
n Hip 5. aph. 20.
o Sup. c. 2.

tionem,delirium,dolorem intolerabilem,ita vt interdum præcidere transuersum musculum cōgamur,vt his symptomatibus succurramus. E Differentiæ temporis,vt quod vlcus recens aut vetustum sit,eatenus monstrant morbi vim, quatenus adesse vel non adesse affectum alium denunciant,qui curationis difficultatem augeat,in vlcere vetusto contrahitur callus, quem adimere oportet,putrefit subiectum os,ita vt abscedat,& inducatur cicatrix [a] caua:quod non euenit vlceri recenti,vbi recte curetur. Quatuor vero tempora,in quibus pus magis aut minus coctum apparet,tempus sanationis demonstrant magis quam vim morbi,quo spectant etiam celeritas & tarditas motus,cum natura celeriter mouetur ad concoquendam materiam,quę influxit,nō multo post secuturam sanationem demonstrat,cū tarde,morbi diuturnitatem significat,& non vim quam nunc inquirimus. Differentiæ,quæ sumuntur a causis & ab effectis,omittentur,cum per se & causas & effecta perpendere debeamus tanquam morbi vim denuntiantia. Causæ externæ vt tela & ictus,si validiores sint validiorem,si imbecilliores imbecilliorem noxam & afferunt & denunciant. Plumbeæ pilæ quæ magno impetu ignis vi emittuntur, valde lacerant partes,quas attingunt: vbi per telum vel morsum inseritur virus,res tanto grauior est, quanto illud deterius. Internæ causæ,vt humores erodentes,quanto acriores & crassiores sunt,tanto grauius vlcus efficiunt,illud quod ab atrabile oritur [b] non curatur, nisi quis curationem nominet,cum excisa parte vlcerata sanitas restituitur : magnā morbi vim ostendunt illa vlcera,quæ F ægre ad cicatricem perducuntur,maiorem illa quæ in malis numerantur. Indicatur etiam morbi robur imbecillum quidem ab his quæ prodesse solent,veluti a moderate calidis & siccis,vbi plurimum prosint,ab his quæ nócere; veluti ab humorum concursu,aut admotione medicamentorum humidiorum vbi parum noceant,validum vero ab ijsdem,si contrario modo se habeant, vt quæ iuuare plurimum consueuerunt, [c] si parum iuuent, quæ parum nocere, si plurimum noceant. Firmiora indicia sunt quæ ab effectis petuntur,hoc est à symptomatibus, quæ & in toto corpore & in parte vlcerata,si leuiora sint,imbecillitatem morbi,si grauiora robur denunciāt; grauiora sunt quæ multum a naturali statu recedunt,leniora quæ parum,optimum est vlceratā partem sentire,sed carere dolore,aut pulsu molesto,præterea rubicūdam esse,tumidam ac mollem,ac pus effundere album,lene,æquale,sine fœtore:si quidem tunc natura morbum superat, contra si vehementi dolore aut molesto pulsu vexetur,si nigra aut liuida sit,'si aut nullus tumor adsit aut durus sit,vel [d] euanescat vbi adsit,si radices pilorum erodantur,ita vt partes,quæ iuxta sunt,glabræ [e] fiant,si sanies exeat fæculenta & fœtida,naturalis calor aut extinguitur,aut iā extinctus est, & noxius humor ad nobiliores partes transfertur, ita vt morbus naturam superet. Quod si neque omnino grauia,neque omnino leuia sint signa, difficultatem monstrant sanationis & neutrum euentum, ita vt nec natura morbum, nec morbus naturam superare debeat, G siue illa sumantur a causis,siue a iuuantibus & lædentibus, siue ab effectis. Tempus [f] futuræ salutis aut interitus ex excessu maiori vel minori virium naturæ,& morbi conijcitur. Si naturæ vires multo validiores sint quam morbi,celeriter,si paulo,tarde sequetur sanitas. Si vires morbi multo validiores sint quam naturæ, breui, si paulo post longius tempus sequetur interitus. Maior vel minor excessus colligitur ex signis, a quibus iam diximus naturæ vel morbi robur demonstrari, plurima & maxima magnum,pauciora & minora paruum excessum significant. Via sanationis partim attinet ad medicum partim ad naturam, glutinat natura quæ diuisa sunt, & carnem gignit quæ desideratur, [g] medicus distantia labra coniungit, & coniuncta retinet,ac submouet impedimenta. Via interitus ad vires spectat, quæ labefactantur ab impetu morbi, a prauitate causæ, a magnitudine symptomatum. Hactenus de cognitione, pergamus ad curationem.

a Hippo. 6. aph. 45. & Gal. in cō.
b Gal. 4. aph. cō. 24.
c Ga. 4. me. cap. 5.
d Hip. 5. aph. 65.
e Hi. 6. aph. 4. Ga. in cō.
f Gal. 4. de pr. pul. c. 11.
g Ga. 3. me. c. 8. & de cō stit. artic. c. 12. & 13.

De operibus, atque operum differentijs, necessarijs ad curandam solutionem vnitatis in carne, & partibus mollibus.

Cap. IIII. H

SI solutio continui sola esset ac simplex, vnum duntaxat requireret opus, restitutionem [h] videlicet vnitatis,sed quia quædam alia præter naturam impendent,quędam iam adsunt,vt illa propulsentur,hæc submoueantur, necessaria sunt complura. Impendet humorum concursus atque inflammatio partim ob [i] imbecillitatem loci ex ipsa solutione relaxati,partim ob dolorem,quamobrem antequam venerint propulsari debēt, vbi iam adsunt remoueri,retinentur aliquando in parte vulnerata tela ipsa,vt sagittæ,ac plumbeæ pilæ,quas euellere oportet,diducuntur nonnunquam plagæ labra ac deprauantur,quæ in vnū cogere & coniuncta seruare oportet,alioquin non agglutinarentur neq; restitueretur vnitas,laceratur adeo interdum caro contusa,vt seruari non possit, sed vertenda sit in pus, redditur plaga sordida,& idcirco detergenda [k] est, redditur caua, & propterea [l] implenda carne, quæ si nimis excrescat [m] adimenda est, deest aliquid cutis, in cuius locum inducenda [n] cicatrix est,quæ opera cum communiter spectent vel ad omnes, vel ad plures species solutionis cōtinui,prius explicanda sunt,videndūq; quib. instrumentis perficiantur,deinde ad ea veniendū

h Ga. 3. me. cap. 1.
i G. 3. m. c. 4.
k G. 3. m. c. 3.
l G. 3. m. c. 2
m Ga. 3. m. c. 6.
n G. 3. met. c. 5.

quæ

A quæ seorsum ab vnaquaque specie requiruntur,sed ante perpendere oportet operum differen-
tias,quas requirunt differentiæ solutæ vnitatis a nobis supra commemoratæ.

Differentiæ rerum indicantium opera similem in operibus differentiam postulāt, similitu
do autem uon semper aperta & expedita est,sed interdum implicita & abscondita,perpenda-
mus sigillatim vnamquamq; ex illis quas ad solutionem vnitatis attinere demonstrauimus. Il-
læ primum quæ a subiecto sumuntur, hoc est a corpore ægrotante, euidenter similem drīam re
quirunt,opera.n.quæ fiunt vt reb.tollendis contraria,ita corpori ęgrotanti, similia quatū licet
esse debent,nam vlcus quod(vt in sequentibus patebit)tanq̃ humidum siccandū est,magis sic- a G. 3. me.
cantia postulat in corpore sicciore, [a] quam in humidiore,cum in hoc humida temperatio humi c. 7 & 8.
dis,in illo sicca siccis seruanda sit,eatenus enim siccare vlcus oportet, quatenus vlcerata pars b Ga. 3. m.
ad naturalem [b] temperationem reuertatur,quam conseruare etiam oportet, quod ad frigus & c. 9.
calorem attinet: ita quæ dantur ad vlcus siccandum,neque calidiora sint, neque frigidiora,
quam naturaliter sit ipsum corpus,quod vbi moderatam temperationem obtineat, quæ dātur
ad siccandum eatenus sicca conueniunt,quatenus vlcus humidum est, neque enim tunc habita
ratione corporis ægrotantis,magis sicca conueniunt quam postulet humor,quem siccare in vl- c Gal. 3. m.
cere oportet. Eadē aūt ratio est partis [c] affectæ,quę totius corporis,cū ipsa quoq; similibus ser c. 8.
uanda sit,quamobrem vbi vlcerata pars naturaliter siccior sit,medicamentis opus est sicciori- dGa. 3. me.
B bus,vbi humidior,minus siccis. Differentiæ igitur,quę a subiecto depromuntur,aperte similē c. 9.
differentiam operis desiderant,at non ita aperte quæ a modo formæ in subiecto. Vlcus exem
pli gratia aliud rectum est,aliud in orbem,hoc siccioribus, illud minus siccis eget præsidiis,ha-
bet autem quod in orbem est vim maioris, & ideo maiora exigit præsidia, quod rectum mino-
ris,& ideo minora. Latet ergo similitudo,includiturque in ea figura,quæ in orbem est,vis ma-
ioris vlceris,in ea quæ recta,vis minoris. Magnitudo & paruitas seu ad longitudinem seu ad la
titudinem seu ad altitudinem respicias,similem apertè differentiam postulat, magnum vlcus
magno opere eget,paruum paruo,id quod non tantum valet in remedijs vnitatem restituenti-
bus,sed in illis etiam quæ inflammationem propulsant,interdum vlcus adeo paruum est,vt ne-
que inedia neque venæ sectio,neque purgatio necessaria sit, veluti vbi plaga in superficie est,
aut vbi cutis stylo pungitur. Idem vsu venit tumoribus præternaturam, siquidem paruæ pustu eSup.l.3.de
læ plerumque [d] sanantur nulla habita ratione totius corporis,sed magni tumores inediam, ve- cur gen.ca.
næ sectionem,aut purgationem desiderant,quibus vtitur quoque Hippocr. [e] ad magna vlcera. 5 p. 1.
Eger præterea magnum vlcus vtpote quod humidius sit,siccioribus [f] quam paruum, hoc enim f H.l.de vlc.
per se aliquando sanescit. Differentiæ simplicis,& multiplicis quæ ad numerum attinet,mani- & Ga. 4. m.
feste similem operis differentiam amant. Vbi simplex & sola sit solutio continui,necessaria est cap. 4.
C vnitas duntaxat,& idcirco simplex [h] opus,sed vbi copuletur cum morbis,causis ac symptoma- g Gal. 3. m.
tibus, tot requirit opera, quot simul submouere possint ea, quæ præter naturam cum ipso con- c. vlt.
junguntur,non sunt autem differentiæ sed affectus,a quibus præsentibus, vel absentibus nasci h G. 4. m. c.
tur differentia simplicis & multiplicis,prius autem curari debent alia mala quæ in parte vlce- 1.
rata versantur, quam ad vlceris curationem veniatur,vt in sequentibus apparebit,qua ratione i Sup. in l.
autem curetur quiuis morbus,quæuis causa,quoduis symptoma abunde in superioribus [i] libris de cur. gen.
expositum est. Sequuntur differentiæ ad locum affectum attinentes. Attenditur in hoc officiū p. 1.
sensus,temperatio,substantia,forma,situs,a quibus ducuntur differentiæ similem in opere diffe
rentiam requirentes, aliæ tamen euidenter,aliæ implicite. Officium igitur quarundam partium k Gal 4 m.
præstantius est,quarūdā vilius,quod præstantius est maxime seruādum est,atq; idcirco [k] absti- c. 7.
nendū ab illis remedijs,quæ alioquin a morbo requisita illi officere plurimū possēt. Si postulet
morbus vt vel scalpello secemus affectum locū, vel relaxemus,audacter ad hæc veniemus,si of
ficium partis vilius fuerit, quæ tamen fugiemus, ubi præstantius. Latet igitur hic similitudo, l G 4. met.
quemadmodū & in illis differentijs,quæ ducuntur a sensu,qui in alijs partibus [l] uiget,in alijs he c. 7.
D bes est, hic ualidiora præsidia sustinet,ille desiderat mitiora,exasperatur enim a ualidis, adco
ut ob dolorem magna inflāmatio concitetur, quemadmodum ubi vulnerantur articuli ob ex- m Paulo an
quisitum sensum neruorum & chordarum ibi existentium. Temperatio partis (ut paulo [m] su- te.
pra declarauimus) non secus quam temperatio totius corporis,aperte similem differentiam in
opere desiderat. Caro & adeps quæ humidiores sunt, medicamentis egent minus siccis
quam articuli qui sicciores.

In substantia partis attendimus duritiem & mollitiem,densitatem & raritatem, quæ cū sint
secundę qualitates sequuntur primas,& referri ad temperationem possunt. Habent partes du
ræ & densæ vim robustam,& ideo validioribus egent præsidijs,contra mollities, & raritas im-
becillitatem præseferunt,& propterea gaudent imbecillioribus. Attenditur etiam in substan-
tia proprietas quædā,externis partibus vlceratis aptātur metallica,quæ aliena sunt [n] internis, n Ga. 4. me.
quib. conueniūt,quæ suppeditātur a stirpib. Sub proprietate medicamenti continetur proprie c. 7.
tas operis ad proprietaté substantię accōmodati. Abscōdita ergo est similitudo,& pro cōuenié
tia quadā accipitur,quemadmodum in differentijs spectantib. ad formā,vt quod vlcerata pars
recta tendat in figurā canalis veluti gula,vel residcat vt vérriculus,forma præsidiorū quæ dan-
tur,debet respōdere formæ partis. Celeritas & tarditas,quæ sunt differétię motus,expedite si-
milem

milem operis differentiam postulant, vbi celer est motus, celeritet ad opera veniendum est, vt E
ad pus mouendum ad detergendum, ad carnem producendam, vbi tardus non ita necesse est
a Gal. 3. me festinare, differentiæ vlceris recentis aut vetusti cum ad tempus pertineant, [a] quod externum
th. ca. vlt. & quoddam est, nihil requirunt nisi quatenus, quod recens est, cum simplicius sit, simpliciori ope
4. meth. c. 4 re eget, agglutinanda enim sunt cruenta vulnera, quod vetustum, quia & cauum est, & callum contraxit, quod multiplex est, multiplex quoque opus desiderat. Quatuor etiã tempora, principium, incrementum, vigor & remissio, eatenus aliquid indicant, quatenus demonstrant quo pacto affecta sit materia, quæ in parte vulnerata continetur, alio enim tempore alio modo affecta est, & idcirco aliud desiderat, aliquando enim vtendum est pus mouentibus, aliquando detergentibus. Requirunt igitur aliquid non tempora sed affectus, qui à temporibus demonstrã-
b Galen. 3. tur. Superfunt illæ differentiæ, quæ [b] a causis & ab effectis petũtur, quæ cum multiplicem affe-
meth. c. 4. ctum afferant, multiplex quoque opus desiderant.

Vbi à rebus præter naturam, & ab ipsarum differentijs eadem opera atque eędem differentiæ requirantur, curandi ratio expedita est, audacter enim efficiendum est opus quod requiritur, & eo modo quo requiritur. Vbi non eadem postulentur, difficilius est statuere quid efficiẽdum sit, distinguere autem oportet, diuersa ne tantum sint, quæ indicantur, an etiam cõtraria, atque vbi tantum diuersa, possint ne omnia simul fieri, an egeant diuerso tempore; quod F omnia simul fieri possunt, omnia simul facienda sunt; exempli gratia eodem tempore potest adhiberi inedia, purgari corpus, exiccari vlcus: simul ergo omnia efficienda sunt. At nequit simul supprimi sanguis, purgari vlcus, gigni caro, cicatrix indnci, sed necesse est quædã præcedant, quædam sequantur, incipiendum autem est vel ab eo, quod magis vrget, vel ab eo quod est causa futurorum, vel ab eo sine quo non possunt cætera fieri, quæ curatio postulat: magis vrget sanguis erumpens, hunc igitur ante supprimere oportet, deinde tollere inflammatio-
c Gal. 3. me nem, cuius [c] remotio est causa cur natura possic suum munus exequi, & vnitatem restituere.
th. c. 8. Postea detergenda sanies est, qua manente non [d] potest refici noua caro, quæ cauum impleat.
d Gal 3. me Postremo inducenda est cicatrix: si nihil vrgeret, nihil esset causa futurorum, nihil sine quo nõ
th. c. 9. possent fieri quæ curatio postulat, pariter a quouis incipere liceret. Vbi ea quæ indicantur, nõ tantum diuersa sunt, sed etiam contraria, veluti cum medicamenta desiderantur humidiota ad leniendum dolorem, sicciora ad sanandum vlcus, ita moderari curationem oportet, vt ad omnia spectet, sed magis ad id quod magis requiritur, atque vbi aliquid longe maxime requiratur, ad ipsum duntaxat. His ita in vniuersum constitutis de operibus, atque operum differẽtijs, tempus est seorsum vnum quodq; ex cõmunibus operibus propositis exponere. Et illud prius, quod prius efficiendum est. G

De euellendis telis. *Cap. V.*

Venit interdum vt relinquatur in vulnerata parte telum veluti sagitta, plumbea pila, spina, fureulus, aut aliud simile, quæ euellere oportet, non solum quia molesta sunt, sed quia non sinunt ea fieri, quæ vulneris curatio postulat, ab hoc autem opere incipiendum est, id enim a quo requiritur & vrget, & nisi educatur, non sinit pręstari, quæ prestanda sunt. Vtimur ad euellendum interdum chirurgia, interdum medicamentis, extrahit chirurgus interdum sola manu, interdum solis instrumẽtis, vt vulsella, aut forcipe, vbi educi telum non potest, qua uenit, quod nimis sic laceraretur caro, secare contrariam oportet, & inde euellere. Specta teli genus & locum ubi retinetur, ex quibus conijcies vn de euellendum sit, si in præcipua parte retineatur, non [e] est quod temere tentes euellere, nam
e Gale. li. 4. statim mors sequitur: Epaminondas ille cum infixum in uulneratis uisceribus telum haberet,
de Anat. ag intelligens seruatum esse clypeum, iussit euelli, & continuo decessit. Sines igitur ut qui uult, te-
gress. c. 1. lum extrahat. Plumbea pila ex magno impetu sæpe altius in carne defigitur, neque facile educi potest, sed paulatim descendere solet cum suo pondere deorsum feratur, ubi uero prope cuteni resideat, sectione adhibita educitur, ut homo ab ea molestia liberetur. Vbi paruus surculus aut spina in plaga relinquatur, commode educitur per medicamenta extrahentia, quæ græ H
f Gal. 5. sim ce ἑλκτικά & ἑλκυστικά [f] dicuntur, sunt autem tenuium partium, & tertio gradu calida, uelut fer
pl. c. 17. mentum, stercus columbinum, propolis, uiscus quercinum, ammoniacum, coagulum leporis, caput lacerti, thapsia, cyclaminus, aristolochia, pyrethrum, linapi, galbanum, opopanax, euphorbium, radix arundinis contusa cum melle.

Qua ratione defendatur & curetur vulneratus locus ab humorum concursu, atque inflammatione. *Cap. VI.*

Oportet etiam priusquam ueniamus ad unitatem restituendam, defendere affectum lo-
g Ga. 3. me cum ab humorum influxu, & exhaurire si qui iam in eo recepti sunt, atque inflamma-
th. c. 9. tionem [g] faciunt quod commune est cuiuslibet speciei solutionis continui, & ubi omit-

A omittatur, non potest natura aut medicus exequi suum munus, & vulnus sanare. Minus ta-
men id necessarium est, vbi vnitatis solutio perexigua est, & corpus non redundat nimia copia
aut prauitate succorum, neque enim tunc aut concitantur a dolore, aut transmittuntur a reli-
quo corpore ad locũ affectum, sicuti cum & illa maior est, magisque dolet, & in corpore multi,
aut praui succi contracti sunt, quomodocunque autem plaga magna sit, vel quod magnum spa
cium occupet, vel quod versetur in partibus aut præcipuis, aut exquisitum sensum habentibus,
Hippocr. [a] haberi rationem totius corporis voluit, prohiberique ne humores ad ipsam concur a Hip. l. de
rant, quo pacto autem hoc assequi liceat, iam sæpius explicauimus, & nunc paucis repetemus. vlc. ab ini-
Ergo non confluent noxij succi ad partem affectam, si & non contrahantur amplius in corpo- tio.
re, & qui contracti sunt, non permittantur ad ipsam ferri, non contrahentur si adimãtur ea, ex
quibus gignuntur, cibi videlicet & potiones, docet Hippocrates [b] abstinentiam, & aquæ potum b Hip. ibi.
tam cutis vlceribus prodesse, quam quod maxime, præsertim vbi inflãmatio vel accessit, vel ex-
pectetur, periculumque est ne quid corrumpatur, aut ne distendantur nerui, tũ vbi aliqua pars
præcipua vulnerata est. Conuenit autem eiusmodi victus magis recentibus vulneribus, quam
vetustis, cum processu temporis desinat humorum fluxus, neque vlla sit amplius inflãmationis
suspicio, magisque opus sit cibis & potionibus boni succi ad vires recreandas, & reficiendam
B carnem, quibus interdum etiam opus est, cum recens plaga est, quod vel vires aliquando imbe
cillæ sint, vel sanguinis effusione exhauriantur. Ne autem humores illi, qui iam contracti sunt in
corpore ægrotantis, confluant ad locum affectum, efficiet medicus spectans partim ad hũc, par
tim ad illos, illi vbi multi sunt, si per ætatem & vires liceat, sanguinis [c] missione exinaniri debẽt, c G. 4. met.
vbi [d] praui purgatione. Vtrauis necessaria sit, ex contraria parte adhibenda est, vt auertatur ca. 6.
fluxus ab affectu, secabimus igitur venam in crure vel brachio opposito, dabimus catharticum, d Ga. ibid.
quod vomitum moueat, cum plaga erit in inferioribus, deiectionem cum in superioribus. Ma-
gna autem præsidia sunt sanguinis missio, & purgatio, quare tantum requiruntur, cum vnitatis
solutio quouis modo magna est, & multi aut praui succi redundant in corpore, alioquin sufficit
quæuis auersio, etiam sine manifesta euacuatione, vt perfrictiones, per cucurbitulas, per vincu-
la admota ad contrarium locum. Quod spectat ad affectum, prouidebimus ne vel recipiat, vel
attrahat aliunde humores, ne recipiat vtemur repellentibus, [e] imponemus remedia frigida & e Ga. 4. me.
adstringentia partibus, quæ supra plagam sunt, vt mollem spongiam ex posca expressam, aut th. c. 2.
cataplasma ex lente, folijs sentis caninæ, solani, plantaginis, aut ceratum liquidum, maxime au
tem repellit persusio vini nigri austeri, valet enim ad glutinandum, sed longe magis ad repri-
mendum, hoc Galen. [f] maxima gladiatorum vulnera ab inflammatione defendebat: superda f G. 5. sim.
C tur autem plagæ prius linteum, vel si hyems sit lana, deinde assidue perfunditur vinum, [g] quod c. de And.
per pellem subiectam iacenti corpori ægrotantis, canalisque modo sinuatam ad pedes in pel- g Gal. 3 de
uim effluit, vnde regeritur similiter ad vulnus perfundendum. Vbi timeatur neruorum disten- fr. com. 21.
tio, vino adijcitur oleum, perfunditurque non frigidum, sed egelidum. Medicina hæc cum la-
boriosa sit, quoniam ministrorum assidue perfundentium operam exigit, non adhibetur nisi cũ
vulnera periculosa sunt, veluti cum simul ossa etiam aut franguntur aut erumpunt. Præter me
dicamenta valent ad repellendum duæ illæ fasciæ, quas Hippocrates [h] adhibet ad fracturas, h Hipp. l. 2.
prior arcte super vulneratam sedem bis terue circundata sursum versus fertur obuoluiturque de off. med.
dum ad summum membrum laxior finiatur, altera similiter super affectam sedem iterum ac ter 24. 25. 26.
tio arcte circumdatur, tum deorsum fertur ad imum membrum, inde sursum relata, ac per vul- & 1. de fr. 25.
nus obuoluta, in summo cum priori finitur: sic autem datæ non sinunt humores recipi in affe- 26. 27 &
cto loco, sed exprimunt, si qui iam recepti sunt. Confert etiam aliquo pacto ad repellendum ha Gal. in cõ.
bitus affectæ partis sublimior, humores enim cum graues sint, non facile sursum feruntur, sed
suopte nutu descendunt, quamobrem Hippoc. [i] membra illa, quorum ossa aut fracta sunt, aut i Hipp. 1. de
suo loco mota sublimiora collocat. Ne affectus locus aliunde humores attrahat, occurremus & fr. 22.
dolori & calori, propter quos potissimum attrahuntur, dolorem leniemus relaxantibus, vt te-
D trapharmaco aut oleo, quamuis alioquin, vt [k] quid aliud vulneratis partibus [l] aduersentur. Fu k G. 3. me.
giemus ea, quæ onerant, adstringunt, aut mordent, seu vincula, seu medicamenta sint. Calori cap. 2.
medebimur refrigerantibus, vt spongia ex posca expressa, aut cerato liquido, quę non ad ipsam l G. 4. met.
plagam, sed ad partes quæ iuxta sunt dari debent. [m] iubebimus homini vt quiescat omnibus par- ca. 2.
tibus, ac præsertim illa, quæ vulnerata est, quoniam motus calefacit, humores extenuat, atque m Ga. 6. a-
ad affectum locum concitat, neque sinit vulnus impleri, aut carne agglutinari. Iure igitur impe ph. com. 6.
ratur ocium & [n] quies, ediciturque non solum, ne moueatur æger, sed etiam ne stet [m] potissimũ n Hipp. de
vulnerato crure, musculi enim stantis eodem modo laborant, atque ingredientis, licet non ap- vlc. ab ini-
pareat motus manifestus cum homo stat, quamobrem nominatur a [o] Gale. eiusmodi status non tio.
simpliciter motus, sed cum adiunctione tonicus. Summopere igitur ad vulnerum sanationem o Gal. 1. de
conducit vlceratæ partis quies. Sed satis de coercendis humoribus influentib. Illi, qui iam in- motu mus.
fluxerunt, & in affecta parte recepti sunt, exinaniri debent, exinaniũtur autem, & [p] cum impul c. 7. & l. 2.
si vel deriuati retro commeant, & cum extrahuntur aut dissipati in vapores, aut euidenter effusi. c. 1.
p Ga. l. artis
med. c. 95.
& 13. met.
c. 9.

De

De vnitate restituenda in carne, & partibus mollibus.
Cap. VII.



Expositis operibus necessarijs priusquam ad continui solutionem sanãdam veniatur, proximum est vt ad opera transeamus, quæ ab illa requiruntur, & primo ad vnitatẽ restituendam, quod cuiusuis speciei commune est, & primo nobis propositum. Postular igitur quæuis [a] continui solutio vnitatem duntaxat, nam vnum cum sit, vnum tantum opus desiderat, vnum enim non indicat nisi vnum. At cur ab Hippocr. & ab alijs [b] medicis proponatur siccitas, tanquam opus communiter ad continui solutionem sanandam necessarium, cum solutioni non opponatur siccitas sed vnitas? ad quam quæstionem duo respondere possumus, vnum quod siccitas non requiritur proxime a solutione, sed ab vnitate, quæ vt paulo post monstrabimus, per siccantia præsidia cõparatur. Alterum quod cum soluitur continuũ, quamuis morbus videatur simplex vna videlicet solutio, est tamen duplex, cum simul temperatio solutę partis reddatur humidior, [c] non solum ob sanguinem, qui ex venis & arterijs exilibus emanat, sed ob tenuem quoque humorem, qui ex paruis foraminibus, quæ prius patebant, & nunc aperta sunt, prodiens ipsam suffundit, magis autem conspicitur in sectione, atque in vlcere sponte nascente, quam in quauis alia specie solutionis, cum alię tegãtur crusta aut cute: quæuis igitur species siccantia [d] postulat duplici nomine, & vt absumatur humor suffusus, & vt restituatur vnitas, ad quam quid siccitas conferat, iam exponere ingredior, inde autem exordiar. Vt ex rebus externis, quæ molles sunt, veluti resina, cera & liquores omnes, vbi diuidũtur, si rursus iungantur, redeunt ad pristinam vnitatem: quæ duræ sicut ligna, vbi diuiduntur nequeunt ad vnitatem reuerti, sed per gluten adeo alligantur, vt si non veram certe aliquam accipiãt vnitatem. Ita ex partibus nostri corporis, quæ molles sunt, cum soluuntur, possunt simul iunctæ coalescere, atq; agglutinari, quod opus græci σύμφυσιν & κόλλησιν appellant, atque ita veram vnitatem recuperare, quod est primum medici consilium [e] in curanda solutione continui, ijs quæ duræ sunt, [f] vnitas vbi soluta est. non potest vere amplius restitui, nequeunt enim coalescere quæ dura sunt, sed (quod est secundum medici consilium) per diuersam quandam substautiam in medio genitam quasi per gluten alligantur, quod opus græci nominant [illegible]. Nunc autem nobis propositæ sunt partes molles quæ vel per se, vel per substanriam eiusdem generis in medio procreatam, redeunt ad pristinam vnitatem, videntur ad hanc per se redire, vbi nulla earum particula interierit, vt in vulnere quod ab acuto telo protinus illatum est, per mediam vero substantiam eiusdem generis, vbi aliquid interierit veluti in vulneribus cauis. Verum neque vulnus, quod statim ab acuto telo illatum est, si ratione magis quam sensu ducamur, iudicabimus per se coalescere, cogemur enim fateri aliquid substantiæ similis in medio procreari. Nam caro non ita mollis est, vt possit quemadmodum cera, resina, aut liquor, vbi soluitur, si in vnum committatur, recuperare pristinam vniratem, sed glutinatur per nouam carnem increscentem, dicitur tamen per se glutinari, quoniam perexiguum est, id quod inter oras gignitur, & celeriter admodum procreatur, necessario autem procreatur, quod humor, ex quo caro alitur, vbi soluta est, ex paruis foraminibus effundatur, & in oris quæ inter se iunguntur, a natura agglutinetur, atque in carnem conuertatur. Hac via igitur coalescit recens vulnus, neque potest agglutinãdi opus alio pacto naturæ tribui, cum eius munus non sit agglutinare partes diuisas, sed generare aliquid sibi simile, quamobrem vulnerata caro, si alioquin sana sit, ubi præsto sit alimentum qualitate & copia moderatum, nouam carnem ex eo procreat, ipsum sibi ptius agglutinans, sed cum adhæreat vtriq; labro, dum conuersum in carnem cogitur, plagam non tantum alligat quẽadmodum gluten concrescens ligna, sed vere agglutinat ita vt coalescat, & ad pristinam unitatem reuertatur. Constat igitur cum coalescit, atq; agglutinat, aliquid carnis glutinari, quod euidentius est, cum soluta cutis sanescit, crescit enim tunc manifeste caro inter oras, quæ durior reddita in cicatricem [g] degenerat, neq; enim aliud est cicatrix quá caro durior, hanc cernimus ubicunq; agglutinatur cutis, quæ soluta erat, quanquam ubi tantum soluitur, neq; aliquid ex ea interit, adeo patua inducitur cicatrix ut fere sensum lateat, ob quam causam dicitur cutis per se coalescere, quamuis reuera per carnem in medio genitá glutinetur, & cicatricẽ efficiat. At ubi aliquid ex cute pereat, quemadmodum usu uenit ulceribus cauis, cum sanescunt, multũ carnis inter oras in carnem uidel. in medio genitam, (quod græci [h] κατὰ συσσάρκωσιν dicunt) per quam glutinantur etiam membranæ. In uniuersum autem siue in utero siue postea, partes nostri corporis cum per alteram substantiam mediam agglutinantur, siquidem illa fuerit caro, dicitur a græcis συσσάρκωσις, si neruus συννεύρωσις, si cartilago συγχόνδρωσις. Naturæ igitur tribuitur restitutio unitatis, quoniam siue obscure siue euidenter cum solutio sananrur, semper aliquid gignitur carnis, medicus uero eum siccantia præsidia admouet non efficit, sed efficiendi socius est, nam sic [i] medetur humidiori temprrationi, redditque naturam ita ualidá, ut possit exequi suum munus, sic etiam absumit humorem, qui inter labra interiectus, non sinit vulnus agglutinati; efficiunt ergo siccantia medicamenta ut natura possit libere exequi suum munus, hoc est agglutinare eo modo quo diximus, & carnem producere; minus autem sicca conueniũt ubi

nova

a Gal. 3. m. 1.
b Hipp. l. de vl. & Ga. 4. m. c. 5. & 5. met. c. 1.
c Gal. 3. m. c. 3.
d Gal. ibi. & 4. met. c. 5.
e Gal. 3. m. c. 1.
f Hip. & G. 6. aph. t. cõ. 19. & 3. de caus. sym. c. 3.
h Gal. 3. m. c. 5.
h G. l. pe ossib. ab initio.
i Ga 3. met. c. 8. & li. de cõsti. art. c. 12. & 13.

E F G H

A noua reficienda euidenter caro eſt, quam vbi obſcure, ita vt videatur per ſe plaga agglutinari,
quoniam hic fere abſumendus eſt ſanguis, qui ad alendum confluit, ibi relinquendus vt verta-
tur in carnem, tanto [a] autem ſicciora conueniunt, quanto caro ſoluta reddita eſt præter natu- a Gal. 3. me
ram humidior: ſed ſiue validiora ſiue imbecilliora ſint, debẽt omnia ſine morſu [b] ſiccare, ne do- th c. 9
lorem atq; inflammationem afferant, quod ad calorem & frigus attinet, æquent naturalem [c] b Gal. 2. ad
temperationem partis vlceratæ, non calefaciant, non refrigerent, ſi alioquin ſana ſit, nec refri- ad Glau. c. 2.
gerantibus egeat, ad extinguendum ardorem, aut calefacientibus ad temperandum frigus, & c Gal. 3. me
humorem diſcutiendũ, ſed ſemper vitandus eſt frequens calidorum vſus, [d] effœminat enim, hoc tho. c. 6.
eſt imbecillam reddit partem vlceratã, adeo vt natura fungi ſuis muneribus non poſſit, & vni- d Ga. 3. me
tatem reſtituere. Frigida [e] ẽt aliena ſunt. & idcirco vitanda, niſi vbi ſit (vt diximus) exceſſus ca th. c. 8.
loris, ſed tunc etiam moderate adhibenda, penetrant enim per vulneratam carnem quæ mul- e Hippo. 5.
to laxior eſt quam integra cutis, eamque duram & liuidam efficiunt, nec ſinunt in pus verti aph. 20.
quod ſuppurare debet, aut diſcuti quod diſcutiendum eſt, præter quam quod mordent, dolo-
rem afferunt, & neruorum diſtentionem: merito igitur præcipit Hippo. [f] vt vbi vlcus eſt, abſti- f Hippoc. 5
neamus a frigidis, etiam ſi alio nomine requirantur, vt in eryſipelate, in tumore articulorũ, tũc aph. 20.
enim non ſuper ipſum vlcus, ſed iuxta dari debent, magis autem obſunt ulceribus frigida quã
B calida, calida tempeſtas inquit Hippocrates [g] hyeme ſalubrior eſt, niſi ſi ulcus fuerit in capite g Hip. li. de
& uentre, ubi innatus calor contrahitur propter frigus aeris circumfuſi, & ualidior redditur, pu vlcerib. pro
tribus tamen ulceribus magis inimica ſunt calida, quam frigida, prohibent enim ne ſuppurent pe initium.
(quamuis in alijs valeant ad pus mouendum) [h] & putredinem augent: utendum igitur ſiccis,
quæ neque calore neque frigore ſuperent affectæ partis temperationem. Vt autem ad unitatis h Galen. 5.
ſolutionem ſanandam conferunt medicamenta ſicca, ita aliena ſunt humida, cum partem, quæ ſimpli. c 9.
propter ſolutam unitatem humida euaſit, humidiorem efficiant, & idcirco ualde imbecillam,
prohibeantq. quo minus ſanetur. Aqua [i] dulcis ulceribus maxime inimica eſt, redduntur enim i Gal. 1. ſim
flaccida, cũ hac irrigãtur, contra aliæ aquæ ſiccandi facultatẽ habẽtes [k] commodæ ſunt, cuiuſ- pli. c. 7.
modi ſunt illæ quæ mixtæ ſunt cũ ui ſulphuris, aluminis, nitri, bituminis, ſalis, cuiuſmodi ẽt ſũt k Ga. ibid.
muria & marina, ob quam piſcatorum [l] ulcera ſalita uidentur, ſicuti ob humorem diluere cer l Gal. ibid.
nuntur ulcera eorum, qui uerſantur in balneis. Linamentum etiã ex aqua dulci madefactũ, ul-
cus cui imponitur ualde madefacit: uitabimus ergo in curanda ſolutione cõtinui humida oĩa,
excepto uino nigro [m] auſtero, quod uim habet ſiccãdi & per ſe & quatenus refrigerat, atq; id- m Ga 3. me
circo repellit, maxime aũt uitandũ eſt oleũ [n] & quoduis pingue, reddit enim ulcus ſordidũ ac th. c. 4
male olens, adeoque putre vt periculum ſit ne affecta pars corrumpatur: tantum venire adhæc n Ga. 3. me th. c. 2
C medicamenta cogimur, cum aut intolerabili dolori, aut neruorum diſtentioni [o] ſuccurrendũ o Gale. 4. de
eſt, quemadmodum in vulneribus articulorum: ſubpinguibus comprehenditur cera, butyrum, art. cõ. 23.
tetrapharmacum ceratum, quæ tunc maxime admouentur, cum aliquid in pus vertendum eſt,
quo tempore conceditur etiam cataplaſma alioquin inimicum: illud tamẽ ignorare non opor-
tet, oleum vetus cum diſcutiendi ac molliendi vim habeat, vetuſtis vlceribus, quæ labra tumi-
da & dura habeant, maxime accommodari. Docet Hippoc. [p] medicamenta pinguia quibus in p Hipp. l. de
eſt olei vis, in vlceribus vitanda eſſe, niſi protinus ad ſanitatem intendant, tunc enim mollienti vlcerib.
bus eſt opus, ſed præſtat à principio ad finem, niſi durities ſit, perſeuerare in medicamẽtis ſic-
cis: valet ad ſiccandum præter medicamenta etiam chirurgia, admouetur ad plagam ſcalpel-
lus, vt detur exitus ſaniei & humori redundanti, qui non ſolum reddit vlceratam partem humi
diorem, ſed interiectus non ſinit labra agglutinari, ob eandem cauſam [q] Hipp. ex vlcere ex par q Hipp. l. de
tibus quæ iuxta ſunt ſanguinem mittit, præſertim vbi partes humorum fluxui exponantur ve- vlce. prope
luti crura. Medetur varici, qui ſubiecto vlceri humorem impertit per ſectionem, & idcirco per initium.
chirurgiam; ſpectant etiam ad ſiccandum faſciæ, [r] quæ primo ſuper vlcus arcte obuoluuntur, r Hipp. 1. de
deinde laxiores dantur ad alias partes, exprimunt enim humorem, qui iam receptus eſt in affe fr. tra 24. &
ctu, & nouum recipi non ſinunt, datur tandem exitus ſaniei, ſi opus ſit per chirurgiam, quod ſi- 25.
militer ad vlcus ſiccandum refertur. Ad reſtituendam ergo vnitatem opus eſt ſiccare, ſiue per
D ſe agglutinari vulnus debeat, ſiue per carnem euidenter inter oras increſcentem, ſed qualia
proprie ad agglutinandum, qualia ad carnem procreandam medicamenta accommodentur,
tempus eſt explicare.

De remedijs ad glutinandum vulnus pertinentibus. *Cap. VIII.*

Atura vt diximus, [s] ſolutas oras, vbi nihil carnis perierit, per ſe agglutinat, perexi s In e antec.
gnam admodum carnem inter ipſas gignens, natura inquam partis vulneratę, ſed
neceſſe eſt valida ſit, & alioquin [t] ſana excepta vnitatis ſolutione: nam ſi aut in- t Gal. 3. me
flammatio adeſſet, aut immoderatio tẽperationis, imbecillior eſſet, neq. poſſet ſuũ tho. c. 8.
officium facere, cogereq. humorem ab oris ſolutæ carnis & cutis, in roris ſpeciẽ aſ
ſidue deſtillantem, ac ſibi ſimilem efficere, atq. idcirco in carnẽ conuertere, & hoc pacto plagã
agglutinare. Medicamenta vero, quæ agglutinantia dicuntur, re vera non agglutinant, ſed con
ferunt ad agglutinandũ, quatenus remouent impedimẽtum, non poſſunt res naturales omnes

vbi contactus adsit materiæ idoneæ, non reddere ipsam sibi similem, distantia commune impedimentum proponitur ab [a] Aristotele. Nequit efficiens materiam quę proxima non est, sibi similem efficere: ergo cum oræ vulneris inter se glutinandæ sunt, necesse est [b] se contingant, vt natura cogente sanguinem, & conuertente in carnem, possint inter se coalescere: vnicum impedimentum est distantia labiorum, cum alioquin vulnerata pars sana est: quamobrem debet medicus [c] illa inter se coniungere, & coniuncta seruare. Non possunt coniungi vbi medium aliquid interijciatur, [d] vt pilus, oleum, sanies, sanguis concretus, prohibent enim hæc omnia contactum, & idcirco remouenda sunt, dandusque exitus saniei, quæ satis effluit, cū plagæ os deorsum spectat, sed vbi sursum vergat, vel ita figurandum membrum est, vt os deorsum conuertatur, vel aperiēda in fundo plaga est: dari etiam vinculum debet, quod saniem exprimat versus os plagæ, qua parte debet esse laxius. At non satis est, si coniungantur oræ, sed debent etiā seruari coniunctæ dum agglutinentur, seruantur autem partim chirurgia, partim medicamentis. Chirurgia continetur fibula, [e] sutura, fascia, quæ latius exponemus, cum sectionem proprie tractabimus, ad quam maxime referuntur. Medicamenta quę quod maxima ex parte cruentis vulnetibus statim injiciantur, ἔναιμα [f] græce dicuntur, habent omnia vim siccandi, simul & non nihil etiam adstringendi, vtroque autem nomine contrahunt partes diuisas, & idcirco seruant inter se coniunctas, repellunt præterea influentem humorem, exprimunt si quid inter oras funditur, quod possit contactum impedire, redigunt solutam partem ad siccitatem naturalem, neq; suppurare ipsam permittunt; quæ omnia conducunt ad glutinandum vulnus, efficiuntq. vt natura [g] possit destillantem sanguinem in carnem conuertere, neq. n. adeo sicca sunt, vt ipsum ex toto absumant, quemadmodum illa, quæ cicatricem [h] inducunt; carent autem glutinantia omnia morsu [i] & facultate detergendi, potiusque acerba sunt quam amara, præsertim cum dantur ad corpora duriora. Sed cum possint medicamenta glutinantia & liquida esse & crassa, quæ crassa sunt nequeunt penetrare ad vulnera profunda, sed liquidis vtendum est: commodissimū omnium est vinum [k] nigrum austerum, quod & egregie vulnus glutinat, & (vt in superiorib. [l] demonstrauimus) inflammationem repellit, liquantur etiam metallica ex oleo & aceto, liquantur & emplastra, vt peruenire possint ad vulneta profundiora. Iis quæ in superficie sunt, aptantur pulueres, cataplasmata, emplastra, huc spectant ex simplicibus lemnia terra, & armena, cerussa, spuma argenti, folia rumicis, betæ, viticis, plantaginis, symphyti, equiseti, anagallidis, sambuci, ebuli, salicis, quercus, cupressi, pini, tedæ piceæ, [m] tum cortices propositarum arborum, adhæc radices narcissi, [n] centaurij minoris, aristolochiæ, tum pix [o] arida, sarcocolla, [p] rhu, aloe, pira syluestria, vel allia immatura, iuglandes, nuces recentes. Valet ad idem cataplasma ex caseo recenti diluto ex vino nigro austero, aut ex lacte acido & malo cotoneo: plurima etiā componuntur ab Hippoc. [q] in libro de vlceribus ad eundem vsum, plurima post Hippocratem à veteribus quemadmodum emplastra illa quæ ἔναιμα nominantur, vt barbarum, cyzicænum, [r] pamphylium, [s] diachalciteos, [t] tum ea quæ quod ad fracturas caluariæ conficiantur, κεφαλικὰ [u] dicuntur, quamquam hæc in partibus durioribus magis accommodantur ad reficiendam carnem, quam ad agglutinandum. Proprie autem ad molles partes glutinandas, quas nunc tractamus, valent quæ ex cerussa, vel spuma argenti [x] componuntur, præsertim in corporibus mollioribus, vt in pueris & mulieribus, nam robustis opus est aliquo efficaciori medicamento, cuiusmodi sunt [y] emplastra, quæ ex bitumine, ætugine, squama æris, & myrtha fiunt, quibus additur aliquid ceræ vti inhęrescant.

De his quæ conferunt ad carnem producendam. *Cap. IX.*

CAro euidenter reficienda est, cum ob quamuis causam vlcus cauum est, reficitur autē a natura, [z] quæ cum vulnerata pars alioquin bene valet, si præsto sit sanguis qualitate & copia moderatus, non potest non procreare carnem; at vbi immoderata tēperatio vel alius morbus sit, necesse est sanetur a medico idoneis præsidijs, qui similiter prouidebit, ne desit sanguis qualitate & copia moderatus, quo potissimum spectat victus idoneus, purgabit etiam [a] sordem si qua subsit, deinde cauum vlcus, quod purum & alioquin simplex erit, ἀπέρισατον græce nominatur, a natura carne implebitur. Medicamenta, quæ conferunt ad carnem reficiendam σαρκωτικὰ dicuntur, [b] non quod proprie carnem gignāt, hanc enim efficit [c] natura vt diximus, sed quod remoueant impedimentum, quod afferunt illa duo, quæ necessario redundāt, cum procreatur caro, tenuis .s. [d] humor & sordes; in quauis enim coctione duo superant, quæ conuerti in alimentum non possunt, quædam videl. materia tenuis, & quædam crassa, & non tantum vbi cibus in ventriculo conuertitur in succum, aut in iecinore succus in sanguinem, sed etiam cum sanguis conuertitur in substantiam solidam, superat enim tunc humor tenuis, qui ex cute exit in vaporem vel sudorem conuersus, & materia crassior quæ partim pilos efficit, partim sordes cutis, superant eadem duo, cū gignitur caro in vlcere cauo, reddūtque ipsum humidius, nec non etiam calidius, cum retineant calidam exhalationem, cūq; acriora euadant, erodunt carnem, quo fit vt non sinat vlcus impleri, & gigni nouam carnem, quæ

commo-

a Arist.i.de gen.& cor. c. de agere & pati.
b Ga.4.me th.c.4.
c Ibid.
d Ga.4.me th.c.1.
e Ga.3.me. c.4.
f Ga.3.me. c.1.& 3.me. c.4.
g Ga.3.me. c.4.
h Ga.3.me tho.c.5.
i Ga.3.me. c.4.
k Ga.3.me th.c.4.
l Sup.c.6.
m Ga.8.si-pl.c.de Pice
n G.8.sipl. c.de Narc.
o G.8.sipl. c. de Pice.
p Ga.ibi.c. proprio.
q H.l.de vl.
r Gal.5. ca tag.c.7.
s Gal.1.cat. c.17.
t Ga.1.car. c. 4.
u Ga.2.cat. c.18.
x Ga.2.car. c.21.
y Ga.ibi.& 6.sim.c.de Amurca.
z Ga.3.me. c.3.
a Gal.ibid.
b Ga.5.sip. c.2.
c Ga.3.me. c.3.& 2. ca ta.c.21.
d Ga.ibi.3. meth.c.3.

E F G H

commode à natura gignetur, si medicus superantem humorem siccet, [a] & sordem detergat, a Gal.ibid.
A quod efficiet per medicamenta, quæ vt diximus σαρκωτικὰ vocantur, debent hæc sine morsu sic-
care [b] quemadmodum & glutinantia, a quibus differunt, quod neque ita vehementer siccent, b Gal.2.ca-
vt absumant fere confluentem sanguinem vniuersum, aut adstringant sicut illa. Leuius igitur tag.c.21.
exiccant, & pro vi adstringente detergentem habent, quæ necessaria est, ob sordem superan-
tem [c] in vlceribus cauis magis, quam in illis quæ recentia sunt, & glutinari debent. Ergo quæ c Gal.3.me
dantur ad carnem procreandam, non debent exuperare primum gradum siccitatis, nam si va- tho.c.3.
lidiora essent, absumerent [d] sanguinem illum, ex quo procreanda noua caro est, non tamen cō- d Gal.ibid.
uenit æqualis siccitas cuilibet vlceri, corpori, [e] ac parti: vlcus quanto humidius est, tanto ma- e Gal.3.me
gis exiccādum: corpus vniuersum vbi siccius sit, cum tale seruari debeat, sicciora postulat, vbi tho. c.3.
humidius humidiora: eadem ratio est partis affectæ, vt in superioribus ostendimus. Ob quam
causam vlcera, quæ perueniunt ad ossa validius siccanda sunt, quā quæ versantur in carne dun
taxat. Seruanda etiam temperatio est & [f] totius corporis, & partis vulneratæ, similib. medica- f Gal.3.me
mentis, quod attinet ad calorem & frigus. Sed siccitas medicamentorum, quæ nobis proposita tho.c.8.
est, quamuis alia alij vlceri, ac temperationi aptetur, aut moderata [g] sit, aut non superet primū g Gal.3.me
gradum. Eadem ratio est facultatis detergentis, quæ in medicamentis ad carnem gignendam tho.c.3.
B admouendis esse debet moderata, aut certe non admodum [h] vehemens, quamuis maior requi h Gal.ibi.&
ratur, vbi & plus est sordis, & corpus, vel membrum durius. Obseruare autem [i] oportet, quid a.1.catage.
in vlcere medicamenta efficiant, si nimis ipsum siccent, ac detergant, remittenda sunt admixto c.21.
cerato liquido, illis vero quæ imbecilliora sunt, neque satis præstant quod requiritur, addendū i Gal.3.me-
robur admixto melle. Vbi vlcerata caro humidior, mollior, & flaccida appareat, durior redden tho. c.2.
da est siccantibus simul atq. adstringentibus, vt galla, malicorio, terra ampelite, quibus vten-
dum est eatenus validis, vt non mordeant, K hic enim statui terminus debet roboris illorum K Gal.2.ca-
medicamentorum, quæ ad reficiendam carnem admouentur. Cuiuscunque autem gradus sint, tag c.21.
possunt & liquida dari & crassa: profundis vlceribus magis [l] aptantur liquores, cum crassa ne l Sup. in c.
queant ad altiores partes penetrare: ijs vero quæ magis in superficie sunt, vtiliter inspergitur anteced.
puluis vt [m] ex thure, farina hordei, fabarum, erui, radice iridis, aristolochiæ, panacis, cadmia, m Galen.3.
pompholyge. Multo maiorem siccandi vim [n] habet aristolochia, & panax, quam farina hordei meth. c.3.
& fabarum, thus hominem moderatæ temperationis conseruat, sicciorem madefacit, humidio n Ibid.
rem siccat, quamobrem non valet ad gignendam carnem nisi in homine humidiore: erui fari-
na & iris medium locum obtinet inter postrema hæc atq. aristolochiam: farina lupini amari si-
milis est farinæ erui, valet etiam ad moderate siccandum tragacanthum vstum, sarcocolla, co-
C chlea vsta, nitrum vstum, pastilli autem vt andronis, pasionis, musæ, inter valida referuntur: illa
vero medicamenta, quæ quamuis moderate siccent, valde aut refrigerant [o] quemadmodum o Gal.3.me
hyoscyamus, mandragora, papaueris lachryma, aut calefaciunt quemadmodum resina, & pix, tho.c.8.
fugienda sunt, nisi vbi succurrendum [p] est immoderato calori, aut frigori partis moderatę, sed p Ibid.
sic etiam remittenda est eorum vis mixtura contrariorum. Componuntur quædā medicamen-
ta ex erodentibus & pus mouentibus, quæ adeo temperantur, vt moderate siccent ac deter-
gant, & idcirco spectent ad carnem procreandam, huiusmodi est quod componebatur à Gale
no [q] ex cerato liquido & ærugine æris, accipiebat enim ad dura corpora octauam partem æru q Gal.3 me
ginis, ad moderata decimam, ad mollia duodecimam: conficitur & ex ostreis idoneum medi- tho. c.2 &
camentum. Eodem spectant & complura emplastra, quæ ita diluuntur, vt linamentis excepta 1. catag. c.2
superimponi possint.

De Cicatrice inducenda. Cap. X.

D CVm vlcus, quod cauum erat, plenum est, vt sanescat, adhuc desideratur cutis, quæ in-
terijt, sed cum gignatur ex semine, à naturali calore validissimo tantum procreatur
in vtero, postea cum perit, refici [r] non potest, cum & calor innatus debilior sit, & r Gal 3.me-
non sit copia seminis sicut in vtero, neq. n. ita abunde postea gignitur semen vt san- tho.c.5.
guis, qui large materiam suppeditat ad reficiendam carnem in vlcere cauo, quæ non ita vali-
dum calorem gignentem requirit vt cutis: hæc igitur cum refici non possit, relinquitur vt ali-
quid simile comparetur, [s] quod & subiectas partes tegat, & externarum rerum, cum quibus s Gal. ibid.
quotidie versamur, appulsum citra noxam sustineat. Oportet igitur carnem quæ nuda est &
non tegitur amplius cute, siccare [t] & duram ac densam reddere, vt sit similis cuti, quæ & siccior t Gal.ibid.
est & durior, & eundem vsum præstet, magis etiam densa sit, quam cutis, atque idcirco non [u] u Gal 4 me
edit pilos. Eiusmodi carnem sicciorem ac duriorem effectam græci οὐλὴν, latini [x] cicatricē ap- tho. c.16.
pellant, quam inducere oportet, non, dum vlcus adhuc cauum est, nam sic caua induceretur, ne x Galen.13.
que etiam quando plenum, quoniam exuperaret reliquam superficiem, cum caro interea dum meth. c.5.
induresceit augeatur, sed quando prope plenum est, vt caro quæ desideratur, simul increscat, &
dura fiat. Hoc enim modo plaga æqualem accipiet cicatricem. Tributur hoc opus medico nō
naturæ, nam hæc procreat [y] carnem duntaxat, quam medicus deinde in cicatricem conuertit, y Gal.3.me
id q; facile succedit, cum caro illa quæ prope cutē increscit, aliquo pacto durior a natura pro- tho c.6.

creetur. Quod autem non nulla vlcera ſponte ſine auxilio artis ad cicatricem proueniant, referre acceptum oportet non naturæ, ſed aeri circumfuſo, cuius appulſu res etiam externæ ſiccantur, nam ſi calidus eſt, extrahit, ſi frigidus exprimit humorem, atque idcirco duritiem efficit: quod Lucretius [a] his verſibus clariſſime tradidit. E

Principio externa corpus de parte neceſſum eſt
Aereis quoniam vicinum tangitur auris,
Tundier, atque eius crebro pulſarier ictu:
Proptereaque fere res omnes aut corio ſunt,
Aut cute concluſa, aut callo, aut cortice tectæ.

Quare non mirum eſt ſi recens caro ab aere exiccatur ac dura redditur, præſertim in ſuperficie, vbi minor eſt copia alimenti, atque humoris. At firmior, & multo citius inducitur cicatrix à medico, qui carnem [b] ſiccat ac duram reddit medicamentis, quæ debent adſtringendi vim habere, & ſicciora eſſe, [c] quam illa quæ dantur ad glutinandum. Tunc enim (vt ſupra [d] oſtenſum eſt) abſumere tantum neceſſe eſt humorem qui ſuperat in carne, ſed cum inducenda eſt cicatrix, aliquid exhaurire [e] ex eo etiam oportet, quo naturaliter caro continetur, ſiquidem ſicciore efficienda eſt & durior. Confert ad duritiem ſiccitas, vt humoris copia ad mollitiem. Eodem ſpectat vis adſtringens, cum ſubſtantiam carnis cogat, & exprimat humorem. Medicamenta igitur quæ cicatricem inducunt (græce ἐπουλωτικὰ [f] & συνουλωτικὰ [g] vocantur) neceſſe eſt vehementer ſicca ſint, & adſtringant citra morſum tamen, quæ mordent, tantum abeſt vt carnem efficiant duriorem, vt etiam rodendo humidiorem reddant, & propterea molliorem. Illa vero metallica, quæ cum craſſitudine partium calida ſunt, mordentque, & ob detrahẽdi vim quam habent, vocantur à græcis [h] καθαιρετικὰ, vt miſy, chalcitis, ſi quando cicatricem inducunt, id faciunt vel in tenuiſſimum puluerem redacta, & leniter inſperſa, vel vſta atque elota, & in corporib. robuſtis duntaxat, quæ minus morſum ſentiunt. Medicamenta vero quæ ſine morſu & attritione ſiccant, cum ipſa quoq. duram efficiant carnem, nonnihil conferunt ad cicatricem inducendam, illa tñ proprie dicuntur cicatricem inducere, quæ vehementi facultate [i] ſiccandi ſimul & adſtringendi prædita ſunt: non tñ aptantur ęque valida omnibus corporibus, ſed mollioribus ſufficiunt imbecilliora, duriorib. validiora. Corpore molliore cicatricem inducunt ea ẽt ſiccantia, quæ non aſtringunt, duriore, illa etiam quæ non omnino ſunt morſus expertia: plaga aũt, quo ſiccior eſt, eo imbecilliora, quo humidior, eo validiora ſiccantia atq. aſtringentia deſiderat vt ſaneſcat. Incipit cicatrix ab [k] ore plagæ iuxta integram cutem, vnde & caro increſcit, & ob proximam cutem ſiccior ac durior redditur. Pili [l] etiam vbi decidunt in areæ ſpeciem, renaſcuntur primo in poſtremis partibus areæ, deinde in medio. Quamobrem in cicatrice inducenda ſiccioribus præſidijs vtemur à principio iuxta cutem, vbi primo incipit induci, minus ſiccis in media plaga, vbi caro adhuc increſcit: itaque oris inſpergemus puluerem per ſe, mediam plagam illinemus eodem diluto ex aliquo humore ac linamentis excepto, proceſſu tẽporis reſpergemus puluere vniuerſam plagam: magna autem ſuppetit copia medicamentorũ, quæ valde ſiccant & aſtringunt, atq. idcirco valent ad cicatricem inducendam, vt malicoriũ, [m] myrthus, acacia, validiſſima ſunt metallica vſta & elota, vt ſquama æris, æs ipſum diphryges, alumen ſciſſile, hæc ſi non vrantur atque abluantur, tantum duris corporibus cicatricem inducunt, mollibus vero carnem [n] detrahunt, præſertim vbi liberaliter inſpergantur, ſed vſta & elota cicatricem inducunt. Illa vero quæ ſine morſu atque attrictione ſiccant, quamuis valeant ad carnem procreandam, molliqus tamen corporibus cicatricem faciunt, vt aloe, myrrha, reſina arida, cortex thuris, aut pini, radix capparis, cornu ceruinum vſtum, cadmia, pompholyx, ceruſſa, argenti ſpuma, molybdæna: vtiliter etiam imponitur linteum, aut linamentum expreſſum ex aqua, in qua tabuerit alumen, vel ex vino nigro auſtero, in quo bullierit roſa, galla, malicorium hypociſthis: eodem ſpectant & medicamenta compoſita vt diachalciteos, & quod fit ex cadmia, aut ex alga, aut ex ſandice. Ad eundem vſum miſcetur hederæ flos cũ cerato. Frequẽtatur [o] à iunioribus medicamentũ, quod accipit olei acerbi roſa conditi vnc. vj. olei myrthei, vnguenti populeon, vtriuſque vnc. iij. foliorum plantaginis, ſolani hortenſis vtriuſque M. duos, inciduntur herbæ, & cum reliquis miſcentur, quotidieque vſque ad octauum diem ſæpius dimouentur, deinde omnia percolantur & liquori adijciuntur cerę vnc. iiij. tum omnia ſimul ad ignẽ admota liquata cera dimouentur, deinde auferuntur, & vbi tepida ſunt, adduntur ſpumæ argenti vnc. vj. ceruſſæ vnc. ij. tuthiæ præparatæ drach. ij. plumbi vſti drach. vj. æris vſti drac. iv. camphoræ drach. j. ſemis, omnia autem ſimul dimouentur diutius in mortario plumbeo: facile autem per eiuſmodi medicamenta plaga, vbi alioquin ſana eſt, ad cicatricẽ perducitur, ſed vbi ſubiectum os vitiatum ſit, aut non accipit cicatricem, aut paulo [p] poſt renaſcitur, ob ſaniẽ, quę ex oſſe profluit. Quamobrem curare hoc prius oportet medicamentis valenter [q] ſiccantib. ac detergentibus, vt radice panacis, iridis, ariſtolochiæ, vel emplaſtro aliquo ex his, quæ componũtur ad fracturas, ſeu generatim ſeu ſpeciatim in caluaria. Vbi medicamenta non ſufficiãt, ſcalpro abradendũ os eſt, aut vrendũ vel præcidendum, donec abſcedat totum id quod corruptũ eſt. Hoc aũt pacto Galenus curauit puerũ [r] Marilli, qui laborabat vlcere in thorace, quod non

potuit

(Marginal notes:) a Lucr. lib. — b Gal. 3. meth. c. 5. — c Ibid. — d Sup. o8. — e Gal. 3. metho. c. 5. — f Gal. 5. fimplic. c. 16. & 13. metho. c. 5. — g Gal. 5. fimpl. c. 16. — h Gal. 5. fimpli. c. 2. — i Gal. 5. fimpli. c. 16. — k Gal. 1. catatop. ca. 2. — l Gal. ibid. — m Gale. 3. meth. c. 5. — n Gal. 3. meth. ca. 6. — o Fallop. l. de vlcerib. c. 13. — p Galen. 6. apho. com. 45. — q Gal. ibid. — r Gal. 7. de anatomicis aggr. c. 12. & 13. & 1. li. de plac. c. 5.

(Margin section letters: E, F, G, H)

A potuit ad cicatricem peruenire,nisi vitiatum os præcideretur. Illud autem obliuisci non opor
tet,quod ab Hippocrate [a] monemur,cum abscedit os,cicatrices necessario cauas fieri,neque a Hippo.6. aph. 45.
enim gignitur nouum os,cum fieri debeat ex semine,neque aliquid simile quemadmodū callus
in fracturis,in quibus fracta ossa vitiata non sunt,sed alioquin bene valent,& quod habent ali-
mentum, quantum possunt reddunt sibi simile; quod non euenit cum in vlcere ob influentem
saniem vitiantur, & abscedunt. At neque caro etiam in his adeo increscit, vt impleat spacium
illud inane,vbi os abscedit: natura enim eiusmodi partium ob vlceris putredinem debilitata
est,vixque potest tantum carnis procreare,vt tegātur quæ subiecta sunt,& inducatur cicatrix,
quam propterea necesse est cauam fieri. Vbi inducta cicatrix est, cum magna ex parte neque
mollitem, neque colorem proximæ cutis repræsentet, sed durior sit, & colorem carnis aliquo
pacto retineat,quamuis in dies magis ad cutis colorem & mollitiem accedat, quam celerrime
reddenda similis est medicamentis, quæ duritiem molliant, detergantque ac discutiant ma-
teriam, quæ ruborem seu liuorem illum efficit. Dantur ad molliendum medullæ, adipes, gum-
mi,butyrum,ad detergendum ac discutiendum radix bryoniæ cocta ex oleo, erucæ semē cum
felle caprino,aristolochiæ radix cum melle,thus,creta cimolia,stercus columbinum ex aceto,
B maxime autem ad digerendum & molliendum simul accommodatur oleum vetustum, quod
vt si quid aliud cicatrices reddit decoras.

De eo quod superat vel alienatum est, detrahendo. Cap. XI.



DEtrahere etiam oportet quicquid aut redundat,aut adeo alienatum est,vt redigi ad
naturalem statum nequeat,non modo in vna specie solutionis continui, sed in plu-
ribus.In vlceribus sponte nascentibus cum mala sunt & putria,sæpius ita putrescit
caro,vt nisi adimatur,corrumpat partes quæ iuxta sunt,cum non mala sunt,sed ta-
men ægre ad cicatricem perueniunt,labra obducuntur callo neque sanescere possunt, nisi ille
remoueatur. Et his quæ simpliciter caua sunt, cum implentur, adeo interdum caro increscit, [b] b Galen. 3. metho. c. 6.
vt reliquam superficiem superet, id quod potissimum euenit, cum aut antequam vlcus fuerit
purgatum, dantur medicamenta ad gignendam carnem pertinentia, aut vbi (etiam si tempe-
stiue adhibeantur) dantur vel minus sicca quam oportet, vel diutius, & postquam noua caro
æquauit reliquam superficiem, quo tempore inducenda cicatrix esset. Ob quamcunque cau-
sam excrescat,accedit solutioni continui alter morbus spectans ad magnitudinem auctam,di-
C citurque Græce ὑπερσάρκωσις,postulat autem cōtrarium opus,nempe vt detrahatur [c] quicquid c Galen. 3. metho. c. 6.
superat,efficitur hoc non à natura, [d] sed à medico,qui non remouet impedimenta veluti cum d Gal ibid.
vulnus agglutinatur,aut reficitur caro,sed ipsemet adimit excrescentem carnem. In contusio-
ne præterea necesse est adimere id quod adeo laceratum est,vt nequeat seruari, & ad pristinā e Ibidem.
naturam reuerti,sed necesse [e] est intereat. Corrumpitur enim non secus atque in pomis deci-
dentibus illa pars,quæ valde collidirur. In vstione redundat crusta, quæ caro quædam emor-
tua est,& idcirco tanquam res præter naturam adimenda.

Expedita via detrahendi quicquid redundat vel alienatum est, ad chirurgiam pertinet,per
quam scalpello inciditur, aut candenti ferramento exuritur quicquid detrahendum est, quæ
vbi citra dolorem adhiberi possint,quemadmodum adhibentur ad crustam vel ad carnem pu-
trem,à nemine recusantur,sed cum magna ex parte dolorem ingentem moueant,malunt pleri
que ægrotantes diuturniori tempore medicamentis curari. Quatuor autem generibus compre
henduntur medicamenta quibus vtimur ad detrahendum,cum alia adurant, alia altiores par-
tes exedant,alia erodant superficiem,alia putrefaciant,atque in pus vertant, illa quæ adurunt
non secus atque ignis,crustam inducunt, atq; idcirco nominantur à Græcis ἐσχαρωτικά.Sunt autē f Hipp. l. de
vehementer calida, & crassioris substātiæ, neq. possunt nisi cum magna difficultate penetrare, vlcerib. &
interea ob vim caloris mouent dolorem grauissimum, quemadmodum calx vel per se vel in pa Gal. 4. me tho. c. 5.
D stillos redacta, additur enim vna pars calcis sex partib. aquæ, & septem diebus in sole sæpius
agitatur,donec fiat veluti lutum,ex quo pastilli conficiātur,celeriter autem resoluitur crusta,
quæ inducitur à calce, diu manet illa,quæ à medicamentis cum quadam adstringenti vi vten-
tibus vt à misy,chalcitide, atramento sutorio. Alterum genus detrahentium medicamētorum
exest altiores partes, hoc autem minus calidum est, & tenuioris substantiæ, quare neque cru-
stam inducit, neq. ita magnum dolorem mouet, sed cum leuiori morsu carnem depascit ac li-
quat,ad hoc refertur [g] flos asij lapidis,& chrysocolla. Tertium genus summam cutē duntaxat g Galen. 5. simpl. c. 15.
erodit,comprehenduntur sub hoc medicamenta illa,quę calidiora quidem sunt,non tamē ad-
modum vehementia crassioriq. substantia continentur, quæ cū penetrare nequeant ad partes
altiores in superficie hærent, vocantur aūt à Græcis καθαιρετικά. Huiusmodi sunt cantharides, h Galen. 5. simpl. c. 2.
argentum liquidum in puluerem redactum,quod recentiores præcipitatum nominãt, tum ęru
go & squama æris,æs ipsum vstum non tamen elotum,nam sic inducerent cicatricem,quemad
modū & pleraq. ex his,vbi vsta sunt & elota,si duris corporib. leuiter inspergātur, sed vbi libe
ralius dentur,neq. vrantur,neq. abluantur,superficiem erodūt. Quartū genus ad putrefaciētia

pertinet, quæ Græce [a] dicuntur καυτικά, quo vocabulo minus proprie illa etiam significantur, quæ proxime diximus vel superficiem erodere, vel altiores partes excedere: habent vim putrefaciendi illa quæ pus mouent, est autem confectio puris opus naturæ, [b] hoc est naturalis caloris concoquentis quantum concoqui potest, id quod alienum est, & nequit in alimentum conuerti, conferunt tamen ad puris confectionem ea, quæ naturalis caloris substantiam augent, [c] auctus enim efficacior est ad concoquendum & mouendum pus, augetur autem ab ijs quæ similem temperationem habent, hoc est moderate calida & humida sunt, nam & innatus calor moderatus est, & innititur in substantia humida. Quod si ea quæ adhibentur calida & humida, possint parua foramina cutis obturare, retinebunt calidam exhalationem, & sic etiam calorẽ nostrum augebunt, huc spectat calida persusio aquæ & [d] olei, tetrapharmacum macedonicũ, cataplasma ex pane, vel ex farina tritici aut hordei decocta ex aqua & oleo. Confert etiam ad pus mouendum pix, resina, butyrum, styrax, galbanum, adeps, medulla: [e] aptantur autem durioribus corporibus, sicciora & validiora, mollioribus imbecilliora & humidiora. Varia igitur sunt detrahentium medicamentorum genera, sicut eorum quæ detrahenda sunt, at non temere hoc aut illo vtendum est, sed eo quod maxime aptetur. Aptantur adurentia potissimum putribus vlceribus ad corruptam carnem adimendam. Nam præterquam quod absumunt quicquid [f] corruptum est, extirpant quasi radicem [g] putredinis, & non sinunt eas serpere ad vlteriores partes. Quæ tenuium sunt partium & calida, & carnem exedunt, cum facile penetrent, maxime accommodantur ad detrahendum [h] callum, quæ crassiores partes habent, & tantum superficiem erodunt, excrescentem carnem absumunt, quæ mouent pus pertinent ad detrahendam illam substantiam, quæ adeo confusa est, vt seruari non possit, sed necesse est in pus vertatur, & tabescat. Eadem valent ad remouendam crustam ex partibus vstis, putrefit enim & vel per se resoluitur, vel sine dolore exciditur, quamquam resoluitur etiam à natura subcrescente carne, medicus autem efficiendi tunc socius est, adhibet enim modice siccantia ac [i] detergentia, quæ (vt docuimus ante) conferunt ad carnis procreationem.

[a] Gal. 5. simplic. c. 15. [b] Galen. 1. prog. com. vlt. [c] Galen. 5. simpl. c. 9. & Gale. 5. simpl. c. 3. [d] Galen. 5. simpl. c. 9. [e] Galen. 5. simpl. c. 9. [f] Gale. 2. ad Glau. c. 9. [g] Gal. 4. catagen. c. 12 & 13. [h] Galen. 4. meth. c. 5. [i] Sup. c. 9.

De sorde detergenda. Cap. XII.

CVm vlcus sordidum est, nõ potest carne impleri, & sanescere priusquam purgetur, & detergatur. Contrahit autem aliquando saniem veluti cum malum est, aliquando pus veluti cum contusa caro suppurat, atque ita sordidum efficitur. Vbi vero rantum superet exigua illa sordes, quam simul cum humore necessario superare propoſuimus, cum noua caro gignitur, [l] purum censetur, tantumque leuiter detergentia ac siccantia postulat, quæ dicuntur σαρκωτικά, [m] quod ad carnem procreandam conducant. At cum purulentum est, vel saniem contraxit, non est amplius purum sed sordidum, ita vt purgari debeat, medicamenta quæ hoc præstant, valida sunt, & non conferunt ad carnem procreãdam, appellanturq; Græce ῥυπτικά. Latine detergentia, habent autem omnia vim siccandi [n] cum remouendo sordem simul humorem absumant: non tamen omnia quæ siccant ad detergendum valent, siquidem adstringentia, quamuis humorem absumant, relinquũt sordẽ quam in vlcere impingunt: [o] necesse est igitur adstrictione careant quæ detergunt, sintque calida & tenuium partium, ex his, quæ leuia sunt, carent insigni morsu atque amaritudine, quæ valida, mordẽt, amara sunt, & nitri vim habent possunt autem tam hæc quam illa & liquida admoueri ad abluendum vlcus, & crassa superdari. Proferemus aliquot exempla, ex liquidis quibus sordidũ vlcus abluimus, est serum lactis, tum aqua in qua hordeum bullierit, & mulsa valde [p] diluta, validiora sunt lixiuium, vrina, mulsa parũ diluta, marina item aqua, ob quã vlcera piscatorũ adeo sicca redduntur, vt salita videantur. contra euenit his qui versantur in balneis [q] vt ob aquam dulcẽ, humidiora nimis mollia & flaccida reddãtur, egregie etiã detergit aqua [r] illa, in qua vis est chalcitidis, aluminis, nitri, salis, sulphuris, bituminis. Ex crassis imbecilla est farina hordei aut fabarum, [s] resina terebinthina, validior farina erui, radix lilij, iridis, aristolochiæ cũ melle: inter valida refertur etiã marrubiũ, & amurca cũ melle, cataplasma ex oleis salitis, emplastrũ isis ex mulsa tẽpetatum, validissima sunt nitrũ, [u] aphronitrũ, ærugo, squama æris, & quæ ex ipsis componuntur. Sed siue liquidis, siue crassis vtamur, aptantur duris [x] corporibus validiora, mollibus imbecilliora: vbi multa sit sanies, & requiritur & toleratur medicamentum, quod vehementer detergat, vbi pauca, sufficiunt imbecilliora neq; sustinentur quæ valida sunt: idẽ autem vsu venit vlceratæ carni, quod intestinis, hæc enim cum plena sunt reliquiarum cibi, citra noxã sustinent oxymel ẽt valde acidũ, à quo læditur [y] vbi ieiuna sint, caro quæ valde sordida est, ob saniem interiectam non mordetur, etiamsi imponatur medicamentum vehementer detergens, vbi minus sit sordis magis sentitur morsus. Quare cũ vlcera purgari iam cœperunt, minuere vim [z] detergentẽ oportet, & indies imbecilliora dare, ita vt cũ prope pura sunt vtamur maxime imbecillis. Adhibenda igitur sunt detergentia illa quæ cuique corpori atq; vlceri opportuna sint, vbi imbecilliora q̃ opus sit admouẽtur, cũ non absumatur sanies illa quæ assidue contrahitur, vlcus sordidius, ubi ualidiora, cũ absumant & exedãt carnem atq; in saniem conuertant,

[k] Gal. 3. method. c. 3. & c. 9. [l] Sup. c. 9. & Gale 3. meth. c. 3. [m] Gale. 5. simp. c. 2. [n] Galen. 5. simp. ca. 5. [o] Galen. 3. meth. c. 4. [p] Galen. 2. meth. c. 4. [q] Ga. 1. simpli. c. 7. [r] Gal. ibid. [s] Ga. 8. metho c. 4. & 5. simp. c. 9 [t] G. 8. sim. c. proprio. [u] Gal 2. catag. c. 5. [x] Ga. 8. meth c. 4. [y] Hi. 3. acu. tex. 36. [z] Galen 4. catag. c. 2.

A vertant, vlcus [a] similiter magis sordidum efficient: quamobrem nimis imbecillam vim augere
oportet, id quod fit admixto melle; nimis validam remittere adijciendo liquidum ceratum: a Gal. 3. me
sed necesse est diiudicare interim vlcus, quod à validiori detergente, & id quod ab imbecillio tho. c. 3.
ri magis sordidum redditur, ne nobis eueniat quod [b] Gale. euenisse cuidam medico testatur, a Gal. li. 3.
qui cum videret quotidie vlcus sordidius fieri, existimans imbecillius esse medicamentum, meth. & 4.
quod prius adhibuerat, validius ipsum reddebat melle admixto, sed quo maior erat vis deter- catag. c. 2.
gens, eo plus sordis contrahebatur. Discernemus autem inter vtrunque, respicientes ad vlce- c Gal. 4 ca
ris affectum non ad sordem, nam vbi magis cauum [c] rubrum calidum atque inflammatum appa tag c. 2. Ga
reat, constat medicamentum fuisse nimis validum, contra vero nimis imbecillum; ubi cum ma- le. 3. meth.
iori copia sordis vlcus nec magis cauum, nec magis rubrum, nec magis calidum atque inflam- c. 3.
matum conspicitur.

Quid in curatione postulent species illæ solutionis continui, quæ ab externa causa oriuntur, ut sectio, contusio, attritus, perruptio, vstio. Cap. XIII.


Xplicatis operibus atque instrumentis communiter attinentibus vel ad omnes, vel
ad plures species solutionis continui in carne & partibus mollibus, proximum est
B vt eadem in vnaquaque reperamus, adijcientes si quid proprium est singulatum,
persequemur primo illas quæ fiunt à causa externa, vt sectionem, contusionem, at
tritum, abruptionem, vstionem, deinde pergemus ad vlcera sponte nascentia. Ve-
niat primo in medium sectio, quæ à telo acuto siue punctim siue cæsim infertur. Hæc si non ac
cesserit alius affectus per se coalescit, agglutinatur autem cum carne non solum caro, sed etiã [d] d Ga. 3. me
cutis, quæ resoluitur interdũ à telo protinus ac pendet, neque enim tunc præcidenda est, vt tho. c 4.
chirurgi faciunt imperiti, sed reducenda super carnem in pristinum locum vbi coalescit, non
tantum in adolescentibus, sed etiam in senibus, & non modo cum recens plaga est, sed etiam
multo post, cum iam incipit nigrescere; gaudet subiecta caro sua cute, tanquam operculo ido-
neo, læditur à quouis alio cum putrefiat à senibus, exasperetur ab acribus. Sectio igitur vbi so-
la sit nihilque carnis desideretur, protinus agglutinanda est, nisi alte vulnerati sint musculi
transuersi, quos si agglutinare tentemus, periculum est ne coalescentibus [e] summis partibus e Gal. 3. ca
imæ relinquantur solutæ, & saniem contrahant, quamobrem præstat tunc linamentis demissis tag. c. 2.
seruare plagam apertam, vt carne in altioribus partibus increscente, reliquæ tuto postea ag-
glutinentur. In illis autem vulneribus quæ aut in longitudinem sunt, aut si transuersa, in sum-
C mo duntaxat, facile omnes partes agglutinantur, opus hoc vt in superioribus [f] ostensum est, f Sup. c. 8. 9
præstat natura solutæ partis nonnihil carnis reficiẽs, cum valida est, hoc est cum pars alioquin & Gale. 3.
sana est, & nullus alius affectus præter naturam cum solutione continui copulatur, necessario meth. ca. 6.
autem agglutinat hæc inter se labra, modo non distent, sed proxima sint, medici munus est, ea
primum inter se coniungere, dein coniuncta [g] seruare dum agglutinentur, cum coniunguntur g Sup. c. 8.
cauere oportet, nequid alienum intercludatur, neque enim possent se contingere, & aggluti-
nari, sæpe autem includitur sangnis [h] concretus, tenuis cruor, pilus, oleum, sanies vel alius hu- h Ga. 4. me
mor, quicquid est, remouendum est, quod propositum nobis esse debet non tantum initio cum tho. c. 1.
labra coniungimus, sed postea donec coalescant. Initio vulsella detrahimus pilum & sangui-
nem concretum, spongia, aut linamentis aut specillo inuoluto lana, seu gossipio, siccamus hu-
morem[i], cauemus etiam ne postea retineatur ille, qui vna cum sorde assidue; contrahitur cũ i Gal. 3. me
gignitur caro; prohibet enim labiorum contactum: non retinetur vbi exitum habeat ex loco tho. c. 3.
decliuiori, qui si per se patet, optime agitur cum ægrotante, alioquin parandus est sectione, ni
si ubi membrum ita [k] collocari potest, ut plagæ os quod alioquin sursum spectat, uergat deor- K Sup c. 1.
D sum, ueluti si vulnerato femore sorsum spectante ore, ipsum genu inguine sublimius colloce-
tur: exprimitur etiam ex vulnere humor fascia [l] arcte data ad fundum, & paulatim relaxata l Sup ibid.
donec ad os laxa perueniat: seruantur labra inter se coniuncta partim medicamentis, partim m Sup. c. 8
chirurgia. Medicamenta vt in superioribus ostensum est, siccare debent simul [m] & astringere. & Gale. 3.
Hæc enim conferunt ad glutinandum, quatenus non solum superantem humorem absumunt, meth. c. 5.
sed etiam contrahunt inter se labra. Vtimur etiam chirurgia ad seruanda labra vulneris inter n Sup. c. 8.
se coniuncta, aliquando sufficit sola fascia,[n] aliquando necessaria est fibula vel sutura; tunc per & Gale. 3.
se fascia sufficit cum vulnus est in longitudinem,[o] media enim primum inijcitur, & vtroque ca meth. c. 4.
pite versus plagam ducitur, dum labra fine compressu se contingant. Si plaga in alterutram o G. 3. cat.
partem inclinet, commodius incipit [p] fascia ab vno capite circumdari, attrahitur autem ab ea ca. 2. & 3.
parte, in quam plaga conuertitur, sic enim corrigitur si qua deprauatio subsit, cum alligata est meth. c. vl.
non prius resoluatur quam verisimile sit plagam coaluisse, nisi si dolor aut aliud malum interea p Gal li. de
superueniat, propter quod prius resoluenda sit. Cum vulnus transuersum est, validiori auxi- fascijs in
lio opus est, vt seruentur oræ inter se coniunctæ, quamobrem adhibebitur [q] sutura, ubi maxi- proœmio.
me coniunctas velimus, sed fibula [r] vbi ad exitum saniei paulo laxius esse vulnus expediat. In q G. 2. cat.
sutura ducitur filum perpetuum à principio ad finem; in fibula vbi semel traiectum est per ca. 2. & 3.
meth. c. vl.
r Cels. li 5.
c. 26.

vtran-

vtranque oram præciditur,& rursus traijcitur in vlteriori parte. Sed siue sutura, siue fibula vtamur, moderatione opus est, quæ crebra est, quod sæpius caro & cutis perforetur, inflammationem [a] concitat, quæ raro non satis fideliter continet, rursus quæ arctior comprimit oras, quæ laxior diduci patitur. Agglutinata plaga subiecto specillo, incidendum & extrahendum filum est, quod nec nimis molle sit ne abrumpatur, nec nimis durum [b] ne carnem abrumpat. Acus lõgior sit,& ad profundiora vulnera [c] altius demittatur ab externa parte vnius labri vsque ad internam, inde ab interna parte alterius vsque ad externam, sit autem ex materia non omnino dura, sed quæ flecti possit, ne autem labrum, quod secundo perforatur, cedat, sed renitatur,& perforari possit, compellendum est ab exteriori parte in interiorem, compellitur autem [d] fistula ænea, quæ ab vno extremo excisa sit in figuram calami, quo ad scribendum vtimur, vt perspiciatur acus cum traijcitur. Sunt qui ad transuersa vulnera valde hiantia, pro sutura [e] plures acus traiectas inter labra, ac filo ab vtroque extremo alligatas relinquunt, quod mihi non probatur, multo enim molestior est,& magis inflammationem concitat appulsus earum quam fili, quod ad suturas vel fibulas adhibetur. Alij vt euitent dolor & deformitas, [f] fibulis, vel sutura oras adstringunt, non plagæ quam vtrinque agglutinant, illitam medicamentis illis quæ valde inhærescant, Græce [g] ἐναιμολλήματα & ἐγχιλλα [h] dicuntur, fiunt autem ex polline farinæ, puluere qui ex thure excutitur, mastiche, tragacantho, pice liquida, sarcocolla, sed Gal. [i] non magnopere confidit eiusmodi glutine, nam si vehementer trahuntur, quæ glutinantur, resoluuntur; si leuiter, nihil proficiunt, quemadmodum ipse testatur ubi exponit Hippo. qui ad nasi fracturam glutine vtitur, videntur autem tantum conuenire hi panni agglutinati, vbi parum adstringere labra vulneris oporteat, quemadmodum in vulneribus valde profundis, & in quibus requiritur exitus saniei. Illud autem obliuisci non oportet, quod tertio aut quarto die, neque fibula aut sutura, neque alia chirurgia [k] conuenit vexare plagam, ne nimis exasperetur, tunc siquidem incipit inflammari, sed primo quoque tempore postquam illata est & omnino ante tertium diem.

Contusio quæ fit cum à telo graui ac retuso exiguæ particulæ pluribus locis soluuntur, diciturque Græce θλάσμα. [l] vbi simul venulis scissis cutis euidenter sanguine suffundatur, vocatur à Græcis ἐκχύμωμα, siue [m] ἐκχύμωσις, acceditque tunc solutioni vnitatis symptoma, mutatio videlicet coloris, redditur enim cutis primo rubra, deinde liuida & tandem nigra, quoniam & sanguis, quo suffunditur, quamuis primo ruber sit, processu temporis liuet, & tãdem nigricat, quod si plurimum suffundatur, non tantum colorem mutat, sed excitat etiam tumorem. Oritur cum contusione vulnus manifestum, sed plerunque seruatur cutis integra, duæ autem præter cæteras contusionis differentiæ attenduntur, quæ quod varias curationis species desiderent, a medico species potius, quam differentię existimantur, vna cum ita leuis est, ut quod contusum est seruari [n] possit, altera cum ita grauis, vt nullo [o] modo seruetur, sed necessario intereat. Differẽtiæ quas proposuimus, ut quod cutis vlceretur, uel integra maneat, suffundatur sanguine, uel appareat sui coloris, tantum obseruantur in curanda priori specie, sub qua seruatur quod contusum est, tunc siquidem præter remedia, quæ simpliciter à contusione requiruntur, aliquid postulat vulnus manifestũ, aliquid suffusio sanguinis, in altera uero specie vbi necesse est pereat, & in pus vertatur, quod contusum est, [p] nihil refert, iungatur ne cutis cum suffusione, vel vlcere, an sine his sit, cum eodem modo verti in pus debeat, & tabescere, quicquid contusum est, vt paulo post docebimus. Primo autem cum ad contusionem curandam adhibemur, diiudicare oportet vtra species nobis proponatur, illa enim sub qua seruatur quod contusum est, siccantibus eget, altera in qua uertitur in pus, madefacientibus ac relaxantibus, nam si contrarijs curaretur, superueniret dolor [q] inflammatio, febris,& tandem gangræna. Discernes utra species sit, ex magnitudine noxæ, quod à naturali statu parum mutatum est, restitui in eundem potest, quod ualde alienatum, necesse est corrumpatur, quanquam euenit interdum, vt hoc quoque ob ingentem uim innati caloris ad naturalem statum redigatur, præsertim in pueritia & cum integra cutis est, ita ut calor nequeat exhalare. Primum medici consilium esse debet, dum contusionem curat, seruare quod contusum est, secundum uero, ubi primum assequi non possit, cõuertere [r] in pus, si quando autem sub auxilijs, à quibus conseruari solet, & redigi ad pristinam unitatem, exasperaretur, medicus statim repudiabit consilium, quod prius intenderat, & transibit ad pus mouentia. His ita in uniuersum constitutis, de duplici specie contusionis, pergamus seorsum ad curationem utriusque. Fac primum leuiorem esse contusionem, & sanari posse quod contusum est, sanabitur si restituatur unitas, restituitur autem à natura agglutinante, medicus (ut in curanda [s] sectione declarauimus) efficiendi socius est, cogit enim adstringentibus illas particulas, quæ solutæ sunt, & absumit siccantibus, quicquid humoris effusum est. Vtitur ergo siccantibus [t] atque adstringentibus, qualia sunt emplastra, quæ statim cruentis vulneribus inijciuntur, ut diachalciteos, cyzinæum, pamphilium, melinum, barbarum, sed hæc ualidiora sunt, sufficiunt interdum leuiora ut cataplasma ex farina fabarum, & oxymelle, sed præter medicamenta, quæ ad glutinandum conferunt, proprium aliquid requiritur, si contusioni manifestum vlcus accedit, aut sanguinis suffusio, nam manifestum vulnus si [u] cauum sit, carne impleri debet, & ad cicatricem induci idoneis medicamentis. Vbi sanguis euidenter suffunda-

tur:

a Cels. li. 5. c. 26.
b Ga. 6. meth. c. 4.
c Ga. 3. cat. c. 2.
d Tagaul. l. 2. de Pla.
e Tagaul. l. 2. de plagis cruentis.
f Tagaul. ibid.
g Ga. 3. cat. c. 8. & li. 11. simpl. c. de ouis.
q Ga. 2. cat. c. 1. in fin.
i Gale. 2. de ar. com. 47.
k Gal. 1. de offi. com. 6.
l Gale. 3. de off. com. 30
m Ga. 2. de off. cõ. 9. & 6. apho. cõ 20. & 3. de off. com. 30
n Gal. ibid.
o Ga. 4. meth. c. 5.
p Galen. 4. meth c. 5.
q Ga. 4. metho. c. 5.
r Gal. 4. meth. c. 5.
s Sup. ca. 8.
Gale. lib. 3. meth. c. 6.
t Gal. 4. metho. c. 7.
u Gal. 3. meth. c. 4.

F G H

A cutis statim dentur sola glutinantia, periculum est ne putrescat, quamobrem educendus est[a] vel dissipatus in vapores, vel euidenter effusus, dissipatur in vapores sub medicamentis digerentibus, quę si à principio sola adhibeantur, venulis adhuc solutis ipsum magis euocabunt, & suffusionem augebunt, quamobrem miscenda tunc sunt cum repellentibus, ut cum rosa, lentisco, myrtho, hypocistbide, acacia: complura autem sunt medicamenta digerentia, alia imbecilliora, alia validiora: suffusio, quæ summam partem occupat duntaxat, satis discutitur per leuiora, vt perfusa aqua[b] calida, in qua bullierit sertula campana, aut fœnugræcum, si altius descendat, adhibebimus validiora, perfundemus enim affectum locum aqua in qua decoctum fuerit[c] thymum, hyssopum, origanum, semen anisi uel fæniculi, illinemus lac fici, aut collyrium ex myrrha. Imponemus cataplasma ex farina hordei & melle, aut ex nuce arida contrita, aut ex draconculi radice,[d] ruta, & ficis aridis cum defruto, si hæc non satis proficiant, defigemus cucurbitulam, quę maximam vim habet euocandi ab intimis partibus ad extimas, quod effusum est. Interdum tanta est copia & crassitudo sanguinis suffusi, vt non cedat digerentibus medicamentis, sed manifeste effundendus sit scalpello, secta cute, contusa pluribus, atque altioribus[e] plagis, quas deinde ubi expresseris, respergere aceto debes, nequid concreti sanguinis relinquatur, postea in medicamentis siccantibus atque[f] astringentibus perseuerare, donec solutio agglutinetur, & vnitas ex toto restituatur. Cum quod contunditur, valde laceratur, necesse est intereat, quod vnitas pluribus locis valde soluta sit, neque enim seruatur amplius temperatio

B partis, dissipantur spiritus, effunditur sanguis, atque adeo alienatur, ut partem in qua versatur corrumpat. Medicus eo tunc incumbere debet, vt quicquid restituere non potest, in pus[h] vertatur, & tabescat, atque hoc est quod recentiores chirurgi sibi volunt, cum[i] dicunt, omne contusum necesse est putrefieri, intelligunt enim non quod simpliciter contusum est, sed quod valde. Hoc idem sibi voluit Hippo.[k] cum in libro de vlceribus, & in eo qui est de vulneribus capitis, inquit, necesse est collisam laceratamque à telo carnem in pus versam tabescere, nam si nõ verteretur in pus, superueniret gangræna, & non solum contusa pars, sed totum membrum cũ summo periculo vitæ corrumperetur. At vbi suppuret, nihil læduntur partes, quæ iuxta sunt, est enim confectio puris coctio[l] magis quam putredo, postquam collisa caro suppurauit, detergere pus oportet, atque in vlcere, quod cauum restat, carnem procreare, & cicatricem inducere. Quam celerrime autem mouere pus oportet, nam quo[m] celerius suppurat quod interiturum est, eo celerius interit, detergitur locus, procreatur noua caro, & sanies inducta cicatrice restituitur, præterquam quod deuitantur grauiora mala, quæ superuenire solent, si differatur conuersio in pus. Sed quod in alijs communiter præcepimus, in hac solutionis specie maxime seruandum est, vt prius propulsentur influentes humores, quam ad pus mouendum ueniatur.

C Relaxant enim quæ pus mouent, quo fit vt affectus locus nimis impleatur, & pro pure sanguinem contrahat & putrescat, vbi prospexerimus ne quid influere possit, vtemur pus mouentibus, sub quibus suppurat non tantum humor, sed etiam caro, quæ ualde[n] contusa atque alienata est, illa enim quæ sana est renititur, cum magis solida sit, id quod euenit etiam cum dantur medicamenta erodentia, quæ vulgus existimat tantum erodere putrem carnem, erodunt quidem hanc celerius, si quidem ea, quæ sana est, diutius renititur, & cum doleat vbi eroditur, monet vt remoueantur medicamenta erodentia, quibus nulla inest propria vis erodendi magis vitiatam carnem quam sanam, sicuti neque pus mouentibus magis conuertendi in pus contusam carnem quam integram, sed facile suppurat, & cito quæ lacerata est, integra vero non nisi processu temporis, cum sub propositis medicamentis redditur flaccida. Tãdiu autem perseuerandum in pus mouentibus, vt suppuret totum id quod valde contusum est, deinde transeundum ad detergentia,[o] tum ad ea, quæ conferunt ad reficiendam carnem, & postremo ad cicatricem inducentia, quæ qualia esse debeant, satis in superioribus[p] ostensum est.

Atteritur interdum ac deraditur cutis quamuis subiectæ partes seruentur integræ, quod cõ

D tra accidit, atque in contusione, sub qua hæ soluuntur, illa integra seruatur. Ob quamcunque causam atteratur, soluitur vnitas & accedit dolor, qui inflammationem concitat, quamobrem necesse est, & lenire dolorem, & propulsare inflammationem, deinde vnitatem restituere: restituit autem hanc natura[q] solutas partes agglutinans: perinde atque in sectione, medicus impedimenta remouet leniter siccans superantem humorem, ac detergens si qua subsit sordes, non enim tolerat densa cutis acria & valida medicamenta, quæ dolorem atque inflammationem mouent. Illa ergo duntaxat opportuna sunt, quæ omnino citra morsum siccandi facultatem habent: dolori succurritur liquido cerato, uel cerussa temperata ex oleo rosa condito vel œsypo. Proprie autem pedibus calceorum attritu dolentibus, superimponitur pulmo[r] ouillus. Illi vero qui verberibus cæsi sunt, inuoluuntur pelle, ouilla statim detracta & adhuc calida, sic enim dolor sedatur, neque potest mouere inflammationem, quæ si superuenerit imponendũ[s] est cataplasma ex pane, & folijs plantaginis decoctis in oleo rosa condito, vtiliter etiam perfunditur aqua, in qua lens bullierit, sed maxime pręsens remedium est cataplasma ex lente decocta, cui aliquid croci addatur, lenit enim dolorem, siccat superantem humorem, concoquit inflammationis materiam. Sed si dolor atque inflammatio absit, utendum est medicamentis sine morsu siccantibus, ueluti myrrha, tragacantho, nasturtij & apij[t] semine cum cera & oleo,

a Gal. 4. metho. c. 7.
b Sup. l. 30 c. 14.
c Sup. ibi.
d Sup. ibi.
e Sup. li. 30 c. 14. & Auf ce. li. 4. f. 4. tr. 2 c. 3.
f Ga. 4. meth. c. 7.
g Ga 4. meth. c. 5.
h Ga. ibid.
i Tagau. li. 2 de plag. c. 9.
k Hip. l. de vlc. non lõge a princ.
l Gal. 1 pg. com. vlc.
m Hipp. li. de vlcer.
n Ga. 4. meth. c. 5.
o Ga. 4. metho. c. 5. & Au. li. 4 fe. 4. tr. 2. ca. 3.
p Sup. capitib. 9. 10. & 12.
q Gal. 2. cata. c. 21. & 3. meth. c. 6
r Aui. li. 4. fen. 4. tr. 2. c. 9.
s G. li. simpli. c. d pel le cuina. & Au. ib. c. 7.
t Aui. ibid.

plurimum etiam proficiunt spuma argenti, cadmia, [a] cerussa, quæ cutem reddunt duriorem, E
a Auic. ibi. c. 9. perinde atque ubi inducenda manifeste cicatrix est, nam in cute derasa sensum iacet, si qua inducitur, commodum quoque est hoc tempore pulverem inspergere ex malicorio, rhoe, galla, aut acacia, simul autem agglutinantur solutæ particulæ, & cicatriculam aliquam accipiunt.

Abruptio obscura est solutæ vnitatis species, soluuntur enim altiores partes, & proprie musculorum fibræ pluribus locis, ex violento motu ac tractu diuisæ. Eodem autem modo redeunt ad pristinam vnitatem, quo partes leuiter contusæ, quas agglutinari à natura monstrauimus, à medico vero quatenus siccat superantem humorem, & solutas particulas in vnum cogit, plerunque autem satis proficiunt leuiora, vt cataplasma ex farina hordei, fabarum, erui cum oxymelle, præterea emplastrum diachalciteos dilutum ex vino nigro austero, aut ex oleo myrtheo.

Restat vstio, quæcunque autem vruntur siue ab igne siue ab his, quæ igneam vim habeant, vt
b Gal. 2. ca tag. c. 14 & 2. ad Glau. c. 2. ab aqua, & oleo feruefactis, à medicamentis vrendi [b] vim habentibus πυρίκαυτα Græce nominantur: laborant autem multiplici morbo, nam soluitur primo, quod continuum erat, relinquitur ab ignea vi calor immoderatus, redundat aliquid præter naturam nempe crusta, in quam conuersa est caro, semiusta atque emortua, imitatur hæc extinctos carbones, [c] qui reliquiæ sunt li-
c Galen. 5. meth. c. 4. gnorum, quæ vruntur, quanquam ab aqua [d] feruente pro crusta excitantur bullæ, in quibus F
d Aui. li. 4. fen. 4. tr. 2. c. 15. similiter aliquid emoritur, & tanquam res præter naturam exuperat, quibus omnibus succurrendum est. Solutio continui postulat vnitatem. At nequeunt vstæ partes inter se glutinari, nisi remoueatur emortua caro, quemadmodum in his quæ valde contusa sunt, & per nouæ procreationem inducta cicatrice restituatur pristina vnitas. Calor immoderatus postulat refrigerantia, quæ non solum ipsum temperant, sed simul dolorem leniunt ab ipso excita-
e Aui. li. 4. fen. 4. tr. 2. c. 13. tum, & non permittunt pustulas, [e] atque inflammationem superuenire. Crusta tanquam res præter naturam superans remouenda est, huiusmodi sunt opera, per quæ sanantur, quæ vsta sunt. Illa autẽ primo effici debẽt, quæ spectant ad id quod magis vrget, deinde ad id sine quo non possunt reliqua fieri, magis autem vrget calor, qui dolorem, inflammationem, ac pustulas concitat, quamobrem hunc primo refrigerare oportet, vt & ipse temperetur, & deuitentur impendentia mala, deinde remouenda crusta est, vt possit vlcus quod cauum restat, noua carne impleri, id quod ea manẽte fieri nõ potest: cum secessit, dãda opera est, vt cauum vlcus implea-
f Aui. ibid. tur, & ad cicatricem perueniat. Restant instrumenta, quibus hæc perficiuntur. Ad refrigerandum admoueatur album oui, vel [f] totum ouum lana exceptum, aut samia terra vel armena di-
g Auic. ib. c. 12. luta ex aceto non acri, aut succus solani vel plantaginis, aut spuma argenti, vel cerussa tempe-
h Ibid. c. 13 rata ex aceto non acri, & oleo rosa condito, aut cataplasma ex lente [g] cocta in aqua, & oleo rosa condito, uel lacte, [h] aut emplastrum diachalciteos dilutum ex aceto non acri, quibus medicamentis extinguetur feruor, lenietur dolor, repellentur pustulæ atque inflammatio. Crusta sponte cadit processu temporis ex toto exiccata, nam cum emortua sit, non alitur amplius, & idcirco exiccata recedit ab eo quod viuit & humidum est, sed simul etiam expellitur à subcrescente carne, quam natura nouam procreat, sed quia hoc diuturnum tempus requirit, ut celerius restituatur sanitas, expedit ipsam prius arte detrahere. Quæcunque enim abscessura sunt siue os, siue crusta, siue caro collisa, expedit celeriter abscedere, vt celeriter sanitas restituatur. At non propterea violenter detrahenda sunt à medico, ne dolor atque inflammatio su-
i Hipp. l. 2. de offi. tex. 23. perueniat, quod sibi voluit Hippo. [i] cum ait, casura deteriora sunt si cito cadant. Ergo ubi citra violentiam detrahi celeriter crusta possit, celerius implebitur cauum vlcus carne, & ad cicatri-
K Gale. 5. meth. c. 4. cem perueniet. Illud tamen ignorare non oportet, quod cum ad supprimendum sanguinis [k] fluxum, locus aliquis aduritur, præstat in eo diu crustam relinquere, ut interea caro increscat, & claudat apertam venam, aut arteriam, ne rursus sanguis erumpat. At vbi nullum subest eiusmodi periculum, danda opera est, vt crusta leniter, sed quam celerrime resoluatur: id quod du-
l Gale. 2. ad Glauc. c. 9 plici via fieri potest, una per ea quæ calida sunt & humida, vimque habent [l] putrefaciendi (vt in superioribus ostensum est) sub quibus putrescit crusta, & partim per se cadit, partim forfice H excidit, ab his non excitatur dolor, sed magis lenitur si quis iam superuenit, vlcus tamẽ quod cauum est, purulentum ac sordidum relinquitur, quemadmodum cum suppurat contusa caro, ita vt detergentibus egeat, & longiori tempore sanetur. Altera via breuior est sub qua vtimur
m Ga. 6. ca tatop. ca. 2. moderate siccantibus, & citra morsum [m] detergentibus, efficiũt hæc, & vt magis siccescat vsta atque emortua caro, atque idcirco resoluatur ab ea quæ viuit, & humida est, & ut noua celerius subcrescat, exiccato humore ac detersa sorde superante, & superiectam crustam propel-
n Ga. locis dictis. lat. Galenus [n] vtraque via vsus est, iuniores vtuntur pus mouentibus duntaxat, quorum exem-
o Gal. 6. ca tatop. c. 2. pla abunde in superioribus exposita sunt. Illa vero medicamenta quæ ad crustam siccandam dantur, non debent esse acria, sed omnino morsus expertia, perinde atque illa, quibus vtimur
p Hippo. 5. aph. 20. ad vlcera à valde calidis, & acribus sucis excitata. Necesse est igitur modice siccent ac detergant [o] sine excessu caloris ac frigoris, nocet medicamentorũ calor propter calorẽ relictum à causa vrente, uel erodente, nocet frigus ob solutionem unitatis, vlceribus enim frigus [p] mor-
q Sup. c. 9. dax est, ualent hæc, quæ moderate siccant & detergunt, non solum ad exiccandam ac resoluendam crustam, sed ad ulcus quoque [q] quod cauum restat carne implendum. Commodissimus

est

A est[a] pulnis ex radice iridis, aristolochiæ, panacis, corporibus mollioribus sufficit thus cum farina crui, & melle, aptatur etiam succus porri vel marrubij, vel[b] ononis cum melle, siccat quoque sine morsu[c] Macherionis emplastrum, aut isis, rum calx sæpius elota, & cum cerato mixta. Cum vlcus plenum est, perduci ad cicatricem debet[d] superdatis medicamentis cicatricem inducentibus, quæ supra commemorauimus, aut malicorio, acacia, galla immatura, aut eo quod componitur ex cadmia.

a Gal. 2. ad Glau c. 9.
b G. 8. simpl. c. đ ononide.
c Ga. 2. ad Glau. c. 9.
d Ga. ibid.

De vlceribus sponte nascentibus in vniuersum, & proprie de his, quæ aut callosa sunt veluti fistula, & ægre ad cicatricem perueniunt, aut mala, erodentia, putria, ita vt vermes contrahant.

Cap. XIIII.

SPecies solutionis continui, quæ ab externa causa oriuntur, hactenus abunde persequuti sumus. Illa nunc sequitur, quæ fit ab interna: latet autem interna causa: atque idcirco vlcera quę ab ea fiunt, sponte fieri videntur, dicũturque à Gręcis αὐτόματα. Ostendimus[e] internam causam esse humorem qualitate erodentem, vel copia distẽdentem, adeo vt vnitatem soluat in parte, in qua retinetur, quam non solueret si tenuis esset & B euaderet. Superueniunt hæc vlcera maxime ex parte pustulis, tumoribus, atque abscessibus, quod si vnitatis solutioni nihil aliud accedat, vlcera quæ sponte nascuntur simplicia dicentur & non magno negocio sanescent. Si quid adijciatur, quod ea sanari non permittat, ægre ad cicatricem[f] peruenient, atque hæc vocantur Græce δυσεπούλωτα. Versatur in his præter naturam humor qualitate, vel copia lædens, qui ab alijs partibus ad vlceratam concurrit, neque sinit vlcus ad cicatricem perduci. Quod si præter huiusmodi humorem, vlcerata pars adeo alienata sit, vt corrumpat quicquid influit quantumuis bonum, hæc vlcera nominantur à Græcis non tantum δυσεπούλωτα, hoc est ægre cicatricem admittentia, sed etiam κακοήθη,[g] hoc est mala, quanquam in ægre cicatricem admittentibus, atque in malis interdũ ponuntur vulnera, quæ a causa interna inferuntur, sed talia euadunt ob malum corporis habitum, & prauam curandi rationem, plerunque tamen huiusmodi fiunt illa, quæ sponte nascuntur. Quod ad curationem attinet, quæ simplicia sunt, sine humoris concursu, aut sine alio vitio partis vlceratæ, ad pristinam vnitatem reuertuntur per nouæ carnis refectionem, sunt enim caua cum pustulas & abscessus sequantur, atque ob eam causam impleri debent: implentur interdum & sanescunt per se sine auxilio artis, præsertim vbi sicciora fuerint, quemadmodum illa, quæ Galenus[h] describit in C quadam pestilentia. Siquid vero puris aut sordis subest, purgandum est, deinde imponendum medicamentum modice siccans ac detergens, quod conferat ad nouam carnem procreandam. Et postremo quod validius siccet, & ad cicatricem inducendam adstringat, neque aliud opus necessarium est, præsertim si corpus totum purum sit, nec quicquam materiæ amplius ad affectam partem transmittat. Cognosces purum esse corpus ex indicio quod Hippocrates[i] tradidit, cum pustulæ in corpore nascuntur, aut fauces ægrotant: inspicit enim an deiectiones sint sanis similes, nam tunc licet corpus alere, si biliosæ fuerint, necessaria est[k] purgatio: eadem ratio est vrinæ, monstrat enim hæc purum ne corpus sit. Ergo si neque multis, neque prauis succis redundet, nulla ipsius habita ratione curabitur vlcus per ea primum, quæ conferunt ad procreandam nouam carnem, & deinde per ea, quæ cicatricem inducunt.

Vlcera δυσεπούλωτα ægre ad cicatricem perueniunt ob humoris concursum.[l] In his vlcerata caro interdum humida est & callosa, interdum etiam quasi fistula sinuatur, non tamen adeo alienata est, vt corrumpat quicquid influit quantumuis bonum, quemadmodum in illis, quę nõ tantum ægre ad cicatricem perueniunt, sed etiam mala[m] sunt. Hinge ob humoris concursum D tantum ægre restitui vnitatem posse, necesse est hanc per carnis procreationem, & cicatricem restitui, sed habenda prius ratio[n] est humoris sanationem prohibentis. Dare enim prius operam oportet, ne amplius fluat ad locum affectum, & is qui iam fluxit, contractusque est ab vlcerata parte exhauriatur. Influit[o] humor non tantum transmissus ab alijs partibus, sed simul vel acceptus ab affecta parte, uel etiam attractus.[p] Transmittitur uel à toto corpore uel ab aliqua parte, prouidebimus idoneo victu ne vlterius colligatur in corpore copia uel qualitate lædẽs, corrigemus si quod sit vitiũ in corpore, propter quod ex cibis & potionib. boni succi gignatur humor prauus, quemadmodum fieri solet propter morbum gallicum. Humorem iam genitum purgatione[q] aut venæ sectione, prout opportunum uidebitur, ducemus ad oppositam partem, atque effundemus, frictione similiter oppositæ partis eundem auertemus ab vlcerata. Medebimur item parti transmittenti, ut iecinori, lieni, varici, superioris regionis. Curabimus immoderatam temperationem affectæ partis præsertim, calidam & humidam,[r] ob quam redditur imbecilla, & admittit, quicquid influit. Huc spectant repellentia præsidia, quæ supra cõmemorauimus, qua de[s] propulsanda inflãmatione à partibus vlceratis, quod si ab affecto loco non tantum accipiatur, sed etiam attrahatur materia ob dolorem vel calorem, hũc refrigerabimus, illum leniemus. Vbi non amplius influat, neque accipiatur, aut attrahatur humor,

e Gale. 14. meth. c. 17. & sup. c. 2.
f Ga. 1. catato. c. 18.
g Ga. loco citato & 4. meth c. 5.
h Ga. 5. meth. c. 12.
i Hip. 2 apho. 15.
k Hi ib. & G. in com.
l Gal. 1. catag. c. 12.
m G. 4. metho. c. 5.
n Gale. 4. meth. c. 5.
o Ga ib. & Hip. đ vlc.
p Ga. 2. de diff. feb. c. vlt.
q Ga 4. meth ca. 5. & Hip. li. de vlc
r Galen. 3. meth. c. 8.
s Sup. c 6.

mor,exinaniendus ille est,quem labra vlceris combiberunt, quod facile cedet, tunc siquidem E
sæpe à calore naturali discutitur, medicus principio hunc repellit, processu temporis digerit
simul & repellit,& tandem digerit duntaxat,adhibet principio folia solani,hyoscyami,planta
ginis,emplastrum diachalciteos ex vino nigro austero temperatum, quibus deinde admiscet
oleum vetus aut laureum,aut farinam erui, vel lupini, postremo vtitur oleo aut cataplasmate
digerente duntaxat:verum si materia crassior sit, cum non sufficiant digerentia, scalpello se-
a Ga.4.me ctis labris educenda est,quod Hippo. [a] monuit cum iussit,vt ab inueteratis vlceribus mittere-
th.c.5 Hip. tur sanguis,iterareturque missio si opus esset. Cum vlcerata pars satis exhausta videtur,venien
l. de vlcei. dum est ad curationem vlceris per nouæ carnis procreationem; plurimum autem tunc profi-
b Ga.3.me cit aloe,myrrha,iris,[b] centaurium,farina erui,cinis ex testa oui vsta, emplastrum Macherionis
tho. c.3. aut Isis. Vbi vlcus iam plenum est,inducenda cicatrix inspersa galla,acacia,hypocisthide,ma-
licorio,aut etiam squama æris vsti atque eloti. Contrahitur interdum callus huiusmodi vlceri-
bus quod saniei acrimonia depascat humidam substantiam carnis,quo fit vt simul exhalet ca-
lor cum humore,& locus reddatur durior ac frigidior,priueturque perspiratu, atque alimento.
c Ga.4.ca- Interdum huiusmodi vlcerum labra simul [c] & humida & callosa sunt, dicunturque à Græcis
tag.c. 12. ἐχθώδη,& τυλώδη,non sinit callus solutas partes aut per se, aut per nouæ carnis refectionem ag-
glutinari,nisi prius sanetur,id quod primo tentandum est per medicamenta, partim mollien- F
tia,[d] partim digerentia, huiusmodi sunt adipes, medullæ,gummi, resina,styrax,butyrum,quæ
d Gal. 2.6. epi.com.4 alioquin vlceribus maxime inimica sunt, sed tamen necessaria cum occallescentibus & duris
e Ga. 6.ca- labris medemur. Huc spectat emplastrum ex [e] herbis,quod inscribitur διαβοτάνων, molliunt hæc
tag. c. 2. magis quam digerunt,ad digerendum vtemur potissimum oleo veteri,aut laureo,aut ricinino:
at si adeo labra occalluerint, vt non possint sub medicamentis mollientibus ac digerentibus re
digi ad statum naturalem,callum oportet adimere,vel medicamentis,quæ quod callum detra-
hant,Græce nominantur ἐκτυλωτικά,vel chirurgia,hæc magis expedita est:nam si æger ferre do-
lorem velit, celerrime curabitur exciso per scalpellum, aut per candentia ferramenta adusto
f Gal.4.me eo toto,quod callosum ac durum est,& non sui coloris,vsque ad sanam carnem.[f] Medicamen-
tho. c. 3. ta quæ idem sed tardius præstant,aut erodentia sunt veluti sandaracha, chrysocolla,sory,flos
g Ga.4.ca- æris,aut vrentia,vt calx [g] cum vrina pueri, nitrum torrefactum, atramentum sutorium, auri-
tag.c. 12. pigmentum.

Non tantum occallescunt vlceratæ partes, sed interdum etiam ob erodentem saniem sinuā
tur,fitque vlcus callosum,altum,angustum,quod a similitudine fistularum,quibus musici vtun
h Ga. li.de tur,fistula dicitur: [h] interdum autem simplex est,interdum multiplex, interdum recta,interdū
Inue. c.5. tortuosa.Oritur autem potissimum partibus humidioribus,quę facile eroduntur & putrescūt, G
præsertim vbi calidiores sunt,quemadmodum iuxta anum & partes genitales, id quod potis
simum accidit cum tubercula ibi siue ex contusione, vt equitantibus, siue sponte nata suppu-
rant,nam nisi adhuc immatura secentur, retenta sanies rodendo sinuat,& interdum non vnā,
sed multas fistulas efficit,quæ sæpius ad eundem locum terminantur,sicuti liquor per auricula
rium clysterem in vuam infusus,ex alia effundatur. In curanda fistula non tantum satis est in-
fluentem humorem propulsare,& eum qui influxit exhaurire, ac detrahere callum,sed neces-
i Gal. 2. ad se est etiam dare exitum saniei,vbi retineatur,& detergere sordem,[i] priusquam ad procrean-
Glau.c.8. dam carnem, vel cicatricem inducendam veniamus. Vbi fistula minus alte penetret,& sinus
k Ga.ib.& potius sub cute latius pateat, aperiri [k] scalpello debet ducta vna linea, vel si in orbem cutis à
Hip.l.de fi subiecta carne abscesserit,etiam altera,ut detur partim exitus saniei, partim aditus medicamē
stulis. tis callum absumentibus,sicque procreari noua caro possit,& cicatrix induci. Vbi proprie fi-
stula sit,hoc est vlcus angustum,atque altum, specillo explorare oportet,quo vsque penetret,
& ad quam partem terminetur, tum recta ne sit & tortusa, simplex an multiplex, deinde ad
curationem aggredi,monito tamen ægrotante de periculo,quod subest, ne humor qui per diu
turnam fistulam exire consueuerat, retentus in corpore magnum aliquod malum afferat, & H
de via qua deuitari possit. Deuitatur enim vel cum tenuiori victu adhibito minus redundant
succi in corpore, vel cum redundantes venæ sectione aut purgatione ex certo temporis inter-
uallo educuntur. Id quod similiter obseruandum est,cum aut varices curantur, aut claudun-
l Gal. li.de tur [l] venæ,quæ in ano diu consueuerunt sanguinem fundere. Vbi hæc hominem admonueris,
cur.per san ad fistulam curandam accedes,quæ multiplici morbo continetur. Nam solutioni continui adij
guin. c.7. citur callus,sinus,atque insignis partium abscessus,sæpe etiam retinetur sanies,cui primum da
re [m] exitum conuenit,cum fistulæ os deorsum spectat,ea per se satis effluit,cum sursum effluere
m Ga.2.ad Glau.c.8. non potest, nisi aut membrum ita collocetur, ut deorsum vergat, alligaturque fascijs à sana [n]
n Hip.2.de parte incipientibus,deinde ad os fistulæ laxioribus circumuolutis,ut sanies exprimatur, aut fi
offi.27.Ga. stula ipsa secetur,uel tota in longitudinem,vel in fundo duntaxat,quo peruenit demissum spe-
in com. cillum:secatur autem vel scalpello,uel filo validiore adstricta, quod subinde cum fistulam di-
uidit,arctet,ut quod reliquum est secet,hoc potissimum vtimur,cum multæ in unum locum ter
minantur,ut pro pluribus fistulis efficiatur vlcus latius: sed siue filo, siue scalpello fistulam se-
ces,caue ne præstantiorē aliquam partem offendas,ut arteriam, uenam,neruum, chordam, nā
vbi hoc periculum sit,expedit à sectione abstinere.Si os vitiatum subsit, nō sanescet fistula,nisi
id

id aut ſcalpro abradatur, aut vratur candente ferramento, nec recedat id totum; quod
A putre eſt.

Poſt ſectionem detrahere callum oportet, quod ſine ea faciendum eſt in illis fiſtulis, quas non neceſſe eſt ſecare, ſed in his ad exedendum callum oportet medicamentum immittere in modum collyrij, quod teres ſit, altera parte tenuius, altera plenius, æquare autem debet fiſtulæ longitudinem,[a] demittique ab ea parte, qua tenuius eſt. Vtitur Hipp.[b] linteo byſſino intorto, intinctoque in ſucco tithymali ac reſperſo æris flore vſto, conficitur etiam collyrium ex melle cocto, & puluere radicis veratri nigri, elaterij, miſy, ſory, chalcitidis, atramenti ſutorij, æruginis: ſed cum hæc adhibentur imponenda ſunt repellentia præſidia, & ſupra & iuxta vlcus, ne ob eorum acrimoniam excitetur dolor, & euocentur humores ad locum affectum. Exeſo callo abluere plagam oportet, quæ ſordida eſt, muria,[c] lixiuio, aut aqua maris, mulſa, perfundẽtur hæc cum fiſtula ſecta eſt: ſed cum ſine ſectione curatur, impelluntur per veſicam,[d] cui alligata ſit pinna. Abluto vlcere danda ſunt modice ſiccantia ac detergentia, validiora tamen quam ad vulnera, quæ à telo inferuntur, maxime autem accommodantur aloë, myrrha, radix iridis, panacis, ariſtolochiæ, farina erui,[e] aliquod ex his quæ ad caluariæ fractureas componũtur, velut Iſis, Macherionis, Deileontis emplaſtrum. Per hæc implebitur ſinus carne, quod vt
B celerius fiat, & minus reficiendum ſit ipſius carnis, expedit oras inter ſe adducere, & quantum fieri poteſt iunctas ſeruare:[f] quo ſpectant partim medicamenta glutinantia, vt emplaſtrum barbarum diachalciteos ex vino nigro auſtero temperatum, partim faſciæ, quæ eatenus adſtringãtur, vt quæ ſublimia ſunt (quemadmodum[g] Hippoc. præcepit) ſedem contingant, non tamen comprimant, relinquendum autem eſt os fiſtulæ apertum, & non obturandum faſcia, aut emplaſtro, vt ſanies poſſit effluere, quamobrem excidendum eſt ea parte linteum, quo emplaſtrum excipitur, &[h] ſpongia mollis alliganda. Cum cutis adeo exeſa eſt, & extenuata vt lacera veſtis videatur, cauendum eſt ne nimium medicamentis exiccetur. Opportuna tunc ſunt mitiora præſidia, vt emplaſtrum Iſis dilutum ex oleo roſa condito, aut mel cum aloe, thure, myrrha, vel ſymphyto, aut centaurio, minus etiam tunc ſinus faſcijs comprimendus eſt: vbi ſinus agglutinatus ac repletus erit, veniemus ad ea quæ cicatricem inducunt.

Superſunt ea vlcera, quæ non tantum δυσεπούλωτα[i] ſunt, hoc eſt ægre ad cicatricem perueniunt, ſed etiam κακοήθη, hoc eſt mala, quod non tantum prohibeantur ad cicatricem peruenire ab humore influente, ſed adeo etiam alienata ſit vlcerata caro, vt corrumpat alimentũ quantumuis bonum, quo fit vt pilij[k] qui iuxta ſunt, decidãt radicib. roſis, ob quam cauſam vlcera, in quib. partes, quæ iuxta ſunt, glabræ apparent, mala exiſtimantur. Quamquã numerãtur in ma
C lis & illa, in quibus nõdum adeſt, ſed expectatur eiuſmodi vlceratæ carnis alienatio, vel ob prauitatem influentis humoris, vt atræ bilis, quemadmodũ cum cancri vlcerantur, vel ob multitudinem, quemadmodum cũ articuli vulnerantur, in quib. ob exquiſitum ſenſum neruorum & chordarum, grauiſſimus excitatur dolor, qui magnam humorum copiam euocat, ob quam vlceratæ partes putreſcunt,[l] & ita vitiantur, vt corrumpant etiam bonum ſanguinem, quo alendæ ſunt. Inhæreſcit omnibus malis vlceribus ſanies quædam craſſa & glutinoſa, quæ vix aut ne vix quidem detergentibus cedit. Exeditur enim in vnoquoq; vicina pars, quæ ſana eſt, & putreſcit, ob quã cauſam Græci huiuſmodi affectum nominant νομὰς,[l] & σηπεδόνα.[m] Vlcus illud in quo tantum ſuperficies exeditur, a ſimilitudine depaſcẽtis animalis[n] ἕρπης ἐσθιόμενος Græce appellatur: oritur autem à bilioſo ſucco, qui cum tenuis ſit, exit ex parte carnoſa, quæ laxior eſt, & retinetur a cute quæ denſior, ſic vt ipſam exulceret: quod ſi erodens, atque exulcerans humor valde craſſus ſit,[o] efficit cancrum vlceratum, ad cuius craſſitudinem proxime accedit ille, qui excitat φαγέδαιναν, quo vocabulo Hippoc.[p] ſignificat vlcus, quod vna cum cute ſubiectam carnem depaſcit, non ingluuiem (vt nonnulli voluerunt) ortam ab immoderata cibi appetentia, quam afferunt praui ſucci contenti in ore ventriculi. Ad phagedænas referuntur vlcera chironia, & Telephia, nominabant[q] enim veteres chironia illa, quæ adeo mala eſſent, vt tantum à Chirone ſanari poſſent, Telephia, quæ tantum ab Achille, ſicut vulnus illud, quod Thelephus[r] Myſio-
D rum rex ab Achille accepit, à quo tantum curari potuit; cuiuſmodi etiam ſunt illa vlcera, quæ Græcis ἀνίατα hoc eſt deſperata nominantur, quorum curationem medici plerumq; aggreſſi non abſoluerunt, ſed deſperantes ab incepto deſtitere. Sed curioſa[s] hæc nomina nihil ad curationem pertinent. Satis eſt nouiſſe quædam vlcera adeo[t] mala eſſe, vt vna cum cute exedant ſubiectam carnem, pergantque depaſcere illam, quæ ſana eſt, atque hæc φαγεδαίνας ab Hippocra.[u] nominari.

Ponuntur & in malis vlceribus carbones, qui à craſſo ac feruente[x] ſanguine oriuntur, à quo vritur cutis vna cum ſubiecta carne, & in cruſtam conuertitur, ita vt ſolutioni vnitatis accedat calor, tumor, & cruſta: magis autem putrefacit carbo, quam depaſcat proximas partes. Vt curentur mala vlcera non ſatis eſt antequam dentur medicamenta ad carnem gignendam, & cicatricem procreandam idonea, prohibere[y] ne nouus humori influat, aut eum adimere, qui influxit: ſed oportet vitium alienatæ partis remouere primo quoque tempore: nam quo diutius manet, eo deterius redditur: adeo interdum vitiata caro eſt, vt curationem non admittat, niſi[z] detrahatur, aliquando minus alienata eſt, poteſtq; (non ſecus atque inter-

a Hipp. l. de fiſtulis.
b Hip. l. de fiſtulis.
c Gal. 2 ad Glau. c. 5.
d Gal. ibid.
e Gal. 2. ad Glauc. c 5. in fine.
f Gal. 2. ca tag. c. 19.
g Hip. a de offi. tex. 27.
h Hipp. l. de fiſtulis.
i Gal. 2. catag. c. 18. & 4. met. c. 5.
k Hip. & G. 6. aph. 4.
l Gal. 5. me th. c. 4.
m Ga. 3. ſimpli. c. 22.
n Hi. 5. aph. 22. & Ga. l. de tum. c. 9.
o Gal. li. de atrabile c. & 14. met. c. 17.
p Hip. l. 3. 6. epid. 37. & Ga 2. met. c. 2.
q Ga 2. me th. c. 2.
r Gal 2. me th. c. 2.
ſ Ga. ibid.
t Gal. 4. catag. c. 5.
u G. 6. aph. com 45.
x Hip. 3. 6. epi. tex 17. & Gale. in comm.
y Galen. 4. met. c. 10.
z Hipp. de vl. & Gal. 4 met. c. 2. & 5.

dum caro [a] contusa) restitui in pristinum statum: fac primum posse, restituetur partim a natu- E
ra ipsa concoquente ac superante vitium ipsum, partim a medico, qui putredinem extinguet,
& exhauriet vitiosum succum, qui ibi continetur, repellentibus ac digerẽtibus, deinde valde
siccantibus, quæ putredinem absumant, sed hęc cum acria sint, concitare nouam materiam pos
sunt: cui occurrere oportet repellentibus, iuxta & [b] supra vlcus datis. Vtimur autem ad absu-
mendam putredinem, & laxiorem substantiam cogendam valde siccantibus & astringẽtibus,
persundimus locum marina aqua, vel muria, inspergimus pumicem, alumen, diphrygem, squa-
mam aut florem [c] æris, sory, superimponimus cataplasma ex radice cucumeris agrestis, vera-
tri, isatis syluestris, folijs oleę, vel cupressi decoctis ex vino: illinimus & lemniam terram ex ace
to dilutam. Sanies autem vtiliter abluitur sero lactis, præsertim vbi dolor sit, detergitur e-
tiam medicamentis primo validis, deinde lenioribus, nam vbi vlcus iam [d] purum esse cœpit,
minus requirit, ac tolerat medicamenta acria. Cum vlcus iam purum [e] est, impleri carne de-
bet, quo spectant modice siccantia ac detergentia, [f] quæ fere validiora conueniunt malis vl-
ceribus quam alijs, non tamen adeo vt mordeant: nam talia inflammationem concitarent,
quamobrem fugientur perinde ac pinguia, quæ vlceratam partim putrefaciunt, proprie au-
tem accommodatur sarcocolla, ichtyocolla, plumbi [g] recrementum, sory, in corporibus durio-
ribus vsta, in mollioribus lenia: plurimum tamen inter mala vlcera interest, cum alia magis pu
tria sint, alia magis exedentia. Putribus aptantur validiora, exedentibus leniora vt cancris F
vlceratis, quos non licet acribus curare, quamobrem cum Hippoc. [h] ad mala vlcera admouet
acria medicamenta, intelligit ad putria, & non ad exedentia. Quod si adeo corrupta caro
est, vt corrigi non possit, adimenda est, [i] vel per chirurgiam adhibito scalpello, aut candente
ferramento, vel per medicamenta vrentia, ac crustam inducentia, scalpello exciditur, quic-
quid putre & alienum est, ac non sui coloris, vsque ad integram carnem: statim autem à se-
ctione vrere [k] oportet, veluti radicem putredinis, vel candenti ferramento, vel medicamentis
crustam inducentibus, vt calce, atramento sutorio, chalcitide; quo tempore autem hæc dan-
tur, defendere partes sanas oportet illito [l] Andronis pastillo ex vino, post crustam quouis mo-
do inductam vtendum vel lenibus vt butyro, vel aridis, vt celerius resoluatur, & celerius sane-
tur vlcus; neque enim præstat eam diutius inhærescere, perinde atque vbi inducitur ad san-
guinem supprimendum, [m] cum nullum periculum hic sit, ne sanguis erumpat. Resoluta cru-
sta vlcus carne implendum est, & cicatrix inducenda: quod si inflammatio superuenerit, non
finit vlcus sanescere, nisi [n] curetur, principio quidem conuenit hyoscyami semen cum folijs &
polenta, vel diachalciteos ex vino nigro austero, aut oleo melino, tum brassica cum melle. Pu-
tredo tanta interdum est, vt minutos lumbricos, quos ἀσκαρίδας vocant in vlcerato loco gi-
gnat, præsertim prope anum, & partes genitales, qui nisi curentur ob molestiam, quam affe- G
runt & putredinem, quam augent, sæpe hominem conficiunt. Remouendi ergo primum
sunt, detergendusque locus succo marrubij, calamenthi, [o] aut abluendus
aqua, in qua guaiacum bullierit, inspergendus puluis ex radice
capparis, gentianę, dictamni, postremo confirmandus
locus medicamento ex pari portione cerussæ
& polij, liquida pice exceptis: [p] quo
spectat etiam Isis empla-
strum & cera-
tum, cui adiectum sit præcipitatum. Hactenus
de solutione vnitatis in carne &
partibus molli-
bus.

H



a Sup. c. 13. appe initiũ.
b Hip. l. de vlcer.
c Hip. l. de vlcer.
d Ga. 2. catag. c. 2.
e Ga. 3. me. c. vlt.
f Ga. 3. me. c. 3.
g Gal. 3. catag. c. 1.
h Hip. l. de vlcer.
i Ga. l. 2. ad Glauc. c. 9.
k Ga. 2. ad Glau. c. 9.
l Gal. ibid.
m G. 5. meth. c. 4.
n Hip. l. de vlcer.
o Ga. 7. simpli. c. de calamentho.
p Gal. 4. cata. c. 10.

A

VIDI VIDII
DE CVRATIONE
GENERATIM
Partis Secundæ Liber XVI.

Qui est de soluta vnitate in partibus medijs inter
molles & duras.

B *Qui sint partes mediæ inter molles & duras, & quo pacto solutæ ad pristinam vnitatem reuertantur. Cap. I.*

INter molles & duras partes quædam mediæ sunt, quemadmodum venæ, arte-
riæ, nerui, chordæ, ligamenta, mēbranæ, neque enim molles sunt vt caro, quam
tractauimus, neque duræ, vt ossa & cartilagines, quarum solutam vnitatem per
sequemur, cum eam, quę ad medias partes attinet, nunc nobis propositam ab-
soluerimus. Nnllum autem hæc proprium nomen, ant apud Græcos, aut apud
Latinos inuenit, sed eodem appellatur, quo soluta vnitas in carne τραῦμα & [a]
ἕλκος Græce, vulnus & vlcus Latine. Eodem igitur vocabulo nominabitur solu-
ta vnitas in partibus medijs omnibus, quanquam in venis & arterijs dicitur ῥῆγμα, [b] hoc est
abruptio, quo vocabulo vtimur etiam cum abrumpuntur musculorum fibræ, in neruis Græce
vocatur [c] σπάσμα: quomodocunque autem vocetur solutio cōtinui in omnibus propositis par
tibus venis, arterijs, neruis, chordis, ligamētis, membranis, vnitas cum difficultate [d] restituitur,
non facile vt in partibus mollibus, quæ paruo negocio coalescunt, non tamen desperatur quē-
admodum in duris, vt in osse & cartilagine, quæ nullo pacto ad veram vnitatem reuertuntur,
cum non per se, sed per mediam substantiam [e] alterius generis agglutinentur. Iure igitur à no
C bis tractatur harum soluta vnitas, tanquam species separata ab illa, quæ vel molles vel duras
partes occupat. Coalescunt [f] interdum hæ partes per se, perinde ac molles vbi solutæ sunt, in-
terdum necessaria est procreatio [g] mediæ alterius substantiæ, per quam non secus ac duræ ag
glutinentur. Quo pacto autem hoc fiat, & qua ratione succurratur symptomatibus, quæ ipsa-
rū solutioni superuenire solent, ostendemus primo in venis & arterijs, deinde in neruis & chor
dis, & tandem in ligamentis & membranis.

a Gal. 3. metho. c. 1.
b Gal. 5. metho. c. 3.
c Gal. 3. metho. c. 1.
d Gal. 5. metho. c. 1.
e Gal. 6. metho. c. 5. & 5 meth. c. 7
f Gal. 5. metho. c. 3.
g Gal. 5. metho. c. 7.

De solutione continui in venis & arterijs. Cap. II.

VEnæ & arteriæ, quamuis sint canales, per quos sanguis & spiritus, tum à corde tum à
iecinore [h] per vniuersum corpus distribuitur, & idcirco videantur ponendæ in par
tibus multiformibus, [i] tamen si earum tunicam intuearis, simplices videbuntur:
quamobrem solutio continui, quæ ipsas occupat, ibi tractanda est, vbi tractatur ea,
quæ versatur in partibus simplicibus, quod nunc nobis institutum est. Soluitur autē
D vnitas tam venarum quam arteriarum cum secantur, cum eroduntur, cum abrumpuntur. Secan
tur quidem à telo acuto siue punctim, siue cæsim feriente, eroduntur [k] ab acribus atque ede-
dentibus, siue succis internis, siue medicamentis externis, abrumpuntur non secus ac lora & fu
niculi ab his, quæ tendunt violenter, tunc autem distentæ venæ & arteriæ potissimum abrum-
puntur, cum non cedunt, sed quod aut nimis exiccatæ, aut nimis infarctæ sint, reniruntur, ten-
duntur autem à telis retusis & grauibus, [l] quæ vasa inania collidunt duntaxat, sed plena etiā
abrumpunt. Tenduntur etiam à vehementi actione, adeo vt abrumpantur tam venæ quam ar-
teriæ, in membris quidem à motu ac cursu violēto, in pulmone à clamore [m] maximo atq; admo
dum acuto, tenduntur denique a nimia succorum copia præcipue si mixta sit cū flatu, abrum-
pit enim hic venas atq. arterias perinde ac dolia [n] plena musti. Cum soluta est vnitas in vasis
magnis, qualia in femore conspiciuntur, periculū est, ne erumpente sanguine vires conuellan-
tur: ac magnæ quidē venæ femoris vix possunt sanari, arteriæ uero nullo modo sanitatē admit-
tunt, sed necesse est homo intereat. Vbi vasa, in quib. unitas soluitur, parua sint, minus timetur
sanguinis fluxus, sed uidendū est, an sanescere tunica possit tam uenarum quam arteriarū, ubi

h Gal. li. ar. med. c. 9.
i Gal. li. de inæquali intemperie c. 2.
k Gal. 5. metho. c. 2.
l Gal. ibid.
m Gal. ibi.
n Gal. ibid. & 1. aphor. com. 3.

soluta est. Illa quæ erosa est, cum oræ minime se contingant, coalescere nõ potest, sed per car- E
nem in medio[a] increscentẽ agglutinatur, quod quidẽ non difficile est, cũ ab externa causa fue-
rit erosa, sed cũ ab interna, hoc est à succorũ acrimonia, res minus facile succedit, & diuturnio
ri tẽpore eget, vt educantur praui succi ex corpore, & reficiantur boni, ex quibus natura carnẽ
gignat, quę simul obturet, & agglutinet partes solutas, quamquam tenera ętate cum plurimum
adest innati caloris, redundatq; materia seminis, ex qua oritur vasorum tunica, potest refici ali
quid ex ea, vbi interierit, idque in vena, in arteria non item, quod sexcuplo[b] crassior sit, vt vo-
luit Erophilus. Agglutinatur ergo per nouam carnem increscentem, per quam agglutinantur
etiam venæ & arteriæ, vbi transuersæ præciduntur, vtrinque enim sectionis capita contrahun-
tur, neque possunt amplius se contingere atque agglutinari. Per mediam ergo carnem incre-
scentem sanescunt atque obturantur: finge nihil interijsse ex tunica, sed tantum sectam esse vel
abruptam. In venis quidem cum mediocriter dura sit, per se agglutinari potest, neque deside-
rat nouæ substantiæ procreationem, in arteriis non ita certa res est, cum duplici[c] tunica conti-
neantur, externa quidem simili tunicæ venarum, quæ soluta similiter per se coalescit, interna
sexcuplo crassiore, atque adeo dura, vt dicatur à quibusdam[d] cartilaginosa: hanc existimarunt
nonnulli[e] coalescere non posse, sed plagæ oras sanescente cute solutas relinqui, & leui de cau-
sa sanguinem fundere, atque efficere tumorem Græce ἀνεύρυσμα[f] vocatum, qui euanescit, cum F
suffusus sanguis in arteriam rursus per plagam impulsus reuertitur. Verum eiusmodi durities
difficultatem sanationis affert, non tamen tanta est, quanta in osse & cartilagine, quæ nullo pa-
cto coalescere possunt. Coalescunt ergo interdum arteriæ, præsertim vbi paruæ sint, aut pau-
lulum solutæ, & in corporibus mollioribus, vt in pueris ac mulieribus, quod Gal.[g] & in cruri-
bus & in brachijs se vidisse testatur, addit etiam semel in iuuene sectam cubiti arteriam se ita
sanasse, vt penitus coalesceret, neque relinqueretur ἀνεύρυσμα.

Sed iam tempus est accedere ad rationem curandi, spectat hæc ad remouendum ea, quæ
præter naturam sunt, morbum videlicet, causam & symptoma, morbus, hoc est solutio conti-
nui[i] postulat vnitatem; causa si qua subest, vt succus erodens, atque acris, leniri vel purgari de
bet; symptoma, hoc est fluxum sanguinis necesse est supprimere. [k] Loquamur primo de cura-
tione morbi, nimirum de restituenda vnitate soluta, duplici autem via restituitur, cum oræ aut
per se coalescant, aut per carnem in medio[l] increscentem agglutinentur, vt in carne, ita etiam
in tunica venarum atque arteriarũ. Hæ vbi eroduntur, vel præciduntur transuersæ, (vt in supe
rioribus ostensum[m] est) nequeunt per se coalescere, sed necesse est per mediam carnem agglu
tinentur, id quod vsuuenit etiam vbi grandiores arteriæ in duriori corpore secantur, aut abrũ-
puntur duntaxat, licet non erodantur, neque præcidantur transuersæ. Vtrouis modo sanentur
venæ & arteriæ solutæ, ea sanatio est opus naturæ, non[n] secus atque vbi soluta caro vel per se
coalescit, vel per nouam & increscentem agglutinatur, medicus tantum efficiendi socius est, au G
fert[o] enim impedimenta, coniungens oras, quæ inter se distabant, & si quid medium inter ipsas
interiectum est, remouens supprimit sanguinem, siccat humorem. Primo autem disiunctas oras
inter se coniungit, & coniunctas continet, vtitur autem ad coniungendas manu, ad continen-
das vinculo & medicamentis: neq; enim sutura aut fibula seruari possunt coniunctæ venæ & ar
teriæ, quemadmodum partes carnosæ, vt illi existimant,[p] qui nullam curationis indicationem
sumunt à parte quæ tractatur. Arterijs igitur & venis aliena fibula[q] & sutura est, sub ea enim
dissoluuntur, quamobrem vbi solutæ sunt, necesse est coniunctæ seruentur fascia & medicamen
tis. Fascia media commode inijcitur parti oppositæ plagæ, & in vtramque partem attracta, cõ
tinet oras inter se coniunctas. Eodem spectant medicamenta glutinandi vim habentia, vt ex
simplicibus hypocisthis, acacia, rhu, ex compositis diachalciteos[r] ex vino nigro austero liqua-
tum, barbarum, aut cyzicænum emplastrum. Vbi necessaria sit procreatio mediæ carnis, per
quam oræ agglutinentur, medicus vtetur modice siccantibus humorem, ac detergentibus sor-
dem, quæ validiora esse debent; ad venas, quam ad carnem, quanto venæ sicciores sunt carne,
validiora item ad arterias,[s] quam ad venas, quanto illæ sicciores sunt his. Idonea sunt illa, quæ
ad fracturas capitis componuntur, κεφαλικά[t] Græce nominantur, vt puluis ex radice iridis, ari-
stolochiæ, panacis, tum aloe,[u] pompholyx, terra lemnia, præterea emplastrum Deileontis, Mo- H
schionis, Isis, validiora autem conueniunt, corporibus durioribus. Componitur medicamentum
ex thure & aloe, atque[x] albo oui, exceptumq; pilis leporinis imponitur, quod similiter valet
ad carnem augendam, sed quia supprimit sanguinem paulo post à nobis exponetur, cum age-
mus de curatione symptomatis, hoc est de sanguine supprimendo. Illud autem ignorare non
oportet, quod siue per se, siue per mediam carnem agglutinari oræ debeant venarum & arteria
rum, debet plaga recens esse, quæ inueterauit, callum contraxit, qui nisi detrahatur, neutro mo
do agglutinari oræ possunt.

Causa nempe humor acris atque erodens, cum in plaga versatur, non sinit oras agglutina-
ri, quamobrem necesse est ipsum prius exinanire, quam tententur remedia agglutinantia. Exi-
nanitur autem partim repellentibus, partim digerentibus admotis ad locum affectum, id quod
facile succedit, vbi non confluat nouus ab alijs partib. corporis: prohibere in primis oportet ne
confluat, prohibebitur autem si adhibito idoneo victu, non cõtrahatur amplius talis humor in

corpo-

a Ga.5. meth.c.7.
b Gal.1. de sem.c.13.
c Gal.7. de anatom. agg.c.5.
d Ga.5. meth.c.7.
e Ibid.
f Gal. ibid.
g Ga.5. meth.c.7.
h Gal. ibi.
i Gal.2. meth.c.1.
k Ga.5. meth.c.4. & 5.
l Ga.5. metho c.7.
m Sup. paulo ante.
n Ga.3. metho.c.6.
o Gal.2. catag.c.21.
p Ga.5. metho c.3.
q Gal. ibid.
r Gal.5. meth c.5.
s Ga.5. meth c.7.
t Ga.5. meth.c.7.
u Ibid.
x Ga.5. meth.c.4.

A corpore,& ille,qui iam contractus est,purgetur,[a] aut manens in corpore temperetur. Necessaria purgatio est,cum copiosior redundat acris succus,superat enim ob multitudinem vim temperantium præsidiorum,purgari ergo prius debet idoneo cathartico,siquidem salsa pituita sit, φλεγμαγωγῷ,si flaua bilis χολαγωγῷ,si atra μελαναγωγῷ.Ille deinde,qui paucus in corpore,vel prius erat,vel post purgationem relinquitur,temperandus est lenibus auxilijs,quæ (vt in [b] curatione causarum generatim enarrauimus) quod acrimoniam temperent, nominãtur Græce ἐπικεραστικὰ & ἐπικεράσματα,[c] sunt autem morsus expertia,veluti oleum dulce,adeps,cera elota,terra lemnia, tum illa esculenta & poculenta,quæ quod boni succi [d] sint,& dulcis,vocantur à Græcis εὔχυμα & [e] γλύκυμα, vt panis elotus ptisana,alica,tragum,oua,lac, vinum lene , succus enim qui ex his gignitur,lenis ad modum est,temperatque ac frangit acrimoniam eorum, quæ prius in corpore existebant,ad quod etiam valet balneum aquę dulcis,sed vitari debet vbi periculum [f] est,ne sanguis erumpat,funditur enim & euocatur à balneo, ita vt vix postea supprimi possit . Quare vbi temperanda sit acrimonia succorum venas atque arterias erodentium, magis vtemur alijs præsidijs,neq; veniemus ad balneum,nisi prius exinaniatur vniuersum corpus, attrahaturque sanguis ad partes contrarias,ita vt nullum subsit amplius periculum fluxus,id quod Gal. [g] obseruauit cum curaret vasa pulmonis erosa. Sed satis de causa .

a Gal. 5. meth. c. 14.
b Sup. l. 17. de cur. gen. c. 2. p. 1.
c Ga. 2. simpli. 12.
d Gal. 5. meth. c. 13.
e Ga. 2. simpli. c. 14.
f Gal. 1. ad Glau. c. 14.
g Gal. 5. meth. c. 13.

B Symptoma superest, hoc est fluxus sanguinis , qui curatur non secus atq; alia symptomata sublato [h] morbo,quem sequitur,vt restituta vnitate,sed quia vbi vehementior est,periculũ [i] est ne prius exhauriantur vires,quam plaga sanescat,succurrendum est eiusmodi symptomati,supprimendusq; prius sanguis quam dentur ea quæ medentur plagæ. Vt autem supprimatur, duo illa efficienda sunt,quæ supra [k] monstrauimus,qua de curatione sympromatum generatim:dãda enim opera est ne sanguis concurrat [l] ad plagam, & claudendus est exitus . Non concurret ad plagam,si non alliciatur ab ea,si repellatur,[m] si auertatur ad partem diuersam : non allicietur si causæ remoueantur,ob quas allicitur,dolor nimirum,quem lenire oportet,& calor quem refrigerare : ad repellendum restigerabitur atque adstringetur locus qui iuxta plagam est , repellit etiam aliquo pacto situs [n] partis sublimior , cum sanguis , quod grauis sit , non facile ascendat .

h G. 12. meth. c. 1.
i Gal. ibid.
k Sup. l. 17. de cur. gen. c. 3. p. 1.
l Gal. 5. meth. c. 5.
m Gal. ibid.
n Ga. 5. meth. c. 3.

Auertitur commodissime ad aliam partem,& proprie ad maxime distantem, quãquam deriuatur etiam ad vicinam,& ita non sinitur cõfluere ad plagam. At claudere etiam exitum oportet,clauditur autem cum [o] adstringitur & cum obstruitur, astringitur partim per medicamenta,partim per chirurgiam , medicamenta refrigerant & cogunt quemadmodum aqua frigida , vel etiam adstringunt veluti [p] galla,hypocisthis,malicorium,rhu,acacia : tum emplastra gluti-
C nantia,quemadmodum enæmum & cyzicęnum. Intus vero conuenit succus plantaginis, solani,pastillus de Charabe,de lapide armeno. Ad chirurgiam referuntur fasciæ astringentes , laquei,traijcitur enim acus linum ducens,& illigatur vas : vltimum remedium est præcidere venas & arterias trãsuersas,prius superne & inferne alligatas,sic enim capita secti vasis vtrinque contrahũtur,atq; astricta claudũtur.Obstruitur exitus,partim medicamẽtis,partim chirurgia, interdũ sufficit solus sanguis,[q] qui in plaga concrescens exitũ obturat , interdum etiam adducta cute,vel carne à vicinis partibus superpositis digitis,[r] aut linamentis obturatur exitus , dũ sanguis supprimatur : habet etiam vim obstruendi crusta, quæ vel per vrentia [s] medicamenta , vel per ferramenta candentia inducitur,sed plerumque sufficiunt medicamenta illa,quæ morsu carent,& illita inhærescunt, ἐμπλαστικὰ [t] Græce nominantur, vt album oui , gypsum,terra samia.Efficacissimum est illud quod à Gal.componitur ex duabus partibus [u] thuris,& vna aloes, quæ albo oui subacto temperantur,& pilis leporinis excipiuntur,vbi corpore sint duriora,tantum accipitur aloes,quantum thuris,aut ẽt [x] plus aloes,quam thuris, vel pro thure sumitur mãna,hoc est puluis qui ex thure,& eius cortice excutitur,magis autem valet ad obturãdum illud thus,quod pinguius,mollius,& albidius est,habetque partes mastichis modo inter se cohærentes,inest proposito medicamento tanta obturandi vis vt supprimat sanguinem , non solum ex
D venis,sed etiam ex arterijs [y] erumpentem,& propterea ex membranis cerebri vulneratis,vnde solet violenter effluere , ita vt vix supprimi possit:sed cum & thus & aloe mediocriter siccent, ac detergant , conferunt etiam ad procreandam carnem , [z] quæ vulneratas venas & arterias increscens simul agglutinat & obturat , adeo vt non tantum opponatur symptomati eiusmodi compositio quatenus obturat,sed etiam morbo,hoc est solutę vnitati,quatenus per nouam carnem agglutinat .

o Gal. 5. meth. c. 5.
p Gal. 5. meth. c. 5.
q Gal. 3. metho. c. 3. & 5.
r Gal. 5. metho. c. 3.
s G. 5. meth. c. 3. & c. 4.
t G. 5. met. c. 3. & 4.
u Ga. 5. meth. c. 4.
x Gal. ibi.
y Ga. 5. meth. c. 4.
z Ga. 3 meth. c 3. & 5. met. c. 7.

De vulneribus neruorum. *Cap. III.*

NErui sequuntur, qui non secusquam uenæ & arteriæ medij sunt inter molles & duras partes , horum soluta vnitas (vt in superioribus [a] ostensum est) Græce dicitur σπάσμα . Latine nullũ nomen inuenit,appellabitur autem a nobis cõi vocabulo vulnus,cuius duæ primæ species sunt cõtusio & sectio . Sectio in duas species distribuitur,[b] prout vulnus vel punctim,vel cæsim infertur,cum nerui punctim secti sunt,aut tegunt

a Sup. c. 1. & Gale. 3. met. c. 1 & 6. met. c. 1.
b Ga 6. metho c 3.

cute,aut nudantur,cum cæſim, vulnus aut in longitudinem eſt, [a] aut tranſuerſum, hæ omnes E
ſunt ſpecies ſolutionis continui in neruis,quas ſigillatim perſequemur,vbi quę communia ſunt
omnium expoſuerimus. Quæcuq; igitur ſpecies curetur,commune eſt,vt habeatur ratio [b] to-
tius corporis,ne inflammetur locus affectus,facile autem inflammatur ob dolorem grauiorem,
quo ob exquiſitum [c] ſenſum prehenduntur nerui quomodocunque vulnerentur: concurrunt
enim ſucci ex vniuerſo corpore ad vulneratũ neruũ,atq. ipſum inflãmant, quod ne fiat, primo
prouidebimus vniuerſo corpori,deinde dolorem ſiquis ortus ſit,ſedabimus, prouidebimus aũt
vniuerſo corpori,ſi & prohibeamus, ne noui ſucci copioſius contrahãtur, & ſpectemus ad eos
qui iam contracti ſunt,non contrahentur noui ſucci, ſi adhibeatur inedia, & vitetur vinum, [d]
quod non ſolum auget ſuccorum copiam, ſed maxime neruos tentat, atque implet,quamobrẽ
vitari omnino debet in vulneribus neruorum. Illi vero ſucci,qui iam contracti ſunt in corpore,
ne fluant ad affectum locum ad contrarium trahi debent,quo maxime ſpectat venę ſectio [e] &
purgatio: vtemur hac aut illa,prout corpus vel multis ſuccis,vel prauis redundabit. Vbi iam
dolor ſuperuenerit,leniatur,perſundatur locus oleo calido, non tamen aqua calida, quamuis
alioquin relaxet, [f] & dolorem leniat. Conſtat enim neruorum ſubſtantia ex humore concreto
à vi frigoris,quæ talia ſunt,calore diſſoluũtur,præſertim aquæ calidæ, quæ penitus fugienda [g]
eſt violatis neruis,quo nomine vitari quoque debet cataplaſma relaxans,vt ex farina triticea, F
inungemus etiam locum cerato liquido,quod aliquid picis habeat admixtum, ſic enim dolor,
& lenietur,neque poterit humores à toto corpore ad affectum locum euocare. Ob eandem [h]
cauſam nudatis neruis adhibenda ſunt medicamenta ſiccantia ſine morſu, quæcunque enim
acria ſunt & mordent,dolorem concitant,quem deuitare imprimis oportet. Vt autem violati
nerui ob acrem ſenſum facile in inflammationem incidunt,ita etiam ob conſortium cum cere-
bro,à quo vel proxime, vel per ſpinæ medullam oriuntur,ſæpe diſtendi ſolent, quamobrem cõ
mune eſt,vt quemadmodum occurrimus inflammationi,ita occurramus diſtentioni. Accidit au-
tem ex vulnere diſtentio neruorum,vel quod nimis impleantur ex humorum concurſu ab vni-
uerſo corpore,vel quod cum his dolentibus congruat cerebrum,atque ob id contrahatur, cu-
ius contractionem ſequitur diſtentio neruorum, ab ipſo vel proxime vel per ſpinæ medullam
emanantium,quare danda opera eſt ne vulnerata pars aut aliunde ſuccos accipiat,aut doleat,
qua ratione vtrunque fiat proxime expoſuimus,iiſdem enim remedijs, quibus deuitari neruo-
rum inflammationem diximus: deuitatur etiam diſtentio,quæ hoc duntaxat [i] proprium poſtu
lat,vt relaxemus non ſolum affectam partem,ſed eas etiam vnde oriuntur, aut tranſeũt nerui,
vt ceruicem,ſpinam,inguina,alas,eo enim magis defendũtur a diſtentione partes, quo fuerint
laxiores,valet ad relaxandum oleum,adeps,medulla,butyrũ,lana ſuccida,molle cubile,in pri- G
mis autem cauere frigus oportet,quod tantum abeſt vt relaxet vt vehementer cõtrahat,& pro
pterea [k] inimicum eſt neruis,& auctore [l] Hippo. diſtentionem affert. Hæc prouideri debent,
priuſquam veniatur ad reſtituẽdam vnitatem,reſtituitur autem duplici via, cum nerui aut per
ſe coaleſcant,aut per mediam quandam ſubſtantiam increſcentem agglutinentur. Vbi parum
vulnerati ſint & per exiguas partes,veluti cum contunduntur,aut pungũtur, [m] poſſunt per ſe
coaleſcere,præſertim vbi molliores ſint,quales ſunt qui a cerebro oriuntur, quales item qui a
medulla,vbi non longe diſtant a ſua origine,quales denique in teneris corporibus nam dum e-
gent noua ſubſtantia per quam agglutinentur,poſſunt etiam per ſe coaleſcere nerui molles, ſi
vulnus magnum eſt,modo in longitudinem [n] ſit,nam vbi oræ iungantur, per ſe coaleſcunt, ſed
ſi vulnus tranſuerſum fuerit,quantumuis molles fuerint,nerui nequeunt [o] coaleſcere,quod ca-
pita plurimum diducantur. Vtrouis modo ſaneſcere debeant,id opus naturæ tribuẽdum [p] eſt,
medicus tantum remouet impedimenta, coniũgens in vnum ſolutas partes, & remouens im-
pedimenta, vt ſuperantem humorem per ſiccantia, ſordem per detergentia, hæc quibus
medicamentis præſtet, ſeorſim videndum eſt in vnaquaque ſpecie, ſumpto initio a con-
tuſione.

Cõtunduntur nerui quemadmodũ & caro a telo graui ac retuſo,ſiue alter alterũ vulneret,ſiue H
homo cadat,ſiue aliquid ſuper ipſũ incidat,ſub quo exiguæ particulæ neruorũ plurib. locis ſol
uuntur,interdũ ſimul vulneratur cutis manifeſte,ſed plerunq. ſeruatur integra, ſed quia caro minus
renititur cõtundẽtib. quam nerui,ſæpe ita cõtunditur,vt intereat,neq. vllo pacto ſeruari poſſit,ſed
ſuppurare debeat,& tabeſcere,quod nõ euenit neruis,quib. reſtitui priſtina vnitas põt, cũ non
ualde alienẽtur. Reſtituitur aũt a natura agglutinante,medicus efficiẽdi ſocius eſt: cogit enim
particulas ſolutas,& exiccat quicquid humoris effuſum eſt,atq; hoc pacto remouet impedimẽ
tũ,lenit ẽt ſuperuenientẽ [q] dolorẽ,& emollit duritiẽ ſi qua oriatur,ut aũt ſolutæ particulæ ag-
glutinentur,adhibet ſiccantia atq; euocantia humorẽ,ſiquidem cutis [r] integra ſit, maxime ido
nea eſt ad euocandũ ac digerendũ perſuſio olei calidi,plurimũ ualet cataplaſma quo [s] athletæ
utebãtur,ex farina fabarũ & oxymelle,quod efficacius redditur,ſi addatur puluis ex radice iri
dis,ſed lenit dolorẽ,ſi miſceatur pix liquida [t] bene cocta,ualde itẽ efficax eſt cataplaſma,quod fit
ex farina erui,ciceris,lupini,& lixiuio,pręterea tetrapharmacũ,cui addita ſit calx non elota, ni-
trũ,euphorbiũ,aut ſulphur ignẽ nõ expertũ,uetus itẽ fermẽtũ cũ ſucco tithymali. Sed ſi uulne-
rata ſimul cutis ſit,pro oleo perſundere defrutũ oportet,putreſiũt.n. nerui cũ oleo perfundũtur;
impo-

a Gal. ibid.
b Galen. 6. meth. c. 2.
c Gal. ibid.
d Ga. 1. acutorum cõ. 30. & lib. 5. aph. com. 5.
e Gal. 6. meth. ca. 2.
f Gale. loco citat. & Auic li. 4. fen. 4. tr. 4. ca. 2.
g Gal. 6. meth. c. 2.
h Gal. 6. meth. c. 3.
i Gal. 6. meth. c. 3
k Ga. 6. meth. c. 3.
l Hippoc. 5. aph. 17.
m Galen. 6. meth. ca. 2.
n Gal. 6. meth. c. 3.
o Galen. & Hipp 6. lib. apho. 19.
p Gal. 3. meth. c. 6. & 2. catag. ca. 2.
q Gal. 6. meth. c. 3
r Gal. 6. meth. c. 3.
s Gal. ibid.
t Gal. ibid.

A imponendum item est medicamentum aliquod sine morsu [a] penitus siccans, vt ex calce elota aut ex metallicis vstis atque elotis, veluti ex cadmia, pompholyge, nam tunc si acria superdentur, dolorem atque inflammationem concitant, & aliquando distentionem neruorum. Si doleat locus vehementer fouendus est defruto, imponendum ceratum, quod liquidam [b] picem habeat, si superiecta cutis tensa sit, relaxanda est, relaxatur autem vbi scalpello secatur pluribus locis, quod Hipp. [c] facit contuso calce ex saltu, secta enim cutis laxior redditur, & idcirco minus distenditur, ac minus dolet locus contusus. Euenit interdum, vt contusa pars durescat, quod humor, qui abruptis venis effunditur, discussis [d] tenuioribus partibus crassior relinquatur, & duritiem afferat. Hanc tollere medicus debet, vicissim mollientibus ac digerentibus medicamentis, vtetur ad molliendum radice altheæ, radice lilii, bdellio, [e] ammoniaco, galbano, aut medicamento ex succis, quod diachylon appellant, ad digerẽdum vero fouebit locum vapore aceti, [f] in quo extinxerit candentem lapidem pyritem, & ita vicissim molliet, ac digeret, donec durities ex toto recedat.

Sectio, vbi neruus punctim vulneretur, cum plaga minima sit, aut negligi [g] solet, aut eodem modo curari per glutinantia medicamenta, quo caro solet, quo fit vt hominem, vel præcipitet, vel facultate alicuius actionis priuet. Si quidem ob sensum acriorem oritur [h] grauis dolor, qui inflammationem ac neruorum distentionem concitat, & eo magis quo
B qui confluunt humores exitum non habent. Quamobrem consilium curantis magis dirigi debet ad deuitanda mala, quæ superuenire solent quam ad vnitatem restituendam, facile enim sanescet solutio illa continui exigua, si locus ab inflammatione ac neruorum distentione defendatur, defendetur autem si non tantum habeatur ratio totius corporis (quemadmodum [i] supra docuimus in communibus præceptis,) sed aperiatur plaga, & euocetur ac digeratur [k] humor, qui in ea continetur. Aperienda ergo plaga est scalpello duabus lineis ductis ad figuram literæ X. & seruanda aperta vsque [l] ad septimum diem, donec ex toto præterierit inflammationis suspicio, interea euocandus ac digerendus ille, qui subest humor, id quod conferet ad vnitatem quoque restituendam. Huc spectat perfusio olei calidi, [m] habet enim calidum egregiam vim digerendi atque euocandi, contra quod frigidum adhibetur, potius obstruit, ac retinet humorem, quam digerat. Superdanda item sunt medicamenta calida [n] tenuium partium, talia enim elicere ac discutere possunt inclusum humorem, hæc quamuis acria sint, cum non proxime attingant neruum, sed per cutem superiectam, facile tolerantur, [o] nõ tamen aptantur [p] æque valida omnibus, sed mollioribus corporibus imbecilliora, duris ac robustis validiora. Sunt autem validiora illa, quæ & magis acria sunt, & magis dura, imbecilliora quæ minus acria & molliora siue simplicia siue composita: pro-
C feremus exempla nonnulla, resina terebinthina per se valet in mollibus corporibus, in duris mixta cum euphorbio, [q] propolis per se, & vbi durior sit liquata ex oleo tenui corporibus mollibus, duris vero mixta cum euphorbio. Sagapenum per se corporibus duris, cum resina terebinthina mollibus. Sulphur ignem non expertum temperatum oleo tenui, in mollibus ad sordidum, in duris ad mellis crassitudinem, eodem modo opopanax, stercus columbinum, flos asii lapidis, auripigmentum, fermentum vetus ex tenui oleo, multum diluuntur ad corpora mollia, parum ad dura, vtiliter etiam imponitur medicamentum ex euphorbio [r] compositum, accipit [s] autem ceræ vncias vj. resinæ terebinthinæ, picis vtriusque unc. iij. euphorbij unc. sem. olei tenuis quantum satis est, largius autem accipitur ad corpora mollia, parcius ad dura admiscetur. Euphorbii similiter accipitur plus minusue, [t] prout corpus ægrotantis robustius uel imbecillius est, plus enim requiritur a robustis, minus ab imbecillis, miscetur autẽ non solum cum cera resina & pice oleo temperatis, sed etiam cum oleo [u] duntaxat ad crassitudinem cerati liquidi.

Quod medicamentum antequam uulneratæ parti superimponas, ad sanum crus admouebis, obseruabisque nimisne ipsum calefaciat, an non satis, si nimis calefacere uideatur, detrahes aliquid ex Euphorbio, si non satis, eiusdem pondus augebis. Fit etiam medicamentum
D ex [x] metallicis, ut ex chalcitide, misy, squama æris, quod ualidissimum erit, si accipiat chalcitidis [y] crudæ partem unam, misyos crudi partes duas, squamæ æris partes tres. Infirmissimum, si habeat misyos usti, & chalcitidis similiter usti utriusque partem unam, squamæ æris partes quatuor. Medium inter hæc erit, si habeat misyos, chalcitidis, æruginis ustæ singulorum partem unam, squamæ æris partes tres, miscentur hæc cum cera & oleo. Quo plus ceræ & olei adiicietur, eo imbecillius erit medicamentum, quo minus, eo ualidius. Admiscetur etiam his thus pingue & candidum, quod uim metallicorum remittit. Fit etiam medicamentum ex [z] herbis amaris omni adstrictione carentibus, ut ex sampsuco, polio, argemone, chamæpity, centaurio, radice aristolochiæ, dracunculi, cucumeris agrestis, bryoniæ, iridis, azari, phu, gentianæ, panacis, quæ accurate contundi, & percolari debent, ut tenuia sint, nam crassa nihil in neruis proficiunt. Describitur, & aliud sumptuosum a Galeno [a] ex cinnamomo, dictamno, balsamo, maro, quæ miscentur cerato ex opobalsamo, cera & resina terebinthina, utiliter etiam adiicitur ceratum spica nardi, amomum, folium malobathri. Habent hæc medicamenta omnia cum tenuitate partium vim calefaciendi, ob quam extrahunt ac digerunt

humorem

a G. 6. met ca. 3.
b Galen. 6. met c. 3. & Aui. l. 4. fe. 4. tra. 4 c. 2. & 3.
c Hip. 2. de fra. qua de cal.
d Galen. 4. meth. c. 7.
e Galen. 4. met. c. 4. & 5. & 2. ad Gla. c. 4.
f Gale. 2. ad Glau. c. 4.
g Ga. 6. meth. c. 2.
h Gal. ibid.
i Sup. paulo ante, & G. 6. met. c. 2.
k Ga. ibid.
l Gal. ibid.
m Galen. 6. meth. c. 2.
n Gal. ibid.
o Ibidem.
p Ibidem.
q Ibidem.
r Gal. ibid.
s G. 6 met. c. 2. & l. 3 catatop. c. 4.
t Ga. l. 3. catatop c. 4.
u Galen. 6, meth. c. 2.
x G 3. cata. c. 3.
y Gal. ibid.
z Gal 3. catag. ca. 7.
a Gal. 3. catag c. 8.

a G. 3. cat. c. 2. humorem ex neruo perforato, plurimum etiam prodest perfusio olei calidi mixti cum aceto, quod omnino ᵃ vini facultatem amiserit. E

b Ga. 6. me th. c. 3. c Ibid. d Ga. 3. m. c. 3. e Ga. 6. m. c. 3. f Gal. ibi. & Aui. l. 4. fe. 4. tra. 4. c. 2. g Galen. 6. meth. c. 3. h Gal. ibi.

At vbi neruus cæsim sectus fuerit, & nudatus, non ᵇ tolerantur acria medicamenta, quod proxime neruum attingant, & non amplius per cutem interiectam, cōueniunt ᶜ igitur ea quæ omnino fine morsu siccent, ac detergant, siquidem vt in aliis vulneribus glutinandis, siue per se, siue per nouam substantiam in medio increscentem oporter superantem humorem ᵈ siccare, & sordem detergere, detrahemus leniter saniem, si qua appateat, specillo inuoluto lana, quæ expressa sit ex defruto tepido, & processu temporis etiam ex vino ᵉ dulci tepido, siccabimus humorem superimponentes medicamentum ᶠ ex calce elota, & oleo liquata aut ex pompholyge, quæ similiter oleo temperata vel ex alio metallico vsto atq; eloto: imponemus mollioribus corporibus medicamentum ᵍ ex resina rerebinthina & butyro, aut ex melle resina terebinthina, & oleo rosa condito, ad corpora duriora valet pastillus ʰ Andronis, Polidæ, Pasionis, qui æstate temperetur oleo rosa condito, hyeme defruto aut vino dulci excipiuntur hæc linamentis atque imponuntur, superdatur deinde compositio aliqua ex his quas proxime commemorauimus ad neruos punctim vulneratos, vt ex euphorbio, sulphure, stercore palumbino, pertingat hæc vsque ad partes sanas præsertim ad superiores, & ne siccescat subinde madefiat ex aceto & oleo calido. Vbi neruus putrescere videatur, superimponatur medicamen- F

i Ga. 6. me th. c. 2. k Ga. 6. me tho. c. 5. l Ga. ibi. & Au. li. 4. fe. 4. tr. 4. c. 2. m G. 6. me th. c. 2. n G. 6. me tho. c. 3. o Galen. 6. meth. c. 3. & Auic. li. 4. fe. 4. tra. 4. c. 2. p Ga. 6. me th. c. 3. q Sup. c. 2.

rum ex sagapeno, farina erui, aut ⁱ fabarum cum lixiuio. Præcepta autem quæ communiter tradita sunt ad vulnera neruorum de inflammatione, ac neruorum distentione deuitanda, multo magis necessaria sunt nudatis neruis, quod ᵏ magis illa mala impendant: habebitur ergo exquisita ratio totius corporis, adhibebitur inedia, ˡ secabitur vena in parte opposita, dabitur catharticum, vitabuntur quæ frigida sunt, lenietur dolor, non quidem aqua calida, quæ semper aliena est, ᵐ cum dissoluat substantiam neruorum vi frigoris concretam (vt in superioribus monstrauimus) at neque oleo calido ⁿ quod tantum conuenit cum interiecta cutis est, nam nudatos neruos putrefacit, sed vtemur ad leniendum defruto, aut œsypo, aut cerato cum pice liquida, & adipe anserina, relaxabimus etiam & molliemus ᵒ partes, per quas nerui transeunt & vnde oriuntur, superimposita lana succida oleo madefacta. Sufficiunt hæc vbi vulnus in longitudinem est, vbi transuersum sit, si quæ nerui ᵖ fibræ adhuc integræ restent, præcidendæ sunt, nam periculum est ne humor, qui ad sectas ac dolentes confluit, integris impertiatur & distentionem cum vitæ periculo afferat, quod vt euitetur præcides illas, quæ integræ restant, prædicens hominem ab interitu vindicari posse hoc remedio, quod licet miserum sit, vnicum est, ac necessarium: præstat enim cum interitu alicuius actionis vitam seruari: docuimus ᵠ etiam præcidi transuersas venas aut arterias, vbi periculum est ne vehementer erumpente sanguine vires conuellantur, vbi totus neruus præcisus est, siue statim a telo, siue aliqua ex parte, etiam a medico contrahantur capita vulneris in diuersas partes, neque vllo pacto coniungi possunt aut coniuncta seruari, futura enim omnis ac fibula aliena est cum dissoluatur ʳ neruorum substantia neque contineri possit, cumque periculum sit, ne si nerui acu perforentur & trahantur, in distentionem incidant, superest igitur vt per carnem in medio increscentem vulnus agglutinetur, vtiliter autem adhibentur cupressi aut pentaphylli folia cum melle, allia exusta, isatis, radix myrthi agrestis contusa & in puluerem tenuissimum redacta atque inspersa. G

r Ga. 3. cat. c. 2.

De vulneribus chordarum. *Cap. IIII.*



f Gal. 3. de fr. com. 55 t Galen. 6. meth. c. 2 4. u Ga. 6. me th. c. 1.

Hordæ quæ græce τένοντες nominantur, fines sunt musculorum, in quorum capita nerui inferuntur, qui in plures fibras dilatati carne obducuntur, deinde angustiores redditi, & carnis expertes, rursus in vnum contracti chordas ˢ efficiunt, quæ per ligamenta ab ossibus orta, cum quibus miscentur, articulos mouent. Chordarum igitur substantia mixta ᵗ est ex neruo, & ligamento, ob neruum retinet exquisitam sentiendi vim, qua caret ligamentum, ob hoc durius est quam neruus. Solutio continui in chordis, perinde, atque in neruis vocatur græce σπάσμα, ᵘ latine nullum proprium nomen obtinuit, sed communi appellatur vulnus; quod cum a retuso telo infertur, contusio est, cum ab acuto, siue punctim, siue cæsim sectio, quicquid est easdem animaduersiones ˣ desiderat, atque in neruis, communiter enim defendi debet affectus locus, ab inflammatione ac neruorum distentione, quæ ʸ impendent, & ob easdem causas superuenire solent, nam ob exquisitū sensum sit dolor ingens, qui inflammationem concitat, ob hanc vero, & ob consortium, quod per neruos habent chordæ cum cerebro, oritur neruorum ᶻ distentio, quæ mala præcauere in primis oportet, id quod fiet similiter habita ratione & totius corporis & loci affecti, perinde atque vbi vulnerantur nerui. H

x Gal. 3. ca tag. c. 2. y Ga. ibid. z Ga. ibid.

a Gal. 3. m. c. 3.

Quod spectat ad vniuersum corpus necessaria est inedia, sanguinis missio, aut purgatio, quod ad locum affectum, succurrendum dolori est per lenientia præsidia, vitanda sunt frigida, quæ mordent & ᵃ neruorum distentionem afferunt, vtendum est mollientibus ac relaxantibus ad chor-

A ad chordas, ad neruos, ad loca vnde oriuntur, aut [a] per quæ transeunt, superdatur enim lana — a Gal. ibid.
succida oleo madefacta ad ceruices, ad inguina, ad alas. Restituitur vnitas, cum solutę chorda-
rum partes aut per se coalescunt, aut per nouam substantiam in medio increscentem glutinan
tur, per se autem coalescunt in corporibus mollioribus, & cum exiguum est vulnus, vt contu-
sio, vel sectio, aut punctim, aut cæsim, in longitudinem glutinantur per mediam substantiam in
corporibus mollioribus, & cum vulnus transuersum est. Vtrunque est opus naturæ, medicus
remouet [b] impedimenta exiccans ac detergens. Medicamenta quibus vtitur ad chordas tan- — b Gal. 3. catag. c. 21.
to debent esse validiora quam quæ dantur ad neruos, quanto chordę duriores sunt neruis. Pro
prie autem contusioni chordarum aptatur cataplasma ex farina [c] erui, lupini, ciceris & lixiuio — c Gal. 3. catag. c. 2.
aut oxymelle. Cum perforantur chordæ, dilatanda [d] plaga est, secta cute perinde atq; vbi per — d Gale. lib. artis medi. c. 92.
forantur nerui, adhibendaq; sunt medicamenta calida tenuium partium, quæ simul euocent,
ac digerant superantem humorem, & siquid saniei contractum est. Quare perfundendum est
oleum calidum, imponendum aliquod cataplasma, [e] ex his quæ ad neruos perforatos posui- — e Gal. 5. meth. c. 7
mus, vt ex resina terebinthina, aut propoli, aut sagapeno, aut cerato liquido cum euphorbio,
vel cum sulphure, vel cum flore lapidis asii, vel cum chalcitide, misy, aut squama æris. Cum de-
tecta est chorda vulnerata, vitanda est olei perfusio, vt quæ chordas pariter ac neruos [f] putre- — f Gal. 5. meth. c. 5
B faciat, vitanda similiter sunt acria & mordentia, vtendum siccantibus sine morsu, cuiusmodi
sunt metallica vsta & elota, cuiusmodi est medicamentum quod fit ex calce elota & oleo rosa
condito, & vbi detergenda est sanies vtendum specillo [g] inuoluto lana ex defruto expressa, si — g Gal. 5. meth. c. 5
corpus durius sit, vtendum pastillo Pasionis, Polidæ, aut Andronis, diluto ex vino dulci. Valent
hæc remedia ad sanandas chordas in longitudinem sectas. Vbi sectæ fuerint transuersæ, si quæ
fibræ integræ restāt, præcidendæ sunt, ne quemadmodum in neruis afficiantur ab illis, quæ so-
lutæ sunt, & dolent, atque idcirco inflammationem & neruorum distentionem concitent. Vbi
chorda tota præcisa est transuersa, necesse est per nouam substantiam in medio increscentem
agglutinetur, neque enim possunt [h] solutæ partes, cum in diuersa constrictæ plurimum didu- — h Gal. li. artis medicæ. c. 92.
cantur, inter se coalescere, fibula vero & sutura præterquā quod eas minime continere potest,
omnino aliena est, quod neruorum distentionem [i] afferat chordarum punctura: adhibenda igi — i Gal. ibid.
tur sunt medicamenta, quæ ad procreandam carnem conferant, debent hæc moderate deter-
gere, sed tanto validius siccare, quam quæ dantur ad vulnera carnis, quanto chorda durior &
siccior est carne: sunt autem idonei pastilli, quos proxime posuimus, tum medicamēta, quæ ad
caluariæ fracturas componuntur, vt emplastrum Isis, Deileontis, Macherionis, præterea puluis
ex radice Iridis, aristolochiæ, panacis, farina erui, aloe, myrrha.

C

De vulneribus ligamentorum. *Cap. V.*


Igamenta, quæ συνδεσμοι [k] græce nominantur, substantiam habent albam duram, — k Gal. 1. de motu mus. cap. 1.
oriunturque ab osse, & vel ad os terminantur vel inseruntur in fine musculi [l] quæ-
cunque ab osse ad os pertinent, alligant inter se ossa, quæ in musculorum fines hoc
est in chordas inseruntur, nectuntur, has cum articulis. Sunt autem omnia liga- — l Gal. 6. meth. c. 4
menta tanto duriora chordis, quanto hæ neruis, maxime autem dura sunt ligamen-
ta illa [m] quæ quod cartilaginosa sint νευροχονδρώδη græce appellantur, qualia sunt quæ alligant — m Gal. 2. de temp. c. 3.
genua, vertebras, & grandiora ossa, minus dura sunt quæ alligant ossa parua, sed multo minus
quæ inseruntur in chordas, atque hæc prædita sunt sensu ob substantiam chordarum cum qua
miscentur, & idcirco cum maiori periculo vulnerantur, & interdum neruorum distentionem af
ferunt, illa quæ ab osse ad os pertinent sunt omnino morsus expertia, & sine periculo offendun
tur, neque enim congruit cerebrum cum ipsis sicuti cum alijs: sunt etiam ex Ligamentis quæ-
dam rotunda [n] quædam lata, hæc manifeste distinguuntur a neruis & chordis [o] illa quæ ro- — n Gal. 3. catag. c. 2.
D tunda sunt, ignaros medicos decipiunt, videntur enim nerui aut chordæ, quod solida & alba
sint, atque in fibras diuidantur, sed distinguuntur, quod longe duriora sint. Curatio vnitatis so — o Gal. 3. catag. c. 2.
lutæ alia conuenit ligamentis, [p] quæ inseruntur in chordas, alia illis quæ ab osse ad os perti-
nent. Postulant ligamenta quæ inseruntur in chordas, vt habeatur ratio totius corporis per — p Gal. 6. meth. c. 4.
inediam, venæ sectionem, purgationem, vt defendatur locus affectus a dolore, vt relaxentur
quæ iuxta sunt, quæ tamen tanto minus necessaria sunt quam ad vulnera neruorum & chorda-
rum, quantum hæ partes acriore sensu præditæ sunt, & magis congruunt cum cerebro, præte-
rea vbi transuersum vulnus sit, si non omnes eiusmodi ligamenti fibræ sectæ sunt, [q] præcidere — q Supra cap. antecedenti.
similiter oportet eas, quæ integræ sunt relictæ, ne afferāt distentionem neruorum, hæc autem
non sunt necessaria, vbi vulnerentur illa [r] ligamenta, quæ omnino sunt morsus expertia, & ab — r Gal. 6. meth c. 4.
osse ad os pertinent. Sanescunt autem vulnerata ligamenta vbi mollia sunt, & vulnus paruum
sit, quod per se coalescant, contra vbi dura aut vulnus magnum sit, & præsertim transuer- — s Gal. li. ar. med c. 92.
sum per nouam substantiam in medio increscentem glutinantur, neque enim cōiungi possunt,
aut sutura contineri, cum plurimum inter se [s] recedant capita vulneris, sed cum hæc sint ope- — t Gal. 2. catag. c. 21.
ra naturæ, medicus vtetur medicamentis, quæ remoueant impedimentum, [t] hoc est quæ hu-
morem

a G. 6. metho. c. 4. b Gal. l. ar. med. c. 91.

morem siccent, hęc valida [a] admodum conueniunt, propter substantiam ligamentorum duram, tolerantur etiam acria, vbi ligamenta sunt sensus expertia, quemadmodum illa, quæ ossa inter se alligant, ad quæ vtemur sulphure, euphorbio, stercore columbino, fermento ueteri, ex lixiuio, ex oxymelle, ant ex oleo: At vbi aliquo sensu prædita sint quemadmodum illa, quæ in chordas inseruntur, minus acribus [b] vtendum est, validis ramen, cuiusmodi sunt pastilli Pasionis, Andronis, Polidæ, qui commodissime ex defruto diluuntur. E

De vulneribus membranarum. *Cap. VI.*

c Gal. l. art. med. c. 91. d Galen. 6. meth. c. 4. e Gal. ibid. f Ga. a. l. catatop. ca. 1. g Gal. ibid. h Ga. 3. metho. c. 3. i Capit. anteced.



Embranæ ligamentorum duritiem proxime sequuntur, præsertim illæ, quæ simpliciores sunt, ad tegendum atque inuoluendum a natura constitutæ, nam aliæ quibus viscera continentur, vt gula, ventriculus, intestina, vterus, vesica, componuntur ex fibris, & quadam substantia intexta, atque inhærente, pertinentque magis ad curationem membratim, quam ad eam, quam nunc tractamus generatim. Vulnera igitur membranarum tegentium atque inuoluentium, leuiora sunt quam neruorum aut chordarum, neque enim ita acri sensu præditæ sunt, neque ita cum cerebro congruunt vt nerui & chordæ, quamobrem vbi vulnerantur minus habenda ratio est totius corporis, minusque incumbendum in deuitandam inflammationem, neque timenda aut propulsanda est neruorum distentio. Sanantur membranarum vulnera, quod solutæ partes per nouam substantiam in medio increscentem agglutinentur, neque enim per se coalescunt, non solum quia duræ sunt, sed etiam quia diuisæ plurimum [c] contrahuntur, neque facile possunt inter se committi, quamuis sutura contineantur, nisi admodum laxiores sint, quemadmodum sub abdomine [d] membrana peritonæos, cuius diuisæ partes committi possunt, sed quia ob duritiem non coalescunt, cum sutura adhibetur, iungitur membrana cum [e] carne, ita vt inter diuisas membranæ partes caro interiiciatur, sic enim agglutinantur, quod non succederet, si inter se iunctæ fuerentur. At vbi non est caro quemadmodum ad membranam, quæ sub cute caluariam tegit, diuisæ partes ab Apollonio [f] suuntur, non quidem vt per se coalescant, sed vt minus inter eas nouæ substantiæ increscere debeat, per quam glutinentur, gignitur autem hæc a natura, medicus efficiendi socius est, coniungit enim quantum fieri potest, partes diductas non solum per suturas, sed etiam per medicamenta [g] adstringentia, qualia sunt quæ cruentis vulneribus statim iniiciuntur, vt emplastrum barbarum, cyzicænum, diachalciteos, ex vino nigro austero liquatum: siccat etiam medicus & detergit [h] humorem ac sordem superantem, vt commodius procreari noua substantia a natura possit, vtitur autem medicamentis tanto validioribus, quam ad carnem, quanto membrana siccior est carne. Maxime idonea sunt ea quæ ad fractutas caluariæ componuntur, vt puluetes & emplastra, quæ paulo [i] supra commemorauimus in vulneribus ligamentorum. Sed satis de soluta vnitate in partibus, quæ mediæ sunt inter molles & duras.

F G



H

A

VIDI VIDII
DE CVRATIONE GENERATIM,
Partis Secundæ Liber XVII.
QVI EST DE SOLVTIONE VNITATIS IN osse, & cartilagine.

B

Quot sint species solutæ vnitatis in osse & cartilagine.
Cap. I.



PARTES duræ nostri corporis vt ossa & cartilagines, non secus, atque illę quę vel molles sunt, vel mediæ inter molles & duras, nequeunt suo munere fungi, nisi retineant vnitatem naturalem, qua soluta [a] ægrotant: eum morbum nunc explicare instituimus. Nullum autem commune nomen aut apud græcos aut apud latinos inuenit, quod omnes eius species complectatur, sed aliæ aliter appellatæ sunt. Primæ autem ac maxime communes duæ sunt, vna cum ero-duntur, altera cum franguntur, siue ossa, siue cartilagines, prima latine dicitur [b] caries, græce [c] τερηδὼν siue τρηδὼν, altera nominatur a latinis fractura, a græcis ἄγμα, ἀπαγμα, κάταγμα, [d] vtrique autem plures subiiciuntur, siue species, siue differentiæ, quamuis omnes videantur ad vnam & eandem speciem referendæ, quod easdem partes occupent, consistantque in solutione vnitatis, quæ eodem modo curatur per callum videl. cum nequeant quæ dura sunt, per se coalescere, sed callo egeant, [e] per quem quasi ligna per gluten iungantur, quamobrem magis exiltimandæ videntur eiusdem speciei differentiæ, quam species diuersæ. Nos tamen cariem & fracturam species nominabimus, quod & per se subsistant nulli alteri affectui inhærentes, & propria quædam opera & instrumenta postulét præter communia ad callum procreandum spectantia, aliis enim ad cariem, aliis ad fracturam & pluribus & paucorib. vtimur remediis. Sub fractura etiam & carie species diuersæ comprehenduntur, quæ similiter diuersam curationem desiderant: illæ autem quæ vnicuique harum subiiciuntur, cum non ita diuersam curationem postulent, veluti quæ ad figuram & magnitudinem spectant, cumque per se non consistant, sed aliis affectibus adhæreant, differentiæ magis quam species dicentur, id quod patebit cum seorsum vnamquamq; persequemur. Sumamus initium a carie.

C

a Gal. li. de dif morb. c. 11. & 6 meth. c. 5
b Cel. li. 8. c. 2.
c G de cons tit. art. c 6.
d Ga 6. meth. c 5. & li. de cõst. ar. c 6.
e Gal. 6. meth. c 5. & 5. meth. ca. 7.

De carie. *Cap. II.*



EST igitur caries græce τερηδὼν [f] ea solutio vnitatis, qua os vel cartilago pluribus locis perforatur quasi [g] lignum vetustum teredine, quod vitium accidere potest, & vbi hæ partes cute conteguntur, & vbi nudatæ sunt, ita vt duæ species cariei censeri possint, vtraque autem pluribus differentiis distinguitur, cum vel late pateat, vel angustis finibus concludatur, tum vel in summo versetur, vel altius descendat, vel etiam per totum os penetret, & vsque ad alteram partem [h] trãseat. Causa cariei est humor crassus atque [i] acris, qui primo exasperat, deinde etiam perforat ossa & cartilagines, late uel anguste, in superficie vel altius, prout multus vel paucus est, late diffunditur, vel paruũ spaciũ occupat, descendit vel in summo versatur. Potest autem vel paulatim in ipsis contrahi ex alimento superante, vel confluere aliunde transmissus. Contrahitur paulatim in osse & cartilagine veluti muccus, qui ob loci imbecillitatem, nec concoquitur, nec ad alendum est idoneus, nec expellitur, sed ibi manens tumorem excitat, & cum vel acris sit, vel retentus putrescat, qualis est qui in morbo gallico diuturniori collectus ea tubercula excitat, quæ gummi dicuntur, erodit ac perforat eiusmodi partes integræ cuti subiectas. Contrahitur etiam eiusmodi humor cute contusa cum subiecto osse ueluti costa, hæc enim collisa redditur primo pinguis, deinde exasperatur, perforatur, ac tandem corrumpitur. Plerunque autem humor, qui cariem affert, sanies est, quæ ad os, aut cartilaginem confluit a partibus superiectis, quod potissimum

D

f Ga. de cõstit. ar. c. 6
g G. de cau. mor. c. 11.
h Cel. l. 8. c. 2.
i Gal. li. de caus. morb. c. 11.

accidit

accidit vbi fistulæ sũt, aut vlcera diuturna, [a] aut male curata, quã recentia, q vel imposita fuerint medicaméta humidiora, vel fasciæ hinc atq; hinc circũdatæ plaga minime obuoluta, de stillat. n. à carne sanies, quã cartilago, & ossa combibunt, & propterea in tumorẽ attolluntur, inflãmantur, putrefiunt, eroduntur, & tandem intereunt, incidut enim in eadem mala in quæ caro, neque obstet durities, quandoquidem & dẽtes quoque qui maxime duri sunt, inflammantur, & putrescunt. Cæterum ossa & cartilagines, quæ ita vitiantur, primo [b] nigra fiũt, deinde paulatim absumpto humore aspera euadunt, & tandem cariosa atque albida, non tamen fiunt euidenter pinguia, quæ corrumpuntur a sanie, sicuti quæ ab humore glutinoso ac veluti mucco. Hæc enim manifeste intumescunt, non tamen redduntur nigra, sed vel retinent suum colorem, vel magis alba apparent, cum fiunt cariosa. Symptomata, quæ cariem sequuntur ab vitiatis causa fiãt, fere ad dolorem spectant, quem partes superiectæ sentiunt, cum vel ab acrimonia eroduntur, vel extenduntur a multitudine, quanquam lęditur etiam motus earum partium, in quibus caries versatur. Ex præsentibus symptomata vt dolor, & læsio motus, sensu recognoscũtur, ex causis sanies, quæ ab vlcere emanat, similiter sensui subijcitur. Humor glutinosus ac veluti muccus, colligitur ex causa, vt ex cõtusione, vel ex prauo aliquo affectu, cuiusmodi est morbus gallicus. At caries ipsa & soluta vnitas nudato osse deprehenditur sensu, aspectu enim iudicatur color mutatus, tactu asperitas vna cum foraminibus. Sed cute integra colligere cariem oportet ex causa, vt ex humore illo glutinoso ac veluti mucco: tum ex his quæ vel iuuant, quatenus ipsum aut minuunt, aut leniorem reddunt, vel nocent quatenus eiusdem copiam vel acrimoniam augent; postremo ex effectis vt ex tumore loci duriore, & sensu quodam tendentium atque erodentium. Sed quia nudare oportet, quod sic affectum est, secta cute & carne superiecta caries in conspectum veniet, neque amplius coniectura comprehendenda erit. Differentiæ quæ ad latum, vel angustum spacium cariei attinent, sensui subijciuntur, sed quam alte descendat, [c] patefaciet scalper, quod enim vitiatum est, sanguinem fundit, minus solidum est, ac nigrum apparet. Finiri vitium ex soliditate, ex albedine, ex cruore intelliges. Ex futuris euentus expectari salubris debet, neque enim interit homo si recte curetur, etiam cum in osse pectoris hoc vitium est, vbi maxime perniciosum videtur, tamen sanatur. Scribit Gal. [d] se sanasse Puerum Marylli, cui ex ictu & praua curatione id corruptũ erat, ipso enim exciso conualuit puer. Si quod periculum subest, non referendum est ad os, sed ad partes quibus contegitur, cum his enim congruunt quæ præcipuæ sunt, maleq; afficiuntur ipsis laceratis. Tempus, quo salus expectanda est, non longum est, secto enim osse putri, celeriter callo impletur locus affectus. Via sanationis est, quod natura callũ [e] procreat, qui vacuum spacium implet, medicus vero adimit quod vitiatum est, & medicamenta adhibet ad [f] callum procreandum conicrentia.

a Hippo. & Gal. 6. aph. com. 45.
b Cel. lib. 8. cap. 2.
c Cel. lib. 8 ca. 2.
d Gal. lib. 7 de anat. ag. c. 13.
e Ga. 6. meth c. 5.
f Gal. ibid.

B

G

Consilium in curatione multiplex requiritur, cum non tantum spectare oporteat ad callum procreandum, sed ad detrahendam partem [g] cariosam, quæ emortua est, & tanquam aliquid præter naturam redundans auferri debet, cum non tantum inutilis sit, sed etiam noxia. Prohibendum est præterea ne acris humor aut paulatim cõtrahatur in loco affecto, aut ab vlcere destillet. Triplex igitur opus desideratur; primo enim prohibendum, ne humor paulatim colligatur, aut influat, secũdo detrahendũ id quod emortuum est, tertio procreãdus callus. Quod spectat ad humorem, ne vel paulatim colligatur, vel ab vlcere influat, danda in primis opera est, ne nimius contrahatur in corpore, & ne ille qui iam contractus est, feratur ad locum affectum. Ne contrahatur efficiet inedia, ne qui contractus est, feratur ad locum affectum, auersio per [h] sanguinis missionem aut purgationem: ille autem qui iam continetur in parte affecta, ne vitietur, cum diu ibi manet, exhauriendus est, exiccare etiam vlcus oportet, ne sanies ad subiectum os aut cartilaginem confluat. His factis detrahendum est, quod emortuum: si vitium quidem in summo est, scalpro abradendum, [i] sin altius descendit, per terebram vrgendum crebris foraminibus, quæ altitudine [k] ipsum æquent, & vndique cingant. Adimendum ergo est quod uitiatum est, dum ad integrum perueniatur, hoc autem & album & solidum se ostendet, & cruoris aliquid fundet; nam necesse est aridum sit, quod detrahendum est. Id autem quod pingue apparebit, candenti ferramento aduri debet, donec absumatur quicquid præter naturam in tumorem assurgit, deinde nitro respergi. Si vitium ad alteram [l] ossis partem penetrauit, totũ excidere oportet, id quod Galenus [m] se fecisse testatur, cum curauit puerum [n] Marylli, quẽ proxime commemorauimus, præcidit enim ex osse pectoris totum id quod vitiatum erat. Quocunque autem modo adimatur, siue radendo, siue adurendo, siue præcidendo, perpetuum est, ut id totum auferatur, [o] quod vitiatum est. Nam siquid ex eo relinquatur, cicatrix infirma inducetur, & cui occasione rursus exulcerabitur affectus locus. Hæc obseruãda sunt, cũ caries in aperto est: cum cute contegitur, tentanda sunt medicamenta emollientia ac digerentia, quibus vtimur ad duros tumores. Si non proficiant, aperienda est secta cute duabus [p] lineis scalpello ductis, ad figuram literæ X. dein recidendæ oræ sunt, vt spacium pateat, possintque adhiberi ferramenta ad id quod emortuum est detrahendum. Eadem autem chirurgia conuenit post sectionem cutis, quam conuenire monstrauimus, cum os a principio nudatum est. Vbi detractum iam id est, quod uitiatum erat, superest ut locus qui uacuus restat, callo impleatur, quod est opus naturæ, [q] procreat enim callum perinde ac carnem in ulcere cauo, medicus vtrobique efficien-

g Cel. lib. 8 cap. 4.
h Gal. 6. meth. c. 5
i Cel. lib 8, c. 2.
k Ce. ibid.
l Cels. ibidem.
m Cels. ibi.
n Gal. 7. de anat. ca. 13.
o Cel. ibid.
p Cel. ibid.
q Ga 7. meth. c. 5.

H

A efficiendi socius est, cum impedimentum auferat, siccat enim humorem superantem & sordem detergit, prouidetque ne idoneum alimentum deficiat. Huc spectat idonea ratio victus: ad sic a candem vero humorem ac sordem detergendam in osse, necessaria sunt validiora medicamenta, quam sint ea quæ in carne id præstare possunt, non solum quia os siccius carne est, sed etiā quia pinguiori humore à carne destillante perfusum, non glutinatur cum increscente callo nisi vehementer detergatur: ualent ad hoc emplastra, quæ ad fracturas componuntur (κατηγματικὰ b græce nominantur) prætera diachalciteos: puluis autem ille, qui quod ad carnem producendam conferat, σαρκωτικὸς c græce dicitur, ad callum gignendum etiam conducit, constat autē ex iride, Aristolochia, farina erui, farina hordei, thure: sed cum gignendus est callus, plus accipiat ex medicamentis siccioribus, vt ex iride, aristolochia, farina erui, quam ex minus siccis vt ex farina fabarum, hordei, aut thure.

a Ga. 6. meth. c. 5.
b G. 2. cata. 10. c. 16. & 17.
c G. 3. met. c. 2. & Ga. 6 meth. c. 6

Quot & quæ sunt fracturæ species ac differentiæ. Cap. III.



Altera species solutæ vnitatis ad ossa & cartilaginem spectans fractura est, dicta a græcis ἄγμα, κάταγμα d & κάταγμα sub qua non amplius erodunt, ac perforantur vt in carie, sed ab externa violentia franguntur, qui casus multiplex est, & in plures species distribuitur, quarum vnaquæque varijs distinguitur differentijs. Ex libro e Hip. de vulneribus capitis colliguntur quatuor fracturæ species, quas ipse τρόπους hoc est modos appellat, id enim quod frangitur, interdum colliditur, interdum finditur, interdum inciditur, interdum ita perrumpitur, vt desidat. Fractura illa, sub qua colliditur, vocatur græce θλάσμα & f θλάσις seu φλάσμα & φλάσις latine vero contusio. Altera sub qua finditur nominatur græce ῥωγμὴ latine rima. Tertiam sub qua inciditur, nuncupat Hipp. ἕδραν hoc est sedem quod appareat qua telum insederit. Quarta sub qua perrūpitur, vt desidat, dicitur græce ἔσφλασις vel ἔγκλασις, latine perruptio, sed hæc non est simplex, quemadmodum tres superiores, cum componatur ex contusione & simul ex sede vel rima: quamobrem Gal. g illis primus trib. connectus hanc sub contusione complectitur, est enim reuera contusio, quæ adiunctam habet (vt diximus) sedem vel rimam. Differentiæ aliæ communes sunt cuiusque speciei fracturæ, aliæ propriæ alicuius. Ad omnes communiter spectant illæ, quæ ad figuram, magnitudinem, numerum referuntur. Figura pōt esse recta, flexuosa in orbē, tum varia ac multiformis. Magnitudo cōsistit in longitudine, latitudine atq. altitudine, vnaquæq. n. pōt & longa & breuis esse, tum latior & angustior, in summo, vel in altioribus partibus. Numerus in eo attenditur, quod alia simplex est,
C alia composita & cum vulnere, & cum altera fracturæ specie. Proprie autem contusio distinguitur, quod aut sinum impressum retinet, aut sine hoc cernitur: rima h vero, quod quamuis plerunque ea parte fit qua plaga, interdum tamen altera fuerit ictus, & os altera fiderit. Sedes alia i punctim, alia cæsim ferientis teli vestigium retinet. Perruptio distinguitur, quod vel transuersa sit, quam καυληδὸν, k vel in longitudinem, quam σχιδακηδὸν, vel multiformis & in plura fragmenta quam ἀλφιτηδὸν græci appellant. His ergo differentijs separantur, quæ sub eadem specie fracturæ comprehenduntur, species autem propositæ simplices tunc vocantur, cum non adiectū est vulnus, licet inter se non raro coniungantur: tunc autem compositæ dicuntur, cum vulnus accessit, quod vbi superuenit plures aliæ differentiæ attenduntur, siquidem os & cartilago interdum nudantur, interdum adhuc teguntur, quæ nudantur, aliquando sine abscessu conualescunt, aliquando magis aut minus abscedunt. Quæ transuersa perrumpuntur, siue integra cute, siue vulnerata, raro suo loco manent, sæpius inter se cedunt, & vna pars super alteram effertur, contrahiturque inferior sursum a musculis, & membrum breuius reddit, rursusque cum vulnere fracta sunt transuersa, aliquando intra plagam continentur, aliquando ex ea erumpunt. Has omnes species ac differentias persequi nunc sigillatim instituimus, exponentes a quibus causis fiant, quæ symptomata iuncta habeant, & qua ratione recognoscantur, aut curentur.

d Ga. li. de const. ar. c. 6 & l. 6. meth. c. 5.
e H. l. d vul ne. c. prope initium.
f Hip. lib & Ga. de offi. com. 30.
g Ga. 9 meth. c. 5.
h Cel. li. 8. c. 4. & Hip. l. de vul. ca.
i Ga. 6. meth. c. 5.
k Ga. in introdu c. 17.

D

De contusione ossis & cartilaginis. Cap. IV.



Contunditur non tantum caro, sed etiam os & cartilago (quod vitium Græce θλάσις nominatur) cum aliqua ex parte superficies adhuc integra ab externa vi deprimitur, sed particulæ, quæ subsunt, vndique diuisæ inter se contrahuntur: sinuatur ergo locus, sinus vero plerunque recedit, quod quæ collisa sunt, attolluntur, & ad pristinum statum redeant, interdum tamen relinquitur, atque hæc contusio a Græcis appellatur l ἔνθλασις. Hoc pacto igitur contusiones inter se distant, quanquam distant etiam magnitudine, cum aliæ longæ sint, aliæ breues, tum aliæ latæ, aliæ angustæ, postremo aliæ in summo versentur, aliæ altius descendant. Duæ autem causæ necesse est concurrant, si quid contundendum est, vna quæ accipiat, altera quæ efficiat: non quoduis idoneum est, quod contusionem accipiat, sed tantum quod cedere in se aliqua ex parte potest, manente reliqua superficie,

l Gal. li. de cau morb. cap. 11.

A

De rima oßis. Cap. V.

FInditur interdum os aut cartilago, quæ fracturæ species dicitur, Græce ῥωγμὴ,[a] Latine rima, variaque est, simplex vel multiplex, lougior vel breuior, larior vel angustior in altioribus partibus, vel in summo, recta vel rortuosa: qualiscunque sir, ad ipsam efficiendam concurrit habilitas partis accipientis, & externa violentia efficiens. Quod finditur, hoc est, quod ita frangitur, vt rimam accipiat, necesse est renitatur, ac durũ sit, non ramen valde: nam quod tale est, findi non potest, cum omnino renitatur, contra id, quod mollius est, quia cedit, & non renititur, contunditur,[b] & non finditur quemadmodum æs. Fictilia non cedunt, neque adeo dura sunt, vt frangi non possint, atque idcirco finduntur, fissile autem hoc modo acceptum non est idem, quod scissile, σχιστὸν[c] vocatum ab Aris. qui σχίσιν, hoc est, scissuram definit diuisionem vlterius, quam diuidens diuidat. Affert autem exemplum ligni, quod scissile esse ait, quia potest vlterius diuidi, quam diuidens diuidat, quod non euenit fictilibus, quæ dicit, esse ἄσχιστα, hoc est, non scissilia, quæ tamen findi possunt, hoc est, ita frangi, vt rimam accipiant, quamobrem aliud est fissile, aliud scissile, hoc in longitudinem, illud diuerso modo foramina disposita habet, veluti ossa, quæ idcirco finduntur, & interdum pluribus locis, non tamen omnia, sed illa, quæ duriora sunt, & aliquid renituntur, nam mollia, qualia sunt[d] puerorum, ceduut, & potius contunduntur, quam findantur. Quod euenit etiam cartilagini, nisi admodum dura sit, qualis est in senibus. Maxime autem finduntur ossa caluariæ, quod tenuia sint restarum modo, cætera quæ crassiores sunt, nimium renituntur, & non ita findi solent. Causæ efficientes rimam sunt telum & ictus, quæ talia esse debent, qualia diximus contusionem facere: nam eadem, quæ contundunt os mollius, findunt id, quod durius est, quod vero medium inter molle & durum, simul findunt & collidunt: aliquando enim simul cócurrunt contusio & rima. Telum igitur necesse est graue durum ac retusum sit, ictus vehemens & e regione, seu homo vulneretur, seu cadat, seu aliquid super ipsum incidat. Pro ictu potest etiam validus impulsus os findere, videmus enim testas, cum comprimuntur, aliquando findi, aliquando etiam abrumpi. Quanto autem tenuius fuerit os, telum validius, atque ictus vehementior, tanto magis rimæ efficiuntur. Superueniunt his eadem symptomata, quæ contusioni: nam partes, quæ os tegunt, similiter dolent, liuent, inflammantur, ac putrescunt, ipsum vero os colorem suum non retinet, aliquando rumet, purulétum fit & humidius, quod si partes[e] præcipuæ afficiantur, sequẽtur grauiora mala, lædenturque actiones præstantissimæ. Rima, ubi os nudatum non sit, prorsus sensum latet, atque idcirco conijcienda est ex loco idoneo, qui findatur ex telo & ictu findendi vim habente, ex symptomatibus, quæ superueniunt partibus illis, quæ iuxta sunt, siue superiectæ vt musculi, siue subiectæ vt cerebrum[f] caluarię. Vbi os nudatum sit, rima plerunque in cõspectum venit, quantum vero descendat,[g] poteris scalpro inuenire, interdum tamen adeo tenuis est, vt sensum fugiat, & necessarium sit atramentum inducere ac detergere: qua parte. n. os fixum est, nigritiem contrahit, hanc si scalpro persequaris, comperies, quantum rima penetret. Euentus, quod spectat ad os, salubris est: nam nisi ab alijs partibus male afficiatur, sanescit, & paucis diebus rimæ latera callo inter se glutinantur. Si quid periculi subest, pertinet ad corpora, quæ[h] iuxta sunt, & ad partes præcipuas, quæ cum ipsis congruunt.

Opera, quibus curatio continetur, aut spectant ad partes superiectas, quas defendere ab inflammatione oportet, quemadmodum supra[i] in contusione monstrauimus, aut ad ipsum os, quod callo glutinandum est; procreatur hic a natura, medicus tantum detergere & siccare debet, quo spectant emplastra, quæ ad fracturas componuntur, neque oportet os excidere, nisi vt qui subest,[K] sauguis effusus detrahatur, quemadmodum ex membrana cerebri cũ fissa caluaria est.

a Hip. li. de vuln. cap.
b Gal. li. de cau. morb. cap. 11.
c Arist. li. 4. meteo. c. 9.
d Gal. li. de cau. morb. c. 11.
e Cels. li. 8. c. 4.
f Cel. ibid.
g Cel. ibid.
h Cel. ibid.
i Pau. ante.
K Cels. li. 8 c. 4. & Ga 6. meth. c. 6

D

De sede fracturæ specie. Cap. VI.

CVm os aut cartilago inciditur, sic, vt appareat, qua telum insederit, eiusmodi fracturæ speciem diximus nominari ab Hippocrate[l] ἕδρην, hoc est, sedem, si quis autem nolit appellare fracturam, propterea quod os non proprie frangatur, sed secetur, non repugnabimus, modo det nobis, hanc quoque esse speciem solutionis continui in osse & cartilagine. Distinguitur sedes[m] multis differentijs, quarum aliæ ad figuram spectãt, vt quod recta sit, vel in orbem, vel aliam formam retineat, quam telum impressit, aliæ ad magnitudinem, ut quod longior vel breuior, latior vel angustior, in summo vel in altioribus partibus. Vt sedes fiat necesse est, adsit & habilitas loci, qui possit incidi, & vis effectrix incidendi vim habens. Oportet locum esse ex his, quæ secari possunt, τμητὰ ab[n] Aristotele nominantur, nequeunt secari, quæ valde dura sunt, & quæ liquida, sed reliqua omnia, siue mollia, siue dura. Componuntur hec ex multis latitudinibus, & foramina habent in latitudinem disposita, sicut in longitudinem illa, quæ scindi possunt, & ex multis longitudinibus constaut. Si quid

l Hip. li. de vuln. ca.
m Hip. ibi.
n Arist. li. 4 meteo. c. 9.

A tusionem vel ad rimam, inuenitur ergo discrimen aliquod inter causas diuersæ speciei fracturæ. Differentiæ perruptionis oriuntur a causæ differentia simili, si non aperte, saltem implicite. Maior perruptio, siue ad lõgitudinem, siue ad latitudinem, siue ad altitudinem respicias, a maiori causa oritur, minor a minori, maiorem & minorem causam intelligo, non tantum vim perrumpentem validiorem & imbecilliorem, hoc est, telum & ictum, sed etiam os magis aut minus siccum, quod siccius est, magis iniuriæ patet, & ideo magis perrumpitur, minus quod minus siccum. Spectat huc quoque figura ossis, quod oblongum est, facile perrumpitur, difficulter quod orbiculatum. Quod autem in plures vel pauciores partes diuidatur, proficiscitur partim a vi teli & ictus, plures vel pauciores partes attingẽtis, partim a compositione ossis, quod enim foramina habet magis varie disposita, hoc in plures partes frangitur, diciturque ab Aristotele τραυστὸν, [a] qui τραύειν appellat fracturam illam, quæ non tantũ in magnas partes est, sed in quaslibet & non pauciores, quam duas. Quod autem perruptio transuersa vel in lõgitudinem fiat, ictui & telo tribuendum est, os trãnsuersum magis, vel in longitudinem ferientib. Adde quod teres os facile transuersum perrumpitur: quod ossa maneant in suo loco, vel inter se cedant, similiter a vi teli & ictus magis vel minus dimouentis nascitur. Vulnus carnis adijcitur, quod hæc, vel a telo, vel a fragmento ossis incidatur, aut laceretur: potest etiam ex succis acribus ad
B affectum locum concurrentibus, processu temporis excitari vlcus, quamuis initio non fuerit. Nudantur ossa & cartilagines, cum omnes partes, quibus teguntur, aut secantur, aut abrumpuntur, alioquin adhuc tecta manent: continentur autem in suo loco, vel inter se cedunt, aut etiam ex plaga prodeunt, pro maiori vel minori impetu ipsius ictus, & prout perrupta sunt in parte, quæ vel magis expelli possit, vel magis tecondita seruari. Abscedunt ossa, cum vel diuturniori appulsu aeris, vel sanie a carne [b] destillante læduntur, magis vero aut minus abscedunt, prout maiorem vel minorem noxam contrahunt, sine qua non est, quod existimes abscessura. Symptomata, quæ perruptionem sequuntur, plurimum inter se differunt, quod multæ sint eius differentiæ, alia enim alijs superueniunt, vt in sequentibus ostendemus, cum vnamquanque sigillatim declarabimus. Cognoscuntur autem oẽs sensu, sub quem cadit non solũ absolute perruptio, sed quanta sit & qualis, vt in longitudinem vel transuersa, in plures vel pauciores partes, quæ vel in suo loco maneant, vel inter se cesserint, tum vel nudatæ, vel cute adhuc tectæ sint, & vel in plaga contentæ, vel ex ea erumpentes. Intelliges futurum abscessum ex iniuria, quam os vel ab aere infuero, vel a sanie accepit, tum ex oris plagæ, quæ non bene meer se committũtur, atque exitu puris copiosioris, quam par esse videatur. Magis autem vel minus abscessurum indicabis, prout hæc maiora vel minora se ostenderit. Euentus varius expectandus est,
C pro varia perruptionis differentia, alia enim symptomata alijs superueniunt, & grauiora & leuiora, quæ facilem vel difficilem sanationem demonstrant. Si nullum aliud malum accesserit, res salubris est, cum perrupta ossa increscente callo solidentur. Sed sæpe imminet periculum, quod aliæ partes lacerentur, & neruorum distentio oriatur.

Curatio perruptionis in vniuersum eadem est, quæ contusionis rimæ ac sedis, defendendæ enim partes, quæ iuxta sunt ab inflammatione; & danda opera est, vt callus increscat impositis medicamentis siccantibus ac detergentibus, multum tamen interest, hancne an illam perruptionis differentiam cures. Præstat igitur seorsum vnamquamque perpendere, iis tamen omissis, quæ ad magnitudinem pertinent, tantum enim quo maiores sunt, maiorem diligentiam postulant, reliquas igitur persequemur, ac primo eas, quæ simpliciores sunt, ac sine vulnere.

De perruptione ossis & cartilaginis in longitudinem, seu in plures, seu in pauciores partes. Cap. VIII.

D PErrumpitur os aliquando [c] in longitudinem, aliquando transuersum. Vbi in longitudinem perrumpatur, res minus periculosa est, cum neque ossa inter se cedunt, neque opus sit vim adhibere ad extendendum. Neque enim membrum breuius affectum est, sicuti cum transuersum frangitur, sed quamuis perruptio in longitudinem magis periculo vacet, quam transuersa, non propterea facilius sanatur, imò contra quam videatur, interdum difficilius, quemadmodum Hippocrates tradidit de iugulo in longitudinẽ fracto, quod cum maiori [d] difficultate sanatur, quam quod transuersum perrumpitur, neque enim [e] facile adurgeri oræ perruptionis possunt, sicut ubi transuersa est. Curatio ossis in longitudinem perrupti, id maxime postulat, ut partes, quæ disiunctæ sunt, in vnum cogantur, & callo agglutinentur, coguntur autem manibus, & coniunctæ seruantur vinculo & fulcris idoneis, quo plurimum conferunt etiam emplastra illa, quæ in vniuersum ad fracturas valent, neq. opus est aut extendere, aut ita inflammationem propulsare, sicuti [f] cum aut perruptio trãsuersa est, aut ossa vel nudata sunt, & abscedere debent, vel ex plaga prodeunt. Simplex ergo curatio sufficit, vbi fractura in longitudinem est, & in duas tantum partes.

At si fragmenta plura sint, quam duo, & os in plures partes comminutum, ubi carnis quoque

a Aristo. 4. meteor. c. 9

b Gal. 2. de fract. c. 2.

c Ga. 6. meth. c. 5.

d Hip. li. de fra. tex 61.

e Galen. in com.

f Gal. 6. method. c. 5.

A vel reddetur membrum minus idoneum ad ſua munera exequenda, vel etiam ſuperueniente
inflammatione, ac neruorum diſtentione denunciabitur interitus futurus. Tempus, quo oſſa
conferuent, longius & breuius eſt, prout maiora vel minora ſunt, prout item rara vel dēſa: quæ
parua ſunt, paucioribus diebus confirmantur, quæ grandia & denſa pluribus; oſſa [a] manus & a Galе. 1. de
pedis fere xx. [b] diebus conſerueſcunt, cubiti xxx. humeri & cruris [c] xl. Femoris l. aut etiā lx. fract. cō. 63
multum enim differt ætas ab ætate, & natura à natura, quæ rara ſunt, veluti iugulum multū hu- b Hippo. 2. de fract. 12
motis continet, quo effuſo & coacto in oris fracturæ celeriter callus increſcit, quod contra eue c Hipp. l. 2.
nit his, quæ denſa. Tempus vero, quo timere interitum oporter, lōgius ſimiliter vel breuius eſt, de fract. 6.
pro multitudine ac magnitudine ſuperuenientium malorum. Via, qua ſaneſcunt, eſt, quod na
tura callum procreet, quo conferunt etiam [d] auxilia artis, immoderatam qualitatem, vel quan- d, Gal. 6. me
titatem corrigentia: via interitus eſt, quod ſuperueniente neruorum diſtentione, atque ingen- tho. c. 5.
ti inflammatione, pars emoriatur, & vires deficiant.

Complura autem opera neceſſaria ſunt ad tranſuerſam perruptionem ſanandam, quorum
aliqua ſpectant ad ipſum os, aliqua ad corpora ſuperiecta, quæ & per ſe attenduntur, & ne id
contaminent, cui ſuperinijciuntur. Os, quod perruptum eſt, cum priſtinam vnitatem amiſerit,
in ea reſtituendum eſt, quod fieri non poteſt, niſi tenerum ſit, quale puerile [e] eſt, hoc enim car e Gal. 6. me
nis modo coaleſcit, quod eſt naturæ opus, neceſſarioq. ſequitur, vbi ſolutæ partes ſe contingāt. tho. c. 5.
B Plerunque os durum eſt, ſic vt eius partes, cum abruptæ ſunt, ad veram vnitatem redigi [f] non f Gal 5. me-
poſſint, ſed neceſſe eſt callo, quaſi glutine ligna, inter ſe alligentur: id quod perſpicuum erit, ſi tho. c. 7. &
belluæ crus tranſuerſum abrumpas & compoſitum alliges, dein reſoluas, cum iam ſanatum vi- 6. meth. c. 5
debitur, & oſſe nudato callum abradas, quo fracturæ partes alligantur, ſolutas enim inuenies,
vt quæ ob duritiem non potuerint inter ſe coaleſcere. Primum itaque opus, quod ab oſſe requi
ritur, ad callum dirigi debet, vt qualis & quantus conuenit increſcens diuiſas partes inter ſe
glutinet. Sed quia, quæ glutine alligantur, debent ſe contingere, partes oſſis fracti, neceſſe eſt
inter ſe committantur, [g] diductas enim finximus, & inter ſe cedentes, neceſſe eſt igitur com- g Gal. 6. me
ponantur, quam conformationem Græci διάπλασιν appellant: debent ergo diductæ partes ita tho. c. 5.
conformari, vt ad naturalem ſedem redeuntes inter ſe [h] iungantur. At periculum eſt dum tra- h Gal. 6. me
ctantur, cum non ſint leues, quaſi gladio ſectæ, ſed teſtas quaſdam prominentes habeant, ne ab tho. c. 5.
rumpantur, quod maxime incommodum eſſet, nam abruptæ, aut inter capita [i] fracturæ inter- i Gal. ibid.
cidunt, & ita non ſinunt ea ſe contingere, aut veniunt in ſpacia, quæ iuxta ſunt, & non ſolum
ibi moleſtæ ſunt, & pungendo afferunt dolorem, ſed cauas relinquunt illas particulas oſſis, in
quas inſeri debebant, vbi ſanies colligitur, quæ os putreſacit, & tandem vniuerſum membrū:
quamobrem cauendum eſt, K ne abrumpantur, dum fractura componitur, id quod optime ſuc K Gal. ibid.
C cedet, ſi affectum membrum, & à ſuperiori, & ab inferiori parte ſimul extendatur, [l] patebit. n. l Gal. ibid.
ſpacium laxius, vbi oſſa tuto poterunt tractari, neq. teſta aliqua abrumpetur. Ergo antequam & 3. de off.
fractura componatur, neceſſe eſt membrum extendere, quod conferet etiam ad ſanādam eiuſ- com. 22.
dem breuitatem, quam ſequi diximus contractionem muſculorum ad ſua initia: vbi membrum
abunde extenderis, componenda fractura eſt, vbi compoſita eſt, ſi fideliter contineatur, neque
deprauetur, callo agglutinabitur: at nequit fideliter contineri, niſi alligetur ac fulciatur, & niſi
membrum immobile [m] ſeruetur. Quibus omnibus conſtitutis ad calli moderationem, quæ pri m Galen. 6.
mo propoſita nobis erat, ſpectabimus, dantes operam, vt talis ac tantus fiat, qualis & quantus metho. c. 5.
conuenit. Sed ſatis de oſſe: Pergamus ad corpora ipſi ſuperiecta, ad carnem videlicet, neruos,
venas, arterias, & cutem, quę & primo, cum os perrumpitur, & poſtea cum extenditur membrū
& componitur, neceſſe eſt doleant, & idcirco etiam inflammentur, & interdum incidant in ner
uorum diſtentionem, & ſubiecta oſſa contaminent, quæ mala maxime deuitabimus, ſi demus
operam, ne ſuperantes humores ad affectum locum ferantur: non ferentur autem, ſi & non con
trahantur vlterius copioſe in corpore, & illi, qui iam contracti ſunt, auertantur ad partes con-
trarias, educantur extra corpus, vt ab affecto lóco attrahi non poſſint, aut admitti, ſic [n] non o- n Gal. lib. 6.
rietur inflammatio, non ſuperueniet neruorum diſtentio, facile conualeſcent partes oſſi ſuper meth. c. 5.
D iectæ, neque putres reddentur, aut in ſphacelum incident: quibus interea proſpiciendum eſt,
dum ea fiunt, quæ diximus ab oſſe poſtulari. De his omnibus operib. ſeparatim agemus, ſi duo
prius præfati expoſuerimus de membris, quæ tractantur, vnum eſt, vt conuertantur ad lumen [o] o Hipp. 1 de off. text. 11.
maxime illuſtre, dum manus adhibetur, appareantque euidenter, alterum vt apte figurentur à
principio ad finem curationis, cum diſtenduntur, cum componuntur, cum alligantur, cum col-
locantur, & quieſcunt: apta autem figura & naturæ, & conſuetudini conuenire debet, natura
medium quendam [p] habitum deſiderat, conſuetudo, quantum fieri poteſt, conſeruanda eſt, p Gal. 6. me
membraque eo modo continenda ſunt, quo plerunque haberi conſueuerunt. Hoc pacto facile tho. c. 5.
extendentur, facile componentur, & compoſita ſeruabuntur immobilia ſine moleſtia [q] ægro- q Hipp. 3. de
tantis. Sed aggrediamur iam ad opera ſeorſum explicanda. off. text 20.

Extendere [r] primo membrum oportet, quod tranſuerſum fractum eſt, partim vt ad priſti- & Galen. 6.
nam longitudinem reuertatur, cum breuius ſit, partim vt pateat liberum ſpacium, vbi partes meth. c. 5.
fracti oſſis tractentur, dirigantur, committanturq. inter ſe, & facile, ac ſine periculo, ne extan- r Gal. ibid.
tes fragmentorum particulæ corpora, quæ iuxta ſunt, lacerent vel abrumpantur, & aut non ſi-

nant

nant fracti ossis partes inter se committi, si inter eas intercidant, aut si in spacium, quod juxta E
sit, veniant, ne in sinu, quem in osse reliquerunt, colligatur sanies, [a] & membrum putrefaciat.
Ob has igitur causas, vbi os transuersum fractum est, extendere membrum oportet, sed quo tẽ
pore, quantum, & quo modo, nunc paucis explicabimus, summam repetẽtes eorum, quæ de ex
tendendo diximus [b] in curatione articulorum excidentium. Tempus extendendi est, cum hoc
opus requiritur, & toleratur, semper autem requiritur, cum in fractura transuersa membrum
confractum est ac deprauatum, non tamen semper toleratur; nam cum dolor adest, [c] febris, in
flammatio, neruorum distentio, præcipitabitur æger, si vis adhibeatur, sed quia hæc maxime ac
cidere solent [d] tertio die ad septimum: interea nulla vis adhibenda est, neque ad extenden-
dum, neq. ad reponendum, sed aut post septimum, vbi hæc conquieuerunt, aut quod satius est,
ante tertium diem: maxime autem præstat, cum primum hic casus incidit, ad extendendum &
componendum venire, nam facile tunc vtrumque succedit. Eatenus autem intendere membrũ
oportet, quatenus ad pristinam longitudinem redeat, vel paulo longius etiam reddendum est,
quam naturaliter esse debet, vt spacium laxius sit, vbi citra noxam fracti ossis partes tracten-
tur, neque periculum est, ne membrum longius maneat, [e] nam statim atque ab extendendo
te recipies, contrahetur à musculis ad sua initia recurrentibus, & ad debitam longitudinem re
uertetur. Vetendum autem est, ne non satis extendatur membrum illud, quod musculos cras- F
siores [f] habet. Illud etiam obliuisci non oportet, quod corpora firmiora maiorem vim in ex-
tendendo postulant, sed magis [g] neruorum distentioni exponuntur, contra quæ imbecilliora
& molliora sunt, minorem vim requirunt, & minus opportuna sunt eiusmodi symptomati. Mo
dus extendendi & ad apparatum refertur, & ad instrumenta, quibus vtimur. Apparatus consi
stit in relaxando [h] ac figurando membro, relaxatur aere calido, fomentis, medicamentis mol-
lientibus, vt eius partes ducentem facilius sequantur. Figura recta esse debet, oportet enim (in
quit Hipp.) [i] quæ suo loco mota sunt & fracta, recte admodum intendere, hoc est, membro re
cte figurato & partibus, quæ in ipso sunt, directis, ne musculi caput ab vna parte, finis à contra
ria collocetur, sic enim veluti in cochleam serpens magnam vim requireret, doleret, & inter-
dum conuelleretur, quod non euenit, cum directus collocatur, eligaturq. habitus medius, K
quem plerunq. ægrotantes ipsimet eligunt à iusta natura edocti. Instrumenta non eadem adhi
benda sunt, sed si tenerum membrum est, duo [l] sufficiunt, qui manibus in diuersa contendant,
si firmius, necessariæ sunt habenæ, quæ à superiori & ab inferiori parte fracturæ iniectæ mani-
bus in diuersa ducantur; vbi manus non sufficiant, alligandæ sunt ad valida, bacula, [m] vel ad
axes, aut ad alia machinamẽta, ad hunc vsum parata, cuiusmodi [n] est plinthium Nilei, aut glos
socomum Nymphodori, monet tamen Hippoc. [o] ne, vbi sufficiunt manus frustra laboremus, G
adhibentes machinamenta, nam id magis iactantiæ esset, quam artificij, quæcunque enim faci
le fieri possunt, facile etiam fieri debent.

Vbi membrum abunde extentum fuerit, antequam remittatur vis, dirigẽdum est, sic vt pars
inferior fracturæ e regione superioris collocetur, facile enim cum ea coniungetur, & quod re-
missa intentione sursum partim trahatur à musculis, partim compellatur à medico, facile item,
cum se tangent fracti ossis partes, callo [p] glutinabuntur. Postulat conformatio hæc certas ani-
maduersiones, videndum enim est, quo tempore, quantum, & quo modo dirigendum membrũ
sit. Tempus dirigendi idem est atque extendendi, cum scilicet requiritur & toleratur hoc o-
pus: requiritur, cum ob transuersam fracturam membrum peruersum est, toleratur, vbi neque
dolor adsit, neque neruorum [q] distentio, & idcirco vel ante [r] tertium, vel post septimum diẽ
in summa, quo tempore necesse est, membrum extendere, eodem etiam & dirigere, quando-
quidem dirigendum est, cum adhuc extentum manet. Eatenus autem dirigi debet, quatenus
pars inferior e regione superioris collocetur, intelliges satis directum esse membrum, vbi simi-
le [s] fuerit alteri parti sanæ, intelliges, & ex carentia doloris, vbi vinculo adstringatur, postquã
compositum fuerit. At solo tactu, qui peritus est, deprehendet, sitne secundum naturam dire-
ctum, percipiens enim inæqualitatem iudicabit, non bene directum esse. Cauere autem opor- H
tet, ne membra illa, quæ naturaliter gibba sunt, veluti humerus & femur, recta conformentur,
debent enim seruare naturalem [t] habitum. Quod si male composita ossa callo glutinentur, di-
rigi rursus debent, prius valenter extenta & emollita, vt callus dissoluatur, ipsaq; diducantur,
ac diducta e regione collocentur, & ad naturalem habitum redacta inter se committãtur. Mo-
dus dirigendi & in apparatu consistit, & in instrumentis. Apparatus ad extendendum perti-
net, dirigi enim membrum debet, cum extentum est. Instrumenta idonea sunt primæ palmarũ
partes, quibus compellitur inferius os versus contrariam partem, & simul superius versus ipsũ
vrgetur: si membrum validius est, maiori impulsu eget, ita vt interdum scamno Hippoc. & vecti
bus vtendum sit: illa vero ossa, quæ non continentur in membris, vt in cruribus & brachijs, sed
in alijs partibus, cum transuersa franguntur, non possunt primis palmarum partibus componi,
sed alijs auxilijs egent, vt iugulum [u] vinculo adurgente, maxilla habena agglutinata.

At debent ossa, quæ composita sunt immobilia [x] seruari, vt se tangant, & callo agglutinen-
tur, neque rursus peruertantur, & peruersa agglutinentur, si præcipias ægrotanti, vt immobi-
lia seruet, vigilans fortasse [y] obsequetur, non tamen dum dormiet, atqui cogetur interdum
etiam

a Gal. ibid.
b Sup. li. 3 1. ca. 8.
c Sup. ibid. & Cels. l. 8. c. 11. & Auic. l. 4. f. 5. tract. 1. c. 5.
d Hipp. l. 3. de fract. c. 33. & Gal. i com. & tex. 36 40.
e Sup. l. 3 1. ca. 8.
f Hipp. 3 de off. 12.
g Hippo. & Gal. de off. com. 23.
h Gal. 6. metho. c. 5.
i Hipp. 1. de fract. tex. 1.
k Gal. 6. metho. c. 5.
l Hipp. 2. de fractu. text. 62.
m Hippo 2. de ar. 41. ad 47.
n Oribas. li. de Machi.
o Hipp. li. 2. de fractur. tex. 62.
p Gal. 6. metho. c. 5.
q Cels. l. 8. c. 11.
r Hippo. 3. de fractur. text. 33. 36. & 40.
s Hipp 3. de off. 24.
t Hipp. 3. de off. 27.
u Hipp. 1. de art. 63. & 70.
x Gal. 6. metho c. 5.
y Gal. 6. metho. c. 4.

A etiam vigilans, & vt lectus sternatur, & ob alias necessitates membra mouere, quamobrem necessaria sunt vincula & fulcra, quibus contineantur. Constant vincula ex fascijs, quæ non solū [a] continent fracturam eo modo, quo composita est, neque deprauari ipsam permittunt, sed repellunt [b] quoque ad superiores & inferiores partes, si quid humoris ad eam influit aut influxit, & hoc pacto partes superiectas, quarum quoque habendam esse rationem demonstrauimus, defendunt ab inflammatione, à dolore, à neruorum distentione, [c] modo recte circumdentur: nam vbi dum callus increscat, negligenter obuoluantur, aut nihil proficiunt, aut etiam nocent, membrumque reddunt magis tumidum, ac si vtrumque os fractum est, simul breuius. Rectam vinciendi rationem exposuimus, cum erumpentium articulorum curationem persequeremur, quam nunc etiam repetemus. Consistit autem primum in deligendis fascijs, deinde in obuoluendis. Idoneæ sunt fasciæ ex linteis, leues, tenues, molles, mundæ, longæ vero & latæ, quantum postulat locus alligandus, & fractura: longitudo fere conuenit quatuor aut quinq; [d] cubitorum illius, qui curatur, latitudo totidem digitorum: si membrum esset æqualiter crassum, latissima fascia circumdandum esset, quæ totum æqualiter complecteretur, qualis ad thoracem accommodatur, sed cum plerunque inæquale sit, præstat vti angustiore, vt tota cutem

B contingat, & nullibi appareat rugosa. Id securitatis, quod ob angustiam deficit, compensatur aucto numero circuituum. Vt igitur fasciæ id præstent, propter quod circumdantur, attendere oportet, qua parte incipiant, finiantur, obuoluantur, arctentur atque attrahantur, scire autem licet, qua parte fractura est, magis adstringendum esse, tum vt contineatur, quod ibi compositum est, tum [e] vt indidem repellatur, si quis humor influit aut influxit. Ille autem locus magis in fasciando adstringitur, super quem primo fascia datur, ac magis obuoluitur, & magis arctatur, ille contra relinquitur laxior, vbi fascia desinit, minus circuit, & minus arctatur: quamobrem incipere [f] à fractura deber, & ibi arctior dari, ac sæpius circumuolui: ad alias vero partes minus adstricta ferenda est, minus sæpe circumdanda, præsertim quanto magis recedunt à fractura, vt tādem laxa finiatur non tamen ex toto, semper enim insidere debet, sic autem partes, quæ à fractura distant, cum minus adstringantur, admittent, quicquid ab affecto loco repellitur, sicuti necesse est. Illud etiam obseruandum est, cum fascia super fracturam arctatur, vt moderate fiat, nam sicuti quæ laxior est, parum proficit, ita quæ nimis adstringitur, dolorem facit, sic vt humores concitet, præterquam quod diu ferri non potest.

Intelliges moderate adstrictam esse, vbi ægrotans [g] rogatus, nū prematur, primo die respondeat, se premi quidem, sed leuiter, idque præsertim qua fractura est, postridie vero appareat in

C imo membro mollis ac paruus tumor, sed homo labente iam die fascias minus adstrictas sentiat, sicuti tertio die prope resolutas. Si quid [h] horum absit, scias non satis, sicut si quid superfit, nimis adstrictum vinculum fuisse, ad quæ spectans, ipsum deinceps vel laxius vel arctius alligabis, tum tertio; quoque die resolues: quod si fractura æqualiter in vtramque partem inclinet, fascia primum media iniicienda est, & æqualiter in vtramque partem attrahenda, alioquin ab vno capite ordiri debet, & ab ea parte attrahi, in quam magis fractura spectat. Alia autem est ratio obuoluendi in membris, alia in alijs partibus, membrorum ea natura est, vt super vnū atque idem fascia incipiat, circumeat, ac finiatur, quod non euenit alijs partibus, quibus affectis fascię superdatæ ad oppositas sanas ferri debent. Pleræque fracturæ sunt in membris, quamobrem ea vinciendi ratio, quæ super aliquo membro incipit, ac finitur, ad fracturas refertur, quamuis aptetur etiam, vbi repositi sunt membrorum articuli prolapsi. Contra ille vinciendi modus, sub quo fascia ab affecta parte porrigitur ad oppositam sanam plerisque articulis conuenit, vbi repositi sunt, idcirco ad articulos spectat, quamuis ad complures fracturas accommodetur, vt ad eas, quæ in iugulo, [k] in aure, in naso, in maxilla, in costis versatur: quæ fracturæ ob vinculi communitatem tractantur ab Hippocr. cum luxatis, sicuti ob eandem causam cum fracturis illi articuli, qui postquam repositi sunt, vinculum postulant, quod non detur ad oppositam partem, sed super idem membrum incipiat, circumeat, ac finiatur: cōstat vinculum

D hoc ex duabus fascijs, quas Hippocrates ὑποδεσμίδας [l] appellat, quod subijciantur fulcris, quæ deinde superdantur, illas enim, quibus hæc alligantur, nominat ἐπιδεσμίδας [l] ex duabus propositis fascijs, prima [m] breuior est, secunda duplo longior. Illa primum super fracturam obuoluitur, & ibi iterum aut tertio circumdata sursum versus fertur, circuitque dum ad summum [n] membrum perueniat, ibique desinat; altera super fracturam similiter bis aut ter primo circumdatur, vnde fertur deorsum ad imum membrum, vnde sursum relata, per fracturam obuoluitur, & in summo membro finitur eadem regione, qua prima. Feruntur hæ fascię magis ad superiores partes membri, quam ad inferiores, quoniam superiores plures sunt & maiores, & idcirco magis possunt id admittere, quod repellitur. Conuenit hæc vinciendi ratio membrorum, vt crurum & brachiorum ossibus, præterea digitis, tam vbi perrumpuntur, quam vbi suo loco mouentur.

Sequuntur fulcra, quæ ad firmitatem [o] propositarum fasciarum conducunt, & idcirco tam ad continendum, quæ composita sunt, quam ad humores repellendos accommodantur: vtimur autem ad fulciendum primo pannis, deinde etiam ferulis. Firmant panni fascias primo iniectas, & idcirco valent, tam ad continendam fracturam compositam, atque immobilem seruandam,

[a] Gal. 6. me tho. c. 5.
[b] Gal. ibid.
[c] Sup. l. 31. c. 10.
[d] Hippo. 1. de off. 19 & Gal. l. de fascijs & proę mio, & Hip poc. de off. 26.
[e] Gal. 6. me tho. c. 5.
[f] Gal. ibid.
[g] Hipp. l. 1. de fract. 37 & 38.
[h] Hip. ibi. 39.
[i] Gal 6. me tho. c. 5. & Hipp. 1. de fra. 40.
[k] Hip 2. de ar. proprijs capitub.
[l] Hipp l de frac. tex. 18. ad 30.
[m] Hip. 1. de frac. 31. & Gal cō 32.
[n] Hip. 1. de fract. 26. ad 30.
[o] Hip. 1. de fra. tex 32. & 33.

nandam, quam ad humores repellendos. Sed alio nomine etiam vtiles sunt, quod [a] complent & æquant partes, quæ in extremitate tenuantur, vt brachia versus manus, & crura versus pedes, neque sinunt delabi fascias, quæ facile ob inæqualitatem ac tenuitatem huiusmodi membrorum delaberentur, quod tandem ad vinculi firmitatem refertur: dantur autem multiplices ad figuram lienis, & propterea σπλῆνες [b] ab Hippocr. vocantur. Fiunt ex linteis mollibus ac tenuibus; proprie illorum, qui dantur ad fascias firmandas, longitudo debet obuoluti loci longitudinem æquare, latitudo sit trium vel quatuor digitorum, crassitudo quantam præbet implicitum linteum triplex aut quadruplex, numero [c] tot sint, quot ambiant affectã partem, non plures aut pauciores, imponuntur autem in longitudinem, non transuersi. Aliorum vero, qui complendi & æquandi causa inijciuntur partibus, quæ extremitate tenuantur, longitudo tanta esse debet, vt æquandum membrum complectantur, latitudinem & crassitudinem monstrabit id, quod membro deest, vbi tenuatur: sic igitur longi sint, vt membrum comprehendere [d] in orbem possint: qui lõgiores sunt, membrum tumidum reddunt, quod altera ipsorum extremitas alteri insidat, quo fit, vt vinculum inæquale & laxius sit; qui breuiores aliquod inane spaciũ relinquunt, & idcirco ipsi quoque efficiunt vinculum inæquale; debent etiam panni crassiores dati, qua membrum [e] tenuius est, hoc est, inferne, tenuiores qua crassius, hoc est, superne, & idcirco non conueniunt æqualiter crassi, sed ab vna parte tenuiores, ab altera crassiores, tot ẽt [f] F sint, quot compleant eam partem membri, quæ extenuatur, supra quam paulatim imponendi sunt, & non subito. Nam sic locus talem acquireret habitum, qualem prius membrum habebat. Apte vero insidant, sic vt fulcire [g] possint, non tamen comprimere locum, cui superimponuntur, cum impositi sunt, ne cadant, alligari debent superdatis fascijs, quas [h] ἐπιδεσμίδας diximus ab Hippocrate nominari: duæ autem sufficiunt, quæ aduersæ inter se procedant, vna attrahatur à dextra parte, altera à sinistra, vna item [i] à superiori, altera ab inferiori, sic enim seruabunt vinculum, quale acceperint, neque in hanc aut illam partem conuerti patientur. Sed quia magis repellendus est humor ad superiorem partem, quam ad inferiorem, necesse est fasciam, quæ ab inferiori parte sursum fertur, longiorem esse, quam quæ à superiori deorsum, vt sæpius circumdari possit.

Ferulæ non æquant membrorum inæqualitatem, quemadmodum panni, sed tantum fulciũt & firmant superiniectum vinculum, ita vt efficacius sit, & ad continendum & ad repellendum. Fiunt autem ex ligno aliquo leui, quod facile flectatur, veluti laminæ tenues ac lenes, vt ex salice, sago, pinu, arundine, sed quia maxime idonea ferula est, ferulæ nominatę sunt, accipiuntur inæquales, cum mediæ crassiores [k] conueniant, qua parte super fracturam dari debent, quæ magis adstringenda est, ab extremis tenuiores ac derasæ, vt minus reliquas partes comprimãt, G accipiuntur etiam paulo [l] breuiores, quam sit iniectum vinculum, ne nudam carnem attingant, conueniunt etiam breuiores e regione articuli, quam alibi, ne cutem adstringant extanti [m] ossi superiectam, at neque chordas etiam attingere debent, compressæ enim hę non mediocriter læduntur: scire autem conuenit, non quauis parte corporis ferulas admitti, caput enim thoracem & ventrem non licet ferulis fulcire, sed pannis duntaxat, similiter pedes & manus, membris igitur potissimum aptantur, vt brachijs & cruribus: ita vero imponuntur, vt duos digitos inter se distent, & magis aut minus pro magnitudine loci, cui superdantur: crassiori aptantur magis distantes, tenuiori minus: repudiantur ferulæ, vbi febris, dolor, aut inflammatio vrget, periculum enim est, ne gangrænam afferant. Quæ mala cum à tertio die ad septimum fere hominem tentent, non sinunt adhiberi ferulas, [n] nisi post septimum, quo tempore remitti solẽt. Verum ne decidant, vbi superdatæ sunt, panniculis [o] firmantur, filis, vel fascijs, quæ non nimis adstringi debent, sed eatenus, ne illas cadere patiantur, astãantur tamen, cum nimis laxum vinculum sentitur, quod tertio quoque die euenire [p] solet; modice enim tunc adstringuntur tali-quo vinculo non resoluto: continendæ vero sunt [q] alligatæ, dum ossa confirmentur callo agglutinata, neque interea resoluendæ, nisi aut dirigere ossa oporteat, aut inflammationem, dolorem, pruriginem superuenientem lenire. Formantur variæ fracturæ varijs fulcris, veluti quæ in naso sunt, digitis aut penicillis demissis, pleræque tamen pannis & ferulis.

Fracturam ita compositam alligatam ac fultam continere oportet, dum ossa consuetuescant, quamobrem collocare affectam partem conuenit, quomodo quiescere diutius possit sine molestia, ne intempestiuo motu fractura peruertatur. Perseuerare igitur debet in eo habitu, [r] qui maxime secundum naturam sit; hunc à principio eligimus, cum extenditur, in eodem etiam componitur atque alligatur, & in eodem quoque debet contineri, dum callus increscat: sed quia spectare simul ad propulsandam inflammationem oportet, ita collocanda [s] est, vt sublimior sit, quam reliquum corpus, paulo tamen, ne doleat: partes enim, quæ nimium sublimes habentur, dolent, & propterea in inflammationem incidunt, quæ humiliores sunt, facile accipiũt humores aliunde influentes: quamobrem eatenus haberi sublimes debent, quatenus [t] non doleant. Ad immobilitatem conferunt etiam firmamenta, quæ varia varijs partibus aptantur: brachium suspenditur ex ceruicibus per mitellam [u] latam & mollem, multum brachij cum prima palmæ parte æqualiter sustinentem, nam si plurimum circa fracturam detur, partes vero hinc atque hinc suspensæ sint, necesse est os ad superiora peruerti, at si manum duntaxat, &

articulum

a Hipp. 1. de fract. 34.
b Gal. 6. metho. c. 5. & Hipp. 3. de off. ab init.
c Hippo. 3. de off. 1.
d Hipp. ibi. a.
e Hipp. 1. de fract. text. 34.
f Hippo. 3. de off. li. 1.
g Hip. 3. de off. tex. 13.
h Hip. 3. de off. 6. & Gale. in com.
i Hip. 3. de fract. 33. & 3. de off. ab initio.
k Hipp. 3. de off. 11.
l Hipp. ibi.
m Hipp. ib. tex. 12.
n Galen. 6. meth. c. 5.
o Hippo. 3. de off. 13.
p Hip. 3. de off. 26.
q Gal. 6. metho. c. 5. & Hipp. 1. fractur. 48. & 44.
r Gal. 6. metho. c. 5. & 2. de off. 28.
s Hip. 2. de fract. 33. & 1. de fract. 22.
t Hip. 2. de off. 29.
u Hipp. 1. de fract. 51.

A articulum cubiti excipiat, reliquum vero brachium suspensum sit, deprauatum inclinabi-
tur [a] deorsum: quamobrem debet, vt diximus, multum [b] brachii cum prima palmæ parte a Ibid. 52.
æqualiter sustinere: Humerum expedit [c] lata fascia circa pectus obuoluta stabilire interie- b Ibid. 53.
cto multiplici panno inter cubitum & latus, ne fractura peruertatur, solet [d] autem in eam c Hippo. 2. de fract. 7.
partem peruerti in quam gibbus est. Crus rectum iaceat super re aliqua plana, ne in hoc aut d Ibid.
illud latus deprauetur, neue in priorem aut posteriorem partem peruertatur: commode au-
tem subijcitur ceruical ex vino & lana, quod medium in longitudinem molle sit. De canali
vero qui fracto cruri subiicitur (inquit [e] Hippocr.) incertus sum quid dem consilii, subijci e Hipp. l. 2. de frac. tex. 64.
nec ne debeat, prodest quidem, sed non quantum existimant qui illum admonent, non enim
quiescere cogit vt arbitrantur, nam nec si reliquum corpus in hanc aut illam partem conuer-
» tatur, prohibet canalis quo minus sequatur crus, nisi ipse homo caueat, neque item prohibet,
» quo minus sine corpore crus in hanc vel illam partem moueatur: sed & subiectum lignum im
» mite est, nisi molle aliquid in ipsum indatur, est tamen commodissimum, quando vel sternere
» lectum, vel desidere hominem oportet. Licet igitur & cum canali & sine eo curationem be-
» ne vel male admouere: vulgo sibi persuasum habent, medicũ culpa magis vacare si canalem
» subijciat. Si quis autem femori canalem subijciat breuiorem quam vltra poplitem perti-
B neat, noxam magis quam opem afferet, quandoquidem prohibere non poterit, quin corpore
» aut crure moto femur quoque moueatur: popliti item infestissimus erit, vbi adhibeatur, coget-
» que id fieri quod minime est opus, minime namque opus est curuari genu, omnia enim deuin-
» cti cruris ac femoris vincula necessario mouerentur, si quis genu curuaret, neque fieri posset
» quin musculi alio atque alio modo figurarentur, comminutaque ossa dimouerentur. In primis
» igitur danda opera est, vt extendatur poples, videtur enim femur in eum canalẽ vtiliter conij-
» ci, qui à coxa ad pedem est. Hæc ab Hippoc. scribuntur de canali. Galenus [f] autem à iuniori- f Gal. 2. de fract. c. 64.
» bus vtiliter inuentum esse ait glossocomum, vt quoduis aliud machinamentum, quo maxime
» vtuntur tempore gignendi calli, seu femur seu crus fractum sit: [g] habet autem ab ima parte g Ibid.
» axem, ad quem extremi laquei in diuersa extendentes deligantur, inijciuntur laquei extremis
» partibus ossis quod curatur, sic vt quatuor vtrinque capita habeant, bina à dextra, totidem à si
» nistra ex his capitibus, quæ inferioris laquei sunt, per foramina facta in inferiori parte glosso-
» comi ad axem duci debent, quæ superioris primo procedere ad superiora, deinceps ipsa quo-
» que per latera glossocomi perforata traijci, quibus foraminibus trochleæ includantur. Vtrio-
» que ergo ab exteriori parte glossocomi superioris laquei capita ferenda sunt ad axem, his
C enim ita constitutis vna axis conuersio pariter ambos laqueos extendit, deorsum versus illum
» qui ad inferiora fracti ossis alligatur, sursum alterum, sic vt composita fractura, in posterum li-
» ceat quotidie hanc laqueorum in diuersas partes intentionem corrigere, valentius vel leuius
» extendendo.

Restat ex his quæ ad os fractum pertinent, vt, dum compositum, atque alligatum membrum
immobile seruatur, fractura circundetur [h] callo, vocatur hic græce πῶρος [i] neque aliud est quã h Gal. 6. metho. c. 5.
alimentum, quod ex ossis foraminibus emanãs concrescit, & quasi gluten ligna, alligat fractu-
ræ partes inter se commissas: concrescit autem in superficie duntaxat, neque enim os altiori- i Gal. ibid.
bus partibus solidatur quemadmodum caro, sed in summo quasi vinculo adstringitur. Quod
opus naturæ [k] acceptum referri debet, hæc enim & materiam suppeditat nempe sanguinem k Gal. ibid.
crassiorem, quo alitur os, & formam effingit, cum reddat ipsum similem ossi quantum potest,
non tamen ex toto, siquidem partes, quæ [l] ex semine à principio procreantur, quemadmo- l Gale. 1. de sem. c. 11.
dum ossa, processu ætatis neque gigni noua possunt, neque refici vbi interierunt. Medicus [m]
autem efficiendi socius est, & naturæ inseruit ad callum & procreandum & corrigendum, id m Galen. 6. meth. c. 5.
quod facile patebit, si euiusmodi esse callum oporteat exposuerimus. Non quiuis autem ido-
neus est ad fracturam glutinandam, sed qualitate & [n] quantitate moderatus: qui iusto maior n Gal. ibid.
D est, superiectos musculos comprimit, qui minor, non satis fracturam agglutinat. Rursus qui te-
ner est, non satis fideliter ipsam continet, qui nimis durus & terrenus facile abrumpitur: medi-
cus itaque dare operam debet, vt moderatus circundetur, & qui immoderatus increuit, [o] ad o Gal. ibid.
moderationem redigatur. Vt gignatur moderatus spectandum est & ad formam & ad mate-
riam: forma postulat, vt moderate ossis alimentum cogatur, quo conferunt glutinantia medi-
camenta, quæ [p] cruentis vulneribus statim inijciuntur veluti emplastrum barbarum. Materia p Gal. ibid.
hoc est sanguis crassior, quo aluntur ossa, debet fracturæ distribui qualis & [q] quanta conuenit, q Gal. ibid.
vt à natura conuerti in callum queat, sic autem distribuetur, si & primum idonea gignatur, &
deinde genita feratur ad os fractum. Gignetur in corpore sanguis quantitate & qualitate mo-
deratus ex cibis similiter moderatis, qui si nimis large sumantur, nimium sanguinis suppedi-
tant ad gignendum callum, si nimis parce, non satis, quamobrem moderate alendus homo est: r Gal. ibid.
eo tempore autem quo inflammatio superuenire solet, hoc est vsque ad septimum diem, cum [r]
abstinentia opus sit, non potest ob alimenti inopiam sanguis increscere. Debent etiam cibi es-
se qualitate moderati, non nimis crassi ac terrestres, neque nimis tenues & aquosi, sed boni suc
ci & simul glutinosi, [s] cuiusmodi sunt panis purus, oua, caro suilla, capita & pedes vitulorum s Gal. ibid.
& hœdorum, pisces illi, qui boni succi existimantur. Huc spectat quoque idonea potio veluti
vini

vini dulcis, ex his gignitur sanguis, qualis ad procreandum callum maxime accommodatur. E
Qui iam genitus est, si modice ad fracturam feratur, non est quod à medico aut euocetur aut
repellatur, si paucus, euocari debet, si multus repelli: euocabitur vbi calefiat, & relaxetur lo-
a Gal. ibid. cus, & qui in alijs partibus est, exprimatur. Oportet igitur fracturam perfundere aqua [a] me-
diocriter calida, dum cutis rubra fiat, & tumida, desistendum autem est à perfundendo prius,
b Gal. ibid. quam [b] desidat: valet etiam ad relaxandum cataplasma ex farina triticea, & medicamentum
quod tetrapharmacum appellant, ex cera, pice, resina, adipe. Exprimetur aliunde sanguis, si su-
c Gal. ibid. periores partes arctius, ipsa autem fractura [c] laxius alligetur. Si nimium sanguinis cõfluat ad
callum procreandum, repellentibus opus est auxilijs, vt vinculo super fracturam adstricto, sed
alibi laxiore, his præterea quæ digerant quod influxit, vt perfusione aquæ calidiori, vel multa
quæ magis digerat quam attrahat, vel pauca admodum, quæ discutiat materiam illam, quæ
prope cutem est, aliam vero, quæ in altioribus partib. continetur, liquefaciat, & extenuet, sic vt
facile repelli per vinculũ possit ad alias partes: huc spectant cataplasmata digerentia, vt ex fa-
rina erui, & oxymelle. Hoc pacto igitur remouebit medicus impedimenta, & naturæ inseruiet
d Gal. ibid. callum gignenti. Præstat autem dum gignitur, vinculum non resoluere, [d] ne dimoueatur ma-
teria à labris fracturæ, nisi vbi suspicemur ne immoderatus gignatur, si minor fieri videatur
e Ibidem. quam conueniat, vberius [e] hominem alere oportet, & sanguinem ad affectum locum euoca- F
re per ea, quæ iam diximus; si grandior, necesse est cibos subtrahere, & digerentibus ac repellẽ-
tibus vti auxilijs. At si qualitate immoderatus sentiatur, siquidem minus durus sit, liquidis atq;
humidis cibis opus est, & medicamentis mollientibus, si nimis tener, dãdi sunt cibi crassi ac ter-
reni, & vtendum medicamentis exiccantibus. Eodem autem modo corrigitur qualitas calli in-
crescentis, quo qualitas sanguinis, qui ad fracturam fertur, confugere enim oportet ad cibos
& medicamenta contraria.

Expositis operibus quæ ad curandum os pertinent, tempus est ea persequi quæ refe-
runtur ad partes superiectas, & idcirco etiam ad ipsum os. Superinijciuntur huic nerui, ve-
næ, arteriæ, musculi, membranæ, cutis, quæ violantur partim dum os perrũpitur, partim dũ mẽ-
brum extenditur & componitur, & propterea dolent; in neruorum distentionem incidunt, in-
flammantur, putrescunt, & subiectum os putrefaciunt: quibus malis occurremus, si prohibea-
mus ne humores præter naturam in affecta parte versentur: succedet hoc primum si & noui
non contrahantur in corpore, & illi qui iam contracti sunt, non confluãt ad fracturam; deinde
si illi, qui iã in ea resident, detrahantur: sic enim & non orietur inflãmatio, & si qua suborta est,
f Gal. 6. me tho. c. 5. remouebitur. Ne contrahantur in corpore humores superãtes, efficiet victus [f] tenuius: pau-
cos enim cibos dare oportet, & qui parum alimenti suppeditent, huiusmodi sunt olera, pisces G
teneri, cremor ptisanę: eodem spectat & aquæ potio: nam vinum aut omnino omittendum
est, aut leue admodum & dilutum bibi debet, atque vbi casus asperior sit, quemadmodum cum
fracturæ vulnus accedit, quia maxima subest inflammationis suspicio, tenuissimo victu vtẽdum
erit, vt in sequentibus monstrabimus, vbi medebimur perruptioni ossis cum vulnere. Illa quæ
simplex est, minorem abstinentiam desiderat, cum minus inflammationi exponatur. In eiusmo-
di victu perseuerandum est, dum transeat tempus quo superuenire inflammatio solet: nam
g Gal. 6. meth. c. 5. postea cum callus circumdatur, reuerti [g] oportet ad victum mediocrem. Humores vero, qui
iam in corpore collecti sunt, ne confluant ad fracturam, auertendi sunt, & ad contrarias partes
adducendi. Si vires & ætas permittant expedit venam secare oppositam, quo auertendi ge-
h Gal. ibi. nere si vti non liceat, purgandum [h] erit corpus vomitu, si fractura sit in cruribus, deiectione si
in brachijs: post eiusmodi auersiones, quæ cum effusione sunt, veniendum est ad alias, quæ in
contraria parte, quam adducunt materiam relinquunt, id quod præstant cucurbitulæ, frictio-
nes, & medicamenta calefacientia vt sinapi. Sed quia non tantum transmittuntur superantes
i Gal. 1. de diffe. feb. c. vlt. humores ad locum affectum, sed ab eo, & [i] accipiuntur, & attrahũtur, prouidendum ne aut ac-
cipi possint, aut attrahi: ne accipiantur, efficiunt primo situs membri paulo sublimior, [k] deinde
k Hip. 2. de fract. 22. & 2. de fr. 33. præsidia repellentia, vt duæ [l] illæ fasciæ, quæ primo arcte ac sæpius super fracturam obuoluun-
tur, deinde laxiores dantur ad superiores & inferiores partes, vt medicamenta etiam refrigerã- H
tia atque adstringentia, veluti ceratum liquidum, quod eo etiam spectat ne attrahantur, attra-
l Hipp. 2. de offic. hit enim affectus locus humores aliunde, & quod doleat & quod calefactus sit: vtrique malo
succurrit ceratum [m] liquidum, cum & dolorem leniat, & calorem refrigeret, pręter quam quod
m Ga. 6 me tho. ca. 5. & Hip. 3. de offi. 14. efficit etiam, vt iniectum vinculum cohæreat, cum habeat vim glutinantis, præser-
tim quod picem habet, quamquam magis idoneum est ad repellendum, quod simpliciter
fit ex cera & oleo. Eligi autem debet molle, non tamen nimis, ne calore tabescat ac re-
soluatur: adhibendum vero æstate frigidum, hyeme tepidum, neque tantum membris il-
n Gal. 3. de off. cõ 14. & 1. 2. cõ. 26. linendum, sed etiam linteis vt [n] fascijs ac pannis, modice tamen, ne si liberalius de-
tur, supernatent, si parcius, siccescant priusquam tertio quoque die resoluantur. Illi-
nitur vtiliter à principio ad finem curationis, sed magis necessarium est, quo tempore magis
o Hip. l. 3. de fr. 14. & Gale. 3 de fra. com. 21. inflammatio imminet. Idem & multo efficacius præstat quod ceratum, vini perfusio, quæ
quia maxime laboriosam operam desiderat, tantum adhibetur ab Hippocrat. [o] ad fra-
cturas grauissimas, quibus carnis quoque vulnus accessit, in alijs autem quæ simpli-
ciores

A ciores sunt, contentus est inunctione cerati. Restant humores, qui resident in affecto loco,& inflammationem faciunt,hos educere oportet : educuntur autem cum vel coguntur reuerti ad partes vnde venerunt,& postea inde extrahuntur,vbi sunt.Coguntur retro commeare, [a] & cum exprimuntur repellentibus auxilijs, proxime enarratis, & cum trahuntur ad partes vicinas,siue in illis relinquantur, siue effundantur : deriuatio enim vtroque modo fit, quemadmodum & auersio. Impulsu igitur & deriuatione cogemus retro commeare humores,qui nuper recepti sunt in loco : illi autem qui iam diu in eo resident, extrahi debent ex loco vbi sunt,siue obscure per medicamenta digerentia,siue manifeste,aperto loco : qui pauci sunt & non valde crassi, cedunt digeretib. vt oleo anethino,costino,laureo, cataplasmari ex farina hordei,aut erui cum oxymelle : qui multi sunt & crassiores, aperte exhauriri [b] debent ductis scalpello pluribus lineis atque altioribus in affecto loco, ac deinde cucurbitulis admotis. Cessabit derractis quouis modo humoribus inflammario,quæ dum viget, non finit vt tot fascias demus, quot necessariæ sunt, & ita adstrictas vt fractura postulat. Quamobrem cum hæc deferbuit, plures fasciæ dandæ sunt, & adstrictæ magis, sed quia sub his tumores in extremis partibus assurgunt, vbi molesti sunt, leniri debent superimposita multa lana succida bene carpta, vino & oleo respersa, alligandisque fascijs cerato liquido inunctis, quæ materiam ab imo exprimant ad summum membrum. Interdum etiam subiecto vinculo retinen-
B tur tenues atque acres succi & vapores,qui in cute pustulas, & pruriginem excitant, quamobrem necesse est eo resoluto exhauriantur calida aqua perfusa, & rursus [c] fractura alligetur, laxius tamen & sæpius resoluantur, dum & pustulæ & prurigo conquiescant. Hactenus de simplici perruptione.

a Gal. li 11. med.ca.95.

b Hip. 2. de frac.qua de calce.

c Gal.6. meth. c.5.

De fractura cum vulnere. Cap. X.

Plerunque autem cum ossa franguntur, superiecta caro vulneratur, siue ossa cum vulnere carnis adhuc tegantur,siue nudentur. At cum nudantur,interdum abscessura sunt, interdum nullus expectandus eorum abscessus, tum aliquando in plaga continentur, aliquando ex ea prodeunt: quas differentias nunc persequi oportet. Ordiemur ab his quæ magis simplicem curationem postulant, cuiusmodi sunt illæ, sub quibus aut os rectum est, aut si nudatum, neque prodit ex plaga, neque abscessurum est. In his enim curandis eadem
C fere conueniunt, quæ in superioribus [d] aptari diximus fracturis transuersis sine vulnere ac simplicibus, quamuis aliquam habere rationem vulneris oporteat. Fac igitur primo os quod fractum est, tectum esse, licet vulnus accesserit: distinguere oportet fuerit ne statim vulnerata caro, cum os fractum fuit, an postea vlcerata. Finge statim illatum esse vulnus cum fractura. Causa adtelum & ictum refertur.Non videtur telum fuisse acutum,nam hoc cum secat os transuersum, necessario prius secat vulneratam carnem superiectam, ita vt os nudetur, quod finximus adhuc tectum. Telum retusum cum frangit os transuersum,carnem quoque violat, non tamen æqualiter, nam si multa superposita sit, non ita laceratur sicuti si exigua,quoniam hæc partim ab osse subiecto, quod durum est, partim à telo colliditur, ita vt manifesta contusio fit,& non obscura,sicuti cum multa caro interiecta est inter os & telum,minus enim tunc opprimitur:quod si pro ictu frangatur transuersum os ab impulsu,non vulneratur caro,nisi interdum ab osse,quod sibi viam facit,vnde prodeat,sed tunc nudatum est,& non tectum,quale est,quod nunc tractamus.Symptomata fracturam cum vulnere, vbi nondum os nudatum sit, eadem sequuntur, quæ simpliciter transuersam sine vulnere, tantum dolor grauior superuenit ob carnem violatam, aut effusio sanguinis propter vasa aperta, interdum etiam distenduntur nerui, quod lacerentur. Quodcunque symptoma superueniat, cognoscitur sensu, sub quem cadit etiam fractura & vulnus. Causa iam præteriit. Ex futuris euen-
D tus paulo magis dubius est quam in simplici fractura, quoniam adiecto vulnere graniora mala superuenire solent, quibus tamen si recte prouisum fuerit, polliceri certam salutem licebit. Tempus paulo longius est, quo sanatur, cum non ita possit propter vulnus membrum compositum adstringi, vt fractura postulat. Via sanationis tribuitur & naturæ fracturam per callum, ac vulnus per carnem glutinanti, & medico qui partim efficit, vt cum membrum extendit,componit,alligat,collocat;partim est efficiendi socius, cum remouet impedimenta, quæ non sinunt naturam belle suo munere fungi, callumque & carnem procreare. Curantis consilium partim ad ossa & fracturam,partim ad partes superiectas, & vulnus dirigi debet. Ossa fracta cum vulnere sed adhuc tecta,eandem curationem postulant,ac si vulnus non accessisset, [e] nam extendere membrum oportet,vt dirigatur & componatur, deinde vbi compositum est,vt fideliter contineatur,deuincire ac collocare sic,vt immobile maneat,dum callus circumdetur,quemadmodum in simplici fractura dictum [f] est: rarum præcipit Hipp. [g] vt fasciæ paulo latiores sint,quam si non adesset vulnus,quoniam quæ angustiores sunt,in star Zonæ [h] ipsum cingunt, quod minime expedit, primus enim circuitus totū membrum complecti debet,

d In capite antecedēti.

e Hip.3. de fract.tex. 8.

f In c. antecced.

g In c. inte ced.

h Hip.3. de fract. 8.

alij præter vlcus ad superiores atque inferiores partes dandi sunt. Caput [a] fasciæ inijciatur è B
regione vlceris,& laxius [b] paulo attrahatur, quam si fractura esset citra vlcus, circumagatur
autem eo modo,quo supra positum est. Sintq; faciæ molliores semper, quam si integra cute os
esset abruptum,neq; pauciores quam prius diximus,sed aliquãto plures: homini vero cum in-
uolutus fuerit,videantur aptissime [c] inhærentes,non tamen adstrictæ,afferatq; super plagam
maxime inhærere,tum eodem tempore,quo supra indicauimus,ipsas & bene insidentes, & la-
tiores sentiat,de inde tertio quoque die soluantur,& rursus alligentur. In cæteris similiter agẽ-
dum vt in superioribus,hic tantum laxius [d] quam ibi coarctentur. Quod si fiant,quæ rationi
consentanea sunt, locus in quo plaga est, & reliqua etiam sub vinculo comprehensa semper [e]
graciliora se ostendent. Item vero & pus ocyus orietur, quam si alia curatio admoueatur, ca-
runculæ præterea quæ in vlcere nigrescunt,& emoriuntur,celerius sub curatione hac resoluen
tur,& recedent quam sub alia,atque vlcus celerius cicatricem recipiet, si hac via quam si alio
modo curetur. Reliqua curatio esse debet perinde ac si ossa citra plagam perfringantur, nisi
quod ferulę [f] non sunt imponendæ;quamobrem pluribus fascijs hic opus est,quam alibi,cum
& minus adstringendum sit,& ferulæ tardius [g] circumdandæ,tamen si super accommodẽtur,
è regione vlceris minime circumponantur,deturque opera vt laxiores sint,ne vehementer ad-
strictæ premant. Ex quibus verbis Hippocrat. colliguntur ossa eandem fere curationem requi F
rere,ac si fracta fuissent sine vulnere: similiter enim [h] vt dictum est,extendere,componere,at-
que alligare membrum oportet,fasciæ tantum laxiores & molles sint minusque adstringantur
ferulæ,vel tardius,dentur,vel non è regione vlceris. Non est igitur omittenda curatio fractu-
ræ,quamuis adiunctum habeat vulnus,neque etiam differenda ad aliquot dies, quod nonnulli
faciebant,qui initio tantum vulneris rationem habentes cerato liquido, aut detergẽte aliquo
medicamento,aut alio glutinante vtebantur, sed post aliquot dies ad lintea ac ferulas venie-
bant:quos [i] Hippocr. non admodum proficere aut obesse scribit,addit tamen sic reddi mem-
bra aliquanto tumidiora quam par sit,& vbi vel cruris, vel brachij vtraque ossa comminuta fue
rint [k] etiam breuiora, magis autem reprehendit eos, [l] qui a principio circundantes lintea
vtrinque deuinciunt,vlcus vero ipsum relinquunt,& nudum esse patiuntur,cui superimponunt
detergens aliquod medicamentum,& pannos vino madentes,ac lanam succidam: quam vin-
ciendi rationem perniciosam esse demonstrat,quoniam [m] si carnosa pars, quæ sana est, hinc
atque hinc vinciatur,media non comprehensa,ea pars quæ relicta sine vinculo fuerit,maxime
turgebit,minimeque erit sui coloris: decolorabitur itaq; vlcus, destillabitq; materia ad ipsum
expressa,& non uertetur in pus,ossa uero & quæ abscessura non essent, abscedent, superueniet
inflammatio cum pulsu; illi autem qui praua hac uinciendi ratione utuntur, cum mala hæc ui- G
dent,quodlibet aliud infortunium causantur. Censet igitur Hippoc. [n] eam uinciendi rationẽ
aptari,quam tradidit ad simplicem fracturam: sed habet simul ulceris rationem,cum ei super-
imponit ceratum,quod picem habeat,& duplicem [o] aut triplicem pannum, partes uero quæ
proxime sunt,liquido cerato inungit. Spectant hæc ad partes ossibus superiectas,quę quid po-
stulent,iam perpendendum est. Monstrabunt hoc mala,quæ uel præsentia sunt, uel impẽdent:
impendet quidem inflammatio ac neruorum distentio; præsens est uulnus,dolor,& aliquando
etiam sanguinis fluxus: primo igitur propulsare inflammationem oportet eo modo, quo [p] su-
pra docuimus ad simplicem fracturam transuersam; tantum ualidioribus præsidijs opus est,
quod res grauior sit,magis igitur dare operam oportet per uictum tenuem, ne contrahatur in
corpore humor superans: per auersionem,secta uena, aut dato cathartico, ne qui iam contra-
ctus est feratur ad locum affectum,per lenientia dolorem,ne attrahatur a parte uulnerata: per
repellentia ne ab eadem admittatur. Valet ad repellendum uinculum magis adstrictum super
ipsam,quam super alias,habitus membri paulo sublimior,inunctio cerati liquidi, efficacissima
omnium est perfusio uini [q] nigri austeri,sed quia ualde laboriosam requirit ministrorum ope-
ram,admouetur,ubi perfracta ossa ex uulnere prodeunt, qui casus ut extremus, extrema dili-
gentia eget: quod si inflammatio iam sedem uulneratam occupauerit,utendum primo repellẽ-
tibus ac deriuantibus,ut retrocedat sanguis,qui nuper ad eam confluxit, deinde medicamen- H
tis digerẽtibus,aut sectione,ut extrahatur ille qui nec repelli,nec deriuari potuit. Sed quia do-
let pars simul uulnerata & fracta,prouidendum quoque dolori est, & ut remoueatur ea mole-
stia,& ne ob ipsum concurrant humores ad locum affectum. Vtimur propter hunc laxioribus
uinculis ac [r] ferulis,inungimus & ceratum uel album uel quod [s] picem habeat: utrumque.n.le
niendi uim habet. Neruorum distentioni occurremus soluentes uinculum,& ea adhibẽtes quę
relaxandi uim habeant,ut lanam succidam & oleum calidum. Superest uulnus, quod ubi illatũ
est a telo acuto,glutinantibus eget,cuiusmodi est emplastrum barbarũ,& quod cyzicænum no
minatur: Sed quia uulnus cũ fractura ossis adhuc tecti fere a telo retuso fit,necesse est collida-
tur caro ac laceretur,at ubi lacerata est, nequit ad pristinũ statum reduci, quamobrem in pus
uertitur,& tabescit: opus ergo primum est pus mouentibus, tum detergentibus sordem, dein-
de his quæ conferunt ad carnem producendam,& postremo cicatricem inducẽtibus: ceratum
quod ab Hippoc. [t] adhibetur picem habẽs,pus mouet in parte collisa, aliud uero quod album
est, & repellit & dolorem lenit in partibus uicinis.

a Hip. 3. de fract. 10.
b Hip. ibid.
c Hip. 3. de frac. 10.
d Ibidem.
e Hip. 3. de fract. text. 19.
f Hipp. 3. de fract. 11. & 12.
g Ibidem.
h Hip. 3. de fract. 8.
i Hipp. 3. de fract. 3.
k Ibid. tex. 4.
l Ibi. tex. 5.
m Ibid. tex. 6.
n Hip 3. de fract 8.
o Gal libr. Medicus. c. vlt.
p In c. antec ed.
q Hip. 3. de fract. 23. & 24.
r Hip. 3. de fract. 12.
s Hipp. ibi. 8.
t Hippoc 3. de fract. 8. & 23.

Vlcera

A Vlcera quæ non a principio fracturæ, sed vel ob lintea nimium arctata, vel ob impositas ferulas aliave de causa, sub curatione postea oriuntur (inquit [a] Hipp.) vbi subsunt, cognoscuntur ex dolore & pulsu, item ex tumore, qui tunc extremis partib. indurescit, & si digito presseris exprimitur, ac rursus cito reuertitur, eandem hæc curationem requirunt. Igitur si quid tale suspectum sit, soluere oportet, atque vbi ea pars, cui superdantur illæ fasciæ, quæ primę iniciuntur, vel altera, quæ deuincta fuerit, pruriat, in vicem cerati alterius inungēda est eo quod picem habeat. At si nihil einsmodi sit, sed vlcus irritatum, nigrum valde ac sordidum reperiatur, tum caro purulenta, futurumque sit vt nerui excidant, non [b] conuenit omnino sine vinculo relinquere, neque suppurata hæc timere; tantum fasciæ laxæ admodum [c] ordiantur a tumore, qui in extremitatibus est, deinde sursum versus circumagantur, neque vllo modo coarctentur, insideant item vlceri commodissime, alibi vero laxius vinciantur: sint autem hæc prima lintea [d] munda, non angusta, & eorum quæ circumdari solent, vbi ferulæ imponuntur, vel numerum æquent, vel non multo pauciora sint. Vlceri [e] abunde est pannum inducere albo cerato inunctum, nam siue caro siue neruus nigrescat, procidet, his enim acria superdare non expedit, sed mitia non secus atque in adustis, cum orta sint ex calidorum, atq; acrium succorum mixtura insuper tertio quoque [f] die soluere conuenit ac rursus deuincire, tum ferulas vitare, & magis quam ante conquiescere atque abstinere. Scire [g] etiam oportet, vbi futurum sit, B vt vel caro, vel neruus excidat, hac ratione vitium minus serpere, & celerius multo excidere, ac proximas partes fieri longe graciliores, quam si vlcus linteis resolutis, quopiam ex medicamentis detergentibus curetur. Iam vero vbi excidat, quod purulentum est, citius caro increscet, & cicatrix maturius inducetur, si hoc pacto, quam si alio succurramus.

Cum fracturæ vulnus accedit, & ossa non amplius tecta sunt, sed nudata, vbi neque abscessura sint, neque ex plaga excedant, eandem curationem desiderant, siue ossa spectes, siue partes superiectas, ac si nudata non essent, cum similiter extendere membrum oporteat, fracturam componere, paulo laxius deuincire, & paulo sublimius collocare, sed & partes superiectę similiter defendi ab inflammatione debent, & magis adhuc cum casus grauior sit, vulnus vero præsidiis eget magis siccantibus, propter ossa aperta, quibus opus est emplastris illis, quæ [h] fracturis aptantur, præsertim caluariæ, cuiusmodi est quod isis dicitur, & quod fit ex [i] herbis tum puluis ex iride, farina erui, manna, aristolochia, cortice radicis panacis; valent autem omnia quæ detergere citra morsum possunt, vt caro quæ a natura gignitur coalescat, circumhæreatque omni ossis parti: medicus ergo efficiet vt totus locus siccus sit, & quælibet vitiati ossis pars pura, sine sorde, sine pingui humore.

a Hippo. 3. de fract. 14
b Hi. ibi. 75
c Hippo. 3. de fractur. 13.
d Ibid. 16.
e Ibid.
f Ibid.
g Gal. 2. catagen. versus fin.
h Tertio catag. n. 7.
i Gal. 6. meho. c. 6.

C

De fractura cum vulnere osse nudato, atque abscessuro.
Cap. XI.



SI ossis cum vulnere fracti atque nudati, siue ex plaga prodeat, siue in ea contineatur, abscessus expectetur, morbus præter solutam vnitatem ossis & carnis, erit etiam defectio substantiæ, quam secundum naturam adesse oportebat. Abscedit autem interdum tenuis testa, interdum aliquod [k] fragmentum, modo tenuius, modo grādius: quod vitium græce vocatur ἀπόστασις, [l] latine abscessus: hoc enim vocabulum vsurpatur non tantum vbi caro abscedit, sed etiam vbi os. Causa cur abscedat siccitas est, siquidem os valde exiccatum redditur exangue, destituitur alimento, emoritur, & propterea resoluitur ab eo quod viuit, & humidum est, ac sanguine præditum: decidunt etiam ob siccitatem arboribus folia desinente autumno, inarescit enim humor, per quem eorum pediculi surculis agglutinantur, & ob hanc causam ipsa resoluuntur tanquam emortua ab eo, quod viuit & adhuc humidum est. Duplici autem nomine exiccantur ossa, vno quod lædantur ab aere frigido, atque insueto, qui humorem ex- D primit, & eo magis quo diutius nudata manent, altero quod saniem contrahant ab vlcerata carne [m] defluentem, & primo putrescant, deinde pure exhausto arida euadant, id quod multo magis euenit pueris quorum ossa humidiora sunt, & magis sanguine prædita, & propterea facilius purulenta redduntur. Ob vtramuis causam inarescant, multo citius separantur, si medicamenta sicca superdentur non solum quia magis siccantur, sed etiam quia a subcrescente carne attolluntur. Iam vero siccitas aut in summo versatur, aut altius descendit, aut etiam occupat totū os vsq; ad alteram partem, quo fit vt interdū testa duntaxat, interdum tenue, [n] interdū grandius fragmētum abscedat. At sanies cū valde crassa est [o] & acris, reddit os cariosum citra abscessum, quoniam non facile dissipatur quod glutinosum est, cum tenuior est, & minus acris, ipsum putrefacit, sic vt tandem humore exhausto separetur atq; abscedat. Symptomata eadem quæ superuenire ante diximus fracturæ cum vulnere & osse nudato, superueniunt etiā vbi abscessus expectatur, sed pręterea mutatur ossis color, ita vt liuidus fiat: accedit sensus quidam motus in plaga, cuius oræ dehiscunt, & non bene inter se committuntur. Cadunt symptomata sub sensum, sub quem cadit etiam morbus hoc est solutio vnitatis in carne, & osse,

k Hip. 3. de fra. tex. 20. & 21.
l Ga. & Hi. l. 2. de offic. med.
m Ga. 2 ad fra. com. 20
n Hip. 3. de fract. te. 20. & 21.
o Gal. li. de caus morb. c. 11.

& ipsa defectio partis cum iam os abscessit, sed abscessurum denunciant causæ, vt diuturnus E
a Gal. 2. de fr. com. 20. appulsus aeris, quod diu nudatum sit, & multa ac praua sanies a superiecta carne [a] destillans,
quam intelliges ex eo, quod [b] humor copiosior, quod pro modo vlceris feratur, videaturque
b Hip. 3. de fract. 18 ad exitum festinare, neque oræ vulneris inter se committantur, sed dehiscant, & in exterio-
rem partem conuertantur, & homo exiguum quendam motum sentiat in altioribus partibus
vulneris, vbi hoc vnum obseruet. Euentus expectandus est salubris, quod spectat ad absces-
sum, nullum enim periculum subest ob abscessum ossis, sed tantum ob partes superiectas, quæ
prout magis vel minus violantur (maxime autem violantur cum grandiora fragmenta absce-
dunt) prout item bene vel male a medico curantur, ita maius, vel minus periculum demon-
strant. Illud tamen obliuisci non oportet, quod vbi os abscedit, cum non gignatur nouum, ne-
c Hippo 6. ap. 45 cesse est cicatricem cauam reddi, quam Hippocrat. [c] in diuturnis vlceribus propter ossis ab-
scessum expectandam esse tradidit; præterea vbi fragmētum in ambitu totius ossis resoluatur,
breuius fieri membrum, quamuis alioquin sanetur; nō potest autem cum abscessura sunt ossa,
ex toto sanitas restitui, prius quam abscedant, quo tempore autem abscessura sint, non licet
vno verbo explicare, nonnulla enim & quod exigua sunt, & quod in summo continentur, ce-
lerius excidunt, nonnulla non excidunt, sed arefacta & putria squamam remittūt, præter hæc
multum curatio alia ab alia differt. F

Fere tamen ossa illis celerrime abscedunt, in quibus celerrime pus apparet, & celer-
rime etiam atque optime caro increscit. Hæc enim cum in vitiata parte subcrescit, plerunque
os attollit. Ambitus ergo totius ossis si quadraginta diebus abscedet, optime abscedet, cum
nonnulla vsque ad sexagesimum perueniant, rariora quidem ossa maturius abscedunt, firmio-
ra setius, alia quæ minora sunt, intra tempus multo breuius, atque alia aliter. Cum iam absces-
serunt, paucis diebus sanitas restituitur, longiori tamen tempore sanescit maior plaga, quam
minor. Via sanationis antequam os abscedat ad artem pertinet, quæ pus mouentibus vbi pu-
trescat, sed vbi vel iam putruit, vel non putrescat siccantibus medicamentis efficit, vt celeri-
ter separetur, cum iam abscessit, natura nouam carnem procreans vulnus agglutinat. Medi-
d Gal. 3. me tho. c. 3. cus efficiendi socius est, detergens [d] enim & siccans submouet impedimenta. Via sanationis
quæ proprie ad fracturam spectat, eadem est, quam in superioribus exposuimus.

Curantis consilium similiter dirigendum est ad ossa, & ad partes superiectas. In ossibus
attenditur proprie abscessus præter fracturam; hic autem aut futurus est, aut iam factus: expe
dit vt qui futurus est, paruus sequatur & celeriter; nam quanto minus abscedit, tanto minus
interit substantiæ partium nostrarum; tum quanto citius tāto etiam citius restituitur sanitas,
quæ ex toto sequi non potest, nisi prius abscedat, quod abscessurum est; quamobrem siue os, G
siue caro, siue neruus, siue alia quæuis pars nostri corporis emoriatur, eo ocyus sequetur sani
tas, quo illa celerius abscedet. At non propterea violenter extrahenda est, id quod sibi uoluit
e Hip. 2. de off. text. 23 Hippocrates [e] cum in secundo libro de officina medici ait, Casura deteriora sunt, si cito ca-
dant, neque enim debent acribus medicamentis irritari, aut chirurgia cogi, nam sic pericu-
lum esset, ne uenæ & arteriæ sanguinem funderent, nerui distenderentur, ossa sinum & fistulas
relinquerent, si quid uiolenter ab ipsis detraheretur: alioquin expedit, sine uiolentia ciro re-
solui, quæ abscessura sunt. Ergo quod spectat ad abscessum futurum, danda opera est, ut & par
uus & celeriter sequatur. Paruus erit si causæ remoueantur, propter quas exiccantur, emo-
f Pau. ante. riuntur, atque abscedunt ossium partes: eiusmodi esse diximus [f] frigidi aeris appulsum, & co-
piam saniei a vulnere destillantis: ne lædantur ab aere, prohibebimus, plagæ oras in vnum
committentes & linteis diligenter alligantes; copiam saniei coercebimus, vulnus vt conuenit
siccantes.

Vt celerius abscedant quæ abscessura sunt, efficiunt medicamenta exiccantia, & fasciæ lo
g Hip. 3. de fract. 19. & 20. cum [g] affectum adstringentes, sic enim exprimitur atque exhauritur humor, & ipsa marces-
cunt ac separantur. Vbi tamen putrescant, danda sunt primo quæ pus moueant, deinde cum
purulenta euaserūt, vtendū est detergētibus, & tādē siccantibus. Sed satis de abscessu futuro.
h Hippocr. 6. aph. 45. Vbi iā factus est, sanatur locus, q̄uis cauus [h] relinquatur, agglutinato vulnere agglutinatur aūt H
per substantiā, quā natura nouam gignit, medicus qui est eius minister, sordem & humorem su
perantem absumit, medicamentis siccantib. ac detergentibus, quæ validiora esse debent pro
i Gal. 6. me tho. c. 6. pter os, quam si soli carni medendum esset, puluis ex [i] farina erui, radice iridis, atque aristolo
chiæ, maxime idoneus est. Eodem spectant emplastra, quæ fracturis in uniuersum, & illis pro-
k Hipp. de fra. tex. 12. prie, quæ in caluaria sunt, aptantur. Fractura [k] postulat vt membrum extendatur, com-
ponatur, alligetur, & collocatum quiescat: quæ opera an eodem modo fieri possint, cum ex-
pectatur nudati ossis abscessus, iam perpendendum est. Primum autem distinguere oportet,
paruum ne sit quod ex osse abscessurum est, an grandius aliquod fragmentum. Si paruum sit,
conuenit similiter membrum extendere ac dirigere, in vinciendo autem non magnum est
l Hippo. 3 de fract. 20 discrimen; fasciæ tantum laxiores alligentur [l] ne pus retineatur, sed exitum habeat, & dum
m Hip. 3. epid 20. os recedat sæpius soluantur ac deligentur, ferulæque omni modo [m] uitentur. Seruatur au-
tem illa ratio uinciendi, quæ pertinet ad fracturas, fasciis enim utendum est, quæ primum
n Hi. de fr. iniiciuntur, quarū vna [n] a vitiata parte ossis, vbi ter fuerit super ipsam obuoluta, desinat in su-
periori

A periori parte,altera quæ ſuper priorem fertur, ab eadem parte incipiat, tum deorſum ducta
ad ſuperiora reuertatur,minuſque arctetur:panni quoque extrinſecus indueendi, & ſuper os
faſciæ dandæ: oon multum igitur recedere oportet à vineulo, quod alijs fracturis conuenit,
adeo vt (teſte Hippocrate) [a] ſi quis deceptus recenti vulnere nullo modo exiſtimãs fore, vt a Hip 3. de fract.17.
os abſcedat,quod abſceſſurum ſit,eam vinciendi rationem adhibeat, quam ſimplices fracturæ
poſtulant, eiuſmodi medicinam non debeant pertimeſcere, quandoquidem nullum ingens
malum apportabit. At [b] quibus grandius fragmentum expectatur ab oſſe receſſurum, ſiue b Hip. 3.de fract.21.
initio præſenſeris,ſiue poſtea cognoueris,non eſt amplius inquit Hippocrates opus hac medi-
cina, ſed quod ad intendendum membrum ae dirigenduoi pertinet, idem fieri debet; panni „
vero duplices ſint, oon anguſtiores quam vt dodrantis dimidium æquent (qua in re contem- „
plari quoque vulnus eiuiſmodi ſit oportet) tum quod ad longitudinem paulo breuiores,quã „
vt bis fractum membrum complectantur,multo autem longiores quam vt ſemel,totque nume- „
ro ſint quot res poſtulat, tincti [c] autem in vino oigro auſtero primum medij ſuperdentur, c Ibidem.
perinde ac faſciæ, quæ à medijs orſæ io vtraoque partem attrahuntur, poſt hæc ad figuram „
aſciæ dextrum eaput ad ſiniſteriorem partem, ſiniſtrum ad dexteriorem procedat, imponan- „
tur autem ſuper ipſum vlcus,& hinc atque hinc,neque vllo modo adſtringantur, ſed eatenus „
B inſidant,vt vlcus fuleiant: Ad vleera vero admoueatur eeratum, quod picem habeat, vel ali- „
quod ex his medieamentis, quæ cruentis vulneribus inijeiuntur, vel aliud ex his quæ idonea „
ſunt ad id quod perfunditur admittendum. [d] Hippocrates igitur ad huiuſmodi fracturam, in d Hip.loco citato.
qua expectatur grandioris fragmenti abſceſſus, timens neruorũ diſtentionem atque inflãma-
tionem, pro faſeijs,vt locus minus adſtringatur, vtitur pannis ad figuram aſciæ, qui circuitus „
rectus incipiens ad latus attrahitur,nondum tamen eſt obliquus,deſinitque ad ſimilitudinem „
aſciæ qua fabri vtuntur, namque à recta linea paulum reeedens curuatur: in hanc igitur figu- „
ram præcipit,vt panni ſuper fractum membrum imponantur, earumque capita ducantur non „
ſecus atque ubi faſeiæ à medijs orſæ uineiuntur,hoc eſt ut ſuper membrum medij primum den „
tur,deinde eorum capita per uitiatum locum ferantur non in orbem,ſed paulum inclinati,ut à
contraria parte atque inceperunt ad X. litteræ ſimilitudinem inter ſe committantur, intingit
autem [e] ens uino nigro auſtero,quod ſine noxa plurimum ualet ad repellendum, & quamuis e Hip. ibid.
aſſidua & ideo laborioſa ſit eius perfuſio,tamen requiritur, quod res grauior ſit: ſed ſuper ul-
cus adhibet ceratum, [f] quod picem habeat,aut aliquod medicamentum ex his, quæ cruentis f Ibid. 23.
vulneribus inijciuntur,idoneum,quod perfuſionem admittat. Voluit enim hoc interiectum eſ-
ſe ne à vino puro vlcus attingatur, vt qui timet neruorum diſtentionem: præcipit etiam [g] ſi g Ibid. 24.
C æſtas fuerit,panni ſubinde vino madefiant ne ſiccefcant,ſi hyems,ſuperdetur multa lana ſucci
da vino atque oleo reſperſa, vt non proxime ſed per ipſam uini uis ad ulcus perueniat: timet
enim frigus & morſum propter inſtantem neruorum diſtẽtionem: ſubijcit [h] autem pellem ſic h Ibid. 25.
figuratam,ut humor per ipſam facile deſcendat,& quod effunditur,recipiatur. Huiuſmodi eſt
curatio,quam Hippocrates adhibet,ubi oſſis fragmenta grandiora abſceſſura ſunt,ſpectat au-
tem ad uinculum,nam ante extendendum membrum eſt ac dirigendum,ſed poſtea pro faſcijs
pannos adhibere oportet uino madefactos. Reſtant partes oſſi ſuperiectæ, à quibus propulſa-
re inflammationem oportet per ea remedia,quæ ſæpius tradita ſunt,tanto autẽ ualidiora ſint,
quanto caſus aſperior eſt.

De oſsibus fractis, ex vulnere excedentibus.
Cap. XII.



Vpereſt tranſuerſa illa fractura, ſub qua oſſa non tantum nudantur, ſed etiam
exeunt ex vulnere,atque inter ſe eedunt, plures autem morbi ſimul inter ſe co
pulantur,ſolutio unitatis, figura deprauata, ſitus oſſium mutatus, & interdum
D etiam defectio oſſis abſcedentis. Cauſa abſceſſus ea eſt,quam ſupra [i] monſtra i In c. antecedenti.
uimus,aer nimirum frigidus,quo læduntur oſſa nudata,& ſanies quam contra-
hunt à ſuperiecta carne deſtillantem. Figura deprauatur cum partium oſſis
fracti ex plaga erumpentium vna ſuper alteram afferatur. Fractura cum vulnere à telo, & ictu
proficiſcitur: ictus neceſſe eſt vehemens ſit, telum poteſt eſſe, & acutum & retuſum, quamquã
quod [k] acutum eſt carnem quidem, & os ſecat, ſed ſecti oſſis partes raro ex plaga expellit, k Hipp.lib. de vulneribus capitis.
quod retuſum eſt carnem interdum lacerat, & ob impetum ictus non ſolum os tranſuerſum
frangit, ſed fractas eius partes cogit exire ex vulnere. Pro ictu poteſt etiam impulſus validus
ita oſſa perrumpere, vt carnẽ lacerẽt, & ſibi viam pateſaciant, ex qua egrediantur, præſertim
vbi ſicciora fuerint: nam hæc facilius tranſuerſa franguntur, & ſuperiectam carnem vulnerãt,
ex qua erumpunt. Sequuntur hanc fracturam ſymptomata grauiſſima [l] vt dolor intolerabilis, l Hip 3. de fract. text. 41.
neruorum diſtentio,febris acuta, inflammatio, gangræna, & nonnunquam eruptio ſanguinis,
quod venæ aut arteriæ lacerentur. Omnia hæc ſub ſenſum cadunt, perinde ac multiplex mor-
bus, quem propoſuimus. Cauſa vel iam præterijt,ut telum, ictus, impulſus, uel ſi præſens eſt
quem-

quemadmodum aeris appulsus, & sanies ossis abscessum efficiens, sensui subijcitur. Ex futuris euentus admodum dubius est: imminet [a] enim periculum si non recondantur ossa, sed multo maius si recondantur, quod magis sequatur neruorum distentio, minus enim distenduntur [b] cum laxiores sunt: quod euenit vbi non recondantur ossa ex plaga excedentia; idem accidit articulis vbi cum vulnere erumpunt; sed vt in his minus periculi subest vbi parui sunt, quemadmodum in digitis, qui tuto reponi possunt, ita etiam in ossibus fractis, quæ vbi maiora sunt, cum maiori periculo reconduntur. Quibus femoris vel humeri os excessit, inquit Hippocrates, [c] fere non euadunt; sunt enim hæc ossa & grandia & medullosa, adde quod multa & magna simul lacerentur, nerui scilicet, musculi, ac venæ. Quod si reponantur, solet neruorum distentio superuenire, si non reponantur, acutæ biliosæque febres, cum singultu ac nigritie. Non minus euadunt, quibus nec reponimus, nec reponere tentamus: Magis adhuc euadunt, quibus inferior pars ossis, quàm quibus superior excessit. Euadere etiam possunt quibus reponuntur, raro tamen, multum enim curatio, multumque natura corporis alia ab alia distat, quod ad facile ferendum attinet. Multum quoque refert an ab exteriori humeri femorisve parte ossa excesserint, multæ enim & grandes venæ per interiorem partem feruntur, quarum nonnullæ vulneratæ hominem iugulant, per exteriorem vero pauciores intendunt. Quod si homo euadat, & vtraque ossa siue cruris siue brachij fracta inter se cesserint, membrum reddetur breuius, etiam vbi reponantur, sed multo magis si non reponantur, quoniam abscedent cum aliqua parte carnis vulneratæ. [F] Tempus, quo expectanda salus est, longius vel breuius erit pro magnitudine ossis, quemadmodum cum expectatur abscessus, sed si ægrotans interire debeat, intra paucos dies decedet, nam febris acuta, neruorum distentio, grauis dolor, gangræna vbi superueniant, paucis diebus hominem absumunt. Via salutis est, quod natura callum & carnem procreet, medicus detergat ac siccet & vbi liceat membrum dirigat, [d] ac fracturam componat. Moriem afferunt mala, quæ commemorauimus.

Opera, quæ ad curandum necessaria sunt, non secus ac in alijs fracturis aut ad os pertinent aut ad partes superiectas. Loquar primo de osse, in quo attenditur & abscessus & perruptio cum exitu partium. Postulat abscessus eandem curationem, quam posuimus conuenire, cum ossa nudata manent adhuc in plaga, vbi enim expectatur magnum fragmentum abscessurũ, pro fascijs imponendi sunt panni ad figuram [e] asciæ, & vulneri superdato cerato, [f] quod picem habeat, perfundendum est vinum nigrum austerum. Fractura vt callo agglutinetur, componi debet, quamobrem extendendum membrum videtur, & reconditis ossibus dirigendum, emendata figuræ prauitate, & cum ossa inter se coeunt alligandum, & collocandum, vt seruetur immobile dum fractura sanescat, quemadmodum in alijs faciendum monstrauimus. Verum aliter se res habet; cauere enim hæc oportet (auctore Hippocrate [g]) præsertim si bella cautio est, [G] siquidẽ spes in angusto est, & pericula multa circumstãt, atque vbi medicus ossa non reponat, videtur arte destitui, vbi reponat, hominem magis præcipitat ad interitum, quam liberat, si restituere cogatur, speretque se id assecuturum, (quod potissimũ eueniet, cum ossa parua fuerint, neque nimium inter se cesserint, neque musculi contracti sint,) periculum in tempore prædicat, & primo die [h] reponat, vel rem differat post septimum, dum remittantur mala, quæ interea hominem vexant. Verum si neruorum distentio oriatur, debet rursus reposita ossa expellere, dũmodo id citra magnam molestiam possit efficere, neque enim distenduntur nerui laxiores, sed qui vltra modum intenduntur [i] aut intenti manent, quod euenit ossibus reconditis. In recondendo autem non oportet membrum extendere, aut in diuersa diducere, vt in alijs fracturis, prope imminentem neruorum distentionem, sed per vectem [k] simul intendere ac impellere, qui sine magna violentia hoc præstare potest. Ferramenta inquit Hippocrates, facere oportet ad similitudinem vectium, quibus in lapidicinis vtuntur, latiora ex vna parte, angustiora ex altera, quæ terna habeantur aut etiam plura, vt semper adijci aptissima possint, quibus demissis ossa eodem pene momento, quo intenduntur, impellenda sunt, innitantur autem ab imo inferiori ossi, à summo superiori, non aliter quam si vectis ad lapidem vel lignum fortiter impellendum admoueatur. [H] Sint autem ferramenta, quantum fieri potest, firmissima: hæc itaque curatio maximum momentum habet, si ferramenta idonea sint, & impulsus conueniens adhibeatur, non dissimiles sunt hi vectes illis, qui ad vrgendos dentes comparantur, multo autem minores, quam qui ad lapides impellendos admouentur: ab extrema autem parte, qua maxime suum effectum præstant, alia alijs pleniora, vel tenuiora sint, quod si [l] restitui os nequeat, & parum quid excedere videatur, abscindendum est. Id quod fieri etiam debet, si noxium sit, & nudatum molestiam afferat, & aliqua ex parte carnem vulneret, quæ in suum locum restituta sunt, vincire oportet, vt contineantur, vinculum laxius sit, & ex paucioribus linteis constet sine ferulis, nam vitare pressum omnino oportet: attendenda est etiam in vinciendo vlceris figura, ne sub vinculo hiet ac diuaricetur, præstat enim oras inter se committi, & subiectum os tegere, quamobrem fascia commoda [m] quibusdam à dextra parte, quibusdam à sinistra, quibusdam ab vtraque ducenda est, permittendum deinde ægrotanti [n] est, vt membra collocata habeat, quemadmodum minime lædantur. Restat partes superiectæ, quæ si doleant, lenientibus vtendum est, si distendantur relaxantibus quamobrẽ vitare omnia illa oportet, quæ mordendi

aut

a Hipp. ibi. 41.
b Ibid. 42.
c Hip. 3. de frac. tex. 47.
d Hip. 3. de fra. tex. 8.
e Hip 3. de frac. 21. & Galli Medicus c. vlt.
f Hip ibi.
g Hip. 3. de frac. 50.
h Hip. 3. de frac. 40.
i Hipp. 3. de fra. tex. 41.
k Hip. 3. de fra. tex. 39. & 40.
l Hipp. 3. de frac. 46.
m Hip 3. de frac. 44
n Hip. 2 de off tex. 28. & 29.

A aut adstringendi vim, habentq; quemadmodum frigida, [a] quæ prætcr quam quod inimica sunt ossibus nudatis, extinguunt enim eorum calorem, fugienda sunt vbi neruorum distentio instet, sed quia timenda est inflammatio, vt deuitetur, dare operam oportet, ne succi superantes in corpore generentur, id quod fiet inedia, & potu aquæ, adiecto, si homo biliosus fuerit, apomelite, alioquin puræ, si continenti [b] febre laboret, non minus quatuordecim diebus vtatur hoc victu, sin febre vacet, septem, deinde [c] paulatim pro ratione ad quemlibet victum reuertatur. Humor qui iam contractus est in corpore, auertendus est, & ex contraria parte educendus vel dato cathartico, [d] vel, quòd magis præsens remedium est, detracto [e] sanguine. Ne attrahatur humor à loco affecto, prouidebimus lenientes dolorem, ne admittatur, repellentes vel cerato liquido, vel primis diebus perfuso vino nigro, perinde [f] atque vbi aut grandiora fragmenta abscessura sunt, aut articuli cum vulnere erumpunt. Si gangræna partem affectam iam occupauit, simul & partem & morbum [g] tollere oportet, quod sectione fit, quemadmodum ostendimus, cum [h] ad articulos vulnere erumpentes, præcidi membrum ab Hippocr. [i] docuimus. Vulneri autem sine gangræna medebimur, inter initia quidem cerato [k] quod picem habeat, sed processu temporis emplastro aliquo ex his, quæ
B fractis ossibus caluariæ præsertim aptantur. Atque de fracturis in vniuersum quæ erant dicenda, habeant hunc terminum, veluti & quæ de curatione generatim scribenda recepimus.

a Hip. 3. de frac. 46.
b Hi. ib. 49.
c Ibid. 50.
d Hi. ib. 48.
e Gal. 6. meth. c. 5.
f Hip. 3. de frac. tex. 21. & 46.
g Hip. 4. de art. tex. 36.
h Sup. l. 31. c. 13.
i Hip. 4. de art. 36.
k Hip. 3. de frac. 23.

∴

F I N I S.





